OPVS MORALE IN PRAECEPTA DECALOGI,


REV. P. THOMÆ SANCHEZ

Cordubensis, Societatis IESV Theologi.

CVM INDICE CAPITVM OMNIVM
Et altero rerum, & verborum copiosissimo.

AD DOMINVM D. SANCTIVM DAVILA ET TOLEDO,
Episcopum Giennensem, & Regiæ Maiestati Philippi III. à Consilijs.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, M DC XXIII.

APVD IVNTAS.

D. SANCTIO DAVILA ET TOLETO EPISCOPO GIENNENSI.

REGIÆ MAIESTATI A CONSILIIS

Granatense Collegium Societatis IESV.

Sempiternam felicitatem.

L*VCERNAM in arcano sermone symbolum esse siue sacri, siue pro-*
phani Principatus, Princeps illustrissime, res est non vno, aut al-
tero, sed multis, ijsq; clarissimis firmata testimonijs. Cum minita-
tur Deus scissurum se regnum Salomonis, daturumq; decem Tri-
bus Ieroboamo, ad extremum adiecit: Filio autem eius dabo Tri-
bum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo. *Perinde ac si diceret, vt* 3. Regum
maneat gloria regiæ successionis in domo Dauid, neque eius regnum penitus extin- 11. v. 35.
guatur. Cum posteà Rex Ioram suis flagitijs diuinam lacesseret iracundiam, sese con-
tinuit benignissimus Deus, ne fidem frangeret, quam Dauidi obstrinxerat. No-
luit autem Dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum, sicut pro- 4. Regum
miserat ei, vt daret illi lucernam, & filijs eius cunctis diebus. *Atque ex hac lu-* 8. v. 19.
cerna affulget iam radius aliquis explicationis, & lucis lucidissimæ alteri lucernæ to-
ties à Dauide celebratæ. Paraui lucernam Deo meo. Psal. 131. v. 16.

Et est sanè lucerna aptissimum symbolum principatus: Accenditur videlicet, Vt Psal. 17.
luceat omnibus; *vt omnium vtilitati deseruiens ipsa sensim adsumatur. Sapienter,* v. 29.
vt solet, Seneca in consolatione ad Polybium, Omnium *inquit*, somnos Principis vi- Matth. 5. v. 15.
gilia defendit, omnium otium illius labore, omnium delicias illius industria: Cap. 16.
omnium vacationem illius occupatio. *Eam præterea lucerna diffundit lucem, non*
quæ nimio splendore perstringat oculos, sed quæ discussis tenebris exhilaret: non quæ
exterreat animos, sed quæ recreet, & alliciat. Fulgor solis aut hebetat, aut offundit

aduersum oculorum aciem: fulgur terret, ac perstringit. Saulum cædem Christianorum anhelantem subitò circumfulsit lux de Cælo attonitumque, ac stupentem humi
Actuū 9. *prostrauit. Cum Regina Hesther Assuerum pro periclitante populo interpellatura adijsset, nimio illius splendore territa, atque exanimata corruit: sic enim expresse-*
Cap.15. *runt Septuaginta, vultum Regis*, Eleuans faciem suam inflammatam gloria. *Et Gorgonides*. Ecce oculi eius ardentes sicut ignis. *Solent, scilicet, præsumidi Principes ardentes flammas oculis eiaculari, vt prius aspectu terreant, quam feriant mucrone. Apage is talem Principis lucem, quæ obuios quosque fulgore ipso perterrefaciat, pauidosq; ac trementes in tenebras, latibulaq; congerat. Rectè & grauiter idem*
Lib.1. de clem.c.3. *Seneca*. Illius Principis magnitudo stabilis, fundataq; est; quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt. Quo procedente, non tanquam malum aliquod, aut noxium animal è cubili prosilierit, diffugiunt, sed tanquam ad clarum, ac beneficum sidus certatim aduolant. *Beneficum sidus Principem vocat, quod mirificè congruit cum germanis Principum compellatione, qui recondito sermo-*
Lucæ 22. v.25. *ne*, Nedibim, *hoc est, vt exposuit Christus, Benefici vocantur, benigni, liberales, & munifici. Atq; horum Principum, qui subditorum animos benignitate sibi deuin-*
Prou. 22. v.25. *ciunt*, Stabilis (*inquit Seneca*) & fundata magnitudo est. *Quia videlicet*, misericordia, & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. *Nonne lucerna lux diu fouetur, & iugiter sustentatur oleo? Ita nunquam extinguetur illius Principis lucerna, quæ oleo clementiæ, benignitatis, & misericordiæ perpetuò abundabit. Atq; hoc primum esto lucernæ, hoc est, eximij principatus insigne; temperata, placabilis, benefica, & oculis amica lux, oleo lenitatis, & mansuetudinis alta.*

Alterum sit, quod videtur lucis maximè proprium, tenebras dispellere, domumq; totam illustrare. Est enim Princeps quasi lucerna reipublicæ in edito & excelso sita loco, vt errorum caliginem discutiat, & eximiæ prudentiæ lucem rebus obscurissimis impertiat. Summus ille Princeps noster, ac legifer Christus, qui nostram vicem mis-
Luc. 21. v.79. *seratus descendit è sinu Patris* illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. *Lampas appellatur ab*
C.62.v.1. *Isaia*; Donec egrediatur vt splendor Iustus eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur. *Immò etiam in cælesti illo regno, quod totum est eximio splendore col-*
Apoc. 21. *lucens, adhuc lucernæ nomen, & munus retinet*: Lucerna eius est agnus. *Præcur-*
Io.5.v.35. *sor illius Ioannes, qui velut lucifer ante grediens solem præiuit ante faciem illius ad*
Prouer.6. v.23. *dandam scientiam salutis plebi eius*, Lucerna ardens, & lucens *nominatur. Quod si Principis munus est, leges condere quibus noxia prohibeat, & præscribat salutaria*. Mandatum lucerna est, & lux, lux *quod in diuinam legem cadit quam a-*
Psal. 118. v.104. *ptissime*, Lucerna pedibus meis verbum tuum, *Aiebat Regius Psaltes. Singularis etiam illa, paternaq; directio diuinæ prouidentiæ, quam Ecclesiæ Principes si minus exprimere, saltem adumbrare certè debent imitando, lucerna vocatur à S. Iob*. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.

Age verò, nam præter eximiam prudentiam, pronamq; ad benemerendum voluntatem, quibus virtutibus quasi duabus firmissimis columnis moles Principatus solidè subnixa, stabilitaq; recumbit, requirunt in Principe sacræ literæ Generis nobilitatem, & antiqui, Regijq; sanguinis splendorem. Siue quod famosæ illæ Maiorum imagines præclaros quosdam, & generosos impetus ad æmulandam eorum laudem posterorum animis ingenerant: siue quod augusta, illa, priscaq; nobilitas insito naturæ præiudicio authoritatem, existimationemq; apud populum Principibus conciliat.
C.10.v.17 *Sic certè legimus in Ecclesiaste*, Beata terra, cuius Rex nobilis est. *Subest in Hebraico textu non vnica sed duplex vox, quibus Latina illa*, nobilis, *respondet: vtramq; latinè efferas*, filius candoris, siue lucis. *Beata terra, cuius Rex est filius Heroum, & illustrium: lux enim apud probatos scriptores idem est, ac nobilitas. Hinc elegans Poeta,*

Ast

Ast illi sine luce genus absurdumque parentum Nomen. Silius l. 8.

Apud alterum vero, Stat. 3. Sylu[a]r.

Non te series inhonora parentum
Obscurus proauis, & prisciæ lucis egentem
Plebeia de stirpe tulit.

Hinc nobilissimus historicus, Generosissimarum imaginum fœtus in aliquod reuoluti dedecus acceptam à maioribus lucem in tenebras conuertunt. Valer. Maxim. lib. 3. c. 3. Lib. 2.

At enim dicat aliquis; lux ista nobilitatis lux debet esse solis perillustris, & longè, latèque collucens; non lux lucernæ sub obscura, & in angustijs vnius cubiculi delitescens. Sit ita sane, sed addendum etiam illud; lucem istam nobilitatis inde vsque à primo Familiæ capite diffusam, & ex vno in alterum perpetua quadam serie deinceps deriuatam, semperque nitentem quasi per manus posteris traditam: nonquidem Sole, qui vnus, idemque est, eodemque splendore circumfusus; sed lucerna, quæ defecta oleo, subinde etiam deficitur luce, alteram tamen prius quam extinguatur, accendit, significantissimè denotari. Hinc celebre illud Lucretij carmen, Et quasi cursores vitat lampada tradunt.

Sed manum iam de lucerna, quasi de tabula. Affulges, Princeps Illustrissime, non almæ Ecclesiæ Giennensi solum, sed vniuersæ etiam Hispanæ eximio virtutum, doctrinæque fulgore tanquam splendidissima lucerna. Hoc Sacri Principatus Hieroglyphico aptissimè significantur cælestia dona, quæ in te Deus plena manu congessit, quæque in omnium linguis, oreque versintur. incurrit videlicet sua sponte in omnium oculos clarissimus nobilissimi tui sanguinis splendor, à tuis quidem maioribus acceptus, sed heroicis tuis virtutibus illustratus, propensissima ad benemerendum voluntas, ex isto tuo placito, ac sereno vultu, ex istis tuis benignissimis oculis emicans, & omnium tibi animos mirabiliter denuncians: Rara, & exquisita prudentiæ lux multos ab hinc annos, vel in ipso ætatis flore, in grauissimis functionibus spectata simul, debitaque admiratione & acclamatione probata. Testis locupletissimus est insignis Academia Salmanticensis, quàm tres ipsos annos Rectoris personam sustinens prudentissime administrasti. Relucet in te præterea admirabile diuinæ sapientiæ lumen, quod præsens eruditissimis, ardentissimisque concionibus porrigis illis, qui tanto Pastore fruuntur: absens vero longissimè diffundis edito præclaro illo de sacrarum reliquiarum cultu ingenij tui monimento, quod sibi ære perennius exegisti, & in eo sperantem animi tui pietatem prodigiosamque ad miraculum vsque eruditionem, & exquisitam. Ecclesiasticæ historiæ supellectilem, & nunc ad exteros, & olim ad posteros latissimè propagasti. Enim verò (qui tuus mirificus pudor est, & candida religiosissimi animi moderatio) vt virtutes omnes Apostolico Principe dignas colis libentissimè, ita eos qui te laudibus efferunt, molestissime audis. Dabis tamen hanc veniam vel inuitus, vt prætermisso latè patente tuarum virtutum campo, in quo oratio posset excurrere, mirabilem istam tuam affabilitatem, comitatem verè singularem, propensissimam ad benemerendum de omnibus voluntatem, liberalem, ac prolixam in pauperes beneficentiam, eminere, caputque attollere inter egregias animi tui dotes, liberè prædicemus. Obscurat profectò, ac obruit cæteras laudes tuas hæc vna laus, vt Sol effuso splendore stellarum lucem offundit. Hoc lenissimo, suauissimoque benignitatis oleo indies magis magisque glisc it istius lucernæ flagrantissimus ignis, & ad exprimendum candore suo illum vndique collucentem Deitatis Solem quotidie proprius accedit. Præclare enim dixit Plinius: Deus est mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. *Nec minus sapienter Strabo.* In hoc maximè homines Deos imitari, quando benefecerint. *Ex nostris verò eloquentissimus Chrysostomus,* Nihil nos ad similitudinem Dei sic affert, atque extollit, quemadmodum libera, benefica, & copiosa collatio. *Clemens autem Alexandrinus,* Dei, *inquit,* imago est homo benefaciens. *Denique Nazianzenus;* Fias in fortunato Deus, misericordiam Dei imitando. Nihil adeo diuinum habet homo, quam benefacere. *Macte igitur Heros Illustrissime, macte virtute: perge pleno gradu, expedita ista, & compendiaria ad immortalitatem via. Hæc nimirum egregia tua*

Lib. 2. naturalis histor. ca. 7. Lib. 10. Hom. 36. in Matth. Lib. 2. Stromat. Orat. 16.

beneficentia, hæc humanitas, hæc facilitas, commoditasque naturæ te quàm simillimum Deo reddit, & omnium tibi mortalium voluntates adamantinis quibusdam catenis, & arctissimo beneuolentiæ nodo deuincit: ac non beneuolentiam modo, sed summam etiam venerationem parit. Scitè enim dixit Plinius Iunior, Malè terrore veneratio acquiritur, [Lib.8.epistol.vlt.] longeque valentior est amor ad obtinendum quod velis, quam timor. Ferreus plane sit qui te non amet, non in oculis ferat. In mansuetudine, inquit Ecclesiasticus, opera [c.3.v.19.] tua perfice, & super hominum gloriam deligeris; hoc est, amorem tibi conciliabis, qui longe pluris quàm excellens gloria æstimari debet. Vel alio sensu, si fueris mitis & affabilis, multo tibi magis beneuolentiam hominum adiunges, quàm si in altissimo dignitatis gradu collocatus, amplissimis honoribus circumfluas, gloriaq; spectatissima floreas. Hæc enim timorem potius incutit, amoremq; retardat. Quod si nihil est hac affabilitate, qua plurimum excellis, amabilius; nihil quod magis alliciat animos ad te diligendum, vel eorum, qui te de facie non nouerunt, quid nos facere æquum est, quos eximia beneuolentia complecteris? quos, cum festos dies nostri Sancti Parentis Ignatij in Beatorum numerum relati in hoc Collegio celebrauimus, tua gratissima præsentia cohonestare, tua munificentia prosequi, domestica tua, sacraq; supellectili locupletissima, atq; adeo Regia, templum, aras, claustra ipsa insigniter exornare; denique quod caput est, & quo iure optimo gloriamur, nulliq; Collegio totius Societatis palmam deferimus, primum illum festum diem, incredibili omnium ordinum concursu ac lætitia celebratum doctissima illa tua, gratissimaq; concione, quæ typis vulgata, & Doctorum omnium acclamatione excepta manibus teritur, illustrare voluisti. Prætermitto, quanto studio Societatem nostram in Gienuensem vrbem primus inuexeris, quia testatum palàm omnibus est eam isthic quotidie magis magisq; tuo fauore efflorescere, auctoritate fulciri, beneuolentia erigi, beneficijs cumulari. Accipe igitur, qua soles benignitate, Princeps benignissime, debita gratitudinis nostræ pignus, perpetuæq; tui apud nos memoriæ consignatum obsidem, apud consequentem verò posteritatem æternum grati animi nostri monumentum, F. Thomæ Sanchij lucubrationes, quas ille tibi, dum viueret, cum in te colendo, atq; ornando nostrum nemini concederet, propensissima, quod te non latet, voluntate consecrauerat. Hoc opus dignum suo Authore, & tanto Patrono (nisi fallit amor) non indignum aspiciet lucem clarissima tua profusum atque completum luce. Etenim etsi lux quædam natiua insit luculentis illustrium ingeniorum monumentis, necesse tamen est, quo nitidius affulgeant ad oculos, vt illis ab Illustrissimo aliquo Principe aduentitius etiam splendor accedat. Dabis itaque lucem operi per se quidem illustri, atque præclaro. Verum si præter insitum splendorem, fulgentissimis istis, quibus nitet, radijs collustratum prodeat, vt gemma à se pellucida, à Sole insuper radiata vibrat: ita noster Thomas eam effundet lucem, quæ nullis obscurata inuidentiæ tenebris absolescat. Nostrarum vero partium erit, Princeps Illustrissime, Deum assidue deprecari, vt fulgentissimam istam sacri tui Principatus lucernam ad diuini Numinis sempiternum decus, animarumq; salutem immortalem, quam diutissimè radiare: nitidissimum istum literarum, literatorumq; Solem ad fouendas, & alendas diu bonas disciplinas, quàm fieri poterit, maximè serò velit occumbere.

COL-

COLLEGIVM GRANATENSE SOCIETATIS IESV,

LECTORI.

DVO sunt, Christiane Lector, de quibus te admonitum esse volumus. Alterum spectat ad huius libri Auctorem, ad opus ipsum alterum. Et Auctoris quidem nomen non ita latet in angulis, aut tenebris inclusum, vt indigeat alienæ prædicationis lumine: potius sua sponte incurrit in omnium oculos. Neque verò est illius laus aut angustis, aut exiguis circumscripta terminis, sed præclaris ingenij sui monumentis posteritati prodita, orbem terrarum, quantusquantus est, cum summo applausu, & acclamatione peruagatur. Quis enim eruditissima illa volumina, de Matrimonij Sacramento accuratissimè conscripta, vel fama, & auditione non nouit, qui modò literas nouit? Quis autem vel quæstiunculam aliquam obiter inspexit, qui non simul tam limatum, & expolitum opus suspexit, & plena manu laudauit? Constans fama est, Clementem VIII Pontificem Maximum, cum fortè grauissima quæstio Romæ agitaretur, quam noster Thomas fuse, & grauiter decidebat; ipsiusque liber inspiciendus oblatus esset Pontifici, totam illam quæstionem, (vt erat ipse doctissimus) per otium perlegisse, ac vehementer admiratum subtile hominis acumen, peracre iudicium, raram perspicuitatem, singularem, & exquisitam in rebus indagandis solertiam, in tradendis facillimam metodum, in euoluendis, citandisque auctoribus exactissimum, & planè indefessum studium, seriò Pontificem pronuntiasse, nullum vnquam auctorem extitisse, qui dubias de Matrimonio controuersias vberius, & accuratius enodasset. Atque hic talis, ac tantus vir immortalitate dignus, cum maxime egregia quædam, & ardua ad illustrandam Moralem disciplinam moliebatur animo, & partim absolutam, partim affecta iam habebat, vt sunt Mortalium cogitationes timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ, immatura morte præuentus, magnosque sui desiderio omnibus relicto, hanc labentem vitam immortali, breuem æterna, miseraque beata commutauit. Decessit ille quidem suo tempore, qui cælesti gloriæ comparandæ satis superque vixisset; nostro certe alienissimo, qui tam incomparabilis viri iacturam fecimus, tale amissimus huius Collegij columen, tale perdidimus virtutum omnium, & literarum ornamentum. Obijt Pater Thomas Sanchez symptomate lethargico, quod Pleuritidis telo superuenit, die 19. Maij, priuilegio ipso triumphantis Ascensionis Christi anno 1610. ætatis suæ sexagesimo ineunte, ab inita Societate quadragesimo quarto. Et verò simul atque mortis eius per vrbem manauit rumor; non inuitati, à nostris, sed amore, ac desiderio demortui communis parentis (sic eum appellabant) allecti cōcurrere vndique quàmplurimi ad funus cohonestandum. Adfuit Illustrissimus Archiepiscopus, cui ille per multos annos à sacris confessionibus fuerat. Grauissimus item Senatus Regius, cuius magnam partem peccatorum absolutione lustrabat: pleriq; autem in decidendis rebus maximè controuersis, ac dubijs, illum vt absolutissimum Theologum, & vtriusque iuris peritissimum consulebant. Confluxere sacrorum ordinum religiosi viri, quorum sępe modos de officio perplexè intricatos expedierat. Conuolauit inuocata huius vrbis nobilitas vniuersa & promiscue plebis infinita pene multitudo, qui defuncti corpus floribus conspersum, & eximia quadam specie, ac virginali nitore micans, certatim conabantur, vel rosarijs attingere, vel osculis suppliciter venerari. Et quidem meritò: nam fuit vir integritate vitæ singulari, candore animi, atque sinceritate admirabili. Vix credibile videbatur, cum tam recondita, exquisitaque doctrina coniungi potuisse tam candidam, & apertam columbæ simplicitatem: cum tanta omnium ordinum æstimatione tam rarum sui despicientiam: videlicet cum omnes illum suspicerent, in oculis ferrent, velut oraculum consulerent; solus ipse se doctum ignorabat, solus ipse pro nihilo se putabat, & omnium pedibus subijciebat: vt omnino egregia virtus cum excellente doctrina, profunda humilitas cum summo honore, incensus pietatis affectus cum contentissimo literarum studio, simplicissima obedientia cum sapientia singulari, certasse in illo videantur. At fuit quidem noster Thomas vel à primo virtutis tyrocinio, atque adeò in ipso Societatis ingressu planè mirabilis. Cùm enim Societatem haberet in votis, eamque ardentissimè affectaret, non semel repulsam tulit, quòd impeditioris esset linguæ, & in singula verba fœdè balbutiret. Colebat ille iam tùm ab ipsis teneris annis mirifico pietatis studio Beatissimam Virginem; ad cuius Cordubense templum patratis miraculis nobile, cui à Fonte sancto nomen inditum supplex confugit Thomas, ac genibus flexis, ductis eximò pectore suspirijs, profusisque lachrymis à sanctissima Deipara enixè simul ac fidenter efflagitauit, impedimentum illud vt auferret, professus insuper, se domum suam non reuersurum, nisi, quod petebat, impetrasset. Neque irritæ fuere preces: annuit adolescentuli votis misericordiæ mater, suumq; alumnum balbutie liberauit, tenui duntaxat relicto vestigio ad memoriam accepti beneficij, quod ille in posterum tam grata memoria coluit, vt quoties ex interuallo Cordubam repeteret, etsi intempesta appelleret nocte, priùs tamen ad salutandam in suo templo Sacratissimam Virginem, quàm ad nostrum Collegium adiret. Postridie verò in sacello sancti fontis rem diuinam faceret, diemque integrum eodem loci gratissima, & flagrantissima meditatione trāsigeret: His auspicijs ingressus in Societatem altissimos sibi proposuit virtutum fines, ad quos toto pectore incumberet, & summa virium contentione aspiraret: memoriam relatos, ac manu propria descriptos, non minore, quàm contenderat, assequutus est laude. Statuerat ille, vt ex eo codice liquet, in spiritualem quęstum non secùs inhiare quam soleat cupidissimus, strenuissimusq; mercator nullam prorsus augendæ pecuniæ occasionem prætermittere, omnem potius opportunitatem faciendi lucrum audissimè captare. Ac mirabantur omnes, qui patris Thomæ actiones studiose obseruabant, incredibilem in suscepta semel ratione vitæ constantiam, perpetuumque tenorem, nullis vnqnam studiorum occupationibus interruptum, nullo grauissimorum virorum interuentu violatum: vt, quod ipse in illo suo libello non semel exarrauerat, perfectissimè ex sequeretur, disrumpi potius se passurum, in frustravè concidi minutatim, quam vt vel transuersum vnguem à semel concepto virtutis proposito deflecteret. Atque vt silentio inuoluamus heroicas illas altissimarum virtutum exercitationes, quæ minus patebant oculis, vt nihil de ardentissima illius charitate, flagrantissimo animarum zelo, contentissimo orationis studio, profundissima humilitate, angelica castimonia, obedientia promptissima, ac simplicissima, paupertate prorsus. Euangelica dicamus, neque enim in vnius præfatiunculæ angustias includi possunt, quæ iustum

volumen

volumen desiderant. Illud sanè omnes in summam rapiebat admirationem, hominem vitæ purissimè innocentissimeque actæ, vsque eò, vt qui eius excepere totius vitæ confessiones, fidem faciant nullius lethalis culpę labe inquinatum vnquam fuisse. Infirmissimæ præterea, tenuissimæque valetudinis, quam videlicet assiduis studiorum laboribus non debilitauerat modò, sed penitus exhauserat: certum enim est, quotidie illum decem minimum horas, non quidem remissè, sed contentè & grauiter solitum libris incumbere: tamen vsque ad extremum spiritum, vsque ad illum ipsum, quo nobis ereptus est, morbum, in rigidissima carnis maceratione, in victu, cultuque in primis horrido & aspero, in vigilantissima sui custodia, in abnegatione sensuum incredibili, in egregia denique exhausti corpusculi victoria constantissime, perdurasse, non secus, ac si grauissimorum scelerum conscius, ad placandum cœleste numen tunc primum arduum pœnitentiæ institutum arriperet. Semel tantum in die sub noctem capiebat cibum, eumque vilem, & parabilem, quarter in hebdomada pane tantum, & oleribus vitam tolerabat. Tota Quadragesima & aduentu nihil ad panem, præter legumina, & fructus aridos adhibebat. Peruigilijs Christi Domini, & Sacratissimæ Virginis pane duntaxat & aqua ieiunabat. Iam illam ipsam cibi tenuitatem quot ille artibus infatuabat? Salem, piper, acorem, cæteraque eiusmodi gulę irritamenta non respuebat modo, sed omnino detestabatur. Ne ipsa quidem elixa olera, per se satis insipida, oleo, aut aceto condiebat. Descripserat in illo, quam memorauimus, libello, esculentorum catalogum, quibus iam inde à puero maximè capiebatur, addebatq; conceptis illis suis verbis. Disrumpar licet, nūquam hæc quę in primis palato meo sapiunt, quibusq; vehementer afficior, degustabo. Videlicet acerrimus sui hostis omnibus blandimentis sanguinarium bellum habebat indictum. Degebat ille frequenter, vt ab interpellatoribus remotus, ac liber studio vacaret, in huius Collegij suburbano prædio, vbi mira vsque & vsque vernat florum amœnitas & varietas: tamen perpetuus vbique naturæ victor, pro suscepta abnegandi sui contentione, nullum vnquam florem naribus admouit, vt vel honestissima voluptate repudienda genium defraudaret. Iam verò quis enumeret, quàm crebris pœnitentijs, quam rigidis afflictationibus tenue illud, fractumq; corpus macerabat? Quam acriter se quotidie verberibus cædebat? Quam aspero se cilicio, hirsutisque setis horrente, per singulos ferè dies affligebat? In illo ipso, quo absumptus est, morbo, cum in lecto iaceret febriq; ardentissima æstuaret, tamen, ad ietium vsque morbi diem, corpori appressum cilicium gestauit, cunstanterque retinuit. Sed finis iam sit, ne prælixos præfationi cancellos transiliamus. De Auctore enim pro opportunitate temporis satis multa, pro eius merito, ac dignitate perpauca. De Opere ipso quam breuissime expediemus. Aggressus ille fuerat copiosam, & accuratam totius Decalogi explicationem, nonnullis voluminibus comprehendere: sed pręclaris tanti viri conatibus, & cœptis intempestiua interuenit mors. Itaque primum hoc volumen absolutum, limatum, perpolitumque requit; nempe cui Auctoris ipsius extrema iam manus accesserat, illudque viris doctis Societatis examinandum de more, excutiendum tradiderat. Alterum, in quo de religioso statu, ac professione, deque tribus religionis votis accuratissimè disseritur, in ibi iam erat, cùm interceptus est noster Thomas, vt propediem absolueretur. Illud nos ex eius Authographis & aduersarijs, quàm primùm fieri poterit, sedulò ac fideliter exscriptum, luci, & posteritati non inuidebimus. Vale.

INDEX

INDEX CAPITVM, QVAE IN HOC TOMO CONTINENTVR.

EX LIBRO PRIMO,

de principijs quibusdam generalibus ad omnia præcepta.

LIBER SECVNDVS,

De primo Decalogi præcepto.

Cap. 16.

LIBER TERTIVS

De secundo Decalogi præcepto.

De iuramento.

LIBER QVARTVS, de Voto.

De votorum irritatione.

De votorum dispensatione.

De votorum commutatione.

LIBER PRIMVS DE QVIBVSDAM PRINCIPIIS MORALIBVS,

Quæ vniuersis præceptis communia sunt.

DIVISIO TOTIVS LIBRI.

CVM peccata quædam ex genere suo mortalia sint, quædam verò venialia: atque ea vtriusque peccatorum generis natura sit, vt ex circumstantia adiuncta vnum quandoque in alterum transeat: vt mortale in veniale transit, ratione imperfectę deliberationis, ac imperfecti consensus, aut ex materiæ paruitate: veniale quoque transit in mortale, ratione contemptus, vel quod in eo constituatur vltimus finis, vel ratione scandali, aut periculi incidendi in mortale. Primo loco agemus de modis, quibus mortale transit in veniale, ac de deliberatione, & consensu perfectis ad mortale requisitis: vbi an perfectus consensus sit, quando voluntas dubia manet; vel negatiuè se habet, nec consentiens, nec dissentiens: vel consentit sub conditione aliqua, vel in solam operis mali delectationem, aut iactantiam, excluso eius perficiendi desiderio. Et quando ex materiæ paruitate veniale fiat. Secundo loco agemus, quando veniale transit in mortale, vbi quale sit scandalum, quod opus veniale, aut indifferens in mortale transire facit: & an tale sit, quando quis præter intentionem ad alterius peccatum concurrit, exercendo opera indifferentia. Et quale sit periculum Incidendi in mortale, vt ob id veniale opus, aut indifferens, in mortale transeat: & an tale sit, quando quis operatur cum conscientia opinanti opus esse licitum, dubia, scrupulosa, aut erronea. Tertio loco agemus de ijs, qui ad præcepta tenentur, vt de pueris, amentibus, ebrijs infidelibus. Quarto loco, de modo, quo pręcepta implenda sunt, vbi an eis satisfiat, quando adest intentio non satisfaciendi, & per actum qui alias est peccatum: ac duobus præceptis eodem actu, & vnico tempore. Et an obligent præcepta ad tollenda impedimenta præuia, quæ tempore præcepti eius impletionem impediunt. Vltimo loco, quando ignorantia, metus, impotentia totius implendi præcepti, necessitas, dispensatio, à præcepti transgressione excusent.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit peccatum, & de mortalis à veniali discrimine, & quot modis mortale in veniale transeat: ac quando id accidat defectu plenę deliberationis, perfectique consensus.

SVMMARIVM.

Explicatur definitio peccati, num. 1.
Quotuplex sit peccatum, & in quo distent mortale, & veniale, num. 2.
Quotuplex sit mortale, & quotuplex veniale, num. 3.
Regula ad dignoscendum mortale ex genere, ac veniale, nu. 4.
Quot modis mortale ex genere transit in veniale, num. 5.
Mortale transit in veniale defectu perfectæ deliberationis, num. 6.
Quotupliciter intellectus ad obiectum aduertat, ac de eo consultet, num. 7.
Ad mortale qualiter opus sit plenè aduertere ad malitiã obiecti, num. 8.
Non opus est aduertere malitiam esse mortalem, num. 9.
Quando sit plena deliberatio, & quando semiplena, num. 10.
Quando motus praui imaginationem consequentes sint mortales, num. 11.
Ad mortale perfectus consensus exigitur secus ad veniale, numero 12.
Solius rationis superioris est consensus ad mortale requisitus, num. 13.
Quot modis voluntas se in expellendis prauis motibus habere possit, num. 14.
Quando negligenter se habet in expellendis, quando sit mortale, numero 15.
Quando voluntas est dubia, est mortale, & fatendæ omnes circumstantiæ, num. 16.
Traduntur 4. regulæ ad discernendum in dubio, quando sit perfectus consensus, n. 17. & triplici seq. vbi n. 20. traditur differentia in hoc inter virum timidæ, ac deperditæ cõscientię.

1 PEccatum (vt ex *D. Aug. lib. 22. contra Faustum, cap. 27.* tradit *D. Th. 1. 2. q. 71. art. vlt.*) est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem ęternam. Nomine dicti vel facti, vel concupiti, comprehenduntur vniuersa oris, operis, ac cordis peccata; & sumuntur pro ipsis dicendi, faciendi, ac concupiscendi actibus. Quippe hi soli sunt peccata. Atque actus sumitur latè; vt comprehendat quoque actus ex præcepto debiti omissionem. Dicitur contra legem æternam, id est, diuinum præceptum. Quod vniuersa peccata, siue contra ius naturale, siue contra humanum, sint contra Dei legem: nõ quia ꝓpriè, & directè aduersẽtur iuri diuino, sed quia Deus iuri naturali, & humano parere iubet.

2 Duplex autem est peccatum, aliud mortale, & aliud veniale. Et quamuis grauiter Theologi de vtriusque discrimine discepent: at receptior sententia est, id esse, quod mortale æterna, veniale verò temporali pęna dignum sit, vt bene alijs relatis tradit *Azor to. 1. instit. moral. lib. 4. c. 9. q. 3.* Insuper quod mortale sit cõtra legem, veniale autem non propriè cõtra, sed præter legem est. Quod amplius nu. seq. explicabitur.

3 Rursus peccatum, aliud est ex genere, & natura sua mortale, etsi quãdoque per accidens veniale fiat. Aliud è contra ex natura, & genere suo veniale, etsi aliquãdo per accidens in mortale transeat. Quare triplex est veniale, quoddã ex genere suo, quod, scilicet, ex materia circa quam versatur, graue non est, sed leue. Vt verbum otiosum cogitatio otiosa, mẽdacium iocosum. Quãuis enim hæc directè, & omnino violent legem naturalem de

de his cauendis, at lex hæc prohibens non est simpliciter lex, sed secúdum quid. Quia de legis ratione est obligandi vis, hæc autem consurgit ex legislatoris voluntate, & ex rei præceptæ ad finé inteutum necessitate Cum autem hæc vitare non sit simpliciter necessarium ad finem rationalis naturæ adipiscendú, Deus noluit ad hęc vitanda simpliciter obligare, nec lex obligans nomine legis simpliciter gaudet. Aliud est veniale ex materiæ leuitate: nempe, quod præcepto sub mortali obligati ad uersatur ad id præceptum non simpliciter, sed secúdum quid transgreditur: vt rei modicæ furtum. Deinum aliud est veniale ex actus imperfectione, id est, ex plenæ deliberationis defectu. Quod quamuis circa materiam graue versetur, & sit contra præceptum ex se obligans ad mortale; at non violat simpliciter id præceptú. Quippe præceptú simpliciter, & perfecte obligat operantem plene ac perfecte libere. Quare deficienti plena, ac perfecta libertate, deficiet quoque simplex obligatio.

4 Quod si petas regulá ad dignoscendú quando mortale ex genere, aut veniale sit, duplex tradi potest. Prior est. Ea sút mortalia ex genere, quæ charitatem Dei, aut hominis grauiter lædunt: secus autem venialia ex genere sunt Hãc tradit *Azor to.1.l.4.instit.moral.c.9.q.5.* dicens communem Theologorum esse. Ex quo infert peccata contra virtutes Theologicas, vel religionis virtutē: vel iustitiam, aut proximi charitatem, & quæ ad luxuriā pertinent, esse ex genere suo mortalia, quæ autem quispiam contra solú bonum proprium perpetrat, esse in plurimum ex genere suo venialia: sicut vanas cogitationes, vanas concupiscentias, immoderata esum, potum, somnum, risum. Quamuis hæc quoque sint mortalia ex genere, quádo charitatem sibimet debitam grauiter lædunt. Vt si quis graue sibi malú inferat, aut euenire optet. Posterior regula est. Quando aliquid tanquam valde graue, & necessarium, præcepto aliquo humano grauiter præcipitur, eius transgressio est mortalis. Itaque requiritur, & materiæ grauitas, & legislatoris grauiter præcipiédi animus, ex legis tenore deducendus. Quod latius dicemus lib.6. huius tractatus, agentes de voto obedientiæ. In præsenti autem id solum monuerim, quod optimé explicat inter alios *Molina to.2. de iust.disp.344.ad fin.* non quęcunque Pontifex interdicit, aut iubet, etto dicat ex diuini nominis affectu se firmiter ea iubere, aut interdicere, obligare sibinde sub mortali, sed id ex materiæ præceptæ grauitate, ac necessitate, atque pœna transgressoribus statuta deducendú esse. Quid nec Pontificem sola ad mortale obligantia statuere oporteat, nec Ecclesiæ benignitas talia præcepta multiplicari patiatur.

5 His præmissis prima conclusio sit. Tripliciter potest mortale ex genere transire in veniale. Primo, ratione imperfectæ deliberationis. Secundo, ratione imperfecti consensus. Tertio, e parui tate materiæ. De 1. primò modo tractandum est in hoc c. & de 2. partim in hoc, & partim duplici cap. sequenti: de tertiu autem in c.4.

6 II. Cóclusio. Certum est apud omnes, quodcumque ex suo genere lethale, & in quacumque materia, posse fieri veniale ex perfectæ deliberationis defectu. Quia cum ad peccatum mortale perfecta deliberatio desideretur (dedecet enim diuinam pietatem, vt ob imperfectam deliberationem hominem in tartara detrudat) atque cum ea sit fragilitas humana, vt non semper ad obiecti malitiam perfecte aduertat de eaque deliberet, inde est, vt ex hac parte in quauis materia possit quodvis ex genere mortale in veniale transire.

7 Quo autem quæ sit deliberatio perfecte explicetur, præmittendum est (vt bené, & latius tradit *Azor l.4.instit.moral.c.5.q.1.*) res primo sensibus repræsentari, quæ appetitum sensitiuum sui desiderio excitant, vel quadā voluptate demulcent: mox ex sensibus ad imaginandi, cogitandi, memorandi potentias transire commouentes sui imaginatione, cogitatione, ac memoria desiderium, aut delectationem; ac tandem res in mentem venire, quæ intellecta appetitum rationalem, qui est voluntas, ad delectationem, seu desiderium incitant. Rursus intellectus ad obiectum sibi præsentatum aduertere potest, quatenus vtile, aut delectabile, non aduertēs circa illud quatenus illicitum est. Vt si quis in ieiunij die nil de præcepto cogitans cœnet, aduertit ad cœnam quatenus sibi vtilem, ac delectabilem, ac de hoc secum deliberat, ac consultat, nil de morali eius contra præceptum malitia deliberans, nec consultans. Immo & potest secundum naturalis temperantiæ regulas de ea deliberare, an ea quo ad quātitatem, tempus, & modum expediat, non deliberando de malitia contra ieiunij præceptum. Et ratio est, quia quamdiu cogitatio, aut dubium circa obiecti malitiam intellectui nō se offert, quantumuis cogitatio, & consultatio circa illius vtilitatem, ac delectationem sint, non est principium sufficiens in intellectu, vt de morali eius malitia deliberare queat. Quippe res hæ diuersi generis sunt. Sicut consultatio aliqua, & deliberatio de rei cuiuspiam vtilitate in negocio litterario, non est principium sufficiens ad de illa in negocio bellico deliberandum, aut altero diuersæ rationis. Sic docet optimé, & latius explicans *Vasquez 1.2.q.74.ar.7.disp.107.cap.3.num.8 & 9* Atque latius explicabo cap. 16.a.nu.21.

8 Hinc deducitur ad quamcumq; peccati rationē desiderari aliquā malitiæ moralis cōsiderationem, id est, aduertere, aut teneri aduertere malitiā. Quare etsi intellectus quid cogitet, aduertat, & delectatione excitati, & solā delectabilis, seu vtilis ratione attendat, si non aduertens saltem dubitans, aut scrupulū concipiens, aut debuerit aduertere id esse peccatum, vacabit culpa, quantumuis tempore longo duret, & inconsideratio censebitur quoad excusandum a culpa omnino naturalis. Ratio est, quia ad culpam libertas desideratur, quæ sine aduertentia, & rationis deliberatione esse nequit. Nec debet esse qualiscumque libertas, sed circa moralem obiecti malitiam, in ea enim amplectenda peccatum consistit. At quamdiu non se consideratio circa malitiam offert, non est sufficiens principium ad de illa deliberandú, eamque liberé amplectendam. (Vt nu. præced. diximus,) ergo quod attinet ad malitiam, censebitur motus primo primus, ac naturalis voluntatis, & omni prorsus culpa vacans. Et ita tradunt *Pet. de Soto de instr. Sacerdo. ubi de discrimine peccatorum, lec.9. 9. & multos referes Vasquez d.ar.7.disp.105.c.4.nu.13. & 14.* & latius *d. sp.107.cap.3.nu.6. & 7. Azor to.1.lib.4.institutionum moralium, cap.2.q.4* Imo, ad vnius generis malitiam aduertere non satis est, ad malitiam quoque alterius generis contrahendam: sed oportet ad hanc quoque aduertere, aut debuisse aduertere. Quia non adfuit principium sufficiens de hac posteriori malitia deliberandi. Vt cōstat in exemplo cœnæ in die ieiunij, quod nu. præcedenti adduximus. Ille n peccabit contra naturalis temperantiæ præceptum, quod aduertit, non autem contra ieiunij legem. Atque ita docet *Vasquez ibid.* Quæ etiam explicabuntur c.16.nu.23.

9 Quamuis autem ad peccatum lethale plena consideratio malitiæ obiecti desideretur, at non est necesse specialiter aduertere id esse lethale: sed satis est malitiam aduertere, si nulla facta examinatione sufficienti, qua merito sibi quispiam probabiliter persuadeat id nō esse mortale, illud prosequatur. Quod manifesto mortalis periculo se exponat, & virtute illud obiectum malitia etiam mortali affectum vult. Sic *Vasquez ea. disp.107.c.3.in fine. Zumel 1.2.q.74.art.8.disp.1.*

10 Vnde plena consideratio ad lethalem culpam petita sic ab imperfecta, & semiplena ad solam uenialē sufficienti secernitur; quod hæc contingat, quoties homo ita aliquid esse malum aduertit, sicut illi qui nondum plenè a somno excitati pollutionis illis contingentis malitiam aduertunt. Illa uerò, quando homo plene aduertit, instar perfectè a somno excitatorú. Quippe potest in vigilia adeo tenuis consideratio accidere, eo φ intel-

intellectus alio trahatur, ut nõ sufficiat ad mortale. Cuius rõ ea est, quia cũ lethali dissolutio diuinę amicitiæ, ac æterna pœna debeantur, nõ est par credere tãro supplicio hominẽ absq; perfecta, & plena consideratione obnoxium fieri. Et ita discrimen hoc explicant *Caiet. in Summa, verbo Delectatio, paulo post principium, Vasquez d. disp.* 107. *toto c.* 4. Alio etiam modo explicat optimè *Valentia* t. 2. *disp.* 6. *q.* 4. *punct.* 3. *col.* 2. *vers. Secundo si plenè* ut tunc plena deliberatio sit, qñ rõ perfectè animaduertit obiectũ malũ, quoad circumstantias, quib. moueri põt ad illud excutiẽdũ: semiplena aũt, & imperfecta, cũ qs ita animaduertit, aut aĩaduertere põt aliqua p̃ñti cogitatione, ut queat malũ illud excutere, sed tamẽ nõ ita facile: qđ nondũ plene cernat in quonã & quali motu hęret. Et utroq; mõ ait posse talẽ motũ esse uolũtarium, uel directè, cum nolũtas illum acceprat: uel indirecte, cum potest, & debet excutere, ac non excutit.

11 Ex quo fit, motus mortaliter prauos imaginationẽ cõsequẽtes, si oẽm rõnis deliberationẽ præueniãt, culpa prorsus uacare. si solã perfectã, & plenam, uacare culpa mortali, nõ tamẽ ueniali: si tamẽ adsit plena deliberatio, culpa mortali affici. Cõstat ex dictis. & multis allegatis tenet *Azor tom.* 1. *lib.* 4. *instit. moral. c.* 5. *q.* 2. & 4.

12 III. Cõclusio. Vltra plenã intellectus considerationẽ cõsensus uolũtatis exigitur ad culpã: q a nequit peccatũ esse, nisi uoluntariũ. Et quãuis ad peccatũ ueniale sufficiat imperfectus cõsensus, ac tepiditas quędã in prauis motib. coercendis, sicut & imperfecta deliberatio: at mortale perfectũ, ac plenũ cõsensum, sicut & perfectã deliberationẽ desiderat. Quod rõ adducta nu. 10. optimè p̃bat. Quare cũ fragilitas humana ea sit ut in quacumque cuiusuis criminis suggestione expellenda se habeat aliquando tepidè, non plenè consentiens, inde est, ut ex hoc quoque capite quodcumque mortale ex genere possit in ueniale transire. Quod vniuersi fatentur.

13 Hinc fit, ad solã rõnẽ superiorẽ rõnibus æternis attendentẽ pertinere plenitudinẽ, ac perfectionẽ consensus, & ea nõ consennente, minime posse dari culpã lethalem. Quia ubi sunt plures iudices ordinati, finalis s̃nia supremi iudicis est. At rõ superior est in anima supremus iudex, & cõsensus plenus ad mortale requisitus est uelut finalis sententia: ad ipsam ergo pertinet. Sic *D. Thom. & Caiet. communiter recepti* 1. 2. *q.* 15. *art.* 4.

14 Vt aũt perfectus cõsensus ad mortale petitus explicetur, oportet supponere, quadrupliciter se posse habere voluntatẽ in tentationib. peccati mortalis expellendis. 1. modo, quando in eis expellendis firma est; at negligẽter se habet. 2. mõ, quando anceps est, an consentiat. 3. modo, qñ nec consentit, nec dissentit sed negatiuè se habet patiẽs in appetitu sensitiuo eos prauos motus. Vltimo mõ, qñ cõsentit sub condõne aliq: a, vt si nõ esset cõtra legẽ Dei, hoc facerem. De duobus priorib. modis in præsenti, de posterioribus autem in seq. cap. dicemus.

15 Quando voluntas se habet primo mõ, ea negligentia est cõiter venialis: quia plenus consensus deficit. At transibit in mortalem. quando probabile consentiendi mortali periculum affert. Vt bene tradunt *Nauar. Sum. c.* 11. *nu.* 14. *in fine. Ledesma* 1. *p. q.* 21. *ar.* 7. *conclusione* 9.

16 Quando se habet 1. modo, quia plenè, & deliberatè eligit esse anceps consentiat necne, quia rõnes hinc inde propositę eam ancipitem reddũt, cui parti potius adhęrebit, est culpa lethalis. si tentatio sit de re mortali: atq; est contra id præceptum, quo ab eo peccato se abstinere tenebatur. Ratio est, quia id voluntatis dubium in eo formaliter cõsistit, vt appretiatio delectationis sensibilis ęqualis sit appretiationi honestatis oppositæ; vnde fit, vt neutra pars præponderet. At cum Deum super omnia amore appretiatiuo, licet non intensiuo, diligere teneamur, (vt in tractatu de pœnitentia tradunt vniuersi) hęc æqualis æstimatio ei amori aduersatur, ac proinde culpa lethalis est. Deinde, quia sicut intellectus tenetur in rebus Fidei credendis firmus esse, ac in illis dubitans in fidem peccat: ita voluntas singulis p̃ceptis astringitur ad non desistendũ a firmo illa non trasgrediendi proposito, ac proinde cum per id dubium desistit, reus illorum erit. Tandem, quia tunc id manifestum consentiendi periculum se conijcit. Atque ita docet *Medina* 1. *q.* 74. *art.* 6. *documento* 5. Ex quo fit tunc esse confitendas circumstantias obiecti mali, circa cuius electionem dubia est voluntas. Quippè peccatum hoc ad eandem speciem pertinet.

17 4. Autem regulæ tradi solent ad' discernenda considerationem, ac consensum imperfecta a perfectis I. est, quando rei prauæ appetitum aduertens, se ita dispositũ sentit, vt quamuis facile exequi posset, non exequeretur, est signum, aut nullum, aut imperfectum consensum adfuisse. Quia cum potentia executrix voluntati omnino obtemperet, cum in ea dispositione est, signum aut dissensus, aut imperfecti consensus existit.

18 II Regula sit. Quando motus prauus t̃pe ferè imp̃ceptibili insurgit, & paulo post cum primum in mẽtem venit eum rationi aduersari, protinus voluntas curat expellere, est signum, aut nullius, aut imperfecti consensus præstiti. Quia cum homo per discursum intelligat, eget saltem tempore breuissimo ad deliberandum.

19 III. Regula est. Non est signum sufficiens ad p̃bandum consensum sola delectationis perseuerantia post plenam considerationem, sicut perseuerantia motuum partium corporis arguit consensum. Quia corporis partes plene voluntatis imperio subiacent, partes nempe, quę subduntur potentiæ motiuę, ac appetitus sensitiuus rebellis est. Sic *Caiet. Sum. verb. Delectatio, ad fin.* Hincque ait multas negligentias posse post plenam aduertẽtiam habitas excusari a mortali in ijs maxime, qui ita dispositi sunt, ut potius non decernant, quam mortale admittere.

20 Vltima est. Quando quis dubitat an dormiens, vigilansve, an sui compos an potius ebrietate, aut phrenesi captus, aliquid voluerit, dixerit, aut fecerit, indiciũ ingens est non plenę deliberationis. Quippe plena vigilia, plenusque rationis vsus homines de suis actib. certiores reddũt, p̃mittũt n. liberiorẽ esse mentẽ ad res proprias cognoscẽdas. Quod e cõtra accidit, quoties rõnis vsus somno, aut alio accidenti partim ligatus est. Quare qñ aliunde tñ rõ dubitãdi circa plenũ cõsensum, plenãque deliberationẽ insurgit, admittẽda est regula, quam tradũt *Medina* 1. 2. *q.* 74. *ar.* 8. *in fine, &* l. 1. *Summa, c.* 7. *et Sayr. in claui regia, lib.* 8. *c.* 7. *n.* 6. *in fine* quæ talis est, si dubitans sit vir bonis moribus imbutus, timidæque conscientiæ, credendum est eũ non perfectè consensisse: secus de viro prauo, ac deperditæ cõsciẽtię. Quia cũ prior mortale ingenti odio prosequatur, si ipsum admisisset, facile discerneret. At cum posterior parui illud pẽdat, si minime cõsensisset, nullum in eo dubium suboriretur.

CAPVT II.

Qualiter non solus voluntatis consensus in mortale, id exequi desiderantis, sit mortalis, sed consensus quoque in eius delectationem, absque desiderio, qui morosa delectatio solet dici.

SVMMARIVM.

Duplex est volũtatis affectus, & cur dicitur delectatio morosa, n. 1.
Quot sunt difficultates enodanda, num 2
Delectatio alia de cogitatione, & alia de re cogitata, nu. 3.
Delectatio de ipsa cogitatione non est mala nu 4.
Delectatio de re cogitata mala, non vt mala, sed vt artificiosa, licet, num. 5.
Delectatio de modo curioso determinato semper ad malum licet, n. 6.
Vnde dignoscitur delectationem esse de sola cogitatione, nu 7.
Delectatio morosa de re cogitata mala, est mala, nu 8.
Qualiter in omnibus iure naturali vetitis id habeat verum, nu. 9.
Qualiter etiam in vetitis solo iure humano nu. 10.

Fatenda sunt circumstantia operis, de quo est delectatio, nu. 11.
An quando voluntas se habet negatiuè, nec admittens, nec reprimens prauos appetitus sensitiui motus, peccet? Refertur opinio, nu. 12.
Refertur sententia Authoris, num. 13.
Et quid, si sit pollutionis periculum, num. 14.
An liceat delectari de actibus ratione ignorantia, somni, aut ebrietatis à culpa excusatis? Refertur duplex sententia, nu. 15.
Sententia Authoris, & an liceat delectare, quando ex causa excusantur, num. 16.
An liceat pollutionem in somnis optare, aut de habita gaudere? Refertur quadam sententia, nu. 17.
Et opinio Authoris, num. 18.
Quid, si in vigilia prater culpam habita sit: vel in somnis alio impellente naturam, nu. 19.
Quid si in pollutione venerea membrorum commotio adfuerit, n. 20.
Quid si hac adsit, dum quis de pollutione habita gaudet, nu 21.
An obiectum malum velle sub conditione liceat? Refertur quadam sententia, num. 22.
Sententia Authoris: & explicatur an liceat velle ne prohibita iure natura interdicta sint, nu 23.
Quid si res sit licita pro aliquo statu, & desideretur sub conditione, si is status adsit, nu 24.
Quid si sola sit voluntatis propensio in rem nisi esset & vita, nu. 25.
An sat sit habitu, vel virtute apponere conditionem, nu 26.
An sit culpa, facerem hoc malum, si non timerem Deum, aut si non esset infernus, nu. 27.
Quid, si non spectarem meum statum religiosi, vel Sacerdotis, numero 28.
Quid, si alio tempore hoc mihi accideret, nu. 29.
Quid, si Deus vellet, vt aliquod malum alicui eueniret, gauderem, num. 30.
An liceat delectatio prasens de obiectis qua sub conditione desiderare licet? Refertur quadam sententia, nu 31.
Delectatio alia est voluntatis, alia appetitus sensitiui, & vnde hoc dignoscatur, nu. 32.
Quid inter vtrumque distet, & an vtraque possit esse de obiecto conditionali, nu. 33.
Explicatur sententia Authoris num 34 & 35.

1 NOn est præsentis tractare in particulari de delectatione in tactibus, verbis, aspectibus, copula coniugali præterita, aut futura: hoc enim ad sextum præceptum spectat. Sed de delectatione morosa in genere disputamus, quam num. 9 & 10. circa omnia præcepta reperiri probauimus. Duplex est voluntatis affectus: quidam est re ipsa consequendi, quod delectat, vel fugiendi, quod displicet; & hic dicitur efficax voluntas, fatenturque vniuersi eum eiusdem omnino malitiæ esse, cuius est opus in quod fertur. Alius verò consistit in simplici complacentia, aut displicentia, absque executionis desiderio: atque hic appellatur delectatio morosa, non à temporis mora (vt omnes notant) potest enim temporis momento committi, sicut & alia peccata: sed quia est in illam plenus, ac liber voluntatis consensus. Vnde idem est quærere, an delectatio morosa obiecti moralis sit mortalis: & an consensus in delectationem sit mortalis. Et de hanc delectatione est sermo in præsenti.

2 V. Autem difficultates breuiter disputandæ sunt. I. an delectatio morosa obiecti mortalis, si mortalis. II. quando voluntas nec consentit, nec dissentit, sed negatiuè se habet. III. quando actus est à culpa excusatus ratione somni, ebrietatis, ignorantiæ, aut alterius causæ. IV. quando consensus est sub conditione. Vltima, de delectatione præsenti insurgenti ex consideratione actus sub conditione liciti.

3 Difficultas I. an consensus plenus, & liber in rei mortalis delectationem, absque omni exequendi desiderio, sit mortalis? Quod est idem, ac de delectatione morosa id quærere. Ad quod præmittendum est, cum *D. Tho. 1. 2. quæst. 74. artic. 8.* ab omnibus recepta & *Caietan. Sum. verb. Delect.* quod & benè explicant *Azor tom. 1. instit. moral. lib. 4. cap 6. quæst. 2. & Val. 1. 2. disp. 6. quæst. 4. punct. 3.* dupliciter posse esse delectationem, aut enim est de re ipsa cogitata, quando; scilicet, illa delectat, vt vindicta cogitata. Aut est de ipsa cogitatione, nempè, quando in eius cogitationis delectatione sistitur, cogitando qua dexteritate, aut subtilitate res facta est, aut fieri potest; vt bellum, vel homicidium. Potest enim fieri, vt cogitatio ipsa delectet, etsi res cogitata displiceat, nec delectet. Sicut aspectu duelli, vel alterius rei iniustæ, potest quis delectari, ac ridere, quod subtiliter, & ingeniosè aliquid agatur, quod fortiter, & strenue pugnetur. Similiter cum narrantur furta, fraudes, & insidiæ mirabili dexteritate parata, ridere solemus, ac voluptate affici, nō quod de malo gaudeamus, sed quod curiosa naturaliter oblectent. Sic etiam etsi bellum iniustum sit, potest quis cogitatione se fingere ducem strenuè ducentem exercitum, miras insidias parantem, strenuè pugnantem, ac in hac cogitatione delectari, non capiendo tamen delectationem in vulneribus inflictis, & incendijs. Ad quod melius intelligendum aduertit optimè *Vasquez 1. 2. quæst. 4. art. 8. disput. 15. cap 5. num. 26. & 27. & quæst. 74. artic. 8. disput. 109. cap. 1. num. 1.* impossibile esse capi delectationem de cogitatione, quin etiam de re cogitata capiatur; at distinguit has duas delectationes sic. Quia aliquando cogitatio se habet tantum, vt conditio sine qua non esset delectatio, & vt propones voluntati obiectum delectationis quod est res ipsa cogitata, vt delectabilis. Sicut applicatio ignis ligno est conditio sine qua non lignum calefieret. Vt cum quis de copula, aut vindicta cogitatis delectatur: & talis delectatio dicitur de re cogitata. Quia ea sola delectat, & cogitatio tantum se habet, vt applicans, & proponens rem cogitatam: sicut solum lignum est, quod calefit. Aliquando autem cogitatio ipsa est obiectum in quod delectatio fertur. Vt cum quis de alicuius rei speculatione delectatur. Et tunc cogitatio simul cum re cogitata est id de quo sumitur delectatio: siquidem res ipsa est pars obiecti delectationis, quod obiectum est cogitatio illius rei. Quod perinde est, ac si dicamus delectare nos rem illam cogitari, ac speculari. Atque ita principale obiectum est cogitatio: at res ipsa cogitata est obiectum illius cogitationis. Et ideo à principali obiecto dicitur delectatio hæc de ipsa cogitatione.

4 Constat ergo inter omnes Doctores allegandos, ac numero præcedenti allegatos delectationem de ipsa sola rei illicitæ cogitatione non esse de se peccatum, at per accidens posse esse, vt erit venialis, si sit otiosa, mortalis autem, si proximum consensus in rei malæ cogitatę delectationem periculum adsit. Ratio est, quod tunc voluntas non delectatur de malo, vt malum est, sed de aliqua boni ratione in peccato inuenta, nempè, de curiosa, & subtili inuentione. Deinde, quia ea cogitatio de obiecto malo, in quam delectatio fertur, non est mala, vt vel sic sua malitia delectationem afficiat. Quoniam obiectum intellectus cum formaliter sit verum, quod æquè in bono, & malo obiecto reperitur, non est per se intellectui minus conueniens, si sit malū. Secus verò de illis potentijs iudicandum est, quarum obiectum est per se bonum.

5 Hinc infertur posse fieri, vt delectatio sit de re ipsa mala cogitata, & plenè voluntaria, nec tū sit lethalis; cū scilicet, non est de illa, quatenus mala moraliter est, sed quatenus aliquo mō exquisito perfici pōt. Tunc. n. ea delectatio versatur circa rē quatenus est mira, & rara, & sic potius est de cogitatione ipsa Sic *Caiet. Summ. verb. Delectatio vers. Secundum, an delectatio. Valentia d. punct. 3. vers. Quarto certum est, Azor d. lib. 4. cap. 6. quæst. 1.*

6 Aliqui neoterici temperant dicta duplici numero præcedenti, ut tunc uera sint, quando is artificiosus modus est indifferens, ut in re bona, aut mala reperiatur secus quando ad malam determinatus est. Quia cum sit malus, nequit delectatio de illo, quatenus mirabilis est, præscindi ab eo, vt malus est. At cum esse mirabilem, & artificiosum, nil mali contineat, potest vtrique ea ratio a malitia per intellectum præscindi, ac sic

dele-

delectationẽ voluntatem afficere ex eius cogitatione, non ex maliua cogitata consurgenti. Et ideo displicet limitatio.

7 Quod si dubium sit, an delectatio ex cogitatione; an potius ex re cogitata oriatur, id ex cogitantis affectu di iudicari pôt. Si enim delectatio ex affectu ad cogitatio nem ipsam oriatur eo quod cogitãs nil ad res cogitatas, sed erga inuentiones affectus sit, signum est delectationem de ipsa sola cogitatione esse. Si verò ex affectu ad res cogitatas, vt luxuriam, vindictam, ad quas cogitãs afficitur, signum est, de re cogitata delectationẽ capi. Sic *D.Th.1.2.q.74.ar.8.in corpore. & ibi Caiet. in fi & in Summa, verbo Delectatio vers. Rursus ex parte rei. Valentia, nu.3. allegatus*. An verò delectatio ex affectu ad cogitationẽ, an potius ad rem cogitatam cõsurgat, cognosci pôt ex talis delectationis occasione. Nã si quis, quoniã erat de fornicatione, aut homicidio disputaturus, aut concionaturus, aut scripturus, de ijs cogitauit, et cogitando verã aliquam doctrinam, delectatus fuit, est signum delectationis ortæ ex affectu ad solam cogitationem. At secus iudicandum est, cũ delectatio ab occasione mala, vt aspectu impudico, aut a vindictæ sumendæ occasione ortum habuit. Ita *Valentia ibid.* id ex *D.Tho.* colligens. Aliud quoque signum est, quando quispiam non habet actum reflexum supra cogitationem, quia nõ cogitat se cogitare tũc delectatio non est de cogitatione, sed de re cogitata: quod nil volitũ, quin præcognitum: cum ergo intellectus non cogitet se cogitare, nequit voluntas de ea delectari cogitatione. Ita *Durand.2 d.24.q.6.n.5. Conradus 1.2.q.74.ar.8.* Sed hoc non esse signum sufficiens cõuincitur ex dictis nu.5. vbi probauimus delectationem de re cogitata, non quatenus mala moraliter est, sed quatenus mira, & artificiosa, dici verè de ipsa cogitatione captã, ac proinde culpa vacare. Vltimum signum est, qñ simile aliarum rerum piarum artificium non delectat, est signum non artificium, sed rẽ ipsam cogitatã delectare.

8 Difficultas autem est, quando est delectatio solius rei mortalis cogitatæ, ita vt delectatio nõ terminetur in ipsam cogitationẽ, seu speculationẽ, sed in rẽ ipsam prauã cogitatã præsentatã voluntati media cogitatione. Quibusdã quos tacito nomine refert *D.Th.1.2.q.74.ar.3.* placuit eã non esse mortalẽ, quod præceptis sola opera & desideria ipsis contraria interdicũtur, non autem delectationes circa illa. Idem tribuit *Martino de Magistris* dicẽs probabile *Corduba in suo q. lib.2.q.23.dub.1.* Sed iure optimo ab horum sententia recedit *D.Tho. ibi, & alij multi in locis*, quẽ vniuersi sequuntur, probantque laniffimè multis Sanctorum, ac Doctorum testimonijs, & rationib. *Vasquez. eo. art.8. disp. 109. toto c.3. & Azor to.1. institut. moral. lib.4. c.6. q.1.* vocans iure optimo oppositam sententiam temerariã. Et breuiter probatur, quia illa delectatio, et actus humanus plenè liber, ac circa obiectum malum versatur: partiũ pat ergo totam obiecti malitiam. Quippe eiusdem bonitatis, & malitiæ sunt operatio, & eius delectatio, *teste Arist. lib.10. Ethic. c.3. ad finem, & c.5.* Deinde, quia malum morale tanquam a recta ratione discordans, voluntati rectæ displicere debet. At voluntas delectationẽ ex eo capiẽs, id tãquam sibi gratum approbat. Demũ, quia ille delectationis internæ actus est quidam in rẽ illicitam motus, sicut actio ipsa externa rem illicitam exequens. Ergo est eiusdem cum illa malitiæ.

9 Quidã non intelligunt hanc doctrinam vniuersaliter in omnib. etiam iure naturali prohibitis. Nam *Vasquez. 1.2.q.74.ar.8. disp.111. toto c.3. & 4. & Sayr. in clavi regia, lib.8. c.7. n.1.* dicunt, quamuis in vniuersum voluntas efficax (quam desiderium vocant) cuiuscũq; rei mortalis, sit mortalis, at non omnem delectationẽ de quouis opere cogitato iure etiã naturali sub mortali prohibito esse mortalẽ, dummodo non sit de opere, qua rõne peccatum est, aut contra præceptum: sed tũc esse peccatum lethale, qñ ea delectationis malitia ex se continet notabilem deformitatem, & oppositione cũ aliqua virtute. Et ibi aliquot exempla proponit, in quibus censet esse culpam lethalem ratione huius oppositionis. Rationem huius differentiæ assignat, quod efficax voluntas maliriam ex opere externo accipiat: at delectatio minimè, sed ipsa fm se primariè mala est, vel bona: mala quidẽ, si prædictam oppositionem habeat cũ aliqua virtute; bona autẽ, si illa careat, quod lauissimè, & eruditissimè probat. Cuius argumẽtis breuitas, quam intendo, respondere non permittit. Atque ita quauis fateatur delectationẽ morosam rei mortalis esse mortalem; recedit tamen a fundamentis, quib. cõmunissima sententia id probat, quæ numero præcedẽti adduximus, & ideo in ea est sñia, vt non semper delectatio rei lethalis, sit lethalis. At a cõi sententia recedendum non puto, & ideo non in sola luxuria sed in alijs vniuersis iure naturali interdictis credo delectationẽ de re cogitata mortali esse mortale, quia rõnes numero præcedenti adductæ id clarè probant. Atque ita docere vĩ *D.Th.1.2.q.74.ar.8.* quia licet in corpore de sola delectatione venerea loquatur, eius ratio probat de omni delectatione, cuius obiectum est mortale. Quare in solutione ad tertium dicit delectationẽ de homicidio cogitato esse mortalem. Et tenent *D. Bonau.2.dist.24.in 2.p. in expositione literæ. n.53. Durand. ibi q.6.n.5. Conradus, & Caiet. ar.8. & in Summa, verbo Delectatio, vers. Rursus ex parte, et ibi Syluest. q.1. Armil lã, n.2. Angel. verbo Cogitatio, nu.2. Petrus de Soto de institut. Sacerd. tractatu de discrimine peccatorum, lect.9. vers. At vero. Nauar. Summa c.11.n.13. Azor to.1. lib.4. institutionũ moraliũ, c.6.q.1. & Leonardus lib.4. de iustitia, c.3. in dub.15.n.112.* Atque idem tradunt communiter Doctores, et potius luxuriæ, quam alijs vitijs, malitiam huius delectationis applicant, quod frequẽtius contingat in luxuria, & in ea peculiarem quandã turpitudinem habeat, quæ non est in alijs vitijs. Quippe cum illam comitatur spirituum vitalium generationi seruientium commotio, quæ est veluti inchoata pollutio, habet inchoatam illius executionem.

10 Alij vero eandem doctrinã temperant, vt intelligatur, quando capiatur delectatio de rebus per se malis, quales sunt lege naturali vetitæ, secus si sit de ijs, quæ sola lege humana interdicũtur. Vt si quis in ieiunij die delectetur de cœna, aut esu carniũ cogitatis, non peccabit, sed tunc tm, quando delectatur in eis, vt lege interdictis. Ita tenent *Gabriel.4.distin.15.q.15. artic.3. dub.3. Rosella, lib.2. verbo Ludus, numero 2. Corduba in suo quæstionario, lib.2. quæst.30. dubio 1. vers. Igitur quoad primum ad finem.* Idem tenent *Vasquez* ductus fundamento, quod retuli nu. præcedenti *d. ar.8. d. sp.110 toto cap.2.* Idẽ tenet *Leonardus d.c.3. num.113. & duplici sequenti.* Sed hos probat *Azor to.1. institution. moralium lib.4. cap.6. quæst.1.* dicens, nulli fundamento distinctionem hanc inter vtraque mala inniti. Quoniam si cogitans in cœna, aut esu carnium in die ieiunij, & de illis delectationem capiens non peccat, ideo est, quia delectationem non capit ex re mala, quatenus est mala, sed ex illorũ actuũ substantia, quæ quid bonum est. At idem iuris est in ijs, quæ sunt per se mala, quia si in ijs aliqua bona ratio incipi potest, & voluntas in ea, vt bona est, delectetur, immunis est culpæ. (Vt diximus nu 5.) Atque ideo *Medina. C. de restitu. q.21. vers. Mihi tamen* censet esse peccatũ mortale in his delectari. Sed quamuis dicendum sit delectationem de vtrisq; malis captã lethalem esse, vt benè tradunt *Medina, & Azor allegati*, ea tamen differentia inter vtraque reperitur, quod in rebus de se malis, & ideo iure naturæ interdictis, est lethalis delectatio capta in eorum actuum substãtia. Quod cũ illa malitia per se, & ab intrinseco actui insit, nec possit ab eo separari, nõ stat de actus substãtia delectari, & nõ de malitia. Sed tantũ potest extrinseca circum-

circũstantia bona adiungi, vt subtilis, & ingeniosus modus, de quo delectari licet. At quando est res solum mala, quia iure humano vetita, quando est contra præceptum negatiuum, vt esus carnium, cœna in die ieiunij, cum peccatum consistat in commissione, & sic in actu quoad suam substãtiam bono, et solum malo ob extrinsecam Ecclesiæ legem, potest absque culpa esse delectatio, siue voluntatis, siue appetitus sensitiui de substantia operis, præscindendo legis fractionem. Quia ea substãtia est bona, & appetitus rationalis rationem mali præscindit: sensitiuus autem in sola ea comestione, quæ ex se bona est, & ex sola extrinseca circumstantia, qua ipse nõ attingit, & mala est, delectatione afficit. Nec obstat argumentum, quo hanc rationem impugnat *Vasquez*, nempe hinc sequi licere delectari de copula apprehẽsa in eo statu in quo illa mulier esset vxor, quia ea substãtia est bona. Nam respondetur id licere, loquẽdo de appetitus rationalis delectatione, secus de sensitiui. Cuius discriminis rationem nu. 34. dicemus. Si verò sit contra praceptum humanum positiuum, ita, vt peccatũ in mera omissione consistat, vt omissio sacri in die festo, delectatio de illa est lethalis. Qui nulla est actus substantia, de qua præscissa malitia, capiatur delectatio.

11 Ex his deducitur quod in ea quæstione sentiẽdũ sit, an in delectatione morosa fatẽdæ sint circumstãtiæ operis, de quo est delectatio. Vt si sit de concubitu cũ coniugata, soluta, moniali, &c. sicut in desiderio operis fatẽdas esse admittunt vniuersi *Vasquez 1.2. q. 74. ar. 8. disp. 111. toto c. 2.* persistẽs in suo fũdamento, vt delectatio speciẽ, & malitiã nõ sortiatur ab obiecto, sed ex se, vt speciali virtuti opponitur, sẽtit non esse cõfitẽdas circũstantias, nec mutare speciẽ, qñ ea delectatio nõ aduersatur eidẽ virtuti castitatis, vt aduersatur cõcubitus contra naturam, & ita dicit delectationem de hoc concubitu cogitato esse exprimendam: non autem si cum moniali, aut coniungata, aut cõsanguinea aut rapta, cõcubitus cogitatus pariat delectationem. Quia eæ circũstãtiæ adiunctæ concubitui nõ aduersantur virtuti castitatis, sed alijs, nempe, iustitiæ, pietati, religioni & ideo ea delectatio spetialẽ malitiã ab eis nõ sortitur, vt proinde eæ circumstantiæ in ea variẽt speciem ac fatenda sint: sed tota malitia ex oppositione cõtra castitatẽ desumitur, ac proinde sufficienter explicatur confitendo delectationem in concubitu cũ non sua. At feretur *eod. c. 2. in fine* habentẽ votum castitatis, coniungatum, vel coniugatũ, admittentes has delectationes venereas, teneri fateri has circumstantias. Quod eas votũ castitatis, ac cõiugij fides vetent, ac proinde specialem oppositionẽ cum virtute aliaqua habẽt. Et hanc sñiã dicit esse valde probabilẽ *Leonardus l. 1. de iustit. c. 3. n. 123.* & eã tenet *Sayr. in cl. uiregia li. 8. c. 7. n. 20.* quamuis fateatur eas circumstantias, & si non mutẽt speciẽ, fatendas esse. Atq; *Emmanuel Sà Summa verbo Confessio n. 16.* ait eum, qui de peccatis præteritis iam confessis delectatur, nõ teneri fateri quæ fuerint illa Eius fundamentum me prorsus latet. Et ideo cum cõi sñia tenendum est, fatendas esse circumstantias operis de quo est delectatio, cũ ab illo speciem sumat. Quod claré probãt rationes n. 8. adductæ. Et ita docẽt *Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 4. ad fi. D. Anton. 2. p. ti. 5. c. 1. §. 6. Sotus 4. d. 18. q. 2. ar. 4. post. 7. cõclusionem, vers. Quando vero cogitat o. Nauar. Sum. c. 16. n. 9. Alcozer Sum. c. 20. fo. 74. vers. Estas & multi alij*, quos refert, & sequitur *Azor li. 1. instit. moral. c. 6. q. 3.* qui bene hoc limitat, vt intelligatur quando delectatio fertur ĩ obiectum secundum totam suam malitiam: tunc. n. plenã, & integram operis externi malitiam, & speciẽ sortitur: ac proinde sicut in actu externo sunt fatendæ circustantiæ, ita in delectatione. Vt si quis delectetur de cõcubitu cogitato cum coniugata, cõsanguinea, moniali, &c. tenetur has circumstantias fateri. At si delectatio nõ feratur in obiectum secundum totam suam malitiã apprehensum, sed secundum partem, vt in feminã apprehensam vt non suam, non tamen, vt est alij nupta, vel monialis, non habebit integram operis externi malitiã sed solam apprehensam, & ea sola fatenda erit, & reducetur ad simplicis fornicationis speciem. Quippe id distat inter desiderium, & delectationem, quia illud in opus externum fertur tãquam in finem, & terminũ: ac proinde semper est eiusdem speciei cum illo. Hæc autẽ non refertur ad opus tanquam ad finem, & terminũ, sed in sola voluntare consummatur. Et ideo nõ semper integram obiecti malitiam participat.

12 II Difficultas. An quando plena aduertentia præcedenti voluntas nec reprimit, nec acceptat delectationẽ rei mortalis sed negatiuè se habet circa cõsensum, & solum permittens eam delectationem, censeatur hic tacitus, & indirectus consensus, ac proinde fit culpa lethalis? Quibusdam videtur hæc culpa lethalis etiã cessantẽ consensus periculo: nisi iusta causa nõ cohibendi appetitus illius effrænati adsit, hæc enim occurrenti, non solum absque culpa, sed etiã laudabiliter permittet quis delectationem illam, non curans illam repellere. Vt si merito timet fore, vt ex illo conatu in turpiores delectationes ĩcidat, vel illa fiat vehemẽtior, ac molestior. Vel (vt explicat *Azor statim allegandus*) quãdo prouenit ex causa alioquin necessaria, vel vtili, & ea insistẽti durat quoque delectatio: vel si quis laboret in ea expellenda, & eã permanere videns ob id nil amplius in ea expellenda immoratur Quia si volũtas nõ tenetur delectationem hãc reprimere, vacabit prorsus culpa illam permittere absque iusta causa. Quod etiam aduersarij negant, dicentes esse culpam venialem. Si aũt tenetur, cum materia sit ad mortale sufficiens, & adsit plena ratio voluntarij in non cohibenda ea delectatione, erit culpa lethalis. Et confirmatur, quia voluntas appetitũ sensitiuum tenetur semper gubernare, & maximè quãdo absque magna difficultate potest, & cũ sit in materia mortaliter mala, eius omissio mortalis erit. Deinde, quia nunquã accidit, quod contrarij supponunt, nempè, voluntatẽ negatiuè se habere, dum appetitus sensitiuus delectatur, sed delectatio sensus in ipsam deriuatur, sicut cognitio sensus in intellectũ, atque ita per cõsensionem quandã cum ipso delectatur. Et ita hac partem tuentur *Valent.* dicens communiter receptam. *1. 2. disput. 6. q. 4. puncto 3. a vers. Nihilominus cõtraria, Azor tomo 1. instit. moral. lib. 4. c. 6. q. 5. Sayro in claui regia, lib. 8. c. 7. num. 3. Leonard. lib. 4. de iustit. c. 3. num. 117. & Zumel. 1. 2. q. 74. art. 8. disput. 2. & ibi Vasquez alios referens disput 108. cap. 2. num. 2. & 3.* dicens, plerisque doctoribus nostri temporis cõtrariam opinionem videri improbabilem, additque hanc sentẽtiam esse veram, etsi formalis displicentia in volũtate sit, nam ea displicentia sub aliquo respectu peculiari, potest esse consensus in eam delectationem, vel expressus, si simul voluntas delectetur: vel interpretatiuus, quia cum possit, non reprimit.

13 Cõmunior tamẽ sñia habet hoc vacare culpa saltem lethali, qñ nõ ex delectationis complacentia, sed quia illam patiens experitur in se tam firmũ non cõsentiendi propositum, vt ob id consensus periculo minime exponatur, ideò eã repellere nõ curat. Quare hæc sententia totã culpæ mortalis rationẽ in hoc casu ad probabile solum consensus periculũ cõijcit, ac proinde eo cessanti censet, non esse mortalẽ: quod hoc periculo cessante voluntas nõ teneatur resistere. cum nil agat, sed tantũ patiatur. Deinde, quia nec formaliter cõsentit, vt supponimus, nec interpretatiuè, quia hic cõsensus colligitur ex animo formali, qui tamẽ est non consentiendi. Hãc tuentur *D. Thom. de veritate, q. 15. art. 4. ad 10. D. Bonau. 2. dist. 24. in 2. p. in exposit. litera. n. 50. & art. 1. q. 2. n. 75.* vbi addit, ẽt cum consensus periculo nõ esse certũ esse mortale, *Gers. 2. p. tract. de delectat. morosa alphab. 30. lit. C. Adrian. 4. q. 3. de Euchar. quæ incipit. Quia dictum est, quod somnus, vers. Et circa hac aduerte, Caiet. Sũma verb.*

Delecta-

Delectatio, vers. Magna tamē, vbi Rosella n. 1. Armil. nu. 2. & verbo Cogitatio, n. 3. vbi Ang. n. 4. Tabiena. q. 6. Sotus 4. d. 12. q. 1. ar. 7. cōcl. 1. Nau. sum. c. 11. n. 12 ver. Quartū, Cord. in suo quæst. 1 q. 22. dub. 10. ad 7. Alcozer sum. c. cōcl. 1. et c. 20. f. 72 ver. El deleyte, Metin. 1. 2. q. 74. ar 6. docum. 5. f. 675. Toled. l 5. sum. c. 14. n. pen. Mau 1. to. sum. in 1. edit. c. 212. n. 1. & 3. ac multi alij. Sed vtramque sñiam existimo satis probabilē & priorē practice ferè semper esse verā, qñ post plenā deliberationē nullus actus contractus est in voluntate, non quo conetur volūtas resistere, ac appetitus delectationem reprimere: sed noīe actus contrarij formalem illius delectationis displicētiam intelligo: quæ displicentia quantum ad reprimēdum appetitū sit actus inefficax, sed quantum ad cohibendū liberum voluntatis cōsensum sit efficax. Ducor, qa alias voluntas ferè semper exponetur proximo consensus periculo, ac contrariū credere, præsumptioni, ac aīæ de fiduciæ iure optimo tribuetur, ac ꝓinde, Deo in superbiæ pœnam id permittenti, certior lapsus sperari poterit. Non. n. vsq; adeo homo voluntati prædominatur, vt absq; omni periculo circa obiectū rectè cognitum, & vehementer alliciens, omnem actū suspendere valeat. Atque vix dignosci potest voluntatē omni actu carere, quādiu appetitus delectatione afficitur. At in rigore Metaphysico posterior sñia est probabilior, etsi ea displicentia formalis non sit in voluntate, sed merè negatiuè se habeat. Quia etsi voluntas appetitū gubernare teneatur, at obligationi simpliciter satisfacit gubernando ne cōsentiat: & obligatione fm quid, ac imperfectè ad cohibendum illum resistendo tenetur: quare in hac posteriori obligatione deficere erit veniale ex materiæ paruitate. Sicut resistere simpliciter non cōsentiendo tentationib. tenetur absolutè hō: at magna cura resistere tenetur imperfectè & secundum quid. Quare in hoc deficere tepidè resistendo, est [...]ale. Et per hoc patet ad cōtrariæ opinionis rōnes. [...]i tamen voluntate se negatiuè habente, immo cum illa displicentia sola formali, adesset præuisum pollutionis periculum, culpa lethalis esset non resistere: & in hoc casu vera quoque prior opinio esset. Vt probaui l. 9. de matr. disp. 45. on. 25.

15 Tertia difficultas. Qualis culpa sit delectari de actib. ex se mortalibus, at à culpa rōne somni ebrietatis, amētiæ, aut ignorantiæ excusatis. Vt si quis delectetur de fornicatione habita in somno, aut ignoranter putans mulierem esse suā: aut de esu carniū, ieiunij ve fractione per ignorantiam, aut obliuionem sibi cōtingentib. Quibusdam placet id licere ob bonum finē, vt propter vtilitatem ex homicidio, aut fornicatione subsequuta, non tamen fm se, quatenus hæc sunt proximi mala. Ratio est, quod delectatio malitiam ab opere, de quo est, sortiatur. (Vt nom. 8 probaui, cum ergo id opus de quo est, culpa vacet, vacabit quoq; delectatio. Adde, pollutionē esse cōtra ius naturæ, ac fornicatione peiore. At de illa in somnis habita licet ob bonū finē delectari (vt nu. 18. dicemus.) Et iō huius sñiæ est *Adrian. 4. tract. de Eucharist. q. incipiēs. Quia dictū est, quod somnus, vers. His pmissis respōdeo.* Eandē tenet *Leonard. l. 4. de iust. to. 3. nu. 106.* Atq; eandē sustinet *Gab. Vasq. 1. 2. q. 74. ar. 8. disp. 115. toto c. 2. & c. 3. n. 7.* sed innixus ſoo fundamēto ꝙ nu. 9. retulimus. Quia delectatio non sumit malitiā ab obiecto, sed ex oppositione cū aliqua virtute. At nulli delectatio hæc opponitur, nisi qñ ob malū finē capitur. Alijs placet, delectationē illā esse mortalē captam de reb. iure naturali vetitis, vt de homicidio, fornicatione, periurio: secus si de prohibitis solo iure humano capiatur. Quia priores actus non esse prohibitos, minimē est in humana potestate, at benè posteriores: ac proinde velle hos non esse interdictos licebit, ac de illis delectari, quatenus prohibiti non sunt. Cum ergo prohibiti non sint, nisi quando deliberatè cōmittūtur, vacabitur culpa delectari de illis per ignorantiā excusatis. Deinde, quia culpa non est, delectari de omissione Missæ, aut ieiunij fractione, ex iusta morbi, aut alterius rei occasione excusans. At nō minùs excusantur ratione ignorātiæ, aut defectus vsus rationis. Sic dicunt fortè ita esse *Ledes. 1. p. 4. q. 21. art. 7. dub. 5. Cordub. in suo quæst. onar. l. 1. q. 30. paulò post principium.*

16 At multò probabilius reputo, in vtroq; casu esse culpā mortalem (quod intellige, nisi circa res solo iure humano prohibitas præcepto negatiuo sit delectatio de actu materiali, & quoad eius substātiam præcisa prohibitione, quo casu diximus nu. 10. nō esse mortale delectari, etiam qñ fractio præcepti est mortalis, nedū qñ ob ignorantiam peccato liberatur) Huius sñiæ apertè vñt *Palud. 4. d. 9. q. 3. art. 1. n. 7. Adrian. quodlib. 10 ar. 2. propos. 3. lit. M. & N. Sotus 4 d. 12. q. 1. art. 7. col. 6. vers. Non desunt, Azor to. 1. instit. moral. l. 4. c. 6. q. 9.* tradūt. n. hanc regulam generalem, quones causa excusans à culpa mortali factum exterius, nempè defectus cōsensus, non concurrit in ipsa delectatione, licet factum à culpa liberum sit, non tñ erit libera delectatio. Vnde ea regula nu. 8. tradita, talis est delectatio, quale eius obiectū dicunt intelligi, qñ eadem causa obiectum malitia liberās, inuenitur in delectatione. Cuius ratio est, quia id factū erat de se mortale, solaq; ignorantia, aut rōnis defectu liberum à culpa. Cum ergo delectatio illa simili excusanti causa vacet, ac prorsus voluntaria sit, & circa obiectum de se mortale, mortalis erit. Quæ ratio æquè ꝓcedit in ꝓhibitis, siue iure naturali, siue humano. Quare non est eadē rō de delectatione in præcepti trāgressione excusata à culpa ob iustā causam: ea. n. culpa vacat, etsi fit de obiecto iure naturali prohibito. Vt licet delectari de furto rōne extremæ necessitatis excusato, de homicidio rōne defensionis facto. Quia eadē libertas, ac volūtas est in obiecto, ac in delectatione, & in vtrisq; eadē causa à culpa excusans. Atque eam delectationem de homicidio, aut fornicatione in somnis habita, damnat quoque *Sayr num. 18. allegandus*, nil agens de ijs, quæ solo iure humano sunt interdicta.

17 Hinc inferūt aliqui esse mortale desiderare pollutionē in somnis, aut de illa sic habita gaudere, etiāsi id ob bonum finem sit: vt ob corporis sanitatē, vel ob sedandas carnis tētationes. Quia defect⁹ libertatis excusans pollutionē in somnis, nō concurrit in desiderio, eiusve gaudio. Sicut ob hanc rōnem non licet de fornicatione tunc habita gaudere. Item, quia ob nullā vtilitatem pōt absq; lethali procurari: ergo nec desiderari. Sic tenēt *So: us u. pced. alleg. Ledes. 1. p. q. 21. ar. 7. dub. 6. Metina 1. 2. q. 74. ar. 6. Zumel ea. q. ar. 8. disp. 4. dub. 4. Manuel 1. to. Sum. in 2. edit. c. 21 t. n. 3.* Et in hanc partem magis inclinat *Corduba in suo quæstion. l. 2. q. vlt dub. 2.*

18 Et quāuis hoc satis ꝓbabile sit, probabilius tñ reputo vtrūque licere, nō ob delectationē, sed ob dictos bonos fines, dummodò tñ (vt optimè ait *Nauar statim allegādus*) id desiderium non sit tā intensum vt credatur probabiliter id fore causam pollutionis futuræ. Oēs. n. fatentur non licere illam procurare. Ratio sñiæ huius, & differentia inter pollutionem hāc, & fornicationē, ea est. Quod talis pollutio via naturali proueniēs, nullatenus est actus hominis, nec eius volūtati subiectus, sed actus quidā, & euacuatio naturalis, sicut sudor. At homicidiū, & fornicatio non sunt actus naturales, sed suapte natura liberi, ac hoīs voluntati subsunt. Quare regula num. 16. tradita procedit in ijs actibus, qui non naturales, sed suaptè natura liberi sunt, ac peccata. Itaque non dicimus licere de ea gaudere, vel eam desiderare, eo qd in somno accidat, & ob id à culpa liberet: quippè eadem ratio militat in homicidio, & fornicatione tunc admissis: sed eo quod naturaliter eueniat, instar aliarum naturalium euacuationem: nec sit fm se peccatum. Quæ secus se habent in homicidio, & fornicatione. Et ideo hoc sustinent *Adrian. 4. vbi de Euchar. q. incip. Vlterius videndum est de impedim. corpor.*

immun-

immũditia verſ. His præmiſſis. D. Anton. 2. p. 2. 6. c. 5. in fi. Sylueſt. verbo Pollutio, n. vn. vbi Angel. n. 2. Armilla n. 3. Tabiena verbo Communicare q. 38. Nauar. Summa c. 16. n. 7. 8. & 9. Toledo lib. 5. Summæ c. 13. nu. 4. & 8. Emanuel Sà in Summa, verbo Luxuria, num. 12. Vaſquez 1. 2. q. 74. art. 8. diſp. 115. c. 3. n. 7. & Sayr. in claui regia, lib. 8. c. 1. n. 15. Leonard. l. 4. de iuſt. c. 3. n. 104. & 105. & aſſerunt eſſe probabile *Ledeſma, Corduba, Zumel nu. præced. allegati.* Et licere complacere in ea ſic habita, nil de deſiderio loquentes tradũt quoque *D. Th. 4. d. 9. q. 1. a. 4. quæſtiunc. 1. ad 5. & ibi Palud. q. 3. art. 1. n. 10. & 12. Gerſon alphabeto 38. lit. E. Gabriel lect. 10. ĩ Canonẽ Miſſæ, lit. I. et multi alij.*

19 Hinc deducitur optimè aſſerere *Vaſquez d. diſt. 115 c. 1. n. 2.* iuxta hanc ſententiam licere quoque deſiderare ob bonum finem, vt pollutio in vigilia naturaliter eueniat, ac poſtea de illa ſic euenienti gaudere: at minimè licere gaudere de habita etiam in ſomnis alio impellente naturam vt polluatur, nec illam ſic deſiderare. Quia ea non eſſet naturalis euacuatio. Et *idem Vaſquez ead. diſp. 115. c. 3. nu. 7. & 9.* optimè dicit etiam tenendo eſſe mortale delectari de fornicatione, aut homicidio in ſomno admiſſis aliud dicendũ eſſe de pollutione, ſi ex vi naturę ſequatur, vel ex accidenti, ex aliqua cauſa habenti alium effectum, quam non tenetur homo vitare ratione pollutionis ſubſequendæ, licet inde illam ſubſequi norit. Quod talis pollutio nõ ſit ſecundum ſe mala, ſicut fornicatio eſt ſecundum ſe mala.

20 Deducitur, non placare moderationem huius ſententiæ, quam quidam neotericus doctus adhibuit, nẽpè vt intelligatur quando pollutio euenit ſine vlla cogitatione, & delectatione ſenſibili per ſolius virtutis expulſiuæ actionem: ſecus ſi pollutio contigerit cum delectatione ſenſibili, ac corporis cõmotione. Quia talis pollutio ex obiecto, & ex ſe eſt peccatũ mortale, ſicut & fornicatio. Atque proinde accedente delactationi libero conſenſu, qui illam à culpa excuſabat, mortalis erit. At non placet hæc moderatio. Quia ea delectatio, & membrorum cõmotio naturaliter pollutionem comitatur, vnde ea non obſtat, quominus ea pollutio ſit euacuatio naturalis, nec ſit de ſe peccatum. Inſuper, quia (vt optimè ait *Vaſquez ea. diſp. 115. c. 3. n. 7. & 9.*) non tantum pollutio, quæ vi naturæ ſequitur, minimè eſt per ſe mala, ſed etiã, quæ ſequitur per accidens ex aliqua cauſa non ordinata ad ipſam, & quæ non eſt neceſſariò ratione pollutionis præuiſæ vitanda. Alias peccatum eſſet mortale eam cauſam non vitare. Cuius contrarium latè probaui lib. 9. de matrim. tota diſp. 45.

21 Placet tamen ea limitatio, vt intelligatur hęc ſententia, niſi quando cogitatur de præterita, aut futura pollutione, appetitus ſenſitiuus delectaretur delectatione venerea, nempè cum corporis, & ſpirituũ vitalium generationi deſeruientium commotione. Tunc enim conſenſus in hãc delectationem ob quemcunque bonum finem eſſet lethalis. Quod hæc delectatio venerea ſit.

22 Quarta difficultas. An conſenſus cõditionalis, id eſt quo quis vult aliquid ſub ea cõditione, ſi mihi liceret, vel ſi non eſſet peccatũ, vel ſub alia, excuſet à mortali, qñ obiectum ſic volitum eſt mortale: Nõ tracto de delectatione, ſiue voluntatis, ſiue appetitus ſenſitiui: de hac enim in ſequẽti difficultate erit ſermo; ſed præſens eſt de voluntate efficaci, quæ eſt deſideriũ rei exequendæ. Quidam vniuerſaliter hanc regulã tradunt, ſi cõditio oẽm malitiã ab actu auferat, excuſabit à culpa: ſecus ſi non auferat: tunc. n. interueniret idem peccatũ in his conſenſibus cõditionalibus, quod interueniret in abſolutis. Vt ſi poſſem volare, occiderem Petrũ; vel niſi ſupplicium, aut infamiam timerem, eſt peccatum homicidij. Et ratio differentiæ eſt, quia ĩ priori caſu volũtas coercetur ab eo, quod ipsã coercere debet, quod eſt lex Dei, eiuſque æſtimatio, & cum non feratur in obiectum ſimpliciter, ſed poſita per impoſſibile ea conditione, qua poſita obiectum non eſt malum, nil mali amat, ac proinde culpa nõ eſt. At in poſteriori cum ad hunc ſtãte cõditione obiectũ mortale ſit, refertur ĩ mortale, ac proinde talis erit culpa, qualis eẽt id abſq. ea cõditione amare. Quãuis. n. conditionalis nil ponat in rerum natura ex parte obiecti voliti, ponit tñ in voluntate affectum admittendi illius peccati, poſita cõditione non auferenti maliriã. Sic videtur tenere *Gerſon 2. p. in regulis moralib. alphabeto 24. litera G,* vbi ait omne deſiderium ſub cõditione, actu, vel habitu adiecta excuſanti à culpa, vacare ex ſe culpa lethali. Et eam tenet expreſſe *Caiet. in ſum. verbo, Cogitatio, & ibi Armilla nu. 1. Emmanuel Sà ſumma, verbo Peccatum, n. 2.* Et expreſſe loquuntur etiam in rebus iure naturæ prohibitis: tradunt eñ non eſſe mortalem hunc conſenſum, raperem aliena bona, & occiderem, ſi nõ eſſet peccatum. Eandẽ regulam tradũt vniuerſaliter, & quãuis dicta exempla non apponant, ſequuntur *Caietanum in prædicto loco,* ac pro ſe illum referunt, ac proinde in iiſdem caſibus loquuntur, *Alcozer Sũma c. 6. doctrina 2. Manuel alios referens 2. tom. ſummæ, in 2. edit. c. 212. n. 2.* Et expreſſe *Vaſquez 1. 2. q. 74. ar. 8. diſp. 116. c. 2. n. 4.* ait, non eſſe mortale propoſitum vindictæ ſumendæ, ſi liceret. Et tenet etiam expreſſe *Sayr. in claui reg. lib 8. c. 7. n. 28. & 29.*

23 At dicendũ eſt hanc regulam ſic vniuerſaliter traditam eſſe ſolũ veram in iis, quæ ſolo iure poſitiuo prohibentur. Vt hic actus, comederem carnes in Quadrageſima, niſi Eccleſia prohibuiſſet, vacabit culpa: ſecus autẽ de iis, quæ iure naturali ſunt interdicta, vt occiderẽ vel furarer, niſi eſſet peccatum, vel niſi eſſet ventum. Talis enim actus erit mortalis, ac ſi conditio non apponetur. Ratio diſcriminis eſt quia cum res prioris generis non ſint intrinſecè, & ex natura ſua malæ, põt ab eis per conditionem adiectã malitia auferri: nec conditio contradictionem implicat, & poteſt quis eas nõ eſſe malos optare. Quippe id aliud non eſt, quam optare Eccleſiã id non prohibuiſſe. At res poſterioris generis ſunt intrinſecè, & ſuapte natura malæ, ac proinde abſq; ſua malitia intelligi nequeunt, & conditio illa negans inuoluit cõtradictionẽ. Quare cũ voluntas deſiderio efficaci in illius actus ſubſtantiam feratur, in qua malitia imbibita eſt, nec ab illo ſeparari põt, fertur in rẽ mortaliter malã, ac proinde mortaliter peccabit. Et cõfirmatur, quia hoc nil aliud eſt, quã velle, vt iure naturæ vetita liceat, & rerum naturæ immutentur. Quod eſt ĩ maiori malo complacere, quam ſunt homicidium, vel fornicatio ſemel cõmiſſa: peius. n. eſt hæc licere, quam ſemel committi. Tandẽ, quia nemo dubitabit hunc actũ eſſe culpam lethalem, ſi eſſet licitum, diſtruerem Deum. Cum tñ conditio rõnem malitiæ auferre videatur. Et ita hãc partem ſuſtinent *Adrian. quodlibeto 10. ar. 2. cõcl. 1. & in eius coroll. litera I, & R. Azor to. 1. inſt. moral. l 4. c. 6. q. 10.* & viri neoterici docti. Nec approbo quod dicit *Vaſq. 1. 2. diſp. 116. c. 2. in fi.* nẽpe, nõ eſſe mortale deſiderare ne fornicatio aut alia cõtra ius naturæ, prohibita ſint: ſed attendendum eſſe finem ad eũ effectum mouentem, ſi. n. is eſſet iuſtus, vt quia optãs ſe fragilem, ac in id crimen ſæpe lapſũ videt, nõ peccaret mortaliter. Sed non placet, quia bonum totius naturæ, ac ordinis naturalis nõ poteſt poſtponi, eiuſq; immutatio, quæ grauiſſimũ malum eſt deſiderari ob particolare huius bonum: eo vel maximè, quod poteſt id alia via cõſequi, ſcilicet, diuina gratia ſe contra tentationes muniendo.

24 Tria tamen obſeruanda ſunt. I. eſt, hanc ſententiam limitandam eſſe, niſi res illa iure naturæ vetita eſſet licita in aliquo ſtatu, aut caſu, & conditio apponetur, ſi ille caſus adeſſet, aut ille ſtatus: talis enim conditio excuſaret a culpa. Vt non peccaret deſiderans accedere ad aliquam, ſi eſſet ſua vxor, & deſiderans eſſe ſuam: nec deſiderans latrones ſuſpendere, ſi eſſet iudex: nec religioſus aut coniũgatus deſidarans vxorem ducere, ille à voto, & hic a coniugio liber eſſet. Quia ea cõditio totã obiecti malitiam aufert, redditque id omnino licitum.

Et

Et ita fatentur omnes, & præcipuè *Caiet. & allegati.* Nec obstat (vt optimè ait *Vasq. 1.2 disp. 110. c. 2. nu. 4.*) iã iure naturę interdictum esse coniugium religioso rõne voti, & coniugato ob pręsens matrimonium. Quia satis est posse eos excogitari sub aliquo statu in quo interdictũ non esset. Hoc limitat *Armilla*, nisi ille religiosus male contentus esset de diuino beneficio: tunc. n. ait esse mortale. Sed id non credo, nisi formalis diuini beneficij cõtẽptus adesset, vel proximum frangendi voti periculũ. Quia extra hos casus dolere de voto emisso nõ est mortale. Vt in tractatu de voto dicam lib. 4. c. 12. nu. 2.

25 II. Est, limitandam quoq; esse prædictam sententiã vt intelligatur, quando est desiderium efficax illius mali iure naturę vetiti, sub ea conditione, si liceret: secus si tm̃ esset quædam propensionis voluntatis in id obiectũ, nisi malum esset, significatio. Vt si sensus sit illius conditionalis; vindicarer, si esset licitum: voluntatis propẽsio ad vindictam sumendã est: at nolo propter Dei legem. Quippè is actus optimus est, cum voluntas ad nil mali determinetur, nec id velit, sed propensionem suã in malum propter diuinam legem reprimat. Et hoc modo sæpè Deum timentes eliciunt eos actus conditionales.

26 III. Est, circa modum loquendi *Gersonis*, quem nu. 22. retuli asserentem satis esse habitu apponi conditionem: quod ita accipiendum est, vt sit idem, quod virtute apponi, & non vt sonat, habere habitum apponendi conditionem. Nam hic habitus apponendæ conditionis auferentis actus malitiam, nõ eam aufert, nisi actu, vel virtute apponatur.

27 Ex his deducitur 1. quid dicendum sit de hoc actu, si non timerem Deum, frangerem ieiunium nam si intelligatur de timore seruili, quo timetur Deus tanquam malefactorum punitor, est lethalis. Quippè idem est ac dicere si non esset infernus, quæ conditio culpæ rationẽ non aufert. At si sensus esset de timore filiali, vacaret culpa. Sensus. n. est, nisi Deum timerem quę conditio rationem peccati aufert. Si autem peccatum esset contra ius naturę in vtroque casu est lethalis, si esset voluntas efficax; secus quando sola voluntatis propensio significaretur, iuxta dicta nu. 23. & 25. Monuerim tñ, aliud esse sub conditione consentire, si non esset infernus, peccarem, quod peccatum est: aliud uero quando hic conditionalis consensus non est in uoluntate, sed cohibetur à peccato, timore cuiusuis pœnæ. Quod non est malum: cum nullus sit in voluntate consensus. Sic notat *Alcozer nu. 22. allegatus.*

28 2. Deducitur, id quod communiter dici solet, nisi meum statum religiosi, aut presbyteri spectarem, (quod vulgo dicitur, *Agradezedlo al estado*) vindicarer, vel quoduis aliud malum admitterem, si voluntas verbis consonet, esse idem peccatum, ac si voluntas esset absoluta. Quia ea conditio peccati rationem non aufert. Si tamen ablatio illius status aliquam obiecti voliti circũstantiam auferret, eadem circumstantia a peccato tolleretur. Vt si non essem in sacris constitutus, fornicarer, esset simplex fornicatio.

29 3. Deducitur, id quod communiter dici solet à viris, qui prę senectute, aut quia modo timent Deum, vindictam sumere, aut non possunt, aut nolunt, si alio tempore hoc mihi accideret, nempè quando eram iunior, aut deperditę vitæ, vindicarer, duplicem sensum efficere posse. Prior est, ita vt modo adsit voluntas vindictæ sumendę, si eo tempore iniuria accideret. Et hoc est lethale: quia voluntas nunc ad id malũ determinatur, qđ nulla ratione, aut conditione licitum fieri potest, & esto posset, hęc conditio mali rationem non aufert. Si autẽ sensus sit enunciatiuus, id est tunc temporis talis eram, vt vindictam sumerem: at nullus est modo voluntatis consensus, & tunc vacat culpa, nisi dictum coram altero reputaretur verbum contumelię: tunc enim solius contumeliæ malitia inquinaretur.

30 Tandem deducitur, hoc desiderium, si Deus vellet vt Petrus moreretur, gauderem, posse in duplici sensu capi: alter est, vt diuina voluntas præcedat, & nostra subsequatur: quod contingit, quãdo nolumus, vt Deus id velit, sed solum animum nostram voluntatem diuinæ confirmandi habemus, casu quo Deus vellet illum mori. Et hic actus est optimus. Alter vero est, ita, vt nostra præcedat diuinam, nempè quia volumus Deum velle illum mori. Et hic est idem peccatum, ac mortem proximi desiderare, quia verè desideratur. Sic *Nauar. lib. 2. de restit. c. 3. p. 2. dub. 7. in noua edit. nu.* 194. Et hoc posteriori modo solet semper contingere, quando ea verba à personis ira correptis proferuntur.

31 Vltima difficultas. An liceat delectatio præsens de obiectis mortalib. quæ sub conditione desiderare licet. Vt de copula cogitata cum femina, si esset vxor. Cõiter Doctores fatentur, delectationem hanc esse mortalem, quamuis desiderium licitum esse admittant. Ita *Caiet. in opusc. to. 1. tract. 14. de delectat. morosa dub. 1. & in summa, verbo, Delectatio, vbi Armilla n. 4. Nauar. Sũma c. 16. nu. 9. Metina 1. 2. q. 74. ar. 8. dub. 4. & ibi Zumel post 4. disp. dub. 1. Valentia 1. 2. disp. 6. q. 4. punct. 4.* Atque oẽs hac rõne ex *Caietano* desumpta id probant. Quia cũ ea conditio nõdum sit in re, sed sola cogitatione apprehendatur, delectatio re vera in rẽ tali conditione destitutã fertur, atque ita in rem, qua ratione est illicita, & mortalis. Quod inde probant, quia cõditionalis nil ponit in esse, at delectatio absolutè statim ponitur non expectata cõditione. Sed hanc rationem optimè cõfutat *Vasquez 1. 2. q. 74. ar. 8. disp. 114. c. 2. nu. 5.* Quia sicut in desiderio, & proposito efficaci copulę cum illa mulieri, si esset uxor quæ omnes licita esse fatentur, apprehenditur obiectum, sed cõditione matrimonij, desideratur enim copula consentienti femina in matrimonium, & id desiderium est in se complacentia quædam absoluta: sic cũ delectatur voluntas in copula tunc habenda, non apprehenditur copula, nisi sub matrimonij conditione. Nec obstat cõditionalem consensum nil ponere in esse, cum tamen ea delectatio statim in esse ponatur. Quippè idem prorsus argumẽtum militat in desiderio sub eadem cõditione, vtpotè quod statim in esse ponitur in voluntate. Quare dicendum est conditionalem nil ponere in esse ex parte obiecti sub cõditione voliti, nil enim in illo ponit: at in voluntate benè ponit illum voluntatis actum conditionalem. Vnde sicut desiderium, & amor dicuntur conditionalia, non quia non sint absolutè, verè, & simpliciter in voluntate, sed quia feruntur in obiectum sub conditione apprehensum, & volitum: ita licet delectatio illa uere, & absolute sit in appetitu, dicetur conditionalis, eo quod in obiectum sub conditione apprehensum fertur. Quare vel dicendum est, & desiderium, & delectationem esse illicita, aut utraque licere.

32 Et ideo pro resolutione suppono duplicem esse delectationem, quædam est appetitus rationalis, qui est voluntas, & dicitur gaudium, quædam vero appetitus sensitiui, quæ delectatio proprie dicitur. Hæc cum quadam corporis transmutatione accidit: illa autem nil aliud est, quam simplex uoluntatis motus, & complacentia quædam. Sic notat *D. Th. 1. 2. q. 31. art. 4.*

33 Id autem inter vtramque, delectationem distat, qđ delectatio volũtatis possit de obiecto cõditionali esse, nõ autem delectatio appetitus sensitiui. Et ratio discriminis est, quia delectatio consurgit ex præsentia boni conuenientis, aut secũdum rem, possessi, aut saltem secundum cognitionem, siue apprehensionem, *teste D. Thom. 1. 2. q. 31. ar. 3.* At intellectus, ex cuius cognitione voluntas mouetur, potest apprehendere, & proponere voluntati obiectum conditione vestitum, ac à malitia pcisum. Atq; ideo voluntatis delectatio potest esse de eodem obiecto sub eadem cõditione, & præcisione apprehenso, & quasi præsenti, & iã possesso. At imaginatiua, seu ęstimatiua, ex cuius apprehensione mouetur appetitus, sensitiuus, nullam cõditionem apponere potest. Quia in conditionalibus est affirmatio, & negatio,

& in

& in copula conditionali est quædam illatio æquiualet enim cuidam antecedenti, & consequenti. Vt si homo est animal, est sensibilis, æquiualet huic, est animal, ergo sensibilis: insuper in conditionalibus est quædã collatio, & præcisio vnius rationis ab alia. Vt si quis velit concubitum cum aliqua, si esset sua uxor, est præcisio malitiæ a copula, quæ consistit in ea habita cũ non sua, apponendo conditionem, si esset sua. Quæ omnia solius intellectus sunt: imaginatiua enim est communis hominibus, & brutis. Cum ergo imaginatiua non proponat obiectum sub conditione, sed absolute, appetitus sensitiuus, qui ex eius apprehensione mouetur, in idem obiectum conditione destitutum fertur.

34 Hoc supposito sit cõclusio. Delectatio voluntatis de obiecto conditionali, quod seclusa cõditione esset peccatum mortale, non autem ea posita, non est illicita, secluso periculo cõsensus in aliquid illicitum, aut delectationis in parte sensitiua. Vt gaudium voluntatis de concubitu, si esset vxor. At delectatio appetitus sensitiui de eodem obiecto est lethalis. Atq; de hac appetitus sensitiui delectatione videntur loquuti *DD. nu. 31. relati*: vtũtur n. hac voce, delectatio, q appetitus sensitiui propria est. (Vt nu. 32. diximus.) Et rõ qua id probant, concludit in sola appetitus sensitiui delectatione vtpote fertur in obiectũ, vt in se est, ac omni conditione destitutum. Quare cũ tale obiectũ sit mortale, delectatio quoque mortalis erit. At cum delectatio voluntatis in obiectum sub conditione apprehensum feratur, sub qua caret malitia, non est cur damnetur; nisi aliqua extrinseca periculi circumstãtia addatur. Præterea quia cum malitia tã delectationis uoluntatis, quam desiderij sumatur ab obiecto & idem vtriusque obiectum sit, ac in utroq; militet illa ratio, conditionalem consensum nil ponere in esse (vt n. 32. probauimus) aut utrumque, aut neutrũ condemnandum est. Cum tamẽ desiderium nemo cõdemnet. Tandem, quia illa voluntatis delectatio nil aliud est, quam simplex uoluntatis motus, ac complacentia quædam, & quies in bono apprehenso: vt tradit *D. Th. 1. 2. q. 31. ar. 1.*) At gaudere & quiescere in illo bono quod amare, & desiderare licet non dissonat rationе. Quippe desiderium & amor sunt veluti motus quidam ad gaudium, tanquam ad quietem tendentes.

35 Hinc inferet aliquis, esse culpã lethalem in his exẽplis, si laicus se apprehendat sacerdotem, ac audiendarũ confessionũ iurisdictionẽ habentem, magnoq; feruore confessiones excipientem aut se ex domini licentia numerosam pecuniam expendentem, aut se iudicẽ rectissime munus suum obeũtem, ac de malefactorib. iustissimas pœnas sumentem. Quod conuincere videntur dicta in præcedenti, si de appetitus sensitiui delectatione loquantur. Quia omnia hęc obiecta destituta cõditione, nempe, sacerdotij, licentiæ domini, officij iudicis, mala sunt: & appetitus sensitiuus fertur in ea absolute, ac conditione destituta. At dicendũ est, talẽ delectationẽ appetitus ẽt sensitiui vacare culpa. Quod fatetur *Valent. t. 2. disp. 6. q. 4. punct. in fi* & quamuis non explicet de qua delectatione loquatur, at apertę de appetitus sensitiui delectatione loquitur. Quia negat delectationem captã de cupula cũ aliqua, si esset sua vxor, licitã esse, cũ tamẽ licere delectationem in prædictis exemplis admittat. At minus vera esset differentia. Nam illa quoque delectatio si voluntatis solius sit, est licita. (Vt nu. pręced. probaui.) Nec credo aliquẽ delectationẽ in pdictis exẽplis damnaturũ. Et ideo, vt rõnem differentiæ tradamus, dicẽdum est cum *Valentia ibid.* quędã esse ex se & ex sua præcisa rõne, s'm quam delectant, implicantia deformitatẽ, & turpitudinẽ quandã, quæ tamen rõne condõnis adiunctæ possunt excusari: quare si conditio ipsa re non existat, actus per se est turpis. Vt est actus venereus, ex cuius ratione ratio deformitatis oritur, nisi impediatur p actũ existentẽ coniugij cõditionẽ. Similis rationis sunt actus vindictę, furãdi, & alij in semetipsis intrinsecã malitiam imbibitã habẽtes. Atq; de his delectari delectatione appetitus sensitiui, dũ cõditio actu nõ subest, est lethale, si obiectum lethale sit. Alia verò sunt nec secundũ se, nec vt delectãt, implicantia deformitatẽ, & turpitudinẽ, sed in bonũ sonant, q̃uis vt vndequaq; rectẽ fiant, indigeant conditione. Vt contingit in exẽplis positis largitionis eleemosynæ, auditionis confessionum, rectæ administrationis officij iudicis, & alijs, quæ nullam in se malitiã habent. Quare nisi quis delectetur etiam de huiusmodi cõditionis absentia, non est censenda de re illicita delectationẽ capere. Atque ita licebit delectatio quoq; appetitus sensitiui in his. Et rõ differentiæ est. Quia etsi neutrius generis res æstimatiua proponere possit appetitui sensitiuo sub conditione, ut ita sub conditione de illa delectetur: at saltem repræsentare potest rationem eorum abstrahentẽ à licito, vel illicito ... vt concubitum solum, vindictã iniurię, furtum auditionem confessionum, largitionẽ eleemosynæ. Quare cùm in prioris generis rebus sit malitia imbibita, obiectum est malum, nisi simul conditio excusans apprehendatur. Quod in appetitus sensitiui delectatione contingere nequit. Atque ideo delectatio appetitus sensitiui de illo mala erit. Cum ea malitia in rebus posterioris generis imbibita non sit, sed ex se in bonum tendant, obiectum non est malum, nisi quãdo apprehenditur, & delectat, vt conditione destitutum quod hic non contingit. Et ideò nec delectatio erit mala. Itaque in rebus prioris generis oportet simul conditionem apprehendi: non autem in rebus posterioris generis, sed sufficit, vt non excludatur. Et confirmatur à signo. Quia circa prioris generis res ab imaginatiua repræsentatas appetitus sensitiuus, effrenate excitatur ad totum id, quod potest eum ad venerem, aut odium, aut rei alienæ vsurpationem iuuare, independenter omninò à conditione aliqua, qua hæc possent licita reddi. Quod in posterioris generis rebus minime contingit.

CAPVT III.

Qualiter consensus in iactantiam, qua quis de præcepti transgressione se iactat, aut iactari permittit, sit culpa?

SVMMARIVM.

Quale peccatum sit se de aliquo bono laudare, & res etiam sacras ob vanam gloriam principaliter efficere, nu. 1.

Quid si falsa laus de aliquo bono sit in damnum tertij, & an id dãnum sit restituendum, nu. 2.

An falsò laudatus de aliquo bono, non contradicens peccet, nu. 3.

Laudare se siue verè siue falsò de aliquo peccato, quale peccatum sit, num. 4.

An sit duplex culpa, quando quis de eo peccato se laudat. nu. 5.

An laudare alium verè, vel falsò de peccato, sit culpa, nu. 6

An sit duplex malitia in confessione exprimenda si ea laus sit in laudato, aut personarum ipsi coniunctarum præsentia, nu. 7.

An alium contumelia afficiens, aut eius infamiam tribuens non admisisse aliquod peccatum, peccet mortaliter, nu. 8.

An dicterijs aliquẽ pungens, id est, El quel da vaya *quòd ad peccatũ ineptus sit, peccet, ac restituere teneatur, si sit contra iustitiã, n. 9.*

Velle laudes de peccato mortali, aut eas acceptare, quale peccatum sit, num. 10.

Audientes laudes de peccato alicuius, quando admirantes peccent, numero 11.

Quid si laudans se, vel alium de peccato, de sola arte, aut industria, aut naturali robore laudet, nu. 12.

An in iactantia peccato sint fatendę circumstantiæ operis, de quo quis se, vel alium laudat, nu. 13.

1 PRima conclusio sit. Si iactantia, & vanagloria de aliquo bono sit, est sola culpa venialis. Quod oẽs fatentur. Immò cõtra *Abulens. c. 6. Mat. q. 3. & q. 55. & Ang verb. Vana gloria n. 1.* res quãtumuis sacras principaliter ob vanã gloriã efficere, vt sacramẽta omnia ministrare, vel recipere, sacrum celebrare, non excedit culpam venialem. Quod vr̃ docere *D. Th. 2. 2. quest. 132. art. 3.* dicens, tũc esse lethale ordinare virtutis opera ad inanem gloriam, quando in ea vltimus finis constituitur, omittendo præcepta Dei ob illam. Et tenẽt expressẽ

Sylu.

Sylu.verb.Vanagloria,q.2.in fi.Nau.c.23.Lat.n.13.vers. Quarto peccat, Hispane n.19 & alios referens Henriq.l.4.de pœn.c.36.n.4.in commen ... Et ratio est, quia etsi debitus ordo peruertatur, grauis tamen peruersio non tanti momenti est, nec adeo grauis iniuria rebus spiritualibus infertur, vt pœna æterna digna sit.

2 Hoc tñ limitandum est, nisi in tertij damnũ laus ea cederet: si quis n. se falso magnum medicũ, aut aduocatum iactet, vnde alijs damnum cõsurgat, est peccatum mortale & similiter sic alium laudare, eadem culpa est, qñ (inquam) damnum notabile est ac tenetur sic se, vel alium laudãs restituere damnum illud. Quod per iniustitiam causa illius damni existat. Ita D Tho. & Caiet. 2.2.q.112.art.2.idem Caiet.in sum.verbo,Iactan ... Nauar. in sum.c.23. Hispane nu.17.& 20. Latine,nu.13. Leonard. l.2.de iusti.c.47.dub.6 nu.42 ... §.35.fol.189.pag.1.vbi id exemplum adhibet. Quando cõpetitor de cathedra cum alijs in breui sermone quẽ de more Salmanticæ corã electoribus habet, sua merita, ac sti ... dia cõmendans, mentitur in re notabili, vt dicẽs varios se libros typis mãdasse, vel aliqđ simile, dicit eum peccare mortaliter, & teneri restituere cathedram sic obtentam. Sed hic tantissime credo euenire, quia electores, nisi alia via de ijs meritis certiores facti sint, modicam, aut nullam fidem habent, parumque incitãtur. Quia satis norũt neminem se vituperaturum, & crebro encomia falsa dici amore cathedræ obtinendæ.

3 Imò, q falso laudatus aduertẽs aliquod notabile dãnum inde oriturum, si non contradicat, nec cõtradicit falsemiq̃uãtum oportet ad illi obuiandum, peccat mortaliter. Sic ... Hisp.n.17.18 Lat.n.13. vbi bene addit nõ subsecuto hoc notabili dãno, approbatione explicitã, vel implicitã falsæ laudis de re bona, vel solũ venialem, esse uenialem: imò nec esse peccatũ, sed virtutis actũ audire falsas laudes absq; contradictione, du modo laudatus non eo respectu illis delectetur. quo falsæ sunt, aut laudes ... aut adulationes: sed q̃a suo statu necessariæ sunt, vt prauũ exemplum ac scãdalũ vitetur.

4 II. Conclusio. Laudare se de aliquo veniali, est veniale, & de mortali, mortale. Quod ea iactãtia de re mala eius approbationẽ cõtinet, & quoddam de illa complacendi genus Vnde tanquam res grauis reprehenditur P. Iac.4. ... graui pœna comminata. Atque ita docent Abulen. ... Ma ... 2.q.8 Caiet.2.2.q.13 art.2.& in sum ma, verbo Iactat ... & verbo. ... Sylucst.verbo Vanagloria,q.2.& verb. Iactant ... vbi sing. nu.1. Tabiena q.2. Nau.sum.c.23. Hisp.nu.20. Lat.n.13. Quod verum est siue verè, siue falso de illo malo se laudet. Quippè eadem militat ratio. Atque ita docent Caiet.2.2.q.11 ... art. Sylue. verb Vanagloria,q.2. ... Tabiena ... ibid. Leonard.nu.2. relatus, qui benè hoc limitat, nisi solum narret, vt inde appareat eius dexteritas, ingenium virilitas, absque approbatione, vel affectu ipsius operis, tunc enim non erit mortale.

5 Id tñ distat inter iactãtiã de peccato verè admisso, & falsam de non admisso. Quod in priori casu frequẽter duplex lethale inueniatur, alterũ iactantiæ de lethale, alterum verò gaudij de illo admisso. At in posteriori nõ ita frequẽter est duplex lethale at esset vtique, si esset delectatio in eo cogitato, quasi tũc verè admisso Quod si in priori casu non sit etiam gaudium, vnicũ iactãtiæ lethale erit, ac eiusdem rationis, ac in posteriori. Quare ad confessionem secluso gaudio, nil refert, siue iactantia sit de peccato verè admisso, siue non admisso.

6 III. Conclusio. Idem dicendum est de laudanti alium. Si enim de peccato veniali illum laudet, est veniale, si verò de mortali, est mortale. Quod hoc sit velut id peccatum approbare. Sic Caiet. in sum.verb.Iactãtia, vbi Ang.n.1. Tabiena q.2. Nauar.sum.c.23. Hisp.n.u. 20. Lat.nu.13. vbi bene addit verum esse, siue verè, siue falso illum laudet, vt in simili diximus nu.4.

7 Immo si in præsentia illum laudet, vel coram eius consanguineis, in quorum honorem vindicta sumpta, de qua laudat cedit, præter iactantiæ peccatum, est etiã aliud mortale scandali necessariò fatendum. Quippè sufficiens occasio iactantiam vanam de illo peccato sumendi datur illis: & si verè admissum sit, dantur ansa gaudendi de illo: si non sit admissum, desiderandi vt admissum esset.

8 Hinc deducitur peccare lethaliter, qui alium conuitijs afficit, quod oblatam vindictæ, fornicandi, aut alterius mortalis occasionẽ prętermiserit, vel qui sibi, vel alij, vitio, aut infelicitati tribuit, occasionem prædictã amisisse. Quia hęc omnia peccati approbationem supponunt. Immò si sit in coniuncis affecti, aut eius cognatorum præsentia, est quoque simile scandali peccatũ, de quo numero præcedenti diximus. Quia dat illis sufficientem et stitiæ de occasione prætermissa ansam.

9 2. ... educitur peccare quoque mortaliter eos, qui dicterijs alios pungunt, (vulgo, dau vay ...)dicentes illis causa ioci esse molles, & effœminatos, mulieribusque ineptos, (vulgo mariones, o ... para mugeres, o ... para vna rueca,) vnde illi vt isthæc dicteria, & velut improperia abijciant, ansam se de ijs viti s laudandi sumunt, seu ad ea perpetranda incitantur, imò si sit peccatum contra iustitiam, ad quod ea dicteria incitant, tenetur ijs pungens damnum restituere, non restituente eo qui illud intulit. Vt bene tradunt D. Ant. 2.p.tit.1.c.12.§.11. Nauar.l.3.de restit.c.3. explicans particulam palpo, in noua editione num.31. Quia efficax damni causa fuit.

10 IV. Conclusio. Lethale est velle gloriam, & laudes de mortali vel dum quis de eo laudatur illas acceptare, sibiq; eo quòd laudetur, complacere. Quòd sit iactãtia de peccato mortali. Sic Nauar.Sum.c.23. Hisp.num.15. Lat.nu.13. Quòd tamen intelligendum est, vt ex eo solum quod sic laudatus taceat, statim peccet mortaliter, sed quando tacet eas laudes acceptans, ijsque congaudens. Si.n. displicerent, & solum præ pudore, aut alio respectu tacet, non erit mortale, nisi talis esset laudatus, vt tacendo scandalum astantibus præberet.

11 Vltima concl. Quod dictũ est de laudanti dicendum quoq; est de audientibus laudes: si enim admirentur, ac facinus tanquam laude dignum suspiciant, peccant mortaliter. Quia est eadem peccati approbatio. At sæpè in hoc euentu contingit de sola arte, aut viribus naturalibus admirari, eaque suspicere. Quod non esse lethale num. seq. explicabimus.

12 Meminerim tamen, aliquando se, vel alium laudantes de aliquo facinore, laudare non de opere absoluto, quod est lethale, sed tantum de viribus naturalibus, arte, aut industria in eo peccato repertis. Vt si quis laudet alium, quod quater continuò ad fœminam accesserit, vel cum quatuor pugnant, si solum laudet eas corporis vites, ac in punga dexteritatem, non est lethale, nisi sit periculum in se vel in alio quem laudat, iactantiæ aut gaudij de mortali admisso, ratione cuius credo frequentissimè fore mortale. Sicut cap. præcedenti, nu.4. diximus, delectationem posse esse absque mortali de industria, ac viribus in peccato mortali repertis. Quia in hoc euentu non est iactantia de peccato, sed de quodam bono naturali.

13 Dubitabis autẽ, an in hoc iactantiæ peccato fatendę sint omnes circũstantiæ, quibus peccatũ illud, de quo quis se, vel alium laudat, affectũ est, vel de quo se laudari gaudet Vel si sit de percussione clerici, sit fatẽda ordinis circumstantia: vel si de peccato cum coniugata, sit fatenda coniugij circũstantia? Nauar.in Sum. Latina, in priori edit. preludio 9.nu.4. negat fatendas esse circumstantias. Sicut qui fregit votum castitatis, sufficienter voti transgressionem fatebitur, dicendo se fregisse votum, non explicando quale, dummodo quando, fatetur postea fornicationem, explicet eius circumstãtias. Quia quod attinet ad voti transgressionem eæ nil cõferunt. At dicendum est fatendas esse circũstantias, siue quis verè, siue falso se, vel alium laudarit, & quamuis non

non adfuerit de peccato amisso gaudium. Sicut de delectatione morosa diximus c. præced. nu. 11. Quia hoc peccatum ad eam speciem reducitur, cuius est illud peccatum, de quo est iactantia. Virtus. n. contraria non tm̃ peccatum contrarium, sed etiam delectationes morosas, & iactantiam, qua id peccatum tanquam bonum approbatur, cohibet. Et sic tenent *Alcozer Sum. cap. 20. fol. 74. pag. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 5. colum. 6. a vers. Sit igitur propositio, Manuel 1. tom. Sum. 2. edit. c. 53. conclu. 13. nu. 13.* Et quamuis *Manuel* videatur loqui, quando complacet se iactans in eo peccato, in quo casu nequit esse difficultas. Quia gaudere de peccato, sicut & illud desiderare, est eiusdem speciei cum peccato ipso: at expresse *Lud. Lop.* quem *Manuel* refert, & sequitur, loquitur etiam quando quis se falso laudat de peccato non admisso, in quo euentu nequit esse gaudiū. Addit tamē bene *Manuel* priorem *Nauarri* sententiam esse veram, quando quis de peccato, v. g. fornicationis, sub communi fornicationis nomine se, vel alium iactat, sine gaudio, aut iactantia peculiaris turpitudinis, qua ex circūstantia adiuncta afficitur fornicatio illa. Sicut idem diximus de delectatione morosa cap. præced. nu. 11.

CAPVT IIII.

Qualiter ratione paruitatis materię mortale ex genere in veniale transeat: & quando parua materia censeatur.

SVMMARIVM.

Explicatur quando mortale transeat in veniale, ob materiæ paruitatem, num. 1.

Vnde materiam esse grauem, aut leuem deducatur, num. 2 & 3. vbi an oporteat constare materiam non esse leuem.

An legislator, vel prælatus in virtute obedientiæ iubens possit in materia leui obligare ad mortale, nu. 4.

Quid, si illius præcepti materia leuis sit partialis, aut totalis nu. 5.

An possit vna materia esse grauis respectu vnius subiectionis, & leuis respectu alterius? & quid quando frequenter peccatur in eadem materia leui, num. 6.

An damnum ingens ex legis fractione, vt materia sit grauis, spectetur ex damno quod imminet ex vnica fractione? Refertur quadã sententia, nu. 7. & sententia Authoris nu. 8.

An plures materiæ paruæ coalescant, vt materia grauis ad mortale sufficiens euadat, nu. 9.

An in iustitiæ materia sic coalescant materiæ furum, nu. 10.

Quid intemperantia, & solutionis ieiunij materia, nu. 11.

Quid in festorum obseruatione, num. 12.

Quid in voto, aut alio præcepto recitandi quotidie quid modicū, aut erogandi quotidie eleemosynam? Refertur duplex sententia, n. 13.

Sententia Authoris declaratur, num. 14.

Quid, si quis animum habeat nunquam implendi rei paruæ votum, aut præceptum, nu. 15.

Quid, si modica vota pro eadem die multiplicata emittantur, n. 16.

An materiæ paruitas excusans à mortali sit, secundum se, & absolutè spectanda, an in ordine ad rei præceptæ quantitatem? Refertur quadam sententia, nu. 17. Et sententia Authoris, nu. 18.

1 RES est ab omnibus recepta, eam paruitatis materię vim esse, vt quodcumque mortale ex genere faciat in veniale transire, si hæc paruitas in eo reperiatur. Quia vbi materiæ paruitas est, modica offensio reperitur, ac proinde non excedit culpam venialem. Dixi autem, quando in eo genere reperitur paruitas materiæ: quippe sunt quædam, in quibus minime reperitur, & ideò hac ratione venialia reddi nequeunt. Hoc autem contingit, quoties integra irreuerentiæ, & offensionis ratio in materia parua inuenitur. Huiusmodi sunt illa, quæ immediate, & directe circa Deum versantur, vt odium Dei, contemptus ipsius, infidelitas. Quia quicquid quispiam neget, contemnat, oderit, infinitam Dei veracitatem negabit, bonitatem Dei oderit, infinitam esse contemnet. Idem est secundum omnes in periurio assertorio, quantumcunque enim rei minimę Deus adducatur in testem, adducitur vt testis falsus, eique mendacium tribuitur. Idem contingit in simonia (vt bene tradunt *Nauar super extrauag. de datis pro iustit. vel gratia, notab. 10. nu. 20. vers. Per quæ omnia, & l. 5. cons. in nouæ edit. tit. de simonia, cons. 52. nu. 3. Suarez to. 1. de relig. l. 4. c. 3. num. 5. Hugolin. in tract. de simonia, reg. 1. c. 17. in prin. n. 2.*) in simonia (inquã) qua aliquid spirituale venditur. Quantumuis. n. modica res spiritualis vendatur, & quãtumuis modicū sit pretiū, est mortale. Quod plene rei spirituali irrogetur iniuria, eam pretio æstimãdo.

2 Qñ vero sit materia grauis, & qñ leuis, certa regula pręscribi nequit, sed id prudentis arbitrio relinquendū. At duplex generalis regula ad id discernendum tradi põt. Prior est, materia, quæ multum ad finem subiectionis imponentis præceptum conducit, est grauis, & sufficiens ad constituendã transgressionem mortalē: secus qñ parum ad eum finem conducit: tunc. n. materia leuis ad peccatū lethale reputabitur. Quare ad grauitatē, & leuitatem, non est materia præcepti secundum se solam inspicienda, sed inspecto ēt in fine, ad quē à superiore ferente legem, aut præceptum ordinatur. Atq; ita docet optimè *Vasq. 1. 2. q. 96. ar. 4. d. sp. 158. c. 6. n. 59.* quę regula magis constabit ex corollario inferendo, nu. 6.

3 Posterior regula est, valde attendendæ sunt circumstantiæ, ex quibus superior ad imponendum de aliqua materia præceptū ducitur, ad iudicium de illa formandum. Quia sæpe cõtingit, vt materia præcepti sit secundum se leuis, & obligationis sub mortali incapax, at ex circumstantijs boni cõis adiūctis, quas superior intendit, fit grauis & cadat sub obligatione ad mortale. Vt rõne scandali vitãdi, ēt si illud non esset ex se mortale, aut rõne iacturæ boni cõis religionis, periculi, etiã non proximi, transgressionis votorū. Ita docent *Dried. l. 2. de liber. Chr. st. c. 1. post 2. propositionē, vers. Temerarie n̄ ãdantū quod in alia edit. est l. 1. c. 2. ar. 3. eo. vers. Cast. l. 1. de lege pœnali c. 5. docum. 2. Valent. 1. 2. d. sp. 7. q. 5. punct. 6. col. 957.* & optimè *Suar. 5. to. in 3. p. disp. 4. sect. 6. n. 11. & 12. & d. sp. 18. sect. 3. num. 16. & 17. Sayr. in claui reg. l. 3. c. 7. n. 14* Vñ bene infert *Valētia*, nõnullos decipi existimantes nõ obligare pceptū plati sub mortali de seruãdo silētio, hoc aut illo tpe, aut de illo efficiendo, quod ex se nõ magni momēti appareat. Quippe fieri põt, vt circūstãtia aliqua ei materiæ grauitatē addat. Qua re ait cū *Caiet. sum. uer. Præcep. ū*, impossibile videri in iure humano ex sola materia discernere præcepta sub mortali. Cū res, quæ leuis vr̃, ac sit talis in se considerata, sit magni momēti attentis circūstantijs, quas superior spectat, ac subditi ignorant. Quare dicit *Suarez d. disp. 4. sect. 6 nu. 11*, debere satis certò, & indubitanter constare leuē esse materiã, vt iudicemus præceptū, quod alias ex verborū tenore ad mortale obligaret, non sic obligare. Et recte quidem dicit, quia in dubio non est spoliãdus superior sua possessione: nec quando non constat in iustitia pręcepti. Vt dicemus lib. 6. tractantes de obligatione obediendi in dubio. Similiter res quæ apparet leuis potest ob actus excellētiam, ac materiæ necessitatem esse materia grauis. Vt constat in præcepto communionis.

4 Imò quãtūcunq; velit legislator ad mortale obligare si materia sit exigua attētis circūstantijs, non obligabit ad mortale. Quod cū eius obligationis sit incapax materia, est volūtas sçoi dissona Sic *Dried. Cast. Valent. num. præced. alleg. Cord. Sum. q. 188. pun. 1. uers. Nūpoco, Azor to. 1. instit. moral. l. 5. c. 6. q. 5. Metin. 1. 2. q. 96. art. 4. in 1. reg.* quã ibi impugnat *Salon 2. 2. q. 77. ar. 1. cõtrou. 8. col. 2. ver. 3. Sayr. in claui reg. lib. 3. c. 7. n. 14. qui n. 17.* limitat, vt hoc ita sit in legislatore seculari secus de Pręlatis Ecclesiasticis. Sed id non credo, eo quod rõ tradita idem de vtrisq; probat. Et tradunt *Castr. & Valent. ibid.* & videntur sentire *Metina, & Azor*, loquitur. n. vterq absolute de legislatore. Imò optime ait *Castro ibi*, hoc verū esse, etsi Prælatus iubeat in virtute obedientiæ Cum. n. materia sit parua, nequit sub mortali obligare.

5 Nec refert, siue materia præcepti sit partialis, siue totalis, quando. n. totalis est, si adhuc sit parua, non obligabit ad mortale. Quod esse totalem, aut partialē præcepti materiam, nil referat: obiectum enim ex se id nõ habet. Quippe cum leue sit, nequit grauē obligationem indu-

inducere. Nec præceptum & virtus, ad quam illa materia reducitur: nam illius vis limitatur necessario a præcepti obiecto leui: quare optime tuetur multi iuramentum promissorium, & votum de materia leui totali, vt de recitanda salutatione Angelica, nō obligare ad mortale. Sicut suo loco agentes de voto dicemus.

6 Ex his deducitur primo, materiam quandam posse esse grauem respectu vnius subiectionis, at leuem respectu alterius: quod ex diuersis vtriusque finibus consurgit, potest enim fini vnius multum conferre, & sic respectu illius erit grauis: at modicum fini alterius, & ob id respectu illius erit leuis. Verbi causa, præcipit Ecclesia Missam die festo, intendens in hoc spirituali profectui cuiuscumque consulere, mortale est, quocumque festo omittatur. Et idem contingeret existente præcepto ad culpam obliganti in religione, vt omnes singulis diebus sacro interesint, esset enim mortale aliqua die non audire. Quod ad eundem finem id præceptum iniungi videretur. Quippe opus hoc consideratum, vt medium spirituale ad profectū cuiuscumque, est notabile, ac subinde grauis materia. At si in sęculari republica, & vniuersitate literaria præcipiatur idē, non erit grauis materia: qđ comparata cum legislatoris fine, qui non est iam profectus spiritualis singulorum, quam bona collegij, & vniuersitatis gubernatio, non videtur grauis materia: quæ omnia optime docet *Vasquez 1.2.q.96.art.4.disput. 158.cap.6.num.60.* vbi addit posse esse lethalem culpam ratione frequentis transgressionis, quamuis materia esset leuis respectu finis intēti. Sed de hac limitatione dicemus lib.6. huius tract. agentes quando religiosi transgredientes præcepta regulæ peccent.

7 Secūdo hinc deducunt quidam paruitatem materiæ in legibus prohibentibus aliquid causa vitādi dāni Reipub. spectandam respectu solius huius damni: atque ita hoc leui existente, esse leuem, & solam fore venialem transgressionem, quamuis quantitas sit in se notabilis. Quippe materiæ magnitudo non est absolute, & secundum se consideranda, sed respectu finis a legislatore intēti. At cum hic sit vitare dānum cōe, ex sola huius dāni magnitudine perpendi quātitas materiæ debet. Sic sentire videtur *Margarita Confessorum in quæst. moral. q. An licitè possit transferri frumentum, & equi contra legis interdictū, fol. 26.* vbi ait non esse mortale extrahere, nisi quādo damnum notabile inde sequitur. Idem videtur sentire *Mercado l. 3. de cōtract. c. vlt. §. Esto supuesto,* dicēs esse mortale extrahere a regno tritcū in anno sterili, aut pecuniā, maxime in magna quantitate. Et quidā viri docti censentes nō esse mortale vendere panem coctū cōtra pragmaticæ Regiæ interdictū, nisi ea sit quātitas, vt damnum ingens Reipub. sequatur cariori multo reddito ob id tritici precio. Et eiusdem sententię sunt quos tacito nomine refert *Nauar. lib. 3. de restit. c. 1. p. 1. dub. 1. in noua edit. nu. 33.* asserentes centum argenteorū, aut aureorum numorum furtum non esse mortale respectu hominis ditissimi, cui modicum est damnum.

8 Sed dicendum est, non esse opus, vt fractio legis ex se nimis vtilis Republicæ sit mortalis, sequi ingens damnum ex illa fractione particulari, sed satis est quantitatē in se esse magnā. Quod optime docet *Victoria de potest. ciuili, nu. 19* & ponit exēplum, mortalis est extractio pecuniæ a regno cōtra legem, etsi vna extractio parū noceat. Quia (inquit) non spectatur quale dānum sequatur vno contrauenicnte, sed quale, si a multis, vel cōtiet fiat. Et probatur, quia in furto verissima sentētia habet dati quantitatē in se magnā, & mortalem, quāuis ditissimo parum noceat: alias furati centum mille aureos a diuersis, furando a quolibet vnum dipondium, non esset lethale. Secundo quia aliter finis legis frustraretur, nunquam enim quilibet tantā quantitatem extrahit, vt ex ea sola ingens Reipublicæ damnum sequatur. Tandem, quia ideo iuste suspenditur prædo in itinere arripiens a viatore quinquaginta numos aureos, quod etsi id dānum non sit notabile semel illatum; at magni momenti est, grauiter id delictum punire, ne passim fiat.

Tandem circa hanc materiæ paruitatē duplex restat difficultas. Prior est, an plures materiæ paruę, ita in vnā coniungantur, & coalescant, vt materia grauis euadat, ac sic peccati mortalis sufficiens materia constituatur? In qua re breuiter hęc regula constituenda est. Quoties parua postremi venialis materia nequit cum pręcedentium materia moraliter continuari, ita vt pro vna reputetur, nec effectus relicti continuari moraliter possunt, multiplicatio transgressionis præcepti in materia parua, non constituit materiam grauem, ac culpam lethalem: secus quando materiæ paruæ, aut effectus ab eis relicti, moraliter continuantur. Ratio est, quia cum in priori euentu, omnes eæ materię diuersæ sint, nec in vnā coalescant, nec effectus ab eis producti, nequit ex illis grauis materia conflari, sed singulæ diuisæ manebunt, & ita paruæ. At cum in posteriori casu materiæ, vel effectus vniantur, notabilis materia euadet. Hæc constabit ex corollarijs inde statim inferendis: & eam tradit *Vasquez 1.2.q.88.art.4.disp. 146.cap.2.num.3.& 4.*

10 Hinc deducitur semper in materia iniustitię ex paruæ materiæ multiplicatione magnā consurgere, ac sufficientē ad mortale. Vt in furtis minimis accidit, quando enim per ea ad notabilem quātitatem furto arreptā peruenitur, vltimum rei paruæ furtum est mortale. Vt late probabimus agentes de voto paupertatis, qualiter violetur his modicis acceptionibus, lib.7. huius tractat. Quia materiæ illæ paruæ cōtinuantur, & in vnam coalescunt, & quoad se, & quoad effectus inde consurgentes. Quoad se, quia cum furti peccatum non in sola rei alienæ vsurpatione, sed etiam in retentione consistat, qui paulatim furatur, & nondum furta reddidit dominis, dicitur furta continuare, ac simul actu peccare omnia simul retinendo, vel in specie, vel in genere, hoc est non restituens rem, si adhuc extet, vel eius precium. Quoad effectum vero, quia ex vltimo furto minimo damnum proximi in notabili quantitate consurgit, in quo lethalis furti malitia consistit.

11 Secundo deducitur, hanc quoque continuationem consurgere in materia intemperantiæ, ac proinde vltimum, quod ratione paruitatis materiæ esset veniale, esse mortale ob eius pręcedentium, propter moralem effectus relicti continuationem. Nam cum intemperantiæ malitia in eo sita sit, quod corporis saluti, & rectę valetudini aduersetur, & sępe iteratus modicus esus, aut potus, possit ita esse immoderatus, vt hoc dānum afferat, etsi in singulis vicibus per se cōsideratis modicus excessus sit, vltimus fieri pōt lethalis ratione effectus a præcedentibus relicti. Sic *Vasquez num.6. allegat.* Vnde merito infert ibi manifeste decipi eos, qui putant non esse mortale sępius in ieiunij die modicum quid comedere. Quia cum sit eadem met dies, cōtinuantur moraliter eæ comestiones, ita vt efficiant vnam notabilem. Secus esset, si in diuersis diebus ieiunij parum quispiam singulis diebus comederet, etsi simul haberet propositum hic singulis illis dieb. comedendi. Quia materiæ illę paruę tūc non continuantur. (Vt latius nu.14. explicabimus.) Atque idem esset, si efficeret, vt diuersi comederent in die ieiunij, parum tamen singuli; at omnium quantitas esset notabilis; nō enim peccaret mortaliter. Quia deficit prædicta vnius materiæ modicæ cum alia continuatio. Dum autem dixi, modicas comestiones eiusdem personæ in diuersis ieiunij diebus non continuari, intelligo quoad ieiunij fractionem. Quia cum cuiuslibet diei obligatio transacta die omnino cesset, nequit multiplex illa comestio diebus diuersis facta continuari ad ieiunium cuiuscumque diei soluendum. At si loquamur de naturali abstinentia, potest illa multiplex rei modicæ comestio etiam diuersis diebus facta, ita nimia & immoderata euadere, vt constituat culpam mortalem, nimirum, si præuideatur fore, vt saluti corporis notabiliter noceat, quia quoad effectus ex ea relictos continuantur.

12 Tertio deducitur, idem euenire in festorum obseruatione. Si quis enim distinctis vicibus eademmet festi die seruilia exerceat, ita vt singulis vicibus parum temporis insumat, at totum tempus sit notabile, peccabit lethaliter: secus si in diuersis diebus, etiamsi habeat propositum singulis diebus paruo tempore laborandi. Ob eandem rationem num. præcedenti traditã, quãuis *Tolet. lib. 4. Summ. c. 25. num. 2.* oppositum doceat, dicens esse mortale, cum materia est magna, vel cõtinua, quia singulis diebus fit. Cui non assẽtior. Nec similiter credo esse mortale propter eandẽ rationem, si quis efficiat, vt multi eodem aut diuersis festis, magna temporis parte laborent, si omnium labor vniatur, at singuli tantũ modico tempore. Quod illa modica singulorum tempora minime vniantur & cuiuslibet culpa non excedit venialem. Nec contrauenitur directè præcepto sanctificandi festa, quod interdicit tanto tempore seruilibus incumbere, vt non liceat Deo vacare. Quia in hoc euentu nec iubens, nec iussi ita occupantur. Atque idem in similibus præceptis dicendum est.

13 Vltimo deducitur, quid in voto, iuramẽto, aut quocũque alio præcepto recitandi quotidie quid modicũ, aut erogandæ quotidie modicæ eleemosynę, dicendum sit, quando multo temporis spatio violatur, ita vt illæ preces, aut eleemosynæ omissæ constituant notabile quantitatem. Quibusdam videtur in vtroque euentu culpam esse lethalem, quando ad notabilem quantitatẽ omissam peruenitur: quod grauior sit obligatio recitandi toto vitæ tempore quotidie orationem Angelicam, quam semel calculum virgineum vulgo (*El Rosario.*) At huius voti violator peccat mortaliter. Sic *Val. 2. 1. d. sp. 6. qu. 6. punct. 4. col. 1355. vers. Ex hoc patet responsio, Zumel 1. 2. quæst. 88. art. 4. dub. penul. vers. Nec obstat. Manuel in 2. tom. Sum. cap. 99. num. 1.* idem *allegato Cano.* tenet, quando is haberet propositum longo tempore omittendi id votum rei modicæ, *Ludou. Lopez 1. p. instructor. cap. 42. vers. Quando quis percitus ira.* Alij inter vtrunque votũ distinguunt, ac dicunt non esse mortalem omissionem longam illius modicæ orationis secus vero de eo modicæ eleemosynæ voto. Quod oratio vno die prætermissa non sit necessario alio die implenda, secus de eleemosyna: & ideo preces omissę non coadunãtur at bene eleemosyna. Sic *Sotus l. 7. de iust. q. 2. art. 1. col. 4. vers. Concl. ergo, Aragon 1. 2. q. 88 art. 3. paulo post princ. concl. 3.* Et solum loquentes de eleemos. tenent idem *Medina 1. 2. qu. 88. art. 4. ad 4. Petr. de Led. 2. tom. Sum. tra. 10. c. 3. dub. 1.*

14 At idem in vtroque voto, vel iuramento, vel præcepto dicendũ censeo, & sic distinguendum, si vota hæc, quotidie recitandi modicum, aut modicę eleemosynæ quotidie erogandę, sint in honorem diei, & temporis, tunc non est mortale, etiam si vota hęc semper violentur. At si non sint in diei honorem, sed tantum dies pręfigatur, vt terminus, ne vltra illum executio voti differatur, tunc licet singulis diebus sit omissio venialis, tanquam rei modicæ omissio; at dum notabilem orationis aut eleemosynæ omissorum quantitatem attingit, erit mortale. Ratio est quia in priori casu singulorum dierũ lapsu extinguitur obligatio pro illis diebus, ac proinde materiæ illæ voti modicę omissæ continuari nequeunt. At in posteriori, obligatio materiæ modicę omissæ non extinguitur, sed semper transit in alium, & alium diem, donec votum impleatur, quare materię illę omissæ tanquam adhuc debitæ continuatur, ac proinde cum materia omissa magna euasent, erit culpa lethalis. Nec obstat ratio in contrarium numero præcedenti adducta. Quia dicendum est omissionem salutationis Angelicæ quotidianam esse grauiorem extensiue, id est, ad plura extendi, quam vnius calculi virginei omissionem: non tamen intensiue, & in ratione obiecti, & obligationis voti: quia votum rei minimę, siue diuisiue, siue collectiue sumatur, culpæ venialis, ac leuis obligationis limites non transcendit, quando est in diei honorem: quod secus, in alia contingit. Et ideo hanc partem substinẽt *Vasquez 1. 2. q. 88. a. 4. disp. 146. c. 2. in fi. Azor t. 1. instit. moral. l. 11. c. 5. q. 2.* & videtur tenere *Sayro clauis regia. lib. 6. c. 6. nu. 6.* dicit enim in vtroque casu esse mortale, ob hãc rationem, quia res omissæ vna die, obligant altera.

15 Et quamuis hi Doctores nõ explicet casum, quo hic vouens haberet propositum omittendi longo tempore, aut semper, illam modicam orationem, aut eleemosynã quotidiana in diei honor. promissa: at ratio, cui innituntur, probat id nõ esse lethale, & ita mihi persuadeo. Quia cum modicę illę materię non in vnũ coalescant, sed quolibet die obligatio cuiuslibet cesset, non possunt ita coniungi, vt vnam notabilem quantitatem efficiãt, vt vel sic propositum illud in rem graue, ac sufficiẽtem ad mortale constituendum feratur. Sicut nec mortalis reus esset habens animum singulis festis modicum laborandi, aut singulis ieiunijs parum comedẽdi, aut singulis diebus quid modicum omittẽdi ex horis canonicis. Dum autem diximus num. pręced. omissionẽ modicæ quantitatis non in die honorem promissę esse mortalẽ, dum ad notabilem quãtitatem peruenit; intellige, quãdo in omissionibus illis moralis quędam cõtinuatio reperitur. Nam si hęc non esset, longe maior quãtitas omissa censeretur ad hoc notabilis. Vt si quis hodie illud modicum omittat, & post duos menses iterũ modicũ, & post annum iterum modicum. Sicut in minimorum furtis ex communi hominum existimatione dici solet.

16 Immo, dicta duplici num. pręced. vera videntur, etsi quis diuersa vota rei minimæ pro eadem die multiplicaret, quæ omnia simul sumpta notabilem materiam continerent: eorum enim omissio non esset mortalis: etsi essent in diei honorem, nec omissio longo tempore, nec propositum semper omittendi. Vt si quis semel promisisset vnicam salutationem Angelicam quotidianam, & iterum aliam, & sic vsque ad centum, vel modicam eleemosynam quotidianam, & iterum modicã, & sic vsque ad notabilem quantitatem, siue eadem die, siue pluribus vota hæc multiplicaret. Quia eæ materię cũ diuersorum sint votorum obiecta, non videntur in vnã continuari, ac coalescere. Sicut si in die festo incidat ieiunium, sacerdos tenetur in illa die ad ieiunium, ad audiendum sacrum, ad non laborandum, & ad recitandum officium canonicum; si ex singulis his obligationibus modicum quid omitteret, ita vt omnia illa modica sint notabilis quantitas, non peccaret mortaliter. Quod nullum præceptum in materia graui trãsgrediatur, sed multa, singula tamẽ in leui materia. At quamuis prima facie hoc ita appareat: re tamẽ attentius cõsiderata, existimo materias illas modicas votorum multiplicium pro eodem die obligantium cõtinuari moraliter, & in vnã coalescere, ac proinde culpam esse lethalẽ omittere notabilem quantitatem illo die, siue materiæ sint eiusdem rationis, siue diuersæ, vt si alterum votum sit recitãdi, alterum eleemosynę, &c. Ducor, quod etsi diuersa nume. vota sint; at obligatio voti vnius rationis est, & eadẽ ratione ad religionis virtutem spectat, eiusque pręceptũ, quod in re notabili tũc violatur. Sicut, qui homini promitteret magnam pecuniæ quantitatem diuersis promissionibus, vel diuersa obsequia, singulis tamen vicibus quid modicum peccaret mortaliter nõ implens in notabili quantitate, perinde ac si vnica promissione, rem notabilem pollicitus non staret promissis. Quia omnes illæ promissiones num. diuersæ pertinent ad eandem iustitiæ obligationẽ. Nec est simile de diuersis illis præceptis in festo concurrentibus, quia cum diuersæ omnino rationis sint, non possunt materiæ continuari. Nec est idem in casu quem nu. præced. tetigi, quãdo votum rei modicæ est in diei honorem, ac propositum est semper illud omittẽdi. Quia votũ nunquã cõiunctim obligat ad totã illã propositi materiam, eo quod materiæ modicæ nunquam in eandem diem, idemve tempus cõfluant, sed transacta die quælibet cessat. Et ideo cum propositum feratur in illam, vt ex voto debitam, at ex hoc tantum debeatur pro singulis diebus, & semper sub veniali,

pru-

propositum non fertur in materiam grauem. At in nostro casu materia illa grauis ex diuersis votis cõsurgens eadem die obligat.

7 Posterior difficultas est. An paruitas materiæ excusans a mortali, sit spectanda absolute, & secundum se, ita vt quæ sic considerata, est leuis, aut grauis, sit talis in quacumque materia, etsi respectu totalis materiæ sit no tabilis, aut nõ notabilis pars: an potius respectiue ad rẽ præceptam, ita vt dicamus esse modicam; quando non est notabilis pars rei præceptæ, quis in se grauis esset, & sufficiens ad mortale in alio præcepto? Et quidem videtur non respectiue ad totam materiam præceptã spectãda. Quia tunc quando parua materia esset tota pcepti, obligaret sub mortali. Quod est contra dicta n.5. Et cõstat id inde sequi: nam si materia in se parua, quãdo est tota materia, non sat est ad mortale, nedum sufficiet qñ est sola materiæ pars notabilis 2. quia alias in voto erogandæ hodie eleemosynæ millæ numorum aureorum, aut recitandæ decies millies salutationis Angelicæ, non esset mortalis omissio decem aureorum, aut centum salutationum Angelicarum: quod ea quantitas sit valde modica respectu totius quantitatis promissæ. 3. quia sequeretur etiam non eandem cibi quantitatem solutură ieiunium in serotina refectione, (quam vulgo *Colacion* appellant.) Quia si non quantitas illa in se, sed respectiue spectanda sit, multo maiori indigebit vir robusti stomachi, quam debilis. His rationibus ductus posset aliquis existimare, materiam grauem (seclusis particularibus circumstantijs, quas num. 4. diximus posse efficere, vt materia leuis fiat grauis) siue sit pars, siue tota præcepti, non esse spectandam respectu totius quantitatis pręceptæ, sed absolute, ita, vt dicatur pars magna ad constituendam mortalem præcepti transgressionẽ, quæ in se ita notabilis est vt sit capax obligandi sub mortali, & erit leuis, quæ in se non est eiusmodi obligationis capax. V.g. in obseruatione festorum non dijudicanda est parua materia, computans viginti quatuor horis, quas dies continet, quibus a seruilibus abstineri præcipitur; sed computata temporis quantitate in se, quæ sufficiens est ad statuendam obligationem sub mortali.

18 Ceterum hęc sententia nullatenus mihi placet. Primo, quia communiter Doctores minorem partẽ reputant notabilem respectu totius alicuius parui, quã magni. Atque communiter iudicant, an sit notabilis pars necne, respectum habendo ad totam pręcepti materiã. Et sic *Nauarr. c. Quando, de consecrat. d. 1. c. 10. num. 44.* ait, in horis canonicis minoribus omissionẽ fere tertiæ partis cuiuslibet, esse mortalem. Cum tamen constet in se eam partem esse exiguam, & solum censetur grauis, quod respectu illarum horarum sit pars notabilis. Atq; id tenet *Azor tomo 1. institut. moralium, lib. 10. ca. 7. q. 3.* vbi ait, tertiam partem in quolibet toto, siue magno, siue exiguo, censeri notabilẽ & partem minorẽ tertia sese etiam notabilem, quando totum aliquod est magnũ. Idem tenet *Moneta de distributionibus quotidianis, 2. p. q. 3. nu. 32.* vbi dicit non eandem quantitatem constituendam esse partem notabilem, cuius omissio sit mortalis in singulis horis canonicis, sed pro rata, & pro cuiuslibet portione, iuxta singularum horarum longitudinẽ, aut breuitatem id spectandum. Atque *Suarez 1. tomo de religione, lib. 2. cap. 31. numero. 2.* ait, vacare seruilibus integra hora die festo esse modicam materiam, vt sit mortalis transgressio. Quod respectu totius diei pars vigesima quarta, qualis est vna hora, non appareat nimia. Atque id secundo probatur, quia in furto fatentur cõmuniter Doctores diuersam quantitatem exigi ad constituendũ mortale respectu pauperis, & hominum communium, ac diuersam respectu principis, ac hominis ditissimi. Cur non ergo in reliquis præceptis quantitas omissa, an sit magna, an parua, erit respectiue accipienda? Quamobrem concludo, de hac re iudicandum eodem modo, quo communiter DD. iudicant de furto, nempe, vt sit quantitas quæ in se est notabilis, & ita furto accepta, sit semper mortalis: alia autem, quę non est ita notabilis, & sic non respectu cuiuscumque sit mortalis, alia tandem in se ita leuis, vt non sit mortalis, nisi ex extrinseca paupertatis eius, cui aufertur, aut damni inde illi prouenientis, sit mortalis. Sic ergo in reliquis præceptis potest dari quantitas, quæ etsi respectu totius materiæ pręceptę nõ sit notabilis, est tamen in se talis, vt semper sufficiat ad mortale. Vt constat in exemplo adducto numero pręcedenti, in secunda ratione contrariæ sententiæ. Quare optime dixit *Azor proxime allegatus*, minorẽ tertia parte rei præceptæ posse esse mortalem, si omittatur, quando aliquod totum magnum est, quæ tamen in toto non ita magno non sat esset. Datur etiam quãtitas ita modica vt eius omissio nũquam sit mortalis, siue sit tota materia præcepti, siue pars, nisi ob aliquam circumstantiã extrinsecam grauis fiat. At vbi hæc non concurrunt, cõsideranda est respectu totius materiæ pręceptæ. Et hinc constat ad duo priora argumenta contraria. Ad tertiũ dic, eam serotinam refectionem non concedi ad sustentandam naturam, sed ratione vsus, ne potus noceat.

CAPVT V.

Qualiter veniale peccatũ possit in mortale transire.

SVMMARIVM.

Veniale an transeat in mortale ratione noui præcepti vitandi illud, num. 1.

An in mortale transeat ratione nimia frequentia id committendi, num. 2.

Explicatur c. Tres sunt de pœnit. d. 1. quando ex venialibus multiplicatis consurgat mortale, num. 3.

Propositum committendi omnia venialia, an sit mortale, nu. 4.

Veniale an ob committentis sanctitatem, aut dignitatem fiat mortale, num. 5.

In quintuplici casu veniale transit in mortale, num. 6.

Quando ratione finis adiũcti id accidat, & an tunc sat sit mortalem illum finem fateri, non explicato medio de se veniali, numero 7.

Quando ratione contemptus, & quando it censeatur, n. 8. & 9.

Quid si non sit contemptus legis, sed solum executionis, nu. 10.

An sit mortale, quando contemptus, & inobedientia nõ est simpliciter, sed secundum quid, & in ea re parua, num. 11.

An sit idem nolle obedire ex contemptu, & ex indignatione, & an hoc sit mortale num. 12.

An contẽptus superioris, eiusue authoritatis sit mortalis, n. 13.

An veniale transeat in mortale, quando in veniali constituitur vltimus finis, & quando id contingat, num. 14.

An sat sit tunc fateri mortale admissum, an potius sit etiam nimius ille ad veniale affectus fatendus, num. 15.

Explicatur cap. Vnum orarium dist. 25. qualiter veniale dum places, fiat mortale, num. 16.

1 Non disputamus, an idem numero actus, qui prius erat venialis, possit mortalis effici. Hoc enim ad rem metaphysicam, & non ad mores, de quibus agere nostri instituti est, pertinet. Sed consulantur *D. Tho. & Doctores 1. 2. q. 88. artic. 4.* Sed disputatio est, an veniale transeat in mortale ratione alicuius circumstantię adiũctæ, siue dicamus esse eundem numero actum, siue diuersum. Prima conclusio sit. Veniale non transit in mortale, ex eo, quod nouum superioris, aut diuinum natura le illud prohibens accedat, sed erit duplex sola venialis culpa. Quia cum id peccatum sit solum veniale ratione paruitatis materiæ, nec hanc præceptum superadditum mutet, nequit fieri ob eam rationẽ mortale. Et hoc clarius constabit in tractatu de voto, vbi dicemus votum venialis peccati vitandi ad aliud tantum veniale obligare. Et ita impugnato *Almain* tradit *Azor to. 1. institution. moral. lib. 4. c. 9. q. 10.* Hoc autem intelligitur attenta sola noui præcepti ratione, nam potest esse, vt ex noua qua superior ducitur ratione ad id præcipiẽdum, materia efficiatur grauis, & præceptum obliget ad mortale. Vt diximus c. præced. num 3.

2 Secunda conclusio. Nec ueniale transit in mortale ratione usus, & consuetudinis committendi uenialia. Sic contra *Angelum, verbo Inobedientia, in fine principij,*

D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 3. §. 3. dicentes esse mortale, eo qđ sit quidam legis contemptus, tenent *Scotus, Gabriel. Almainus,* quos refert, ac sequitur *Azor d. lib. 4. instit. moral. c. 9. q. 11.* Quia actus replicati sunt eiusdem speciei cum primo, ac proinde eiusdem deformitatis. Si ergo primus venialis est, & ceteri veniales erunt. Nec frequens legis transgressio dicitur eius contemptus. Vt benè tradit *D. Th. 2. 2. q. 1. 6. 9. ad 3. communiter receptus.* Quippè contemptus peccatum in voluntate sola perficitur interius, nō autem in opere, quod exterius fit: ac proinde ob solam externi operis multiplicationem contemptus induci nequit. Aduertit tamen bene *Azor ib.*, hoc esse verum per se, & ex sola venialis natura. Quia aliquando ex venialium frequentia consurgit mortale, non præcisè ratione frequentiæ, sed ratione periculi proximi incidendi in mortale, cui frequenter admittēs venialia exponetur, attenta eius fragilitate. De qua relatius agemus lib. 4. huius tract. agentes de obligatione religiosorum ad seruandas regulas.

3 Hinc deducitur intellectus ad *c. Tres sunt, de pœnit. d. 1.* quod est ex *D. August.* vbi claré sentit, ac similibus adductis probat, ex venialibus multiplicatis mortale consurgere. Quod (vt iacet) falsum esse tradit *D. Tho. 1. 2. q. 88. ar. 4.* ab omnibus receptus. Et probaui nu. præcedenti. Quare iuxta ibi dicta intelligitur *D. August.* vt venialia multiplicata aliquando in mortale transeant non ratione frequentiæ, sed in periculi in mortale incidendi. Aliquando etiam ex multis venialibus consurgit vnum mortale, non quod venialia in mortale transeant, sed quia erant venialia ex materiæ paruitate, atque modicæ illæ materiæ continuantur, vt vnam grauem efficiāt. Vt latè cap. præced. dixi.

4 2. Deducitur, propositum committendi omnia venialia quotquot se obtulerint, solaque mortalia vitandi, esse mortale, quamuis contemptus desit. Non quidem id contingit ratione obiecti præcisè sumpti: omnia enim venialia in vnum collecta non habent in se, & formaliter nisi venialem malitiam: sed quia illius propositi obiectum in se continet apertissimum peccandi mortaliter periculum. Et culpa hæc aduersatur præcepto seruandæ charitatis. Sicut velle peccare mortaliter non determinando aliquam speciem. Et ex eo proposito oriri hoc periculum, constat ex multis similibus, quæ affert *D. Aug. relat. c. Tres sunt, de pœnit. d. 1.* & docet optimè *Alensis 4. par. q. 65. memb. 3. art. 1. §. 1.* Cum enim Sancti & Doctores passim tradant venialia disponere ad mortale, quis dubitet affectum nullius venialis vitandi voluntate, esse in proximo mortalis ad mittendi periculo? Et hoc significat *gloss. penult. a. cap. Tres sunt* dicens contemptu multorum venialium efficere mortale. Et *Sotus 4. d. 15 q. 2. art. 1. ad 1.* dicens contemptum omnium venialium forsan esse mortalem, ratione periculi. Neque enim de contemptu formali intelligi possunt: vnius enim contemptus formalis est mortalis: (vt nu. 8. dicam) sed de interpretatiuo, qualis est, dum quis ita venialia paruipendit, vt nullum vitare proponat. Imò propositum committendi omnia venialia in materia periculosa, vt luxuriæ, credo esse mortale. Vt propositum admittendi confabulationes, aspectus, tactus, quoties solum venialia fuerint. Quod aperturn libidinis mortalis periculum fit.

5 III. Conclusio. Nec veniale fit mortale, ex peccantis dignitate, aut sanctitate. Quod cum materia, & obiectum maneant leuia, dignitas, ac sanctitas peccantis malitiam augent, non tamen, ita vt in mortalem trāsferant. Sic *Azor to. 1. instit. moral. lib. 4. c. 9. q. 14.*

6 IV. Conclusio. In quinque casibus veniale ex genere suo transit in mortale. I. est ratione finis adiuncti. II. ratione contemptus. III. eo quod in veniali vltimus finis constituatur. IV. ratione scandali. Vltimus, ratione periculi proximi in mortale incidendi. De tribus primis modis sermo erit in præsenti. De scandalo agam duplici cap. seq. De periculo a c. 8. vsque ad 11.

7 1. Ergo casus est, rōne finis adiuncti. Quod iuxta oēs cōtingit, quoties finis est mortalis. Vt si quis leuiter mentiatur, vt fornicetur. Quia cū finis mortalis amet, mortale est. Quod non est accipiendū, quasi tunc sit duplex mortale, & vtrūq; in cōfessione necessario dicendum. Sed satis est, id malū desideriū fateri, ex quo tota malitia mortalis in id veniale deriuatur. Atque ita non erit necessarium fateri id mendacium leue: seclusa. n. malitia mortali finis, manet veniale, quod non est necessario fatendum, quamuis optimum sit illud quoque fateri.

8 2. Modus est, qn̄ veniale communiter ex contēptu. Quod oēs tradunt cum *D. Th. 2. 2. q. 186. ar. 9.* Quia etsi materia præcepti obligantis sub veniali sit leuis: contēptus tamen præcepti est grauis. Contemptus autē non dicitur, quando ex malitia, aut praua consuetudine, aut alia ex causa violatur præceptum: hic enim cōtemptus dicitur solum interpretatiuus aliquando, nec sufficit ad efficiendum ex veniali mortale. Sed contēptus formalis hoc efficiens est, quando contemptus est causa eius peccati committendi: nimirū, quia ideo quis id præceptum uiulat, quia præceptum est, seu quia ipsi, aut superiori præcipienti subiici non vult. Cum n. superior sit lex quædam animata, idem est nolle subiici legi, & nolle superiori. Quare contemptus tendit formaliter, & directè contra legis, ac legislatoris superioritatem. Sic explicant *D. Th. d. art. 9. ad 3. & ibi Caiet. & in Sum. verb. contemptus, vers. Contemptus autem, & ibi Ang. Syl uest. Tabiena. Armilla in suis Sum. statim in princ. idem Sylu. verb. Religio. 1. q. 12. dicto 4. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 9. Castro lib. 1. de lege pœnali, c. 5. documento 6. in fin. Corduba in regulam D. Francisci. c. 10. q. 3. punct. 2. paulo post principium. Sayro in claui regia lib. 3. c. 7. n. 16. Valentia 1. 2. disput. 7. q. 5. puncto 6. col. antepenultima, casu 1. & 2. 2. disput. 10. q. 4. puncto 5. colum. antepenultima, versic. Circa quartam circumstantiam, Leonardus lib. 2. de iust. c. 7. dub. 1. nu. 2. & c. 41. dubio 9. nu. 76. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. cap. 4. nu. 37.* Et hoc idem est, quod alijs verbis tradunt *Nauar. Summa, c. 23. nu. 42. Azor tom. 1. institutionum moralium, lib. 4. c. 9. q. 15. Leonardus to. c. 41. dub. 9. nu. 36* vbi aiunt hunc contēptum esse quando quis ad legis, aut præcepti violationem ducitur, vt ea paruipendat.

9 Hinc deducitur, peccare ex contemptu, importare duo, nempe, actum peccandi, & causam eius. Quod optimè docent *Caiet. eodem art. 9. ad finem, & Valentia eod. puncto 6. casu 1.* Atque hoc peccatum contemptus est peccatum inobedientiæ formalis. Vt bene tradunt *Valentia eodem casu 1. & Vasquez eodem nu. 37.* Quod inobedientia formalis consistit in voluntate non obediendi præcepto, eo quod præceptum est, & ideo includit formalem præcepti contemptum. Vt tradit *D. Tho. ab omnib. receptus 2. 2. q. 104. art. 2. ad 1.*

10 Sunt tamen hic quatuor obseruanda. Primum est, aliud esse contemptum præcepti, aut legis, simpliciter, & absolutè; & aliud contemptum non quidem illorū, sed duntaxat executionis illorum, hic, & nunc. Etsi ēm aliquis auersetur animo executionem legis, ac præcepti, hic, & nunc duntaxat: non propterea contemnit regulam, ita vt nolit illi subiici. Et ideo non incurret hanc contemptus culpam. Sic tradit *Valentia 2. 2. disp. 10. q. 4. puncto 5. col. penult. vers. Cæterum diligenter.*

11 Secundum est. Aliud esse contemnere præceptū simpliciter, aliud contemnere secundum quid. Priori mō contēnit nolens simpliciter præcepto subiici, & obedire. Posteriori autem, volens obedire, & subiici absolute, at renuit hic & nūc ne in hac re ei subijciatur. Prius est lethale: posterius autem veniale: cum nō sit simpliciter contemptus. Ita docent *Caiet. Summa, verb. Contemptus, vers. Aduerte hic, & ibi Armilla, n. 3. Sot. 4. d. 15. q. 2. art. 1. ad 1. vers. Hic animaduertendū, Corduba in regulā D. Francisci, c. 10. q. 3. puncto 2. paulo post principium Valentia 1. 2. disput. 7. q. 5. puncto 6. columna antepenultima, in* ... *1. casu*

casu. Et sic dicũt idẽ *Caiet. in Sũma, verbo Inobediẽtia, Lud. Lop.* 1.*p.instruct.cõscientię c.* 55. *in fi. Valẽt.* 1. *disp.* 7. *q.* 3. *pũct.* 3. *col.* 1. *vers. Caterũ ficut accidit*, inobedienuã formalẽ in re minima nõ esse lethalẽ, qñ nolle obedire nõ est absolutũ, sed in re illa minima. Qđ contẽptus nõ sit absolutus, sed fm qd, nẽpe, in re minima. Addit autẽ *Valẽtia eo. pũct.* 3. *eodẽ vers. Caterũ sicut accidit*, leuẽ materii quoad hoc reputari quoties pręceptũ non est valde strictũ, siue q̃a sit de re leui, siue q̃a sub solo veniali obliget, siue q̃a nõ cũ magna voluntatis intẽsione superior id imponit. Sed existimo, si id obliget ad mortale, repuṫari semper materiã grauẽ, vt nolle illi obedire ex contemptu, sit contẽptus simpliciter, mortalisque, vltra malitiã fractionis illius pcepti. Si aũt sub solo veniali, habebit locũ cõtemptus fm quid, excusans a mortali contemptus labe, iuxta prædictã Authorũ sniam. Atque a fortiori id eueniet, qñ præceptũ nec sub veniali obligat. Sed adhuc pdicta snia est cũ grano salis intelligenda, & sic distinguendũ est, vt optimẽ distinguit *Leonardus lib.* 2. *de iust. c.* 46. *nu. penult. & vlt.* Ant. n. est contẽptus pręcipiẽtis, aut pcepti. Si est contẽptus præcipientis, & ille sit Deus, est. n. pceptũ diuinũ, cõstat esse grauissimũ mortale. Si aũt pcipiens sit homo, est. n. pceptũ humanũ, nec contẽnatur potestas ipsa tãquã nullius momenti, sed hõ ipse, q̃a impruđẽs, aut alia rõne, & nõ absolutẽ, sed in re illa parua, nõ est mortale. Qđ clarius cõstabit ex dicẽdis nu. 13. Si vero sit cõtempus pcepti, in re illa parua, & illud sit humanũ, nec absolutẽ cõtemnatur, sed fm quid, quatenus est rei modicæ, habet locũ pdicta Doctorum doctrina, vt nõ sit mortale. Si vero fit diuinũ, & contẽnatur ac inutile, & vanũ, est mortale, cõtinet. n. tacitam blasphemiã. Sed si nõ reputetur inutile, sed parui fiat, q̃a nõ obligat ad mortale, & iõ violat, dicit *Leonar. ubi forte* nõ esse mortale. Sed ego nõ audeo a mortali excusare. Quia magna est inordinatio pceptũ Dei ita tẽnere.

12 3. Est, aliud est nolle obedire ex indignatione, & aliud ex cõtẽptu. Qđ ex indignatione fit, qñ quis non vult in aliqua re obedire, non eo qđ superiori subdi renuat, sed ne ipsum ea re solatio afficiat. At ex contẽptu est, qñ tenuit, eo q̃ subijci nõ vult. Sic *Caiet. Sum. verb. Cõtẽptus. vers. Aduerte hic, & ibi Armil. n.* 2. *Cordub. & Valent. eo. casu*, 1. *alleg. n. prae. Leonar. eo. c.* 46. *nu. penul. in fi.* Quare nolle obedire ex indignatione nõ hẽt circũstãtiã mortalẽ additã trãsgressioni pcepti, qualẽ habet nolle ex contẽptu. Sic ex iisdẽ colligitur, & docẽt *Valẽtia & Leonar. ibid.* Quod intellige, qñ indignatio non est mortalis.

13 Vltimũ est, semper est mortale tẽnere Prælatum, vt Prælatus est, & a Deo authoritatẽ habet. Vt bene docẽt *Sylu. verb. Contẽptus q.* 3. *& ibi Aug. n.* 1. *Tabien. q.* 2. *Leonard. eo. c.* 46. *n. penul. Castr. li.* 1. *de legi pœnali, c.* 5. *cõcl.* 1. q bene addit id ita esse, siue tẽnatur appretiado illũ minus, q̃ oportet, siue illi indignãdo, aut cõuitia inferẽdo. At nõ semper est mortale qñ alia causa tẽnitur, vt quia impruđẽs, aut infimæ sortis. Vt bene docẽt *Castr. id probans eo. c.* 5. *concl.* 1. *Leonard. ibi.* Et nec esse mortale credo, qñ nõ absolutẽ despicitur, vt Prælatus, sed qđ eius authoritas sit exigua, aut circa res leues. Sicut in simili dixi nu. 11. Quia nõ est simpliciter tẽnere, sed secundũ quid.

14 Tertius casus est, in quo veniale trãsit in mortale, qñ inueniali vltimus finis cõstituitur. Qđ docet *D. Tho. ab omnib. receptus* 1. 2. *q.* 88. *ar.* 5. Ad hoc aũt nõ fatis est, cõmittentẽ veniale ferri nimis intẽse in obiectũ illius: sed tũc id euenit, qñ eo affectu id cõmittit, vt nõ dubitet ad id committendũ, trãsgredi pceptũ sub mortali obligãs. Sic *D. Tho.* 2. 2. *q.* 132. *art.* 3. *in corp. & in* 2. *d.* 24. *q.* 3. *art.* 6. *in corp. Palud.* 4. *d.* 16. *q.* 1. *ad fin. Toied. lib.* 3. *Sum. c.* 2. *n.* 3. *Vasquez.* 1. 2. *q.* 88. *ar.* 3. *notab.* 1. *& ar.* 4. *disp.* 145. *c.* 2. *in fini.* Hoc tñ sano modo intelligendũ est, non. n. veniale cõmittenti imputatur id peccatum, quod committeret, vel ad cõmittendũ est habitu paratus nisi quatenus mõ virtute illud admittit p præsentẽ amoris appretiationẽ.

15 Ex his deducitur, in hoc eneio non tm esse tacendum id committẽdi mortalis propositum, sedẽt eum ad veniale effectus excessum. Quod etiam in operibus indifferentibus, ob quæ præceptum ad mortale obligans omittitur, docet optime *Suar.* 4. *to. in* 3. *p. disp.* 22. *sectio.* 4. *nu* 11. vbi disputans an omittens sacrum ob studium, teneatur vltra sacri omissionem confiteri eam finis circumstantiam, nempe, studium propter quod omisit sacrum: respondet posse illum bifariam ex hoc fine operari, priori modo, ex vehementi, & inordinato ad illum affectu; posteriori, ex sua libertate, & facilitate. Qñ priori modo operatur, ait illã finis circumstantiã necessario fatendam. Quia malitiam specie distinctam, & grauẽ cõtinet. Et probat, eo quod veniale efficiatur mortale, quoties in eius obiecto vltimus finis cõstituitur. Quod in hoc casu contingit. Secus quando posteriori modo. Quippe tota peccati malitia in præcepti omissione cõsistit atque ex ea in finem redundat. Quare explicata omissionis malitia, tota culpa explicatur. Et quando hoc posteriori modo contingit, dicit esse explicandum *Almain, qui tract.* 1. *moral. c.* 10. *in fi.* ait sufficere fateri omissionẽ. Et eodem modo intelligendus est *Azor to.* 1. *lib.* 4. *instit. moral. c.* 3. *q.* 7. vbi idem dicit quod *Almain.*

16 2. Deducitur, qualiter intelligatur *D. Aug.* qui (vt refertur *c. Vnum orarium, vers. Hinc etiam, d.* 25.) ait nullũ esse veniale quod nõ fiat mortale, dum placet. Quod est tradit *glo. ordinar. in illud* 1. *Cor.* 11. *Reus erit corporis*: intelligitur. n. dupliciter, (vt bene *Azor to.* 1. *instit. mor. l.* 4. *c.* 9. *q.* 13.) 1. de solo veniali ob deliberationis defectũ, fit enim mortale, dũ plena deliberatione placet. 2. modo de omni ueniali, quando ex legis cõtemptu placet. Iuxta dicta num. 8. Vel 3 potest intelligi, quando in eo vltimus finis constituitur, iuxta dicta nu. 12.

CAPVT VI.

Qualiter opus indifferens, aut veniale, in mortale ratione scandali transeat.

SVMMARIVM.

Scandalum passiuum quid, & quale peccatum sit. Et quid sit actiuum & datum, & acceptum, & per se, & per accidens, numero 1.

Quando scandalum sit speciale peccatum. Refertur duplex opinio, num. 2.

Non est speciale peccatum, sed generale scandalum pertinens ad eandem peccati speciem, ad quam peccatum, ad quod est inductio, quando non intentione ruinæ spiritualis proximi peccatum fit, nu. 3.

Inducens suo prauo exemplo ad furtum est duplicis furti reus & sic de alijs peccatis, nu. 4.

An hic teneatur restituere, etiãsi iudex, aut Episcopus sit, n. 5.

An quando scandalum mortale est generale peccatum, sit eius circumstantia fatenda, nu. 6.

Quando fatenda sit, an eueniat, quando operans est talis, aut coram talibus, qui non inducuntur omnino, aut iam inducti sunt, & an ex hoc capite excusentur multi, nu. 7.

An sit quoque fatendum peccatum, ad quod quis suo exemplo inducit: & si adsit animus ruinæ alterius, is animus, & si ob personæ displicentiam, ea fatenda sit, & quot personis scandalum datum sit, nu. 8.

An scandalum actiuum sit mortale ex genere suo, nu. 9.

An scandalum speciale, quo quis etiam peccando mortaliter intendit ruinam proximi in veniale sit mortale, nu. 10.

Scandalum generale sone opere indifferenti, aut veniali datum, an sit mortale, nu. 11.

An scandalum, ob quod passim Doctores opus aliquod damnãt, aut eo cessante approbant, sit generale, an speciale, n. 12.

An petere corpus a meretrice parata contineat scandali speciem necessario fatendam? Refertur sententia quadam, n. 13.

Sententia Authoris, proponitur, nu. 14.

Dum dicunt Doctores professum fidei, aut virum conscium occulti adulterij uxoris, non posse manere in eodem loco separatum scandalum: at posse in longinquum recedere, de quo scan intelligant, nn. 15.

Mulier se c eum adamantis efferens, an peccet scandali pecca rur quedam sententia, nu. 16.

Sententia Authoris, num. 17.
An solum detur scandalum generale, quando inductio fit ad peccatum eiusdem speciei, quod scandalizans perpetrat? Refertur duplex sentiendi modus, nu. 18. & 19.
Explicatur sententia Authoris, nu. 20.
An offerre occasiones peccandi alicui, vt deprehensus puniatur, liceat. Remissiuè nu. 21.

1 CVm passim Doctores circa singula præcepta tradãt plurima continere culpam ratione scandali, & eo cessante vacare culpa, aut saltem mortali, oportet explicare quale id scandalum esse debeat, & quando speciale peccatum sit. Ad quod explicandum suppono scandalum esse duplex, aliud passiuum, aliud actiuum. Passiuũ est ipsa proximi spiritualis ruina, seu peccatum illud, in quod occasione accepta ab alterius dicto, vel facto labitur. Et hoc non est speciale peccatum, cum lapsus hic in quodcumque peccati genus contingat: & si lapsus sit in veniale, erit veniale; si vero in mortale, erit mortale. Quod vniuersi fatentur cum *D. Thoma 2. 2. quæst. 43. art. 2. 3. & 4.* Quare nec circumstantiam aggrauantem peccatum, sed monstrantem peccantis infirmitatem addit. Vt benè *Caiet. Sum. verb. Scandalum*. Actiuum autem est, dictum, vel factum minus rectum præbens ruinæ occasionem proximo. Sic ex *D. Hieron.* illud definit *D. Thom. d. quæst. 43. art. 1.* Dicitur, dictum, vel factum, quia omnia peccata externa, quæ sola scandalizare possunt, vtpotè, quæ sola a proximis cognoscuntur, sunt operis, vel oris. Dicitur, minus rectum, id est, quod ex aliquo capite caret debita rectitudine, aut q̃a in se malum est, aut mali speciem habet, aut si nec hanc habeat dicitur inordinatum, aut minus rectum, eo q̃d gratia vitandę proximi ruinæ dimittendum esset. Dicitur, occasionem ruinæ præbens, & non causam: quippè a nulla re extrinseca, tanquam ab efficaci causa põt voluntas ad peccandum trahi, sed tantum tanq̃ ab occasione duci, si ipsa sponte velit. Deinde ad denotandũ malitiam scandali non in eo sitam esse, vt proximus labatur, & sic scandalum passiuum accipiat sed in oblata sufficienti ruinæ occasione. Quare optimè dixit *D. Tho. ab omnibus receptus d. q. 43. art. 2.* posse inueniri scandalum actiuum absque passiuo in alio. Rursus scandalum passiuum est duplex quoddam datum, quod solet etiã dici scandalum pusillorum: & est id, quod ex vero alterius actiuo scandalo oritur. Aliud acceptum, quod scãdalum Pharisæorum dicitur, & est id, quod ex sola accipientis malitia oritur. Illud appellat *D. Tho. d. q. 43. ar. 1. ad 4.* scandalum per se, hoc autem scandalum per accidẽs. Quamuis *art. 3.* aliter hæc vsurpet appellans scandalum per se, quando scandalizans ruinam proximi directè intendit: per accidens autem, quando eam non intendit, sed satisfacere suæ cupiditati, vel alium finem.

2 His præmissis potissima difficultas est, quando scandalum sit speciale peccatum. Quidam id euenire censent, quoties probabiliter pũtãdum est, fore vt dictum vel factũ vnius occasionem ruinæ alteri præbeat, quãuis præter scandalizantis intentionem id accidat. Ducuntur, quod in omni alia materia morali, in qua peccatũ ex dãno illato speciem sortitur, non est opus intentione directa illud inferendi, vt in furto, vsura, sacrilegio fornicando in Ecclesia: sed satis est indirecta, qua illud præuisum non vitatur. Ita tuentur *Syluest. verb. Scãdalũ, q. 2. Petr. de Soto lect. 9 de confess. ad fi. Nauar. Sum. c. 6. nu. 19. & c. Cõsideret. §. Animaduertere, n. 5. de pœnit. d. 5.* Et alij quos refert, & sequitur *Valentia 2. 2. disp. 3. q. 18. punct. 2.* Alij sic distinguũt, si opere malo detur occasio peccati pter scandalizantis intentionẽ nõ est speciale scandali peccatũ; secus si opere bono habẽti mali speciem. Ducuntur, quod in priori casu peccatum illud aliunde malitiam specificam habeat. Vt si est furtum, furti, si fornicatio, fornicationis. In posteriori autẽ minimè: quare si eam ad specialem scandali malitiam nõ reducamus, nullam habebit. Sic *Caiet. Summa, verb. Scandalum & 2. 2. q. 43. ar. 4. vbi Bañes dub. 1. Couarr. reg. Peccatũ 1. p. in init. n. 4. Enriq. l. 5. de pœnit. c. 8. n. 3. in cõmẽto in litera Q.* Et alii quos refert, ac iure optimo improbant *Valentia proximè allegatus, & Vasquez 1. 2. q. 73. ar. 8. disp. 102. c. 1. nu. 1. & 2.* Quia siue opus sit alias malum, siue solam mali speciem habens, inuenitur in eo eadem scandali ratio, nempè incitandi alium ad peccatum: atque eodem modo est indirectè, & virtute volita proximi. Ergo aut in vtroq; casu, aut in neutro malitiam scandali specialem tribuet. Deinde, quia non est melioris conditionis scandalizans actu malo, quã actu bono. Nec actũ esse ex se malum obstat, quominus ratione circumstantiæ adiunctæ possit quoque in alia mali specie constitui. Vt coniugis fornicatio ratione coniugij, in specie adulterij constituitur. Tandem, quia is actus bonus ratione apparentiæ mali scandalizans, aliũde rationem peccati specificam habere potest, nempè, ab eo actu malo, ad quem suo exemplo prouocat.

3 Quare probabilior sñia ait, peculiare scandali peccatum tunc tm̃ contingere quando occasione ruinæ eo affectu, & animo quis præbet, vt alter in peccatum incidat. Quare siue consilio, siue suasione, siue exẽplo quis alium ad peccatum inducat, non eo fine vt in peccatũ incidat, sed alio quocũque, non est speciale scãdali peccatum, sed scandalum generaliter acceptum, & reducitur ad eã peccati speciẽ, ad quod inducit. Ratio est, q̃a speciale peccatũ speciali fine indiget, & oppositione speciali virtuti. At q̃n ruina proximi non intenditur, non est specialis finis, nec speciali virtuti opponitur, sed diuersi sunt fines, diuersæq; virtutes, iuxta vitiorũ diuersitatẽ, ad quę est inductio. Itẽ, quia scãdalũ directè correctioni fraternę opponitur: ac proinde sicut specialis finis correctionẽ fraternã specificans est spiritale proximi bonum per illam intentum, sic specialis finis peccatum scandali specificans est ruina proximi per illud intenta. Vnde non est simile de furto, & sacrilegio: quia etsi nõ intendatur damnum proximi, aut Ecclesiæ iniuria, opponũtur speciali virtuti iustitiæ, & religionis. Et ideo huius sentẽtiæ sunt *D. Th. 2. 2. q. 43. art. 3. & 4. dist. 38. q. 2. art. 2. quæstiunc. 2.* Et alij quos refert, & sequitur *Vasquez* latius probans, ac contraria soluens *1. 2. q. 73. ar. 8. disp. 102. c. 4. à n. 7. Azor to. 1. lib. 4. instit. moral. c. 7. q. 1. in fi. & c. 20 q. 6. in fine, & 2. to. lib. 12. c. 16. q. 2. & 4.*

4 Hinc deducitur primo, incitantem prauo suo exemplo ad furandum, non eo animo vt incitatus iacturam boni spiritualis patiatur furando, non esse reum peccati scandali specifici, sed generici. Sicut in quolibet peccato generice peccatur contra charitatem. Sed erit reus duplicis furti, alterius proprij, alterius vero, ad quod suo exemplo incitat. Et similiter, si prauo exemplo ad fornicationem incitet, erit duplicis fornicationis reus, Quod fatentur omnes Doctores primæ & secundæ sententię relati nu. 2. & Doctores tertiæ relati num. præc. solique DD. primę sententiæ a nobis discrepant, quia sentiunt quoque ibi specificam scandali malitiam reperiri. Et huius reductionis ad eandem speciem peccati, ad quod est inductio, rationem optimam tradit *Caiet. 2. 2. q. 43. art. 1.* Quia implicitum, & explicitum ad eandem pertinẽt speciẽ. At explicitè inducere ad furtum, est furtum, & ad fornicationem, est fornicatio. Ergo & implicitè prauo exemplo inducere. Item, quia (vt optimè ait *Vasquez dicta disp. 102. c. 6. in fine*) iustitia, & quęcumque virtus non solos actus contrarios prohibent, qui per se contrarij ipsi virtuti sunt, sed etiam ne occasio in ea materia peccandi detur.

5 Ex hoc tñ teneri hunc restituere deducet aliquis, si alter suo prauo exẽplo ductus furatus sit, & esse irregularẽ, si alter occidat; & excommunicatum, si alter clericum percutiat. Quia hic violat legem iustitiæ, qua tenebatur impedire, non inducendo alterum suo exemplo ad iniustitiã. Sicut iudici, quod lege iustitiæ hac impedire teneatur, imputatur hęc ad restituendi obligationem, irregularitatem, excommunicationem, quãdo ea non impedit. At existimo eum nec teneri restituere,

nec

nec esse irregularem, aut excōicatum: quod non perfectè, ac directè lex iustitiæ violetur, nisi quando quis ita iniustitiæ causa est, vt verè influat: aut cum ex contractu, vel officio tenetur impedire, nec impedit. Neutrū autem in hoc casu reperitur. Et ideo nemo hanc ruinæ in furtum occasionem vocat iniustitiæ crimen directè, & perfectè, sed imperfectè, & reductiuè. Immo, etsi directè id furti crimen quis admitteret, vt alij suo exemplo ad furandum incitaret, nō teneretur furtum ad hoc admissum restituere. Nec ob eam inductionem incurrere excommunicationem, aut irregularitatem crimini, ad quod suo exemplo inducit, annexa. Quod ea praua intentio tāquam in corde latens minime influxum aliquem in iniustitiam ab altero commissam addat. Quare si defectu influxus illa inductio malu animo cadens non subiacebat his pœnis, nec ratione mali animi additi eis subiacebit. Addo nec iudicem, nec Episcopū suo prauo exemplo ad hæc inducentes teneri restituere, nec eam excommunicationem, aut irregularitatem incurrere. Quia iudex solum tenetur ex officio impedire, aut coercere damnum inferre volentes, illosque ad satisfaciendum cogere. At cum non sit pastor, minime ex officio bonum exemplum præbere tenetur, impedireque ne alij prauo suo exemplo ad damna inferenda incitentur. Episcopus autem etsi tanquam pastor exemplo suo teneatur ex officio pascere: at non tenetur ad id in ordine ad patientem damnum, vt bonis eius consulat, & sic non peccat contra iustitiam in ordine ad illū. Sed ad id tenetur in bonum, & vtilitatem peccantis, vt eum suo exemplo pascat, & à peccatis auertat. Qua ratione probabilior sententia, quam nunc defendit *Suarez 4.tom.in 3.p.d.sp.32.sect.6.ad finem.* tuetur confessarium, qui culpabiliter non obligat pœnitentem ad restituendum, non teneri restituere. Quod non teneatur ex officio bonum creditorum procurare, sed solius pœnitentis, & ideo in ordine ad illos non peccet contra iustitiam, sed contra solam religionem, exercendo negligenter sacrum ministerium.

6 Secundo deducitur, siue dicamus esse speciale scandali peccatum, siue solum generale præbere occasionē ruinæ, non eam intendendo, esse necessario eā scandali circumstantiam fatendam. Quia pertinet reductiue ad eam peccati speciem, ad quā id prauum exemplum incitat (Vt num.4 probaui.) Ita *B. ñes 2.2.q.43.ar 4.dubio 1.conclus.1. Petrus de Ledesma 2.tom.sum.tract.4.c.5.fol. 303.pag.1. Azor tom.2.instit.moral. lib.1.c.16 q.2.3.& 4.Vasq 1.2.q.73.art.8.disput.102.c.3.num.5.* vbi bene reprehendit *Nauarrum sum. cap.6. num. 19. & cap.14.nu. 28.& 29.& c.Consideret, §. Animaduertere, nu.9.de pœn. d.5.* qui etsi nobiscum consentiat, esse semper scandali circumstantiā fatendā, siue intendatur ruina proximi, siue non: at dissentit pro eodem accipiens esse speciale scandali peccatū, ac esse necessario fatendum, dicens in hoc eueniu vtrumque habere. At id numero 3. reprobauimus.

7 Tunc autem scandali circumstantia necessario fatenda est, quando attentis omnibus circumstantijs, & personæ agēis, & personæ, coram qua actus fit, probabiliter putari potest fore, vt dictum, vel factum inordinatum vnius, sit occasio ruinæ mortalis circumspicienti: secus quando id probabiliter non timetur. Nam in solo priori casu potest quispiam causa moralis ruinæ alterius censeri. Sic *Nau.triplici loco*, quem nu. præced. allegaui, *Vasq. ibi allegat. Azor d.q.3. Valētia 2.2.disp.3.q. 18.punc.2.col. 4.ver.Quo pacto sine dub. Bañes 2.2.q.43.ar.4.in fi. Petr. de Ledes.2.to.sum.tract.4.c.5.dub.3.* Quod optime explicat *Nau.c.Consideret.§. Animaduertere, nu.9.de pœn.d.5.* dicens fornicantē, aut vineam ingredientem causa furādi vuas, coram eis, qui ad furandū, vel fornicandū, ita parati erant, vel coram viris ita probis, vt neutri ad id incitentur, quia illi satis incitati erant. hi autē prauo exēplo minime inducuntur, non peccare aliquo scandali peccato, nec eam circumstantiam teneri fateri, Quādo vero quis publice absque prædicta circūspectione peccat, tenetur eam scandali circumstantiam fateri, ratione periculi cui se inciuandi alios suo prauo exemplo exponit. Vt bene docēt *Bañes Azor, & Petrus de Ledesma proxime citati.* Et hac ratione censeo multos à scandali peccato excusari, quod vel ipsi tam prauis moribus imbuti sint, vt de eorum exemplo nil curetur, nec inde argumentum sumatur ad liberius vitijs vacandum: vel de eo curantes, ita ad peccandum faciles, ac inducti sint, vt non censeatur moralis eorum inductio.

8 Nec satis est fateri se dicto, vel facto alterum ad peccandum incitasse, sed speciem peccati, ad quam incitauit, fateri tenetur. Quod fatetur *Nau. sum.c.6.nu.19.* quādo scandalum est formale, quo, nempe, ruina proximi intenditur, nil de alio scandalo generali dicens. At de omnibus illis idem fatendum est. Vt bene docet *Vasq. 1.2.quæst.73.art.8.disp.101.c.3.num.7.* Quia cum omnia pertineant ad eam peccati speciem, ad quam inducunt, (vt numero 4. probaui,) ea species confitenda est, vt sic peccati, quod scandalizans perpetrauit, species exprimatur. Et quando adsint expressa ruinæ proximi intentio, est etiam ea exprimenda. Quia tunc vltra speciem peccati, ad quod scandalizans inducit, est scandalum specificum, iuxta dicta numero 3. Præterea est fatendum quot personis scandalum datum sit, etiamsi vnica vice, ac vnico peccato coram illis perpetrato detur. Nam sicut explicite inducere multos ad peccandum auget peccatorum numerum necessario in confessione exprimendum, ita inducere implicite prauo exemplo. Quippe vtriusque eadem est species, & ratio, (vt numero 4. diximus.) Deinde si scandalizantis voluntas feratur expresse in proximi ruinam ob personæ displicentiam, vltra scandali speciem, & peccati, ad quod est inductio, est specialis odij peccatum necessario fatendum, contrarium charitati, qua tenemur proximo benefacere. Si vero non ex displicentia, sed alia ratione, erit sola scandali specialis, & peccati, ad quod est inductio, malitia. Sicut enim correctio fraterna solū spirituale proximi bonum respicit, nec personæ complacentiam attendit, ita scandalum speciale quod directè illi opponitur, solam spiritualem proximi ruinā spectat. Ita *Vasq. d.disput.102.c.6.nu.19.& 20.*

9. Quod si petas quando scandalum actiuum sit peccatum mortale, ac proinde necessariò fatēdum. Dico breuiter dare id scandalum, siue sit expressa ruinæ intentione, siue absque illa, esse peccatum mortale ex suo genere, quoties quis illud impedire tenetur, abstinēdo ab opere, ex quo alter ruinæ mortalis occasionē accepit, & non abstinet. Quod ex multis sacræ paginæ testimonijs late pbat *Valentia 2.2.disp.3.q.18.punct.2.in initio.* Et ratio est, quia esse alteri voluntariam ruinæ spiritualis causam, est omnino contra charitatem, & illum eius actū, quo alteri benefacere tenemur. Quando autē ad vitandum id scandalum quis teneatur, constabit ex dicendis à nu.11.& toto c.seq.

10 Sed ad particularia descendendo si sit scandalū formale, quo ruina proximi intenditur: quidam sustinent esse semper mortale, etsi sola in veniale ruina proximi intendatur. Sic *Vasq.d.disp.102.cap.7.num.23.& 24.* Dicitur, quia ruina illa peior est quocunque damno tēporali. At si hæc ratio intentum probaret, idem vtiq; concluderet, etsi non directa intētione malum proximi intenderetur, malum (inquam) ueniale. Et ideo dicēdum est tunc solam esse uenialem culpam. Quod docent *D. Tho.2.2.q.43.art.4. Abulensis,ca 18. Matth.quæst.46. D. Antonin.2.p.tit.7.c.4.§.4. Caiet.sum.verb. Scandalū, vbi Rosella n.3. Angelus nu.2. Syluest.1. Tabiena q.4. Armilla nu.1. Nauar.sum.c.14 nu.19. Cenar.regula peccatum,1.p. in initio,nu.4.&* multi alij, *Azor to.2.instit. moral.l.2.c. 16.q.7.* Et ratio est, quia tunc leue proximi damnū desideratur. Nam (ut bene ait *Medina 1.2.q.73.art.8.ad fi.*) ad quantitatem culpæ discernendam, non est conferēdum culpæ uenialis damnum cum damno temporali:

hoc

hoc enim quantumcumque sit, exceditur ab illo, quantumuis minimo, vtpote superioris ordinis damno. Sed quodlibet damnum est in suo genere spectandum. Et ideo damnum culpæ venialis, quod in ordine spiritualium est leue, non constituit culpam mortalem. Temperant autem hoc *D. Thom. Abulensis, Rosella, D. Antonin. Ang. Syl. Tabiena ibid.* nisi per actum peccati mortalis intenderet scandalizans inducere alterum ad veniale: tunc enim dicunt id scandalum esse mortale. At hæc limitatio non caret difficultate. Quia huius scandali culpæ quantitas ex solo proximi damno pensanda est. Cum ergo id sit leue, & veniale, nil confert id medio mortali scandalizantis intentum esse. Sicut si per fornicationem intenderet quis rem minimam furari, etsi fornicatio sit in se mortalis, furtum tamen intentū veniale esset. Et ideo hanc limitationem in eo solo casu veram intelligo, quādo scandalizans ita inordinato affectu illam venialem proximi ruinam intenderet, vt in ea constitueret vltimum finem, illi peccatum mortale postponens: & tunc ea circumstantia esset necessario fatenda: secus quando ex leuitate, & facilitate quadā. Vt in simili diximus c. præc. nu. 14.

11 Quando autem scandalum est generale, rūc si dictū, vel factum, quo quis proximum scandalizat, est mortale scandalum erit mortale: & similiter si opus de se non sit malum, sed mali speciem habens, & aduertitur fore occasionem ruinæ mortalis proximo, vel fuit grauis culpa id non aduertere. Si vero opus sit veniale, vel in bono habenti mali speciē adfuit leuis inconsideratio, erit veniale. Sic *D. Tho. Abulensis, D. Antonin. Caiet. Rosell. Angelus, Syluest. Tabiena, Couar. numero preced. allegati.* Sed hoc intelligendum est regulariter. Nam sicut non est mortale, quando peccatum mortale fit à talib. personis, & coram talibus vt verisimile sit, fore vt non incitentur, (vt diximus n. 7.) ita peccati veniale potest effici mortale ratione scandali, quando à tali persona, & corā talibus fit, vt merito existimandum sit, astantes induceudos esse ad mortale. Vt si à persona valde religiosa verbum turpe veniale publice diceretur. Vel si quis loco verbum amatorium coniugatæ diceret coram viro valde zelotypo, ex quo probabilis timor rixæ grauis esset. Qua ratione optime *D. Thom. 1. 2. quæst. 88. articul. 5. in corpore, Suarez 5. tom. in 3. par. disput. 18. sectione 3. numero 17. Toledo lib. 5. summa capitul. 1. numero 3. in fine, Philiarcus de officio Sacer. tom. 1. par. 2. lib. 5. capit. 1. versic. Peccatum ex se veniale*, optime dicunt peccatum veniale posse ratione scandali in mortale transire.

12 Tertio ex dictis deducitur, dum Doctores in multis dicunt, cessante scandalo aliquod opus non esse illicitum, aut non esse mortale, & dum in sacris literis scandalum damnatur, non id accipiendū esse de scandalo speciali, per quod ruina proximi intenditur, sed de scandalo generaliter accepto, quo occasio ruinæ proximis præbet. Quod bene docent *Valentia 2. 2. disp. 3. q. 18. puncti. 2. col. pen. versic. Quarto accedit. Bañes 2. 2. q. 43. art. 4. dub. 1. in probatione primæ conclusionis*. Et constat, quia Doctores id passim dicunt, & in Scriptura sacra non semel huius peccati mentio fit, sed sæpe tamquam eius, quod nō raro ab hominibus perpetratur. Vt cōstat ex *c. 18. Matth. & 1. ad Corinthios 8.* At scandalum speciale ratissimum est: eum dæmonis proprium sit spiritualem proximi ruinam intendere.

13 Quarto deducitur, quid in ea quæstione dicēdum sit an petens corpus à femina parata teneatur vltra suum fornicationis peccatum, circumstantiam hāc scandali generalis, seu inductionis ad peccatū fateri? Quibusdā eam non esse scandali circumstantiam videtur. Quia tunc reuera non datur scandalum, nec propria, & moralis inductio est: cum voluntas ex se & sua sponte exposita sit. Et ita loquens de meretrice tenet *Sotus lib. 6. de iustit. quæstione 1. articul. 5. versic. Hæc autem specialis ratio.* Et loquēs de ita parata, vt sit quasi in actuali aut virtuali peccandi voluntate, tenet *Suarez 4. tom. in 3. p. disput. 22. sect. 4. n. 18.* Et loquētes de parata tenēt *Enriquez l. 5. de pœn. ca. 6. num. 7. Salon 2. 2. q. 62. artic. 2. controuers. 2. p. 657. & Azor tom. 2. instit. moral. lib. 12. cap. 16. quæst. 5.* Et videntur expresse tenere *Medina l. 1. Summa capit. 9. §. 2. Alcozer Summa capitu. 20. fol. 74. Manuel 1. tomo Summa, in 2. editione cap. 213. num. 5. Valentia 2. 2. dispu. tat. 3. quæst. 18. puncti. 2. ad finem, in solutione ad 3. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij cap. 73.* vbi dicunt esse circumstantiam inducere non paratam. Quare à cōtrario sensu aliud de parata sentiunt.

14 At existimo esse circumstantiam scandali generalis, ac inductionis ad peccatum. Ducor, quod omnes ferè tanquam certissimum fateātur, esse mortalem culpam scandali generalis, ac introductionis ad peccandū, petere à malefico quantumuis parato, vt maleficium maleficio soluat. Et eam reddūt rationem, quod maleficus id iuste exequi nequit. Et quantumuis paratus esset, hoc numero peccatum hoc non peteote non perpetraret: & quamuis perpetrandi voluntatē haberet, nō exequeretur, nisi hic induceret. Quæ omnia latè ostēdimus l. 7. de matrim. disp. 95. n. 7. Quare optimè *Caiet. 2. 2. qu. 78. art. 4 paulo post principium* hæc ait: *Aduerte semper in casibus vt discernas, si actus petitus potest ab eo, à quo petitur, sine peccato fieri. Quia hac radix est liciti, vel illiciti cū de vsu peccati alterius agitur. Si enim quis peteret ab aliquo actum quē non pōt exercere absque peccato, procul dubio ad peccandum eū induceret, quantumuis paratissimum.* Quæ omnia in hoc casu militant: cùm constet mulieremnō posse licitè fornicationem à se pentam, nec exequeretur id numero peccatū hoc nō petente. Et cōfirmatur, quia *Suarez 3. to. in 3. p. q. 65. art. 4. dispu. 18. sectione 1. corollario 2.* ait esse mortale petere Sacramentū à ministro parato, existenti tñ in mortali, & absq; vlla petentis necessitate. Et reddit rationem, quia offertur ei aliqua materia, ex qua ipse hic & nunc occasionem peccādi sumit. Si ergo in re, quā alter bene exequi potest, ac culpa sua prauè exequitur, est mortale absque necessitate eam occasionē hic & nunc peccandi offerre. Nedum in re quā exequi iuste nequit. Secundò, quia petēs à meretrice in lupanari exposita, vt peccet cum quodam tertio, esti nō intēderet vt peccaret, sed oretenus id diceret, delinqueret mortaliter peccato inductionis. Vt bene docet *Nauarrus Summa Latina c. 14. nu. 38.* At nōn minor culpa est sed eiusdem prorsus rationis petere, vt secum fornicetur. Tandem, quia petens à paratissimo ad vindictā, vt ambo vindictam sumant, non satis fateretur dicens se vindictā sumpsisse, sed alterius inductionem exprimere teneretur. At fateor in confessione non npua esse hane circumstantiam declarare inductionis fœminę paratæ: non quod specialis circumstantia non sit, satis enim talem esse probaui. Sed quia cùm quis fornicationem propriam fatetur, satis explicat à communiter accidentibus se peiisse, ac fœminam inuitatam esse. At si non fornicaretur, sed tātùm periisset ab illa corpus, nō satis fateretur dicendo se cum fœmina desiderasse peccare, sed inductionem exprimere teneretur, vtpote quę in eo desiderio minime exprimitur. Alias si sine fornicandi aio dixisset, ita tamen vt seriò videretur dicere, non teneretur eam inductionem fateri. Quod eoā non leue argumentum est ad nostram sententiam comprobandam est. Et similiter si fœmina virum paratum inuitasset, teneretur hanc inductionem fateri: vtpote quæ in sua fornicatione non declaratur. Tandem, quando mulier nō est parata, tenetur vir inductionem fateri. Vt bene tradit *Azor ibidem*. Quia est circumstantia scandali notabilissimè aggrauans supra eam, quando ipsa est parata, nec in sua fornicatione exprimitur. Vide lib. 5. c. 8. num. 28. vbi reprobo, quod dicit circa hoc *Valentia*.

15 Quintò deducitur, qualiter intelligatur scandalum, dum Doctores dicunt fictè professum, & virum adulterij occultè vxoris conscium, non posse in eodem loco separatim viuere, ratione scandali, at posse in longinquum fugere, vbi nunimé agnoscantur, & ita id

id cesset. Nam ex ea fuga scandalum oriri videtur. Sed dic oriri quidem; at cum paucis duret diebus, absentia enim viri, aut religiosi è memoria cadet, non est tanti momenti, vt sit illud necessariò vitandum cum tanto detrimento, quantum est cogi ad perpetuam vitam regularem, ad quam ille non tenetur: vel, virum cũ adultera habitare. Secus quando scandalum præsentia viri, aut religiosi foueretur, & sic perseueraret.

16 Sexto deducitur resolutio eius difficultatis. An femina cõspectu viri se offerens, à quo se turpiter amari nouit, peccet mortaliter peccato scandali, quando nullatenus eũ ad sui amorẽ prouocare intendit. Cõmuniter Doctores eam peccare mortaliter censent, quando nulla necessitate ducitur, sed vt suæ voluptati satisfaciat, indifferenter hac, & illac discurrit: secus quando ob causam necessariam, vt inuisendi vicinas, ne minus vrbana habeatur, eundi ad Ecclesiam, &c. Quia tenetur quis spirituali proximi saluti consulere, nisi ex aliqua causa excusetur. Ita sentiunt *D. Antonin. 1. p. tit. 7. c. 4. §. ad finem. Syluest. verbo, Scandalum, quæst. 2. Nauar. in omnib. Summis, c. 14. nu. 30. & Latina etiam num. 37. & Hispana c. 28. additione ad numerum 30. c. 14. §. La sexta. Corduba Summa, q. 5. fol. 0. Medina 1. 2. c. 74. ar. 6. ad 2. fol. 677. Azor tomo 2. instit. moral. lib. 12. c. vlt. q. 12. Zumel eadem q. 74. art. 8. disput. 4.* Idem tenet *Ludouicus Lopez 1. par. instruct. c. 20. in fine*, cum hac moderatione, vt non semper ob id teneatur se sua libertate priuare, sed semel, aut bis. Idẽ ait *Nauar.* de eo qui ab aliquo se odio capitali affici videt, & absq; aliqua causa fit obuius ei.

17 Alij tñ placet hanc non peccare mortaliter. Quod ea occasio potius ex propria adamantis turpiter malitia sit accepta, quam à muliere data quæ iure suo, & libertate sibi concessa vtitur. Nec ea commodè priuari põt quin mille scrupulis aditus pateat, circa egressum è domo, an necessarius sit, nec ne. Deinde, quia ex hac causa mulieres se superflue ornantes non peccant mortaliter, iuxta communẽ sententiam. Cum tamen luce meridiana clarius ei pateat, fore vt ob id à plerisque iuuenibus turpiter ametur. Et ideo quamuis priorem sentẽtiam probabilem credam, existimo veriorem esse hãc posteriorem, vt non ob id teneatur femina sua se egrediendi domo, standi ad ostiũ domus, vel fenestram, discurrendi per ciuitatem, libertate priuare. Quod tenẽt *Caietan. 2. 2. quæst. 154. art. 4. in fine. & quæst. 169. art. 2. ad quintũ dubium. Armilla in sua Summa, verbo, Ornatus, nu. 3. & verbo, Scandalum, nu. 3. vbi & Palacios.* Si tamen data opera absque vlla se eius conspectui necessitate offerret, sed quadam vanitate ducta, nec turpis amoris alterius ignara, etsi illum non intenderet, nescio eam culpa mortali liberare. Quia aliud est sua se quocunq; eundi libertate priuare, quod commode, & absque anxietate, ac ad scrupulos aditũ præstare nequit: aliud autẽ data opera se eius aspectui offerre. Quod facillimo negotio vitare potest, nec in obligatione illa aliqd vtilitatis est.

18 Tandem superest difficultas. An scandalum hoc generale tantum contingat, quando inductio fit ad peccatũ eiusdem speciei, cum eo quod scandalizans perpetrat, vt si publicè furans inducat suo exemplo ad furtum? Ratio dubitandi est, quia communiter Doctores exemplum scandali adhibent, vt *Nauar. Summa, c. 14. Latine, nu. 44. in fine, Hispane nu. 31. Medina lib. 1. Summa, c. 14. §. 16. & alij*, si quis die veneris carnibus coram alijs vescatur, sola latenti causa excusatus, nec de illa certiores reddit astantes. Cum tamen nunquam ex eo astantes ad carnes edendas inducentur, imò id tanquã Lutheranorum proprium abhorrent. Præterea, quia *D. Antonin. 2. p. tit. 7. cap. 4. §. 4. columna penultima Sylu. verbo, Scandalum, q. 2. in fi. Nauar. Summa c. 14. Hispane nu. 30. Latine num. 31.* dicunt scandalum mortale esse, quando quis nulla necessitate ductus familiari mulieris suspectæ consuetudine vtitur, aduertens alios inde scandalizari nefaria cogitando, & iudicando. Atque *Nauar.* addit simile scãdalum esse, si quis domi cognatam habeat, vel frequenter mulierem inuisat, quando inde populus detrahendi, ac male suspicandi occasionem accipit. Vbi Doctores hi malitiam scandali eò referunt, vt detur per opus speciem mali habens ansa detrahendi, atque prauæ suspicionis. Ex altera parte valde vrget, nam si inde malitia scandali desumatur dicẽdum erit generale scandalum ferè semper multa peccata specie diuersa continere: nimirum, id ad quod directè inducit, & detractionem ac malam suspicionem. Præterea, quia si malitia scandali in exemplis prædictis ad solam detractionem, & mali suspicionem referatur, non erit mortalis. Cùm in eo casu satis vtriusque ansa detur: nec detractio illa sit mortalis inter astãtes: quòd si coram nescientibus detrahatur, id soli detrahentis malitiæ tribuetur.

19 Quidam vir doctus à me per epistolam consultus respondit, non esse mirum contrahi culpam lethalem, non vitando venialia in multis. Sicut prælatus religionis peccaret mortaliter permittendo frequenter regulas religionis ad solum veniale obligantes violari. At hoc non satis facit. Quia id consurgit ex obligatione, qua bonum religionis progressum procurare tenetur. Qui ex dicta permissione non mediocre detrimentum patietur. Item, quia hic peccans vnius tantùm, vel alterius venialis causa est.

20 Ideo in hac quæstione dicendum existimo, non ex mera detrahendi, aut male suspicandi ansa malitiam scandali non incitantis ad simile peccatum consurgere, sed quando à persona boni nominis præbetur, & coram talibus, vt iure optimo timendum sit fore, vt bona virtutis existimatio minuatur, (quod vulgo dicitur, *desacreditarse la virtud*,) & detur ansa peccata remnẽdi, & facilis in ipsa lapsus ex malo illo exemplo dato. Et tunc hoc scandalum tanquam inducens ad solum peccandum in genere, non reducetur ad aliquam speciem particularem. Sed sicut si quis expresè induceret ad peccandum in genere; nec timendum peccata lethalia, id peccatum inductionis ad nullam speciem determinatam pertinebit. sed esset contra præceptum generale, quo quisque gratiam Dei conseruare tenetur. Ita idem dicendum est, cùm implicitè suo prauo exemplo ad eadem inducit. Quare in exemplis num. 18. adhibitis à Doctoribus quos ibi retuli, malitia scandali non in prauam suspicionem præcisè referenda est, sed quia videntes & occasionem prauè suspicandi accipientes, inducuntur ad similem concubinatum, quem de alio suspicantur.

21 An verò liceat offerre famulis vxori, & filijs, occasiones delinquendi, aut permittere, vt deprehensi puniantur: dixi lib. 10. de matr. disput. 12. nu. 51. & 53.

CAPVT VII.

Quando censeatur scãdali ansa, atque particeps peccati alterius, ad idque culpabiliter concurrere, vendens res indifferentes alteri, aut illi suppeditans, ministeriave indifferentia exhibens, quibus constat eum ad peccandum abusurum.

SVMMARIVM.

Si ea intentione hæc quis efficiat, vt alter prauam suam intentionem exequatur, est eiusdem culpæ particeps, nu. 1.

Idem si absque prædicta intentione obsequia ex se in malum ordinata exhibeantur, nu. 2.

Quid, si res indifferentes sint, & ministrantem praua alterius intentio lateret: & quando ad eam indagandam diligentiã adhibere tenetur, nu. 3.

An peccet indifferentia ministrans, sciens alterum velle abuti? Refertur triplex sententia, nu. 4. 5. & 6.

Conciliantur, & explicantur hæ sententiæ nu. 7.

Præbere alteri materiam peccandi proximam, ex se tamen indifferentem non est directè alterius peccato cooperari, nu. 8.

Explicatur quando tunc inueniatur cooperatio indirecta, n. 9.

Explicatur ex qua virtute oriatur obligatio vitandæ ministrationis indifferentiam eis abusuro, nu. 10.

Explicatur qualiter obligatio vitandi, aut non vitandi pendeat ex causa cogenti non vitare, nu. 11.

Expli-

Explicatur quando maiori causa opus sit, & quando minor sufficiat, num. 12.

Explicatur sententia Authoris, quando liceat, & quando non, hac in differentia ministrare, num. 13.

Quid si abusus in scandalum innocentis, & pusilli cedat, n. 14.

An excuset hac ministrantem, alterum paratum esse ad abusum, eumque iam actu interne peccasset, num. 15.

An excuset eo non suppeditante alterum ministraturum. n. 16.

An excuset esse dubium, an alter velit abuti? Et explicatur, quando venenum vendere liceat, num. 17.

An liceat hæc vendere, aut ministrare abusuro contra iustitiã: & scalam admouere furari volenti, dare arma vel ostendere vbi sit inimicus, interficere volenti: cymba transuehere volentem occidere inimicum, aut inire duellum? Et explicantur, qua liceant remigibus Christianis in triremibus contra Christianos, num. 18.

An quando abusus est contra iustitiam, teneatur ministrans indifferentia causa non excusanti, damnum restituere, n. 19.

An liceat meretrici, aut vsurario domum locare, num. 20.

An liceat Christianis genuflectere cum domino infideli genuflectente idolo, eumque humeris, sustentare num. 21.

An liceat famulis sternere equum, herum comitari, & exspectare, non custodia causa, quando ad fornicandum, vel ad duellum tendit. num. 22. & ibi quid de non famulis.

Quid, quando custodia causa, vel vt eum, si opus fuerit, defendant, num. 23.

An liceat mensam sternere. eique ministrare, ac cibos condire concubinæ, num. 24. & ibi an liceat eam ornare.

Quid de concubina in domum cõcubinarij, aut in alium locum adductione. num. 25.

Quid de scribentibus, aut de ferentibus scripta, vel internuntia ad concubinam, num. 26.

Quid de famulis feminam insequentibus, aut inquirentibus vbi habitet, vt herum domum concubinæ doceant, vel quærentibus illi feminam, cum qua peccet. num. 27.

Quid de deferentibus, aut scribentibus scripta ad duellum prouocantia, num. 28.

Quid de deferentibus esculenta, aut munuscula concubinæ, numero 29.

Quid de aperientibus ianuam domus concubinæ, aut docentibus vbi herus sit, vel illo ascendere per fenestram volẽti admouentibus scalam, vel humero sustinentibus, num. 30. Et ibi an hæc omnia ministeria facilius seruis liceant, & quando non famulis quoque licita sint.

An liceat mutuo dare nummos, aut cubiculum accommodare fornicari volenti, num. 31.

Patroni meretricum, quæ erga illas absque peccato exercere possunt, num. 32.

Tabernarij aut caupones vendentes vinum, quo ementem inebriare norunt, quando peccent, num. 33.

Quando peccent ministrantes cibos soluturo illis ieiunium, numero 34.

An peccent illi mensam sternentes mensa ministrantes, condientes cibos, num. 35.

Quid de deponentibus pecunias apud vsurarium, quem illis ad vsuram norunt abusurum, num. 36.

Quid de tradentibus vinum vendendum tabernario, quem norunt vinum corrigere simulando vinum, aut aquam miscere, num. 37.

Quid de incitantibus iudicis concubinam, muneribus ei datis; vt apud iudicem intercedat, num. 38.

An peccent mortaliter artifices taxillorum, aut illos vendentes, numero 39.

An pingens imaginem puellæ petitione amasij peccet, num. 40.

1 CONstat apud omnes, ministrantem quantumuis indifferẽtia eis abusuro, ea intentione, vt alter prauam suam voluntatem exequatur, eiusdem culpæ participem fore. Hoc enim est directè ad malum cooperari. Vt asserit *D. Thom. 2. 2. q. 169. art. 2. ad 4.* vbi fabricantes idola, vel alia ad cultum idololatriæ spectantia, dicit directè ad idololatriam cooperari. Quod vt verum sit, debet necessariò intelligi, quando ea intentio adest. Vt bene aduertunt *Syluest. verbo, Infidelitas, q. 4. in fin. Valentia 2. 2. disputatione 1. q. 10. punct. 5. in fin. sic D. Th. intelligentes.* Quia ea intentione deficienti nequit dici cooperatio directa. Vt numero 8. probabimus.

2 Secundo similiter constat nefas esse, etiã absque prædicta intentione ea obsequia domino præstare, quæ nõ ex sola præcipientis intẽtione, sed suapte natura ad flagitium ordinantur, illudque attingunt, vel pars illius sunt. Qualia sunt inuitare concubinam, vt rem cum domino habeat: percutere, vel iacere tela, aut aliter in bello iniusto pugnare. Hæc. n. nulli bono vsui deseruiunt.

3 Tertio similiter cõstat culpa vacare, qñ res, vel ministeria essent ex se æquè indifferẽtia bono, & malo vsui, atque ea ministrans inscius esset prauæ voluntatis alterius, nec iustã male præsumendi cãm haberet. Quod suũ non sit discutere, an bene, maleve alter vtetur, nec malũ præsumere debeat. Dixi, qñ æquè, quia si ex se aliquo modo ad malũ determinãtur, præsumptio cõtra facientem adest, & ideo discussione, & cã excusante opus est.

4 Tota aũt difficultas est, qñ res, & ministeria indifferentia sunt bono, & malo usui, & ea uendens, aut ministrans nouit alterũ abusurum, nõ tñ ea intentione hæc præstat, ut alter abutatur. Quidam in uniuersum damnant hæc uendentes aut ministrãtes. Quod ad alterius peccatũ concurrant ministrando materiã, ac peccandi instrumenta. Sic *D. Antonin. 2. p. t. 1. c. 23. §. 13. Gabriel 4. dist. 15. q. 13. ar. 3. dub. 2. & dist. 16. q. 3. ar. 2. dub. 6. Sylu. verbo, Ars nu. 3. 4. & 5.* ubi cõiter Summistæ. *Metina q. 30. C. de restit. in 1. & 3. modo quo redditur illi ita negotiatio. Alcozer lib. de ludo. c. 60. conclus. 2. & multi alij.*

5 Alij uero sic distinguunt, aut res ex se ad prauũ usum destinantur, ut si infidelibus uendantur idola, uestes sacerdotales superstitiosæ, aut eis fabricentur tẽpla: & has suppeditare, aut uendere illis, est illicitũ. Aut res sunt ex se indifferentes bono, & malo usui, ut agnus idolo immolãdus, rami, & alia, quibus idoli tẽplum ad eius cultum ornandũ est: & has uendere, aut illis suppeditare, culpa uacat. Dicuntur, quod cũ res prioris generis malo usui destinentur, eam cũ eo prauo usu connexionem habeant, ut eas suppeditans uelit ex necessaria quadam consequẽtia eum prauum usum. At cum res posterioris generis ad bonum, & malum usum indifferentes sint, nec ex praui usus intentione suppeditentur, non censetur suppeditans velle directè prauum vsum, nec ad illũ cooperari. Neque etiam indirectè, vtpote qui non tenetur alterum prohibere, quominus re indifferenti abutatur. Quia alias oporteret mercimonia vẽdentes anxios esse, an emptor sit eis abusurus. Sic tenent *Caiet. 2. 2. q. 169. art. 2. circa solut. ad 4. dub. 1. & 3.* idque attribuit *D. Thom. in ea solut. ad 4.* Sed (vt num. 1. probaui) *D. Thom.* non est huius sententiæ, sed loquitur, qñ ex praui vsus intentione hæc suppeditantur. Idẽ melius sustinet *idem Caiet. 2. 2. q. 10. art. 4. ad finem, vbi Aragon ad finẽ. Bañes ead. q. 10. art. 11. ad finẽ, & q. 77. art. 4. dub. 1. Nauar. li. 5. cons. 1. De Iudæis, in 1. edit. cons. 2. nu. 9. & duplici seq. in 2. cons. 2. nu. 9. 10. & 11. Azor to. 1. l. 8. instit. moral. c. 22. q. 6. & c. 24. q. 14. & to. 2. l. 12. c. vlt. q. 10. Pet. de Ledesma 2. to. Sum. tract. 1. c. 5. ad fin. Et Salon 2. 2. q. 77. ar. 4. cõtrouers. 6. Manuel 2. to. Sũma, c. 76. n. 13. & nu. vlt.* Et loquens de rebus prioris generis eas non licere vendere. tenet *Molina to. 2. de iustit. disp. 340. col. penult. vers. Quãdo aliquid.* Et loquens de rebus posterioris generis, dicit licere vendere *Leonard. lib. 2. de iustit. c. 13. dub. 3. num. 31. in fin.*

6 Sed hanc sent. ẽt impugnat *Valentia in 2. 2. disp. 1. q. 10. punct. 5. ad fi.* Quia si loquatur de morali ad malũ vsum determinatione, quæ nimirum, ex praua abutentis voluntate consurgit, vtriusq; generis res ad malum vsum determinantur. Si uero de determinatione ex ipsarum rerum natura, neutrius generis res ad malum determinantur. Quippe idola, uestes sacerdotales, templa bono etiã usui deseruire possunt, ut memoriæ antiquitatis retinendæ, representationi alicui, illorũ irrisioni, aut combustioni. Quare uel utriusque, aut neutrius generis res suppeditare licebit. Quod si occasionem ruinæ spiritualis proximo datam spectemus, ea in utrisque repetitur.

Cum

Cum animus abutentis in vtrisque ad malum determinatus sit. Quare ipse cum *Syluest. verbo, Infidelitas q.4.* aliter quæstionem hanc decidit, atque totam rem hâc ad causam suppeditandi indifferentia referendam esse, & si causa iusta adfuerit, rem quamcunque indifferentem infideli, aut cuicunque alij quouis modo ab eo ad prauum vsum destinatam, fas esse administrare: nefas vero cuiuscunque generis res illa indifferens sit, causa iusta deficienti. In qua sententia explicanda & probanda non immoror, quia nu. 11. 12. & 13. id faciam.

7 At omnes hæ tres sententiæ piè possunt explicari, ac in concordiam reduci. Vt prima intelligatur, non licere indifferenter, ac iusta causa non excusanti vendere, aut suppeditare indifferentia, quando de alterius praua abutendi voluntate constat. Quod & III. sententia fatetur, nec II. negaret II. verò sententia appellat res non indifferentes, sed ex se ad prauum vsum determinatas, non quod in aliquo casu non possint bono vsui deseruire, & nequeant in aliquo raro casu licitè ministrare volenti abuti. Sed quia ita per se, & communiter ad malum ordinantur, cum eoque malo vsu connexionem habent, & per accidens sit ad bonum ordinati, vt iure optimo non indifferentes, sed ex se ad malum determinatæ appellari mereantur, & illicitæ: quælis quandoque in casu raro grauissima causa excusanti liceant. Sicut occisionem innocentium, & combustionem domus, in qua illi habitant, per se mala nuncupamus, quamuis in casu raro licita sint, grauissima excusanti necessitate, & ita vt intentio ad illa non feratur. Sicut contingit in bello iusto ob necessitatem inimicos fidei, aut reipublicæ interficiendi, quando alia via id effici commodè nequit.

8 Quamobrem vt quæstio hæc grauissima, nec minus necessaria, clarius decidatur oportet quinq; fundamenta præmittere, ex quibus diuersa corollaria inferendo, ad particularesque casus descendendo, qua claritate, & breuitate potuero, quæstionē hanc explicabo I. Fundamentum est. Præbere alteri proximam peccandi materiam ex se indifferentem, non intendendo eius peccatum, sed aliud spectando non est directè ad malū cooperari. Quod nemo causa moralis directa cēseatur eius, quod nec præcipit, nec consulit, nec intendit, nec re ipsa efficit. At hic nec consulit, nec præcipit, nec intendit, nec cum altero actionem efficit, in qua id peccatū consistit, sed solam materiam abusus exhibet, in qua exhibitione peccatum alterius non consistit, sed in actione, qua ipse materia sibi exhibita abutitur. Quod idem latissimè & eruditissimè alijs rationibus probat *Valentia 2.2. disp. 5. q. 11. punct. 4.* Quare si cooperatio aliqua inueniatur, ex qua culpa suppeditantis materiam hāc cōsurgat, ea indirecta esse debet.

9 Secundum fundamentum est. Cooperatio indirecta in hac materiæ indifferentis abutēti ministratione tūc inuenitur, quando quis potest, & tenetur abutētis peccatum euitare. Quippe voluntarium indirectū vtranq; conditionem postulat. Item quia venditio, & suppeditatio horum indifferentium non extrinsecè, per se, & ex suo obiecto mala: cum ab ea actione per se, & vt ab hoc fit, possit malitia separari. sed ex sola praua abutentis intentione illi malitia adiungitur: nec ex vi illius inducitur abutens ad peccandum, sed suppeditans permittit tantum illud malum, quod alter ex sua praua intentione actioni per se bonæ admisturus est. Tunc igitur suppeditatio hæc culpę tribuetur, quando suppeditans potest, & tenetur vitare hanc occasionem ruinæ spiritualis proximi, non suppeditando illam materiam, vt potè qui eius abusum indirectè vult, atque ei indirectè cooperatur.

10 III. Fundamentum est. Obligatio huius occasionis peccati alterius vitandæ, non ministrando hæc indifferentia illis abusuro, oritur ex generali charitatis præcepto, quo tenemur scandalum generaliter acceptū proximi vitare. Date enim hanc occasionem nō excusante causa iusta pertinet ad scandalum generaliter acceptum. Iuxta dicta c. præced. nu. 3. Cum non intendatur ruina proximi. Et loquendo de virtute, cui specialiter opponitur, oritur ex obligatione eius virtutis, ad cuius transgressionem datur occasio. Vt si ministratis indifferentibus vult alter abuti contra iustitiam, oritur obligatio vitandi ex lege iustitiæ si contra castitatem, ex lege castitatis, & sic de reliquis. Quia (vt diximus cap. præced. num. 3.) scandali generalis peccatum reducitur ad speciem peccati, ad quod inducit, ac proinde obligatio illius uitandi oritur ex præcepto uirtutis, cui id peccatum, ad quod est inductio, aduersatur.

11 Quartum fundamentum est. Obligatio prædictę occasionis vitandæ pendet ex causa; si enim non sit causa reddens iustam ministrationem, peccatum erit; secus si sit causa. Quod optimè docent *Syl. & Valentia num. 6. alleg.* nec credo alios DD. dissentire, (vt num. 7. dixi.) Et ratio est, quia cum hę res non sint ex se malę, sed indifferentes, & sola circumstantia scandali generalis dando occasionem ruinę spiritualis proximi, vitiet earum suppeditationem, tunc tantum erit mala, quoties suppeditans tenetur id scandalum vitare. At hoc pendet ex casu cogenti, aut non cogenti. Non enim tenetur quispiam cum graui suo detrimento eam occasionem vitare: tunc enim censetur moralis impotentia vitandi: tenetur autem quando potest absque graui detrimēto. Ergo quoties iusta causa detrimenti proprij vitandi subest, licebat eam occasionem ruinæ permittere, ministrando res indifferentes: ea autem deficienti nōquam licebit. Et confirmatur, quia cum ministratio hæc in differentium nō sit cooperatio, sed si aliqua debet esse, ea erit indirecta: (vt probaui num. 8.) tunc tantum culpæ tribuenda erit, quando potest ministrans commode eam vitare. (Vt num 9. diximus.) At nequit commode, quando necessitate grauis damni vitandi cogitur ministrare: potest autem commode, quando ea necessitas non vrget. Ergo tota hęc obligatio uitandi, aut nō esse peccatum prædictā occasione permittere, ad iustam & legitimam excusantem causam, eiusve defectum referenda est.

12 Vltimū fundamentū est. Non eadem causa erit semper sufficiens ad horum indifferentium ministrationē excusandam. Rō colligitur ex dictis, nam cum obligatio illam vitandi consurgat ex obligatione virtutis cui peccatū illud proximi, cui ea occasio datur, opponitur, & obligatio oium virtutum nō sit ęqualis, sed quędam alia magis obliget: nec occasiones sint pares, qa quędā sunt magis indifferētes, & remotius se habēt ad malum abusum, quędam aūt proximius ad illum accedunt, & maiorē in se malitiam cōtinent. Insuper nec pręparatio abusuri ad malū vsum, est semper æqualis, sed aliquando magis, aliqñ minus paratus est. Nec spes fore, vt ipse desistat a prauo abusu, est semper æqualis, me nō ministrante: ideo nō semper æqualis causa erit proportionata ad hanc ministrationē excusādā, sed qñque maior, qñque vero minor, necessaria erit. Quare nulla certa quātitatis huius causæ regula pscribi potest: sed ea prudentis arbitrio remittēda est. Quo aūt id arbitrium prudens fit debet attendere tāto maiorem causam requiri, quanto peccatū, ad quod illa ministratio occasionem dat, est grauius & quanto proximius attingit illud, seu de se est magis ad malū determinata: & quanto certior est effectus peccati; & quanto probabilius est, fore vt id peccatū impediatur hoc nō ministrāte. Idq; summopere obseruandū est vrgentiorem causam desiderari, quæ suppeditantē hac indifferētia excuset, qn abusus est cōtra iustitiā, & talem, qua merito præferri possit damno alterius. Et ratio est, quia maiori vinculo tenetur quis peccata alterius, quæ sunt contra iustitiam uitare, quā quæ contra solam charitatem. Quippe in illis innocens inuitus damnū patitur; in his aūt solus peccās detrimētum spirituale patitor, idque propria uoluntate. Quod idem detrimentū spirituale subit, quando peccat contra

tra iustitiam. Atque ita bene *Azor lib. 8. to. 1. instit. moral. c. 22. q. 6. in fi. & c. 24. q. 14.* censet esse causam iustam vendendi indifferentia, quæ non ex se proxime attingunt malum vsum, & quando ille non est contra iustitiam, iacturam quam quis patitur, si res suas quas venales habet, minime vendat.

13 Ex his deducitur 1. vera resolutio quæstionis propositæ. Dicendum enim est licere quæcunque indifferentia vendere, aut obsequia indifferentia exhibere, quamuis constet alterum abusurum, dummodo desit intẽtio cooperandi ad malum alterius vsum, & adsit causa proportionata excusans, iuxta regulam num. præced. traditam at illicitum esse deficiẽti tali causa. Et ita placet opinio, quam num. 6. ex *Sylu. & Valentia* retuli, iuxta quã alias duas num. 7. explicui. Et hoc satis probatum manet ex dictis num. 11.

14 Temperant quidam hanc sententiam, nisi abusus cedat in scandalum passiuum alicuius innocentis, & pusilli. Vt si meretrix emere velit ornatum aptum ad scandalizandum iuuenem innocentem, tunc enim venditor eius ab vsus conscius peccaret. Quia is abusus in spirituale tertij damnum est. Ita *Bañes 2. 2. q. 77. art. 4. dub. 1. ad fin. & ibi Aragon dub. 1. post 4. concl. in 1. modo, quo negotiatio vitari potest, in fin. Manuel 2. tom. sum. c. 76. nu. 14 in fi.* Sed si hęc limitatio admittenda esset, nunquam fucos, & alia ad ornatum lasciuium, pertinentia liceret feminis inhonestis vendere. Cum constet ea emi ad prouocandum ad amorem sui turpem. Quare non placet: neque enim tenetur venditor cum detrimento quod patitur, id spirituale proximi damnum vitare, in quod non nisi voluntarius incidet. Si enim hæc spectet, non vẽdet commode merces, quas venales habet. Quam causam nu. 12. in fin. diximus sufficientem esse ad excusandum horum indifferentium venditionem, quando non sunt contra iustitiam.

15 Neque excusat vendentem hæc indifferentia illis abusuro, quando absque suo detrimẽto vitare potest quod alter sit iam paratus ad peccandum, & actu interno peccarit, neque actus externus nouã malitiam interno addat. Quod excusare censent *Manuel 1. to. Sum. in 2. editio. c. 23. n. 8. & Pet. de Ledes. 2. to. sum. tract. 27. c. 2. dub. 4.* Sed minus bene, quia etiam paratos ad malũ non licet inducere, illis ve occasionem prauæ voluntatis exequendæ præbere. Vt optimè *Caie. 2. 2. q. 147. ar. 4. in fi. Suar. 3. to. in 3. p. q. 65. ar. 4. disp. 18. sect. 1. coroll. 2. col. 7.* Tum, quia non semper aliquis est ita paratus, quin si alter nõ inducat, occasionem ve illam non præbeat, vitetur in multitudine aliquod peccatũ. Quamuis .n. paratus sit nõ tamen semper est in ea actuali voluntate, aut actuali peccati vsu. Tum etiam, quia etsi actus externus nouam interno malitiam nõ addat: at est etiam in se malus, vtpote qui internum malum exequitur, & ideo indirecte cooperatur non vitando actum externum, vbi quis absq; suo detrimento potest, non vacat culpa. Vt optime tradit *Nauar. sum. c. 21. disp. 24. Lat. num. 26. Valentia 2. 2. disp. 4. q. 21. punct. 4. col. vers. Nec satis erit.* Alias liceret ad externa fornicationis, periurij, ebrietatis cooperari cum eo, qui interiori voluntate hæc peccata admiserat.

16 Sed maior difficultas est, an excuset hunc suppeditantem hæc indifferentia, potẽtemque absque suo damno vitare, si norit ipso non suppeditante fore, vt alius suppeditet? Pars enim affirmatiua suaderi uidetur ex doctrina *Caiet.* cõmuniter recepta *2. 2. q. 147. art. 4. in fin.* nempe, non peccare inuitantem ad cœnandum secum eum qui transgressurus erat ieiunium alibi cęnando, Et *Petrus de Ledesma, ac Manuel numero praeceden. allegati, & Leonardus libro quarto, de iust. capite secundo, dub. 4. numero 24.* excusant caupones porrigentes cęnam soluenti ieiunium, quando alibi inueniret cęnam. Et ratio esse potest, quia ea indifferentium suppeditatio in tantum est peccatum, in quantum non euitat suppeditãs peccatum abusuri illis, quod uitare poterat, & tenebatur. At in hoc casu non suppeditãdo minime alterius peccatũ uitat. Neque est simile de iuuante ad delictũ per actionem intrinsecè malam: non enim excusatur, quamuis alter iuuaret, aut ipse absque adiutorio faceret. Nam actio illa ex se est mala, eo quod in effectum influat, & ideò nulla ratione excusari potest. At alia actio ex se est indifferens, & solum mala, quando peccatum alterius impediri poterat. Quod hic non contingit. Sed sic distinguendum existimo, si res indifferens sit ita proximè ad peccatum ordinata, vt per se mala sit meritò censenda, quamuis in aliquo casu possit esse licita, iuxta dicta num. 7. suppeditans non excusatur à culpa, quamuis certo sciat alium paratum ad peccandum, & inuenturum alium, qui materiam suppeditet. Vt nemo excusaret admouentem scalam, vel humeris sustentantem, quando quis vult furari, aut hominem interficere, aut fornicari. Quamuis hæ actiones ex se indifferentes sint, & in aliquo casu maxima excusanti causa licitæ: nec deesset qui iuuaret. Et ratio est, quia tales actiones ita proxime peccato accedunt, ad illudque ordinantur, vt ex se malæ dici merito queant, nisi causa aliqua vrgenti excusentur. Si verò res illa sit omnino ex se indifferens, ac remotè se habeat ad peccatum, iuxta ea quæ nu. 5. & 7. diximus, vt vendere agnum infideli, quem scio velle ad immolandum idolo; fucos mulieri, quos scio velle ad alliciendum iuuenes ad turpem sui amorem, tunc probabile cẽseo vendentem excusari à culpa, si certò sciat ipso non vendente alterum vendidurum, & quamuis nulla alia causa excusans concurrat. Quod probant rationes pro parte affirmãti adductæ. Vel certe est satis probabile id non fore culpam mortalem: atque re bene perpensa ita probabilius iudicio, sed fore culpã venialem. Ducor ad credendum vtrumque, & primo esse culpam venialem. Quia semp est probabile minori libidine, aut minori intẽsione, aut facilitate, aut breuiori tempore, aut paucioribus actibus fore, vt alter peccet, me hic & nunc ministrãte materiam, quamuis alij essent ministraturi: & saltem mea cooperationis negatio est quoddam monitionis genus, quo proximus, si non à peccato præsenti, potuisset saltem à futuro reuocari, ex huius negationis memoria. Et confirmatur, quia sicut amor Dei inclinat ad cooperandum bono, etiam quando non deerũt plures cooperatores: ita etiam inclinat ad diuinæ offensæ cooperationem vitandam, etiam quando alij cooperãtes non deerunt. Non autem esse mortale suadent mihi rationes initio allatæ: & quia materia leuis videtur in hoc euẽtu illud cooperationis genus. Quare si aliqua causa, quãuis nec vrgẽs, nec grauis, prorsus à culpa, excusaret.

17 Quæres insuper, an in dubio mali abusus alterius excusetur indifferentia hæc nulla alia causa concurrenti suppeditãs. Qua in re sic distinguendũ puto. Si dubium sit merè negatiuũ, id est, ignorãtia mali abusus alterius, nulla concurrenti ratione, quæ prudenter malũ suspicari suadeat, aut rationabiliter dubitare, licitũ est hęc indifferentia absq; alia causa cõcurrẽti suppeditare. Si vero dubiũ positiuum sit, quod solá veram dubij rationẽ habet, quia, nimirum, meritò ac prudẽter dubitatur de abusu, requiritur aliqua causa, etsi minor, quã vbi abusus est certus. Neq; hoc est malè de altero suspicari, sed se in tuto constituere circa diuini præcepti obseruantiã. Sicut cõmunis sentẽtia tradit non licere de altero absq; sufficienti fundamento male iudicare, at licere pręcauere sibi & alteri etiã in dubio. At in veneno aliter distinguendum est. Si sit venenum quod medicinis, coloribusve conficiẽdis, aut alijs necessarijs reipublicæ vsibus deseruire potest, non potest quibuscunq; vendi, sed ijs solis personis, de quibus ex officio, aut ex alijs circumstantijs constet illud velle ad eiusmodi vsus. Quod bene docet *Salon 2. 2. q. 77. art. 4. cont. 6. paulo ante solut. ad arg. in 3. corol. Molin. to. 2. de iust. disp. 340. ad fi.* Si autẽ sit venenũ, quod neq; alteri rei admixtũ potest vsibus humanis deseruire, eius venditio interdicta est *l. Quod sæpe. §. Veneni. ff. de cõtra empt. & l. Regia 17. tit. 5. p. 5.* Sed (vt bene ait *Mol. ibi.*) etsi id vẽdẽs peccet, nõ tenet preciũ restituere, si

res

res vendita iam non existat, vel existat absque alicuius damni periculo apud possidentem. Si enim damnum ti meretur, teneretur rescindere venditionem, & precio re statuto venenum recuperare.

18 2. Deducitur, an vera sit differentia, quam aliqui Authores statuunt inter indifferentium ministrationē volentibus illis contra iustitiam abuti, vt in damnum tertij: vel contra alias virtutes: vt in priori casu illicita sit, in posteriori autem licita. Ducuntur, quod suppeditans tenetur ininitum proximi damnum vitare etiam auferendo gladium volenti illo abuti ad occidendum proximum, nedum non suppeditando materiam. Hi sunt *Caiet. 2.2.q.10.ar.4.in fi. Bañes, Azor to.1. Salon. vbi tos nu.5.retuli. Manuel 2.to.Sum.c.76.num.13.15.16.& 17. Aragon 2.2.q.77.art.4.dub.1.in 1.modo, quo redditur illicita negociatio, verf. Et si quis quis contra hoc.* At existimo hos DD. tantum velle rationē cōem vendendi res proprias, quam nu.12.in fi. diximus esse sufficientē ad excusandam suppaditationem rerū omnino ex se indifferentium, quæ non sunt cōtra iustitiā, nō sat esse, quādo abusus est contra iustitiā. Quod verissimum est multo enim maiorem causam, ac damno proximi proportionatam diximus nu.11. desiderati. At causa hac proportionata concurrenti, licita erit talis ministratio abusuro contra iustitiam. Quia rōnes nu.11. adductæ id æque probant, siue abusus sit cōtra iustitiam siue contra alias virtutes, concurrenti causa vtriq; abusui proportionata. Itē, quia sicut quando causa iusta non vrget, tenetur hic lege iustitiæ abusum alterius contra iustitiam vitare: ita lege aliarum virtutum abusum contra eas. Sicut ergo causa proportionata excusat non vitantem hunc abusum, ita causa proportionata illi abusui excusabit non vitātem illum. Quia non magis concurrit suppeditans materiā, ab abusum contra iustitiam, quam ad abusum contra alias virtutes. Cum vtrobique tantum se habeat præbendo materiam de se indifferentem, qua alter ex sua malitia abutitur. Et ideo pro hac sent. sunt multi, qui iure optimo contra *Nauar. Sum.c.27.nu.63. & c. Ita quorundam. notab.1.num.10.& 11. de Iudeis, Toletum, in Sum. in expos. bulla Cænæ, excom.5. in fi. Vgolin. de censuris Papæ reseruatis p.2.c.3.§.2.ver. Ac omnes eorum fautores, ad fi. Suarez to.5. in 3 p. disp.21.sect.2.nu.60.61.& 62.* dicentes peccare mortaliter Christianos captiuos remigātes in triremibus Turcarum Christianos inuadētium, quamuis in excōicationē nō incidāt excusant hos a culpa. Quod licet hoc præcipiatur, & ordinetur a Turcis in malū finem contra iustitiā; at remigare non est in se malū, sed indifferens, & licet a captiuis accommodatē fiat ad finē infidelium, non tamen fit ab eis propter eum finem, sed ad proprium notabile dānum vitādum, qui bonus finis est. Hi sunt *Corduba Summa, q.137. dub.2. Nauar. lib.3. de restit.c.4.dub.4. in fine, in noua editione nu.51. Molina to mo 1. de iustit. disp.115. concl.1. Azor to.2. lib.2. instit. moral.c.17.q.6. Leonardus lib. de iustit.c.9.dub.18.num.121. 123.& c.13.dub.3.nu.30. Emmanuel Sā in Summa, verb. Peccatum, nu.9. Ludouic. Lop.1.p.instruct.c.60.in fin. Manuel in bulla Cruc.§ 9.num.85.* Et eadem ratione optimē *Corduba, Molina, Emmanuel Sá, Azor ibi,* excusant hos captiuos porrigentes Turcis arma ab eis petita ad Christianos interficiendos. Et *Molina, & Azor* bene eadem ratione excusant hos asportantes sarcinas, & necessaria ad bellū, admouentes scalas, & machinas ad muros. Et *Molina, & Leonardus eo.dub.3.nu.29.* bene quoque excusant hos, qui Turcas humeris sustentant, atque iuuāt ad castra munienda, ædificanda propugnacula, aliaq; eiusdem generis militari muneri necessaria perficiēda. Nisi (vt bene ait *Molina ibi, conclus.4. & Suarez eod.num.62. Leonardus eod.nu.123.*) ex eo quod captiui eo modo nō cooperarētur, maximum reipublicæ dānum euitari posset, quod iure optimo eorum vitæ anteponendum esset. Et eadem ratione bene excusat *Corduba ibid.* naniculatum in cymba trāsuehentem quosdam duellum inituros, aut alium interfecturos, si graue damnum non transuehendo subiturus sit. Intellige proportionatum alteri dāno, & peccato duelli. Et eadem ratione benē *Emmanuel Sá ibidem*, admittit fas esse admouere scalam furari volenti, dare ensem paranti alterum occidere, vel ostendere vbi occidendus sit, quando iusta causa vrget: intellige, his damnis proportionata. Pro eadē parte sunt Doctores, quos numero sequenti referam, asserentes licitū esse reddere furioso gladium depositum, quo se, vel aliū perimere vult, quando absque graui detrimento vitari nequit.

19 Id tamen discrimen est, quādo abusus est cōtra alias virtutes, & quando est contra iustitiam. Quod in priori casu peccet non vitans eam occasionem abusus, cessando ab indifferentium ministratione, nisi causa iusta illi abusui proportionata excusetur, at non tenetur ad restitutionem. Sola enim iustitiæ violatio hanc obligationē inducit. At in posteriori, & peccat, & restituere tenetur damnum ab altero illatum eo non restituente. Quia cōcurrit ad damnum, non solum tanquam non impediēs illud, sed tanquam ministrans materiam proximam: & cum causa iusta excusans desit, cooperatur indirectē in iustitiæ alterius, (vt benē tradit *Valentia 2.2. disp.5.quæstione 21. punct.4. colum.penult.* verfic. *Vnde ad argumentum.*) Et proinde contra iustitiam peccat. Atque ideo hunc teneri damnum restituere, docent *Aragon 2.2.q. 77. artic.4. dubio 1. in 1. modo, quo redditur illicita negociatio, versic. Et si quis contra hoc & ibi Bañes dub.1.* Immo reddentes gladium proprio domino volenti ad nnecendum alteri, quando absque proprio graui damno vitari potest, merito ad damnum restituendum obligant *Sotus lib.4. de iust.q.7.art.1.ad 1. Ledesma 2.p.4.quæst.18. art.5.col.8.versic. Sed hæsitare quis poterit. Aragon.2.2.q. 62.art.5.fol.147.& ibi Salon controuersia 2. Bañes ibi, dubio 2. Carbon. de restitut.q.75. conclus.4. Manuel 1. tomo Summæ in 2. editione, c.153. ad finem.*

20 3. Deducitur, quid dicendum sit in ea quæstione, an liceat domū meretrici, vel vsurario locare? *Nauar Summa Lat.c.17.nu.195. Hisp.c.28. addit. ad eundem num.* Satis scrupulose loquutus est: vix enim id licere concedit, dummodo sit in eo loco, in quo respublica meretrices permittit. Et de vsurario videtur censere id non esse licitū: quia *c.1. de vsuris, in 6.* interdicens vsurario alienigenæ locari domum, & sic a contrario sensu indicans licere locari vsurario indigenæ, aut posse intelligi in foro externo. Quod etiam sequitur *Lud. Lop.1 p.instruct.c.201. pag.485.* quia id peccatum in tertiū damnum vergit. Sed vltra alios optimē *Valentia 2.2.disp.5.q.20.punct.5.col.3. verf. Ex hoc autem,* & melius *q.21. punct.4. col.pen. & Azor 2.to.instit. moral.li.12.c.vlt.q.3.* censent etiā nulla causa iusta excusante licere locare domū meretrici, vel vsurario publico, modo nō sit alienigena, propter prohibitionem d.c.1. Quod multum inter materiam, & locum interfit, illa enim intrinsecē pertinet ad peccatū, & proximē se habet ad illud: ac proinde maximē sumitur ex illa peccati occasio: & ideo causa excusanti opus est, vt illa quamuis indifferēs ex se sit, licitē ministretur. Hic autem se omnino extrinsecē ad peccatum habet, nec ex eo propriē occasionem peccandi homines sumunt, est peccando loco abutantur. Sicut & aere, cibis, & alijs ad vitam necessarijs abutūtur. Quæ tamen illis dare absq; causa excusanti licet. Adde domum non ei vsui potissimum deseruire, sicut nec cibos, nec alia ad vitā necessaria. Hanc tamen sententiam bene limitant *Valentia in hoc posteriori loco, & Salon 2.2.q.77.art.4. controu.6.post 4. concl. corellario 3.* nisi accideret, vt ob loci circūstantiā aliquis peccatum admitteret, quod eo sibi nō concesso loco minimē perpetraret. Tūc enim si absque suo detrimento posset, teneretur hic non locare domum. Quod idē ego credo, quādo in ea domo ratione situs, aut alia, esset specialis ad ea peccata cōmittenda aptitudo. Quippe tunc videretur locans adiuuare, & ideo causa aliqua excusāti indiget. Similiter etiam bene limitat *Salon ead. controuersia 6. paulo ante solutionē ad argumenta,* nisi vici-

tua meretricis domum conducentis plurimum feminis honestis vicinis noceret. Tūc enim ob id damnum necessaria est causa iusta locantem excusans. Quam tamen esse censeo, si nequit commodè alij locare.

11 Quarto deducitur, fas esse apud paganos Christiana captiuis caudam dominæ templum idoli ingredientis gestantibus, genuflectere cum domina genuflectenti, vel eam humeris sustentare, vt genuflectat, non quidē vt ij captiui idolum adorent, aut se adorare simulent: est enim vtrumque intrinsecè malum, ac proinde nulla ratione permissum: sed ut obsequium ex se indifferens dominæ exhibeant, necessitate seruitij debiti constricti. Idque colligitur ex 4. *Regum capitul.* 5. vbi Naaman petenti ab Eliseo, vt impetraret a Deo licere sibi id obsequium præstare, concessit Elisæus, non tanquam in lege diuina dispensans sed tanquam declarans id nō esse interdictum. Et ita sustinent *Lyra in eundem locum, vbi & Burgensis additione* 1. *Abulensis quæstione* 25. *Azor tomo* 1. *institutionum moralium, libro octauo, cap.* 27. *quæstione* 7. Atque idem obsequium posse famulos præstare hero infideli apud infideles habitantes, quando commodè id excusare nequeunt, probat exemplum Naaman, qui non seruus, sed princeps militiæ Regis Syriæ erat. Quamuis alij aliter intelligant eundem locum, vt Naaman petierit licentiam simulandi se adorare: & Elisæus non concesserit, sed permiserit. Vt dicam l. seq. ca. 4. numero 13. & 14.

12 Quinto deducitur, posse famulos sternere equum, herum comitari & exspectare, (quando non custodię causa, de quo numero sequenti dicemus,) quamuis norint ipsum ad fornicandū abire. Quia ministeria hæc ex se sunt indifferentia, nec exhibentur a famulis, ut prauæ intentioni domini conniueant, sed vrgente necessitate obsequendi hero rem indifferentē præcipienti. Sic *Angles Floribus* 1. *parte quæstione* 7. *de ieiunio, difficultate* 5. Et loquentes de comitatu tenent *Nauarr. lib.* 5. *consi.* 11. *de pœnitent. & remiss. in* 1. *editione, cons.* 6. *in fine, in* 2. *cōsi.* 5. *in fine. Manuel* 1. *to. Summa in* 2. *editione capitulo* 205. *numero* 2. Atque ideo id ijs qui famuli non sunt, minime liceret, nisi alia causa iusta excusans adesset. Cum necessitate obsequij debiti minime constringantur. Immo communem obsequij rationem famulos non excusare censeo, quando herus ille peccatum vitaret famulo non sternente equum, aut non comitanti. Tūc enim amplior causa desideraretur, qualis esset non posse cōmodè id obsequium domino denegari, & fore molestū ac noxium famulo ob id herum deserere, aliumque quærere, eo vel maximè, quod raro herum inueniet, qui similia, aut peiora ministeria non petat. Quia dum *Nauarr. eodem libro* 5. *consil. titul. de pœnitent. in* 1. *editione, consil.* 4. *numero quarto*, ait famulos mortaliter peccare comitantes herum ad fornicandum euntem, quando ipsis non comitantibus herus minimè adiret, intelligēdus est, quando commodè, & absque proprio alicuius momenti detrimento possunt id obsequium denegare. Quādo verò id iuberet herus, vt ad duellum iret, aliudve damnum iniustum inferret, si famulo non comitāti, aut nō sternenti equum, id damnum vitaretur, nequit famulus id ministerium exhibere, nisi damnum quod ipse patietur, tale sit, vt iuxta charitatis ordinem præponēdum sit damno quod proximus patietur. Si vero non vitaretur, adhuc causam iustam desiderari credo, minorem tamen. Quia is comitatus semper animosiorem reddit aggredientem, vel acceptantem duellum. At si in hoc casu solum iuberet herus sterni equū, vt solus abiret, cum cōstet nō animosiorem reddi herum, & ex alia parte certum sit (vt suppono,) nō vitandum damnum si hic equum non sternat, credo causam iustam esse rationem communem obsequij præstandi. Quod huiusmodi ministerium valde remotè, & per accidens, ac extrinsecè se habeat ad damnum inferēdum, nec alias vitandum esset.

13 Maior autem difficultas est, quando custodiæ causa famuli herum comitarentur, aut eum peccantem expectarent. (Quod vulgo *guardarle el cuerpo o hazerle espaldas* dicitur.) Qua in re sic distinguendum censeo. Si eum comitentur, vt riuales illius mulieris, (vulgo *otros competidores*.) famuli inuadant cum eis pugnaturi, nulla ratione licet. Quod sit intrinsecè malum. Si autem vt a riualibus aggredientibus herum tueantur, vel vt admoneant herum adueniente aliquo, qui ipsum offendere possit, vt sic incolumis euadat, adhuc rarissimè erit licitum, & vrgentissima necessitate concurrenti. Quia etsi ex se hæ actiones indifferentes sint, vt potè quæ bono, & malo vsui possunt deseruire, & ideo posse aliquando licitas esse affirmo. At cum ita proximè accedant peccato heri, vt sint quasi positiua, & directa cooperatio, maxima causa excusanti indigent. Quia famuli hi manifesto se non solius defensionis, sed pugnæ ineundæ periculo exponunt. Atque herus ea securitate animosior ad peccandum redditur, ac maiori libidine peccat, faciliusque ac citius redibit ad peccatum, quam si deliciæ temperarentur metu, & cogitatione imminentis periculi. Si autem comitentur herum ad duellum euntem, vt eum iuuent, in nullo euentu licet. Quia pugnare est intrinsecè malum. Si autem non ad ipsum iuuandum, sed ad ipsum, si fortè oppressus sit, defendendum, ne interficiatur, non licet absque maxima causa, & nisi tale sit famuli damnum, vt non teneretur id subire ad vitandum periculum mortis ex duello alteri consurgens. Quia sic comitantes eo ipso animosiorem illum reddunt. Quippe impossibile est non addi animum, vt se conijciat in pericula ad interficiendum inimicum, qui sibi præsto esse auxiliatores nouit. At si duellum adiens nesciat, an ipsum aliqui comitentur, cum tunc non animosior reddatur, liceret cuicūque adire animo oppressum defendendi, ne interficeretur. Quia defendere oppressum, non reddendo animosiorem, quia pugnans ignorat auxiliatem sibi pręsto esse, nulla ratione malum est, immo opus virtutis, nec ad iniustam actionem aliquo modo confert.

14 Sexto deducitur, licere famulis cibos condire, ad mensamque ministrare, lectum sternere concubinæ heri. Quod benè docent *Petrus de Ledesma* 2. *tomo Summæ tractatu* 27. *capitulo* 9. *in fine. Emmanuel Sà Summa verbo Peccatum, numero nono*. Et similiter fas esse ornare heram meretricem tradunt bene *Nauarra Summa Latinæ nouæ, capitulo* 20. *numero* 16. *Emmanuel Sà, eodem numero* 9. *Manuel* 2. *tomo Summa, capitulo* 76. *numero* 14. *Azor* 2. *tomo institutionum moralium, libro* 12. *capitulo vltimo quæstione* 8. Quia hæc omnia sunt ex se indifferentia, & valdè remotè se habent ad peccatum. Et ideo sola obsequij hero præstandi necessitas has actiones excusat. At in non famulis aliqua iusta causa desideraretur. Vt in simili casu diximus, numero 22. Quia omnes hæ actiones deseruiunt prauę intentioni abutentis.

15 Septimo deducitur, quid dicendum sit de adductione concubinæ in heri domum, aliumve locum, in quo peccaturus est. Id tanquam intrinsecè malum damnat *Angles Floribus* 1. *p. q.* 7. *de ieiunia difficult.* 5. At id excusat *Azor eod. cap. vlt. q.* 8. Sed dicendum est id tripliciter posse contingere. Primo modo nullum internuncium heri deferente famulo, sed tantum concubinam comitanti, quia iam de aduentu inter eos ipsos cōuentum erat. Et in hoc casu cum sit merus comitatus, & nil referat, vtrum illorum comitetur, idem dicendum est quod diximus numero vigesimosecundo, de comitantibus ipsum. Secundo modo contingit, non tantum comitando, sed actiuè deferendo, vt in sella quadam. Et hoc proximè accedit ad peccatum, & ideo non sufficeret communis ratio famulatus, sed damnum notabile famuli eum herum deferendo exigitur. At in hoc casu id liceret. Sicut ex causa iusta liceret aurigæ deferre meretricem ab vno loco in alium, quamuis illuc petere norit ad inuisendum amasium, & lucrum meretricium

tricium parandum. Vt bene docent *Nauar. lib. 3. de resti tut. cap. 4. dub. 4. in fine, in noua editione, nu. 51. Manuel in bulla Cruc. § 9. nu. 85.* Qui quamuis non explicent concurrentem causa iusta, sic intelligendi sunt, vt verũ dicant vt numero 11 & 13. probauimus. Tertio modo contingit deferendo internuntia. De quo dicemus numero sequenti.

26 Octauo deducitur, quid dicendum sit de famulis deferentibus scripta, vel internuntia, ad heri cõcubinam. Quidam hoc tãquam intrinsece malum dãnant. Quod hi sint causę morales & instrumenta fornicationis proxima. Quod cõmunis existimatio testatur hos lenones, (vulgo *alcahuetes,*) appellans. Sic loquens de scripturis tenet *Ledesma 1. p. 4. q. 17. art. 3. col. penult. vers. Praeterea dubitatur an serui.* Et loquens de internuntijs ad concubinatum conducentibus, puta, condicendo qua die, vel qua hora, vel in quem locum concubinarij conueniẽt, tenet *Nauarra lib. 4. consil. tit. de pœnit. in 2. editione. consilio 4. numero 3 & 4.* Et loquentes de internuntijs, vel scriptis tenent *Petrus de Ledesma 2. tom. summae, tracta u 27. cap. 9. ad finem. Manuel sibi contrarius addit. ad bullã, § 9. num. 135.* asserens a multis se reprehensum, eo quod in Summa contrarium senserit, & nititur defendere se non contrarium sensisse. Et fauere videtur *D. Anton. 2. p. tit. 4. cap. 1. § 8. in fi.* vbi ait mediatores in turpibus, qui internuntia, vel scripta etiam honesta deferunt, ordinata tamen ad ineundam prauam amicitiã, peccare mortaliter, tanquam cooperando consentientes. Sed apertè loquitur de intentione praua id praestantibus. Alij vero excusant a peccato famulos, qui ratione famulatus hęc internuntia, aut scripta deferunt, in quibus herus petit a concubina, vt ea nocte ad se veniat, etsi norint velle, vt veniat ad fornicandum. Quod haec rem indifferentem contineant: cum non ad fornicationem, sed ad aduentum inducant: & ex sola praua heri intentione ad malum ordinantur. Sic *Nauarra lib. 5. consilio titulo de pœnitent. in 1. editione, consilio 6. in fine, in 2. consilio 4. in fine. Manuel 1. tomo Summa in 2. editione, capitul. 201. numero 3. Azor d. capitulo vltimo quaestione 8.* Et loquens de famulis amatorias epistolas ad concubinam deferẽtibus eos a culpa excusat *Emmanuel Sa Summa, verbo, Peccatum, numero 9.* Et quidem si famulo constet ea scripta nil turpe, nec amatorium, (vulgo *palabras de requebro, o deshonestas*) continere, veriorem existimo hanc secundam sententiam, non vt Doctores eius patroni eam docent: sed cum hac limitatione, vt vrgens concurrat necessitas. Cum enim haec, nempe scripto, vel internuntio condicere cum concubina, vt tali hora veniat, vel in talem locum, aut exspectet herum, quamuis ex se indifferentia sint, valde peccato accedant, adque quasi directè cooperari videantur, non excusabit communis ratio famulatus, sed notabile detrimentum famuli. Vt in simili dixi numero praecedenti. Si nil ad concubinatum conducens contineant scripta, vel internuntia, sed sola verba vrbanitatis, vt Certiorẽ me fac de tua salute, & an aliqua re indigeas, & id constet famulo, adhuc causa iusta exigitur. Quia ordinantur a domino ad turpem amorem, & adeo famulus si commodè potest, tenetur eam turpis amoris fouendi occasionem vitare. Quia tamen ex se sunt valde indifferentia, & remotè se habent ad peccatum, credo sufficere ad excusandum, communem famulatus rationem. Sicut de munusculis dicemus numero vigesimonono. Si cõtineant verba, aut signa turpia, aut amatoria, credo cum prima sententia id nulla ratione licere. Quod huiusmodi verba sint intrinsecè mala, nisi inter coniugatos, aut sponsos de futuro. Quod si famulo non constet quid scripta contineant, non licebit deferre, quando de turpi amore est certus, aut personae sunt valde suspectae. Quia communiter scripta hęc continent plurima turpia & amatoria: & ita ex communiter accidentibus potest id praesumere. Secus quando non est ratio amoris turpis suspicandi, quod personae suspectae non sint. Haec autem omnia, vt ijs qui famuli non sunt liceant, grauiores adhuc causae desiderantur. Et quae diximus de scripta haec deferentibus, dicenda quoque sunt de famulis iussu domini ea scribentibus. Quia idem cooperandi modus in vtroque ministerio inuenitur, quare in eisdem casibus est licitus, aut illicitus. Quare tunc hi famuli censentur, & verè sunt lenones, quando prauam heri intentionem iuuantes haec ministeria exhibent, vt communiter euenit. Secus quando bona intentione, ac proprij damni notabilis vitandi necessitate coacti.

27 Atque idem dicendum est de famulis, quos herus mittit feminam insecuturos, vt videant vbi habitet, vel id inquirant, posteaque illum certiorem faciant. Haec enim actiones ad bonum & malum sunt ex se indifferentes, ac ex sola praua heri intentione ad malum ordinantur. Quia tamen proxime peccato accedunt; nõ sufficit communis ratio famulatus, sed vrgentior causa desideratur, (vt in simili dixi numero praecedenti.) Et adhuc vrgentior in non famulis: & si femina quam insequuntur, est honesta, adhuc maior causa necessaria est. Id autem in casu grauis damni vitandi licere cõstat ex dictis num. 18. in fine, vbi ad vitandum graue damnum alicuius, diximus ei licere ostendere, vbi sit inimicus interficiendus. At nulla ratione excusari possunt, qui iussu heri quaerũt illi feminam, cum qua peccet, vel ab ipsa hoc petunt, illam ve inducũt, vt heri domum adeat. Id enim est intrinsecè malum, & peccato heri cooperari, ac periculo peccãdi feminam exponere, & vt exponatur, eam inducere.

28 Sed vrgentius dubium est, quando scripta sunt ad duellum prouocantia, vel internuntia, (vulgo *villetes, o recaudos de desafios,*) an liceat famulis ea deferre, aut scribere? Et quidem si contineant verba ad ipsum duellum proxime spectantia, vt Conueniamus cras in talem locum pugnaturi, est intrinsecè malũ ea scribere, aut deferre. Cum ea verba sint ex se mala, & nulli bono vsui deseruientia. Si autem contineant verba indifferẽtia, vt Conueniamus cras in talem locum, vel in tali loco te exspecto, iudicandum est sicut de rebus indifferẽtibus, quibus alter abuti vult contra iustitiam, & cum hic de vitae periculo agatur, debet esse damnum famuli, quod sibi non deferendo, aut non scribendo imminet, notabile, & tale, vt id non teneatur pati ob id periculum vitandum. Iuxta ea quae numero duodecimo, & decimooctauo diximus. In dubio autem credendum est in his scriptis verba posterioris generis contineri. Quia communiter sic euenit.

19. Nono deducitur, licere famulis iussu heri portare aliqua munuscula, aut esculenta ad concubinam. Cum haec sint indifferentia: & licet causa desideretur propter intentionem heri eis ad turpem amorem fouẽdum abutentis, cum tamen non proxime, sed remotè se ad peccatum habebãt, existimo communem famulatus rationem sufficere ad haec excusanda. At in non famulis alia iusta causa necessaria erit.

20 Decimo deducitur, non peccare famulos aperientes iussu heri ianuam domus concubinae, nec docentes vbi herus sit. Et de ianuae apertione docent *Manuel 1. tomo Summae in 2. editione. cap. 205. numero 3. Azor 2. tomo institut. moralium, libro 12. cap. vltimo, quaestione 8.* Et similiter licere, si herus ascendere velit per fenestram, ad rem habendum cum femina, pedem sustinere, vt ascendere possit, aut scalam admouere, eamque tenere, aut humeris sustinere: dummodo tamen vitatio alicuius magni damni in famulo concurrat. Cum enim omnia haec ministeria peccato valde connexa sint, ea non excusat communis ratio famulatus. Vt in simili diximus, numero vigesimosexto, vigesimoseptimo, & uigesimooctauo. Et grauior adhuc causa requiritur, iuxta dicta numero duodecimo, quãdo herus vult per fenestram, aut tecta ingredi, aut scalis admotis indiget. Quia do-

illa meretricis domum conducentis plurimum feminis honestis vicinis noceret. Tūc enim ob id damnum necessaria est causa iusta locantem excusans. Quam tamen esse censeo, si nequit commodè alij locare.

11 Quarto deducitur, fas esse apud paganos Christianis captiuis caudam dominæ templum idoli ingredientis gestantibus, genuflectere cum domina genuflectenti, vel eam humeris sustentare, vt genuflectat, non quidē vt ij captiui idolum adorent, aut se adorare simulent: est enim vtrumque intrinsecè malum, ac proinde nulla ratione permissum: sed ut obsequium ex se indifferens dominæ exhibeant, necessitate seruinj debiti constricti. Idque colligitur ex 4. *Regum capitul. 5.* vbi Naaman petenti ab Elisæo, vt impetraret a Deo licere sibi id obsequium præstare, concessit Elisæus, non tanquam in lege diuina dispensans sed tanquam declarans id nō esse interdictum. Et ita sustinent *Lyra in eundem locum, vbi & Burgensis additione 1. Abulensis quæstione 25. Azor tomo 1. institutionum moralium, libro octauo, cap. 27. quæstione 7.* Atque idem obsequium posse famulos præstare hero infideli apud infideles habitantes, quando commodè id excusare nequeunt, probat exemplum Naaman, qui non seruus, sed princeps militiæ Regis Syriæ erat. Quamuis alij aliter intelligant eundem locum, vt Naaman petierit licentiam simulandi se adorare: & Elisæus non concesserit, sed permiserit. Vt dicam l. seq. ca. 4. numero 13. & 14.

12 Quinto deducitur, posse famulos sternere equum, herum comitari & exspectare, (quando non custodiæ causa, de quo numero sequenti dicemus,) quamuis norint ipsum ad fornicandū abire. Quia ministeria hæc ex se sunt indifferentia, nec exhibentur a famulis, ut prauæ intentioni domini conniueant, sed vrgente necessitate obsequendi hero rem indifferentē præcipienti. Sic *Angles Floribus 1. parte quæstione 7. de ieiunio, difficultate 5.* Et loquentes de comitatu tenent *Nauarr. lib. 5. consil. 11. de pœnitent. & remiss. in 1. editione, cap. 6. in fine, in 2. cōsi. 5. in fine. Manuel 1. to. Summæ in 2. editione capitulo 205. numero 2.* Atque ideo id ijs qui famuli non sunt, minime liceret, nisi alia causa iusta excusans adesset. Cum necessitate obsequij debiti minime constringantur. Immo communem obsequij rationem famulos non excusare censeo, quando herus ille peccatum vitaret famulo non sternente equum, aut non comitanti. Tūc enim amplior causa desideraretur, qualis esset non posse cōmodè id obsequium domino denegari, & fore molestū ac noxium famulo ob id herum deserere, aliudque quærere, eo vel maximè, quod raro herum inueniet, qui similia, aut peiora ministeria non petat. Quia dum *Nauarr. eodem libro 5. consil. titul. de pœnitent. in 1. editione, consil. 4. numero quarto*, ait famulos mortaliter peccare comitantes herum ad fornicandum euntem, quando ipsis non comitantibus herus minimè adiret, intelligēdus est, quando commodè, & absque proprio alicuius momenti detrimento possunt id obsequium denegare. Quādo verò id iuberet herus, vt ad duellum iret, aliudve damnum iniustum inferret, si famulo non comitāti, aut nō sternenti equum, id damnum vitaretur, nequit famulus id ministerium exhibere, nisi damnum quod ipse patietur, tale sit, vt iuxta charitatis ordinem præponēdum sit damno quod proximus patienit. Si vero non vitaretur, adhuc causam iustam desiderari credo, minorem tamen. Quia is comitatus semper animosiorem reddit aggredientem, vel acceptantem duellum. At si in hoc casu solum iuberet herus sterni equū, vt solus abiret, cum cōstet nō animosiorem reddi herum, & ex alia parte certum sit (vt suppono,) nō vitandum damnum si hic equum non sternat, credo causam iustam esse rationem communem obsequij præstandi. Quod huiusmodi ministerium valde remotè, & per accidens, ac extrinsecè se habeat ad damnum inferēdum, nec alias vitandum esset.

13 Maior autem difficultas est, quando custodiæ causa famuli herum comitarentur, aut eum peccantem exspectarent. (Quod vulgo *guardarle el cuerpo o las espaldas* dicitur.) Qua in re sic distinguendum censeo. Si eum comitentur, vt riuales illius mulieris, (vulgo *otros competidores*,) famuli inuadant cum eis pugnaturi, nulla ratione licet. Quod sit intrinsecè malum. Si autem vt a riualibus aggredientibus herum tueantur, vel vt admoneant herum aduenientē aliquo, qui ipsum offendere possit, vt sic incolumis euadat, adhuc rarissimè erit licitum, & vrgentissima necessitate concurrenti. Quia etsi ex se hæ actiones indifferentes sint, vt potè quæ bono, & malo vsui possunt deseruire, & ideo posse aliquando licitas esse affirmo. At cum ita proximè accedant peccato heri, vt sint quasi positiua, & directa cooperatio, maxima causa excusanti indigent. Quia famuli hi manifesto se non solius defensionis, sed pugnæ ineundæ periculo exponunt. Atque herus ea securitate animosior ad peccandum redditur, ac maiori libidine peccat, faciliusque ac citius redibit ad peccatum, quam si delitiæ temperarentur metu, & cogitatione imminentis periculi. Si autem comitentur herum ad duellum euntem, vt eum iuuent, in nullo euentu licet. Quia pugnare est intrinsecè malum. Si autem non ad ipsum iuuandum, sed ad ipsum, si fortè oppressus sit, defendendum, ne interficiatur, non licet absque maxima causa, & nisi tale sit famuli damnum, vt non teneretur id subire ad vitandum periculum mortis ex duello alteri consurgens. Quia sic comitantes eo ipso animosiorem illum reddunt. Quippe impossibile est non addi animum, vt se conijciat in pericula ad interficiendum inimicum, qui sibi præsto esse auxiliatores nouit. At si duellum adiens nesciat, an ipsum aliqui comitentur, cum tunc non animosior reddatur, liceret cuicū que adire animo oppressum defendendi, ne interficeretur. Quia defendere oppressum, non reddendo animosiorem, quia pugnans ignorat auxiliatem sibi presto esse, nulla ratione malum est, immo opus virtutis, nec ad iniuriam actionem aliquo modo confert.

14 Sexto deducitur, licere famulis cibos condire, ad mensamque ministrare, lectum sternere concubinæ heri. Quod benè docent *Petrus de Ledesma 2. tomo Summæ tractatu 27. capitulo 9. in fine. Emmanuel Sà Summa verbo Peccatum, numero nono.* Et similiter fas esse ornare heram meretricem tradunt bene *Nauarra Summa Latina noua, capitulo 20. numero 16. Emmanuel Sà, eodem numero 9. Manuel 2. tomo Summæ, capitulo 76. numero 14. Azor 2. tomo institutionum moralium, libro 12. capitulo vltimo quæstione 8.* Quia hæc omnia sunt ex se indifferentia, & valdè remotè se habent ad peccatum. Et ideo sola obsequij hero præstandi necessitas has actiones excusat. At in non famulis aliqua iusta causa desideratur. Vt in simili casu diximus, numero 12. Quia omnes hæ actiones deseruiunt prauę intentioni abutentis.

15 Septimo deducitur, quid dicendum sit de adductione concubinæ in heri domum, aliumve locum, in quo peccaturus est. Id tanquam intrinsecè malum damnat *Angles Floribus 1. p. q. 7. de ieiunio difficult. 5.* At id excusat *Azor eod. cap. vlt. q. 8.* Sed dicendum est id tripliciter posse contingere. Primo modo nullum internuncium heri deferente famulo, sed tantum concubinam comitanti, quia iam de aduentu inter eos ipsos cōuentum erat. Et in hoc casu cum sit merus comitatus, & nil referat, vtrum illorum comitetur, idem dicendum est quod diximus numero vigesimosecundo, de comitantibus ipsum. Secundo modo contingit, non tantum comitando sed actiuè deferendo, vt in sella quadam. Et hoc proximè accedit ad peccatum, & ideo non sufficeret communis ratio famulatus, sed damnum notabile famuli eum herum deserendo exigitur. At in hoc casu id liceret. Sicut ex causa iusta liceret aurigæ deferre meretricem ab vno loco in alium, quamuis illuc petere norit ad inuisendum amasium, & lucrum meretricium

tricium patandum. Vt bene docent *Nauar. lib. 3. de resti tut. cap 4. dub. 4. in fine, in noua editione, nu. 51. Manuel in bulla Cruc. §. 9. nu. 85.* Qui quamuis non explicent concurrenti causa iusta, sic intelligendi sunt, vt verũ dicant vt numero 11 & 13. probauimus. Tertio modo contingit deferendo internuntia. De quo dicemus numero sequenti.

26 Octauo deducitur, quid dicendum sit de famulis deferentibus scripta, vel internuntia, ad heri cõcubinam. Quidam hoc tãquam intrinsece malum dãnant. Quod hi sint causę motales & instrumenta fornicationis proxima. Quod cõmunis existimatio testatur hos lenones, (vulgo *alcahuetes,*) appellans. Sic loquens de scriptutis tenet *Ledesma 1. p. 4. q. 17. art. 3. col. penult. vers. Praeterea dubitatur an serui.* Et loquens de internuntijs ad concubinatum conducentibus, puta, condicendo qua die, vel qua hora, vel in quem locum concubinarij conueniẽt, tenet *Nauarra lib. 4. consil. tit. de pœnit. in 2. editione. consilio 4. numero 3. & 4.* Et loquentes de internuntijs, vel scriptis tenent *Petrus de Ledesma 2. tom. summae, tracta u 27. cap. 9. ad finem. Manuel sibi contrarius addit. ad bullã, §. 9. num. 135.* asserens a multis se reprehensum, eo quod in Summa contrarium senserit, & nititur defendere se non contrarium sensisse. Et fauere videtur *D. Anton. 2. p. tit. 4. cap. 1. §. 8. in fi.* vbi ait mediatores in turpibus, qui internuntia, vel scripta etiam honesta deferunt, ordinata tamen ad ineundam prauam amicitiã, peccare mortaliter, tanquam cooperando consentientes. Sed apertè loquitur de intentione praua id praestantibus. Alij vero excusant a peccato famulos, qui ratione famulatus hęc internuntia, aut scripta deferunt, in quibus herus petit a concubina, vt ea nocte ad se veniat, etsi norint velle, vt veniat ad fornicandum. Quod hæc rem indifferentem contineant: cum non ad fornicationem, sed ad aduentum inducant: & ex sola praua heri intentione ad malum ordinantur. Sic *Nauarra lib. 5. consilio titulo de pœnitent. in 1. editione, consilio 6. in fine, in 2. consilio 4. in fine. Manuel 1. tomo Summa in 2. editione, capitul. 205. numero 3. Azor d. capitulo vltimo quaestione 8.* Et loquens de famulis amatorias epistolas ad concubinam deferẽtibus eos a culpa excusat *Emmanuel Sà Summa, verbo, Peccatum, numero 9.* Et quidem si famulo constet ea scripta nil turpe, nec amatorium, (vulgo *palabras de requiebro, o deshonestas*) continere, veriorem existimo hanc secundam sententiam; non vt Doctores eius patroni eam docent: sed cum hac limitatione, vt vrgens concurrat necessitas. Cum enim hæc, nempe scripto, vel internuntio condicere cum concubina, vt tali hora veniat, vel in talem locum, aut exspectet herum, quamuis ex se indifferentia sint, valde peccato accedant, ad idque quasi directè cooperari videantur, non excusabit communis ratio famulatus, sed notabile detrimentum famuli. Vt in simili dixi numero praecedenti. Si nil ad concubinatum conducens contineant scripta, vel internuntia, sed sola verba vrbanitatis, vt Certiorẽ me fac de tua salute, & an aliqua re indigeas, & id constet famulo, adhuc causa iusta exigitur. Quia ordinantur a domino ad turpem amorem, & ideo famulus si commodè potest, tenetur eam turpis amoris fouendi occasionem vitare. Quia tamen ex se sunt valde indifferentia, & remotè se habent ad peccatum, credo sufficere ad excusandum, communem famulatus rationem. Sicut de munusculis dicemus numero vigesimonono. Si cõtineant verba, aut signa turpia, aut amatoria, credo cum prima sententia id nulla ratione licere. Quod huiusmodi verba sint intrinsecè mala, nisi inter coniugatos, aut sponsos de futuro. Quod si famulo non constet quid scripta contineant, non licebit deferre, quando de turpi amore est certus, aut personae sunt valde suspectae. Quia communiter scripta hęc continent plurima turpia & amatoria: & ita ex communiter accidentibus potest id praesumere. Secus quando non est ratio amoris turpis suspicandi, quod personae suspectae non sint. Hæc autem omnia, vt ijs qui famuli non sunt liceant, grauiores adhuc causae desiderantur. Et quae diximus de scripta hæc deferentibus, dicenda quoque sunt de famulis iussu domini ea scribentibus. Quia idem cooperandi modus in vtroque ministerio inuenitur, quare in eisdem casibus est licitus, aut illicitus, Quare tunc hi famuli censentur, & verè sunt lenones, quando prauam heri intentionem iuuantes hæc ministeria exhibent, vt communiter euenit. Secus quando bona intentione, ac proprij damni notabilis vitandi necessitate coacti.

27 Atque idem dicendum est de famulis, quos herus mittit feminam insecuturos, vt videant vbi habitet, vel id inquirant, posteaque illum certiorem faciant. Hæc enim actiones ad bonum & malum sunt ex se indifferentes, ac ex sola praua heri intentione ad malum ordinantur. Quia tamen proxime peccato accedunt; nõ sufficit communis ratio famulatus, sed vrgentior causa desideratur, (vt in simili dixi numero praecedenti.) Et adhuc vrgentior in non famulis: & si femina quam insequuntur, est honesta, adhuc maior causa necessaria est. Id autem in casu grauis damni vitandi licere cõstat ex dictis num. 18. in fine, vbi ad vitandum graue damnum alicuius, diximus ei licere ostendere, vbi sit inimicus interficiendus. At nulla ratione excusari possunt, qui iussu heri quaerãt illi feminam, cum qua peccet, vel ab ipsa hoc petunt, illam ve inducũt, vt heri domum adeat, Id enim est intrinsecè malum, & peccato heri cooperari, ac periculo peccãdi feminam exponere, & vt exponatur, eam inducere.

28 Sed vrgentius dubium est, quando scripta sunt ad duellum prouocantia, vel internuntia, (vulgo *villetes, o recaudos de desafios,*) an liceat famulis ea deferre, aut scribere? Et quidem si contineant verba ad ipsum duellum proxime spectantia, vt Conueniamus cras in talem locum pugnaturi, est intrinsecè malũ ea scribere, aut deferre. Cum ea verba sint ex se mala, & nulli bono vsui deseruientia. Si autem contineant verba indifferẽtia, vt Conueniamus cras in talem locum, vel in tali loco te exspecto, iudicandum est sicut de rebus indifferẽtibus, quibus alter abuti vult contra iustitiam, & cum hic de vitae periculo agatur, debet esse damnum famuli, quod sibi non deferendo, aut non scribendo imminet, notabile, & tale, vt id non teneatur pati ob id periculum vitandum. Iuxta ea quae numero duodecimo, & decimooctauo diximus. In dubio autem credendum est in his scriptis verba posterioris generis contineri. Quia communiter sic euenit.

19. Nono deducitur, licere famulis iussu heri portare aliqua munuscula, aut esculenta ad concubinam. Cum hæc sint indifferentia: & licet causa desideretur propter intentionem heri eis ad turpem amorem fouẽdum abutentis. cum tamen non proxime, sed remotè se ad peccatum habebãt, existimo communem famulatus rationem sufficere ad hæc excusanda. At in non famulis alia iusta causa necessaria erit.

20 Decimo deducitur, non peccare famulos aperientes iussu heri ianuam domus concubinae, nec docentes vbi herus sit. Et de ianuae apertione docent *Manuel 1. tomo Summae in 2. editione. cap. 205. numero 3. Azor 2. tomo institut. moralium, libro 12. cap. vltimo, quaestione 8.* Et similiter licere, si herus ascendere velit per fenestram ad rem habendum cum femina, pedem sustinere, vt ascendere possit, aut scalam admouere, eamque tenere, aut humeris sustinere: dummodo tamen vitatio alicuius magni damni in famulo concurrat. Cum enim omnia hæc ministeria peccato valde connexa sint, ea non excusat communis ratio famulatus. Vt in simili diximus, numero vigesimosexto, vigesimoseptimo, & uigesimooctauo. Et grauior adhuc causa requiritur, iuxta dicta numero duodecimo, quãdo herus vult per fenestram, aut tecta ingredi, aut scalis admotis indiget. Quia do-

mino domus iniuria irrogatur, & sic peccatur cōtra iustitiam, & per cooperationem valde propinquam. Et tādem omnia hucusque ministeria dicta multo facilius excusantur in seruis, vt potè qui maiori necessitate domino seruiendi astricti sunt, nec illum deserere possunt, maiusque iræ domini, & vindictæ periculum illis imminet, & maxime si dominus crudelis sit. At in illis quoque his attentis causa proportionata abusui domini desideratur, vt eis liceat hæc indifferentia obsequia exhibere. Nam quæ diximus de se mala, nullatenus eis licēt, ijs similiter qui non famuli sunt, difficilius multo hæc licent. Cum nulla obsequij exhibendi necessitate astringantur. At licebit, quando in eis similis causa proportionata damni vitandi datur, hæc indifferentia ministeria exhibere. Qui a similis ratio reperitur.

31 Vndecimo deducitur, licere alicui mutuo dare nummos alteri, aut cubiculum accōmodare petenti ad fornicandum, quando absque graui detrimento proprio proportionato denegare nequit. Quia vtrumque est de se indifferens, & ex sola praua abutentis intentione ad malum tendit.

32 Duodecimo deducitur, patronos meretricum (quos vulgo *padres de las mancebas* appellant,) difficillimo negotio posse absolui. Quamuis enim id munus obire liceat, quando non vt meretricio faueāt, id obeunt, sed vt incolumes meretrices seruent, discutiantque ne morbo contagioso laborent. Vt bene tradunt *Petrus de Ledesma 2. tomo Summa tractatus 27. capitulo 9. folio 1458. Manuel 1. tomo Summæ in 2. editione capitul. 205. numero 2.* At vltra hoc, numos ipsis mutuo dant, vt splendide induantur, quo homines ad sui amorem alliciant: & eas ad nundinas ducunt, quo multi confluunt, vt vel sic maiorem quæstum meretricium compatent. Et quamuis id mutuum & ductio ad nundinas sint ex se differentia, possintque à prauo fine separari: at nulla necessitate coguntur id facere: sed id ordinant, vt ampliori quæstu à meretricibus comparato, faciliorem ipsi sui stipendij solutionem obtineant: & ne amplo quæstu inescatæ discedant. Insuper, quia non solum precium triuftum pro vestibus conductis, pro domo, & cibo exigunt, sed etiam eas propterea sibi debitrices esse volunt, ne à lupanari recedere possint, etiamsi velint. Item aptiores ad quæstum fœminas conquirunt. At liceret ipsas ad nundinas euentes comitari, non prauo fine, sed tantum vt eas defendant, ac custodiant, sicut quando intra lupanar inclusæ sunt. Et adhuc desideratur, vt patroniter illud impedire nequeant, nam ipsis non comitantibus ibunt: alias non licebit is comitatus. Quia tale iter occasionem peccandi in fœminis augei, & in euntibus ad nundinas. Similiter licet illis mutuo dare pecunias, non ad ornatum, sed ad vestes omnino necessarias, cibosque emenda, ne vestibus, & cibis necessarijs destituantur. Quia id perinde est, ac locare domos, cibosque ministrare. Quæ nullam cum meretricio connexionem habent.

33 Decimo tertio deducitur, tabernarios, & caupones vendentes vinum bibere violenti in ea quantitate, vt probabiliter credant, vel experti sint, fore vt ij inebrientur, peccare mortaliter. Quia absque iusta causa omittunt impedire peccatum proximi, negando ei tantam vini quantitatem, prout poterant, & tenebantur. Nec lucrum est asportandum ex casu, in quo est alterius peccatum. Eo vel maxime, quod lucrum ex hoc cessans non sit tanti momenti: ebrietasque sit maximum damnum corporis & animæ, & scandalosum, ac sæpe nocēdi iniuste alijs occasionem afferēs. Sic *Caietan. in opusc. tomo 1. tractatu vltimo, responsione 13. dubio 4. Valentia 2. 2. disputatione 5. quæstione 21. punc. 4. columna penultima, versiculo. Vnde ad argumentum. Manuel 1. tomo Summæ, capitulo 76. numero 15.* Excusarentur tamen, quando absque graui detrimento proprio proportionato illi ebrietatis damno, vitare non possent. Quod ea vini venditio indifferens sit. Et sic intelligendus est *Emmanuel Sà Summa, verbo. Ebrietas numero vnic.* dicens non esse mortale vendere scienter vinum se inebrianti.

34 Decimoquarto deducitur quid dicendum sit de eisdem tabernarijs, ac cauponibus, alijsque vendentibus, aut ministrantibus cibos in die ieiunij ad refectionem, quia illud soluitur, vt ad ientaculum matutinum, aut pomeridianum, cœnamve. Quos quidem omnes excusant, quando certo sciunt, aut probabiliter credunt alterum excusari a ieiunio. Immo quādo dubitant, excusantur a culpa. Quia suum non est discutere, nec commodè id efficere possunt. Atque præsumere potetunt bene de proximo, maximè in hac re, vbi tot causæ excusantes possunt concurrere. Atque ita contra *Nauarrum Summa, capitulo 21. Latina numero 26. Hispana numero 24.* tuentur *Medina, capitulo de ieiunio q. De his per qua Ecclesiasticum ieiunium soluitur. Valentia 2. 2. disputatione 9. quæstione 2. puncto 3. col. penultima.* Quare non placet quod tradit *Leonardus libro 4. de iustit. capitulo 2. dubio 4. numero 24.* teneri eos, interrogare, si cōmodè possunt. Non enim tenentur, cum suum non sit discutere: nec moraliter id commode possunt. Tota autem difficultas est, quando credunt alterum à ieiunio non excusari In quo casu eos damnant *Gabriel. 4. distinctione 16. quæstione 3. articulo 3. dubio 6. Nauar. & Medina proxime allegati.* Alij vero eos a culpa excusant. Quod non inducant, sed peccato alterius vtantur, vt res suas vendant; deseruiantque comestioni, quatenus est actus naturæ, & non quatenus ieiunium soluit. Sic *Caietan. 2. 2. quæstione 147. art. 4. in fine,* (licet non ita clare, quia de ministrantibus mensæ videtur loqui.) *Ledes. 2. p. 4. q. 17. art. 6. dub. 3. & dubio penultimo propositione 2. fol. 216. Salon 2. 2. quæst. 77. art. 4. controuers. 6. post 3. conclusionem Manuel 1. tomo Summæ, in 2. editione, c. 25. nu. 8. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 27 ca. 2. dubio 4.* Sed vtraque sententia vera est sano modo intellecta. Prior quidem, quando sine suo damno alicuius momenti possent cibos illos denegare. ac proinde peccatū proximi impedire. Posterior autem, quando absque eo damno nequeunt. Et ita tenent *Valentia d. puncto 3. & Leonardus eodem numero 24.* Et constat ex dictis numero vndecimo, & decimotertio. Quia quamuis illa ciborum ministratio sit de se indifferēs, at alter ea abuutur, ac proinde ministrans, si commodè potest, tenetur eam occasionem ruinæ proximi vitare: & solum excusabitur non vitando, quando commodè non potest. Hinc inferunt *Gabriel. Nauarr. & Valentia proxime allegati*, hos paratos ministrare cibos quibuscumque petentibus, nullo habito discrimine, an iustam soluendi ieiunij causam habeant, esse in peccato mortali. At quamuis hoc in rigore verum sit, ac conforme nostræ sententiæ; moraliter tamen loquendo, credo tabernarios, & caupones nunquā ob hanc causam peccare mortaliter. Quia eo quod ab ea venditione abstineant, ferè nunquam est spes fore, vt alter ieiunium seruet. Quia alibi emet cibos. Quā rationem in his excusare a mortali diximus, numero decimosexto. Præterea, quia confluentes ad hos sunt communiter viatores, operarij, aut pauperes, quos iure optimo existimare possunt probabilem soluendi ieiunij causam habere. Quod si dicas iam esse in vsu, vt ad hos confluant iuuenes illustres, & alij vagantes deperditæ vitæ, quos vulgo *vagabundos, & velentones* appellamus. Respondeo his non posse a tabernarijs, vel cauponibus denegari cibos petitos. Quia cum sint tabernarij, & caupones infimæ sortis, & alij effrenatæ linguæ, iniurijs, & contumelijs afficientur. Tandem, quia notabile detrimentum omissionis vendendi res suas, & defectus hospitum ad se confluentium paterentur, si hæc spectent.

35 Qui tamen non porrigunt cibos, sed mensas heris non ieiunantibus sternunt, condiunt cibos, mensæque ministrant, nullius culpæ participes sunt. Quia munere suo funguntur, quod alijs diebus, & temporibus obire consueuerunt, & tantum deseruiunt comestioni, quate

nus

nus naturam nutrit, & non quatenus ieiunium soluit. Sic cum *Caietan. 2.2.quæst. 147.artic.4. in fi.* tenet *Azor to.1.lib.7.instit. moral.c.32.q.11. & tom.2.lib.12.cap. vlt. quæst.*

36 Decimoquinto deducitur, quid dicẽdũ sit de deponẽtibus pecunias apud vsurariũ, vt securiores sint. Aliqui censent hos non peccare, quis sciant eas fore illi materiã vsuræ exercendæ, eo quod aliunde pecuniæ de futuræ erãt. Quia pecunias illas feneratori tradere, est cã multũ remota vsurarũ, cum vltra pecunias desideretur voluntas dãtis ad vsuras, & accipiẽtis. Ita tenẽt *Caiet. 2.2.q.78.ar.4.in fi. Arag. 2.2.q 62.ar.5.fol.248. in solutione ad vltimũ, & q.77.ar.4.dub.2.in 1.mõ, quo vitiatur negociatio, versi. Et si quis cõtra hoc argumẽtetur. Et q.78.art.4.circa solutionẽ ad 3. D.Th. vbi Bañes in prĩ. dub.4. et q.77.ar.4.dub.1.ad 2. Salon 2.2.q.62.ar.5.cõtr.2.ad vlt.* Alijs placet hos peccare, qñ aliunde pecuniæ defuturæ erant ad vsuras exercendas, vel ad exercẽdas in tãta quãtitate. Quod ea depositio sit quasi collatio instrumẽti ad irrogãdã iniuriam tertio. Sicut est traditio gladij parãti aliũ occidere. Ita *D.Th.2.2.q.78.ar.4.ad 3. Sotus lib.6. de iust.q.2.ar.5.ad 2. Nauar. Sum. Latina, c.14.nu.40. Hispana c.28. additione ad eundẽ nu. responsione 12. Azor to.2. institutionũ moralium, li.12.c.vlt.q.2. Leonardus li.2. de iustitia, c.20. dubio 21.nu.284. Salon 2.2.q.78.art.4.contr.4.* addens hos deponẽtes teneri damnũ vsurarũ restituere. Quod etiã dicit valde probabile *Bañez in principio q.4.* At dicendum est, iuxta tradita num. vndecimo, & decimotertio, hoc pẽdere ex causa, qua ad deponendũ ducuntur. Si enim ea vrgens sit, excusantur a peccato. Et in hoc casu est vera prior sẽtentia. Secus si ea causa desit: & in hoc casu est vera posterior snia. Quia quamuis ea depositio sit ex se indifferens, vult alter ea abuti, cuius abusum tenetur deponẽs vitare, quoties cõmode potest: secus autẽ qñ cõmode nõ potest. Atque ita docẽt *Valent. 2.2.disp.5.q.21.pun.vlt. in fine, Molina tom.2. de iust. disp.351.col.2.versic. De eo qui apud vsurarium, Rebellus de iustitia par.2.lib.8.q.16.sect.4.num.10.* Addit que cum *Molina*, id peccatum non esse contra iustitiam, ac proinde deponentes non teneri restituere. Quia sola charitatis lege tenẽtur id vsurarij peccatum vitare, & damna aliorũ proximorũ, quæ omnia in ipsorum potestate erat vitare, non accipiẽdo ad vsuras. Sed dũ dicit hoc non esse contra iustitiã, debet intelligi directe, & ita, vt obligationẽ restituendi inducat. Nã negari nequit occasionem illam datam fœneratori peccãdi contra iustitiam, non excusanti iusta causa dantem, reducit ad peccatum iniustitiæ, vt diximus numero 10.

37 Decimosexto deducitur, quid dicendũ sit de tradentibus vinum vendendũ tabernarijs, quos norunt vinum corrigere non tollendo vitium, sed simulando, vt carius vendat; aut illi aquã admiscere. Sic enim distinguendũ est: si nomine tradentiũ cõducti mercede illud vendãt, nulla ratione excusantur tradentes, sed tenentur nõ tradere. At dũ id ignorarunt, non tenentur restituere, nisi in quantũ facti sunt locupletiores, reportantes aliquem iniusti precij excessum, instar possessorũ bonæ fidei. Quia tunc ipsi tradentes reuera vendunt, ac iniustitiã per tabernarios tanquam per suos ministros censentur cõmittere. At si vinum vendant tabernarijs iusto precio, qui tamen postea prædictis modis abutuntur: excusabũtur a culpa tradentes, si absque graui damno nõ possint id vitare. Quia si ad hoc attendant, difficile suum vinum vendent. Quippe raro tabernarios inuenient, de quibus id timeri non possit. Secus si absque graui damno possint vitare. Quia tunc tenentur eam peccati alterius occasionem vitare. Vt ex dictis num. 11. & 13. constat.

38 Decimoseptimo deducitur, quid dicendum sit de cõferentibus munera concubinæ iudicis, aut ab ea aliter petentibus, vt pro ipsis apud iudicẽ intercedat. Videtur enim excusari, eo quod rẽ indifferentem, ac necessitate coacti petant. At id nõ licere mihi suadeo. Quia directe petunt a cõcubina rẽ, quam licitẽ præstare nequit. Quia monere illum iudicem, illi ve scribere, aut internũtium mittere, est mortale, attentis circumstantijs, tunc concurrentibus. Quia est amorem turpem fouere, & virtute illius, id concubina a iudice petit, & exponit se & iudicem fornicandi periculo. Item, quia hi turpi concubinę amore vtuntur, eoque ius suum tueri volunt.

39 Decimooctauo deducitur, quid dicendum sit de artificibus taxillorum, (vulgo *Dados*,) illosque vendentibus. Quidam eos a mortali culpa excusant. Quia quãuis *l.15. Regia titul.16. libro 8. noua Recopilation.* grauissimis plectantur pœnis, quales pro solo veniali iniquum esset infligere, at non eo rigore, vt sonat, ea lex acceptata est. Ita *Alcozer lib. de ludo, c.60. concl.7. in fine, Medina lib.1. Summæ, c.14.§.25.fol.145.* At melius sentit *Castro lib.1. de lege pœnali, c.12. versic. Secunda pars* id esse in Regno Hispaniæ lethale. Quia etsi pęnæ non tanto rigore acceptatæ sint, lex ea iustissima est propter immensa damna ex eo ludo consurgentia, & quia rarissimẽ absque peccato mortali exercetur. Quare ex naturali lege, non contemnenda obligatio non ministrandi hanc materiam oriebatur. Et ideo lex videtur ex parte materiæ habere sufficiẽtissimam rationem, vt sub mortali obliget.

30 Tandem deducitur, pingentem imaginem puellæ, petitione amasij, quem credit probabiliter abusurum, peccare. Sic *Azor to.2. inst. moral. lib.12 cap. vlt. quæst.9. in fine.* Sed intellige iuxta dicta, nisi causa legitima excuset.

CAPVT VIII.

Quando veniale opus, aut indifferens in mortale transeat, ratione periculi incidendi in mortale.

SVMMARIVM.

Quando sit mortale exponere se mortalis periculo, & quale sit id periculum, num. 1.

Quod si ita mutata sint circumstantia, aut ea cautio adhibeatur, vt periculum cesset, num. 2.

Quid si ex causa aliqua quis ei periculo exponatur, num. 3.

An qui ei periculo se exponit, teneatur fateri circumstantias, quæ sunt in peccato cuius periculo se exponit, num. 4.

An concupiscens feminam, quam minime nouit, aut in communi, teneatur id fateri ratione periculi illius concupiscendæ, cuiuscumque status fuerit, num. 5.

1 HAc in re certissimũ est, opus ex se veniale, aut indifferẽs, in mortale transire, si operans occasioni ita proximę ea ponatur, vt eũ in morali, ac proximo peccãdi mortaliter periculo constituat. Constat ex illo *Eccles.3. Qui amat periculũ, peribit in illo.* Et rõ est, quia salutẽ spiritualẽ temnere conuincitur, se tã probabili ęius amittendæ periculo obijciens. Atq; ita docent *D. Bonauent. 4.d.17.p.3.art.2.quæst.1. Caiet. & Armilla in Summa, verbo Periculum, Castro lib.2. de iust. hæret. punitione, c.17. Nauar. summa Latina, c.3.nu.14. Hispana, c.28. additione ad cap.3. & cap. Negocium, de pœnit. d.5.nu.8. Cordub. in Summa, quæst.4.f.19. Alcozer summa, c.7. Suarez 4.to. in 3. parte, disp.32. sectio 2. ad fin.* Tunc aũt contingit hæc moralis proxima occasio, vel hoc morale proximũ periculũ, qñ ex suo genere occasio talis est, vt frequenter homines similis cõditionis ad peccatum mortale inducat, vel experimẽto constet in hoc homine talẽ effectum habere. Vt recte tradunt *Nauar. Cordub. & Suar. ibidem.* Sicut is periculo damni temporalis incurrendi exponitur, qui aggreditur opus eo tempore, & loco, & talibus circumstantijs, vt vix illud damnum effugere valeat.

2 Hoc rñ dupliciter tẽperandum est. Primo, nisi ita mutatę sint res, aut ea cautio adhibeatur, vt cesset periculũ. Quia cũ tota peccati rõ ex periculo cõsurgat, qualitercũq; id cesset, cessat quoq; peccatũ. Sic *Nauarrus summa Latina, c.3.nu.15. Hispana, c.28. additione ad cap.3.*

Alcozer, & Corduba, num. præcedenti allegati.

3 Secũdo tẽperat, nisi causa grauis ei se periculo exponere vrgeat. Et rõ est, q̃ tũc periculũ illud nõ sit moraliter voluntariũ: cũ moraliter loquẽdo, id est, sine graui periculo vitari nequeat. Qđ egregiè docuit *D. Basilius in constitutionib. monasticis, c. 4. pag. 489.* vbi hæc ait: Qui vrgẽti aliqua cã, & necessitate se periculo obijcit, vel pmittit se esse in illo, cũ tã alias nollet, nõ tã dicitur amare periculũ, q̃ inuitus illud subire, & ideo magis prouidebit Deus, ne in illo pereat. Id etiã cõstat ex *c. Cõsulationi, de frigid.* vbi pmittitur cõiugati, quorũ coniugiũ est occulte irritũ, habitare tãquã fratres cũ mutuũ periculo, cõne scãdali, & ppriæ infamiæ vitãdę. Et ita docẽt *D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 9. in fi. corporis, Sotus li. 5. de iust. q. 1. art. 6. conclusion. 2. Nauar. num. præcedenti allegatus. Cordub. & Suar. num. 1. relati, Henriq. lib. 4. de pœnitent. cap. 24. nu. 4. Caietanus, & Armilla. Castro, num. 1. relati.*

4 Atque in hoc pbabili peccãdi mortaliter periculo futẽdæ sut circũstãtiæ illius peccati, cuius periculo se exposuit. Vt bene tradit *Alcoz. Sum. ca. 20. fol. 74.* Quippe, vt bene ait *Suar. to. 5. in 3 par. disp. 18. sect. 3. n. 6. in moralibus,* eiusdem malitiæ est constituere se in morali periculo ad mittẽdi alicuius criminis, atque illud admittere. Nã eodem præcepto, quo quis crimen vitare tenetur, obligatur quoque ad proximum illius periculum vitandum.

5 Hinc deducitur, cõcupiscẽtẽ feminã eius status ignarũ, aut feminã in cõi, teneri id in confessione explicare. Quia quantũ est ex parte sui desiderij, fertur in feminã cuiuscũq; status sit, atq; eius circũstãtiæ peccati admittẽdi periculo se exponit. Vt in simili dicam capite vndecimo, num. 6. vbi dicemus esse mortale peccare contra cõscientiã dictãtẽ aliquid esse peccatũ in genere, ratione periculi. Sępe autem excusabitur hic concupiscẽs, eo, quod eam malitiam, eiusve periculum non aduertat, iuxta ea, quæ dicemus, cap. 16 num. 21. & 29.

CAPVT IX.

Quando morali periculo se exponat, ac proinde peccet mortaliter, qui contra propriam opinionem, quam probabiliorem putat, operatur, aut consulit sequens opinionem minus probabilem.

SVMMARIVM.

Quid, & quotuplex sit conscientia, & qualiter sit proxima malitiæ, aut bonitatis operationum regula, num. 1.

Quo distent scientia fides opinio dubium, suspicio scrupulus: & vnde dignoscatur conscientia scrupulosa, num. 2.

Hæ possunt esse speculatiua, & practica, & qualiter hæc ab illis variare possint, num. 3.

Conscientia practica potius est regula operationum, quam speculatiua, num. 4.

Quæ opinio tutior, & quæ probabilior dicatur, num. 5.

Quæ opinio dicatur probabilis, & an talis possit iudicari apud eũ, qui cõtraria fundamẽta solui nõ posse existimat, num. 6.

Quando authoritas vnius Doctoris opinionem probabilem reddat, num. 7.

An sit in hoc, ac diiudicanda opinionum probabilitate, discrimen inter virum doctum, & indoctum, num. 8.

An ab opinione cõi liceat recedere, & q̃ dicatur cõmunis: idque liceat viro docto sola authoritate viri docti ducto, num. 9.

An imperitus similiter excusetur, & qđ de parũ versatis in re morali inuenientibus aliquã opinionẽ in aliquo Doctore, n. 10.

Quid, si opinio sit antiquata, & communiter reprobetur, n. 11.

Qualiter possit intellectus absque eo quod contradictorijs assentiatur, iudicare duas opiniones contrarias æque probabiles, aut alteram probabiliorem, num. 12.

An liceat cõtra propriã opinionẽ operari, sequendo eã quã quis minus probabilem putat? Refertur quandam opinio, nu. 13.

Proponitur sententia Authoris num. 14.

An liceat minus probabilem sequi, retenta contraria probabiliori, num. 15.

Quid, si quis nentrius opinionis assensum determinatũ habeat, num. 16.

Quid si quis sit in ea sententia, vt non liceat opinionem minus probabilem sequi, num. 17.

An ad rectè operandum desideretur iudiciũ certo dictans opus esse licitum, & liceat sequi opinionem, de cuius probabilitate quis dubitat, num. 18.

An liceat, & expediat consulere iuxta opinionem, quam quis minus probabilem iudicet, num. 19.

An hunc liceat modo secundum vnam, modo secundum alteram consulere, num. 20.

An liceat secundũ minus probabilẽ consulere, non tantum excusando ob obligatione sed etiam illam imponendo, nu. 21.

An in materia iustitia liceat opinionem minus probabilem sequi, & iuxta eam consulere, num. 22.

An liceat huic remittere alium ad Doctorem, cuius sententiã credit falsam, nu. 23.

An tutus sit habens visum appropositum consulendi varios Doctores, donec inueniat, qui sibi ad nutum respondeat, nu. 24.

An aliquando liceat opinionem sive improbabilem sequi ratione necessitatis: & quando excuset eum, qui necessitate subito respondendi eam consuluit, nu. 25.

An præceptor peccet, non docendo probabiliorem sententiam, aut docendo improbabilem, nu. 26.

An confessarius possit absoluere iuxta minus probabilem sententiam? Refertur quædam opinio, num. 27.

Et sententia Authoris, num. 28.

An teneatur tunc absoluere, & qualis culpa sit pœnitentem rectè dispositum non absoluere, nu. 29.

Quid si confessarius opinionem pœnitentis falsam esse existimaret, num. 30.

Quid, si pœnitens literarum ignarus sit, nu. 31.

An liceat in sacramentorum ministerio sequi opinionem minus tutam, quando valor eorum periculo exponitur? Refertur opinio, num. 32.

Explicatur sententia Authoris, num. 33.

An peccat contra charitatem absoluens iuxta opinionem minus tutam, vel cum sola attritione cognita, num. 34.

Quid quando est dubia confessoris iurisdictio, atque sit valor cõfessiones certus ratione communis erroris, vel quia pœnitens simul aliqua venialia fatetur, num. 35.

Rex in bello gerendo, quam opinionem debeat sequi, atque id licitũ sit, quando variæ opiniones extant? Remissiuè num. 36.

An medico in curationibus liceat sequi opinionem probabilẽ, quando est inter Doctores dubium ad hoc, an ad illud teneatur, num. 37.

An quando est medicamentum certum possit, applicare id, de quo sunt opiniones, & an liceat medicamentum dubium applicare, num. 38.

Quid quando dubitatur, an ob futurum, profuturumve sit, & eo non applicato certa mors est, nu. 39.

An quando nullum est medicamentum certum, sed varia sunt opiniones, liceat medico minus tutam, sed probabilem amplecti? Refertur opinio, num. 40.

Sententia Authoris: & explicatur, an in quæstionibus ad factũ pertinentibus vnde valor facti pendet, liceat opinionem minus tutam amplecti, num. 41.

An liceat consulere medicinam, quam ipse medicus nociturã putat, quando doctores profuturam existimant, num. 42. & ibi an teneatur applicare medicamentum, quod non nociturum scit, an vero proderit dubitat. Et quid quando æquale periculum, aut fere æquale mortis, eo applicato.

An iudex possit sequi opinionem probabilem, quando est dubiũ inter Doctores, an hoc, vel illud liceat ei inter iudicandum facere, num. 43.

Quid quando ex parte facti est æqualis, aut maior probabilitas, num. 44.

Quando vtraque pars est in iure æque probabilis, liceat iudici vtrius accedere, & modo vni, modo alteri, nu. 45.

Quid si altera sit probabilior? Refertur quadã sententia, n. 46.

Sententia Authoris, nu. 47.

Quẽ ordinem iudex in opinionibus eligendis sequi debeat, et an possit admonere partes, quid allegare, aut probare debeant, & si non allegent, debeat iuxta sola allegata sententiam proferre, num. 48.

An aduocatis liceat s̃m opinionẽ minus pbabilẽ operari, quã-

do

d- inter Doctores est dubium, an hoc, vel illomodo liceat illis patrocinari, num. 49.

Quid, quando sunt diuersæ opiniones æque probabiles circa ius clientuli? Refertur opinio, nu. 50.

Sententia Authoris, num. 51.

Quid quando credit partem sui clientis esse minus probabilē? Refertur opinio, nu. 52.

Sententia Authoris, num. 53.

Quid si causa parum probabilitatis habeat, nu. 54.

1 IN hac grauissima quæstione sex fundamenta præmittenda sunt. Primum est quamuis uarie accipiatur conscientia at quoad præsens attinet, est iudicium, quo aliquid bonum esse, aut malum iudicamus. Et quamuis lex, siue naturalis, siue diuina, siue hmana sit prima malitiæ, aut bonitatis nostrarum operationum regula: at proxima est dictamen rationis seu iudiciū conscientiæ proponens voluntati obiectum tanquam honestū, vel turpe. Quippe cum voluntas sit potentia cæca, vt libere operetur, quod ad bonitatem, vel malitiam operationis desideratur, indiget rationis iudicio proponenti obiectum tanquam honestum, vel turpe. Atq; proinde id rationis iudicium proxima regula.

2 2. Fundamentū est. Hæc conscientia, siue rōnis iudicium qñ que errat, & tunc dr̄ conscientia erronea: qñq; opinatur, & dicitur probabilis, seu opinans: qñq; dubitat, & dicitur dubia. qñ que scrupulis angitur, & dicitur scrupulosa. Distant autem scientia, fides, opinio, suspicio, dubium, scrupulus, quod scientia dicat cognitionē certam saltem moraliter, ita vt non sit prudentis dubitate. Fides, seu credulitas, est assensus certus, obscurus tamen habitus ex alicuius authoritate illam re affirmātis. Opinio, est assensus vnius partis non firmus, & certus, sed cum alterius formidine. Suspicio est, qñ intellectus in alteram partem magis inclinat, non tamen illi assentitur. Dubium, qñ intellectus pēdet in æquilibrio, in neutram partem potius inclinans. Scrupulus est leuis quædam suspicio, aut existimatio ex leuibus orta rationibus, & fundamentis, qua quis credit aliquid esse peccatum, quod re vera non est. Vt definit *Vasquez ex omnium sententiâ 1. 2. disp. 67. c. 2.* Sed intellige non de vera suspicione, aut credulitate, quæ assensum ꝓducat: sic. n. esset opinio: aut vtriusque partis assensum excludat: sic enim esset dubium. Sed quando est vehemens apprehensio ex leui fundamento, quæ assensum partis contrariæ non excludit, sed timbare aliquantulum cogit. Quæ oīa latius probaui lib. 2. de matrim. disp. 41. nu. 2. vbi num. 3. dixi ad iudicandum non tam attendēdum esse, an adsit dubiū, vel opinio, vel firmus assensus, quā ad causas vnde oritur. Quippe potest assensus ex tam leuibus causis oriri, vt vir prudens potius scrupulum iudicet: & ē contra possunt adeo rationes scrupuli vrgere, vt potius sit scientia, vel opinio. Scrupulosa autem conscientia in hoc cognoscetur, quod in vna materia, vt excommunicationis, aut voti, aut in pluribus, & variis frequenter, & absque fundamento rationi consono, sed friuolo, dubitat. Vt bene tradunt *Vasq. d. disput. 67. c. 2. nu. 8. Azor tom. 1. instit. moral. l. 2. c. 20. q. 3.*

3 3. Fundamentū est. Possunt scientia, opinio, dubiū, esse speculatiua, aut practica. Speculatiua dicuntur, qñ intellectus dictat in communi tanquam certum, vel opinatur, aut dubitat, aliquid esse licitum, vel illicitum. Practica autem, quando in singulari, hic & nūc perpensis omnibus circūstantiis. Quod latius probaui lib. 2. de matr. disp. 41. n. 4. vbi nu. 5. probaui ex scientia, vel dubio speculatiuis oriri similē scientiā, & dubiū practica, nec iudicia hæc posse licitē discordare nisi aliqua ratio specialis sufficienti adhibita diligentia ad veritatem, assequendam, iudicium practicū a speculatiuo variare cogat, iudicando hic, & nunc licitum quod in cōmuni iudicatur illicitum, aut de eo dubitatur. Et vltra ibi allegatos tenent *Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 65. c. 1. nu. 2. Suar. 5. to. in 3. p. disp. 40. sect. 5. nu.* 14. & licet non ita distincte *Azor to. 1. lib. 2. inst. moral. c. 19. q. 13.* Requiritur insuper sufficiēs diligētia. Vt explicabo consequenti n. 7. & 8.

4 Hinc deducitur, non tam habendam esse conscientiæ speculatiuæ, siue certæ, siue dubiæ, siue opinantis rationem, quam conscientiæ practicæ. quia conscientia, siue cognitio practica est, quę est proxima, & immediata regula actus humanos dirigens. Speculatiua autem non semper est regula sufficiens, sed quando cogit ad eandē conscientiam practicam formandam. Quod non fit specialis ab ea discedendi ratio.

5 4. Fundamentū. Non est idem opinionem esse probabiliorem, & esse tutiorem. Quod illud veritatem magis, vel minus ostensam respiciat: hoc autē minus peccati periculum. Vnde opinio probabilior dicitur, quæ fortioribus fundamentis innititur: minus autem probabilis, quæ etsi debiliora fundamenta habeat, ea tamē probabilitate destituta minime sunt. Tutior autem dicitur, etiamsi minus probabilis sit, qua amplexa nullū est peccati periculum. Minus autem tuta, etsi probabilior, in qua peccati periculum esse potest. Vt si controuersia sit, an aliquid liceat, vel an ad aliquid obligemur, opinio negans licere, & dicens nos obligari, est tutior etsi debiliori fundamento innitatur.

6 5. Fundamentum. Opinio probabilis est, quę rationi alicuius momēti innititur, ita tamē, vt pro opposita parte nil cōuincens sit. Vnde refert *Valent. 1. 2. disp. 2. q. 12. punct. 5. q. 1.* sic manere apud aliquem intra opinionis latitudinem quippiam, quando sibi persuadet rationes illius solui posse, aut ab ipsomet, aut ab aliis: at si per errorem insolubiles credat, non manere intra opinionis latitudinem. Quod optimē dictum est, quamdiu ille ita tenaciter suæ opinioni inhęret, vt certus sit nullatenus rōnes illius solui posse. Nam (vt optimè aiunt *Vasq. 1. 2. q. 16. ar. 6. disp. 62. c. 4. nu. 8. Sayr. in clauis reg. l. 1. c. 6. n. 7.*) licet quis rationem peculiarem habeat contra oppositā sententiam, quam ipse soluere nequit & sibi solui non posse videatur, non ideo censere debet oppositam aliorum sententiam improbabilem esse, vt eam sequi nequeat. Quia solo suo iudicio non debet aliorum sententiam improbabilem iudicare. Eo vel maxime, quod sibi persuadere debeat quotidie contingere subito inuenire solutionem rationum, quas quis insolubiles putabat, aut ab aliis facile solui.

7 Sed dubitabis, an authoritas vnius Doctoris probi, & docti reddat opinionem probabilem. Respondetur reddere. Quod affirmant *Angel, verb. Opinio n. 2. & ibi Syln. q. 1. Nauar. in Sum. Lat. 27. n. 83. Valent. 1. 2. disp. 2. q. 12. pun. 4. q. 4. Eman. Sà in Sum. verb. Dubium, nu. 3.* & fauet *D. Th. quodlib. 3. ar. 10.* vbi ait posse quemquā amplecti opinionem, quam a magistro audiuit, in iis, quæ ad mores pertinent. Et probatur, quia opinio probabilis est, quæ non leui innititur fundamento. At authoritas viri docti, & pij, non est leue fundamentum. Si enī non est leuis momenti, sed magni potius, vt aliquid Romæ contigisse credamus, id virum pium asserere, cur non magni erit, in re mortali dubia, quod vir pius, & in ea materia doctus censuerit? Nec placet limitatio *Adrian. quodlib. 4. ar. 1. lit. N. versi. Ex hoc patet, & Cordub. in suo quæst. l. 2. q. 3. in solut. ad 2. confirm. 1. arg. versi. Ad Laudulphum f. 18.* vt hoc intelligatur, si sit error iuris humani, secus sit diuini: Dicunturque quia in iuris humani rebus indagandis non tanta diligentia, ac in rebus iuris diuini exigitur. Sed non placet, quippe in vtriusque est magni ponderis, ac momenti, viris grauis, & pij authoritas.

8 Limitat etiā *Cordub. in ead. solutione init. f. 17.* vt hoc in viro indocto vtriusque partis rationes expēdere nesciēti intelligatur: secus in viro docto, qui id nouit. At quamuis fatear (vt bene aiunt *Henric. & Conrad.* quos refert, ac sequitur *Azor to. 1. inst. moral. l. 2. c. 17. q. 5.*) id inter doctū, & ignarū, in opinionibus eligēdis distare, vt ille quo prudenter agat rationes examinare, ac ponderare debeat, hic vero non, sed satis sit, si viri docti consiliū sequatur: pōt tamē vir doctus in re dubia reputare

ex hominis docti, & pij sententia reddi opinionem probabilem. Cum huius authoritas sępe maioris sit ponderis etiam apud virum doctum, quam aliqua verisimilis ratio, quæ ei ad probabilitatem sufficeret. Quando autem ea Doctoris opinio esset contra communem, an possit amplecti, dicemus num. sequenti.

9 Rursus quæres, an ab opinione communi recedere liceat? Non dicitur autem communis ex authorum nu. qui priorum vestigia instar auium sequentes, nulla dissensione præmissa eam affirmant: sed communis dicetur, si pauciores Doctores habeat, qui vtriusque partis rationibus discussis, & perpensis, illam affirment. (Vt probaui lib. 3. de matrim. disp. 44. num. 2.) *Angelus verbo Opinio, num. 1. & ibi Sylu. quæst. 2.* aiunt non licere à communi sententia recedere, nisi habenti pro se rationem certam & conuincentem. Et fundamentum esse potest, quod communis sententia rem ita certam reddat, vt contraria non sit probabilis. At melius *Vasquez 1. 2. q. 19. artic. 6. disp. 62. ca. 4. in initio, & Azor to. 1. instit. moral. lib. 2. cap. 17. q. 6.* dicunt licere viro docto, qui non parum literis vacarit, & recte vtriusque partis fundamenta expenderit, suam singularem opinionem probabiliorem iudicare, & illam sequi. Quod in hoc euentu non videatur hic imprudenter operari: & sępe Doctores posteriores priorum sententiæ adhærẽt, sola eorum authoritate ducti, nec eius rationibus expensis. Duo tamen in hac re fateor. Prius est cum *Azor ea q. 6.* non crebro, & passim ob vnius Doctoris sententiam recedendum à communi, sed quando prudenter iudicatur illã firmiori fundamento inniti. Posterius est cum *Vasquez eodem cap. 4. num. 17.* quando opinio singularis alicuius Doctoris ex proprijs illius fundamentis considerata, alicui non probatur, sed opposita, communisque, & solum vide aliam Doctoris illius authoritati inniti, non est apud illud sufficienter probabilis, vt illam consulere, aut sequi possit, & iuxta eam prudenter operari. Quia id debile fundamentum prudenter reputatur, tot in contrarium præponderantibus.

10 Quod si quandoque (vt nu. pręced. explicuimus) vir doctus excusatur, suam singularem opinionem contra communem sequendo: idem à fortiori de indocto contendum est. Potest enim prudenter doctrinæ, & morib. alicuius ita confidere, vt iure optimo ipsius sententiæ contra communem adhæreat. Quod alios referens probat *Vasquez d. disp. 62. toto c. 8. Salas 1. 2. q. 21 disp. vni. sec. 7. nu. 74. Sayr. in claui reg. lib. 1. c. 8. nu. 3.* Ex quo deducitur qualiter verum sit, quod ait *Salon. 2. 2. q. 63. ar. 4. controuersia 2. notabili vltimo*, nempe, eos qui in reb. moralibus parum versati sunt nõ posse tuta cõscientia, quod in vno, vel altero Doctore inuenerint sequi. Quia põt illis probabilis videri ea sentẽtia, cum tamen apud peritos non talis habeatur. At hoc intelligerem iuxta dicenda num. sequenti, si is esset Doctor antiquus, ac proinde timeri posset eius opinionem esse antiquatã, aut contra illam decretum aliquod nouum esse: quæ vir nõ ita in moralibus versatus ignorat. At si esset Doctor grauis ex neotericis, de cuius opinione id timeri nequeat, excusabitur vtique. Quia si pretenus cõsultus Doctor grauis id doceret, excusaretur: cur non eos excusabimus, quando apud Doctorem grauem id scriptum repererint? Eo vel maxime quod præsumere possint attentiori consideratione res typis mandandas expendi. At hi non debent sibi confidere, quia sæpe, aut non bene Doctoris illius opinionem callebunt, aut casui particulari applicare nescient.

11 Tandem, vt opinio censeatur probabilis, oportet, vt communiter reputetur non continere errorem, & ne sit antiquata. Quippe euenire solet, vt aliqui scribentes non attenderint rationem aliquam legem, seu decretũ vim maximam contra eorum opinionẽ habere, at neotericos ijs conuictos iam contrarium asserere: & tũc nõ debet censeri probabilis antiquorum DD. sententia, vt liceat secundum illam operari. At si eo decreto, & ratione perpensis, aliqui neoterici ea dissoluerẽt, & amplectuntur adhuc eam antiquorum sententiam, debet probabilis reputari, vt eam sequi liceat. Sic *Vasquez d. disput. 62. cap. 4. num. 17. 18. & Sayr. in claui reg. sacerd. l. 1. cap. 3. in numero 6.* Insuper attendendum censeo, ne opposita iam ita praxi recepta sit, vt fere certa à neotericis doctioribus reputetur.

12 Vltimum fundamentum est. Nil repugnat, vt duas opiniones è diametro sibi contradicentes, idem intellectus probabiles iudicet, aut æque, aut alteram probabiliorem. Quod *Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. disput. 62. cap. 3. num. 10. & Azor tom. 1. lib. 2. instit. moral. capit. 16. q. 2. & 3. & cap. 17. q. 7.* sic explicant. Dicunt enim nõ posse eundem intellectum per propria, & intrinseca rei principia, id est, per causas rei, aut effectus illius, aut absurda, & impossibilia inde deducenda, iudicare vtramque opinionem probabilem. Quia id esset intellectum duobus cõtradictorijs assentiri. At bene posse aiunt per extrinseca principia, id est, Doctorum authoritatem, iudicare contrariam sententiam esse probabilem. At ego non video cur ex ipsa rei natura minus bene intellecta nequeat intellectus vtramque opinionem æque probabilem, aut alteram probabiliorem iudicare. Passim enim videmus ex eisdem principijs diuersimode intellectis, aut applicatis, contrarias opiniones oriri & potest idem intellectus ea vtroque modo intelligi, aut applicari posse, probabiliter existimare, & sic vtramque opinionem esse probabilem. Immo experientia ipsa docet, hoc contingere nullo Doctore pro vtraque parte reperto. Nec id est duobus contradictorijs assentiri. Cum intellectus non affirmet vtramque partem esse certam, sed vtramque esse probabilem, id est, neutram ita certam esse, quin vtraque probabiliter sustineri valeat.

13 His ergo præmissis, præcipua difficultas est, an cuicũque liceat in foro conscientiæ operari iuxta aliorũ opinionem minus tutam, quam probabilẽ reputat, contra propriam tutiorem, & quã sibi probabiliorem esse persuadet? Aliqui negãt. Quod in dubijs tutior sit pars eligenda, *c. Iuuenis, de sponsal.* Atque certum tenendũ est, incerto relicto, *c. Si quis autem, de pœn. d. 7.* Deinde, quia illud est contra propriæ conscientiæ dictamen operari, & se periculo mortalis exponere. Ita docẽt *Gabriel 4. d. 13. q. 8. artic. 3. dubio 2. in 3. probatione primæ conclusionis, D. Ant. 1. par. tit. 3. capit. 10. §. 10. regola 4 Syluest. verbo, Dubium, quæst. 1. Conradus de contract. tract. 7. quæst. 110. conclusione 1. Nauar. Summa Hispana, cap. 28. additione ad num. 283. cap. 27. Corduba in suo quæstionario, lib. 2. quæstione tertia.* Immo *Syluest. Conradus, & Corduba* dicũt, non licere amplecti opinionem minus tutam, id est, in qua peccati periculum subest, quamuis æque probabilis, ac contraria sit.

14 At multo probabilius est id licere. Ducor quod existimans opinionem esse probabilem, iuxta eam operans, nec temeritatis, nec imprudentiæ notã incurrat. Quippe temere, & imprudenter fieri dicitur, quod absque ratione, & causa probabili fit 2. quod sicut opinio probabilis in speculatiuis est, quam absque deceptionis, & erroris periculo amplecti licet: ita in moralibus opinio probabilis est, quam absque peccandi periculo sequi licet. Quippe nullus ad melius, & perfectius amplectendũ astringitur. 3. quia cum oĩmoda de rebus certitudo haberi nequeat, ad eã Deus minime nos obligauit, sed ad operandum cum morali certitudine, qualis in opinione probabili reperitur. Nãque intolerabile onus, ac multis scrupulis expositum esset, si opiniones probabiliores inuestigare teneremur. Tandẽ, quia oppositæ rationes non obstant. Cũ eæ in vero dubio procedant, in quo tutius, & certũ est necessario sequendũ, ad vitandũ peccati periculum: secus in opinionibus. Nec sequẽs minus probabilẽ agit cõtra conscientiã, sed is solus qui cum conscientia oĩno dubia, aut certo dictanti aliquid esse peccatum, id ait. Nec hic se exponit periculo peccandi formaliter, id est, ita vt id peccatũ illi imputetur;

quia

quia prudenter, & ratione probabilis ductus operatur: sed materialiter, id est, admittendi id, quod à parte rei peccatum est. Et ita hanc partem sustinent *Mercado lib. 1. de contract. c. 5. Medina 1. 2. q. 19. art. 6. fol. 309. col. antepen. & ibi Vasq. disp. 62. cap. 4. nu. 14. Valentia 1. 2. disput. 2. quæst. 12. puncto 5. q. 1. & quæst. 14. puncto 4. q. 4. & 2. 2. disput. 5. q. 7. puncto 4. colum. pen. versic. Respondeo dupliciter Guttier. q. canon lib. 1. c. 13. n. 23. Suarez 5. tom. in 3. par. disp. 40. sect. 5. num. 6. Henriquez lib. 14. de irregul. c. 3. nu. 3. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 2. c. 16. q. 2. 3. & 4. & c. 17. q. 7. Bañes 2. 2. q. 10. ar. 1. dubio 3. in obiectione contra 4. conclusionem, Nauar. lib. 3. de restit. c. 1. dubio 13. in noua editione, nu. 257. Aragon 2. 1. q. 63. art. 4. dubio penultimo, & ibi Salon controuers. 2. conclus. 4. Ludouicus Lopez 1. par. instruct. c. 120. Petrus de Ledesma 2. to. Sum. tract. 8. c. 22. fol. 747. immediate ante 12. conclusionem. Salas 1. 2. q. 21. tract. 7. disp. vnica in sectione 6. nu. 66. Sayro in claui reg. lib. 1. c. 6. nu. 4. & 10. Leonard. lib. 2. de iustit. cap. 19. dubio 8. nu. 68.*

15 Quod verum est etiam propria opinione tanquam probabiliori retenta. Quia adhuc proprium consciētiæ iudicium retinetur, quo cōtraria opinio probabilis reputatur. Sic *Vasq. eo. c. 4. n. 14. Azor eo. l. 2. c. 17. q. 7.* contra aliquos, quos tacito nomine ibi refert, tenentes necesse esse deponere propriam opinionem probabiliorem, ne duo assensus contradictorij in eodem dentur. Sed iam nu. 12. huic obiectioni satisfecimus.

16 Hinc deducitur primo non tantum posse quem operari contra propriam opinionem, iuxta probabilē aliorum sentētiam, quando suæ opinionis assensum determinatum habet, & alterius tanquam probabilis: sed ēt si per intrinseca rei principia, neutrius assensum habeat, sed inter vtramque hæsitet, dummodo saltem per extrinseca principia habeat hoc iudicium determinatum, nempe sibi licere vtramuis sequi, eo quod vtriusque graues patronos videat. Quia si quando vni tanquam probabiliori assentitur, potest contra illam operari, quod DD. graues illam tenentes videat: a fortiori id poterit, quando neutri assentitur. Sic *Vasq. eo. cap. 4. num. 18. & 19.*

17 2. Deducitur contra aliquos neotericos, eū qui in ea esset opinione, vt probabilius reputaret, non licere opinionem minus probabilem sequi, adhuc posse eam, sequi, si probabile quoque reputet licere opinione minus probabilem amplecti. Quia adhuc retinet iudiciū probabiliter dictans, hic, & nunc, hoc esse licitum.

18 3. Deducitur, quid in ea q̄one dicendum sit, an ad recte operandum desideretur iudicium certo, & euidenter distans hoc opus licitum esse. Quidā existimāt iudicium practice certum, ac omnem cōtrariæ partis formidinem excludēs requiri, etiam si secundum propriā opinionem quis operetur. Quia quando solum practice probabiliter aliquid esse licitum iudicat, iudicat etiam probabiliter esse illicitum. At iudicans probabiliter aliquid illicitum esse, & id faciens, peccat, vtpote qui se alicuius illiciti perpetrandi periculo exponit. Ita *Caiet. in opusc. to. 1. tract. vlt. responsione 13. dubio vlt. & in Sūma, ver. Opinionis vsus, ad finem*, vbi addit hanc certitudinem non debere esse mathematicam, sed moralem *Almain tract. 1. moralium c. 14. Armill. verb. Opinio n. 2. Nau. c. Si quis autem, n. 58. & seq. de pœn. d. 7.* & fauet *D. Th. quodlib. 8. ar. 14. in prin.* At in ti. videtur se explicare, quādo ex opinionum varietate quis anceps manet, an licite agat. At multo verius est, id iudicium practice certum non requiri, sed satis esse iudicium probabile cum partis oppositæ formidine. Quippe formido vnius partis non excludit assensum determinatum circa aliā, sed in eo tātum consistit, vt quis per actum reflexum iudicet, rationes illius partis, cuius assensum habet, non esse euidētes, sed tantum probabiles. atque ita posse accidere, vt cōtraria opinio forte sit vera. 2. quia cum prudentia sit humanorum actuum regula, iudicium quod sufficit ad prudenter agendum, sufficit quoq; ad honeste operandum. At prudens operatio nō requirit omnimodam certitudinem, sed probabili cum alterius partis formidine contenta est. Alias vix esset cui operari liceret: cum res practicæ difficillimæ cognitu, & varijs opinionibus subiectæ sint. Nec hic peccandi periculo se exponit, quod illi soli contingit, qui credit aliquid esse illicitum, non habens probabilem assensum dictantē esse licitum. Et ita hanc partem sustinent *Gers. tract. de præparatione ad Missam, consideratione 3. alphabeto 37. litt. S. Vasquez 1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 62. cap. 5. nu. 26. & ibi Salas quæst. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 4. nu. 40.* Qui tamē dubitaret, an aliqua opinio esset probabilis, nequit tuta conscientia illam sequi. Et hoc est quod docet *D. Thom. proxime allegatus.* Et tenent *Medina 1. 2. q. 19. ar. 6. f. 37. concl. 1. Salas nu. 41. & sect. 5. nu. 44.*

19 Quartò deducitur, licite quoque viros doctos posse contra propriam opin. alijs consulere, sequendo alienam, quam probabilem esse putant. Sic *Vasq. 1. 2. disp. 62. c. 9. n. 4. Salas ea disp. vnica sect. 6. nu. 69. Sayr. in claui reg. lib. 1. c. 6. nu. 11.* Immo, & ipsis confessarijs hoc licet. Quia si ipsismet licet hanc opin. sequi, cur non licebit eam alijs consulere. Sic *Medin lib. 2. Sum. c. 3. in fi. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 120. Salas ea disp. vnic. sect. 9. nu. 84.* Nec contradicit *Sot. 4. d. 18. q. 2. art. 5. ad 5. ad fin.* quia expresse loquitur, quando hi credūt aliam opinionem esse falsam. Quod certum est: nequit enim quispiam, quod credit esse falsum consulere. Immo, prudenter faciunt quandoque minus probabilem opinionem cōsulendo, quando probabiliorem difficilem fore pœnitenti, vel consilium petenti iudicarint. Quia sic infirmitati eorum prospiciunt, & peccandi periculum in eis cauent.

20 Quare poterūt hi modo iuxta vnā, modo iuxta contrariam opinionem consulere: quamuis melius sit semper iuxta eandē, & maxime in scriptis, ne varij deprehendantur. Et ratio est, quia vtramque, & sibi, & alijs consulendam opinionem tanquam probabile amplecti possunt, etsi alteram probabiliorem credant. Ita *Vasq. ea. disp. 62. c. 9. nu. 47.* At hæc varietatis deprehēsio poterit facile vitari, si consulens, siue verbo, siue scripto asserat, quamuis contraria opinio probabilior sit, hanc quoque tanquam probabilem posse tuto amplecti.

21 Sed hoc limitat *Vasq. ea disp. 62. c. 9. nu. 47. & disp. 63. c. 3. nu. 14. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 9. nu. 85.* vt tūc possit vir doctus relicta opinione, quam probabile credit iuxta probabilē consulere, qn̄ petētem consilium eximit a restitutionis obligatione, & alia quacunque: secus quando ipsum ad quippiam obligat. Nā consulens doctorem circa aliquam obligationem, non de aliorum, sed de ipsiusmet opinione interrogat: atq; ita ficta ipsius authoritate illum condemnat, qui agnoscēs illam non esse eius opinionem, non restitueret. Verum non placet limitatio. Si enim iuxta aliorum opinionē, quam probabilem putat, potest petētem consilium excusare, cur non poterit cōdemnare? Cum in vtroq. Doctor recte, & iuxta opinionem, quam probabilem iudicat, consulere teneatur, & in vtroque petens consilium de opinione eius interrogat. Adde quoque eam vere esse eius opinionem: cum tanquam probabili illi assentiatur. Nec obstat fore, vt alter opinionis excusantis conscius, quam doctor probabiliorem reputat, nō restitueret. Nam idem accidet, si sciret Doctorem reputare minus probabile, tutum tamen non obligari ad restituendum. At nullus obligat Doctorem, vt hoc pœnitenti declaret. Nec hic decipit consulentem: cum ea opinio obligans, non falsa, sed probabilis sit. Tandem, quia sæpe prudentia petit ne explicetur opinio probabilior excusans a restitutione, cum non excuset a peccato, ne in id peccatum incidendi ansa detur. Sæpe etiam opinio illa Doctoris excusans, est singularis, nec vulgaribus fundamentis innixa, quæ alijs etiam doctis ea ignorātibus videbitur improbabilis, ac forsitan scandalum generabit. Placet tamen, quod addit *Salas ibi*, nempe, si roget expres-

expresse consulens, an aliqua ratione a restitutione excusari valeat, teneri consultum, aut a cõsilio dando abstinere, aut declarare opinionem aliorum probabilem excusantem. Quia alias ipsum decipiet: & *ipsemet Salas ead. disp. unica, sect. 10. n. 95.* sic limitat, vt teneatur quis docere opinionem excusantem, quando non absolutè interrogat, sed modo prædicto.

22 Alij limitant, vt hoc sit verum citra iustitiæ materiã, in illa enim tenetur quis sequi opinionem probabiliorem, & tenetur confessarius in confessione, vel extra, vel quicunque alius consultus dum in materia iustitię, vt restitutionis, ab ipso consilium petitur, illud prębere iuxta opinionem, quam probabiliorem credit. Quia hi sunt iudices in foro conscientiæ. Sicut ergo iudex fori externi tenetur sentẽtiam iuxta probabiliorem opinionem ferre (vt num. 48. dicemus,) ita hi consulere. Item, quia cũ causa illius, cui probabilior opinio fauet, sit dignior, acceptio personarum videtur committi, si iuxta probabiliorem sententiam nõ detur consilium. Sic *Valent. 2. 2. disp. 5 q. 7. punct. 4. col. penul. vers. Respondeo dupliciter, & dub. 3. post dictum 3.* At iure optimo omnes alij Doctores num. 14. allegati absque prædicta limitatione indistinctè tradunt licere opinionem minus probabilem amplecti, ac eam cõsulere. Et expresse *Vasquez 1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 63. c. 1. in initio* dicit in omni materia id procedere. Idque probant rationes nu. 14. allatæ. Estque latum discrimen inter iudicem fori externi, & interni, quod ille sit iudex inter partes, & ita constituitur a republica, vt secundum id quod magis æquum reputat, sententiam ferat. At hic est in foro pœnitentiæ iudex, quod iudicium est medicinale, nec inter partes, sed inter hominem, & Deum. Quare sat est confessario, & Doctori consulto efficere, vt in ordine ad Deum consulens rectè componantur. Quod præstant, dũ opinionem probabilem in consulendo sequuntur.

23 Non tamen licebit Doctori petentem consilium ad Doctorem alium remittere, quem nouit in contraria esse opinione, eo quod legem aliquam, quæ contra suam est opinionem, inuincibiliter ignoret. Quia quãuis Doctor alius absque culpa consilium præberet, propter inuincibilem ignorantiam: at remittens veritatis conscius, & falsitatis illius opinionis culpa non liberatur. Sic *Salas ea. disp. vn. sect. 9. nu. 84 Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 62. in fin.* Credo tamen posse remittere, quamuis eam opinionem improbabilem esse censeret: si alius Doctor non ignorantia ductus, sed alijs rationibus, quæ sibi, & alijs viris doctis probabiles videntur, opinionem illam, quam ipse falsam reputat, amplecteretur. Quia potest consilium petens, Doctoris illius, ad quem alter remittit, opinionem sequi, atque ea reuera probabilis est, quamuis remittenti improbabilis videatur. Idque constat ex ijs, quæ nu. 6. diximus, & ex ijs, quę nu. 42. dicemus.

24 5. Deducitur, quid in ea qõne dicendũ sit, an in conscientia tutus sit habẽs visum, atque propositum varios DD. cõsulendi, donec aliquem sibi ad libitum suum respondentem inueniat. *Adrian. 4. mater. de restitut. q. de prascrip. dub. vlt. vers. his præmissis ad quæstionem respondeo, & Nauar. vtraq. Sum. c. 17. n. 83. & Sum. Hisp. c. 28. addit. vl. ad c. 27.* dicunt hũc in prauo statu esse. Sed hoc intellige, quando hic non recta veritatis indagãdę intentione, sed inueniendi Doctoris ad libitum respondentis, id efficit. Et similiter quando huic potius, quam alijs fidem habet, nulla peculiari maioris huius peritiæ ratione ductus, nec amplius inuestigat, an ea opinio probabilis sit. Secus quando recta inuestigandi intentione, an ea opinio sibi fauens sit probabilis, animo firmo nil mali efficiendi, sed id solum, quod sibi licere inuenerit. Quia vnicuique ius est ius suum protegendi, & ad id rationes quærendi. Et ita hunc excusat solum, quando ea recta intentione Doctores consulit, *Zumel 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 4. in fi.*

25 In duplici tamẽ casu excusabitur sequens, aut consulens opinionem, quæ ita parum probabilitatis habet, vt alias amplecti nõ possit. Prior est, quando vrget maxima periculi grauis vitandi necessitas, quod vitatur sequendo opinionem non aperte falsam, nec omni probabilitate destitutam. Vt cũ *Soto, & Nauarro* diximus *lib. 2. de matrim. disput. 36. nu. 8.* Posterior est, quando ea sius particularis vrget, hoc est, quando statim intellectum ad alterutram partem determinari oportet, & nequit omnis diligentia moraliter possibilis adhiberi, & adhibetur ea, quam loci & temporis opportunitas permittit: tunc enim excusatur eam opinionem sequens, etsi improbabilis sit. Quia eo casu post adhibitam eam diligentiam ignorantia manens est inuoluntaria, & ideo practice nullum est peccati periculum. Sic *Valentia 1. 2. disp. 2 q. 14. punct. 4. q. 4 Suarez 5. to. in 3. p. disp. 40. sect. 5. nu. 13. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 5. nu. 44.*

26 Sextò deducitur, quid sentiendum sit de præceptoribus, qui inter legendum docent opiniones minus probabiles. Quidam quos tacito nomine refert *Salas 1. 2. ea. disp. vnica, sectione 6. numero 69.* sentiunt hos peccare nõ docendo opiniones quas probabiliores iudicãt. Sed hos merito reprehendit *ibi Salas:* eo quod sæpe opinionem suam singularem eos tacere oporteat, ne cũ aliorũ scandalo, ab opinione communiter recepta deuiẽt. Sed non explicat quid dicendum quando nulla causa iusta excusans adest. At credo tunc non esse mortale, cũ doceant opinionem quam verè probabilem reputant: at erit culpa venialis. Quia non fideliter docent quod sentiunt, ac nonnullam discipulis iniuriam irrogant. Quod si falsas, ac improbabiles opiniones doceant in moralibus, est manifesta mortalis culpa. Cum ansam errandi in rebus ita necessariis præbeant, ac discipulos in re graui decipiant. At in rebus parui momenti, vt Logicæ, vel Grammaticæ, dicit *Salas eadem disput. unica, sectione 5. nu. 44.* esse nullam, aut solam venialem culpam, eas sequi non præcedenti debito examine. Et ita credo, cum in nullius præiudicium sit. De magistris autem eas docentibus non loquitur. Sed existimo hos peccare mortaliter, nisi paruitas materiæ excuset. Quia si habent ex officio, tenentur docere: si vero ex officio nõ habeant, tenentur non docere falsa decipiendo. Et cõstat, quia communiter Doctores obligant hos ad restituendum. Vt potest videri in *Nauar. lib. 2. de restit. c. 2. in noua edit. dub. 1. num. 82.*

27 Septimò deducitur, quid de confessario dicendũ, an cõtra propriam opinionem possit pęnitentem absoluere. Vt si confessarius contractum esse vsurariũ iudicet, at pęnitens probabiliter esse licitum, & velit illum inire. Quidam sic distinguunt si sit proprius pastor pęnitentis, se opinioni illius contra propriam conformare potest: secus si non sit proprius: tunc. n. peccabit. Quia prior ex officij necessitate confessiones audit; posterior autem voluntarie. Sic *Conradus tractat. 7. de contract. quæst. 100. conclus. 3. D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 20. §. 2. Angelus verbo, Confessio 4. nu. 13. Syluest. verbo Confessor. 3. q. 7.* Idem sequitur *Medina, C. de confessione, q. de confessione dimidiata iterãda, vers. Sequitur tã,* cũ hac tñ limitatione, s. quando agitur de damno tertij, in hoc. n. euentu, vt in casibus restitutionis, ait veram esse distinctionem positã: at vbi de dãno tertij non agitur, dicit vtrũq; cõfessarium debere se opinioni pęnitentis conformare.

28 At dicendum est, vtrumque confessarium id posse. Quia cum licitum sit pęnitenti opinionem probabilem sequi, non caret eã sequens dispositione requisita, vt licite absolui possit. Ergo vterq; confessarius potest illum audire & absoluere. Et ita sustinẽt *Victoria Sum. ibi de conf. n. 177. Sotus 4. dist. 18. q. 2. ar. 5. ad 5. Nau. Sum. c. 26. n. 4 & c. Si quis autem nu. 77. de pœnit. dist. 7. Led. 1. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 6.* Et alij, quos referunt, & sequuntur *Enriq. l. 6. de pœnit. c. 16. n. 5. in commen. lit. Z: Azor to. 1. l. 2. inst. moral. c. 17. q. 10. Suarez 4. t. in 3. p. disp. 32. tota sect. 5. Vasquez 1. 2. q. 19. a. 6. disp. 62. c. 7. n. 39 & 40. Polan. in direct. confessorũ, c. 1. §. de prudẽtia confessoris. Manuel 1. to. Summa,*

ma, in 2. editione, c. 62. nu. 11. Salon 2. 2. q. 62. ar. 2. controuersia 4. paulò ante solutionem ad argumenta. Et multi alij. Salas 1. 2. q. 21. tr. act. 8. disp. vnic. sectione 9. à num. 82. Valentia 2. 2. disp. 5. quaest. 7. punct. 4. in fi. Sayro in claui reg. lib. 1. c. 9. à nu. 13.

29 Vtrum autē vterque teneatur in hoc casu absoluere, non cōstat inter Doctores hos. Nam *Pelancus* affirmat proprium teneri, secus de non proprio. At dicēdum est vtrumque teneri absoluere postquam confessionem audiuit. Nam licet ante confessionem auditam alter sit necessarius, alter vero minister voluntarius; at confessione audita vterque tenetur ex ipsa Sacramenti institutione, ac cōfessoris officio, pœnitentem bene dispositū absoluere. Quia ad hoc Christus ligandi, & soluendi potestatem contulit, ac Sacerdotes iudices constituit: recta n iudicij ratio petit, vt sicut pœnitens confessori rectè præcipienti obedire tenetur, ita confessarius rectè dispositum tenetur absoluere, qualis est sequens opinionem probabilem. Atque ita docēt *Victoria, Sotus Ledesma Henriquez, Azor, Sayro num. vlt. Salas num. 83. Suarez nu. præced. allegati.* Addunt tamen *Vasquez, & Salas* Sacerdotem non proprium non teneri tunc absoluere obligatione adeo graui, vt alioquin mortaliter peccet: & sæpe eum excusari quod id bona fide, & zelo suæ opinionis faciat. At ceteri Doctores non explicant quania sit hæc obligatio. *Suarez* solus dixit esse graoem obligationem, non tamen semper sub mortali. Et ita credo esse. Quia ratio proposita ita suadet, ac grauiter conqueri iure optimo pœnitens potest, quod si bene disposito, auditaque eius confessione, absolutio denegetur. Nec leuis videtur culpa, institutioni sacramenti, ac confessoris muneri contraria. At crederem ratione paruitatis materię hanc culpam esse venialem. Vt si confessio esset ita breuis, aut de so'is venialibus facta, quam cogere pœnitentem vt cum alio confessore repetat, non esset graue onus nec grauis iniuria. Quod videtur ibi docere *Suarez*, dicit enim non semper esse mortale, præsertim si nullum intercedat scandalum, & pœnitens facile possit incommodum illud resarcire. Excusatur etiam sæpe confessor hic ob bonam fidem. Vt bene tradunt *Salas, & Sayro ibidem.*

30 Immo, idem dicendum est contra *Manuelem nu. 28. allegatum*, quamuis confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimaret, si probabilis reputetur inter Doctores probatæ authoritatis. Quod bene docent *Sotus nu. 28. allegatus, & Valentia 2. 2. d. sp. 5. quaest. 7. puncto vltimo, in fine.* Quia cum non teneatur pœnitens consilio confessoris, potius quam aliorum acquiescere, adhuc non deficit debita dispositio ei, vt absoluatur. Itē, quia tunc eatenus dicitur confessarius se conformare opinioni pœnitentis, quatenus illam permittit ei, non autem quasi sequatur illam.

31 Tandem hucusque dicta locum habent, quando pęnitens est doctus, vel ab alijs instructus de probabilitate opinionis, quam amplectitur. Atque ita sustinet *Salon nu. 28. allegatus*, dicitque pœnitētem indoctum, nec sic instructum non posse absolui, etsi opinionem probabilem sequatur, nisi in articulo mortis constitutus sit, tunc enim ait esse informandum de opinionis probabilitate, ne in male statu decedat. Verum ego existimo etiam extra hunc statum eum informandum esse. Tum, quia confessor tenetur ex officio bonum pœnitentis procurare, illique consulere ipsum instruendo. Tum etiam, quia lex charitatis obligat ad peccatum proximi uitandum, quod confessor vitabit, si pœnitentem admoneat, qui forte contra confessoris consilium nullo alio petito rem illam quam confessor dicit esse illicitam, admittat, ac in huius peccati perpetrandi periculo videt confessor eum constitutum, cum pertinacem eum videat.

32 Octauò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an licitum sit in sacramentorum administratione, vti opinione minus probabili, & minus tuta, quando de sacramenti valore agitur. Aliqui censent id illicitum esse ac semper necessario tutam partem amplectēdam esse, in qua nullum irritandi sacramenti periculum imminet. Ducuntur, quia (vt ait *Suarez statim allegandus*) hoc distat inter iudicium de iure, nimirum, quādo dubitatur, an aliquid sit licitum necne: & iudicium de facto, id est, an res hoc modo facta valeat, necne, quod prius ordinem ad operātem dicat, atque ita omne malitiæ periculū, quod forsan est in re ipsa tollit: posterius vero dicat ordinem ad rem ipsam, nec periculum irritationis rei tollat. Quare in priori casu excusatur sequēs opinionem probabilem: nō autem in posteriori. Quippe quantumuis opinio probabilis sit non cessat periculum irritationis. Sic sustinent *Petrus de Soto lib. de instit. sacerd. lect. 2. de Eucharistia, Suarez 1. tomo in 3. par. disput. 26. sectione 6. nu. 5. & 3. to. in 3. par. disput. 21. sectione 4. ad finem.*

33 Quamuis tamen hoc probabile sit, existimo tamen probabilius esse, licere in sacramentorum administratione vti opinione minus probabili, relicta probabiliori, ac tuta, non obstanti irritandi sacramenti periculo, cum duplici tñ limitatione: Prior est, vt sit iure, q̃ non est contra cōem Ecclesiæ vsum præscribentem, vt eo modo, & non aliter administrentur sacramenta. Hac enim ratione libro tertio, de matrimon disput. 20. numero 4. diximus esse mortale amplecti opinionem probabilem circa formas, & materias sacramentorum, relictis certis, & pscriptis ab Ecclesia, prouenire, non ex defectu opinionis, & ratione periculi, & irreuerentiæ sacramēti: sed quia contrauenitur Ecclesiæ cōsuetudini, q̃ vim præcepti habet. Posterior est, ne pars minus tuta, quamuis probabilior sit, deroget obligationi charitatis, & misericordiæ respicientis remedium proximi. (Vt num. sequenti explicabimus.) Hanc sententiam late, & optime defendit *Vasquez 1. 2. quaest. 19. artic. 6. disputat. 63. toto capit. 2. & 3. Salon 2. 2. quaest. 63. artic. 4. controuers. 2. ad 3. Sayr. claui regia, lib. 1. cap. 7. numero 4.* & ait esse valde probabile *Salas 1. 2. quaest. 21. tractat. 8. disput. vnica, sectione 10. numero 96.* Et aliqui Doctores neoterici. Et ratio est, quia cum hac duplici limitatione non potest alia culpę ratio reperiri sequendo opinionem probabilem, nisi aut ratione irreuerentiæ sacramenti, aut ratione periculi irritationis. At neutra ratio culpam inducit. Non prior, quia nulla est irreuerentia Sacramenti, illud ministrare cum periculo, vt sit irritum, sequendo opinionem probabilem. Quia quamdiu quis sequitur opinionem probabilem, prudenter putat illum esse conuenientem ministrandi modum, & nulli se contrauenire præcepto, nec irritari sacramentum. Ergo sicut credens probabiliter aliquid non esse contra præceptum diuinum, & ob id illud faciens, minime iniuriam præcepto diuino irrogat: sic non irrogat sacramento, qui probabiliter credit illum esse conuenientem ministrandi modum. Nō etiam posterior, quia quamuis sit irritandi sacramenti periculum, aut illud suo gratiæ effectu frustrandi, id etiam contingere potest, quando amplectitur quis opinionem, quæ videtur probabilior. Et ad rectè operandum, & ne censeatur homo culpabiliter se periculo exponere, satis est, si id efficiat cum prudenti assensu dictanti probabiliter id esse licitum, ac sacramētum non reddi irritum.

34 Ex quo fit peccare ministrum contra charitatē, qui proximo indigenti remedium adhibere debet, quoties ex parte eorum quæ ex se ab ipso exhibenda sunt ministrat sacramentum, sequens opinionem etiam probabiliorē, minus tamen tutam, vtpote in qua est irritandi sacramenti periculum, si possit tutam, quamuis minus probabilem, eligere. Quod charitas, & misericordiæ præceptum id postulare videantur, vt si proximo certū, ac sine periculo remedium adhibere possimus, non eligamus periculo expositū: quale est ministrando etiam secūdum opinionem probabiliorem, minus tñ tutam.

Quip-

Quippe forsan proximus remedio careret, vel quia re ipsa id sacramentum nullum esset: vel quia gratiæ effectu careret. Quæ ratio idem probat, siue paruulis, siue adultis id sacramentū ministretur. Quamuis n. adultus contritione remediū sibi comparare valeat: ad id remediū difficillimum est: & cum sit ignarus defectus valoris sacramenti, id non curabit. Quare negari non potest contra charitatē esse ei periculo proximum obijcere, negato sibi facili remedio. Dixi autem ex parte eorum, quæ ex se exhibēda sunt a ministro. Nam nullatenus in charitatem aget, nec peccabit, si pœnitentem cū sola attritione per ipsummet cognita absoluat, sequendo opinionem probabilem sustinentem eam sufficere ad sacramenti pœnitentiæ valorem, & vt gratiam conferat. Quia dolor est requisitus non ex parte ministri, sed ex parte ipsius pœnitentis; quare si ipse vult accedere cum sola attritione cognita, cum contritus accedere valeat, non fit contra charitatem ei debitam, si ei hoc pacto disposito conferatur absolutio. Hæc omnia latius tradit *Vasquez ea. disp. 64. c. 3. nu. 10. & triplici sequenti.* Et ipsum sequuntur *Salas ea. sect. 10. nu. 93. Sayr. eodem cap. 7. num. 6. & 7.* Hoc tamen intelligerem, nisi pœnitens in mortis articulo esset, atque habere posset contritionem. Tunc enim esset mortale, & recipere, & ei sacramentum pœnitentiæ cum sola attritione cognita ministrare, propter graue damnationis æternæ periculum, cui ille exponeretur, si forte hæc sententia non esset vera. Cum tamen gratia Dei adiutus possit securum contritionis remedium assequi. Nec placet distinctio quædam, quam in hoc casu adhibet *Salas eadem sect. 10. nu. 93.*

35 Excipitur tamen ab hac regula, quando opiniones circa iurisdictionem sacerdotis ad audiendas confessiones versantur, atq; opinio probabilis docet illā habere: probabilior autem negat. Talis enim sacerdos nullo modo peccabit audiens confessiones. Vt optimē ait *Suarez 4. to. in 3. p. disp. 26. sect. 6. nu. 7. & 9.* Quod nullū aut modicum sit irritādę, aut effectu gratiæ frustrandæ confessionis periculum. Tum, quia communis error ex ea probabili opinione ortus, satis est ad gestorū per eū sacerdotem ualorem. (Vt probaui lib. 3. de matr. disp. 22. in fine.) Et dicit *Suarez ea. num. 8.* Et tenet etiam *Leonardus lib. 2. de iust. c. 29. dub. 8. num. 68.* Tum etiam quoniam in confessionibus semper quispiam fatetur aliqua venialia cum mortalibus; at quilibet sacerdos certam in venialia iurisdictionem habet, & ideo cum pœnitens non ponat obicem, & sit certa iurisdictio in aliquam materiæ partem, erit certus confessionis valor. Et quamuis careat ille iurisdictione in mortalia, ea indirectē, & per accidens virtute illius absolutionis remittentur. Atque excusabitur pœnitens ab eis iterum confitendis, ratione iustæ ignorantiæ: eo qd iuxta probabilem opinionem credatur vera illius sacerdotis iurisdictio. Quamuis hæc exceptio displiceat *Salas eadem disp. vnica sectione 10. num. 101. & sectione 27. nu. 286. & 287.* Quia vterque excusandi modus est dubius. Sed retinenda est exceptio.

36 Nonō deducitur, quid de rege in bello gerēdo dicendū sit, an scilicet, id gerere possit sequendo minus probabilem opinionem, & qualiter in dubio se habere debeat. De qua re inter alios consulantur *Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 64. toto c. 3. Molina to. 1. de iust. disput. 103. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 15. a nu. 121.*

37 Decimō deducitur, quid de medico in curationibus adhibendis sentiendum sit. Et quidem non disputamus, quando opinionum varietas in eo consistit, an liceat medico hoc, vel illud in curationibus agere: tunc enim dicendum est licere ipsi amplecti vtramuis opinionem probabilem, etsi altera minus probabilis sit. Id enim generaliter esse licitum diximus, numero decimo quarto. Sed difficultas est, quando circa ipsa medicamenta, an salutifera sint, an potius noxia, diuersę opiniones extant.

38 Constat hac in re, quando est medicamentū certū, nefas esse eo postposito opinionibus vti. Quia cum sequendo quamuis opinionem, adhuc maneat periculū in medicamento, non fideliter munus suum medicus obit, electo eo periculo medicamentum certum omittens, & ideo imprudenter agit, & subinde mortaliter peccat in re graui. Et ita sustinent *Azor tom. 1. lib. 2. instit. moral. c. 17. q. 11. Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 64. c. 4. nu. 23. & omnes.* Insuper constat iniquum esse præbere ęgro medicamentum dubium, an salutiferum, an potius noxium futurum sit. Sicut rem, quamuis dubiam, efficiens peccat. Et ita fatentur omnes allegandi, & *Nauar. sum. c. 25. nu. 61.* & ideo peccant medici gratia experiendi tribuentes id medicamentum dubium. Vt bene *Sayr. claui reg. lib. 1. c. 10. nu. 6. Azor ea. q. 11. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vni. sect. 14. nu. 136.*

39 Duplex autem est circa medicū difficultas. Prior est, qn de remedio dubitatur, an salutare, an noxiū futurū sit, nec remedium adest certius, & aliunde est mors ęgri certa, ac de ipsius salute desperatur, an liceat id remedium dubium adhibere? Id negant *Azor ep. lib. 2. instit. moral. c. 17. q. 11. Salas ea. sectione 14. nu. 136. Vasq. d. c. 4. nu. 22.* Quia si non applicetur id dubium remedium, mors infirmi subsequuta non culpæ medici, sed morbi violentiæ tribuetur. Si vero applicetur, exponitur periculo vita ægri, q forsan eo nō applicato ad sanitatē restitueretur, aut saltē diutius viueret. Idem videntur sentire *Innoc. c. Tua nos, nu. 1. de homic. & ibi Anton. n. 15. Abb. ibi. §. Ad vlt. nu. 4. Fel. num. 2. nico, vers. Postremo scias, Ananias ibi, in initio n. 3. Angelus, verb. Medicus, n. 2. & ibi Sylu. q. 4. dicto 1.* vbi generaliter aiunt medicum peccare, si huiōi medicamenta dubia applicet. Et eam rōnem reddunt, quia in eo dubio medicus partē minus tutā eligit. Quippe minus tutum est exponere ægrum nouo illius medicamenti periculo, quam soli naturali ex morbo consurgenti eum relinquere. Immo addunt *Innoc. & Anan.* id verum esse, etsi medicus id medicamentū profuturū vehementer suspicetur. Quare *Ang. Syluest. & Vasq. Sayr. eo. c. 10. n. 9. 10. & 11. Salas eo. n. 136.* tunc tm admittunt posse hoc remedium adhiberi, quādo medicus nō est vere dubius de medicamēti effectu, sed probabili opinione sua, & aliorum, credit medicamentum profuturum; nec aliud certius suppetit. At mihi probabilius vř etiam in dubio licere id medicamentum adhibere. Quod docet *Valentia 2. 2. disp. 3. q. 10. pun. 2. colum. pen. paulo ante vers. Altero modo,* & in hoc euentu ait intelligi id *Galeni* documentum: *In ertice aadacter.* Ratio est, quia cū vita infirmi prorsus desperata sit, cōformius prudentiæ, ac ipsius infirmi, eiusque salutem optantium voluntati videtur, id remedium applicare. Quia si noceat, præter voluntatem erit, & eo quoque remedio nō applicato æger obiturus erat: & ex altera parte dubium est, an proderit. Et confirmatur, quia applicare id medicamentum est tutius. Nam eo non applicato mors est certa applicato autem est salutis spes, quamuis dubia. At tutius est, dubiam salutis spem adipisci, quā in morte certa ægrum relinqui. Et hoc videntur significare, *Corduba in sue quæstionario, lib. 3. q. 5. post 2. propositione, ver. Pro declaratione, & Manuel 2. to. sum. c. 51. nu. 6. conclus. 4.* vbi docent medicum certum de ęgri morte non adhibito aliquo medicamento, si habeat probabilitatē, non tam certam fore, vt id doceat, debere certius mortis malum fugere, adhibendo id medicamentum. Quare non tantum ei licere sentio, sed eum quoque obligari. Id enim rationes adductæ probant.

40 Posterior difficultas est. Quando nullū medicamentum est certum, sed variæ inter medicos opiniones versantur circa medicamēta illi morbo applicāda, an liceat medicamento vti, iuxta opinionem, quam medicus minus probabilem credit? Aliquibus videtur fas ei esse vti opinione minus probabili. Quia, quod ex probabili ratione fit, temeritate, ac imprudentia vocat. Ergo & culpa. Item, quia est licitum in sacramentis vti opinione minus

minus probabili, quamuis non tollatur periculum irritationis illius (Vt diximus nu. 33.) Ergo similiter ita medicinis corporis, etsi id periculum non cesset. Et ita sustinent *Azor to.1.lib.2.inst.moral.c.17.q.11. Aragon 2.2.q.63.art.4.dub.penultimo, Salas dicta sectione 15.nu.156.*

41 Alijs videtur teneri eligere opinionem probabiliorē. Quod aliter infideliter saluti ægri cōsulat, nec tollat periculum, quod in re ipsa est nocēdi infirmo, si fortè opinio illa non sit vera: & quamuis maneat quoque periculum sequuta opinione, quam probabiliorem credit, si ea vera fortè non sit: at ipse excusatur, suoq; muneri rectè satisfacit eligens id quod verius, ac tutius credit. Ita sustinēt *Sotus lib.3.de iust.q.6.ar.5.ad 4. Salon 2.2.q.63.ar.4.controuersia 2.ad 2.* Pro qua senentia est *Suarez num.32.allegatus*, docens generaliter in omnibus quæstionibus ad rem spectantibus, quando inde valor rei pendet, non satis esse opinionem probabilē sequi. Sed quāuis id fundamentum generale non approbarim num.53. nec hac sola ratione ducar, existimo hanc sententiā veriorem esse. Non, quod sit contra obligationem iustitiæ ex medici officio debitam vti opinione illa probabili, sed cōtra debitam charitatem proximo indigenti exhibendam: quæ petit, vt certiori medio quo possumus, ei subueniamus. Sicut in simili agentes de sacramentorum ministro eligenti opinionem minus probabilem diximus, num.33. Et non esse contra iustitiam probant rationes ibi, & nu. præcedenti allatæ.

42 Tandem duo circa medicum obseruanda sunt. Prius est, non licere medico consulere ægris medicinā, quam putat illis noxiam fore, quamuis norit doctiores sentire fore salutiferam. Quia consulit aduersus propriæ conscientiæ dictamen. At potest ægro dicere doctiores medicos id tenere, quamuis ipse eius sententiæ non sit: atque ita licitè posse eum illa medicina vti. Sic *Nauar. c. si quis autem, nu.74. & 75. in solutione ad 3. de pœnit. dist. 7.* Quod intelligo, in quantum ait non posse eam medicinam consulere, retento eo dictamine: nam attendens doctiores contrarium asserere, posset prudenter id deponere, ac eam medicinam consulere. Posterius est, quando medicamentum minime nociturum nouit, dubitat autem, an proderit, teneri illud adhibere. Quia prudentia id dictat, & sic bene saluti infirmi prospicitur. Ita *Valentia 2.2.disp.3.q.10.puncto 2.col.penult.vers. Altero modo.* Quādo autem est par, aut ferè par mortis periculum, siue adhibeatur, siue non, non licet. Sic *Salas ea. sectione. 14 num. 135.* Quod credo, quando non adest probabilitas aliqua fore, vt possit.

43 Vndecimo deducitur, quid de iudice in sententijs ferendis dicendum sit. Et sicut diximus nu.37. de medico & dicemus nu. 49. de aduocato; non agimus quando est cōtrouersia, an liceat iudici hoc, vel illud agere, vt interrogare in tali casu reum, aut testes, &c. tunc enim iā n.41. vniuersaliter tradidimus licere opinionem minus probabilē sequi. Et in iudice bene notat *Vasquez 1.2.q.19.ar.6.dis.64.c.2.in initio.* Sed difficultas est, qn̄ opiniones versantur circa ius partium, inter quas lis agitatur.

44 Insuper probabilitas maior, aut ęqualis potest accidere, aut ex parte facti, quia vtraque pars testimonijs, aut instrumentis æque, aut minus, probabilibus intentum suum probat. Et de hac probabilitate, quæ nō est opinionum, sed facti, nō est institutum nostri agere. Sed consulātur *Salon, Sayro, & Petrus de Ledesma, & Salas, num. sequenti allegandi*, latè de ea tractantes. Aut potest accidere ex parte iuris, nimirum, quia lex iuxta quam ea lis decidenda est, aliter ab aliquibus Doctoribus, & aliter ab alijs intelligitur, & vtramque opinionem æquè probabilem, aut alteram probabiliorem reputat iudex.

45 Et quando vtraq; opinio est æquè probabilis, quāuis *Bañes*, non sine optimo fundamento *2.2 q.63.art.4 dubio 1. circa solutionem ad 2.* censeat nō dari iudici electionem, sed teneri, vel litigantes componere, vel diuidere rem inter ipsos, vel si fuerit indiuisibilis, vt primogenium, diuidere partem fructuum. At verius est integrū esse iudici, quam maluerit opinionem eligere, & secundum eam iudicare: imò cessante scandalo nunc secundum vnam, nunc secundum aliā. Quia ex vi officij sui, & iustitiæ distributiuæ non magis vni, quam alteri id iudicij fauorabilis bonum debet, sed vterque iudicio illo dignus est. Sicut ergo inter duos æquè dignos beneficio datur optio: ita in sententijs ferendis. Nec obstat rē esse diuidendam, quando æquales essent ex parte facti probationes. Quia hæ se tenent ex parte causæ, & sunt propria media, quibus ea decidenda est. At opinionum diuersitas se ex parte iudicis tenet, qui cōi bono prospicere, & eligere opinionem secūdum quam iudicet, debet. Et ita sustinet *Sotus*, licet non ita clarè, *li.3.de iust.q.6.ar.5.ad 4.* & clare id tenet *Metina 1.2.q.19.ar.6.f.309. concl.2. Salon 2.2.q.63.ar.4.contro.2.concl.1. Valētia 2.2.dis.5.q.7.punct.4.dub.3. Manuel t.10.sum.in 2.edit.c.6.n.1.concl.1. Sayro in claui reg. li.1.c.11.nu.4. Salas 1.2.q.21.tract.8.dis.vnic.sect.12.n.115. Petr. de Ledes. 2.to.sum. tract.8.c.22.post 11.concl.diffic.1.f.745.* Quando autem iudex cum scandalo nunc iuxta vnam opinionem, nūc iuxta alteram iudicaret, peccaret vtique; at restituere non teneretur. Quia nil contra ius partium agit.

46 At maior difficultas est, quando alterā opinionē probabiliorem iudicat. Quidam cēsent posse iudicem sententiā ferre iuxta opinionem, quam minus probabilem putat. Quia nec temere, nec imprudēter agit, vtpote qui ratione probabili ducitur. Sic tenet *Metina 1.2.q.19.ar.6.dub.penult.ad vltimum, Aragon 2.2.q.63.ar.4.d.penul. & ibi. Salon controu.2.conclus.4. Pet. de Ledes.* dicens esse sententiam multorum nostræ ętatis, *d.c.22.post.12.conclus.diffic.2.f.746. Sayr. eo c.11.n.8. Salas ea sect.12.n.118.*

47 Quāuis autē hoc sit probabile, at probabilius iudico, eum teneri sn̄iam ferre iuxta opinionē probabiliorē. Quia hic agitur de iure suo cuiq; reddēdo secundū merita causæ, & cū ipse a repub. iudex cōstitutus sit, hoc ipso iudicio ipsius committitur, vt causam illam dirimat, prout ei melius, & magis cōsentaneū rationi videbitur. Item videtur acceptio personarum, cum non secūdum causæ merita dijudicet. Sicut acceptor personarū est, q digniori posthabito confert beneficiū minus digno. Et ita hanc sent. sustinent *Sotus, Valētia, Bañes, Manuel, n.45. allegati. Ledes. 2.p.4.q.54.ar.6.f.472.in fin. Vasquez 1.2.q.19.ar.6.disp.64.c.2.nu.5.* Et id videtur supponere *Azor to.1.lib.2.inst.moral.c.17.q.vlt.* Quod bene temperat *Vasquez eo.c.2.num.6.* nisi iudex inferior esset, & opinio quam minus probabilē iudicat, esset magis praxi recepta, & crederet forè, vt minus prudens a iudice superiori, ad quē appellatur, notaretur, eiusque sententia reuocaretur, si lata esset iuxta sententiam, quam probabiliorē existimat: tunc enim potest sententiam minus probabilem sequi. Quod cum tanta sui honoris iactura, & tam modico fructu munus suum obire minime teneatur.

48 Quod si quæras ordinem a iudicibus in eligēdis opinionibus, ac sententijs seruandum. Optime rem hāc explicat *Vasquez d.disp.64.c.2.n.6. & 7.* dicēs, vnico verbo omnia comprehēdi, nempe, vt sufficiens examen circa ius, factumq; præmittant iuxta allegata & probata. Si enim pars altera deficiat in probatione, aut quippiam necessarium allegare omittat: iuxta ea sola, quæ allegauit, & probauit, sn̄ia ferenda est, & non secundū probabiliorem sententiam, quam allegatis allegandis sequuturi essent iudices: nec alteri parti allegenda, aut probanda aperire debent, aut aliquid pertinens ad ius, factive probationem. Hoc enim aduocati munus est: iudicis autem tantum iuxta allegata, & probata iudicare.

49 Vltimò deducitur, quid dicendum sit de aduocato. Et quidem sicut nu 43. de iudice diximus, & nu.37. de medico, si varietas opinionū in eo sita sit, an liceat hoc, vel illud aduocato agere, vel hāc, vel illam causam tueri, integrū ei est, opinionem minus probabilem sequi. Vt benè notat *Vasquez 1.2.q.19.ar.6.disp.64.c.1.in init.*

50 Difficultas aūt est, quando circa sui clientuli ius varietas opinionum est, *Valentia 2.2.disp.5.q.15.pūcto 4.*

q.1. censet attento solo naturæ iure posse aduocatū, qñ vtraque pars æquè probabilis est, vtramlibet pro libito defendendā suscipere: at iure humano attēto probabile esse nō posse in hoc casu pro actore patrocinari. Quia regula cum fine 11. de reg. iur. in 6. præcipitur reo fauendum, cum iura partiū obscura fuerint. Quod idē docet Sylu. verbo Aduocatus, q. 13. dicēs in tali euentu debere aduocatū nō fauere actori, sed desistere, aut causam rei suscipere: nisi quādo causa est fauorabilis, vt libertatis, vel matrimonij. Tunc. n. potius actori fauendum est.

51 At verius est, quoties æquè pēdet dubitatio in vtrāq; partem, quia res, vel in iure, vel in facto æquè dubia est, & ita æquali probabilitate fulta, integrum esse aduocato vtramlibet partem tueri. Quia ius vtriusque æquale est. Et ita docent D. Anton. 3. par. tit. 6. c. 2. §. 14. Angelus verbo Aduocatus, n. 17. & ibi Sylu. q. 10. Tabiena, nu 13. Armilla, n. 20. Sotus lib. 5. de iust. q. 8 art. 3. Nauar. Summa, capite 25. nu. 28. Bañes 2. 2. q. 71. art. 4. in 1. p. dubio 6. Salas 1, 2. q. 21. tract. 8. disp. vnica sectione vndecima, nu. 101: Sayro claui regia, lib. 1. cap. 11. nu. 17. Toledo libro 5. Summæ, cap. 60. nu. 2. Aragon d. q. 62. art. 3. col. antepenultima, Salon eod. art. 3. controuersia 2. Manuel 1. tomo Summæ, cap. 2. num. 1. Azor tomo 1. lib. 2. institutionum moralium, cap. 17. quæst. vltima, Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disput. 64. cap. 1. nu. 3. Petrus de Ledesma 2. tomo Summæ, tract. 8. cap. 26, post 6. conclusionem, difficul. 1. Leonardus in li. 2. de iustitia, c. 31. dubio 9. nu. 52. Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, nu. 409. & sequent. Gutierez quæst. canon. lib. 1. capite 13. nu. 24. Et dicit esse probabile Valentia nu. præcedenti allegatus. Et respondet ad regulam Cum fine, vel eam loqui in iudice, vel consuetudinē abrogatā esse quoad hoc. Intellige autem hoc (vt benè docent Sylu. eod. q. 10. Nauar. eod. nu. 28. Vasquez eodem num. 3. Sayro eod. c. 11. in fine, Toledo eod. cap. 60. nu. 2. Salas eadem sect. 11. num. 103. iuncto nu. 104. dummodo aduocatus cliēti veritatem iuris suæ causæ aperiat: nec certius illi promittat sententiam, quam debeat. Et benè subdit Syluest. teneri aduocatum asseuerantem scienter causam omnino esse iustam, damnum subsequutum restituere, si cliens cognito causæ dubio non esset litigaturus.

52 Maior autem difficultas est, quando aduocatus causam cliētis minus probabilem iudicat. Qua in re Sotus, Burgos de Paz, nu. 421. Bañes, Salon, Toledo, Manuel, nu. secundo, & tertio Aragon, Petrus de Ledesma difficultate 2. & 3. Mercado lib. 6. de contract. cap. 8. sic distinguunt. Aut agitur de causa sanguinis, aut honoris, aut de causa ciuili maximi momenti, vt de omnium bonorū possessione: & tunc peccat aduocatus pro actore minus probabilem causam habenti patrocinans. Quia in dubio melior est rei possidentis conditio: neque in dubio quispiā condēnandus est. Addunt Bañes, Salon Petrus de Ledesma hoc aduocati peccatum fore cōtra charitatem solam, & hoc tñ, quando reus in ea lite succūbens, deuenturus esset in grauem necessitatem. Aut agitur de causis ciuilibus minoris momenti, & tunc non est dānandus causidicus causam minus probabilem tuens, dummodo clientem de ea minori probabilitate causæ admoneat, nec falso leges alleget, aut interpretur. At ei integrum est argumenta partis aduersæ subticere.

53 At merito hanc distinctionem impugnant Vasquez, Salas, num. 103. & 104. Sayro num. vltimo. Azor, vbi eos num. 51. allegaui, dicuntque liberum esse aduocato in his omnibus casibus, pro vtralibet parte patrocinari. Quod etiam dicit esse probabile Valentia n. 50. relatus. Quippè si ratio contraria innitens ei principio, melior est in dubio conditio possidentis, probaret intentū, cōcluderet vtiq; idem in causis minoris momenti. quod est contra Doctores illius sententiæ. Nam in his quoque causis reus possidet. Secundò, quia aduocati munus non est, rem definire, reddendo vni quod petit, & auferendo alteri: id enim iudicis est: sed illius tantum est; fundamenta iuris, & facti, suo clienti fauentia; proponere iudici, vt ille his perpēsis decernat, pro quo sententia ferenda sit. Tandem, quia cum cliens in hoc casu iustè litigare possit, nec imprudenter agat, vt pote q̃ ratione probabili ducitur: integrum quoque erit aduocato, in ea causa minus probabili patrocinari. Nec obstat poriorem esse possidentis conditionem, ac subinde causam. Quod vel id ad iudicem spectet. Vt ait Azor ibidem. Vel vt dicit Vasquez eodem articulo sexto, disputatione 63. in fi intelligitur, quando res verè dubia est, ita vt neutrius partis sit assensus: secus quando est opinionum diuersitas. Nec illam charitatis obligationem à Doctoribus contrarijs assertam video. Quippe dubius est litis euentus, & ita dubia necessitas: nec aduocato is euentus futurus constare potest: & esto constaret, nō tenetur ob id à tuendo sui clientis iure desistere: sicut nec cliens ipse tenetur lite cedere. Sed vbi pars aduersa in eam extremam, aut grauem necessitatem inciderit, tenebitur vterque si possit, aliqua eleemosyna ei subuenire, sicut alijs pauperibus, non tamen tanta bonorum quantitate, quanta est, de qua litigatur. Rectè tamē ait contraria sententia, teneri aduocatum admonere suū clientem de illa minori suę causæ probabilitate. Quod & nu. 51. in fine diximus, declarauimusque quando nō admonens teneatur restituere.

54 Est tamen limitanda hæc sñia, nisi pars clientis sit parum probabilis, & in quam aut raro, aut nunquam iudices inclinant. Tunc enim reus iniustitiæ, ac subinde restitutioni obnoxius esset causidicus illam tuēs. Quod benè docent Salon ea controuersia 2. Salas eod. n. 104.

CAPVT X.

Qualiter exponat se huic peccandi periculo, ac peccet, qui cum conscientia dubia, aut scrupulosa operatur, & an in hoc dubio sit necessario pars tutior eligenda, & quæ dicatur pars tutior?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint, num. 1.

Operari cum conscientia practicè dubia, quale peccatum sit, num. 2.

Quotupliciter sit intellectus practicè dubius, & an ad id exigatur in suum actum reflexio, quia iudicet rem esse dubiam? num. 3.

Quid si tenui consensu rem esse licitam credat? num. 4.

Quid faciendum vrgenti casu ad determinandum, quando res est dubia? num. 5.

Operari cum conscientia dubia, pertinet ad eandem peccati speciem, ac sunt fatenda circumstantia, nu. 6.

An liceat operari cum dubio speculatiuo an cōtra opinionem, ac scientiam speculatiuam deponendo practicè? nu. 7.

Quali diligentia ad ea deponenda opus sit? num. 8.

An possessio in materia iustitia tribuat ius retinenda rei, de qua dubitatur, an sit aliena: & si dubitans inclines magis in eam partem, vt sit aliena aut eam opinetur? nu. 9.

An extra iustitia materiam sit semper in dubio pars tutior sequenda, nec iuuet possessio? Refertur quadam sententia, num. 10.

Explicatur sententia Authoris, & traditur idem iudicandum semper in vtroque foro, quando externum nō innititur prasumptioni, nu. 11.

An aliquando causa disparitas vincat in dubio hanc possessionem, atque dubitans, an sua obligationi satisfecerit, teneatur illa? num. 12.

An is possidere dicatur, pro quo est in foro externo prasumptio: & hac prasumptione sit in vtroque foro standum, dum veritas non constat? nu. 13.

An in hoc quoque dubio excuset praceptum superioris possidētis voluntatem subditi: ac proinde sit illi in dubio parendū. Remissiuè, num. 14.

Soluuntur argumenta. Et explicatur, cap. Iuuenis, de sponsalibus, num. 15.

Post num. 15. inuenies alia summaria.

1 QVadruplex quæstio disputanda est. Prima, quale peccatum sit operari cum conscientia dubia, ac

ac sit necessario in eo dubio pars tutior amplectenda. Secunda, quæ dicatur pars tutior, etiam quando præcepta incompatibilia concurrunt. Tertia, quid in dubio legum, votorum, & censurarum, confessionis sacramentalis, & casus reseruati, censendum sit. Vltima, qualiter cum conscientia scrupulosa operandum sit.

2 Quæstio prima. Quale peccatū sit, operari cum conscientia dubia: an sit necessario in eo dubio pars tutior amplectenda? Iam capite præcedenti in numero secundo, & duplici sequēti explicuimus, in quo distent scientia, fides, opinio, suspicio, dubium, ac scrupulus, & qualiter possint esse hæc speculatiua, & practica, & quando hæc iudicia possint esse practicè speculatiuis contraria; & qualiter conscientiæ practicæ sit potius ratio habenda eaque sit nostrarum operationum regula. Quæ omnia sunt in hac disputatione ad illius intellectum præmittenda. His ergo præmissis, certum est apud omnes, exigi ad licitam operationem, ne intellectus sit practicè dubius, sed vt determinatè iudicet, id hic, & nunc licere: quare dum hoc dubium rationabiliter non deponitur, est necessario amplectendum id, quod tutius est, siue dubium sit iuris, siue facti (quid autem sit tunc tutius, dicemus a num. 16.) Quare qui practicè dubitans aliquid operatur, si dubitet an sit veniale, peccabit venialiter; si verò an sit mortale, mortaliter. Quippe periculo illius peccati admittendi, de quo dubitat, se exponit. Hoc ab omnibus asseritur, & latè probaui lib. 2. de matrimonio, disput. 41. nu. 6.

3 Monnerim tamen tria. Primum est, dupliciter potest intellectus practicè dubitare, an aliquid liceat. Prius, quando rationibus vtrinque repræsentatis est pendulus, nec iudicat, an sit licitum, nec ne, nec vltra supra suum dubitandi actum reflectit. Posterius, quando supra hunc actum reflectit, affirmans expresso iudicio hunc actum dubium esse, an hic, & nunc, liceat. Et quamuis quoad alia valde inter vtrumque dubitandi modum differ: at quoad præsens attinet, nil distat vtrouis modo practicè dubitet intellectus, sed in vtroque casu conclusio posita est vera. Ita docet *Suarez 1. tomo in 3. parte disputat. 40. sectione 5. numero secundo*, & clarius *Vasquez 1. 2. quæstione 19. articulo sexto, disputat. 65. capit. 1. numero quarto* dicens, apertè decipi quosdam neotericos putantes eam solum esse veram, quando intellectus posteriori modo practicè dubitat. At idem in vtroque casu dicendum esse, vel ex eo conuincitur, quod prior iudicij suspensio eidem omnino rei illius illicitæ perpetrandæ periculo subsit, ac posterior iudicij reflexio. Id enim periculum consurgit ex eo quod absque determinato alterius partis assensu, ac integra bonitatis, vel malitiæ cognitione, indicantibus rationibus in ea actione periculum culpæ subesse, voluntas eam amat. Quod in vtroque dubitandi modo æquè reperitur.

4 Secundum est. Doctrina tradita est vera, non solum quando intellectus verè dubitat, neutrius partis assensum habens, sed etiam quando tenui consensu rem licitam esse iudicat. Ratio est, quia quando assensus est ita tenuis, ob vehementes rationes ferè pares eam esse illicitam persuadentes, vix potest ille percipi: sed erit sola quędam inclinatio, & propensio in alteram partē, quam solam esse suspicionem diximus cap. præcedenti, numero secundo. Et ita voluntas absque determinato iudicij assensu operabitur, & subinde culpæ admittendæ periculo exponetur. Et ideo hoc docent *Corduba in suo quæstionario, lib. 3. quæst. 5. paulo post principium. Vasquez 1. 2. quæst. 19. art. 6. disputatione 67. cap. 2. numero 7.* vbi addit, si quispiam rectè tenuem illum assensum perciperet, nil obstare, quominus cum illo rectè operari posset. Qua iam cum determinato assensu operaretur. Et placet mihi.

5 Vltimū est, cum casus particularis vrget, idest, quando intellectus ad alterutram partem determinari ex necessitate debet, sępe contingit, vt quis ob ignorantiam, seu inuincibilem aduertentię defectum excusetur a peccato, etiamsi opinionem improbabilem amplectatur. Quippe excusat difficultas expendendarū subito vtriusque partis rationum. Quod & probaui capite præcedēti, nu. 25. At dato expendendi otio maior diligentia in opinionum delectu adhibenda est. Sic docet *Valentia 1. 2. disput. 2. q. 14. puncto 4. q. 4.*

6 Ex his deducitur, quando cum dubio practico volūtas operatur, esse peccatum eiusdem speciei, ac peccatum de quo dubitatur. Vt si quis dubitans, an opus sit sacrilegum, id perpetret non deposito dubio erit sacrilegus. Quare eædem illius peccati, de quo dubitabitur, circumstantiæ sunt fatendæ. Quod malitia hęc consurgat ex periculo illius peccati admittendi, cui dubitans exponitur. (Vt numero secundo diximus.) At exponens se peccandi periculo peccat eadem peccati specie, ac omnes illius circumstantias fateri tenetur. Vt probaui cap. 8. num. 4.

7 Quando autem dubium, sciētia, & opinio, sunt speculatiua, aliquando licebit cum illo dubio, & contra eam scientiam & opinionem operari, deponendo ea practicè, & aliquando non licebit, sed erit idem peccatum, ac si hæc essent practice. Verbi gratia, sciens in communi se teneri præcepto ieiunandi, vel voti, aut dubitans, an ad hæc obligetur, potest aliquando ea scientia, vel dubio speculatiuis depositis, transgredi ieiuniū, vel votum, non dubitando practice, id est, hic, & nunc, id sibi licere, aliquando verò id non potest. Ratio est, quia ex scientia, vel dubio speculatiuis, quę quispiam habet, tenetur simile iudicium practicum concipere, nisi ratio aliqua specialis variare cogat, post adhibitam diligentiam ad assequendam veritatem. (Vt dixi capite præcedenti, numero tertio.) Quia quamdiu homo non facit, quod in se est, vt dubium deponat, quicquid periculi est in tali opere, ipsi imputatur, & ignorantia ibi interueniens est culpabilis. Et ideo duo exiguntur ad licitè variādum id iudicium speculatiuum. Prius est, vt sufficiens diligentia ad vincēdum dubium adhibita sit. Posterius est, vt subsit rationabilis causa, suadens variare practice iudicium speculatiuum, quod expelli nequit. Quamobrem dum debita diligentia non præmittitur, aut iusta variandi iudicij speculatiui ratio deficit, peccabit hic operando: secus vtroque concurrenti.

8 Sufficiens autem diligentia est, non ea sola, quæ in se ad vincendum dubium est sufficiens: sed etiam quādo hic, & nunc, occurrit moralis necessitas alicuius operis faciendi, de quo est speculatiue dubium, an liceat & tunc nequit omnis diligentia adhiberi, & adhibetur pro tunc possibilis. Vt diximus numero 4. & cap. præcedenti, num. 25.

9 Sed restat explicare, quæ sit causa iusta variandi iudicij speculatiui. Qua in re dicendum est, quando conscientia est speculatiue dubia, nec apposita debita diligentia, veritas sciri potest, possessionem in materia ad iustitiam pertinenti, tribuere ius ad operandum contra illam conscientiam dubiam, deponendo eam practicè. Vt si bona fide rem possidens incipiat dubitare, an sit sua, & consequenter, an teneatur eam restituere, potest sufficienti diligentia præmissa, nec tunc inuenta veritate, retinere. Quod contra alios late probaui lib. 2. de matrimon. disput. 41. a num. 12. Et licet ibi num. 19. dixerim cum *Soto, Ledesma, Salon, Pet. de Ledesma, Bañes* hunc possidentem, si magis in eam partem inclinet, vt ea res sit aliena, teneri partem restituere pro ratione maioris illius propensionis. Quod etiam modo valde probabile censeo: & vltra ibi citatos tenent *Bañes 2. 2. quæst. 40. artic. 1. dub. 5. conclus. 4. Valentia 2. 2. disput. 3. q. 16. puncto 2. col. 5. vers. Si autem res in neutrius.* At nunc probabilius iudico nihil eum teneri restituere. Quod sustinent *Vasquez 1. 2. quæst. 19 art. 6. disput. 66. c. 7. num. 42. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 23. numero 231.* Quippe etsi pro nō possidente rē illam fortiores rōne.

vrgeant, ita vt possidens in eam partem inclinet; at si non sint adeo efficaces, vt illius partis assensum generent, sed rem adeo relinquant ancipitem, certa alterius possessio huic inæqualitati præponderat & subinde possidentem omni prorsus restituendi obligatione liberat, Immò addit *Salas* hoc esse verum, non solum quando rationes pro contraria parte assensum non generant; sed etiam quando eum generant, dummodo non conuincant, nec assensus sit certus physice aut moraliter, sed merè opinatiuus: adhuc enim vere res est dubia, ac possessio omnibus rationibus, non conuincentibus præponderat. Quippe rationes non conuincentes, sed vtramque partem reddentes probabilem, sunt æquales, aut ferè. Sed hoc additum nec omnino approbo, nec omnino reprobo. Si enim rationes illæ non omnino cõuincentes, ita assensum opinatiuum dictantem esse rem illam alienam generent, vt nullus partis contrariæ assensus supersit, sed sola formido inclusa in opinione, iam non manet res dubia, cum intellectus vere assentiat alteri parti, nullũ alterius assensum habens, & ideo rem illam tenetur restituere. Et in hoc sensu optime dixit *Vasquez* exigi, vt rationes assensum non generent. Atque hoc inde constat, quia tunc rem illam retinens operaretur contra opinionem propriam, carens prorsus contrariæ probabilitate. Si autem ita assensum generent, vt adhuc reputet ille probabiliter rem esse suam, verum est eum nil teneri restituere. Quod ei integrum sit hanc opinionem probabilem relicta probabiliori sequi. Et in hoc posteriori casu bene dixit *Salas.*

10 Tota autem difficultas eo pertinet, an etiam in materia aliarum virtutum extra iustitiam, sit in dubio melior possidentis conditio; atque ita quando debita diligentia apposita dubium speculatiuum vinci nequit, assequendo veritatem, sit integrum ratione possidentis deponere practicè id dubium, & contra illud operari, non amplectendo tutiorem partem; an potius sub præcepto sit, amplecti tunc partem tutiorem, nil prorsus conferenti libertatis possessione. Multi tradunt in hoc dubio esse necessario amplectendum, quod tutius est. Ducuntur ex *capite Ad audientiam, & cap. significasti, el 2. versiculo Quod si discerni, & capite penultimo de homicidio.* vbi deciditur dubitantem dubio facti, nempe, an homicidium commiserit, censendum esse irregularem. Et redditur ratio *dicto capite Ad audientiam*, his verbis; *Cum in dubijs semitam debeamus eligere tutiorem. Et dicto capite significasti, versiculo. Quod si discerni*, ibi; *In hoc dubio tanquam homicidia debet haberi sacerdos, & si forte homicidia non sit, a Sacerdotali officio abstinere debet. Cum in hoc casu cessare sit tutius, quàm temere celebrare: pro eo quod in altero nullum, in reliquo vere magnum periculum timeatur.* Vbi ponderandum est, Pontificem nil nouum statuere videri, sed supponere in principium morale, in dubio est tutior pars eligenda, atque illi innixum declarare dubium de homicidio a se commisso reputandum irregularem. At si in hoc dubio esset melior possidentis conditio, non esset irregularis, vtpote qui immunitatem ab irregularitate possidet. Secundo, ex *cap. illud, de clerico excommunicato ministrante, versic. Licet autem*, vbi Pontifex decidit conscium suæ excommunicationis ex sola fama, ac proinde non omnino certum, esse deponendum, si ante absolutionem celebrarit. Et redditur ratio his verbis; *Quia in dubijs via est tutior eligenda, & si de lata in eum sententia dubitaret, debuerat potius se abstinere, quam sacramenta pertractare.* Vbi pondero Pontificem non de nouo decernere dubium suæ excõmunicationis teneri a celebratione abstinere; sed id deducere innixũ veritati illius principij, in dubijs tutior pars est eligenda. Quippe si non declararet, sed de nouo statueret, iniusta esset depositionis pœna clerico inflicta, qui antea cum eo dubio celebrarat. Quia contra nullam legẽ deliquerat. Nec potest dici, Pontificem loquutum esse de consilio, dum decidit in dubio tutiorem partem eligẽdam. Quia ob consilij omissionem nequiret sacerdos ille adeo grauiter puniri. Tertio, ex *cap. iuuenis, de sponsalibus*, vbi decernit Pontifex iuuenem, qui puellã nondum septennem duxit, forsanque consummare tentauit, nec potuit, ac postea illius puellæ consobrinam duxit, debere ab hoc posteriori matrimonio tanquam irrito separari, ratione impedimenti publicæ honestatis: quod quidem impedimentum erat dubium, eo quod dubium erat, an priora sponsalia valida essent, ex quibus id incurrendum erat. Et reddit Pontifex rationem, his verbis: *Quia in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus.* Vbi pondero nullam fuisse possessionem pro sponsalium valore, & impedimento illo ex illis consurgenti, immo præsumptionem contra illa. Quia cum sponsalia ante septennium inita non valeãt defectu vsus rationis, nisi malitia suppleat ætatem, & supplere non præsumatur, cum sit quid facti; (vt hæc omnia probaui libro primo de matrimonio, tota disputatione decimasexta,) & quando sponsalia sunt irrita defectu consensus, vt in hoc casu, consensus enim ante rationis vsum esse nequit, nunquam induxere impedimentum publicæ honestatis ad dirimendum subsequens matrimonium: vt constat ex *capite vnico, de sponsalibus in 6.* ac proinde nulla fuit præsumptio, ac possessio pro sponsalibus, ac impedimento: sed tota fuit pro subsequenti matrimonio, de quo constabat. Atque exceptio contra hoc matrimonium dubia erat, nempe, valor priorum sponsalium. Et sicut dubia actoris probatio non releuat probantem, *cap. in præsentia de probat. cap. inter dilectos, de fide instrument.* ita nec dubia exceptio releuat excipientem. Faciunt *l. Titia textores. ff. de legat. 1.* & notata p *Baldũ. l. Nõ solũ §. Sed vt probari, ff. de operis noui nunciat.* Itẽ tantus est matrimonij fauor, vt pro eo sit in dubio iudicandum, *capite licet ex quadam, de testibus, & attestat.* Atque his non obstantibus adeo verum censuit Pontifex, in dubijs tutiorem partem esse eligendam, vt censuerit non obstantibus possessione, & præsumptione pro matrimonio, vt iudicandum sit contra illud ob dubium eius valorem, vt in dubio via tutior eligatur. Nec potuit Pontifex circa matrimonij illius contracti dissolutionem aliquid de nouo decernere, sed solum declarare. Ergo in dubijs est tutior via eligenda. Et confirmatur, quia necessario dicendum est, supponere Pontificem illud principium tanquam iure naturali certum, & obligans: si enim illud esset dubium, aut sub consilio, perperam illi innixus decideret posterius matrimonium dissoluendum. Quarto ex *Diuo Augustino, homilia quadragesimaprima & refertur capit. Siquis autem, in fine, de pœnitent. distinctione septima*, ibi: *Tene certum, dimitte incertum.* Pars ergo tutior sequenda est, tanquam certa, ac relinquenda tanquam incerta, pars minus tuta. Quinto, quia inter duo mala, quorum alterum est necessario eligendum, præferri debet minus. (Vt numero decimosexto dicemus.) Ergo a fortiori cum dubium est, an aliquid sit illicitum, eligendum est id, quod est tutius, & in quo nil periculi subest. Sexto, quia alias nunquam esset sequendæ partis tutioris in dubio præceptum: cuius contrarium numero secundo diximus: nec in dubio præceptum aliquod obligaret. Cum semper pro libertate possidenti iudicandum esset. Septimò, quia possessio est solius iustitiæ titulus. Non ergo extra iustitiæ materiam aliquid confert. Octauo, quia dubitans de facto aliquo, quo posito oriretur necessario obligatio iuris naturalis, aut positiui, debet necessario dubitare, an factum id sit peccatum. At stante hoc dubio nequit quis recte operari, nisi partem tutiorem sequendo: ergo tenetur. Quod si in dubio facti est necessario sequenda tutior pars, gratia periculi animæ vitandi, idem dicendum erit in dubio iuris. Quippe idem met periculum in vtroque dubio versatur. Tandem, quia oppositum sentientes fatentur, non semper in dubio fas esse partem minus

tutam

tutam sequi, nec tradunt regulam dictantem quãdo liceat, & quando non. Et ideo hanc sententiam sequuntur tradentes generaliter hanc regulam, in dubio tutior pars est eligenda, *glossa finalis capit. vnico, de scrutinio, & cap. significasti, el 2. verbo In dubio, de homicidio, & capit. iuuenis, verb. dubia, de sponsal. Innoc. cap. cum tu, in fine. de testibus, & attestatis, & ibi Ioan. Andrea in fine, Hostiens. num. 2. Cardin. num. vnic. opposit. 1. in fine, Henricus nu. 2. Bellamera, num. 1.* (quod autem dicunt quidam ex his authoribus, hoc procedere in solo foro conscientiæ, nõ autem in exteroo, tractabimus nu. 39 iuncto num. 42.) *Idem Hostiens. cap. ad audientiam num. 3. & 4. de homicid. & dict. c. significasti num. 15. & dicto cap. iuuenis, nu. 1. verbo Dubia, & verbo Certius, & c. illud, nu. 5. de clerico excõmun ministr. Ansoa. dict. c. iuuenis, num. 4. Abbas dict. cap. ad audientiam, num. 2. & dicto cap. iuuenis, nu. primo. Anchar dicto ca. ad audientiam numero 2. notabili 3. & consilio 175. præmittendum est, quod cura, numero 4. Cardin. dicto cap. iuuenis, numero 1. notabili 1. & ibi Præpositus, nu. 4. Marianus Socinas senior, dict. cap. ad audientiam, n. 19. & 20. & dicto cap. iuuenis, num. 4. Rosella in summa, verbo dubia, numero vnico, Angelus verbo dubium, numer. 1. & 2. Syluest. verbo Abortus in fine, & verbo Absolutio 3 num. 14. dubio 10. & verbo dubium, quæst. 2. num. 4. & quæst. 4. num. 7. Armilla, verbo dubitatio, nu. 2. & 3. Tabiena, verb. dubium, numero 3. quæstione 2. Couar. cap. Alma mater, 1. p. §. 2. num. 5. casu 1. de sent. excom. in 6. & 4. Decret. 1. p. c. 4. §. 1. num 9. Maiolus de irregular. lib. 5. cap. 51. num. 10. limitatione 2. Manuel 2. tomo summa, cap. 51. num. 6. conclus. 4. Hugolinus de censuris, tabula 1. cap. 14. in principio, num. 14. Flores de Mena in sui quæst. varijs lib. 1. quæst. 9. num. 18. Sayro de censuris, lib. 1. ca. 16. nu. 30. casu 1. & libro sexto, cap. 2. nu. 16. & in claui regia, lib. primo, c. 13. n. 9. & 36. Azor tom. 1. institut. moralium, lib. 2. ca. 18. quæst. 4. & ca. 19. q. 10 & lib. 11. cap. 15. q. 2. Antonius Perez certamine 10. Scholastico, dubio 2. num. 132. & 135. Vasquez 1. 2. q. 19. art 6. disp. 65. toto capit. 3. & disput. 66. toto capit. 1.* vbi expressè defendit non tantum in dubio facti, nempè, quando dubitatur, an res aliqua sit in se licita, aut illicita, sed etiam in dubio iuris vt quando dubitatur, an lex sit statuta, necne, esse semper tutiorem partem sequẽdam. *Salas 1. 2. q. 21. tractatu 8. disp. vnica, sectione 17. numer. 152.* dicens, etiam in dubio iuris, loquendo per se, & regulariter, tutiorem partem esse necessario aligendã. Et limitat *num. 154.* nisi per accidens gratia vitandi magni incommodi, tũc enim ait licere partem minus tutã eligi. Pro eadem sententia facit Doctrina *Ancharani cõsilio 179. prima facie, num. 6. & Felini, cap. in præsentia, nu. 13. notabili 2. de probat.* vbi docent interpretandum testamentum in partem rigidiorem, & deteriorem, si id tutius, ac salubrius animę testatoris sit. Pro eadem sunt *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. art. 3. quæstiuncula 1. ad 3. & ibi Carthusianus q. 2. vers. insuper, Turrecr. 17. q. 1. in Summa. art. 4. ad 4. nu 11. Angel. verb. Votum 3. num. 11. Sylu. verb. Religio 2. q. 16. Armilla, verbo Votum, n. 18. Tabiena verb. Votum, 3. q. 2. nu. 1.* vbi dicunt vouentem religionem, dubiũ tamen an religionem determinatam vouerit, an generaliter, teneri in hoc dubio eligere, quod tutius est. Et *Nauar. lib. 3. consil. tit. de voto, in priori editione, consil. 18. num. 2. in posteriori, consil. 26. num. 2. Azor to. 1. institutionũ moralium, lib. 11. c. 15. q. 9. in fin. Man. 2. to. Summa, c. 95. num. 6.* vbi dicunt dubitãtem, an quid maius, an minus vouerit, teneri ad maius, eo quod id tutius sit. Et idem *Nauar eodem tit. de voto, in 1. editione, consilio 4. in fi. in 2. consil. 13. in fine,* vbi docet dubitantem, an vouerit castitatem dependenter a religione, nec ne, teneri ad castitatem, etsi ad religionem non admittatur, eo quod id tutius sit. Et *eodem tit. in 1. editione, consil. 18. n. 2. in 2. consil. 26. nu. 2. Manuel 2. to. Summa, c. 95. nu. 6. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 9. nu. 20.* vbi tradunt dubium, an solã religionem, an etiam perseuerantiam vouerit, teneri ad perseuerantiam, quod est tutius. Eiusdem sentẽtiæ sunt Doctores, numero 36. referendi, qui docent in dubio, an quis votum emiserit, eum voto obligari quod id sit tutius. Et tãdem ob argumenta proposita, & maximè propter primum, sextum, & septimum, docent *Vasquez ea. disputatione 65. capite tertio, numero decimotertio, Antonius Perez eo certamine decimo, numero 132. Azor tom. 1. institutionum moralium, libro 2. cap. 19. q. 10. & lib. 11. ca. 15. quæst. 2. Sayro in claui regia, libro primo, capite 13. numero 36.* in sola iustitię materia veram esse eam regulã, in dubio melior est conditio possidẽtis. Quæ regula deducitur ex *reg. In pari 63. de regulis iuris in 6.* Quod idẽ sequitur cum quadam limitatione, nempè, quãdo quis non potest absque detrimẽto proprio amplecti partem tutiorem, contra libertatis possessionem, *Sales eadem disputatione vnica, sectione 17. numero 161. & sectione 25. nu. 252.* vbi addit in materia iustitiæ esse semper veram eam regulam.

11 Quamuis autem hæc opinio sit satis probabilis; existimo probabilius esse, nullum sequendæ partis tutioris præceptum esse, sed sicut in materia iustitiæ satis est in hoc dubio speculatiuo, quod præmissa debita diligentia vinci nequit, sequi partem, cui fauet possessio, etsi minus tuta sit, ita etiam id sufficere in quauis alia materia, atque ideo eam regulam, in dubio potior est conditio possidentis procedere æquè in materia iustitiæ, ac omnium aliarum virtutum. Quare sicut in materia iustitiæ est in hoc dubio speculatiuo præceptum sequendæ partis tutioris, quando nulla est possessio pro parte minus tuta, quæ iustam deponẽdi dubij speculatiui ansam præbet, ac non dubitandi practice: at existente possessione pro parte minus tuta, est licitum eam sequi, adestque causa iusta non dubitandi practicè: ita etiam cõtingit in cuiuscumque virtutis materia. Quod si quæras vnde dignoscatur pro quo sit possessio, tradendemus regulam numero decimotertio. Ducor primo, quia ideo in materia iustitiæ potior est conditio possidentis, vt ea possessione adiutus possit sequi partem minus tutam, præmissa debita diligentia, quod ex altera parte ius dubium sit æquale inter ipsum, & non possidentem; ex altera vero ius suæ possessionis est certum, ac proinde tanquam potiori iure fretus vincit alterum. Quæ ratio æquè militat in cuiuscumque virtutis materia. Nam ex altera parte est æquale obligationis ius dubium, ex parte voluntatis, & ex parte illius virtutis: ex altera autẽ est ius certum possessionis libertatis pro voluntate, dum non probatur eius libertatis priuatio obligatione aliqua contracta. Ergo idem dicendum est in cuiuscumque virtutis materia. Secundo, quia possessio est titulus vniuersalis omnibus virtutibus, eo modo quo aliqua pars potentialis iustitię, vt obedientia Dei transcendit omnes virtutes. Et confirmatur, quia in cõmuni loquendi modo voluntas dicitur possidere verè suam libertatem, & volenti obligationem imponere priuantem libertate, incumbit eius probandæ onus. Quod ex se patet. Tertio, quia idem in vtroque foro iudicandum est, quando externum non innititur falsæ pręsumptioni, nec in pœnam iudicis sententia agentem damnat. Vt tradunt optimè *Baldus authent. ingressi, numero 49. C. de sacrosanct. Ecclesijs, Sotus libro quarto de iustitia, quęstione quinta, articulo tertio, versiculo Quarto arguitur, Nauar. cap. si quis autem, numero 36. de pœnitent. dist. septima, Couarruuias capitul. cum esses, numero septimo de testament. Martinus de Ledesma secunda par. 4. quæst. 18. artic. primo, dubio duodecimo, fol. 227. colum. 2. in initio. Vasquez 1. 2. quæst. 19. articulo sexto, disputatione 66. cap. primo, numero tertio, & quæst. 96. articulo quarto, disput. 164. numero 37. Suarez 5. tomo in tertia par. disputatione 40 sectione quinta, numero 16. Sayro in claui regia, libro primo, ca. decimotertio, numero 24. Salas 1. 2. quæst. vigesimaprima, tractatu 8. disputatione vnica, sectione 18. numero 166. & sect. 19. num. 171. & sectione 23. numero 226.* Sed in foro externo cognita veritate, quod dubia sit obligatio, nemo astringetur, sed pro libertatis possessione iudicabitur. Quia fauorabilior est causa rei, quã actoris, & actore nõ

probanti plenè, est reus absoluendus. (Vt num. 28. probabo.) Ergo idem in foro interno iudicandum est. Tandem, quia rationes, quibus contraria sententia, illam non probant. Vt constabit ex earum solutione, quam numero 15. trademus. Et quando dubium est iuris, constat ex ratione, quam num. 31. afferemus, esse potiorem conditionem possidentis, ne in dubio obligetur iure illo. Et ideo huius sententiæ sunt Doctores, quos nu. 36. afferemus, qui aiunt dubium, an vouerit, non teneri voto, & sequi partem tutiorem: eo quòd in eo dubio potior sit conditio voluntatis possidentis suā libertatem. Et quos referemus lib. quarto huius tractatus, cap. 1. numero 12. dicentes dubitantem, an vsum rationis tempore voti haberet, non teneri voto, eo quod melior sit possidentis conditio. Cum tamen votum non pertineat ad iustitiam, sed ad religionem. Et *Nauarra lib. 3. de restitutione cap. quarto, dubio quarto, in noua editione, numero* 48. vbi ait in dubio meliorem esse possidentis conditionem, maximè in materia iustitiæ, quare idem sentire videtur in aliarum virtutum materia. Et *Diuus Antoninus 1. parte titulo 3. cap. decimo, §. 10. post sextam regulam, versiculo Notandum est, & Syluest. verbo Ieiunium quæst. 10. numero 17. dicto 2. in fine, Nauar. capitulo. Si quis autem, numero 34. de pœnitent. distinct. 7. & in Summa cap. 27. Hispanè numero 278. Latinè, numero 281. Anglus Floribus 1. parte tractatu de ieiunio, quæst. nona articulo 1. dubio secundo, conclusione 3. Henriquez libro 14. de irregular. cap. 3. numero quarto in fine, & in commento, litera F,* vbi dicunt solum consiliū esse eligēdum partis tutioris. Et latius id docet *Suarez to. quinto, in tertia parte disputatione 40. sectione quinta, à num. 14. vsque ad 18. & sectione 6. numero* 8. dicens, incredibile sibi esse, vt in dubio iuris, & in omni dubio facti, sit semper necessarium amplecti partem tutiorē. Et *ead. sectione quinta, numero decimoquinto*, ait esse falsum, & sine fundamento, possessionem in sola iustitiæ materia suffragari.

32 Id tamen obseruandum est, aliquando causam esse adeò disparē, vt ea disparitas iustam alterius possessionē vincat. Vt si certus sum de mutuo, aut aliò debito à me contracto, siue ex delicto, siue aliunde id cōtraxerim, dubius autē, an soluerim, teneor integrè soluere: non obstāti mea pecuniarum, atque illarum dominij possessione. Quod optimè docet *Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 66. c. 7. n. 43.* nec credo quempiam dubitaturum de hoc. Quare non semper in dubio est melior possidentis conditio, sed quando est in reliquis par vtriusque causa. Et ita *regula, In pari, de regulis iuris, in 6.* cui axiome illud innititur, non dicit in dubio, sed in pari causa potiorem esse possidentis conditionem. Et ratio est, quia cum iustitia æqualitatē petat, nec debito certo sit æqualis solutio dubia, hæc inæqualitas alterius possessioni præualet. Quod etiam in alijs præceptis est generale. Nemo enim affirmabit certū de voto à se emisso, aut de alio præcepto, dubium tamen, an illi satisfecerit, non teneri ad id Et sic *Nau. c. Si quis autem, n. 76. de pœnit. dist. 7. vers. 17. Medina C. de oratione, q. de horis iterandis, Ledesma 2. p. 4. q. 16. artic. 6. in 2. parte dubio 3.* aiunt dubitantem, an aliquam vnius horæ canonicæ sibi præceptæ partem omiserit, teneri illam supplere. Quare nòn est vndequaque plena huius obligationis ratio, æqualitas quam lex iustitiæ exigit. Sed quia cùm exequutio obligationis sit quid facti, non præsumitur, sed ei qui obligatus est, incumbit illā probare: quare dum eam non probarit, sed dubius fuerit stat presumptio, & possessio pro obligatione certa. Atque ita dubium, an preceptum, & votum impleris, teneri eis, docet optimè *Rebellus de iustit. parte 2. lib. 1. quæst. 3. sectione 2. num. 13.*

33 Quòd si petas regulam, ex qua dignosci valeat quis possideat, vt inde sciri possit, cuius sit potior conditio ad obligationem inducendam, eave liberandum, hæc tradi potest. Attendendum est in hoc dubio, pro quo stet in foro externo præsumptio, & dum nō constat de veritate ea pars, pro qua est præsumptio, cēsebitur possidere, & præualebit in vtroque foro. Quare si præsumptio fori externi stet pro obligatione, tenebitur voluntas: si autem stet pro voluntatis libertate, non tenebitur. Hanc regulam aperte tradit *Sotus libro 7. de iustit. q. 3. art. 2. col. 3. versic. Hic vero* quem sequitur *Aragon 2. 2. q. 58. art. 9. paulo post principium notab. 2.* vbi vterque agēs de dubio, an puer habeat sufficientem rationis vsum, vt valide voueat, & dicens aliquādo eum deesse maiori septennio, aliquando vero adesse minori; communiter autem aduenire septennio, idque ius præsumere, addit hæc: *Illi ergo annorum limites designantur secundum præsumptionem iuris atque adeo quando res est dubia, ex illis sumendum est iudicium.* Et probatur primo quia iura nil absque causa iusta præsumant, nec præsumptio iniqua, ac temeraria sit. (Vt probaui lib. 5. de matrimonio, disputat. 3. num. 1.) At si in eo dubio obligatio, pro qua stat præsumptio, non præponderaret, temerariè & absque iusta causa præsumeretur. Secūdo, quia (vt cum *Baldo, Alciato & alijs* tradunt *Simancas de institutione Cathol. titulo 50. numero sexto, et Menochius de præsumptione libro primo, quæstione quarta, numero 3. 4. & 5. & quæstione octaua numero primo*) præsumptio iuris est verisimilitudo quædam sufficiēs ad rem dubiam credendam: vel est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto, pro veritate habetur, donec aduersarius oppositum probet, in quem id probandi onus transfertur. Ergo dum stat hæc iuris præsumptio in eo dubio pro obligatione, nec dubitans potest contrarium assensum habere, & sic se exonerare, erit sustinenda obligatio tanquam vera. Dices hæc probare in foro externo. At hæc euasio potius meæ sententiæ fauet: nam si in foro externo cognita huius dubij veritate, & eo dubio permanenti, censebitur hic obligatus: idem quoque in foro interno est necessario dicendum. Quippe iudicia hæc diuersa non esse, nisi quando externum præsumptione ducitur, & internum contrariam veritatem nouit, probaui numero vndecimo. At in hoc casu res est in vtroque foro eodem modo dubia. Et confirmatur, quia *Castro lib. 1. de lege pœnali cap. 5. documento 2. paulo post principium, & Emmanuel Sà in summa, verbo Lex, num. 1* aiunt in foro conscientiæ non stari præsumptione sed veritate, quando veritas cognosci potest: vbi clare sentiunt secus esse, quando in vtroque foro veritas est dubia. Atque hac ratione, quando adiecta matrionio conditione impossibili, dubitatur de legitimo adijcientis consensu, standum esse in vtroque foro præsumptione fori externi, probaui lib 5. de matrimon. disp. 3 n. 5. Et quādo olim sponsalia in matrim transibant copula animo coniugali iuxta *cap. is qui fidem, de spons.* si dubius erat sponsus, an animo coniugali, an potius fornicario accesserit, probaui lib. 1. de matrim. disput. 18. numero 6. standum esse in vtroque foro præsumptione fori externi animū coniugalem præsumentis: & ita verum esse matrimonium. Item, nemo dubitabit filium habitum ex coniugata habitanti cum viro, quantumuis adultera, & alterius concubina sit, censeri in dubio habitum ex viro, ac proinde legitimum in vtroque foro illius hæredem: eo quod ius in eo euentu ita præsumit. Nemo etiam dubitabit in omnibus euentibus, in quibus dubia est testatoris voluntas, seruandam esse in vtroque foro præsumptionem fori externi: atque ita dum in eo valor legati præsumitur, nec id compensari cum alio debito testatoris erga legatarium, posse tuta conscientia legatarium capere id legatum, ac suum debitum recuperare; alias nec iudice pro eo sententiam ferente, (vt ferre tenetur) esset tutus. Atque ita *Menochius de præsumpt. libro 4. præsumpt. 83. num. 62. et Molina tomo 1. de iustit. disput. 196. columna 3. paulo ante versiculum. Quando libertas*, tradunt quando non constat de veritate, stādum esse præsumptione iuris in foro conscientiæ. Tertiò,

quia

quia etsi possessio sit tanti momenti, vt ea spoliatus sit ante omnia restituendus, *toto titulo de restitutione spoliatorum*: at iuris præsumptio præponderat illi: ob quã rationem possessor nobilitatis spoliatur possessione, & tributum ignobilium soluere cogitur, statim, ac ei mouetur lis circa nobilitatem, donec illã probet. Quod possessioni illi præpõderet iuris præsumptio pro Rege existens. Vt late *Ioannes Garzia de Nobilitate glos. 10. à nu.* 11.4. Quia si bene res perpendatur, nõ est adæquata ratio decisionis, *c. Dominus de secundis nupt.* nempe, vt in dubio valoris matrimonij teneatur coniux dubius reddere: quod etsi dominium corporis sit dubium, ob dubium matrimonij valorem: at possessio corporis est penes alterum coniugẽ & sic in dubio melior sit eius conditio, tanquam possidentis. Hæc enim ratio id optime probat in matrimonio consummato copula per quã illius possessionem apprehendi probaui lib. 7 de matrimonio, disp. 11. nu. 6. 7. & 8. At quando matrimonium est tantum ratum, in quo euentu teneri quoque coniugem dubiũ reddere, diximus lib. secundo, de matrimonio disp. 41. num. 48. transacto priori bimestri, & docẽt *Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 66. capit. 6. num. 3. Azor tom. 1. institutionum moralium, lib. 2. cap. 19. quæst. 2.* non militat ratio possessionis. coniux enim dubius tunc possidet & dubium est cuius sit dominium; & ideo si in hoc dubio esset pro possessore iudicandum, dicendum vtique eum non teneri reddere, esset. Ratio ergo huius obligationis reddendi ea est, quia eam coniugis dubij possessionem vincit præsumptio iuris stans pro actus valore, atque ita matrimonij initi, dum cõtrarium non probatur: & ideo in eo dubio potior est alterius coniugis conditio, qui bona fide contraxit. In dubio ergo standum est in vtroque foro præsumptione iuris, eaque alterius possessionem vincet. 5. Quia hac ratione lib. 1. de matrimonio disp. 8. num. 10. disp. 9. nu. 13. alios allegans probaui obligationem voti, & sponsalium, quamuis sponsus, vel vouens dubitet, an requisitam deliberationem, & animum se obligandi habuerit, quod in hoc dubio ius deliberationem, & animũ illum præsumat. Et eod. lib. 1. disp. 16. num. 10. & 11. probaui sponsalia septẽnio completo inita valere, nisi constet tunc defectus vsus rationis: & ante septennium esse irrita, nisi constet doli contrahentium capacitas. Quia cum ante septennium non præsumatur vsus rationis, post illud autem sic, stat iuris præsumptio contra sponsalia ante septennium inita, & pro illis post eam ætatem contractis. Tãdem quia si attente res consideretur, quando iuris præsumptio stat pro actus valore, ille potius dicitur possidere, quam natiua voluntatis libertas. Quamuis enim si de dominio loquamur, voluntas in omnibus contractibus dominium non transferentibus, ut in voto, sponsalibus, & aliis promissionibus possideat suum dominium: at si loquamur de libera contrarium operandi facultate, quæ potius in obligationibus spectari debet: quoties est iuris præsumptio pro actus valore, ut in exemplis adhibitis duplici ratione præcedenti, possessio non stat pro uoluntatis libertate, sed pro obligatione, utpote quæ in eo dubio maiores uires obtinet, & ius eam præsumit.

14 Vtrum autem possessio, quam superior habet uoluntatis subditi, sufficiens sit, ut subditus possit tuta conscientia deponere dubium speculatiuum, & in eo dubio teneatur obedire: dicemus latè lib. 6. tractantes de uoto obedientiæ.

15 Ad argumenta contraria proposita nu. 10. respondetur. Ad 1. dic id principium, in dubijs tutior pars est eligenda supponi in ijs textibus, non tanquam ex præcepto semper obseruandum, ut egregie admodũ tradit *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 40. sect. 6. n. 9.*) Sed satis est, ut Pontifex illud reputarit tõni, & regulis prudentię magis consentaneum, ut iuxta illud in eo peculiari casu irregularitatis legem statuerit quod satis est ad legem iustam sanciendam nõ tamen ad obligationem inducendam extra casus expressos. Et clarius cõstabit hæc solutio ex dicendis, numero 48. vbi ostendemus nec decisionem eorum textuum habere locum extra irregularitatem homicidij. Ad 2. dic illum Episcopum non præmissa diligentia ad exequendam veritatem illius excommunicationis, celebrasse, & ideo tanquã temerarius, & qui tunc tenebatur abstinere, & sequi partem tutiorem, iure optimo punitus est. Nos autem loquimur, quando apposita diligentia nequit veritas cognosci. Pręterea non desunt qui dicunt (vt referemus, num. 65. in solutione ad 2.) excommunicationem in hoc casu probari sufficienter sola fama, & ita excommunicatio erat fere certa, appellatur autem dubia, eo quod non omnino certa erat. Ad 3. dic eum textum etiam probare cõtra aduersarios. Quia cõtra possessionem posterioris coniugij, quæ ex iustitia est, & contra fauorẽ, quo in dubio matrimoniũ potitur Pontifex iudicat: & ideo difficillima est eius textus econdatio. Aliqui respondent ob animæ periculum iudicari in hoc dubio cõtra posterius matrimoniũ, & eo cessanti iudicandum potius in illius fauorem, iuxta. *c. Licet ex quadam de testibus & attestat.* Sic *Host. eo. c. Iuuenis, in fin. & ibi Io. And. num. 2.* At hanc solutionem meritò impugnant *Anch. ibi, n. 6. opposit. 2. & Marianus Soc. senior ibi, num. 8.* Quia etiam in dissolutione posterioris matrimonij, quod forte valebat, potuit animæ periculum cõtingere. Et concludit *Anch.* expositionem eius textus cogitandam esse. At *Marianus Soc. eo. n. 8.* tradit aliam, nempe, id secundum matrimonium non fuisse consummatum, & ideo Pontificem dispensasse, vt dissolueretur: & concludit cogitãdum. Sed nec hæc solutio placet. Tum quia non constat id non esse consummatum. Tum etiã, quod nullo dispẽsationis verbo vtatur Pontifex, immo innitatur ei principio: id quod est certius est sequendũ. Ideo legitima solutio est, quamuis conatus ad copulam fuerit dubius, at valor priorũ sponsaliũ fuit certus, malitia supplenti ætatem, & impedimentum dirimens ex illis consurgens erat certũ: vt tradit *Præpos. eo. c. Iuueni, in fin.* Tales enim coniecturæ concurrerunt, vt plenè probarint. Quare non dixit Pontifex in dubijs tutius esse sequẽdum: nã tutius erat stare pro matrimonij valore: vt habetur *d. c. Licet ex quadam, in fine:* sed dicit certius esse amplectendum. Appellat aũt dubia priora sponsalia, eo quod tanquam ex coniecturis probata, non erãt vndequaque certa sufficientem tamen ad ea valida iudicanda certitudinẽ habuere: & sic posterius matrimonium cum illius prioris sponsæ consobrina fuit iudicatum nullum. Ad 4. dic, id esse consilium: vt nu. 11. probaui. Ad 5. negatur consequentia, quando adest aliqua causa iusta eligẽdæ partis minus tutæ, qualis est possessio. Sicut hęc etiam sufficit in materia iustitiæ. Ad 6. negatur nunquam verificari. quia siue quis possideat, siue non, tenetur dum practice dubius manet sequi qđ tutius est. Item quando non est possessio, quæ iustam causam præbeat operãdi contra dubium speculatiuum, tenetur etiam tutius amplecti negatur etiam præceptum in dubio nunquam obligaturum. Quia (vt constabit ex dicendis n. 33. & 34.) aliquando in eo dubio est possessio pro præcepto, & tunc obligabit. Ad 7. negatur antecedens. Vt constat ex dictis nu. 11. Ad 8 negatur debere necessario dubitare practice, id est, hic, & nunc, id esse peccatum. Quia ex generali illo dubio speculatiuo non oritur necessario dubium practicum, nisi quando nulla adhibita est diligentia ad expellendum dubium generale, nec subest aliqua causa non dubitandi practice. Ad vltimum constat ex dictis nu. 11. in initio, vbi regulam tradidimus, quando sit præceptum, & quãdo consilium, sequi, id quod est tutius.

SVMMARIVM.

Quæ sit pars tutior, & quid faciendum, vbi concurrunt præcepta incompatibilia, num. 16.

Explicatur, quod præceptum plus obliget, num. 17. & 18.

Quid

Quid, si de maiori neutrius obligatione constet, nu. 19.
Quid, si alterius præcepti obligatio sit certior, nu. 20.
Quid, si modicus inter ea præcepta sit excessus, nu. 21.
An cessante eligēdi necessitate, quādo voluntas determinatur ad eligendum vnum ex duobus malis, teneatur eligere minus? Proponuntur probantia partem negantem, nu. 22.
Quando voluntati proponuntur duo mala, potest se tripliciter in electione habere, nu. 23.
Quale sit peccatum, quando voluntas non fertur in prælectionem, sed in ipsum obiectum malum, nu. 24.
Quid, quando in solam prælectionem maioris, aut minoris mali, num. 25.
An maioris mali prælectio sit mortalis, quando minus est veniale, num. 26.
Quid, si vtrumque sit mortale, nu. 27.
Quid, si electio, & comparatio non cadant in ipsas culpas, sed in infamiam ex illis consurgentem, nu. 28.
Quale peccatum sit, quando voluntas fertur in prælectionē, & in ipsum obiectum malum, nu. 29.
Quid discriminis sit inter electionem minoris mali, quando alterū voluntas eligere cogitur, & quando nō cogitur, n. 30.
Soluuntur argumenta, num. 31.
Post nu. 31. inuenies alia summaria.

16 QVæstio II. Quæ pars dicatur tutior? Hoc aliquib. regulis declarandum est. Prima regula sit. Pars illa dr tutior, in qua aut nullū peccatū esse pōt, aut propter vitandū maius malū, eligitur minus, qñ in alterutrum illorum incidere est necesse. Quādo. n. duo præcepta incompatibilia concurrunt, est violandū, qđ minus obligat, & sic minus malum eligendum. (Si malum dici potest.) Quippe in hoc euentu nō est malum, sed bonum, id præceptum trāsgredi. Quod alijs relatis probaui lib. 1. de matrimonio, disput. 41. numero 45. Atque ita docent *Metina 1. 2. qō. 19. art. 6. q. 4. conclus. 4. & ibi Vasquez. disp. 66. c. 1. in init. & c. 4. n. 21. Azor to. 1. instit. moral. l. b. 2. c. 18. q. 4.* & omnes.

17 Quōd si petas, quod præceptum plus obliget. Dic regulariter omne naturale [diuinū], & diuinū positiuum obligare magis, q̄ humanū: cū sit superioris preceptū. Insuper naturale diuinū plus, quam diuinū positiuum. Insuper precepta primæ tabulæ plus quā precepta secundæ, & negatiua plus quam affirmatiua, & precepta altioris virtutis, plus quā inferioris. Dixi regulariter, quia pōt euenire ob materiæ vnius precepti paruitatem, & alterius magnitudinē, vel propter maius boni cōis periculum, quod ex inferioris præcepti trāsgressione imminet, vt hoc magis obliget. Item maior certitudo obligationis præcepti inferioris, potest ita prudentis arbitrio præpōderare, vt iure optimo sit grauiori anteponendū.

18 Atque ad discernendam maiorē præcepti obligationē, non sola obligatio intensiua est spectanda, id est, ab altiori virtute procedens, vel sub maiori culpa obligās: sed extensiua, quandoq; spectari debet. Vt plus intensiue obligat, id est, sub maiori culpa, præceptum sanctificandi festa, quam non iocose mentiendi: at si cuiquam non permittatur festum obseruare, nisi mentiatur, tenetur non meōtiri. Huius. n. obligatio extēsiua est maior, eo quod mentiri est intrinsecè malum. Similiter obligatio voti excedit intensiue multorū preceptorum obligationem, vtpote, quæ ab altiori religionis virtute pullulat: at extensiue ex minori cuiuslibet præcepti etiā humani vinculo, & hoc propter materiæ sub tractionem, quæ minimè est voto apta, si cuiquam præcepto aduersetur. Et ideo quodlibet præceptū est voto anteferendū.

19 II. Regula. Quando attentis omnibus circumstantijs, vis maior neutrius præcepti incōpatibilis constiterit, vtrumuis eligi potest. Quippe vtrumque impleri nequit & neutrius maior est ratio, vt alteri præponatur. *Sic Corduba in suo quæst. l. 3. q. 5. post 2. proposit. in 1. reg. Metina 1. 2. q. 19. ar. 6. q. 4. conclus. 4. f. 05.* Atque idem est dicendum, quando minus graue est certius, nec apparet an ea certitudo maiori alterius grauitati prapōderet, Quia eadem est ratio.

20 Limitanda tamen est regula hæc, nisi qñ concurrāt ea duo præcepta æqualia incōposibilia, probabilior sit alterius obligatio. Cum enim in hoc excedat, est præferēdum. *Sic Cordub. reg. 2. & Metina nu. pcedēti allegati.*

21 Vltima regula. Si exiguus inter illa duo præcepta excessus reperiatur, sola venialis culpa erit leuius seruato omisso grauiori. Quia ea materiæ paruitas a mortali excusat. *Sic Metina vbi nu. 19. eum retuli.*

22 Sed superest difficultas, an cessante necessitate eligēdi alterius ex duobus malis, sit præceptum eligendi minoris, esto voluntas alterum eligere velit? Perinde est hoc quærere, ac quærere an in hoc actu condinonali, si peccatum a me admittendum esset, & eligerem potius apostasiam à fide, aut aliud peccatum grauius, quam mendacium leue, aut furtum, aliudve peccatum illis leuius, inuematur aliqua culpa prælectionis, & antepositionis illius culpæ maioris minor. Nam si ea culpa inuenitur, erit sub præcepto prælectio minoris mali. Culpa enim non reperitur, nisi quādo alicui præcepto contrauenitur. Et videtur non esse præceptum electionis minoris mali. 1. Quia admittere id leuius peccatum, est malum, & peccatum: cùm voluntas teneatur vtrumq; respuere. At de peccato nequit esse præceptum. 2. Quia *c. Duo mala, d. 13.* tanquam quid speciale decernitur, necessitate cogenti ad alterius mali electionem, esse minus eligendum. Ergo secus est, quando nulla necessitas cogit, sed electio est voluntaria.

23 Sed pro vera resolutione præmittendum, est tripliciter posse voluntatem in ea condinonali se habere. Primò, quando determinatè fertur, non in prælectionem, seu antepositionem vnius mali alteri, sed in ipsum obiectum malum. Secundò, quando fertur in solam prælectionem, seu antepositionem. Tertiò, quando fertur in vtrunque.

24 I. Conclusio. Quando voluntas se habet primo modo, peccat. & tale est peccatum, quale est obiectum volitum. Vt si voluntas proponat data occasione, aut mentiendi, aut furandi, se mentituram, peccabit peccato mendacij: si autem proponat furtum se admissurā, delinquet peccato furti. Ratio est aperta, quia in vtroque casu, data illa occasione determinatur voluntas ad malum amplectendum. Ergo eius culpæ est rea, cuius est id malum. Sicut in hac conditionali, si fornicandi ansa se offerret, fornicarer, reperitur fornicationis culpa. Et hæc conclusio est per se nota.

25 II. Conclusio. Quando voluntas se habet secundo modo, optimè facit præeligens, & anteponens minus malum perpetrare: peccat autem, si præeligat, aut anteponat maius malum. Vt si voluntas data hypothesi hac, si se offerret occasio aut mentiendi leuiter, aut alterius peccati leuioris, aut blasphemandi, alterius ve grauioris nullum admitterem, sed respuerem: at si ex malitia, aut fragilitate essem alterum peccatum admissura, eligerem potiùs malum minus, tunc rectè faceret: si autem maius malum, peccaret vtique. Probatur, quia tunc voluntas proponit vtrumque malum vitare, & data hypothesi, seu sub conditione alterius eligendi, q̄nil ponit in esse, determinatur ad minoris mali prælectionem, & magis cauēdum maius. Huiusmodi autem prælectio est bona, & consona charitatis ordini dictanti maiorem culpam maiori odio prosequēdam. Ergo nullatenus peccat, sed optimè se habet. Et confirmatur, quia [ea] minoris mali prælectio potest licitè consuli determinato ad maius perpetrandum: (vt cum frequentissima Doctorum sent. latissimè probaui lib. 7. de matrim. disp. 11. num. 15) quia tunc nullatenus con sulitur id malum, sed prælectio. Ergo hæc est bona: aliter consilium illius tanquam consilium peccan, esset iniquum. 2. Quia ex doctrina *D. Thomæ ab omnibus recepta 4. d. 17. q. 2. quæst. c. 3. in corp.* cōtritio obligat ad maiorem dolorē de maiori culpa, quàm de minori: qđ omnes Doctores statim allegādi intelligunt nō de maiori dolore intensiuo, sed appretiatiuo. Idque per hanc cō-

ditio

tionalē explicāt, si mihi peccandū esset, eligerē potius inus malū hoc.n.nil aliud est, q̄ maius malū maiori lio prosequi. Sicut dolere magis appretiatiue de pecto, q̄ de iactura cuiuscūq; rei tpalis, (quod sub pcepto se fatetur vniuersi,) nil aliud est, q̄ in ea animi pparōne esse, vt si peccādum esset, aut oium rerum iactura ctenda, hæc potius eligeretur. Ergo illa minoris mali ectio, nō tm̄ est bona, sed etiam sub pcepto 3. Quia etquodcūq; peccatū alienū tenear præcepto correctios fraternę vitare: at vbi quispiā vult cōmittere alterū duobus. teneor arctiori vinculo maius vitare. Sicut contingit in dānis tēporalibus. Ergo a fortiori in me so teneor arctiori pcepto ad vitandū maius peccatū: proinde volūtas potius eligēdi minoris mali, q̄ maris, qn̄ ex fragilitate, aut malitia ad alterū determinatur, est bona, & sub pcepto. 4. Quia hic actus si mihi entiendum esset, aut negāda fides, potius negare fidē, erent audiētib. ingentē scandali, ac grauissimę offensionis ansam ac iure optimo in id dicentē sæuirent, tāuām in pessimē præponentē veniale mendacium grauissimo negationis fidei peccato. Ergo hic actus est rōdissonus, & peccatū. Sed non opponitur alij pcepto, iā iubenti pelectionē minoris mali, vbi alterū præeligendū esset: quia (vt suppono,) ille est determinatus ad neutrū eligendū. Datur ergo præceptū electio minus mali, nō absolutē, sed posita cōditione, si aliuod eligendū esset, aut supposita alterius eligendi vontate. 5. Quia elicere actū eligendi tūc maioris mali, practice, seu opere ipso dicere, melius esse id maius alū, & perpetrare culpā mortalē, quam venialem, & onere leuē Dei offensām auersioni ab ipso per culpā ortalē. Sicut forniceari est practice, seu opere ipso dire præponendā venereā voluptatem Dei honori. Quę speculatiuè iudicatētur conformiter illi praxi, essent æretica. Ergo praxi, & opere id affirmare est peccatū, cōsequēter est pceptū data illa electionis hypothesi, minus malū eligatur. Tandē, quia ideo, qn̄ necessialterutrius eligēdi cogit, est pręceptū eligēdi minoris ali: quia est pręceptū pluris faciēdi pcepti de maiori alo vitandoillq; postponēdi præceptū de minori vido. Ergo idē præceptum est, qn̄ voluntariē vult quisiā eligere. Quippē necessitas nō efficit pceptū maioris ali potius q̄ minoris vitandi, sed illud supponit: atque solū efficit, vt culpa nō sit velle determinatē id minus alū exequi: qualis esset, vbi necessitas eligere nō cogit. Vt nu. 30. explicabimus. Et ideo hāc sniam sustinent *otus 4. dist. 17. q. 2. art. 4. in 5. conclus. ibi: Licèt culpa vsq; sissima venialis sit eligibilis, nisi ad euitandū aliā culpā: uia implicat contradictionē licere peccare, & ideo nūquā atur casus, in quo licitū sit vnū minimū peccatum cōmitere ad vitandū maximū, tamen paratus debet esse animus, si aliquod ex hominis fragilitate committendū sit, potius t minus quā maius admittendū. Sicut.n. ad ordinē charitatis spectat, Deū præ cūctis reb. diligere, sic ea acerbius defstari, q̄ sunt illi magis execrabilia.* Ecce quā clarē loquitur de quanis volūtaria electione, & condōnali, & non olum qn̄ necessitas cogit. Quia dicit nunquā dari caum, in quo liceat minus malū eligere: qd falsissimum esset: nam qn̄ eligendi necessitas adest, datur is casus. Vt diximus nu. 16.) Itē in illis verbis. *Paratus esse debet, vt si aliquod ex fragilitate committendū sit.* Nā qn̄ necessitas cogit, nō cōmittitur aliqđ ex illis ex fragilitate, sed ex pcepto et minus cōmittendū. Item. quia rō quā assignat, est generalis amplectiturq; quācunque electionē ex quauis causa cōsurgentem. Quod idem clarē sentit. *paulò inferius, immediatè ante versiculū per hac tandem,* ibi: *Facta conditionali cōparatione sic appretiatiuè plus detestaris furtū, vt si alterū esset committendum, potius homicidū committeres homicidū, non est peccatū saltē mortale, dūmodo firmum sit propositum neutrum committendi, sed est venialis peruersio ordinis charitatis.* Vbi apertē loquitur, quādo non est eligendi necessitas: hac.n. stāte non dēt esse firmū neutrius eligēdi propositū, cū sit præceptum eligendi tūc minoris. Idem ē cōstat ex illis eius verbis: *Facta conditionali comparatione.* Et *Barth. à Ledesma in Summa Sacramentorum, tractatu de pœnitentia, vbi de contritione, diffic. 6. col. penult.* ibi: *Licet neque minima culpa venialis sit eligibilis, attamen paratus debet esse animus, vt si aliquod ex hominis fragilitate committendum sit, potius sit minus, quam maius admittendum.* Quæ sunt eadem prorsus verba paucis relictis, quæ ex *Scoto* retulimus: atque eandem ipsius rationem reddit. Quare ponderanda sunt eodem modo, quo verba *Scoti* ponderauimus. Et *Martin. de Ledesma 2. p. 4. q. 2. artic. 2. paulò post principium. 4. prop.* ibi: *Si quis faceret comparationē, peccaret, si potius eligeret offensionem Dei maiorem quàm minorem.* Et *statim versic. Vnde dico,* hæc ait: *Hac comparatio est stulta, quid potius faceremus, hoc maius peccatum, an hoc minus. Sed si quis faceret illam & potius eligeret maiorem offensam Dei, q̄ minorem peccaret plus quam si eligeret minorem.* Vbi aperte hoc tenet, quatenus ait minus peccari eligendo minus peccatum. Quippe quādo electio est ex necessitate, nullatenus culpa admittitur, sed impletur præceptum. Atque alia priora verba sunt adeò aperta, vt nulla ponderatione indigeant. Et *Suarez 4. to. in 3. p. disp. 3. sect. 10. num. 6.* ibi: *Si quis haberet hūc actū mallem esse homicida, quā fur, in eo actu peccaret, etiam si alioquin haberet animum absolutum neutrum peccatū committēdi.* Et *nu. 7.* ibi: *Si quis deprehensus in furto leui haberet hunc actum, maluissem deprehendi in adulterio, sine dubio peccaret mortaliter.* Quæ verba adeò sunt aperta de voluntaria electione, vt nō oporteat eā pōderare. Quippe constat nullā necessitatē cogere eas comparationes facere, nec dari tūc necessitatē alterius eligēdi. Et clarius *nu. 8.* vbi arguit nullā esse deformitatem in hac condōnali, si ad vitādum mendaciū oporteret sacrilegiū cōmittere, id facere. Quia qn̄ est necessariū ad vitandū aliud peccatū, iā non est peccatū; & respondet his verbis: *Hypothesis illa, sub qua sit præsens cōparatio, non est talis, vt excludat malitiam ab altero extremo. Nam potius fit comparatio inter grauius peccatum, & minus graue ex suppositione, quod vtrunq; sit peccatum.* Clare ergo loquitur de voluntaria electione, non qn̄ est ex necessitate, non est vtrunq; peccatum. Et *Enriquez lib. 4. de pœnitentia, c. 27. nu. 8.* ibi: *Si quis habens firmum propositum nullū admittēdi peccatum mortale, ficto casu optionis data eligeret ex infirmitate vitare potius peccatū mortale leuius, solū peccares venialiter.* Vbi clarē de electione volūtaria loquitur in illis verbis: *Ficto casu optionis data.* Et in illis: *Eligeres ex infirmitate.* Vt proximè eadē ponderaui. Idem tenet *Petr. de Ledesma in Sūma Sacramentorū, tract. de pœnitentia, c. 6. post 9. concl. vers. De lo dicho se sigue, f. 438.* vbi postq; paulò ante dixerat esse debere maiorē appretiatiū dolorē maioris peccati, idq; nō esse necessarium, vt expressè, & formaliter fiat sed virtute, sic ait: *Lo qual se explica muy bien por esta conditional, que virtualmente tiene en su coraçon el que tiene verdadera contrició: Si huuiera de pecar, antes cometiera peccado de hurto, que no de homicidio, per ser mas graue el homicidio.* Et dicit hanc esse *D. Thomæ*, & omnium Theologorum sententiam. Ecce quam claris verbis loquitur de electione voluntaria.

26 Quòd si petas quale peccatum sit, ea conditione, & hypothesi facta, eligere maius peccatum. Dico si maius peccatum sit mortale, minus autem veniale, incurri absque vlla controuersia culpam lethalem in ea maioris mali electione. Vt si quis haberet hunc actum, mallem deprehendi in homicidio, quàm in furto leui: aut si mihi eligendum esset inter mendacium leue, aut fornicationem, eligerem fornicari. Quia maxima est inordinatio preferre leuem culpam mortali. Atque ita hoc esse absque controuersia docet optimè *Suarez 4. tom. in 3. p. disp. 3. sect. 10. nu. 7.*

27 At difficultas est, qn̄ vtrūq; est mortale. Quidā censent eā maioris culpæ electionē esse venialē. Quòd potissima culpæ mortalis grauitas consistat in auersione à Deo, in qua oi a lethalia conueniūt: & ideo illa electionis inordinatio nō vr adeò grauis, vt sufficiat ad mortale. Et ex altera parte est firmū propositū neutrius peccat com-

cōmittē li. Sic *Sot. 4. dist. 17. q. 2. ar. 4. post 5. conc. immediatè ante vers. Per hac tādē. Enriq. lib. 4. de pœnitentia, c. 27. nu. 8.* Et dicit id esse ꝓbabile *Mort. de Ledes. 2. p. 4. q. 2. a. 3. paulo post principiū, in propositione. 7.* atque *in proposit. 6.* dixerat esse quoq; ꝓbabile, culpā esse mortalem. Et dicit quoq; ꝓbabile esse veniale, *Suar. eadem sect. 10. nu. 7.* qñ peccata ea mortalia nō essēt admodū disparia. Atq; ego existimo tūc esse, ꝓbabilius nō esse mortale. Qd cōstat ex regula tradita *n. 21.* Secus si admodū disparia essent, tūc .n. bñ ait *Suar. ibi.* esse mortale. Qd grauis sit inordinatio.

28 Id tñ monuerim, in ea cōditionali, mallē deprehēdi i grauissimo crimine nō infami, q̃ in veniali infami, vt i leui furto, posse electionē, & cōparationē cadere nō in ipsas culpas, sed in solā infamiā ex eis cōsurgētē, & tūc nō esset mortale. Vt si qs hēret hūc actū, mallē existimari homicida, q̃ mēdax. Quia est leuis inordinatio. Sic *Suar. eo. n. 7.*

29 Vltima Cōclusio. Qñ voluntas se habet tertio modo, nēpe, qñ fert in vtrūque, vt si eliceret hūc actū si se offerret occasio furādi, aut negandę fidei, furaret vtiq;, ita vt volūtas nō ad solā minoris mali electionē, aut antepositionē feratur, sed determinetur ēt ad illud furtū cōmittēdu, peccaret vtiq; peccato furti. Quia vtrūq; tenebatur vitare. At nō peccaret cōtra eligēdi pręceptum. Quippe hic actus in rōne electionis inter ea duo crimina, est ordinatus, vtpotè q̃ rectè anteposuit minus malū maiori: q̃uis inordinatus sit, quatenus determinatur ad minus malū perpetrandū, nulla eligendi necessitate cogenti. Quod si electio esset maioris peccati, duplex esset culpa necessariò in cōfessione exprimenda: altera cōtra præceptu illius peccati vitādi, altera cōtra præceptū bonæ electionis, præponēdo peccatū longè grauius peccato multò leuiori. Cōstat q̃a hæc sunt diuersa præcepta, & vtrūque violatur. Præterea, quia (vt nu. 25. ꝓbaui) ea prauę electionis culpa reperiretur, q̃uis voluntas firmum neutrius peccati cōmittendi propositum haberet. Ergo eadem culpa reperitur, qñ propositum grauioris committēdi habet: nec enim dicendū est, hac culpa tolli alterā.

30 Ex dictis deducitur discrimen inter actum conditionalem eligendi minoris mali, quando voluntas quoq; determinatur ad illud patrandum, dū necessitas cogit, & ea nō cogenti. Quod in priori casu nulla culpa reperiatur, imò electio illa cadit sub p̄cepto. In posteriori aūt reperitur culpa, non quidem prauę electionis, sed cōtra præceptū illius peccati vitandi. Vt explicui nu. præced.

31 Ad argumenta contraria proposita nu. 22. respondetur. Ad primum, constat ex dictis illam electionē quatenus electio est, non esse peccatum, & sic de illa posse esse præceptum, nec illa reperitur culpa, si voluntas firma sit neutrius peccati cōmittendi. (Vt n. 25. ꝓbaui.) Quod si proponat leuius cōmittere, erit peccatū, non quidem in ratione electionis, sed rōne illius mali propositi. (Vt nu. 29. explicui.) Ad secundum, constat ex dictis nume. præcedēti, vbi discrimen inter vtrūque casum constitui.

SVMMARIVM.

Dubitans, an aliquo casu sint imposita lex, aut praceptum, an teneatur ad illa, nu. 32. & ibi remissiuè, quid si dubitet, an illi satisfecerit.

Quid si dubium sit, an res hac comprehendatur sub legis, & pracepte verbis, num. 33.

Quid, si de lege & pracepto constet, at dubitetur, an ab illis excusetur? Et habens regulā pro se habet intentionē fundatā, & onus probanda exceptionis reiicit in aduersariū, nu. 34.

Quid si dubitetur, an lex sit vsu recepta, aut consuetudine abrogata, aut in ea dispensatum sit, num. 35.

Dubitans, an votum emiserit, aut in id plus inclinans, aut id optans, aut an illud impleuerit, an teneatur voto, num. 36.

Quando irregularitas est dubia dubio iuris, aut facti, an liceat eo dubio nondum discusso, operari contra illam, nu. 37.

An in dubio irregularitatis ex homicidio consurgentis, censendus quis sit irregularis? Referuntur varia sententia, num. 38. 39. 40. & 41.

Explicatur sententia Authoris, & soluuntur contraria, nu. 42.

An in casu aborsus sit irregularis, existente dubio, an fœtus sit animatus, num. 43.

An consulens homicidium, dubitansque, an consilium sit operatum, sit irregularis, ac restituere teneatur, nu. 44. Vbi & quid si dubitet, an alter occiderit.

An in dubio facti sit censendus homicida irregularis, quoad alias pœnas vt beneficiorum priuationem. &c. num. 45.

An qui dubius dubio iuris de irregularitate homicidij, aut censura, recepit ordines mala fide, eo quod non prius examinarit id ius dubium, possit post adhibitam diligentiam manente eodem dubio, in illis ministrare, num. 46.

An alia irregularitates in dubio facti incurrantur, nec id speciale sit in homicidio? Refertur quadam sententia, num. 47.

Explicatur sententia Authoris soluunturq; contraria, nu. 48.

Quid in hoc dubio facti de irregularitate mutilationis, & an in ea occulta possit Episcopus dispensare virtute Trid. sess. 24. ca. 6. de refor. & qualiter exceptio dubius esse de contentis in regula, & ita eam firmet in casib. non exceptis, vt non extendat ad casus, qui ea exceptione non apposita, minime clauderentur in regula. num. 49.

Quid in dubio occisionis iusta, nu. 50.

An in dubio reputetur quispiā excōicatus siue sit dubiū iuris, siue facti? Referuntur varia sententia à nu. 51. vsque ad 55.

Non reputatur excōicatus siue dubiū sit iuris siue facti, n. 56.

Quid si dubitatur, an iudex excommunicationem tulerit, vel ipse, aut pars verum animum ligandi habuerit, vel verba iudicis, aut iuris excommunicatoriam contineant latam sententiam: aut cum constat de excommunicatione, et dubia est absolutio: aut si dubitatur de iusta excommunicandi causa, aut debito in ea ordine obseruato, nu. 57.

Quid si excommunicatio sit conditionalis, & dubitatur, an conditio sit impleta, nu. 58.

Quid si dubitatur, an appellatio illam pracesserit, & sic dubius sit eius valor, nu. 59.

Quid si dubium sit ob dubiam excōicantis potestatem, num. 60.

An ob excommunicationem dubiam impediatur promotio ad dignitatem, num. 61.

An omnia dicta de excommunicatione dubia, dicenda quoq; sint de suspensione, & interdicto dubijs, num. 62.

Soluuntur argumenta, nu. 63.

An peccata, qua quis dubitat, an mortalia sint, teneatur fateri? Proponuntur probantia partem negantem, num. 64.

Explicatur quotupliciter possit esse hoc dubium, num. 65.

Sunt necessario fatenda peccata dubia, an sint mortalia, etsi dubitans inclinet in eam partem, vt mortalia non sint, nu. 66.

Idem si quis dubitet, an aliquod mortale admiserit, num. 67.

In neutro casu sunt hac fatenda, vt certa, sed vt dubia, nu. 68.

Sunt fatenda circumstantia huius peccati dubij, & quid si non meminit speciei peccati certi, vel dubij, & si sic fateatur, vt meminit, teneatur postea sciens esse mortale, aut sciens se admisisse, aut memor speciei, iterum illud fateri, num. 69.

An quando quis fatetur mortale dubium, teneatur aliquā materiam certam fateri, num. 70.

An dubius, an quoddam mortale fassus sit, aut in eam partem inclinans, vt illud sit fassus, teneatur id fateri, ac dubium explicare, & ante illam cōfessionem fuisse perpetratū, n. 71.

Quid, in dubio, an confessio fuerit irrita, nu. 72.

Quid, quando dubitatur, an peccatum sit reseruatum? Refertur quadam sententia, nu. 73.

Explicatur sententia Authoris, nu. 74.

Quid, quando ille opinatur id peccatū nō esse mortale, vel iam directum in confessione? Refertur quadam sententia, nu. 75.

Explicatur sententia Authoris, nu. 76.

Quid si hic sit in mortis articulo constitutus, num. 77.

Satis sit argumentis, nu. 78.

Post num. 78. inuenies reliqua summaria.

32 QVæstio III. Quid in dubio legum, votorum, censurarum, peccati necessario confitendi, ac reseruati censendum sit? Quæstio hæc varias difficultates petit. Prima est, quid in dubio legum censendum sit. Vt si facta sufficienti diligentia non constat, an in aliquo casu sit imposita lex, aut pręceptum, sed res dubia manet.

Vasquez.

Vasquez 1.2.*quaest.* 16.*artic.*6.*disp.*65.*toto cap.*3. *& disp.* 66.*cap.* 1. *in initio*, censet sic dubitantem obligari lege, aut praecepto. Nititur autem suo fundamento, quod n. 10 retulimus, nempe, in dubio extra iustitiae materiam, esse semper id quod tutius est amplectendum, nec suffragari possessionem. Idem censet *Salas* 1.2.*q.* 21.*trac.* 8. *disp. unic. sectio.*25.*nu.*258.cum hac limitatione, nisi dubitans ille praeceptum exequi nequeat, sine magna incommoditate, aut periculo. Nititurque eodem fundamento, quod cum praedicta limitatione amplectitur. (Vt nu. eo. 10. retulimus) Sed multo verius est, praeceptum & legem tunc temporis non obligare, siue sint naturalia, siue diuina positiua, siue humana. Quod in hoc dubio sit tota possessio pro voluntatis libertate. Praeterea, quia nemo obligatur lege nisi illi sit sufficienter proposita. At quando post sufficientem diligentiam manet quis dubius, an sint lex, & praeceptum, non sunt illi sufficienter proposita. Ergo, etsi in genere, aut speculatiue maneat dubius, an sint lex, & praeceptum, est in particulari, seu practice certus, se non obligari tali lege Sic docent *Suarez* 5.*tom.in* 3.*p.disp.*40.*sect.*5.*nu.*15.*Henriq. lib.*8.*de Eucharist.c.*45.*n.*3.*in comment.*1.*lit.P, Emanuel Sa summa, verb. Dubium, nu.*2. Atque idem tenentur dicere, quos nu. 36 referemus, asserentes dubium de voto a se emisso, non teneri illo. Nam votum est lex quaedam priuata, qua vouens se ligat. Quando autem lex est certa, & dubium est, an illi sit satisfactum, diximus numero 12.

Atque eodem modo dicendum est, nec legem, nec praeceptum obligare, quoties de illis constat, at dubium sit, an haec res comprehendatur sub illis. Quippe tunc eadem prorsus est ac dubitare an lex, & praeceptū sint imposita de ea re. Atque ita *Salas nu. praeced. relatus* loquitur eodem prorsus modo in vtroque casu.

Imò *Salas ead. sect.* 25.*nu.*259.censet idem dicendum esse, dum constat de lege, aut praecepto: at dubium est, an in eo casu ratione necessitatis, aut alterius circumstantiae occurrentis, eximatur aliquis ab illius obligatione. Ducitur, quia praeceptum impropriissimè dicitur possidere: voluntas autem antea suam libertatem possidebat. Ceterum dicendum prorsus est, tunc teneri lege, & praecepto. Quia antiqua libertatis voluntatis possessio huic minimè iuuat: cum certa sit lex ea libertate priuans, ac proinde possessio est pro lege, & praecepto. Et confirmatur, quia (vt numero sequenti dicemus ex *eodem Salas*,) quoties lex est certa, at dubium est nu. consuetudine sit abrogata, obligatur quis lege, non obstanti antiqua libertate voluntatis possessione. Ergo idem est censendum, quoties dubitatur de exemptione à lege, ob quamuis aliam causam. Nil enim refert, siue excusatio a lege certa, sit ratione consuetudinis contrariae, siue cuiuslibet alius circumstantiae. Cum in omnibus his casibus, lex, & praeceptum sint certa, excusatio autem dubia, an spoliari debeat voluntas antiqua libertatis possessione, qua ante legē editam potiebatur. 2. Quia (vt num. 11. probaui,) idem iudicium est in vtroque foro, quando eodem modo est in vtroque res dubia. At in hoc dubio forum externum eo est ad obseruandum. Vt ex se constat, & ex Authoribus num allegandis, qui docent reijci in contrarium obligationem probandae exceptionis, eo quod praesumptio, & possessio sit pro lege certa. Ergo similiter forum internum obligat. Tandem, quia nemo asseret certum de mutuo à se recepto, ac subinde de soluēdi obligatione, liberari ea, quod dubitet de causa aliqua excusanti. Atque ideo vniuersi Doctores tradūt minimè compensationi locum esse, quando meum debitum est liquidum, quod autem alter mihi debet, est dubium. Ergo similiter ab omnium aliarum legum certarum obligatione non eximet excusatio dubia. Quippe omnes aliae leges obligant perinde ac lex iustitiae. Et ideo pro hac sententia sunt *Decius consi.*28.*nu.*8.*vol.*1.*& c. Super eo, el a. nu. de appellat. & ibi Beroius num.*2. *Alciatus consi.*433.*Gubernatorem, nu.*8.*Neuizanus in Sylua nuptiali, lib.*6.*n.*47. *versic. In dubio appellatio, Surd. consi.*334.*n.*15. *& 16. vol.* 3. vbi dicunt, quoties lex est certa concedens appellationem, vel quicquam aliud; est autem dubium, an casus aliquis ab illa excipiatur, seruandam esse legem. Quod habens pro se legem, habeat suam intentionem fundatam, ac exceptionem alleganti incumbat onus eam probandi. Vt bene tradunt *glo. reg. Omnis definitio paulo post princip. ff. de reg. iuris & rubrica eod. tit. ad finem, in 6. Vbi Francus nu.* 5. *Salicetus l. si fundum, in fine, C. Qui potiores in pignore habeantur, Tiraq. alios referens de retractu linguag.* §.1.*glos.*9.*nu.*21 1.*versic. Quibus adde, Euerard. multis exornans in suis topicis, loco ab exceptione ad regul. num.* 12. *tractatus incerti Autheris de crimine lesae Maiestatis, q.*1.*nu.*13.*(habetur tomo* 11.*tract. par.* 1*) glo penult. Clemen. fin. de rescript. Abbas rubr. Vt lite non contest. statim in princip. Couar.* dicens ab omnibus receptum, *l.*2. *var. capit.*12. *nu.*4. *Gonzalez in regul.*8. *Cancellariae, gloss.*8. *num.*72. Atque in proprijs terminis hanc partem tuetur *Metina* 1.2. *quaestione* 69. *articulo sexto, ad finem, in tertia propositione.*

35 Hinc deducitur, quid sentiendum sit de eo quod docent *Azor tom.*1.*instit. moral. lib.*2.*cap.*19.*quaestio.*12.*& Salas eadem disput. unic. in sect.*18.*nu.*169. nempe, dubitantem, an aliqua lex excommunicationem, suspensionem, irregularitatem ve imponens, sit vsu recepta, integrum esse reputare non esse vsu receptam, ac proinde non obligare. Et idem existenti duplici opinione probabili, quarum altera id affirmat, altera neganti. Ducuntur, quod cum lex sit poenalis, est benignior pars amplectēda. At cum res est sub opinione, placet mihi esse probabilem dicentem non esse vsu receptam, ac proinde non obligare amplecti, quamuis contraria sit probabilior: ob ea quae dixi cap. praecedenti, à num. 14. At cum est sub dubio, id displicet: sed credo illum e a lege teneri. Quia cum constet de lege, extat pro ea praesumptio, & possessio, & proinde allegant eam non esse vsu receptam, vt ab eius obligatione eximatur, incumbit onus probandi: Et ideo dum non probat, sed anceps est, tenetur lege. Et hoc quoque probant omnes rationes adductae nu. praecedenti. Atque similiter lege tenetur, si dubitet, an vsu abrogata sit. Vt bene docet *idem Salas eadē disp. vnic. sect.*26.*nu.* 265.*in fine.* Et idem dicendum est; si dubitet, an ea lex sublata sit, aut in ea sit dispensatum. Quia cum in his omnibus euentibus obligatio legis sit certa, ea vtique possidet.

36 Secunda difficultas est circa vota. An dubius num votum, vel iuramentum emiserit, nec praemissa debita diligentia potest illud vincere, teneatur voto, aut iuramento? Aliqui eū teneri existimāt. Quod in re dubia sit necessario tutior pars eligenda: nec iuuat possessio extra iustitiae materia: iuxta opinionem n. 10. relatam. Sic docent *Corduba summa, quaest.* 147. *Anton. Perez. certam* 10.*scholast. dub.*2.*num.*132. *Vasquez* 1.2.*quaestion.* 10. *art.* 6.*disput.*165.*cap.*3.*in fine, Azor tom.* 1.*instit. moral. lib.*2. *cap.*19.*quaest.*10.*& lib.*11.*cap.*15.*quaest.*2.*Sayro in claui regia, lib.*1.*cap.*13.*num.*36.*& Salas* 1.2.*quaest.*21.*tracta.*8. *disput. vnic. sectione* 17.*nu.* 162.*& sect.*25.*nu.*252.*& 253.* cum hac tñ limitatione id intelligit *Salas*, qñ in voti impletione nō est magna incōmoditas, & difficultas. Ceterū multo verius est, hunc nullatenus teneri voto, vel iuramento. Ducor, ꝙ nulla sit possessio pro voto, vel iramēto, sed tota pro voluntatis libertate. Quā in oībus materiis suffragari, nec tunc partem tutiorē esse necessario amplectendam, probaui n. 11. Et ideo hanc partā videtur sentire *glo. c. Ex parte, proximè ante verbum. Ex parte de censibus*, vbi ait in dubijs licere sequi qd libuerit: & videtur loqui de voto, de quo ille textus agit. Et in pprijs voti terminis hoc docēt *Sotus li.*7. *de iust. q.*3. *art.*2.*documen.*2.*vers. Sed est hic. Metina lib.*1.*Sum. c.*14. §.7.*fol.*90.*Suarez* 5.*to. in* 3.*p. disp.*40. *sect.*5.*n.*15. *Emmanuel Sa in summa, verb. Dubium, nu.*2. *& verb. Votum, in princ. num.*2. *Ludouicus Lopez* 1.*par. instruct. conscientiae.*

cap.

cap.45.verſ. Dubitans de voto Henriq. li.8.de Euchariſt.c.45.nu.3.in comment.lit.P, & lib.11. de matr.c.11.num.5. Manuel 2.to. Sum.c.99.num.5. Graff.1.p.decif.lib.2.cap.26.num.7. Rebellus de iuſt.par.2.lib.1.quæſt.3.ſect.1.num.10.& 11. Et quamuis lib.2. de matr.diſput.41 num.34. dixerim eum, qui non omnino dubitat, ſed magis in eam partem inclinat, vt votum emiſerit, & ſic ſuſpicionem voti habet, teneri voto, non integre, ſed ad partem pro ratione maioris huius propenſionis. Quia illa maior iudicij determinatio etiam cum formidine cõpenſat ſufficienter exceſſum poſſeſſionis, quem alter habet. Atque innixus fui ſimili doctrinæ in materia iuſtitiæ, quam ibi num.19.tenui. At ſicut in hoc cap.num.9.dixi id eſſe probabile in materia iuſtitiæ, at probabilius eſſe ad nil teneri: ita etiam in hoc caſu ſentio, hunc ad nullam voti partem teneri. Ducorque eadem ratione eodem num.9.tradita. Quod ſuſtinet *Salas eadem diſp. vnic.ſect.25.num.254.* Et ſatis fauet *Sotus lib.7.de iuſt.q.3.ar.2. colum 3. verſ.hic vero*, vbi ait in dubio vſus rationis non ſat eſſe quamcunque opinionem, vt quis voto teneatur, ſed oportere, vt ratio id conuincat, & ſit res ita certa, vt tenuiſſima dubitandi ratio ſuperſit. Et probat ratione poſſeſſionis libertatis in dubio. Quare immeritò *Rebellus proximè allegatus* dicit hũc teneri voto, & iuramento, nec hoc ab aliquo negari. Addit autẽ duo *Salas ibidem*. Prius eſt, oppoſitum eſſe falſum. Sed iniuſtè id ait, cum ſit ſatis probabile oppoſitum. Poſterius eſt, vt hoc ſit limitandum, vt tunc temporis non teneatur voto, quando magna incommoditas in eius exequutione eſt. Quia (vt num.10.retuli.) ſentit poſſeſſionem non ſuffragari extra materiam iuſtitiæ, niſi cũ hac limitatione. At cum numero 11.probauerim eodẽ prorſus modo ſuffragari, quo in materia iuſtitię, dicendum eſt, hunc nulla voti parte teneri, etiam ſi facilè implere poſſit. Sicut numero 9.diximus in ſimili dubio in materia iuſtitiæ poſſidentem nil teneri reſtituere. Præterea ſubdit *Salas ibi*, exigi, vt hic teneatur voto, rationes ita conuincere votum emiſſum eſſe, vt nulla maneat formido partis oppoſitæ. Quod etiam ita vniuerſaliter dictum non approbo. Quippe ſi hic opinetur ſe vouiſſe cum formidine partis oppoſitæ, quam opinio in ſe claudit, ita tamen, vt nullam oppoſitę partis probabilem opinionem concipiat, tenebitur vtique integrè votum implere: ſi verò ita opinetur hanc partem, vt ſe quoque non vouiſſe probabiliter opinetur, quamuis hoc ſit illi minus probabile, ad nullam voti partem tenebitur. Sicut vtrumque in materia iuſtitiæ probaui numero 9. Quod ſi certus ſit de voto, aut iuramento, dubius autem an impleuerit, dixi numero duodecimo, teneri implere. Alia quoque dubia in votorum obligatione paſſim occurrunt, quæ lib.4.in proprio tractatu de voto ſunt enodanda.

37 Tertia difficultas eſt circa irregularitatem. An in dubio iuris, vel facti, de delicto, cui eſt annexa irregularitas, cenſendus quiſpiam ſit irregularis? Qua in re id tãquam certum eſt præmittendum: ſiue dubium ſit iuris, ſiue facti, eſſe iniquum operari contra eam irregularitatem dubiam, nondum appoſita ſufficienti diligentia ad aſſequendam veritatem. Conſtat, quia ſic operans exponitur manifeſto violandę irregularitatis periculo. Item quia in dubio, an res aliqua ſit licita, & in dubio præcepti, eſt nefas operari contra id pręceptum, ante adhibitam prædictam diligentiam (vt numero ſecundo, probaui.) At irregularitas includit præceptum abſtinendi ab ordinum actibus. Tandem quia dubium ſpeculatiuum, nondum plenè examinatum infert ſemper idem dubium practicum, quod prudenter deponi nequit nondum appoſita diligentia. Atque ita optimè docent *Suarez tomo 5.in 3.parte, diſput.40.ſectione 5.nu.12. Salas 1.2.quæſtione 21.tract.10.diſputat.vnic.ſectione 18. numero 164 & 165.* Qui tamen hoc limitat *num.169.* niſi interim dum id dubium examinatur, magnam incommoditatem ille pateretur, ſe irregularem reputando. Vt quia pręterit occaſio ordinum ſuſcipiendorum, vel beneficij, lucrive magni comparandorum. Quippe cum id dubium nequeat tam citò examinari, lex nõ obligat in dubio, cum tanto detrimento. Cæterùm vix auderem hoc ſequi, niſi notabile eſſet damnum, quale non eſt præterire occaſionem ordines ſuſcipiendi.

38 Difficultas autem eò pertinet, quando præmiſſa debita diligentia res manet adhuc dubia. Qua in re priùs diſputabimus de homicidij irregularitate, & deinde de alijs. Variæ ſunt ſententiæ de homicidij irregularitate in hoc dubio. Prima ſuſtinet in hoc dubio, ſiue iuris, ſiue facti, neminem eſſe irregularem in foro conſcientiæ. Ducitur primò, quòd in dubio ſit melior poſſidentis conditio in omni materia (vt numero 11.probaui.) At hic poſſidet immunitatem ab irregularitate. Secundò, quia pœnæ ſunt molliendæ, *reg. In pœnis, de reg.iuris, in 6.* Cùm ergo hæc irregularitas ſit delicti pęna, eſt potiùs mollienda, ne cenſeatur in dubio contrahi in foro conſcientiæ. Tertiò, quia textus illam in dubio facti ſtatuentes, videntur clarè loqui in foro externo. Vt *cap. Ad audientiam, de homicid.* ibi: *Ad audientiã Apoſtolicam noſtri peruenit.* Et paulò inferiùs: *Vos conuenit iniungere presbytero memorato, vt in ſacris ordinibus non miniſtret.* Quæ verba ad iudicem referuntur: & ſic videtur exigi ſententia, aut declaratio iudicis, vt ea irregularitas in dubio incurratur. Et ſi eſſet irregularitas ipſo iure impoſita, interdiceret vtique omnium ordinum miniſterium. Et pro hac ſententia eſt *Innocent. ibi, in fine*; vbi abſolutè docet in dubio non eſſe quempiam irregularem. Atque in proprijs terminis docet *Enriquez lib.14 de irregular. cap.3.num.3. & 4. & cap.14.numero 3. & cap.15.numero 3.* Addit *eo.capit.14. nu.3. & cap.13.nu.2.in fi.* ſi hic probabilius credat ſe homicidam fuiſſe debere ſe reputare irregularem. Et *Suarez 5.tom.in 3.par.diſputat.40.ſectione 6.numero decimo,* ait ſatis apparenter dici poſſe facilè conuinci. *Et Salas 1.2.quæſt.21. tractatu 8. diſputat. vnica, ſectione 6.nu.70.* dicit non videri improbabile. Et *Rebellus tract. de iuſtitia, parte 2.lib.1.quæſtione tertia, ſectione 2. numero decimotertio,* refert quoſdam recentiores ſentire, idque non nihil probabilitatis habere, in æquali dubio facti non cenſeri quempiam irregularẽ. Quia *dicto.c. Ad audientiam,* vbi oppoſitum deciditur, procedit quando homicidium eſt ita dubium, vt veriſimilius ſit id fuiſſe perpetratum. Sic.n.videtur declarari, *c.Significaſti, el 2.ad fidem, de homicid.* Quippe rationes ibi a Pontifice traditæ monſtrant clarè eſſe veriſimilius, id homicidium fuiſſe commiſſum. Et ita videtur ſentire *Medina libro primo Summa.cap.11.§.11.in fi.* ait enim tunc eſſe hunc irregularem, quando in eam partem potiùs inclinat, vt occiderit.

39 Secunda ſnia è diametro contraria, ait in dubio cenſeri hunc irregularem in foro conſcientiæ, non autẽ in externo. Quia in foro externo nequit iudex, abſq; ſufficienti probatione, qua reddatur certum moraliter delictum, damnare. At in foro conſcientiæ pars tutior eſt amplectenda. Hanc ſententiam videntur clarè tenere multi, qui in hoc irregularitatis dubio hanc duplicem regulam ſtatuunt. Prior eſt, in dubio, nec magiſter, nec iudex debet quempiam reputare irregularem. Poſterior, vnuſquiſque debet ſe in dubio reputare irregularẽ. *Hi ſunt Hoſtienſ.c. Ad audientiam, in fine, de homicid. & ibi Ioannes Andreas n.5. Ant.in fin. Anchar.n.15. Anania in fi. Syluest. verb. Homicidium 3.q.1. Armilla verb. Irregularitas, num.8. & 9. Tabiena verb. Irregularitas 1. quæſtione 3.num.quarto, Maiolus de irregular. lib.1.capite ſecundo, num.tertio, reg.7. & lib.5.cap.51.numero 10. verſic. Secundo, limitatur:* vbi addit vtramque regulam procedere, ſiue dubiũ ſit iuris, ſiue facti. *Manuel primo tomo Summa, in ſecund.editione, capite 157.num.3.* Et explicant *Syluest. Maiolus, & Manuel,* hunc in foro cõtentioſo, vbi agitur ad pœnam, nõ cenſendum irregularẽ, ſecus in foro conſcientiæ. Et in proprijs terminis tenet

hanc

hanc sententiam ita explicans has regulas, *Cardin.eo.c. ad audientiam,n.77.* & eandem tenet *Nau. sum. Lat. & Hisp.c.27.n.193. Ledesma 2.p.4.q.26.ar.2.in tract. de irregular. paulo post princip. in 2. regul. Philiar. de offic. Sacerd.to.1.p.1.lib.4.c.6.notab.2.*

o III. Sententia ait in foro conscientiæ, seu pœnitentiali, esse tutiorem partem amplectandã, vt hic censeatur irregularis: & similiter in foro quasi pœnitentiali, vbi nõ agitur ad pœnam propriè, sed vt hic ab ordinũ ministerio se abstineat: secus autẽ in foro contentioso, vbi purè agitur ad pœnam imponendam. Quia pœna in delicto dubio imponi nequit. Hanc sustinet *Abbas c.ad audientiã, n.2. de homicid. & ibi Marian. Socin. senior, q.3.n.18. & triplici seq. Felin.n.1. idem Abbas, c.significasti, el 2. n.4. eo.tit. & ibi Marian. Socin. senior. nu.4. Ananias, nu.23. Rosel. in sum. verb. dubia n.vnic. Angel. verb. dubium, n.2. & ibi Syluest.q.4.n.7. Tabiena q.2.n.3. idem Syluest. verb. Aborsus, in fi. Vega 2.to. sum.c.15.casu 28.*

IV. sententia sustinet in vtroque foro esse hunc irregularem, siue dubium sit iuris, siue facti. Dicitur, quia id expresse deciditur, quando dubium est facti, *in c. ad audentiam, & c.significasti, el 2. & ca.penult. de homicid.* Et redditur ibi hæc ratio, qa in dubio pars tutior est eligenda. Quod principium tanquã naturale, ac iure naturali obligans supponitur ibi, atque illi innitẽdo deciditur hunc esse irregularem. Sed simile animæ periculũ militat, quãdo est dubium iuris, nisi hic sequatur partẽ tutiorem, reputans se irregularem, & abstinens ab ordinum vsu. Ergo in vtroque dubio est censendus irregularis. Hanc tenet *Vasquez 1.2.q.19. art.6. disp.65. toto c.3. & disp.66. toto cap.1.*

Vltima sententia (cui tanquam multo veriori adhæreo,) sic distinguit. Aut dubium est iuris, nẽpe, quia nõ constat irregularitatẽ statutã iure esse in eo casu, & tũc in neutro foro est hic irregularis censendus. Aut dubiũ est facti, puta quia certum est irregularitatẽ esse iure in eo casu inductã, at dubium est, an hic in eũ casum inciderit: v.g. an fuerit verus homicida: & tunc in vtroque foro est cẽsendus irregularis. Probatur prior pars de dubio iuris, ex *c.is qui, de sent. excom. in 6.* vbi deciditur, vbi ius est apparens, aut simile, id non sufficere ad irregularitatẽ inducendã, eo quod non sit expressa in iure: à fortiori ergo non sufficiet, vbi totũ ius est dubium. Et confirmatur, quia textus inducẽtes irregularitatẽ in dubio homicidij, qui sunt *c.ad audientiam, c.significasti, el 2.c. penult. de homicidio* loquuntur in dubio cõmissi homicidij, & proinde in dubio facti. Cum ergo nullum sit ius id statuens, in dubio iuris non est statuenda. Secundo, quia nõ est similis ratio in dubio iuris, & in dubio facti. Quod etsi irregularitas procedat ex facto, tanquã ex radice, vel occasione: at per se oritur ex iure eam statuẽti, tanquam ex causa efficienti: & ideo si ius est dubium, nequit suum effectum producere. At stãte facto dubio, potest esse ius certum statuens in eo dubio irregularitatem. Tertio, quia si in foro externo non constet hoc ius imponens irregularitatem, nõ damnabitur hic tanquã irregularis: iudex enim iuxta ius sententiã proferre debet. Nec ergo in foro conscientiæ est damnandus tanquam irregularis. Cum mitius agatur in cõscientiæ foro, quod est forum animæ, & misericordiæ, quàm in externo, quod ad solam delicti punitionem tendit. Quarto, quia in pœnis ipso iure inflictis, qualis est irregularitas, delinquens ipse est iudex, qui contra se proferre debet sentẽtiam, & illam exequi in se ipso. Ergo ei integrũ erit in conscientia, vti eodem iuris principio, vt cũ ius est dubium, se potius absoluat, quàm damnet. Tãdem, quia lex non obligat ante sufficientem eius promulgationem. Ius autem dubiũ nõ censetur sufficienter promulgatum. Probatur autẽ posterior pars, nempe, in dubio facti censendum hũc irregularem in vtroque foro. Primo, quia ita expresse deciditur, *c. ad audientiam cap. significasti, el 2. cap. penult. de homicid.* quod cum iustum sit, nec falsæ præsumptioni innitatur, obligat in vtroque foro, instar cuiuscumque legis iustæ. Nec *c.significasti*, loquitur tantum quando est verisimilius fuisse cõmissum homicidium: contra Doctores relatos nu.38. in fi. Quia *ibi vers. Quod si discerni* prius deciditur casus iuxta *d.cap. ad audientiam*, nempe, qñ est dubium, & discerni nequit homicidium: & redditur eademmet ratio, quod in dubio sit sequẽda pars tutior, qualis est hæc: & deinde quasi ex superabundanti addit Põtifex rationes suadentes in proposito ibi casu esse verisimilius fuisse homicidiũ subsequutum: vel potius declarat aliũ casum, dicens hmõi homicidam plectendum esse pœnis homicidij, eo quod excesserit moderamen inculpatæ tutelæ. Et *c.ad audientiam*, loquitur expresse in casu dubio, cũ textus expresse dicat, in dubio, & casus ibi ꝓpositus indicat apertè non esse verisimilius fuisse cõmissum homicidiũ. Secundo, quia in foro externo hic condemnabitur tanquam irregularis, iuxta eorũ textuum decisionem, nec ex falsa præsumptione, cum cõstet homicidiũ esse dubium. Ergo similiter est damnandus in foro cõscientiæ. Cum in vtroque foro idem iudicandum sit, quando externum nõ innititur falsæ præsumptioni. Vt probaui nu.11. in ratione penultima. Dices eam irregularitatem statui in pœnã, & sic indigere iudicis sententia, ac proinde non esse idẽ in vtroque foro iudicandũ. Fateor statui in pœnam; at cum sit pœna suapte natura non indigens aliqua iudicis sententia, ius eam inducẽs censetur illam ita statuere, vt ex facto ipso oriatur in vtroque foro, nulla iudicis sententia expectata. Tertio, quia *c.ad audientiam*, loquitur apertè in foro externo, ibi: *Ad audientiam Apostolatus nostri peruenit.* Et *paulo inferius, Vos cõuenit iniungere presbytero memorato.* Ergo in foro externo hic reputatur irregularis. Rursus idem textus loquitur ẽt in foro interno, ibi: *Poteris concedere, vt minoribus ordinibus sit cõtentus.* Vbi *glossa finalis*, dicit id posse concedi dispensando. Si ergo eget dispensatione, est in vtroque foro irregularis. Et *d.ca. significasti. el 2. ibi: A Sacerdotali officio abstinere debet.* Nã verbũ, debet, importat regulariter præceptum, vbi aliud nõ indicat materia, de qua tractatur. Vt ex multis probaui lib. 4. de matrim. disp.23.n.2. Et ex his constat ad argumẽta contraria solutio. Nam ad proposita n.38. pro prima sententia respondetur. Ad 1. dic, eã regulam non suffragari in hoc casu, est enim necessario intelligenda præter casus in iure expressos, ex quibus est hic. Cum iure decisum sit in dubio facti censendum quempiam irregularem. Ad secundum negatur consequentia. Quia cum ea pœna sit iure obligans in vtroque foro expressa, nõ ita molliend a est, quin habeat locum in vtroque foro. Ad tertium cõstat ex ratione tertia posterioris partis huius sententiæ. Ad argumentum propositum num.39. pro 2. sententia, dic id principium esse verum, quando nõ est ius illam pœnam delicto dubio statuẽs, quale est in hoc casu. Ad argumentum tertiæ sententiæ relatum, nu.40. non est necesse respondere, quia eam sententiam nõ aduersari nostræ explicabimus, n.45. Ad argumentũ quartæ sententiæ propositum, n.præced. dic negandum esse simile periculum imminere, quando est dubium iuris. Quia cũ tunc simus certi non esse expressam in iure irregularitatem, sed id ius anceps esse, est sufficiẽs principium ad credendum non esse hunc irregularem. Quod irregularitas nunquam incurratur, nisi in iure expressa sit, *c.Is qui, de sent. excom. in 6.* Et ideo hanc sententiam sustinent *Nau.* (etsi non tam apertis verbis) *cap. Si quis autem, à num.36. vsque ad 40. de pœnit. dist.7. & verbis apertis Couar. Clem. Si furiosus, 1.par. initio, nu.3. de homicid. Placa de delict. cap.12. nu.11. Flores de Mena in suis varijs quæstion. lib.1. quæst.9. nu.18. Sayro de censuris, to.1. lib.6. cap.2. num.16. & in claui reg. lib.1. cap.13. nume.23. & 24. Ludouicus Lopez 2. par. instruct. conscientiæ, vbi de irregularit. ca.22. columna 2. & 3. Azor tom.1. institutionum moralium, lib.2. c.19. quæstione 10. in fine, & q.11.*

Suarez. 5. to. in 3. p. disp. 40. sect. 5. n. 18. & 19. & sect. 9. a n. 1. & concludit *n. 12.* nulla opus esse iudicis sententia aut declaratione, vt in dubio facti sit hic irregularis. *Salas 12. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 10. n. 170. 171. 176. & 177.* vbi etiam concludit non esse necessariam iudicis declaelarationem; & *sect. 18. nu. 28. Rebellus de in t. p. 2. lib. 1. q. 3. sect. 2. nu 13.* addens hoc esse verum, etsi non sit veri similibus fuisse sequutũ homicidium. Quod & reliqui Doctores allegati fatebuntur. *Valentia 4. to. disp. 7. q. 16. punct. 2. notab. 4.* Qui tñ addit hũc dubiũ de homicidio, etsi irregularis in foro conscientiæ sit, non posse cogi in foro externo abstinere se ab ordinũ ministerio, sed monendum esse. Quod additum est cõtra reliquos, nec admittendũ, sed dicendũ cum reliquis hũc in vtroq; foro cẽsendum eodẽ modo irregularem, atque in dubio facti hũc esse irregulare, tradũt etiã *Palud. 4. d. 25. q. 1. art. 2. n. 16. Villa diego de irregular. c. 6. n. 19. Nauar. summ. Latina & Hispana, c. 27. n. 228. Ledes. 2. p. 4. q. 26. ar. 2. de irregular. f. 365 col. 3.* Immo idẽ credo, etsi magis in eã partem hic inclinet, vt non sit homicidij reus, ad hunc enim reputabitur in vtroque foro irregularis. Quia d. i neutrius partis assẽsum habet, res manet adhuc dubia. Pro hac ẽt sententia sunt Doctores, quos n. sequenti referã, nam is casus est dubij facti. Quod si contra hanc sñiam opponas, saltẽ eã procedere nõ posse, qñ dubius de homicidio à se cõmisso, tenetur ex officio administrare Sacrã, qualis est parochus, talis enim non censebitur irregularis, vt non possit suis parochianis petẽtibus Sacrã ministrare. Quia sicut coniux dubius de matrimonij valore tenetur alteri petẽti reddere, ne in dubio ipsũ sua possessione spoliet, immo facta sufficienti diligentia põt petere, & reddere. Vt sustinuimus lib. 2. de matrim. disput 41 nu. 47. ita vř in hoc casu dicẽdum. Cum subditi habeant ius petendi à parocho Sacrã, cuius iuris possessione non sunt ob id dubium spoliandi. Solutio est facilis in eo dubio valoris matrimonij, est dubium matrimonium, & ideo nequit alter coniux bona fide possidens spoliari. At in dubio facti de homicidio, etsi homicidium sit dubiũ; at irregularitas est certa & ideo ob hanc certitudinem cessat ius subditorum, quippe solum Sacramenta petendi à parocho ius habent, dum ille est capax ministrandi, iuxta leges Ecclesiasticas.

45 Hinc deducitur esse irregularẽ præbentẽ abortum eãm, cum dubium est, an fœtus sit animatus, ac subinde est dubium, an sit verè homicida. Quod hoc dubium sit de facto. Sic tradunt *Io. Andr. c. sicut, el 2. nu. 3. de homic. & ibi Abbas, num. 7. Card. in fi. Aneh. in fi. Anan. nu. 7. Marian. Socin senior, c. ad audientiam q. 36. n. 217. eod. tit. Syluest. verb. Aborsus in fine. Nauar. sum. Latina & Hisp. ca. 27. nu. 223. Ledesma dicto tractatu de irregul. f. 365. col. 1. Philiarchus de officio Sacerdot. to. 1. p. 1. lib. 4. cap. 11. notab. 1. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 175. nu. 4.* De limitatione autem quam apponit *Syluest.* agemus nu. 45.

44 Secundo deducitur, quid in ea quæstione sentiẽdum sit. An cõsulens homicidium, quando facta sufficienti diligentia ad inuestigandam veritatem, manet dubiũ, an secluso cõsilio esset alter eodem prorsus animo perpetraturus homicidium, ac proinde an consiliũ operatum sit aliquid, censendus sit irregularis. Id negat *Henriquez lib. 13. de irregularitate, c. 16. n. 3. in commento litera D.* Quod in hoc dubio sit potior possidentis suã immunitatẽ ab irregularitate cõditio. Atque ei fauere videntur Doctores, quos retuli lib. 2. de matrim. disp. 41. nu. 17. asserentes hunc non teneri restituere. Quippe cum ad vtrumque exigatur cõsilij operatio erga homicidiũ subsequutũ: illaque sufficiat, idem de irregularitate, ac de restituendi vinculo dicendum est. Atque vltra Doctores ibi allegatos, tenent idem loquẽtes de restitutione, *Sayr. in claui regia lib. 10. tractatu 2. c. 8. n. 1. in fine, Rebellus de instit. p. 1. lib. 2. quæst. 14. sect. 2. nu. 5. & 7.* ac videtur clare tenere *Tabiena, verbo, Restitutio, q. 23. nu. 24.* vbi tunc consulentem obligat restituere, quando probabiliter creditur cõsilium fuisse efficax. At in hoc dubio hũc esse irregularem, tradunt *Couar. Clement. Si furiosus, 1. p. §. 2. n. 1. versic. In eo vero dubio. Sayro de censuris, tomo 1. lib. 7. c. 3. nu. 2.* Nec oppositæ sententiæ fauent Doctores asserentes hunc teneri restituere. Quia *ipsemet Henriquez eod. c. 16. n. 3.* fatetur quandoque consulentem excusari à restitutione, non tamen ab irregularitate. Et ratio est, quia restitutio ex sola iustitiæ violatione oritur, quæ violatio vbi dubia est, præstat possidentis conditio, vt ratione eius à restitutione consulens hic liber euadat. At irregularitas consurgit ex iure humano illam imponenti, quod in hoc dubio illam imponere potuit atque illam imposuisse inde cõstat, quia illam imposuit in homicidio, quãdo est dubium facti, (vt n. 42 probaui) hoc autem est dubium facti cum solum sit dubium, an id consilium concurrerit ad homicidium. Quæ differentia etiã inde constat, quia consilio suo cooperans ad homicidiũ, tenetur lege iustitiæ restituere damna, nõ restituenti homicida, quamuis ipse non dicatur verus homicida: at secus esset de irregularitate homicidis statuta, nec. n. hic consulens eam incurreret ex eo cõsilij nomine, nisi expressa quoque esset (vt verè est) aduersus consulentes homicidium. (Vt latè probaui lib. 3. de matrim. disp. 49. n. 1.) Potestque insuper probari, quia nec in hoc dubio est possessio pro consulente Nam (vt n. 13. probaui) pro eo stat possessio, pro quo iuris præsumptio. At in hoc dubio præsumitur fore, vt eo consilio non adhibito alter non perpetraret homicidium, atque ideo præsumitur consilij cooperatio. Vt tradunt *Couar. & Sayr eod. cap. 3. n. 2. proxime allegati & multi alij* quos retuli & sequutus sum latius probans, lib. 2. de matrim. disp. 41. n. 17. Et pręter DD. ibi allegatos, tenent *Cardin. c. ad audientiam, n. 2. vers. quæro si lesso de homicid. Decius c. 1. in noua editione n. 60. vers. Et notandum est, de offic. deleg. Berous cons. 175. n. 25. in fi. & 26. vol. 3. Placa de delict. l. 1. c. 17. n 14. Ruinus cons. 6. n. 2. in fi. vol. 5. Carrerius, & Riminald.* quos refert, & sequitur *Additionator ad Farinaciũ, cons. 104. lit. D. limitatione 4. to. 1. Bossius Pract. crimin. tit. De mandato ad homicidiũ n. 59 in fi. Mascard. probat. to. 1. conclus. 49. nu. 9.* Atque consequenter dicendum quoque est, cõsulentem hunc esse irregularem, quando dubitatur an is cui cõsulit, perpetrarit homicidium. Quia est quoque dubiũ facti. Verũ ex alia parte videtur, in neutro dubio hunc esse irregularem: non ratione possessionis, quia ea potius stat contra hunc consulentem. Sed quia n. 48 dicemus textus irregularitatem in dubio facti statuentes, loqui in sola irregularitate homicidii, nec ad alias extẽdi. At hic consulens non est irregularis irregularitate homicidii, etsi sola ea esset in iure statuta, nõ cõprehenderet hũc, etsi certa esset consilij cooperatio, nedum existente dubia: (proximè dixi.) Textus autem inducentes irregularitatem ob hoc consilium, qui sunt *ca. si quis viduam, dist. 50. quod est ex Concilio Martin. Papæ, c. 26. & c. 2. de cleric. pugnant in duello, & c. sicut dignũ, §. vltimo, de homic.* loquuntur de consilio cooperanti ad homicidium, tacent autem quãdo est dubia cooperatio. Ergo in hoc dubio non est irregularis Sed mea sentẽtia in hac difficili quęstione breuiter explicata, ea est. Quod attinet ad restitutionẽ, dicendum est hunc consulentem, quando dubium est, an consilium cooperatũ sit ad homicidiũ, teneri restituere nõ restituente homicida. Quia in hoc dubio damni dati nõ stat possessio pro illo, sed cõtra illum. Vt proximè probaui. Quare bene dixit *Carbon tractat. de restitutions, q. 66. vers. Quartum dictum* oportere vt consulens à restituendi obligatione immunis sit, constare ipsi suum consilium nil operatũ esse. Si tamen dubiũ esset an alter occiderit, existimo hunc consulentem non teneri restituere. Quia cum homicidium illud sit quid facti, nõ præsumitur in dubio vbi alia præsumptio homicidij fortior non concurrit, etsi illa non concurrenti, non erit possessio pro homicidio, vt cõsulens

hic

hic compellatur restituere. Sed post hæc scripta prodijt in lucem *Salas, qui 1.2.q.21. tract.8.disp.vnic.sect.23.nu. 242.infi.* ait qñ dubium est, an consilium sit cooperatũ ad homicidium, eo quod dubitatur an eo secluso id patrandum similiter esset, non esse dubitationẽ moralem, sed euidentiã cũ sola dubitatione physica, & ideo obligationem restituendi in vtroque foro oriri. Secus autẽ (inquit) si dubitatio esset moralis, in quo euentu ait loqui DD. excusantes in hoc dubio consulentẽ a restitutione. Et probat, quia hic consulens est in sua pecuniæ possessione, quia in neutro foro spoliari debet, nisi constet sua causa dãnum illatum esse. Ego hanc distinctionem non percipio. Si enim noĩe dubitationis moralis intelligat eã qua prudenter dubitatur, coniecturis hinc inde vtrãque partem ancipitem relinquentibus, nullatenus approbo hunc nõ teneri restituere. Nã contrarium satis probaui. Atque insuper probatur, quia in foro externo hic condemnaretur ad restitutionem, eo quod est certa iniusti consilij actio, & præsumitur illã fortitã fuisse suũ effectum, vnde in reũ transfertur onus probãdi eã fuisse frustraneam, & dum non probauerit, succumbet. Ergo idẽ erit in foro cõscientiæ, cum vtrumque forum iudicet idem, dum nõ constat in foro conscientiæ veritas præsumptioni iuris cõtraria: iuxta ea quæ nu.11. in penult. ratione tradidi. Nec obstat possessio pecuniæ: quia cetera non sunt paria, eo quod sit alia præsumptio, ac possessio pro dãno dato: iuxta id quod in simili diximus nu.12. Quod attinet ad irregularitatẽ sentio prorsus eadem distinctione vtendum, & sic in dubio an alter occiderit, hunc non esse irregularẽ, secus quando homicidium constat, & solum dubitatur an consilium fuerit operatum. Quia in priori casu nulla est possessio, & præsumptio contra consulentem, sed factum manet omnino dubium: ac proinde non erit irregularis propter rationem adductã: quia sola irregularitas homicidij incurritur in dubio facti: hæc autem non est irregularitas homicidij. At in posteriori, cum stet presumptio, & possessio contra consulentem, dũ consulens nõ probat oppositum, censetur factum certum, vt id consilium fuerit operatum: ac iuxta hanc presumptionem damnabitur tanquam irregularis in foro externo, & subinde idem quoque in foro conscientiæ dicendum est. Demum id obseruandum est, ex coniecturis posse elici consilium il operatum esse. Vt si homicida erat inimicus capitalis occisi, vel necem ei minatus fuerat, vel præpararat omnia ad homicidium necessaria. Vt cum *Decio, & Feno* probaui lib.2. de matrim. disp.41. nu.17. Atque *Benites consil.175.n.26.vol.3.* ait hoc probari, si probentur minæ verisimiles, & deliberatæ, ac sæpius iteratæ, vel inimicitiæ: vt quia interfectus processit, etiam instẽ contra illum in causa criminali, vel testificando, vel instigando, vel accusando. Addunt etiam *Henriquez lib.14. de irregularitate, c.16. nu.3. & Sayro de censuris to.1. lib.7.c.3. n.2.* sufficere si homicida huic consulenti asserat se, nec ad actus substantiam, nec ad accelerationem motum fuisse consilio. At hoc non approbo, nisi homicida sit ita fide dignus, aut tales alię coniecturæ concurrant, vt prudens arbitretur illi fidem habendam.

Dum autem diximus, in dubio facti homicidij cẽsendum quempiam irregularem, intelligendum est quoad priuationem suscipiendi ordines, ac in illis ministrandi. quam intrinsecè includit irregularitas: secus verò quoad alias pœnas, quæ a iudice imponi solent pro irregularitate cõtracta, qualis est priuatio beneficiorum, & aliæ similes. Quod pœna ordinaria statuta delicto certo non sit imponenda delicto dubio, sed extraordinaria pro dubij qualitate. Et ita tradunt *omnes Doctores nu.40. allegati. Syluest. Maiolus, & Manuel, nu.39. relati*, quippe hoc clarè est quod in ea distinctione aiunt. Idem docent *Vasquez 1.2.q.19.art.6.disput.66.cap.1.n. 3. Suarez 5.tomo, in 3.par.disput.40.sect.6.num.6. in initio & num.10. ad fin. Sayro in claui reg.lib.1.cap.13.num.24. Salas 1.2.q.21.tract.8.disp.vnic.sect.19.num.176.*

46 Demum superest duplex dubium circa hanc irregularitatem. Prius est, an dubius dubio iuris de hac irregularitate, aut alia censura si non adhibita diligentia ad assequendam veritatem, ordines suscipiat, possit in illis post adhibitam diligentiam manente eodem dubio ministrare? *Suarez 5.to. in 3.p.disp.40.sect.5.nu.19. Et Salas ead.disp.vnic.sect.18.nu.169.* dicunt esse probabile hunc non posse ministrare, donec omnino certus sit se non contraxisse eas censuras. Quod possessio mala fide incepta non iuuet, vt melior sit eius conditio. (Vt probaui lib.2. de matrim. disp.41. num.24.) Atque vterque pollicetur se latius de hoc dicturum in sectione sequenti, in qua neuter aliquid dixit, sed oblitus est. Sed existimo posse hunc ministrare post eam diligentiam adhibitam. Quia in dubio iuris ille, nec est irregularis, nec alia censura innodatus, & solum deliquit, eo quod non prius id iuris dubium examinarit, vt tenebatur. Huic autem negligentiæ, & omissioni, nulla censura, aut irregularitas iure statuitur. Atque hinc patet ad fundamentum contrarium: non enim innitor possessioni huius respectu ordinis suscepti, quæ ratione malæ fidei nullatenus ei suffragatur: sed innitor, quod ei omissioni nulla sit iure statuta irregularitas.

47 Posterius est, an regula tradita, vt in dubio facti cẽsendus quis sit irregularis, non autẽ in dubio iuris, sit omnibus irregularitatibus generalis, an soli homicidij irregularitati specialis? Et quidem vt in dubio iuris nullus censendus sit irregularis, est generalis omnibus irregularitatibus. Vt probãt omnes rationes nu.42. allatę pro priori nostræ sententiæ parte. Et concordant oẽs *Doctores ibi relati.* Tota autẽ difficultas est, an sit similiter generalis, vt quando est dubium facti, sit censendus irregularis. Quibusdam placet eam regulam esse generalẽ. Ducuntur, quia etsi *cap. ad audientiã. & cap. significasti el 2. & cap. penul. de homicid.* statuẽtia hãc irregularitatẽ, loquantur de solo homicidio, & omnia illa id statuant intuitẽdo ei principio naturali, in dubijs est tutior pars sequenda ac illud tanquam obligans supponẽdo: ac inde inferunt in dubio facti censendum esse quempiã irregularem, eo quod pars hæc sit tutior. Quare cũ hęc ratio generaliter militet in omnibus irregularitatibus, similiter & decisio militabit. Et cõfirmatur, quia attenta hac textuum illorum decisione, Pontifex non censetur nouum aliquod ius circa speciale homicidij dubiũ facti statuere, sed declarare quod ex vera naturali ratione obseruandũ est, quæ nõ fundatur in speciali aliqua homicidij proprietate, sed in periculo animę vitãdo. Ergo ea decisio non est specialis in homicidio. Secũdo, quia lex quantumcumque pœnalis, est extendẽda ad similes casus, in quibus inuenitur ratio expressa in lege. Vt ex multis probaui l.3. de matrim. disp.42.n.4. Tandẽ, quia lex quantumcumque pęnalis lata in animarum fauorẽ ad vitandum peccati periculum, nõ censetur odiosa, & restringenda, sed fauorabilis, & ampliãda. (Vt probaui lib.1. de matrim. disp.39. nu.5.) At hmõi est hæc lex. Et ideo hanc sententiam tenẽt *Abbas c. ad audientiam, nu. 2. de homicid. & ibi Marianus, Socinus senior, n.18. & triplici sequenti Rosella, verb. dubia, nu. vnic. Angel. verb. dubium, nu.2. & ibi Syluest. q.4. nu.7. Tabiena, q.2. nu.3. Vasquez 1.2.q.19.art.6.disp.65.cap.3.num.9. & 13. & disput. 66. toto cap.1.* (atque in priori loco vult idem esse in dubio iuris: sed nu.42. id reprobaui.) *Azor tomo 1. institutionum moralium, lib.2.cap.19.quæst.10. in fi.* Atque expresse etiam videntur huius sententiæ *Couar. Ludouic. Lopez, Valentia, Placa, Flores de Mena, Sayro allegat. nu. 42.* quippe generaliter, & indefinitè eã pro irregularitatibus regulã tradũt, vt in dubio facti eæ cẽseãtur incursæ, secus in dubio iuris. Et *Rebellus tract. de iusti. p.2.li.1. q.3.sect.2.nu.15.* expresse tenet idem in irregularitate illegitimitatis, ait enim expositos censendos esse irregulares. Quia cũ constet illegitimos esse iure irregulares, & solũ dubitetur, an hi sint illegitimi, est dubiũ facti. Atq; *DD. allegati nu.39.* eã duplicem regulã tradunt vniuer-

faliter in materia irregularitatis, ac proinde clare cēsent eodem prorsus modo dijudicādum in dubio de irregularitate homicidij, & aliorum delictorū. Et pro hac etiam sententia sunt *Doctores omnes allegat. n. 1.* dicentes esse præceptum in dubio sequendæ partis tutioris. Et hanc dicit probabilem *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 40. sect. 6. nu. 13. ad fin.* Et eam credo probabilissimam.

48 At magis placet id esse speciale in homicidij irregularitate atque ideo in alijs casibus, nec in dubio iuris, nec in dubio facti, censendum esse quempiam irregularem, nec esse necessario sequēdam partem tutiorem, sed standū pro possessione: sicut diximus nu. 11. Ducor, quod omnia iura clament in dubio delicto reum absoluendum esse: *regula, Fauorabiliores 168 ff. de reg. iur. & regul. Cum sunt, eo. tit. in 6.* ibi: *Cum sunt iura partium obscura, reo fauendum est potius quam actori.* Vbi *glo. verb. Cum sunt*, ait ex quo actor non probat delictum, reum esse absoluendū. Et ideo apertè hæc regula procedit in vtriusque generis dubio. Et *c. vlt. verb. Cum enim, vt eccles. benef.* ibi. *Cum enim iuris sit explorati, quod actore non probante, is qui conuenitur, etiāsi nihil præstiterit debet absolui.* Idest, etsi reus non probarit se liberum a delicto, quasi sola probationis negatio in actore sit sufficiēs absoluendi rei ratio. At quoties factū manet dubium, manet delictū non probatum. Absoluendus est ergo tunc reus, quāuis altera pars sit æque dubia. Cum igitur hæc sit regula iuris, ac rōni valde cōsona, nō est ab illa recedendum absque textu expresso: qualis in solo irregularitatis homicidij dubio reperitur: nec is extendi debet ad alias irregularitates contra aliā iuris regulā. Et confirmatur, quia re bene perpensa hoc dubiū est iuris. Cum res dubia sit, an in alijs factis preter homicidium, quæ ea dubia sunt, ius statuerit irregularitatem. At quoties est dubium iuris, nemo est censendus irregularis. (Vt n. 42. probaui.) Ergo nec in hoc dubio. Tāde, quia nō obstat in contrarium adducta n. præcedenti. Nā ad primū, & confirm. dico Pontificē nō omnino ei principio tanquam necessario obligari in omnibus materijs, sed tanq̄ optimo consilio et inuitus decreuit hoc in materia homicidij, pp specialē indecentiā, quā habet ad ordines. (Vt n. 31. probaui.) Et ideo non concludit idē in alijs irregularitatibus dicendū. Ad secundū dic, verius esse nō debere extendi ad similes casus, quoad pęnā incurrendam. Sicut ex multis probaui lib. 10. de matrim. disp. 4. nu. 3. Quippe lex quoad pœnam non omnino pendet a ratione, sed etiam ex legislatoris talem pœnam statuentis voluntate. Quod maximè procedit in irregularitate, quam statuitur *cap. Is qui, de sent. excom. in 6.* inducendā nō esse ex rationis similitudine, nisi in iure sit expressa. Ad vltimum dic id non posse procedere in irregularitate, ob rationem proximè adductā: eò vel maximè q sequēdo hāc partem nullum sit animæ periculum. Quia in hoc dubio pōt hic valde probabiliter credere ob rationes adductas se non esse irregularem. Et ideo huius sententiæ videtur clarè *Nauar. c. si quis autem, n. 41. de pœniten. dist. 7.* vbi ait in dubio tutiorem partem esse amplectendā in solis casibus iure expressis in *cap. ad audientiam, & c. significasti, el 2. de homicid.* Et in proprijs terminis eam docent *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 40. sect. 6. nu. 8. & seq. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 18. n. 168. in fine* qui tñ hoc limitat quoties (vt fere semper cōtingit) huic esse valde incōmodū gerere se vt irregularem. Sed nō est opus hac limitatione, eo quod nullo iure probetur: & quia rationes adductæ probant hāc partem absq; ea limitatione.

49 Sed quæres, an retenta hac sent. sit idem dicendū in dubio facti mutilationis, quod in dubio facti homicidij, ac proinde dubitans an aliquem mutilauit, sit cēsendus irregularis? Videtur enim pars affirmās vera. Quippe est irregularitas hæc significationis, & delicti, sicut & irregularitas homicidij. 2. quia in materia irregularitatis æquiparantur homicidium & mutilatio. Vt docēt *Gloss. Clē. si furiosus, verb. mutiler. de homicid. & ibi Con. 3. p. §. vnic. n. 2. Rosel. verb. homicid. ū 4. n. 1. Ang. verb. homicidium. 5. n. 3. Syl. verb. Homicid. 3. q. 4. d. 1. Tabiena verb. Irregularitas 1. nu. 5. Armil. verb. Irregularitas, nu. 41. Nau. Sum. c. 27. nu. 206. in fine, Henriq. l. 14. de irreg. c. 3. nu. 4. & c. 14. nu. 1.* Et colligitur ex *d. Clem. Si furiosus* vtā cùm ibi decidatur occidente gratia vitandę propriæ mortis nō esse irregulare. docent cōiter Doctores idem esse de occidente gratia vitandæ propriæ mutilationis. Quod in hac materia mutilatio cēseatur mors. Et ideo in iure mutilator dicitur homicida, *c. Si quis absciderit, d. 55.* Est. n. mutilatio quędā partialis occisio, nēpè, membri. At probabilius credo non esse irregularē dubium facti de mutilatione. Ducor, quod mutilatio non sit propriè homicidiū, sed impropriè, ac secundū quid. Cum ergo iura in solo dubio facti homicidij hanc irregularitatē statuerint, non est pœna adeò rigida extendenda ad dubiū facti de mutilatione. Atq; ideò *Man. 4. regul. tom. 1. q. 24. ar. 10. & Em. man. Sa Sum. verb. Irregularitas n. 6. de irreg. ex deform. toll. circa fin.* dñt non cōprehendi mutilationē sub homicidio volūtario occulto, cuius irregularitatis absolutio denegatur Epis in *Trid. sess. 23. c. 9. de reform.* & sic posse Epūm dispensare virtute illius Decreti in irregularitate mutilationis occultę. Quorum sniam non affero, quasi illam approbē: sed ad ostendendum mutilationē, & homicidium quāuis in aliquo ęquiparentur, censeri tñ diuersa, nec dispositum in homicidio censeri disponi in mutilatione. At alia rōne ductus credo nullatenus posse Epūm virtute illius Decreti dispensare in irregularitate mutilationis occultæ: nō autē quasi cōprehendatur sub homicidio ibi excepto. Ratio aūt est, quia ibi sola dispēsatio irregularitatis ex delicto consurgentis cōceditur Episcopis. Quāobrem etsi non exciperetur ibi irregularitas ex homicidio voluntario, cēseretur excepta, eo quod nō sit ex solo delicto, sed etiā ex significatione. Vt bene docēt *Corduba in suo questio. lib. 5. q. 43. Medin. 1. 2. q. 96. ar. 4. vers. ad 1. argum.* Cum ergo iusta oēs irregularitas ex mutatione sit ex delicto, & significatione, non censetur concessa eius dispensatio Episcopis. Quod bene docet *Henriq. lib. 14. de irregul. c. 6. n. 3.* quamuis non meminerit huius rationis, sed quia putat sub homicidij exceptione comprehendi: quod non credo. Quòd si opponas, exceptionem firmare regulam in contrarium in casibus non exceptis, *l. Nam quod liquidè §. fin. vers. 1. ff. de penul. legat & ca. 2. de coniug. lepros.* Cum ergo sola irregularitas ex homicidio excipiatur, ac sub eo fateamur non comprehendi mutilationē, firma manet regula in irregularitate mutilationis occultæ, vt in ea Eps dispensare valeat. Respondeo exceptionē ita firmare regulā in casib. non exceptis, vt eā minimè extēdat ad eos casus qui ablata exceptione illa non cōprehenderētur sub regula, sed ad eos solos, qui ablata exceptione cōprehenderētur, *l. Lucius, §. 1. & ibi Bar. ff. ad Trebel. & l. Generalis, §. Vxori. ff. de vsuf. leg. & ibi Bar. & multi alij*, quos referunt, & sequuntur *Euerard. in suis Topic. in loc. ab except. ad regul. nu. 2. Couar. l. 2. var. ca. 5. nu. 7. Meres de maiorat. in 1. edit. p. 1. q. 22. nu. 22.* Et rō est, quippe exceptio non ponitur ad ampliandā, sed ad restringendā regulam *l. 1. ff. de regul. iur.* Nequit ergo fieri, vt regula virtute exceptionis amplietur ad casus, quos alias nō includeret. Cum igitur illa homicidij exceptione omissa, non includeretur in eo Decreto irregularitas mutilationis occultæ eo q non sit ex mero delicto, non est dicendum ratione talis exceptionis comprehendi. Quòd si iterum instes, inde deduci esse ineptā exceptionem homicidij in eo Decreto appositā. Quia exceptio debet esse de contentis in regula: vt ineptè diceretur, Omnis homo preter equum currit. Respondet bene *Couar. eod. nu. 6.* satis esse posse exceptionem comprehendi sub regula, iuxta eius latissimum, & literarium sensum etsi non comprehendatur iuxta verum sensum.

50 Rursus quæres, qd de dubitante an iuste occiderit, vt in bello iusto: qñ adhibita sufficienti diligentia adhuc anceps manet? Videtur irregularis, ex *c. penul. de homicid.* vbi presbyter, pugnans contra infideles in bello iusto,

iusto, damnatur in hoc facti dubio tanquam irregularis. *Henriquez lib. 14. de irregular. c. 3. nu. 4. ad finem*, ait hunc non esse irregularem. Atque nullam huius rationem reddit. Sed credo ita esse. Quia textus *c. ad aud. entiam, & cap. significasti, el 5. de homic.* statuentes hanc irregularitatem loquuntur in dubio facti homicidij, sub quo non comprehenditur occisio iusta. Nec obstat *id c. penultimum*, quia (vt bene notat ibi, *Glo. verb. remorder.*) ille non poterat propria manu pugnare, eo quod esset presbyter, & ideo dabat operam rei illicitæ.

Quarta difficultas est. Quid sentiendũ de dubitante an excõicationem contraxerit? Variæ sunt in hoc sent. sicut in dubio irregularitatis diximus. I. sustinet absolutè in hoc dubio censendum esse quempiã excõicatum. Ducitur primo, ex *cap. cum desideres, ver. secũdæ quæstioni, de sent. excomm.* vbi consultus Pontifex an cõicare liceret cum eo, quem fama vulgarat percussisse clericum respondet ab eius participatione abstinendum esse. Cũ ergo tunc in ea excõicatione dubia iubeat Pontifex illum tanquã excommunicatum vitãdum, in dubio censetur quispiam excommunicatus. 2. ex *cap. illud, de cleric. excom. ministr.* vbi Pontifex deponi iubet clericum, qui audita suæ excõicationis fama celebrauit, cum tamen excõicatio esset dubia. Atque eam rationem reddit, quia in dubijs est tutior pars eligenda. 3. ex *cap. cum tu, de testib. & attestat.* vbi eum in dubium verteretur, an excõicatio valida esset, tanquã præcedẽs appellationem, an potius irrita, quod præcessisset illã appellatio; & quidam testes prius deponerent, alij verò posterius; respondet Pontifex se benignè dicta testiũ interpretantem, ne periurij reputentur, præsumere duplicem interpositam appellationem, quãdam ante excõicationem, & alterã post; & ita vtrosque testes verũ deposuisse, intelligentes de varijs appellationibus, ac proinde excõicationẽ illam tanquã latam post appellationẽ, esse irritam. Ergo seclusis hac benignã interpretatione, & nota periurij testium, iudicandum esset in dubio pro excõicationis valorẽ. 4. ex *cap. sicut nobis, de sent. excom.* vbi iubetur Eps excõicatum vitare, quoties absolutio est dubia. At tũc erat dubia excõicatio, sicut & absolutio. Nã si absolutus erat, cessarat excommunicatio, secus si non absolutus erat. Et ideo hãc sententiam sustinent *Glossa finalis, c. cõsuluit, de regular. & c. vnico, ad fin. de senti. Anton. d. c. illud in fi. Cardin. Cle. 1. q. 15. nu. 19. in fi. de sepult. Marian. Socin. senior, z. per tuas, n. 18. de sent. excom. Sylu. verb. Absolutio 3. n. 14. dub. 10. Corduba in suo quæst. lib. 3. q. 6. col. 3. ver sic. Quarto probatur.* Et pro eadem sententia sunt *DD. n. 10. relati*, quatenus aiunt in dubio extra iustitiæ materiam esse necessario partem tutiorem amplectendã. Atque eãdẽ sequitur *Salas t. 2. q. 21. tract. 8. d. sp. vnic. sect. 5. n. 60. an solu. ad 4.* cũ hac limitatione, si potest hic absque magno detrimẽto abstinere a celebratione, vel prius excommunicationis absolutionem impetrare.

II. Sententia ait hunc in vtroque foro censeri excommunicatum, quãdo non agitur ad pœnam pro delicto infligendam, sed solum vt se abstineat ab omnibus quæ iure excommunicatis interdicuntur. Sic *Abbas c. cum tu, in fi. de testib. & attest.* & ibi *Felin. n. vlt.* & vterque ait idem videri sentire *Glo. ibi. verbo Benignè*; dum ait excõmunicationem esse medicinalem. *Angelus. verb. Dubiũ, nu. 2. in fi. Armilla, verb. dubitatio, n. 3. Hugolinus de censur. tabul. 1. c. 14. in princ. n. 11. & 14. Vega 2. to. sum. ca. 15. casu 28.* Et omnes Authores, quos num. 40. retuli, quippe tenendo hanc sent. in dubio irregularitatis, subdunt idem dicendũ in quocumque alio delicto dubio. Quare *Ang. Armilla, & Vega* idem dicunt in alijs censuris.

52 III. Sustinet hunc censeri excommunicatum in foro animæ, secus in foro externo. Quod in dubio sit amplectenda in foro externo pars benignior, at in interno pars tutior. Sic *Inno. cap. cum tu, in fi. de testib. & attestat. & ibi Host. nu. 2. Ioan. Andr. in fine. Card. nu. vnic. oppositi. 3. in fin. Henric. nu. 2. Bellamera, num. 5.*

53 IV. Ait in dubio iuris hunc non cẽseri excommunicatum, secus in dubio facti. Sicut in dubio irregularitatis distinxere *Authores allegati, nu. 24.* Ducitur q; ex fundamentis ibi adductis. Et quia decisio illorum textuum non est peculiaris in irregularitate homicidij. Vt tradũt *Doctores nu. 47 allegati.* Hanc tuentur *Sayro in claui reg. lib. 1. c. 13. nu. 23. & 24. Azor to. 1. instit. moral. lib. 2. c. 19. q. 10. in fi. & q. 11.* dicens idem dicendum esse de dubio suspensionis, & interdicti.

54 V. Ait in vtroque dubio, & in vtroque foro, hũc censeri excommunicatum. Hanc sustinet *Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 65. nu. 9. & 13. & disp. 66. toto cap. 1.* quamuis enim non loquatur expressè de excommunicatione, ait tamen non in sola irregularitate, sed in omnibus casibus necessario sequendam esse in vtroque foro partem tutiorem, in vtroque iuris, de facti dubio. At pars tutior est, hunc tanquam excommunicatum se gerere.

55 Cæterum existimo, nec in dubio iuris, nec in dubio facti hunc censendum excommunicatum. Vt si dubium excommunicationis consurgat, eo quod dubium sit an in iure sit excommunicatio eum casum amplectens: quod est dubium iuris. Siue certa sit excommunicatio iure lata, vt aduersus clerici percussores; at dubitet ille num clericum percusserit, & ita incurrerit: quod est dubium facti. Quare quando præmissa debita diligentia, nequit de excommunicatione certus esse, non tenetur absolutionem procurare, sed in neutro foro cẽsetur excommunicatus. Et quidem quando dubium est iuris, constat ex rationibus nu. 42. pro priori parte illius sententiæ. Quando autem est dubium facti, probatur ex adductis nu. 48. ad probandum textus decidentes in dubio facti censendum quempiam irregularem, procedere in sola homicidij irregularitate. Atque ideo *Doctores ibi allegati* sunt etiam pro hac sententia. Nullus enĩ est textus decidens in dubio facti præsumi quempiam excommunicatum. Quippe *allegati num. 51* ad id probandum, non probant: vt constabit ex eorum solutione ponenda, nu. 63. Quare in hoc dubio possessor debet conditio possidentis: iuxta dicta nu. 11. Et ideo cum quilibet fidelis possideat ius participandi cum reliquis fidelibus, non debet in dubio ea possessione priuari: nisi fortior aliunde præsumptio vrgeat, vt constabit ex dicendis vsque ad nu. 65.

56 Ex quo deducitur, quoties dubitatur, an iudex sententiam excommunicationis in aliquem protulerit, nõ teneri hunc quãdo præmissa diligentia adhuc manet dubius, se gerere tanquam excommunicatum. Quod optimè docet *D. Th. quodlib 4. arti. 14.* Quia hoc est dubium iuris. Secus esse docent bene *D. Thom. ibid. & Sayro de cen suris. to. 1. lib. 4. c. 1. n. 21.* quãdo certum est excommunicationem a iudice latam esse, at dubitatur an sit iusta, ac fuerit sufficiens excommunicandi causa. Quia cum non sit subditi, sed iudicis hoc examinare, & subditi sit obedire, dũ illi non cõstat iniustitia, est in hoc dubio tota pro iudice, ac eius sententia possessio. Atque eadẽ ratione idem dicendũ est, quãdo dubium valoris excommunicationis oritur, ex eo quod dubitatur an iudex seruarit modum procedendi requisitum ad eius valorem: tenetur enim tunc hic tanquam excommunicatũ se reputare. Quod eadem proximè dicta ratio militet. Similiter tenetur se tanquã excommunicatum reputare, quãdo dubium est, an iudex excommunicationẽ tulerit, vel pars, ad cuius instantiam est lata, eam habuerit intẽtionem, ad solum terrorem & non animo ligãdi. Quia cum in dubio præsumatur lata vt verba sonant, (vt latè probaui lib. 1. de matrim. disp. 9. nu. 13.) excõmunicatio possidet in hoc dubio. At secus esset, quando verba quibus iudex, aut ius ipsum excommunicationẽ tulit sunt in iure dubia, an excommunicationem latam, an potius ferendam contineant: tunc enim re vera est dubiũ iuris, an excõmunicatio lata sit, ac proinde in hoc dubio non reputatur ille excommunicatus. Si autem dubium excõmunicationis oriatur, ex eo quod dubitatur de illius absolutione, possessio est pro censura quæ certa fuit: & ideo

ideo in hoc dubio reputatur hic excommunicatus. Vt expresse deciditur in *c. Sicut de sent. excomm.* vbi tradũt id vniuersi. Et latè potest videri apud *Couar. c. Alma mater p. 1. §. 2. nu. 6.* Et ratio est, quia cum absolutio sit quid facti non præsumitur: & ideo dũ de ea non constat, stat pro excommunicatione possessio.

58 Quod si dubium sit de excommunicatione, eo quòd conditionalis fuerit, dubitaturque de conditionis impletione, tunc existimo hunc non censeri excommunicatum. Quia cum excommunicationis valor ex ea impletione pendeat, nec hæc tanquam quid facti præsumatur, nulla est pro excommunicatione possessio; donec constet conditionem impletam esse: ac proinde præualet possessio illius, de quo dubitatur, an excõmunicatus sit. Et hoc fortè est quod sentit *Couar. n. praced. relatus*, dum ab ea regula excepit excommunicationem conditionalem.

59 Si aũt de excõicationis valore dubitatur, eo q̃ dubitatur an appellatio ab ea interposita præcesserit, an sequuta sit tunc in vtroque foro præsumitur excõicatio lata ante appellationẽ, ac ꝓinde valida. Id apertè colligitur ex *c. Cum in, de testib. & attestat.* vt eum ponderaui nu. 51. in 2. argumento. Et docere videtur *Glossa c. venerabilibus, §. vlt. verb. postquam, de sent. excom. in 6.* Et tenent *Anton. Imol. Felin. Decius Aretin.* quos referunt, & sequuntur *Couar. c. Alma mater, 1. p. §. 5. num. 4. in fi. & 5. Sayre de censur. to. 1. lib. 2. c. 16. n. 30.* Reddũt aũt rõnem *Decius c. super eo. el. 2. in noua edit. nu. 9. de appell. Couar. & Sayr. o nu. c. allegatis*, cur in foro conscientiæ sit hic reputandus excõicatus eo quod hæc pars sit tutior. Sed rõnem hanc non approbo: quia in omni dubio idẽ concluderet. Sed legitima ratio est, quod excommunicatio possideat, cum constet eam latam esse, excusatio autem sit dubia, nempe, illi præmissam esse appellationem, q̃ illam redderet nullam. Et ideo standum est præcepto tanquam possidenti, iuxta ea quæ diximus, nu. 44.

60 Si verò dubium sit de valore, eo q̃ dubitatur de ꝓlati excommunicantis potestate, tunc si prælatus ille sit in possessione excõicandi, præsumitur pro excõmunicationis valore secus si in ea non sit. Quia vbi de alicuius potestate non constat, nec est in ipsius possessione, ipsi onus illius ostendendæ incumbit. Vt ex se constat.

61 Demũ circa hanc excõicationem dubiã duo obseruãda sunt. Prius est, ob dubiam excommunicationẽ impediri aliquem, ne in Episcopatum, aut dignitatẽ aliquã promoueatur, a quib. turpe sit aliquando eum demũ ba[?] cõperta censuræ veritate, aut saltem ob dubium illud nota aliqua inuretur dignitati. Quod docet *Gl. c. 1. ver. sententia, 8. q. 4.* & probat ex *c. Tantis d. 8. & c. Omnipotens, de accusat.* Quod contingit non tam gratia excommunicationis dubiæ obseruandæ, quàm gratia reuerentiæ illi dignitati debitæ. Et constat, quia idem fieret in dubio alicuius criminis grauis nulla censura affecti.

62 Posterius est, quæ hactenus diximus de excommunicatione dubia, sunt prorsus dicenda de suspensione; & interdicto dubiis. Quia eędem prorsus rationes militãt, Et ita *Authores nu. 52. collegat.* eodem modo de excommunicatione, & alijs censuris loquuntur.

63 Ad argumenta nu. 1. proposita respõdetur. Ad 1. dic ibi non decidi reputari quempiam in dubio excommunicatum, sed solam excommunicationis notitiã per famam satis esse ad vitandum aliquem tãquam excõmunicatũ. Quia illa fama satis erat attento iure antiquo ad probandam excommunicationem, quoad effectũ illius excommunicati vitandi, vt tradit *Abbas ibi nu. 6.* Ad 2. dic fama illa plenè probari excõmunicationem. Vt tradit *Abbas eo c. p. illud nu. 4.* Et quamuis contradicãt alij, quos refert, ac sequitur *Couar. c. Alma mater. 1. p. §. 2. n. 5. ad finem.* at saltem hoc est verum, excommunicationẽ illam esse quasi certam hoc probãte fama, ac illum deliquisse grauiter, quod nondum præmissa diligentia ad vincendũ id dubium celebrarit. Quod colligitur ex *Glo. penultima, in fine c. penul. de cleric. excommun. minist. & ibi* *Anton. in fine, & Abb. in fi.* dicentibus hunc nõ habuisse probabilem, sed crassam ignorantiam. Et ideo iure optimo dicitur *eo. c. illud* teneri tunc illũ dubitantem sequi partem tutiorem abstinendo. Ad tertium constat ex dictis num. 59. Ad vltimum constat ex dictis, nu. 57.

64 Vltima difficultas est, an in confessione sint necessario explicãda peccata mortalia quæ sunt dubia? Et quidem pars negãs videtur suaderi. 1. quia in dubio potior est conditio possidentis. At hic possidet libertatem suã, & famam. Ergo in dubio præferẽdus est, vt nil cõtra se agere teneatur. Secũdo, quia dubitans de pręcepto, aut ne res aliqua sub præcepto claudatur, non tenetur illo, (vt diximus nu. 32. & 53.) At hic dubitat de præcepto, & an hæc peccata comprehendantur sub illo. Cũ enim certum sit, præceptum confitendi esse de solis mortalibus, idẽ est dubitare an hæc sint mortalia, & an sit præceptum illa fatendi, & sub illo claudantur. Et cõfirmatur, quia strictius est iustitiæ præceptum; at dubitans de illo, non tenetur, dum sua possessio iuuatur, 3. quia dubitans an casus sit reseruatus, non tenetur superiorem adire gratia absolutionis obtinendæ, sed reputare debet casum non esse reseruatum, (vt dicemus num. 74.) At non videtur maior ratio de dubio, an peccatum lethale sit. 4. quia præcepta rigida non sunt extendenda, sed potius restringenda: Et confirmatur, quia ex altera parte videtur hæc obligatio inutilis: cum horum cõfessio non variet notabiliter iudicium eius fori interni. Quippe iniustum est pro culpis dubijs certam adhiberi pœnam, *cap. Graue, 2. q. 5.* Atque ex altera parte obligatio hæc affert scrupulos, & anxietates. Ergo non est inducenda. Tandem, quia incredibile est, si hoc præceptum esset in Ecclesia, defuisse concilia in re tanti momenti non explicanda, & maximè *Trid. sess. 14. in Decret. de Sacram. pœnit. cap. 5. & canon. 7.* vbi ex professo agit de confitendis ex præcepto, & solum meminit mortalium, ac circumstantiarum speciem mutãtium. Et sic habet *regula contra eum, 57. de reg. iur. in 6.* locum in hoc casu, ibi. *Contra eum, qui legem dicere potuit apertius est faciendainterpretatio*, & l. *Quicquid astringenda. ff. de verb. oblig.* ibi: *Quicquid astringenda obligat. omis causa dictum est id nisi palam exprimatur, omissum esse, cẽsendum est.* Et huic parti videtur fauere *Henriquez lib. 8. de Euchar. c. 45. nu. 3. in commento lit. P.* vbi ait in dubio an sit peccatum mortale, posse deponi practicè eam conscientiam dubiam, & sic id peccatum taceri in confessione, vt dubitans de voto, aut præcepto non tenetur illis.

65 Sed pro resolutione præmittendum est, quadruplex posse esse dubium 1. est de solo iure, nempè quando alicui constat se peccatum, vt furtum admisisse; est tamen dubius an id sit mortale. 2. est dubium de iure, & de facto: vt si quis dubitet an peccatum admiserit, idque sit mortale. 3. est quando dubitatur an id peccatum sit expressum in confessione, aut confessio, in qua expressum est, fuerit valida. Vltimum, quando dubitatur an id peccatum sit reseruatum. Insuper potest esse dubium horum, quod omnem assensum excludit: aut potest esse opinio, quæ probabilem vnius partis assensum includit, cum formidine tamen alterius.

66 1. Cõclusio sit. Qñ constat de facto, vt de peccato admisso, dubitat tamen quispiam an id fuerit mortale, tenetur illud fateri: dum id dubium ex iusta causa nõ deponitur. Probatur, quia in dubijs, vbi possessio non fauet dubitãti, est necessario pars tutior amplectenda. (Vt probaui n. 11.) At pars tutior est ea peccata dubia cõfiteri, cũ ea cõfitens nulli se periculo exponat; at subticẽs exponit se periculo omittẽdę materiæ necessariæ, nẽpe, peccati, quod verè erat mortale. Nec possessio fauet dubitanti. Tum, quia pręceptum cõfessionis in hoc dubio possidet. Nã eo ipso quod dubium est, an peccatum sit mortale, est certum illius confitendi præceptũ, id testãtur vsu Ecclesiæ, vt colligitur ex vniuersis Doctoribus antiquis, & neotericis, quos statim referam, qui tanquam rem certam vnanimi consensu hoc præceptũ ita intelligunt,

figunt,& colligitur ex *Tridētino* vt statim probabo Tū ĕt,quia id principiū. In dubio potior est conditio possidentis, procedit quoties dubitās obligatur ad aliquid excedens dubij limites: sicut in voto,& debitis instinæ, si in dubio cogendus esset vouens, aut debitor soluere, obligaretur vltra dubium, & sic cōditio eius esset deterior,cùm tamen deberet ratione dubij esse melior;cum possideat. At in præsenti non obligatur dubitans ad aliquid vltra dubij limites; cum tm̄ teneatur illa peccata fateri sub dubio, quod reuera habet. Secundò,quia lex quantumcumque pœnalis,& odiosa sit,est amplianda, quando est in animarum fauorem, ad vitanda peccata: (vt probaui lib. 1. de matrim. disp. 19. nu. 5. & lib. 3. disp. 1. nu. 8.) nedum hæc confessionis lex,quæ tm̄ abest vt sit pœnalis,& odiosa,vt potius valde fauorabilis sit, & tamquam suauissimum medicamentum ad omnia peccata præterita post baptismum commissa delenda, ac futura præcauenda, a Christo Domino nostro sancita 3. quia *Trid. sess. 14. in Decret. de Sacram. Pœnit. c. 5. & can. 7. agens de materia Sacramen. Pœnitent.* sola venialia à confitendi necessitate excepit. Nō ergo sunt excipienda peccata, de quib. dubitatur an mortalia sint. Et confirmat quia peccata sunt detegenda in confessione, eo modo quo sunt in conscientia. Cum ergo in illa sint tamquā dubia, an sint mortalia, sic sunt aperiēda. Tandem, quia id est necessarium, vt confessor tanquā iudex possit eo modo de illis iudicare, & ex coniecturis arbitrari qualia sint: & tamquā medicus præcauere in posterū medicamento adhibito. Et ideo hanc conclusionem quā oīno certā reputo, sustinent *Alensi 4. par. q. 77. membro 2. art. 5. in corpore D. Thom. 4. d. 21. q. 2. art. 3. ad 3. Albert. Mag. 4. d. 17. art. 64. Ricard. 4. d. 16. art. 5. q. 1. Altisiodorensis lib. 4. suæ Sum. tract. de confes. q. vlt. in argum. Palud. 4. d. 21. q. 2. arti. 3. concl. 3. n. 14. Maior in 4. d. 17. q. 2. col. 3. vers. Dico ergo. Gerson 2. par. Serm. in Cœna Domini de pœnit. alphab. 41. lit. F. vers. Quaritur de dubijs Adri. 4. q. 4. de cōfes. in priori par. in solut. 3. cōfirmationis 1. arg. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 8. Rosella verb. Cōfessio Sacrament. 1. n. 12. & ead. verb El 2. nu. 9. Angelus verb. Cōfessio Sacram. 1. n. 35. Sylvester. eod. verb. El 2. nu. 3. Tabiena eod. verb. El 2. q. 11. nu. 12. Caiet. Sum. eod. cap. in 4. condit. ad fin. & ibi Armil. nu. 5. Victoria Sum de Sacram. vbi de confes. nu. 130. Medina, C. de confes. q. de cōfitend. venialib. in solu. ad 3. Sotus 4. d. 18. q. 2. art. 4. post 3. cōcl. vers. Sed argues. Nauar. c. Si quis autem, n. 4. de pœnit. d. 7. & in Sum. Lat. & Hisp. c. 21. nu. 34. & c. 9. in Hisp. nu. 11. in Latin. n. 14. & c. 27. in Hisp. n. 277. Viguerius lib. inst. c. 19. §. 4. verfic. 17. Martinus de Ledes. 2. par. 4. q. 5. art. 4. dub. 3. Margarita Confessorum, in fol. 41. pag. 2. vers. Tenetur quis venialia. Alcozer Sum. c. 10. n. 2. doctrina Anton. Venetus c. 10. de iterata confessione, par. 2. nu. 1. Ambrosius Spier. sermone 19. conf. 2. concl. 3. ad fin. Hugolin. de Sacram. vbi de pœnit. c. 15. n. 11. vers. Vel etiā q Graffis 1. par. decisionum lib. 1. c. 10. n. 11 Celaia 4. d. 17. q. 7. in 4. argum. Toledo lib. 3. Sum. c. 7. nu. 6. Sayro de Sacram. pœnit. c. 12. nu. 12. Petr. de Ledes. de Sacram. vbi de pœnit. c. 10 statim post 1. cōcl. & in concl. vlt. Suarez tom 4. in 3. par. disp. 22. sect. 9. nu. 1. & 2. Valētia 4. to. disp. 7. q. 9. punct. 3. col. 2. vers. Qd̄ si quis dubitaret. Henriq. l. 5. de pœnit. c. 4. in fin. Philiar. de officio Sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 22. in init. Emman. Sa in Sum. ver. Confes. nu. 7. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vni. sect. 9. nu. 60. in solut. ad 4. Azor to. 1. inst. moral. l. 11. c. 4. q. 3. Sayro in sua claui reg. Sacerd. l. 1. c. 13. nu. 4.* Atque hæc conclusio est vera, quis dubitans magis in eam partem inclinet, vt id peccatum non sit mortale, dummodo eius assensum probabilem non habeat: iuxta ea quæ nu. 75. dicemus.

II. Conclusio. Idē prorsus dicendum est qn̄ quis est dubius de facto, & de iure: vt si q̄s dubitet, an alicui peccato mortali consenserit, vt desiderio, aut delectationi notosæ mortalibus, tenetur enim cōfiteri vt peccatum dubiū. Quia eadē prorsus est ratio, ac quando est dubiū an certum factū sit mortale, perinde enim vterq; dubius est anceps, an culpæ lethalis reus sit. Et ideo vniuersæ rationes, num. præced. adductæ hanc quoque partem æquè probant. Atque in proprijs terminis tradunt *Palu. Rosel. Cai. Gerson, Tab. Sotus, Viguerius, Suarez, Azor, num. praced. relati. Salas ea. sect. 6. n. 60. in sol. ad 4. & nu. 58. paulò post princ.*

68 III. Cōclusio. In vtroque dubio explicato in duplici nu. præc. sunt ea peccata confitenda vt dubia, & non vt certa. Quia confiteri dubiū vt certum, est mentiri: & cū sit circa materiam confessionis necessariam, nequit a mortali excusari. Secundò, quia si hic dubitās affirmaret se reum peccati mortalis, valde iudicium cōfessionis variat: nam valde diuersum iudicium ferendum est de peccato dubio, ac de certo. Tandem quia non minor veritas exigitur in foro confessionis interno, quam in externo. At in hoc dānaretur ac testis falsus, & mortaliter delinquens, qui rem sibi dubiam deponeret tanquā certam. Idem ergo in illo dicendum est. Et sic tradunt *Alensis, D. Thomas, Paludanus, D. Antoninus Gerson Caietan. Armilla, Sotus, Victoria, Petrus de Ledesma, Suarez nu. 66. allegat. Syl. verb. Confessio sacram. 1. q. 9. in fi. Petr. de Soto de institut. sacerd. vbi de confessione, lect. 10. ad fin. Manuel 1. tomo sum. in 2. editione, cap. 52. num. 5* Nec aliquis de hoc dubitat. Sæpe tamen pœnitens hæc tanquā certo confitens, excusatur a peccato, eo quod bona fide, & quadam simplicitate id faciat existimans consultius esse se grauare, quam exonerare, vel sic fatenda esse Quod specialiter aduertunt. *Caiet. Victoria, Suarez, Manuel, ibid. Nauar. sum. c. 21. nu. 37.*

69 Hinc deducitur fatendas quoq; esse circumstantias eius peccati dubij. Vt si quis dubitet, an desiderio fœminæ cōsenserit, tenetur explicare suum, ac illius statum. Nā eæ similiter ei dubio subijciuntur, & proinde ijs tacitis nō explicaretur plene peccatum dubium. Quod si nō meminerit pænitens speciei illius peccati, sed solum dubius sit, an aliquod mortale admiserit, tūc tenetur in genere fateri se dubium esse, an quoddam mortale admiserit. Sicut optimè docet *Maior in 4. dist. 17. q. 3. col. pen. in sol. ad 4.* qui scit se mortale admisisse, nec speciei meminit, teneri in genere fateri se mortalis culpæ reū. Quia eadem est rō de peccato certo confitendo tanquā certo, & de dubio tanquam dubio. Si autē recordetur postea speciei, tenetur iterū eam fateri. Quia id peccatū nondum plenè in confessione expressum erat. Sicut ēt qui confessus est, se dubitare an consenserit delectationi venereæ, aut sit furatus, si postea certus fit de consensu, aut furto, tenetur illud iterum fateri. At secùs esset. (vt optime ait *Cerduba sum. q. 9.*) quando integre fassus est peccatum, quod fecit, dubitabat tamen an esset mortale, quamuis. n. confessor simili dubio teneretur non est iterū confessio illius peccati repetenda, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis, norit id peccatum esse mortale: nisi aliunde confessio fuerit irrita, vt quia data opera quæsiuit ille confessorem ignarum, ac in sufficientem ad eius confessionem excipiendā. Quia iam plene in confessione suum peccatum detegit. nec noua circumstantia explicanda occurrit, nec ad cōfessionis valorem est necessarium, vt pœnitens, aut confessor sciat determinate peccatum detectum esse mortale. Quippe in omnibus id scire est impossibile.

70 Id tamen monuerim, quando materia sic est dubia, adiungendū esse aliquod peccatum certum, ne sub cōditione absolutio conferatur. Quippe id vitandum est, quoties fieri potuerit. Sic optimè docet *Suarez eadem sectione 9. num. 3.* Quod vtique procedit, quando confitens est dubius de facto, & de iure, quia, nempe, tantū fatetur se dubiū esse an aliquod mortale admiserit, aut tale peccatum. Quia tunc nullam certam confessionis materiā præstat. Si vero certus esset de facto, dubius autē de iure, vt quia fatetur peccatum, quod se admisisse est certus & solum dubitat an sit mortale, non est opus aliam materiā præbere. Quia iam datur certa materia. Atq; in hoc posteriori casu intelligendus est *Gerson relat. numero 66.* qui ait in dubijs fatendum esse sub con-

ditione

dirione, & posse absolutionem certam dari.

71 IV. Conclusio. Qn̄ dubium est de confessione, vt si quis dubitet an aliquod mortale fassus sit, tenetur iterum id fateri, dum dubium illud non deponit. Quod sit certus de præcepti obligatione, dubius autem an illi satisfecerit: in quo casu diximus nu. 12. obligare præceptum. Et ita docent *Nau. c. si quis autem, nu. 77. de pœn. dist. 7. Suarez ea. sect. 9. nu. 2. Salas ea. sect. 5. n. 60. in sol. ad 2.* Atque idem est verum quamuis dubitans in eam partem propendeat, vt id iam fassus sit. Nam dum nō habet probabile huius confessionis assensum, tenetur illud fateri: quia adhuc est dubius. Sic *Nau. eo. n. 77.* Subiungit autem optime *Suarez ibid.* non teneri hunc explicare se dubium esse, an id peccatum sit iterū fassus. Quia cū peccatum sit certum, nil refert ad præsentem confessionē, an id iterum sit in confessione declaratū. Imò nec tenetur hic dicere id peccatū ante hāc confessionem perpetratum esse: ob eādem rōne. Quod tamē intelligo, nisi taliter mutatus sit pęnitentis status ab vltima confessione, vt si non declaretur id peccatum antea commissum aut addetur circumstantia mutās speciem, aut ea non declarabitur, v.g. id peccatū erat venereum, & tempore quo commissum est, erat pęnitēs solutus, aut laicus: nunc autem est coniugatus, clericus ordinis sacri, aut religiosus, vel è contra antea erat coniugatus, aut voto castitatis astrictus: at ab vltima confessione est ab vtroque vinculo liber: si id peccatum simpliciter declaretur in confessione, intelliget confessor id ab vltima confessione admissum esse, ex qua status est variatus, & sic decipietur intelligens, aut habere circumstantiam specie diuersam, aut illa carere. Si tñ explicaretur integre, & fideliter qualitas peccati, manifestum est non esse opus explicare tp̄s quo commissū est. Qualiter autem temperetur hoc, qn̄ est dubium, an id peccatum sit in cōfessione detectum, dicā, nu. 85. & 86.

72 Atque idem dicēdum est, qn̄ dubium fuerit, an confessio sit irrita ex parte pęnitentis, aut confessarij, est. n. necessariò iterāda. Quia cū sit præceptum validæ confessionis certum, & exequutio dubia, militat eadem rō tradita, nu. præced. Sic *Metina, C de confes. q. de confess. fact. i sacerd. prauo, ver. Illud in hac materia.*

73 Sed qn̄ dubitatur an casus sit reseruatus, discordant DD. quibusdā dicentibus censeri eum reseruatum, & sic adeundum esse superiorē gratia absolutionis obtinendæ. Quod hæc pars tutior sit. Sic docēt *Armilla ver. Casus, nu. 13. Frias tract. de modo audien. confes. p. 2. c. 3. casu 2.* Et idem nō obscure significat *Cordub. in reg. D. Frāc. c. 7. q. 4. punct. 1. casu 5.* ait. n. in dubio an peccatum eò accedat, vt sit reseruatum, vt si grauis percussio reseruetur, & dubitetur an hæc sit grauis, esse solius habētis potestatē absoluēdi a reseruatis, iudicare an reseruatū sit.

74 At verius est, nō censeri reseruatū. Quia cū reseruatio sit odiosa, verba eius sunt strictè accipiēda. At casus delicti dubij vt dubię percussionis grauis, nō est delicti simpliciter, sed s'm quid. Non ergo in absoluta delicti reseruatione cōprehenditur. Et sic tradunt *Suar. s. to. in 3. p. disp. 40 sect. 6. n. 5. Henriq. l. 6. de pœn. c. 26. n. 7.* Quod quidē intelligo, nisi in eo euentu esset præsumptio fori externi pro illius delicti admissi veritate, quia stāte hac p̄sumptione est pro certitudine delicti possessio, & illa p̄sumptione est in vtroq; foro standum, dum cōtraria veritas non constat. (Vt nu. 13. probaui) V.g. hæresis externa reseruatur, qn ēt mente ita sentitur dubius aūt eā proferens est, an ita mente senserit, vel an mente ita sentienti, protulerit exterius aīo eius asserendę, & sic sit vere externa ac ꝑinde reseruata: an solius ioci aīo, censebitur in hoc dubio reseruata. Quia cū verba sint naturaliter signa intētionis, & nullus præsumitur dicere qd in corde nō hēt nec aliter, quā in eo habet, (vt probaui lib. 1. de matr. disp. 9. n. 13.) p̄sumptio est, ac possessio in hoc dubio vt hęresis illa processerit exterius ex vero interiori in illā consensu. Item quia in hoc dubio hic iudicaretur verus hęreticus in foro externo. Ergo idem in interno: quia hæc iudicia non sunt diuersa, nisi quādo illud falsæ præsumptioni innititur, & in hoc constat contraria veritas. Vt dixi nu. 11.

75 Hactenus egimus qd in dubio censendū sit: superest tractandū qn̄ nō est dubium, sed iudicium probabile, seu opinio. *Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 5. nu. 60. in solut. ad 4.* ait, licet tamq̄ ꝓbabilius opinetur pęnitēs, nō esse aliqd pc̄tm̄ mortale, vel iā in confessione detectū, teneri eū ad illud confidendum, si pōt fateri, absq; magno proprio incommodo: secus si nequit: poterit n. tūc id tacere, donec id incōmodū cesset, & cessanti tenebitur fateri. *Et n. 58. statim in prin.* ait esse necessarias fatendas circumstantias, de quib. sunt variæ opiniones probabiles nū sint fatendæ, si ille possit absque magno incommodo eas fateri. Idq. solū probat, quòd ita vsus Ecclesiæ hoc confessionis præceptum interpretatus sit.

76 Sed dicendū est, nō teneri hunc fateri peccatum, qđ ꝓbabili opinione credit nō esse mortale. Quia pōt q̄s ꝓpā licite operari sequendo probabilē sententiam. (Vt satis probaui c. præc. a nu. 14.) Nec contrarius Ecclesiæ vsus testimonio aliquo ostenditur. Atq; ita docent *Rosella, verb. Confess. Sacram. 1. num. 12. Sylu. verb. Confessio Sacramētalis 2 q. 2. § 3. Gerson 3. p. serm. in Cœna Domini de pœnit. alphab 41. lit. F, vers. Quæritur de dubijs, Hēriq. lib. 5. de pœnit. c. 4. in fin. Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 22. sect. 9. n. 5. & 6.* Qui optimè eo. n 6. ait hoc esse verū, etsi hic iudicet tamq̄ probabilius, illud esse peccatum mortale. Quia non tenetur quis sequi probabiliorem opinionē, sed satis est ꝓbabile. (Vt satis probaui c. præc a nu. 14.) Atq; eadē rōne idē est dicendū, qn̄ pęnitens probabiliter opinatur se id peccatū fassum fuisse, q̄uis probabilius credat oppositū. Sic *Suarez eo. nu. 6.* Quod non obscurè ēt docuit *Nauar. c. Si quis autem, nu. 77. de pœnit. d. 7.* dicens, teneri quempiā dubiū de confessione alicuius mortalis, illud fateri, etsi magis opinetur se id fassū esse dummodo illa opinio ad fidem, & credulitatē vsque nō pertingat. Ergo secus eredit, qn̄ reuera nō est suspicio, seu maior inclinatio in hanc partē, sed assensus ꝓbabilis illius. Qua rōne idem prorsus est dicendum, qn̄ eędem opiniones sunt circa prioris confessionis valorē. Potest. n. opinioni probabili assentiens, eam non repetere. Et eadem rōne bene dicit *Suar. eo. n. 6. in fine* idem prorsus dicendū esse, qn̄ sunt probabiles opiniones, an aliqd peccatū, & aliquæ circūstantiæ sint confitendæ: potest. n. pęnitens opinioni probabili dicenti nō necessario fatenda, conformari. Tandē idem prorsus est dicendū, vbi sunt opiniones, an peccatum sit reseruatum.

77 Hinc excipit *Hēriq. lib. 5. de pœnit. c. 4. in fine,* nisi pœnitentes sit in mortis articulo, tunc. n. ait teneri illū confiteri de illo peccato, q̄uis ꝓbabiliter credat nō esse mortale. Quia etsi opinio ꝓbabilis excuset à culpa, nō supplet tñ necessarium remissioni peccatorum medium, si fortè hoc coram Deo fuit mortale. Vbi de confessione nil dixit, & quidē meritò. Quia probabilis opinio eum excuset à confessionis præcepto, & ei periculo defectus remedij necessarij ad eius remissionē, si fortè fuit mortale, subuenitur satis cōtritione illa, cum id nō teneatur durāti ea opinione fateri. Et ideo contritio illa remittet id pęccatū in ordine ad claues Ecclesiæ, quib. ille subijciēdi se animū habet, quoties sciuerit se teneri illud fateri. Quare si post id peccatum admissum est facta aliqua cōfessio aliorū peccatorū nec tūc tenetur de illo cōteri. Quia virtute illius cōfessionis fuit iā indirectè remissū, instar peccatorum oblitorum, & rōne ꝓbabilis opinionis excusatur, ne teneatur hoc peccatum fateri sicut tenetur peccata oblita, qn̄ illorum memor fuerit. Quare optimè idē *Henriq. l. 8 de Eucharist. c. 45. n. 3. in commen. lit. P, in fine,* dixit expedire illud fateri in eo mortis articulo, si nequeat facilè cōteri, aut suscipere aliud sacramētū quo id peccatū remittatur, ne se exponat periculo. Nō aūt approbo quatenus ait generaliter, nisi suscipiat aliud sacramētū. Quia, etsi probabilissimum sit oīa sacramenta aliquādo conferre primam gratiā accedēti

bona

bona fide, id tamen non est certum nisi de baptismo, & pœnitentia, quare receptis solis alijs sacramentis absq; contritione, non est adhuc certum remedium remissionis illius, si forte fuit peccatum mortale.

78 Tandē ad argumenta cōtraria proposita n.64. resp. Ad 1. & 2. & cōfir. cōstat solutio ex prima rōne adducta n.66. vbi probaui possessione esse pro p̄cepto, nec dubiū esse quin p̄ceptū cōfessionis amplectatur oīa mortalia certa & dubia. Ad 3. neganda est cōsequentia. Quia reseruatio tanq̄ odiosa non comprehēdit casus dubios. (Vt n.74. probaui.) At p̄ceptū confessionis est fauorabile (vt probaui nu.66.) & est latū de mortalibus certis, & dubijs. Ad 4. cōstat ex dictis nu.66. in secunda rōne, vbi probaui potius hoc præceptū esse fauorabile, & extendendū. Præterea esto esset pœnale, ac strictè intelligēdū, esset sufficiēs huius extēsionis fundām, vsus Ecclesiæ ita interpretans hoc præceptū. Ad confirm. dic eā peccati dubij cōfessionē esse valde necessariā. Tū, quia notabiliter est aliud iudiciū de peccato veniali certo, ac de dubio, an sit mortale. Tū ēt, quia medicina id sanās est, ac p̄seruat a lapsu in similia peccata dubia. Nec hæc obligatio anxietates parit, cū ea non cōsurgat ex dubijs vanis, quos scrupulos vocant, sed ex dubio consono rōni. Al vlt. dic, id argm̄ ductum ab authoritate negantiē, nil probare. Quia nō oīa pertinētia ad damnū cōfessionis ius explicātur ibi. Nō.n. declarātur ibi, quo tpe diuinū cōfessionis p̄ceptū obliget, nec an circūstantiæ notabiliter aggrauantes, aut minuentes sint necessariò fatendę. Insuper satis vr̄ hæc obligatio expressa in eo Tridētini loco, dū sola venialia a confessionis præcepto excepit.

S V M M A R I V M.

n liceat cum conscientia scrupulosa non deposito scrupulo operari? Refertur quædam sententia, nu.79.
plicatur sententia Authoris, num.80.
n sit consilium contra scrupulos operari? ac soluuntur obiectiones, quæ scrupulosos torquent, nu.81.
æ media debeat confessarius scrupulosis applicare? Explicātur tria nu.81.83. & 84.
plicatur quartum, & an sint scrupulosi admittendi ad confessionem peccati, de quo dubitant, ad id iussi sint, nu.85.
n idem dicendum sit de scrupulosis deperdita vita, ac eadem remedia illis deseruiant, nu.86.

QVæstio vlt. An operari cū cōscientia scrupulosa dictanti aliquid esse peccatū liceat? Aliqui authores tradūt deponendū esse scrupulū ad licite operandū. Probaturq; q̄ ad licitā operationē sit necessarius assensus intellectus saltē probabilis honestatis operis. At vrgēte scrupulo deficit hic assensus. Ergo eū deponi petit honestas operis, alias id erit illicitū. Secdo, quia tex. in c. *Inquisitioni, de sent. excom.* loquēs, ac cōiux scrupulum solū habēs valoris matrimonij, teneatur ab eius vsu abstinere, sic ait: *Cōsciētia leuis & temeraria credulitatis explosa.* Vbi aperte textus ad licitum coniugij, vsum petit prius scrupulū, seu illud temerariū dubium explodi. Atque ita docent *Lud. Lop. 1. p. instruct. cōscientia, c.3. vers. Ex quo sequitur, in fi. Manuel to.2. summæ, c.51. nu.3. in fi.*

Sed dicendū est, licitū esse agere cū cōsciētia scrupulosa, an aliquid sit peccatū, quāuis scrupulus nō deponatur, sed maneat in mēte: atq; adeo hmōi consciētiā nō obstare iudicio requisito ad licitā operationem. Ducor, qm̄ ad bene operandū sufficit iudiciū probabiliter dictans aliquid licere. (Vt probaui in c. præc. nu.18.) At quantumuis perseueret scrupulus in mēte, nō amittitur dictū iudiciū. Cum.n. scrupulus ex leui fundō procedat, nequit practicā, ac moralē certitudinē in operando tollere. Itē, quia etsi nō sciatur eū esse scrupulū, sed probabiliter tm̄ credatur eo ipso, q̄ est probabile esse scrupulū, est quoq; probabile eū carere fundō. Ergo eo nō deposito, sed adhuc vrgēti, est integrū operari cōtra illū. Tandē qm̄ Doctores grauissimi (vt nu. seq. videbimus) dicūt non tm̄ licere, sed esse quoq; præsentaneum, ac saluberrimum illis scrupulis abigēdis mediū operari contra illos, & sic anxie consulunt. Et ideo hanc sent. sustinet *Nau. c. si quis cūt, n.64. & 65. de pœn. d.7. & sum. Latina, pręludio 9. n.9.* Quare DD. allegati nu. præc. q̄ contrariū docere vr̄, intelligendi sunt non de vero scrupulo, qui quantumcumq; vrgeat, minimè tollit assensum contrariæ partis. (Vt diximus c. præc. nu.2.) Sed intelligendi sunt, quando determinatū alterius partis assensum tollit: in quo euētu iā nō est scrupulus, sed verū dubium. Vt rectè docet *Caiet. in suis opusc. to.1. tract. vlt. in respons. 13. dub.7. ad fin.* Et textus ēt *c. inquisitioni, de sent. excom.* quē in contrarium nu. præced. attulimus, intelligendus est non de vera explosione, ita vt scrupulus non sentiatur, nec perseueret, sed ita vt ipsi nō præstetur consensus, per determinatum illius partis, in qua vexat, iudiciū, formādo assensum dictautem eam partē nō licere.

81 Quamobrē optimū atq; saluberrimū cōsiliū est scrupulis vincēdis operari freqnēter cōtra eos contēnendo illos. Quod egregie his verbis docuit *Gerson [illegible] de præparat. ad Missam, alphab.37. lit. F. Debēt se [illegible] audacter cōtra tales scrupulos o[illegible] alias nunquā pacem habebūt.* Idē tradit *Laur. Iustinia. [illegible] de [illegible] monast. cōuers. c.12. D. Ant. p.1. to.3. c.1[illegible]. §.10. Syl. verb. Scrupulus, q.3. Caiet. sum. ver. scrupulositatū medicina, Nau. [illegible] sum. Lat. c.27. nu.283. Cord. in suo quæst. [illegible] q.5. [illegible] 4. Alcozer sum. c.7. Met [illegible] 2. sum. c.5[illegible], Valent. 1.2. disp.2. q.14. pun.4. ad fin. & ibi Salas q.21. tr. [illegible].8. disp. vnic. sect. 29. n.298.* Atq; ita appositissimis adhibitis similib. p̄bat potissimū remediū esse, nil de scrupulis curare, nec argumētis, q̄ ex ipsis cōsurgunt, rādere, sed oīno contemnere, ac vitare cogitationes insurgentes circa illos. I. simile est ex *Caiet. ibi.* Sicut a laterum aceruo rectè disposito expedit summopere nullū dimouere, vel vno.n. dimoto ceteros corruere necessariū est: nō secus est necessariū aures scrupulis insurgentib. claudere, nec eis moueri pati. Quia nō secus, si argumētis ea scrupulo deductis auditū scrupulosus præbeat, sed satisfacere nitatur, nec cōtra agat, in multo plures scrupulos, maioremque mētis perturbationē incidet, nec vnq̄ optata animi trāquillitate fruetur. II. est ex *D. Ant. & alijs ibid.* Sicut cū virga q̄dā obtorta est, solet in cōtrariā partem inflecti, quo recta p̄maneat: nō aliter scrupulosū in alterā partē agēdo cōtra scrupulos, īclinari opus est, vt mediū quodā tenere valeat. III. est ex *Metina ibid.* sicut ad sinistrę cōsuetudinis viriū bestiæ tollēdū, opportunū remediū est id in ea nullatenus p̄mittere. Sic ad sinistro scrupulosi vitio medendū mirū in modū cōfert, scrupulis non acquiescere sed cōtra agere. Quia tm̄, q̄ maximè scrupulosos torquere solet, est argm̄ hoc, si nunc morti proximus esses nō auderes cū hoc scrupulo e vita discedere, oportet huic satisfacere. Duplex est solutio, priore tradūt *Syl. & Cord. ibid.* q̄ est hęc. Multa oportet in eo art. facere, q̄ extra illum faciēda minimè sunt. Quippe, aut mēte hoīem priuarēt, aut in desperationē traherēt. Posteriorē affert *Cord. ibi.* & est hæc. In illo ēt articulo consultius faceret scrupulosus cōtēnēdo eos scrupulos. Solet ēt aliud scrupulosū vexare, nimirū, ignoro me scrupulosum esse, ac q̄ me vexant nō excedere scrupulorū limites. Sed p̄sentaneum est remedium, stare cōfessoris, aut alterius viri docti iudicio, cuius id iudicare est, cognosceïq; an scrupulosus sit ex regula in c. prec n.2. tradita.

82 Sacerdos ergo scrupulosi cōfessiones excipiens, hæc potissimū remedia adhibiturus ei est quo eius cōsciētiā pacare valeat. Primum est, ei suadere, vt nil mortale esse putet, nisi tale esset norit certo, & absque formidine vlla. Hoc tradunt *Azor tom.1. inst. moral. l.2. c.20. q. vlt. Vasquez 1.2. q.19. ar.6. disp.6[illegible]. c.2. ad finem.* Qui optimè addit posse interdum quempiā adeo scrupulis vexari, vt ipsi suadere expediat, ne aliquid esse mortale existimet, nisi quod tale esse possit iureiurādo affirmare. Et idem dic de consensu ab ipso præstito alicui mortali, est enim monendus ne se consensisse putet, nisi ita certus sit, vt id iurare valeat.

83 II. Est, vt confessarius nō admittat frequenter, & in plurimum scrupulosi dubia, nec se adeuntem interrogandi dubia gratia excipiat, & si opus fuerit, illū verbis ad id appositis, & accommodatis exterreat. Sic tradit

Azor

Azor ubi prae. relatus. Et huius ratio est, quia (vt egregiè tradit *Vasq. n. prae. allegat.*) si semper scrupulosus cõfessarium aliumve doctum circa scrupulos consulat, scrupulorum fontẽ nunquam exhauriet. Potest ẽt scrupulo sus deterreri, ei explicando posse interdum esse praeceptum agendi contra scrupulos: nimirum, quãdo q̃s grauẽ ex scrupulis, & anxietatib. detrimentũ pateretur. Q͂d optimè docet *Valentia t. 2. disp. 2. q. 14. punct. 4. q. vlt.*

84 III. Remedium est, vt confessarius nullatenus scrupuloso permittat scrupulos confiteri, sed ea sola, quae apertè norit esse peccata: atque eius dubia in meliorem partem interpretur. Sic *Azor ibid.*

85 Vlt. remediũ est, ne cõfessarius vllis scrupulosi precibus quãtumuis importunis acquiescat, vt eum admittat ad ea cõfitenda, de quib. ipsi scrupuloso dubium superuenit, an ea cõfessus fuerit, q͂ñ mediocri diligẽtia eum falsum esse cõstat. Quia credulitas alicuius rei, & sic cõfessionis praemissae, est in scrupulosis quasi certitudo in hoĩe pacatae conscientiae. Itẽ q̃a cõfessio nõ est vt laquei iniiciantur, sed vt bona fide, & mediocri diligentia p̃missa aperiãtur crimina, & semel apta sepeliãtur. Ergo qui semel hanc diligentiam adhibuit, põt probabiliter credere, se huic obligationi satisfecisse, dũ contrariũ nõ certò sibi constiterit. Sic tradunt *Caiet. & Medina n. 81. allegati. Idẽ Medina t. 2. q. 19. ar. 6. in fi. Nau. c. si quis aut, n. 77. de poen. d. 7. Henriq. l. 5. de poen. c. 3. nu. 4.* Imò *Emm. Sà in sum. verb. Dubium nu. 5.* bene ait, scrupulis nimijs vexatũ nõ debere fateri, nisi quae potest iurare esse mortalia, & se nunquam ea fassum fuisse. Quod est conforme doctrinae, n. 82. traditae, & maximè necessarium ad obuiandum scrupulis, pacandamque conscientiam.

86 Sed (vt optime aduertit *Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 67. in fi.*) tradita deseruiũt scrupulosis, quib. suae cõscĩẽtiae cura est. Quippe sunt aliq̃ nimijs scrupulis vexati, ac de peccatis in posterũ vitandis minimè curãt, sed eis effrenate vacãt, quib. difficillimo negotio remediũ adhiberi põt. Quare his ait, remediũ p̃sentaneum esse, si frequẽti confessione sua peccata expient, vt vel sic ad saniorem mentẽ reducti, vti praedictis remedijs tuto possint. Verũ quãuis hoc minimè praestent, sed in futuris peccatis cauẽdis minus cauti sint, põt in ea materia, in qua eos scrupulis vexari cõstat, dubia eorum in meliorẽ partẽ declarari. Haec *Vasq. ibi.* Cui addo, rarissimè hos circa p̃sentia crimina, in q̃ praecipites feruntur, scrupulis vexari: cũ illis apertè cõsentiant. Sed aut circa praeteritorũ peccatorum cõfessionem torquentur, an ea confessi fuerint. Et circa hoc, quãdo confessor nouerit, eos mediocri diligentia adhibita fassos integrè fuisse, põt illis suadere, ne p̃teritũ peccatũ confiteantur, nisi certi oĩno sint illud in cõfessione detectũ nõ esse. Siquidẽ generaliter hanc regulã nõ limitans ad scrupulosos tradit *Emmanuel Sà in sum. ver. Cõfessio, n. 42.* Nec hoc cõtradicit dictis n. 71. vbi probauimus in dubio, an aliquod mortale sit in cõfessione detectũ, esse necessario fatendũ. Id. n. est verũ, quando dubiũ est rõni consonũ, quale non est, sed potius iudicatur scrupulus, ac daemonis vexatio ad turbandas cõscientias, & taedium confessionis generandũ q͂ñ ex modo confessionis factae, & diligentia ad eius integritatẽ apposita, iudicat prudens confessarius eã oĩno integrã fuisse. Quod hi sibi persuadere de iure optimo valẽt id peccatũ in generali peccatorum numero, quẽ fassi sunt, inclusum esse, vt si fit fornicatio, in fornicatio nũ numero, &c. q͂uis dũ peccata fateãda numerauit, nõ meminerit illius. Neque. n. est possibile in cõfessionibus quae diu protrahuntur, memoriam omniũ in singulari peccatorum habere: & ideo penitẽs attẽta sua eius peccati patrandi consuetudine, numerum explicat, qui sibi verisimilior videtur. Aut hi scrupulosi deperditae vitae vexãtur scrupulis circa res fidei, & blasphemiae, quae peccata maximè abhorrent: aut circa vota à se emissa, credentes passim, & leuiter se votis astringere, aut circa alia similia. Circa quae potest confessarius vti erga illos remedijs dictis à nu. 81. ac illis persuadere, vt de his minimè curent, sed contra agant: at debet confessarius illorum dubia haec interpretari in mitiorem partem. Quia in his similiter se habent ac scrupulosi bene morigerati: nec in his praecipites ad peccata feruntur.

CAPVT XI.

Qualiter peccet, aut mereatur, qui cum conscientia erronea dictanti aliquid esse licitum, aut illicitum, id operatur:

SVMMARIVM.

Quid, & quotuplex sit conscientia erronea? num. 1.
Operari contra conscientiam erroneam dictantem aliquid esse malum, est culpa, nu. 2.
Quid, si actio illa cõtra conscientiã non sit omnino libera? n. 3.
Vnde oriatur hac non operandi contra conscientiam erroneã obligatio: & an huiusmodi conscientia obliget? num. 4.
Peccatum contra hanc conscientiam ad quam speciem reducatur: & an sit speciale necessario fatendum: & duplex malitia operari contra conscientiam non errantem? nu. 5.
An quãdo conscientia errãs dictat aliquid esse peccatum, nec explicat an veniale, an mortale, sit mortale id agere? nu. 6.
An vt peccetur agendo contra conscientiam erroneam, oporteat eius iudicium actis manere, & quando sic manere dicatur? num. 7.
An deposita conscĩẽtia erronea, liceat contra eã operari? nu. 8.
Qualiter liceat conscientiam errantem deponere? Refertur quadam sententia? num. 9.
Explicatur sententia Authoris, num. 10.
Quando temere deponitur, aut vniuersalis, seu speculatiua non applicatur ad particularem, seu practicam, quali culpa sit contra illam agere? num. 11.
Quando conscientia erronea dictat id, quod est verè peccatum, sub praecepto esse, vt mentiri, si ea sit culpabilis, an sit peccatum, eam sequi mentiendo, & similiter contra illam agere, non mentiendo? num. 12.
Quid, si ea conscientia sit inculpabilis, aut si culpabilis adest dolor praeterita culpa, an sit peccatum agere vtrumuis, & sic detur perplexitas? Refertur duplex sententia, nu. 13.
Exponitur sententia Authoris, num. 14.
An quando conscientia culpabiliter errans dictat aliquid esse sub praecepto, quod reuera erat peccatum, sit grauior culpa contra eam agere, an illam sequi? num. 15.
An sit magis obligatorium sequi conscientiam errantẽ, quàm praecepto praelati obsequi? num. 16.
An agere id, quod conscientia inuincibiliter errans dictat esse bonum, cum tamen in se sit peccatum, sit actus virtutis: & si dictet esse indifferens sit actus indifferens? num. 17.

1 Breuiter, quod ad solos mores attinet declarabo, quę latius videri poterunt in DD. allegandis. Atque praemittendum est erroneam, siue errantem conscientiam esse, quae dictat esse bonum, quod alioquin est malum: autẽ cõtra, quae dictat esse malum, id quòd in se bonum est. Rursus cùm in conscientia erronea sit ignorantia prauae dispositionis, sicut ignorantia quaedã est inuincibilis, seu inculpabilis, altera autem vincibilis, seu culpabilis: sic de conscientia erronea dicendum est. Dicetur ergo inuincibilis, quando ita errat, vt virtute modi, quo errori adhaeret, non debeat illum deponere, sed potius prudenter existimare se non errare. Vincibilis autem, quae imprudẽter iudicat, ita vt si debita adhiberetur diligentia, minimè erraret. I. Conclusio sit. Operari contra conscientiã erroneam, siue culpabilem, siue inculpabilẽ, dictantẽ aliquid esse malũ, est peccatũ, ac intrinsecè malum. Conclusio est de fide. Vt cũ *Adri. quodl. 4. art. 2. Corduba in suo quaest. l. 3. q. 4.* probat. *Vasq. 1. 2. q. 19. ar. 6. disp. 59. c. 2. nu. 6.* Vbi latissimè ex Scripturae, & Sanctorũ, ac variorũ Pontificũ decretis eã p̃bat, Quamuis *Sayr. in claui reg. l. 1. c. 4. num. 3.* solum vocet opinionẽ verã. Et q͂uis *Salas 1. 2. q. 42. tract. 8. disp. n. vn. sect. 3. n. 6. in fi.* dicat alios sentire contrariũ non esse haereticũ, sed temerarium, & periculosum, quos ipse sequi vr. Probatur vna, vel altera ratione cõclusio. Quia cum conscientia sit proxima bonitatis, & maliriae humanorum actuum regula, (vt probaui c. 9. nu. 1.) agẽs contra

con-

consciam, siue verè, siue falsè dictanē aliquid esse peccatū, delinquit contra proximā humanę actionis regulam. Quāuis .n. per se nō recta, & quæ est diuinæ legis participatio, sit nostrarum actionū regula: at per accidens est regula cōscia errans, nō vt errans. sed quatenus recta ab operanti existimatur. Et confirm. quia etsi conscientia erret dictans id esse malum, voluntas illud amplectens vult quātum in se est, malum, ac perinde legem naturalem dictanē oē malum esse vitandū, trāsgreditur. Sicut qui priuatū credēs esse regē contemnit, non priuatum, sed regem contemnere censetur.

intellige tñ qñ actio, vel omissio est libera. Si quis .n. carcere detentus, in quo nō est sacrū, putaret se peccare nō audiendo illud, minime peccaret. Et similiter qui manu violenter ab alijs mota hominē percuteret, non peccaret, etsi errarit existimādo se peccare. Quia cū ad peccandū desideretur libertas, actio illa carens libertate nequit peccato obnoxia esse.

Hinc 1. deducitur, obligationē non operandi contra conscientiam errantem, non oriri per se ex ipsa cōscientia erronea, sed ex principio naturali dictanti malū esse vitādum, atque ex eius virtutis præcepto, contra quā id malū esse hæc conscientia dictat. Vt si dictet id esse furtum, erit contra iustitiā; si fornicationem, erit cōtra castitatem. Quippe virtutū præcepta obligant ad vitāda nō sola ipsis aduersa, sed ēt, quę aduersa esse cōscientia errans dictat. At conscientia errans tantum se habet instar cuiusdam conditionis, qua existenti tenetur homo vitare, aut facere id, ad quod ea seclusa nō tenebatur. Et hoc est, quod *Durādus 2.d.39.q.4.n.7. & alij* dicūt conscientiā errantē non proprie obligare, sed ligare. Quippe ipsa non est, quæ præceptū inducit, sed ipsa existenti quasi ligati sumus ad eius dictamen sequendum. Sic optime ait *Valentia t.2.disp.2.q.14.punct.4.q.1.* Quāuis aliter qñ cōscientia errans ligare, & quādo obligare dicatur explicent *Azor to.1.inst.moral.l.2.c.8.q.8. Vasquez 1.2.q.19.ar.6.disp.60.toto c.2. Salas d.sect.3.nu.31. Sayro in claui reg.l.1.c.4.à n.7.* Qua in re non immoror, quod ad solum metaphysicum loquendi modum pertineat.

2. Deducitur, crimen aduersus cōscientiæ errantis dictamen ad eā malitiæ speciē, ac culpæ quantitatē pertinere, quam ipsa conscientia errans dictat. Vt si dictat esse venialē, erit veniale: si mortale, mortale: si adulterium, adulteriū. Quia cū tota huius malitię rō in eo consistat, vt contra conscientiæ errantis dictamen sit opus; talis, & tanta erit malitia, qualem, & quantā conscientia dictarit. Et ita docēt *D.Th. 1.2.q.19.ar.5.ad 3. & Medina ea.q.16.art.6.dub.4.* Vbi *& Vasq.disp.59.c.3.n.11. Caiet.sum.verb. Cōsciētia, Nau.sum.Lat.prælud.9.n.9. Corduba in suo quæstion.l.3.q.4.post sol.ad 2.cōtra 1.proposi.in dub.1. & 2. Valent.1.2.disp.2.q.14.punct.4.q.2. Azor to.1.instit.moral.l.2.c.8.q.4. Salas 1.2.q.21.tract.8.disp.vnica sect.4.n.17.in fi. & n.32. Sayr.in claui regia l.1.c.4.n.15. & 19. & omnes* Addūt autē *Nauar.ibi, & Sayr.n.15.* Doctores prædictos, quatenus aiunt peccari tantū venialiter, si conscientia errans dictet esse solum veniale, intelligendos esse, nisi id reuera esset aliunde mortale. Cū .n. conscientia errans nō minuant peccati grauitatē, peccabitur vtiq; tūc mortaliter. Sed *Salas ea.sect.3.n.33.q.5.in fi.* hoc improbat dicens quāuis ex se sit id peccatum mortale, si putetur ab operāti veniale, erit tantum veniale. Verum omnes bene dicunt, diuersimode intellecti, illi quidem loquēdo de ignorantia culpabili, cum hæc enim minime excuset, nō efficiet, vt id quod ex se erat mortale, fiat ratione huius ignorātię veniale: hic autem quando ignorātia esset inculpabilis: excusabit enim ab ea culpa notabili, quā peccatū in se habebat, & erit sola venialis, qualem conscientia errās putabat. Quare omnes illæ circūstantiæ fatendæ sunt, quas conscietia errās existimarit adesse. Quia tota ea malitia in eo opere inuenitur. Quod si cōsciētia dictet esse peccatum in genere, non descendendo ad speciē aliquam ad nullā specialem peccati speciē pertinebit, sed ad generalem contra præceptū seqnēdi boni, & mali vitandi. Sicut si quis in gñe peccare proponat. Sic *Medina, Azor q.6. Sayr.n.20. Valent.proxime alleg.* Et in re conuenit *Salas ea.sect.3.n.32.* q̄uis diuerso modo loquatur. Quare meritò *Valent. Sayr.nu.22. Salas ibi.nu.28. & 35. q.7.* carpunt *Adrian. 1.q.4. de confess.* dicentē egere contra conscientiā errantē, esse speciale peccatum necessario fatēdum. Sed dicendum est cum his authorib. non esse speciale peccatū, & iō sat esse fateri præcepti violationem, q̄ conscia errans dictabat, non declarādo fuisse contra conscientiam errantē. Nec audiendus ēt *Angelus* est, qui *c.7.moral.circa 1.par.text.c.3.* dicit duplicē esse malitiam, quoties cunscia non errat, alterā cōtra conscientiam, alteram verò contra præceptum, quod verè violatur. At dicendum est vnicā esse malitiā contra id præceptū, cuius iuxta verā, vel errantē conscientiam est trāsgressio. Quia cum nullum præceptum, nullaq; virt⁹ obligēt, nisi medio consciæ iudicio, q̄ est proxima operandi regula: notitia virtutis, ac præcepti easdē obligādi vires obtinet, ac ipsum pręceptū, ipsaq; virtus. Quare peccans contra cōsciam, non peccat contra duplicē regulā, duplicemq; virtutem, sed contra eandē sibi notam, ac propositam. Et ita docent *Cord.ead.q.4. post 6.propos.in dub.1. Vasq.in d.c.3 n.11. Azor eo.c.8.q.7. Sayr.eo.c.4.n.21. Salas ea.sect.3 n.33.*

6 Duplex autem circa hoc difficultas est. Prior est qualis culpa sit, qñ consciētia quidpiam illicitum iudicat, nec tñ cogitatione distinguit, an veniale, an mortale sit? In primis (vt benè ait *Vasq.statim citandus*) si id esse illicitū in aliqua peculiari specie cōscientia dictet dēt ex ea iudicari an sit mortale, an veniale. Vt si dictet hodie esse diē ieiunij, aut festiuum, quantitas culpæ dēt ex horum præceptorū transgressione iudicari, quæ est moralis. At verò si proponat confusè, vt peccatum, nō determinata materia peculiari, nec vnde possit deduci, an mortale, an veniale sit, *Corduba in suo q.l.3.q.4.in 6. propos. allegans Angelum*, dicit eandem esse huius rōnem, & proponentis in gñe peccare, nullam speciem determinando, & addit aliqñ fore veniale, aliquando mortale: subijciet tamen qñ hoc cōtingat. Alijs placet esse culpam venialē. Quòd in eo actu sola conscientiæ dictantis malitia sit volita. Cum ergo solam malitiam generalē dictet, & tota ea in veniali reperiatur, erit sola venialis. Deinde, quia velle id quod in genere dumtaxat reputatur illicitū, non videtur grauis malitia. Cū adhuc huiusmodi voluntas se intra rationis cōmunis veniali, ac mortali, limites contineat. Ita docēt *Nauar. Sum.Lat.prælud.9.nu.9. Valentia t.2.disp.2.q.14.punct.4.q.3.in fine, Ludou.Lopez 1.par.instruct.conscientia, c.3. vers.præterea, quia in mentem, Manuel 1.tomo Sum.in 2.edit.c.71.in fine, Salas 1.2.q.21.tract.8.disp.vn.sect.3.n.33.* At etsi hoc probabile sit, existimo probabilius fore lethale, quale esset proponētis in genere peccare. Quippe cū absq. sufficienti examine qualitatis culpæ, voluntas eā amplectatur iuxta suę conscientię dictamen, aut iuxta id peccandi in genere propositū, exponit se manifesto culpæ mortalis periculo. Et ita docent *Vasquez 1.2.q.19.ar.6.disp.59.c.3.n.10. Azor tom.1.instit.moral. l.2.c.8.q.6. Sayr.in claui regia l.1.c.4.n.17.*

7 Posterior difficultas est. An ad operis malitiā contra conscientiā errantem, desideretur adesse actu illius cōsciētiæ iudiciū? *Medina 1.2.q.19.art.6.paulo post princ. & Man.t.1o.Sum.in 2.edit.c.71.n.2.* dicunt: nec desiderari actu adesse, nec sufficere habitu: sed opus esse id iudiciū virtute perseuerare. Qđ tūc vr̄r censere accidere, qñ id per contrariū dictamen minimè reuocatum est. Vt si qs antea iudicasset esse furtum, vsurpare alienum in extrema necessitate, ac huius iudicij immemor, nec eo reuocato, in ea alienū vsurparet, peccaret cōtra cōscientiam errantem. Alij explicant hoc accidere, qñ id judicium erroneum non multo antea præcessit: tunc

enim

enim virtutē perseuerare dr. At verius est, opus esse vt id iudicium actu perseueret, dum opus contra cōscientiam errantem fit, vt culpæ imputetur. Quia, vt intētio præcedēs virtute manere dicatur, desideratur eam per aliquem affectū deriuari, & perseuerare. Nā si nullum opus ex ea deriuaretur, in quo diceretur manere, nil refert, an lōgo, an breui antea tpe ea intentio præcesserit. At id erroneum iudicium præcedēs caret omni prorsus effectu, in quo manere dicatur. Item, quia ex opposito sequitur, infidelem semel existimātem ad operis bonitatem opus esse, vt id ad idolum referatur, peccaturum in omnibus operibus ex obiecto bonis, quę illius iudicij immemor efficit. Quod absurdissimum est. Et ideo hāc partem tuentur. *Azor d.c.8.q.12.Salas ea.sect.3.nu.29. Vasq.d.art.6.disp.60.c.3.in fine*, vbi benè explicant tunc actu ad iudicium permanere, quando actu consciētia aliquo modo reclamat, vel per plenum iudiciū, vel per aliquam dubitationē. Cui addo idem esse, quando culpabile esset eam malitiam prius existimatā non aduertere. Quia is aduertendi defectus nō liberaret culpa sicut nec ignorantia culpabilis ea liberat.

8 Tertio deducitur, deposita rationabiliter conscientia erronea, nullam esse culpam agere contra illam. Quod vniuersi fatentur. Et rō est clara, quia tota culpæ ratio ex ea consurgebat.

9 At difficultas est, qualiter iustè deponatur hæc conscientia errans, vt opus contra eam vacet culpa. Aliquibus placet posse eam ad libitū, & absq; vlla rōne deponi, quoad applicationem ad opus. Quia cū in proposito tota culpæ ratio ex eo errore pendeat, si hic aut non admittitur, aut nō perseuerat nulla cōtra conscientiam culpa admittetur, et si aliquin operans ille putaret rem illam in vniuersali, seu speculatiue esse illicitam, dummodo hic, & nunc, non putet rem sibi illicitam esse, Et huius exemplum adhibet *Caietan. statim referendus*. Si mulier ignorans audiret à cōcionatore, esse mortale vti capillis alienis, eo quod simulationis mēdacium sit, & concipiat ratione, & authoritate prędictis conuicta, id erroneum iudicium dictās vsum illum esse mortalem, & appetitu victa vtatur illis, nesciens cōtrariam rationem soluere, putans tn̄ sibi licere, non peccabit. Quippe etsi maneat in vniuersali, & speculatiuè iudiciū erroneum, non tamē manet in particulari, & practicè ad id opus applicatum. Sic tradunt *Caiet. 1. 2. q. 19. art. 6. in fine, & ibi Metina dub. 3. ante solutionē ad 1. Nauar. c. Si quis autem, nu. 62. de pœnit. d. 7. Valentia 1. 2. disp. 2 q. 14. puncto 4. q. 3. Azor tomo 1. instit. moral. l. 2. cap. 19. in fine, Sayr. in claui regia l. 1. c. 4. nu. 18.*

10 At hoc nullatenus credo. Quia temerè deponitur cōscientia, & temerè vniuersalis, seu speculatiua, nō applicatur practicè, & in particulari. Cū tn̄ exigatur rō iusta, vt id liceat. Vt diximus c. præcedenti num. 7. Insuper, quia ex vi talis modi deponendi, potest similiter conscientia vera deponi, ac valde per accidens est, vt ea erronea, & falsa sit. Et ita hanc partem tuētur *Victoria relectione de Indis 1. par. paulo post principiū, Ioannes à Metina C. de confessione, tractatu 2. in q. de tempore, quo confiteri oportet, in fine, Nauar. allegato Gersone, c. Si quis aūt, num. 51. & 101. de pœnitentia, d. 7. Corduba in suo quest. lib. 3. q. 12. in fine, Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 67. cap. 1. ad finem, Salas 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disput. vnica, sectione 3. num. 30.* Addit autem *Vasquez ibi*, iudicium conscientiæ erroneæ ratione aliqua conceptum, deponendum necessario esse alia efficatiori, vt recta operatio contra priorem conscientiam sit. Quippe si minus efficax, ac minus probabilis sit, non sufficiet ad assensum contrarium generandum, ac proinde, vt prior erroneus deponatur. Quod idem videntur dicere *Ioānes à Metina, & Corduba proxime allegati.* At reuera id non docent, sed tantum dicunt melius esse tunc dubitare, quam in partem minus tutam declinare. Sed credo non esse opus ratione efficaciori. Quia minus efficax, minusq; probabilis, sufficit ad concipiendū assensum alterius partis probabilē, retēto tanquā probabiliori cōscientię erroneæ assensum, quod ad rectā operationē satis est. (Vt diximus c. 9. nu. 14. & 18.) Sententia autem n. præced. relata erit vera, si sano modo intelligatur, nempe, quando consciētia erronea temerè, ac sine causa iusta, & sine authoritate, fuit cōcepta, potest sine alia causa deponi. Vt tradunt *Ioānes à Metina, & Corduba proximè relati*. Quod bene intelligit *Vasq. eo. c. 1. in fi.* vt id quod absque rōne aliqua per se probabili, sed statim per se cognitum hæsit animo, & iudicatum est malum, iudicetur culpa carere, rem melius considerando, & perpendendo absque ratione id iudicatum esse malum.

11 Ex his infertur, quando temerè, & absque rōne sufficienti, conscientia erronea deponitur, vel non applicatur vniuersalis particulari operationi, esse peccatū eiusdē speciei, & grauitatis, cuius esset operari contra eam conscientiam erroneam nondū depositam. Quod malitia talis temerariæ depositionis consistat in modo deponendi, qui expositus est periculo simili modo deponendæ conscientiæ nō erroneæ, sed veræ, & sic periculo trāsgrediēdi eius præcepti, quod violari, falso dictat consciētia illa falsa, & erronea, & dictaret violari verè, si conscientia illa non errans, sed vera esset. Et ideo ratione huius periculi, eadem est malitia sic operari, ac conscientia non esset deposita.

12 Secunda conclusio. Quando conscientia erronea est vincibilis, seu culpabilis, & dictat aliquid esse sub pręcepto, quod quidem peccatum erat, vt si dictat teneri quempiā furari, vt pauperi subueniat, peccati reus erit, siue furetur, siue nō furetur: furādo quidē contra præceptum non furandi, à cuius transgressione ignorantia illa culpabilis excusare nequit: non furādo autem, quia contra conscientiæ erroneæ dictamen agit. Quamobrē hic per accidens, & secundum quid, supposito suo culpabili errore perplexus erit, non autē simpliciter, & ita nō ex necessitate peccat. Quippe potest, & tenetur eam conscientiam deponere tanquam culpalem. Sicut supposita praua volūtatis intētione, qua quis animū quærēdæ vanæ gloriæ ex Missa in die festi audita habet, est perplexus. Nā omittens sacrum peccat contra præceptum, & similiter audiēs peccat ratione praui illius finis. Et ita docēt *D. Tho. 1. 2. q. 19. ar. 6. ad 3. & ibi Metina q. 1. Vasquez ibi. disp. 60. c. 2. n. 6. Cord. in quæst. l. 3. q. 4. ad fi. Valentia 1. 2. disp. 2. q. 14. punct. 5. ad 2. Azor to. 1. lib. 2. inst. moralium, c. 8. quæst. 8. Salas ea. sectione 3. n. 23. & omnes.* Quod intellige, nisi eū illius ignorantiæ culpabilis pœniteat, tunc enim ea ignorantia quam hic, & nunc non potest vincere, redditur inuincibilis. Peccatum enim præteritum ad alia peccata compellere nequit. Quoniam præteritū in nostra potestate nō est, bene autem sunt futura. Quare de hoc idem dicendū erit, quod duplici numero sequenti de laborāti ignorantia inuincibili dicemus.

13 Maior autē difficultas est, quando ignorantia est inuincibilis, & putaret errans vtrāque cōtradictionis partem peccatum esse, nec vtra grauior distinguere posset, nec quā in eo dubio amplecti teneatur: an peccet alterutram partē amplectendo. Quod rusticis nō raro contingere solet, putant enim se non audiendo sacrum in festis peccare: ac similiter deserēdo gregem, vt sacrum audiant, nec quod ex illis præceptis incompossibilibus anteponendum sit, discernere norunt, nec præmanibus Doctorem consulendum habent. Atque idem dubium est, quando ignorantia initio culpabilis reddita est rōne pęnitentię inculpabilis iuxta dicta, n. præc. in fi. Quibusdā neotericis placet hunc culpa liberari, siue vnam, siue alteram partē amplectatur. Quod etiā tenet *Manuel 2. 1. Sum. c. 51. n. 6.* quamuis nō explicet quādo ignorantia est inculpabilis. Ducūtur, quod huic non sit liberam culpam vitare, cum quicquid faciat, culpam esse existimet. At agere contra conscientiam libertate defi-

cjenti,

cienti culpa vacat, (vt n.3.diximus.) Deinde, quia alias daretur perplexitas simpliciter. Qd vniuersi DD.n. preced adducti negāt: atq; negare necesse est, ne statū admittamus, in quo alicui absq; sua culpa peccare necessum sit. Alij sentiūt hūc vtrauis parte electa peccare. Qd s actus absolutè in obiectū in sua æstimatione prohibi ū tēdat, sitq; plenè liber. Cū re vera possit ille gregē deere, & sic audire sacrū: & similiter possit omisso sacro gregē custodire. Et ideo vtrauis pars libertate plena gauet. Quare ne cōtra oium mentē, & veritatē ipsam, hāc perplexitatē simpliciter, & præcisam peccādi necessitaē admittant, negant similē casum posse dari: atque ad diuinā prouidentiā pertinere aiunt, aut huc hominem uncilluminare, aut hypothesim non permittere Atq; *Medina nu preced. allegatus* hunc à Deo illuminandum docet. Quod in similibus euentibus, in quibus absurda vtrinque concurrunt Doctores passim fatentur.

Sed quamuis vtruoq; dicendi modū probabilē existimem, prior magis placet. Quia etsi actus ille vtrauis parte electa sit in se, & absolutè liber, & vt fertur in obiectū illud malū existimatum: vt clarè probat rō contraria. At nō est liber in ordine ad culpā vitādam: cū vtraius parte electa, culpa necessariò immineat. At vt actio culpæ imputetur, libertas actionis, quatenus culpā vitare potest, desideratur. Itaque potest dici actionē illā esse liberam in genere entis, siue naturæ, non autem in gñe moris. At peccatum vtramque libertatem desiderat. Sicut transgrediendi ieiunij actio libera est in genere naturæ ignoranti inuincibiliter ieiunium, aut per naturarem obliuionem mane comedenti; at culpa vacat, defectu libertatis in genere moris. Dices nō esse simile, quia in hoc exemplo voluntas non fertur in malū cognitū, & ita deficit libertas moralis. At in nostro casu volūtas fertur in malum cognitum, & vt malum propositum à conscientiæ erroneæ iudicio. ac proinde libertas moralis non deficit. Sed respondeo, sicut in eo exemplo voluntas nō fertur in malum, vt excusante igno rantia, aut obliuione inculpabilibus: ita in nostro nō fertur in malū, vt possibile vitari moraliter, excusanti erroneo inculpabiliter indicio vtrāque partem malam esse dictanti. At libertas moralis petit ferri voluntatem in obiectū malum possibile vitari, quatenus malum est. Quod colligo ex *Adriano 4. materia de restit. quaest. quae incipit, Qu a dictū est, quod detinendo alienum. vers. Mihi videtur planius*, vbi ait qn vtraq; pars æquè dubia est, & æquè alieni periculosa, ad quā obligetur, cum nō exponi periculo, ac culpā euadere, vtramuis partē amplecta tur: quia non liberè periculū amat, quod vitare nequit.

At quæres, qn conscientia culpabiliter errat, dictatq; licui se ad aliquid teneri, quod re uera peccatum est, ac proinde vtrāus partē eligat, peccati reus est, (vt nu.12. diximus) an grauius sit peccatum conscientiā sequi, an contra illā agere? Breuiter dico regulā certam præscribi non posse, sed id ex materia ipsa expendendū esse Quia obligatio conscientiæ non est alia à præcepti, & materiæ, q conscientia apprehendit, obligatione. Quare cū variæ materiæ, variaque præcepta, ac prorsus dispari occurrere possint, regula ex materię & præcepti inæqualitate deducenda est: & grauius peccatū erit, quod sub grauiori peccato obligare apprehēditur. Vt si quis culpabiliter existimet, se teneri mētiri pro tuenda innocentis vita, grauius peccatū esset non mentiri cōtra cōscientiæ dictamen, q mētiri contra nō mētiendi præceptum. Quia obligatio per errorem existimata tuendę vitæ homicidium cum mendacio, est sub mortali, vtpotè quæ ad vitandum homicidium pertinet. At obligatio non mentiendi est sub veniali. Quod è contra dicendum esset, si tuendæ vitę obligatio esset minus grauis. Ita reprobo *Bassolo* dicenti grauius peccatum semper fore, sequi huius cōscientiæ errantis dictamen, sustinent *Corduba in quaest.l.3.q.4.post 6.propos. dub.2. Vasquez. 1.2. disput.60. cap.3.nu.10. Azor tom.1.l.2.instit.moral.cap.8.quaest.9.* vbi alios referunt, *Sayro alios allegans in claui regia,l.1.*

cap.4.nu.24.25.& 26. Salas eadem sectione 3.nu.27.

16 Rursus qres, an cōscientia errans plus obliget prælati præcepto? In quo varijs opinionib. relictis relatis per *Vasquez 1.2.disp.61.toto c.1.* breuiter sic distinguo. Si talis conscientia inculpabiliter erret, plus obligat, quam prælati præceptum. Quod is conscientiam sequēdo minimè peccet, vtpotè, quæ inuincibiliter errat: obediēdo aūt delinquat contra illius conscientiæ dictamē quādiu illud nō deponitur. Si aūt culpabiliter erret, plus etiam obligat, si de obligatione intensiua loquamur, id est, de strictiori præcepto, & sub grauiori culpa. Quia, agens contra conscientiā, peccat contra proximam humanarum actionum regulam, & qua mediante præcepta quæcunque vires obligādi obtinēt. (Vt diximus c.9. nu.1.) Insuper cōtra præceptū Dei peccat, quod directè violat frangendo obligationē, quā falso conscientia errās proponit. At non obediens prælato, directè frangit præceptū humanū: & quāuis indirectè transgrediatur præceptum Dei, cuius noie prælatus iubet, verū hanc transgressionē non vult directè, sed indirectè, quatenus culpabiliter errat. Hoc aūt intelligitur ceteris paribus (vt benè ait *Vasquez proximè allegatus*) quia si non facere q dictat conscientia, sit solū veniale, at non obedire prælato credat esse mortale, magis obligabit præceptū prælati. Si aūt de extensiua obligatione, id est, ad plurā obligandi sermo sit, plus obligari prælati præceptum, impo nit n. deponendæ conscientiæ erroneæ vincibilis præceptum, & obediendi. Ea verò cōscientia erronea solā illi parēdi obligationē producit. Atq; ita cōciliari possunt diuersæ sententiæ: quas refert *Vasquez proximè allegatus.*

17 Vltima cōclusio. Actus ille quo conscientiæ inuincibiliter erranti, ac dictanti aliquid esse bonū, quod verè peccatum est, voluntas se conformat, est bonus, eiusdē que virtutis, cuius esset, si re uera obiectum illud à parte rei tale esset. Vt si ex hac conscientia quis iudicet se ad mentiendū teneri, vt proximo subueniat, mentiri nunc erit actus bonus virtutis misericordiæ. Probatur, q a homo tunc simpliciter obligatur ad actum illum: vt constat ex dictis. Ergo erit bonus, 2. quia non peccat in eo actu. Ergo benè operatur. Tandē, quia obiectum, vt est in re ipsa, non tribuit actui speciem, sed vt hic, & nunc proponitur. At hic, & nūc proponitur, vt honestū, atq; ignorantia est inuincibilis. Ergo reddit actū honestum. Et hæc obligatio oritur ex vi præcepti illius virtutis, ad quam pertinere talē actum existimatur. Quod si obijcias, inde sequi obligari tunc hominē ad malū, ac contra Dei legē. Respondeo formaliter non esse obligationem ad malum, & contra legem Dei, sed ad bonum. Quamuis.n. in se, & materialiter sumptum obiectum illud malum sit, & contra Dei legem: at formaliter, & vt actus humanus bonū est, nec contra Dei legem, quę tunc non obligat, excusanti ignorantia inuincibili, & præponderanti alia fortiori Dei lege obediēdi conscientiæ inuincibiliter errāti. Nec huic conclusioni opponitur *D.Th.1.2.q.19 art.6. ad 1.* dicēs, non ex eo quod sit peccatum agere cōtra conscientiam errātem, sequi esse honestum agere s m eam. Quod bonum ex integra causa, malum autem ex singulari defectu consurgat. Solū enim videtur afferere quod illius argumenti solutio petebat: nimirum, non semper esse bonum facere, quod bonum putatur, etsi semper sit malum facere quod malum creditur. Quod dicit propter conscientiam vincibiliter errantem, dictantemque id quod malum est, esse bonum: tunc.n. peccat quia re uera vult malum ignorantia illa culpabili non excusante At qn conscientiam inuincibiliter errantē sequitur, non verè vult malum. Quippè tunc obiectio malitia sit omnino inuolūtaria. Sed eligit voluntas rem, vt putatur inuincibiliter bona: vnde ex parte voluntatis est integra bonitatis causa. Et ideo hanc conclusionem tenēt contra *Martinū de Magistris, & Angelum, Almainus lib.1.moralium, c.4. Corduba in suo quaest. lib.2.q.23.propos.1. Azor tom.1.institut. moral.lib.2.c.8.q.vltima, Salas ea sect.3.n.20.qui nu.21.*

F benè

benè ait, si conscientia errans dictet esse actum indifferentem, non fore indifferens. Quia verior sententia tenet actum indifferentem non posse dari.

CAPVT XII.

Qualiter pueri, amentes, ebrij, infideles, ad generalia præcepta teneantur: & forenses, & peregrini ad loci consuetudines, & leges, quando extra illum sunt: vel ad loci per quem transeunt leges.

SVMMARIVM.

Aliud est lege non obligari, & ab eius transgressione excusari, numero 1.

Pueri ante rationis vsum nullis legibus astringuntur, nu. 2.

Quid de perpetuo amentibus, vel ijs qui aliquando sui compotes fuere, num. 3.

Quid si in sola aliqua speciali materia amentes sint, nu. 4.

Infideles non ligantur præceptis Ecclesiæ, sed benè naturalibus, num. 5.

An pueri statim ac vsum rationis habent, teneantur legibus Ecclesiæ, & qua ætate id contingat, nu. 6.

An semel in anno non fatentes sint excommunicandi, ac pœnis cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. plectendi nu. 7.

An pueri rationis vsum habentes sint excommunicationis, & irregularitatis capaces & infantes & amentes claudantur sub interdicto, nu. 8.

An infantibus possint dari carnes, & lacticinia diebus vetitis, numero 9.

An possint hi, & amentes, ebrij, diuinis interesse interdicti tempore, num. 10. Et sepeliri in Ecclesia, num. 11.

An possint pueri, puellæ & amentes intra monasteria admitti? Remissiuè, num. 12.

An prædicta liceant, quando dubitatur, an pueri vsu rationis gaudeant, num. 13.

An infidelibus, & cathecumenis possint cibi vetiti dari, n. 14. An teneantur præcepto Eucharistiæ, nu. 15.

An amentibus possint dari cibi vetiti, nu. 16. Et teneantur hi, & ebrij præcepto audiendi sacri, nu. 17.

An possint domini facere, vt serui infideles, amentes, aut infantes laborent in die festo, nu. 18.

Peregrini mutantes domicilium non tenentur legibus prioris sed posterioris, num. 19.

Quid, si eo semel constituto animum mutent, nu. 20.

An quando non mutant domicilium, at leges transitus sunt eadem & domicilij teneantur illis, nu. 21.

Quid, si in loco domicilij id præceptum impleuerint, nu. 22.

An vagi teneantur legibus loci, vbi reperiuntur, nu. 23.

An sit idem, quando sunt diuersæ leges in diuersis oppidis, & in diuersis parochijs, nu. 24.

Quid, si ex non obseruantia sequatur scandalum, nu. 25.

An peregrini teneantur legibus patriæ, quando ab ea etiam breui absunt, nu. 26. & 27.

Quid, si sint leges iuris communi, nu. 28.

Lusitanis per Castellam transeuntibus, an liceat die Sabbati intestinis vesci, nu. 29.

Exteri, an possint Mediolani in quatuor primis quadragesimæ diebus vesci carnalibus, nu. 30.

An liceat egredi domicilio in festo ad locum vbi non est festũ, ad laborandum non audito sacro, nu. 31. & 32.

Abiens ex loco, vbi nõ ieiunatur, ad locum vbi ieiunatur, possitne manè ientaculum, & carnes sumere, nu. 33.

Quid è contra, si abeat ex loco, vbi ieiunatur, in locum vbi non ieiunatur, nu. 34.

Quid si hæc absque alia causa fiant, præterquam in fraudem præcepti, ad eximendum se illo, nu. 35.

An quando sunt diuersæ leges domicilij, & transitus, teneãtur peregrini legibus loci transitus quoad contractus in eo celebratos, & quando leges sunt in eius oppidi bonum, nu. 36.

Quid extra hos casus? Refertur quædam sententia, nu. 37.

Sententia Authoris explicatur, nu. 38.

Quid si eæ leges sint iuris cõmunis, & in proprio domicilio sint abrogatæ, num 39.

Quid si quis in duplici oppido aut parochia domicilium habeat, num. 40.

Quando in hospitij loco mora exigatur, vt peregrini legibus peculiaribus illius teneantur, nu. 41.

An teneantur ex puncto ingressus cum animo ibi morandi toto eo tempore quamuis postea animum mutent, nu. 42.

1 PRæmittendũ est, aliud esse nõ obligari lege, & aliud a legis transgressione excusari. (Vt diximus lib. 9. de matr. disp. 32. n. 2.) Nã ignorãs legẽ sufficiẽter promulgatam obligatur illa: at dum ignorat, excusatur ab eius transgressione. Incolæ autem loci, in quo nõ est sufficiẽter promulgata, aut non recepta, minimè illa ligantur.

2 I. Cõclusio sit. Pueri ante rõnis vsum nulla lege diuina, naturali vel humana obligari possũt. Quia cũ per se sint ea ætate vsus rõnis incapaces, nondũ legalis vinculi, qd est præceptũ quoddã rõnale, capaces sunt. Hãc tenẽt *Palud. 4. dist. 15. q. 5. ar. 1. n. 7. & ipsum sequutus Paez. c. Missas n. 62. de cõsecrat. dist. 1.* vbi aiũt hos non magis obligari aliqua lege, quã bruta. Eandẽ tenent *Sotus li. 2. de iust. q. 3. art. 9. col. 4. Medina 1. 2. q. 94. art. 1. col. 2. Suarez 3. tom. in 3. p. quæst. 73. ar. 3. disp. 40. sect. 2. vers. Et iuxta hanc Azor tomo 1. lib. 7. instit. moralium c. 40. q. 6.*

3 II. Cõclusio. Amentes siue qui aliqñ sui cõpotes fuere, siue perpetuo amẽtes, tenẽtur legib. naturalibus, diuinis, & humanis, ex ea ætate, qua vsus rõnis accidere solet, etsi a legis trãsgressione, ac pœna excusentur. Hæc conclusio placet multis neotericis doctissimis. Et prior pars ex se cõstat. Quia ij amẽtes fuere aliqñ lege obligati; & cũ lex eãdẽ obligãdi vim retineat, nõ est cur dicamus eos illa deobligari, sed ratione defectus deliberationis ab eius trãsgressione excusabũtur. Sicut ignorãtes ratione ignorãtiæ excusantur. At de perpetuo amẽtibus vr maior difficultas; q videãtur sicut pueri, quib. nõdũ vsus rationis aduenit. At differẽtia inter eos est, q infantes ea ætate suapte natura vsus rationis incapaces sũt ac proinde nõ est dicẽdũ eos excusari. Quod est velut quędã priuatio, ac ideo subiectũ suapte natura obligationis capax requirit: sed dicẽdũ est nõ obligari, q q̃dã negatio est. At ppetuo amẽtes, vbi iã infantiæ ætatẽ excedũt, suapte natura vsus rationis capaces sunt, & ex quodã solo accidẽti illo priuãtur: & ideo verè dicũtur per modũ priuationis a legis transgressione excusari. Sicut catulus ante nonũ diẽ nõ dicitur cæcus, sed nõ vidẽs. Quia nondũ est capax visus; secus si post nonũ diem non videat; tũc enim dicetur cæcus, vtpote qui iam vsus capax erat.

4 Hoc tamen intellige de simpliciter amentibus; ij enim, qui in quadam sola materia tales sunt, at in cæteris rationis vsu perfruuntur, nõ excusantur a legum obseruatione, in ea materia, in qua sunt sui compotes. Vt probaui lib. 1. de matrim. disp 8. nu. 24.

5 III. Conclusio. Infideles nullis Ecclesię legibus tenentur, sed benè tenentur naturalibus. Quia extra Ecclesiæ potestatem sunt. Hæc definitur *cap. Gaudemus de diuort.* Et fatentur omnes.

6 IV. Conclusio. Pueri dum ad vsum rationis perueniunt, quod communiter septennio completo accidere solet (vt probaui lib. 1. de matrim. disput. 16. nu 2) tenẽtur omnibus Ecclesiæ legibus, præter ieiunij, & Eucharistiæ legem: de qua lege suis locis dicetur. Hæc est contra *Sotum 4. distinc. 12. quæst. 1. artic. 11. ad finem corporis,* vbi ait pueros non teneri ad Ecclesiasticum confessionis præceptum, nec ad reliqua Ecclesiæ præcepta vsque ad annum duodecimum, & contra *D. Antoni. 2. par. tit. 9. cap. 8. §. 2.* dicẽtem, pueros non teneri confiteri vsque ad decimum & dimidiatum annum, & aliquantulũ vltra: & feminas vsque ad nonum & dimidiatum annũ, & aliquantulum vltra. Et contra *Emanuel Sà sum. verb. Confessio nu. 3.* dicentem confessionis præceptum minimè obligare vsque ad pubertatem. Et contra *Henriquez l. 8. de Euchar. c. 42. n. 4. in initio,* vbi ait, pueros nõ statim ac rationis vsum habent, obligari præceptis Ecclesię. Et *lib. 13. de excom. c. 49. n. 2. in commento lit. N.* vbi ait cum *Ledes. 2. p. 4. q. 17. art. 6. dub. 2. in fine,* consuetudinem habere, vt parum post rationis vsum lacticinia eis in diebus vetitis dentur. Sed nostra conclusio, quoad confes-

sionis

ionis præceptum, probatur ex *c. Omnis vtriusque sexus. de pæn.* vbi præcipitur, vt oẽs fideles cum ad discretionis annos peruenerint, singulis annis fateãtur. Nec obstat dem ibi decidi de cõione annua, quam non obligare pueros constat, donec perfectiorem rõnis vsum adepti sint. Quia ex ipsomet contextu constat diuersimode fuisse annos discretionis in vtroque præcepto. Quia in cõfessionis pcepto id absolutè dicitur: at in præcepto cõionis dicitur, vt reuerenter accipiant cõionem. ad quod maior discretio desideratur. Insuper dicitur, nisi de cõfessoris consilio differenda communio videatur. At omnis prudens confessarius id consuetudine Ecclesiæ attestante iudicat. 2. quia Ecclesia præceptũ annuæ cõfessionis imponens, solum tempus implendi præcepti diuini de cõfessione determinauit. At iure diuino omnis rõnis vsum habens ad peccandũ, si mortaliter peccet, tenetur fateri. Quippe nullum aliud medium pec cato mortali post baptismum commisso expiãdo Christus reliquit, præter confessionis sacramentum. Ergo & iure Ecclesiastico ad cõfessionem annuam tenetur. De reliquis Ecclesiæ præceptis cõstat etiam. Quia cum pueri hi vsu rationis gaudeant, ac proinde legalis obligationis capaces sint, sicut lege naturali obligantur, ita & ecclesiastica. Nec enim ius aliquod, aut recepta consuetudo eos excipit. Et ita loquentes de confessionis præcepto tenent multi quos referunt ac sequuntur. *Sotus in 4. d. 18. q. 1. ar. 3. ad fin. in corp. Nau. Sum. c. 21. nu. 33. Enriq. l. 4. de pæn. cap. 5. nu. 2. Suarez 4. to. in 3. p. disp. 36. sect. 1. nu. 3. Azor to. 1. li. 7. instit. moral. c. 40. q. 6. & c. 41. q. 10. Valentia 4. p. disp. 7. q. 9. punct. 4. in fin.* Et idẽ tenent de præcepto audiendi sacri *Palud. & Paez, vbi n. eos allegans. Sylu. verb. Missa 2. q. 1. Nau. sum. c. 21. n. 1. Azor alios referens to. l. 7. instit. moral. c. 2. q. 1. Suar. proxime alleg.* Et de aliis Ecclesiæ præceptis, vt de abstinentia carnibus, & lacticiniis tenẽt *citatis Innoc. & alij. Azor to. 1 l. 7. c. 28. q. 2. in fi. Cord. Sum. q. 60. d. 4. vers. y quanto al o comer, Man in bulla Cruc. §. 6. nu. 2. Ant. Gom. in ead. bulla, clausula 7. nu. 16. & 17.* Idem docent loquentes de abstinentia à carnibus, *Angles Flor. 1. part. q. 6. de ieiunio effic. 6. in fi. Suar. proxime alleg. Enriq. l. 4. de pæn. cap. 5. num 2. in commento, lit. M.*

Id tamen fatendum est, pueros qui xii. annum nati non sunt, omittentes annuam confessionẽ, non plectendos esse pœnis statutis in *cap. Omnis vtriusque sexus, de pænit.* nẽpe, vt arceantur ab Ecclesiæ ingressu, & Ecclesiastica sepultura careãt, nec esse excõicandos. Quia cum alij tardius, alij citius rationis vsum attingant, noluit pia mater Ecclesia eos censuris ad sua præcepta ser anda cogere vsq; ad eam ætatem. Quod colligitur ex *l. 1. de delict. puer.* vbi pueros delinquentes nõ pœna ordinaria plectendos esse decernitur. Sic tenent dicentes, donec puer duodecimum, vel decimumquartum annũ actus sit, *Sotus 4. d. 18. q. 1. art. 3. ad fin. corporis, Azor to. 1. 7. instit. moral. c. 40. q. 6.* & dicentes vsque ad annũ xii. *Corduba sum. q. 60. dict. 4. Valentia 4. p. disp. 7. q. 9. punct. 4. in fi. Enriq. l. 8. de Eucharistia c. 41. in fi. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 57. n. 1.* Et non incurrere donec puer ita perfectum rõnis vsum habeat, vt ad communionẽ obligetur, docet *Suar 4. to. in 3. p. disp. 56. sect. vlt. in fine.*

Non tamen in vniuersum id habet verum: si enim puer doli capax clericum percutiat, incurret excommunicationem. Vt constat ex *cap. Pueris iuncta glo. verbo Pueris, de sent. excom.* & tradunt multi, quos referunt, & sequuntur *Enriquez l. 8. de Euchar. cap. 42. comment. vlt. Azor to. 1. l. 7. instit. moral. c. 41. q. 10.* Et si aliũ occidat, erit irregularis. Vt colligitur à contrario sensu ex *Clem. Si furiosus, de homic.* & cum alijs docet *Sylnest. verbo Homicidium 3. q. 1. dict. 5. & q. 2. dict. 3.* Atque si populo sacris interdictum sit, comprehenduntur etiam pueri doli capaces, *Syluest. verbo Interdictum 2. nu. 18. Corduba Summa q. 60. dict. 3. Azor ea. q. 10.* At non comprehenderentur non doli capaces, nec omnino amentes. Vt alijs relatis tradit *Enriquez l. 13. de excom. cap. 42. nu. 3.*

9 Ex dictis deducitur 1. pueris nondum vsus rationis adeptis posse licitè quibusuis diebus porrigi carnes, & lacticinia. Quia (vt nu. 2. diximus) nullis legibus astringuntur. Ita *Caiet. 2. 2. q. 147. artic. 8. dub. 1. in fi. Corduba sum. q. 60. d. 4. & 5. Angles, Manuel Ant. Gom. num. 6. allegati, Pedraca in sum. 5. præcepto, §. 14. in fi. Azor to. 1. l. 7. instit. moral. c. 28. q. 3. Emanuel Sa sum. ver. Ieiunium, in fi.* Et D. D. quos nu. 6. retuli dicentes etiam post rationes vsum id licere. Vnde non approbo, quod ait *Toledo in sum. l. 6. c. 3. nu. 4. ver. 3.* nempe, licere his porrigi lacticinia, non tamen carnes. Et quãuis *Caiet. Azor, Manuel, Ant. Gom.* licete hæc pueris porrigere tribuant consuetudini, & ita *Corduba ea. q. 60. dicto 4.* ait id licere vbi consuetudo id habet; credo tamen nullam illius rationem habendam, sed hoc ideo verum est: quia hi nullis legibus astringuntur.

10 2. Deducitur pueros, vsu rõnis carentes posse diuinis assistere in loco interdicto, secus si vsum rationis habeant. Hoc est cõtra *Syl. ver. Interdictum 2. q. 17. & Nauar. sum. Hisp. c. 28. addit. ad nu. 174. c. 27. Cordubã sum. q. 60. dict. 3. in init.* qui aiunt neutros assistere posse. Et contra *Henriq. l. 13. de excom. c. 49. n. 2* dicentẽ posse assistere, etsi rõnis vsum habeant. Sed rõ nostræ snĩæ est, qa solum assistẽtia humana, & rõnalis interdicitur: alia enim nil ad diuina celebrata refert, sed perinde est ac si bruti. At ea solũ est in habentib. rationis vsum. Et ita docent *Couar. c. Alma mater, 2. p. §. 4. nu. 5. vers. 12. Manuel in bulla Cruc. §. 5. n. 14. Suarez. 5. to. in 3. p. disput. 34. sect. 1. num. 34.* vbi meritò reprehendit *Couarruuiam*, cui inhæret *Manuel*, & videtur inhærere *Corduba ea. q. 60. dicto 3. in fin.* quod statuat mediũ inter pueros nõdum rõne vtentes, & illa vtentes: & ita dicit pueros qui etsi doli capaces non sunt, percipiunt tamen aliqua ex parte, & norunt Missam ad Dei cultum, & religionem spectare, non posse tempore interdicti adesse. At bene *Suarez* id medium esse negat, & dicit eos excludendos, si ita ratione vtantur, vt peccati capaces sint secus non. Eadem ratione amentes, ac ebrios rationis vsu omnino destitutos credo posse tempore interdicti interesse. Quod nequeant modo humano adesse, sed vt infantes.

11 At nequeunt siue infantes, siue amentes in loco sacro tempore interdicti sepeliri. Quod locus interdictus nullum corpus ad mittere possit. Sic *Couar. & Corduba nu. praeced. relati, & alios referens Henriq. l. 13. de excom. c. 42. nu. 3. & c. 49. num. 2. Suar. 5. to. in 3. p. disp. 35. sect. 1. nu. 2. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 7. c. 28. q. 3.*

12 An verò infantes, & puellę vsu rationis carentes, & amẽtes puberes possint intra monasteriorũ monialiũ, aut virorũ septa admitti: dicemus l. 6. tractãtes de voto obediẽtiæ, vbi late agemus de monasteriorũ clausura.

13 3. Sed quæres, an in dubio pueris ne rationis vsu gaudeant, liceãt quę ante rationis vsum licere diximus? Sic distinguendũ est, si nondum septennes sint, ea licent: secus si septennes sint. Quia cum vsus rationis septẽnio completo, cõiter accidat, non præsumitur in dubio ante id tempus, secus post. Vt probaui l. 1. de matr. disput. 16. n. 10. & 11. Vnde bene ait *Pet. de Ledesm. de sacram. vbi de pæn. c. 8. fol. 480.* pueros septennes in dubio vsus rationis teneri ex Ecclesiæ præcepto fateri. Et quamuis idem videatur de nõ septẽnibus dicere, id non credo. At credo teneri hos iure diuino in articulo mortis fateri, ob æternæ damnationis periculum, si forte rationis vsum habeant, & peccato lethali infecti sint.

14 3. Deducitur, posse infidelib. cibos vetitos in die ieiunij dari. Quod nullis Ecclesię legib. subdãtur. Sic *Azor to. 1. instit. moral. l. c. 28. q. 3.* & idem de cathecumenis est dicendum. Quia ante baptismum illis nemo ligatur.

15 Sed de diuino Eucharistiæ sumendæ pcepto est difficultas. Affirmat eos illo teneri, *Suar. 3. to. in 3. p. q. 80. ar. 11. disp. 69. sect. 2. dub. 1.* dicit ait in fi. vitæ eos Eucharistiam omittentes iretiri duplici omissione lethali, altera baptismi, altera Eucharistiæ. Quia verba Christi imponentis hoc pceptum, *Io. 6. Nisi manducaueritis, &c.*

sunt generalia; & loquebatur cum omnibus audientibus quorum aliqui infideles erant: & diuinæ Christi legem ferentis potestati omnes subsunt. Sed placet cum *Soto 4. d. 8 q. 1. art. 3. concl. 1.* eos etsi cathechumeni sint, non ligari hoc præcepto: ac proinde voluntariè omittentes baptismum, sola huius omissionis culpa ligari. Quia sacramentorum dempto baptismo præcepta, vtpote legis nouæ propria, solos baptizatos obligant, qui per baptismum effecti sunt Ecclesiæ membra. Sicut voto religionis ligatus peccat non ingrediens, at ante ingressum non tenetur regulari instituto.

16 4. Deducitur, quid de amentib. sentiendum sit. Vnde enim peccare ministrantes eis cibos vetitos in die ieiunij: quamuis ipsi amentes peccādi incapaces sint. Sicut eos ministrās ebrio delinqueret, etsi ebrius non peccet. Nec obstat amentiam esse perpetuam, & absque culpa incurri ebrietatem verò temporaneam, & culpabilem. Quia impedimentum temporale, & culpabile ita excusat tempore, quo durat, sicut perpetuum excusat perpetuò. De hac re egit *Azor tomo 1. instit. moral. l. 6. c. 28. q. 3.* & tantum dixit fas esse ministrare hos cibos perpetuò amentibus, vbi fuerit recepta hos ministrandi consuetudo. Vbi clarè videtur sentire seclusa consuetudine nō licere. Nec loquitur de temporaliter amentibus. *Angles* verò *Floribus 1. p. q. 6. de ieiunio, diffic. 6. in fi.* dixit absolutè licere cibos hos amētibus porrigere. Cui assentior, ac credo ex natura rei id licere. Quia si amentes sint ad tempus, vel in vna sola materia, aut lucidis interuallis fruantur, cùm recuperandæ salutis spes adsit, & amētia sit morbus grauissimus, indigent cibis salutaribus, vt carnibus. Et ita duo medici peritissimi à me consulti id dixere. Quod si amētia sit perpetua, ac salus desperetur, dixere adhuc hi duo medici eos his cibis indigere sicut perpetuo paralyticos. Nec cibis minus salutaribus augeatur humor ille melancholicus amentię causa, & aut amentiam augeat, aut citius amentes enecet. At esto illi cibi necessarij non essent, cum hi perpetuo excusentur, ac præcepti incapaces sint quando sunt perpetuò amentes, iure optimo reputamus eos, vt infantes rationis vsu carentes, vt vel sic credendum sit, Ecclesiam habere illos, vt omnino suis legibus solutos: ac proinde potuerunt illis hi cibi ministrari. At ebrijs credo non posse. Quia ebrietas non est morbus his cibis indigens, & est temporalis, breuisque priuatio vsus rationis.

17 A præcepto aūt sacri audiendi ita excusatos amētes, & ebrios tepuro, vt illorum curā gerentes non teneātur efficere, vt ij sacro intersint. Quia id præceptū obligat assistere præsentia humana, & rationali, quali hi nequeūt interesse. Præterea perturbarēt officiū diuinū. Quare benè *Nauar. Sum. Latina c. 21. nu. 2.* dicit, solos sui cōpotes teneri sacro adesse. Intelligo aūt de absolutè amētibus, nā qui in aliqua speciali materia. Missam nō tangenti amentes sunt, cum circa illam & reliqua vsu rōnis gaudeāt, peccabūt, nisi Missæ intersint. Vt num. 4. dixi.

18 An verò possint domini efficere, vt serui infideles, aut fideles, qui amentes, aut infantes sunt, exerceant in festis seruilia, dicemus circa 3. Decalogi præceptum.

19 Superest de peregrinis, seu forensibus disputare. De quibus duplex est quæstio. Prior, an teneantur legibus, & consuetudinib. sui domicilij, dum ab eo absunt. Posterior, an teneātur legibus, & consuetudinibus loci, per quem transeunt, aut in quo ad tempus tanquam hospites commorantur. De vtraque latè egimus lib. 3. de matrim. disput. 18. à nu. 3. Et ideo authores, & rationes illuc remittemus, addendo aliqua. Atque procedit vtraque quæstio, quando hi non diuertunt aliò animo mutandi domicilium, sed solam præsentiam, seu assistentiā ad tempus. Nam quando animo mutandi domicilij, constat eos non teneri in posterum peculiaribus prioris domicilij legibus sed posterioris. Quia efficiuntur posterioris solius subditi.

20 Semel tamen constituto domicilio, non desinūt obligari legibus illius, sola mutatione animi habitādi illic, ac recedēdi, donec re ipsa recedāt. Quia domicilium semel acquisitū non amittitur solo eo animo, sed ipse recessus exigitur, vt probauimus *l. 3. de matr. disp. 23. nu. 2.* Et ita benè docet *Leonl. 4. de iust. c. 2. dub. 7. nu. 46. in fi.*

21 Nec similiter quæstio vtraque procedit quando eædem sunt leges, seu consuetudines in loco domicilij, & in loco transitus, tunc enim tenebūtur hi peregrini eas seruare. Quod vniuersi DD. supponere videntur, dum disputantes de hac re, eam tractant, quando vtrobique sunt diuersæ. Et ita meritò dixit *Suarez tomo 1. de relig. l. 2. c. 14. num. 15.* absurdum esse dicere, hos non teneri: cum nulla sit causa eos excusans. Quo autem iure teneantur, dicemus nu. 38. in solutione ad 6.

22 Excipe tū, nisi hi, siue domiciliū, siue assistētiā mutantes præceptū id vtrobiq; obligans iam in suo oppido impleuerint, nō n. tenētur amplius ad id. Vt Montellæ est consuetudo vt præcepto cōmunionis obligāti ex iure cōi in paschate, satisfiat quocumque quadragesimæ die, qui aliqua ex his dieb. Montellæ illi satisfecere, quā tis mutent domiciliū ante pascha in locū, vbi ius cōe viget, non tenentur in paschate communicare. Similiter si expleuerunt ieiunium quadragesimæ vel vigiliæ, vel seruarunt festum in suo oppido, non tenentur ad hæc pcepta, etsi motet domicilium in locū, vbi id ieiunium nō est peractū, vel vigilia illa, & festum nondū incidere. (Quod sępe cotingit rōne noui Calendarij, quod non est vbiq; receptum.) Quia ea præcepta solum obligant ad semel explendum, vtpote quæ prorsus eadem sunt. Et ita docet optimè *Leonard. eod. dub. 7. nu. 52.*

23 Neutra ēt quæstio procedit de vagis. Quia hos existimo teneri omnino legibus, & consuetudinibus solius loci, in quo ēt obiter reperiuntur. Qvia cum nullum peculiare domicilium habeant, fortiuntur illud quoad oia in loco, in quo reperiuntur. Item quia nequeunt aliter acquirere iura, siue effectus domicilij: & alias dicendi essent exempti ab omnibus legibus municipalibus, & Episcopalibus. Quod rectæ eorum gubernationi aduersatur. Et ita docet *Sotus 4. dist. 18. q. 4. art. 2. col. 9. versi. Est hic tamen annotandum.* Et tamquam certum supponit *Suarez d. c. 14. nu. 29. & 20.* Quare non approbo q́ ait *Leonard. eod. c. 2. dub. 7. nu. 49.* vbi sentit idem prorsus dicendum de vagis, ac de peregrinis habentib. alicubi domicilium, & ita dicit retenta sent. dicenti peregrinos non teneri legibus loci transitus, vel hospitij ad breue tps, idem esse de vagis sentiendum. Quod eadem de vtrisq; rō sit. At diuersam esse rōnem satis probatū est. Dicuntur aūt vagi, qui nullibi sedem certam, & cōstantem hñt, sed hinc inde vagantur. Similiter etiā qui pristinum domicilium deserentes nauigant, aut iter faciont quærentes vbi sedem collocent. Quod non tm̄ est verū, quando nondū destinarunt vbi sedem collocent, sed etiam qñ id destinarunt, at nondum illuc peruenere, vt probauimus l. 3. de matrim. disp. 25. nu. 1. 2. & 3.

24 Procedit aūt æquè vtraq; qō, qñ in diuersis eiusdem oppidi parochijs sunt diuersæ consuetudines obligantes, vt Romæ, & alibi contingit. Vt si in vna sit aliqua dies festiua, aut ieiunij, in alia aūt non. Qvia eadem est rō de consuetud. ad tps breue, aut per transitum ex sua ad aliā parochiā, ac de peregrinis existētibus breui, aut per modū transitus in alio territorio. Et ita docent *Suarez, tomo 1. de relig. l. 2. c. 13. nu. 2. & 6. Leonar. li. 4. de iust. c. 2. dub. 8. nu. 55* Obiectionē contra hoc soluam nu. 40.

25 Tandem neutra quæstio procedit, vbi ex non obseruantia talia legum, aut consuetudinum orietur scandalum. Tunc enim ex naturali huius vitandi præcepto teneretur quicumque existens ea seruare.

26 His ergo præmissis, qō prior est. An peregrini teneātur legibus & consuetudinibus proprij domicilii, qñ ab eo absunt, nec vbi reperiuntur, ea obligant? Quidam aiunt hos teneri. Quos & corā rōnes retuli l. 3. de matr. disp. 18. num. 17. vbi dixi id esse probabile. At ibi nu. 18. amplexus sum ac probabilius, & nunc amplector eos nō obligari. Atq; rationē ibi allatā amplius declarādo, probatur,

probatur, quia leges, & consuetudines localia respiciūt per se, & directè territorium, ac illius mores, & illi sunt affixa, & ideo non ligāt personas subditas, nisi dum intra illius territorij in quo vigent, limites existunt. Et vltra DD. ibi relatos. tenent hoc *Suar. eo. c. 13. a nu. 2. & c. 4. nu. 25. & nu. vlt. Leonar. eo. cap. 2. dub. 8. nu. 54. Azor. to. 1. institut. moral. l. 7. c. 30. in fi. Emmanuel Sà in sum. ver. festum, nu. 9. Sayr. in claui reg. lib. 7. cap. 3. num. 11. & 12. Rebellus de iust. p. 2. lib. 2. q. 7. sec. 3. nu. 5.*

Atque hæc sent. est vera, etiā si hi sint noctu reuersuri ad proprium territorium. Quia cum, ea sint ijs terminis stricta, nō spectatur ad hanc exemptionē duratio, sed absentia Sic *Suar. eo. c. 14. nu. 25. Leonard. eo. c. 2. dub. 8. n. 55.* Ex qua rōne, quam *Suarez* ibi tradit, colligitur idē dicendum de quantumuis breui absentia, illo enim momento quo sunt extra terminos, non ligantur.

Est etiam vera, etsi leges in horum territorio obligātes sint iuris cōis, quando. n. hi ad locum perueniunt, in quo sunt vsu abrogatæ, non ligantur illis. Quod ea iuris relaxatio vsu in eo oppido inducta introduxerit ibi priuilegium quasi locale, vt omnes eo viantur, qualiter ibi reperiantur. Idque probatur ex *D. Aug. relato c. Illa, d. 12.* monentis indistinctè quempiam conformari vsui illorum, apud quos est. Et tenet *Suarez eo. c. 14. in fi.* Idem tiam tenent *Rebellus citatus num. præced. & Petr. de Ledesm. de matr. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. vlt. fol. 158.* quatenus aiunt Hispanum, vbi ios commune Concilij Tridentini viget, posse apud Gallos, vbi non est receptum, iure matrimonum absque parocho, & testibus. Idem DD. duplici num. seq. referendi, nam leges de quibus agunt, sunt iuris communis.

Hinc deducitur 1. Lusitanos, apud quos cōe abstinēti ab aīalium intestinis die Sabbati ius viget, posse per Castellam in qua vsu est abolitum, transeuntes vesci ijs. Ita tenent DD quos retuli, & secutus sum lib. 3. de matrim. disp. 18. nu. 19. & *Leonard. eo. c. 2. dub. 8. nu. 55.*

2. Deducitur, alienigenas posse Mediolani vesci carnibus in primis 4. diebus quadragesimæ, vbi ex recepto ti eduntur, nec cœpit ieiuniū quadragesimale, etsi in suis locis ius cōe abstinendi ab ijs, & ieiunandi vigeat. Constat ex ratione adducta, nu. 28. Et docet *Leonard. eo. c. 2. dub. 8. nu. 59.* vbi ob eandē rationem optimè etiā ait, proficiscentē duranti quadragesima in suo oppido, ad loc in quo est transacta (quod sæpè accidit ob nouum Calendarij non vbique receptam mutationem) non teneri eam complere in hoc posteriori loco, sed posse carnibus vesci. Quia eadem ratio militat.

3. Deducitur, integrū esse recedere a proprio domicilio, in quo dies est festiua, in locum vbi festiua non est, ad seruilia exercenda. Quòd præceptū non interdicat exitū a loco, in quo obligat, nec extra illū astringat eius illius loci incolas. Quod docent authores quos retuli lib. de matr. disp. 18. nu. 21. & *Suar. to. 1. de relig. li. 2. c. 13. n. Leonar. eo. dub. 8. n. 55. Sayr. in claui regia, l. 7. c. 1. n. 12. Emman. Sà in sum. ver. Festū. n. 9.* Atq; idem optimè docent *Suar. & Leonar. ibi*, qū festum est in vna oppidi parochia, in altera verò non est, possunt. n. subditi parochiæ, in qua est festum, laborare extra illius limites. Quod est consentaneum ijs, quæ nu. 24. diximus.

Sed quidā ex ijs DD. (vt retuli ea. disp. 18. nu. 21.) tenent huc egredientē mane diei festiuæ obligari ad audiendū sacrū. Eorum rōnem ibi retuli. Idē tenent *Sayr. & Emm. Sà nu. præced. relati.* At quāuis hoc sit valde probabile; at esse quoque valde probabile cū quibusdam doctis neotericis dixi contrariæ rōni ridens, hos nō teneri ad sacrum, si duranti adhuc implendi præcepti conditate sint futuri extra limites oppidi aut parochiæ, quib. est festum. Quod idem met referēs dicit esse valde probabile *Leonar. eo. dub. 8. nu. 56.* Sed *Suar. to. 1. de relig. li. 2. c. 15. nu. pen.* ait hoc esse ingeniosè excogitatum, non admittendū, 1. Quia in re morali non est facilè a cōi sntia recedendum, 2. Quia sic lıbērt pia populorum in fructudo; nec est illis ansa minuendi cultus danda,

3. quia hoc præceptum tanquam affirmatiuum, nec exigit, nec cōcedit aliquam certam temporis latitudinem, pro qua possit eius obseruantia differri; sed obligat quā primum seruari potest, si postea implendum non sit. Et *nu. vlt.* id limitat, vt intelligatur, quando potest quis in eo casu hora matutinam sacrum audire, ante abitum ad laborem, secus si non esset sacrum vsque ad meridiē. Sed adhuc censeo valde probabilem eam sent. Nec obstat prima ratio in contrarium. Quia ratione optima recediturab ea sent. quin potius non omnino receditur, sed limitatur: & fortè si DD. contrarij illam expendissent, sic limitassent. Nec II. obstat. Quia etsi ea consuetudo sit pia, & valde commendanda, non est cur dicamus ita eam obligare, vt damnandi sint oppositum facientes. Nec vltima obstat, quia in prædicto loco eam posui, & respondi tunc solum teneri quempiam præuenire audiendo missam mane diei festiuæ, quando manenti vi præcepti, & subiectione ad illud, est reliqua tēporis parte impediendus: secus quando intra præcepti tempus est ab illo eximendus.

33 4. Deducitur, mane proficiscentem ex oppido, vbi non ieiunatur, posse carnibus vesci, vt reliquos, etsi meridie ad suum domicilium peruenturus sint, in quo est dies ieiunij: & si id violarit, non tenetur abstinere ab aliis comestionibus postquam peruenit ad domiciliū; secus si nondum violarit. Sed in neutro casu potest illa die vesci carnibus in loco domicilii. Hoc probaui ea. disp. 18. nu. 25. Et tenet *Leonard. eo. dub. 8. nu. 57.*

34 Tandem deducitur, abeuntem mane domicilio, in quo ieiunatur, certumque illa die se peruenturum ad locum ieiunio non subiectum, posse mane ientaculum sumere, at nequire carnibus vesci, donec sit in loco, vbi eæ eduntur. Hoc probaui ea. dispu. 18. nu. 22. & tenet *Leonard. eod. dub. 8. nu. 58.*

35 Quidā limitant omnia hæc corollaria, & nostrā sententiam, vt intelligantur, quando proficiscens in loca, vbi eæ leges non vigent, ducitur causa iusta: secus quando solum, vt libere possint eis contrauenire. Sic tenent aliqui, quos retuli ea. dispu. 18. nu. 19. dicentes fore irritum matrim. initum ab Hispano in Gallia, absque parocho, & testibus, quando eò ea sola causa adijt, vt sic inire posset. Quod sit fraus decreti Tridentini, quę nemini suffragari debet. Idemque sequitur *Rebellus de iust. p. 2. lib. 2. q. 7. sect. 3. n. 16.* & videtur tenere *Sayro in claui reg. lib. 7. c. 3. nu. 12.* nam dicens integrum esse die festiua adire ad laborandum, locum vbi festiua non est subdit debere abesse omnem fraudem, & adesse vrgentē causam. Sed hanc limitationem improbaui eo. num. 19. & nunc improbo. Nec apponunt reliqui Doctores huius sent. Et expresse *Suar. to. 1. de relig. lib. 2. c. 13. nu. pen.* tenet hanc fraudem nil obesse. Quod nō sit propria fraus sed quædam obligationis præcepti fuga, quæ cum non aduersetur præcepto illam non interdicenti, sed solum obliganti, dum non receditur ab eo loco, est ex se indifferens, & proinde erit bona, aut mala ex fine adiuncto. Item quia fraudem committere non dicitur vtens iure suo. Vt ibi ex regula iuris, & simili quodā adducto probaui. Ergo cum hic ius egressus ab eo loco habeat, vi potestate nullo iure sibi interdicti, non dicitur fraudem committere, vt vel sic dicatur illius legis transgressor. Nec valet solutio, quam adhibet *Rebellus ibidem*, nimirum, hunc habere ius abeundi, non tamen violandæ legis qua tenetur, & quam censetur offendere abiens absque alia iusta causa. Non (inquam) valet, quia hic non velit contra legem, vtpotè qui, vbi obligat, eam non violat, sed extra locum, quando iam non ligat.

36 Quæstio posterior. An quando diuersę sunt leges, aut consuetudines in proprio territorio, & in loco, ad quē peregrini diuertunt, siue per modum transitus, siue hospitij ad breue tempus, teneantur seruare leges, aut consuetudines, quæ obligant in loco transitus, aut hospitij, dum in eo morantur. Vt si in suo domicilio nō erat dies festiuis, aut ieiunij, sit autem talis in hoc po-

steriori loco, teneātur dum in hoc sunt, seruare festum, aut ieiunium? Et quidem duplex est casus, in quo concordant authores teneri. Prior est, circa solemnitates, & conditioner contractuum. Quippe sunt ab vniuersis seruanda, quæ in loco contractus obligant: dempto cōtractu dotis, cui peculiare est, vt ineundus sit iuxta leges domicilij viri. Sicut vtrunq; ex textibus, & authoribus probaui lib. 3. de matrim. disp. 18. n. 10. & 11. Posterior est, quando legis transgressio cederet in peculiare illius oppidi damnum. Vt si lex inde triticū, aut alias merces extrahi vetet, aut peregrinor vltra tale tēpus ibi detineri, ob illius oppidi bonū. Quod probaui ea disp. 18. nu. 14. Qualiter autem possit hæc lex obligare, dicemus nu. 38. in sol. ad 6.

57 Difficultas ergo est extra hos duor casus. Duplex est sent. prior (& valde probabilis) ait eor teneri. Cuius authores retuli lib. 3. de matrim. disp. 18. nu. 4. & vltra anthores ibi citator, eā tenent. *Leonar. lib. 4. de iust. c. 2. dub. 7. nu. 50. Emanuel Sa in Sūma, verbo Ieiuniū. nu. 1. Sayro in claui Regia, l. 7. c. 3. n. 11.* & latissime *Suarez, to. 1. de religione. lib. 2. c. 14. à nu. 9.* Fatētur antē oēs hi, & multi nu. 5. ibi allegati, nō satis esse solum transitū per id oppidū ad hanc obligationem. Sed in explicāda hac mora necessaria loquuntur diuersimode. *Philiar. ibi relatus* dicit peregrinū sistētem in loco, in quo est festū, aut ieiuniū, teneri ad sacrum & ieiuniū. *Enriq. ibi relatus* ait ad neutrum teneri, quādo trāsit obiter, nec ad sacrum, quādo pridie ibi dormijt, vt sequenti die abeat. *Emanuel Sa hic relatus* ait teneri manēre ibi ea die. *Sayro hic relatus* ait qn̄ multo spatio ante prādiū accedit ad locū, vbi est festum, & ibi tota die quiescere debet, teneri ad sacrū, & ieiunium. *Leonar. n. 51. relatus hic*, ait si ea die qua venit, vel postridie cogitet discedere, non teneri: secus si integra die ibi manere statuerit. Quod si ab initio nō statuerit ibi manere, & singulis diebus captet redeundi occasionem, non teneri ait, etsi non abeat. Quia nō censetur vlla die ibi manere, sed esse quasi in transitu. *Suarez* autē *eo. c. 14. nu. 8.* sic explicat. Dupliciter potest peregrinus in eo loco esse. Prius, quādo peruenit ad locum, vbi aliquot diebus moretur, vel recreetur, vel negotietur, ita vt ille sit, quasi terminus viæ, licet parum ibi adfuturus sit: & hoc sat est, vt teneatur legibus eius loci. Posterius qn̄ præsentia est per modum transitus, quasi in viæ hospitio, ad prandendum, vel dormiendum, & statim abeundū. Et tunc dicit *nu. 18. vsque ad 23.* teneri legib. & vsib. eius loci, seruata proportione, quoad tempus habile t nempe, si est præceptum affirmatiuum, vt audiendi sacri, non satis est transitus per eum locum. Quia eius leges obligant ibi existentes: hic autē non existit ibi, sed trāsit. Nec si dormiat in loco, vbi dies est festiua, quæ sequitur, tenetur ad sacrū, si ea die peruēturus sit ad locū, vbi id festum non obligat. Quia tā breuis mora tantam obligationem inducere nequit. Secus quando toto mane est ibi adfuturus, etsi à prandio recessurus: & similiter tenetur, etsi summo mane recessurus sit, si vsque ad meridiē sit acturus iter intra terminos, in quibus id festum obligat. Si autē sit præceptum negatiuum, vt abstinendi a carnibus, non exercendi seruilia, ait teneri illo dum ibi manet, etsi ad solam horam sit. Quia affirmatiuum, etsi obliget semper, non tamen pro semper sed vna diei particula impleri potest. At negatiuum, cum obliget etiam pro semper, habet tractum successiuum per totum diem. Quare infert *nu. 24.* hanc regulam, ad discernendam necessariam peregrini moram ad hanc obligationem. Si obligatio sit præcepti negatiui, hæc viget semper toto tempore, quo durat præsentia in tali loco. Quia æquali proportione obligat pro toto tempore, & pro qualibet eius parte. Si vero sit affirmatiuum, est opus præsentia in eo loco, toto tempore, quod per se cōceditur ad implendum actum præceptum. Hæc autem sententia probatur vltra rationes, quas attuli ea dis. 18. nu. 4. multipliciter à *Suarez eo cap. 14. nu. 9. & seqq.* Primò, quia omnes fideles ita seruant, existimantes se teneri; & quamuis hæc consuetudo ortum habuerit ratione vitandi scandali, at semel inducta obligat, tanquam valde rationabilis. 2. quia adest iurisdictio in Episcopo illius loci, seu alio legislatore particulari illius, aduersus hos peregrinos. Quod sic ostendit. Quippe consuetudo vim legis habere nequit, nisi ex tacito, aut expresso potentis eam legem ferre consensu. Quæro ergo, cum hæc cōsuetudo vim legis habeat, ex cuius cōsensu id accidat? Non ex Episcopi domicilij peregrinorum. Quippe ille extra propriam diœcesim leges ferre nequit. Neque ex Pontificis, aut iuris communis consensu. Quod nec hoc ius facile ostendi valeat: & eo solo dato tenerentur hi ex vi iuris communis, & non ex vi illius legis, & consuetudinis peculiaris. Quare potius videtur dicēdum, eam consuetudinem vim obligandi habere, quasi ex cōi iure gentiū. Quia tn̄ obligatio ad seruandū ea festa, & ieiunia specialia, non est immediate ex iure gentium, sed ex statuto, aut cōsuetudine speciali illius Epātus; necesse est dicere, quasi eōi iure gentium, & ex cōsensu omniū fidelium, & præcipuè prælatorum, & Pontificum, introductū in Ecclesia esse, vt Episcopi possint suis statutis obligare non solos incolas, sed oēs ad tempus aliquod in suis diœcesibus existentes. Ergo supposita ea consuetudine vniuersali, & quasi de iure gentium, obligatio iam est ex vi iurisdictionis Episcopalis. 3. quia Episcopi possunt punire hos peregrinos contrauenientes his statutis, & consuetudini, teste *Abb. c. consilium n. 6. de obser. ieiu.* Et punire solent; nec est verisimile tam frequentem vsum esse ininstum. Ergo gaudent iurisdictione directiua, & coactiua erga eos. 4. quia hæc iurisdictio est necessaria ad bonum proprij gregis regimen est enim periculum, ne multi incolæ prauo peregrinorum exemplo ducti, eas leges violent: & quamuis hoc ad scandalum iure naturæ vetitum referri videatur, inde sumitur prędictæ iurisdictionis argumentum. Quippe non est æquum vniuscuiusque arbitrio relinqui, an sequatur scādalum: sed oportet in Episcopo loci, seu in alio simili legislatore speciali, iurisdictionem esse, ad obligandos existentes in tali loco ad tempus, vt vniformiter cum incolis seruent leges, & consuetudines illius. 5. quia qui sentit commodum, debet & onus sentire: *regula. Qui sentit, de regul. iuris, in 6.* At hi extra suum oppidum non obligantur illius legibus (vt diximus n. 26.) Ergo debent subire obligationem loci, in quo reperiuntur. Atque debet esse æqualis conditio absentię & præsentię, vt seruetur conueniens distributio, & ne hi reddantur liberi ab omnibus legibus municipalibus, seu Episcopalibus. 6. quia n. 12. diximus teneri hos peregrinos ijs particularibus legibus, quando eædem in suo territorio obligant. Sed hoc non est ex vi legis suę patrię, vtpotè quę extra territorium non ligat. (vt diximus nu. 26.) Nec ex generali iuris cōis pręcepto, quia loquimur de specialibus vtriusque oppidi legibus. Ergo vel dicendum est, nec tunc eos obligari, vel obligari ex vi legis Episcopi, in cuius districtu sunt: ac proinde esse iurisdictionem in Episcopo loci ad obligandos eos ad illas leges: siue eędem in loco domicilij vigeant, siue nō. Quia vigere in loco domicilij, nil ad hanc obligationem cōfert, dum hi absunt. 7. quia princeps laicus potest leges obligantes exteros indicere. Vt diximus numero præcedenti de legibus ob peculiarem oppidi bonum latis. Ergo idem poterit Episcopus in ordine ad spirituale bonum. Neque enim minor est potestas spiritualis in ordine ad suum finem, quam temporalis in ordine ad suū. 8. quia exteri obligantur statutis loci taxantibus pretia mercium, adeo vt transgrediendo peccent contra iustitiam. Si ergo est iurisdictio in exteros, ad constituendū rem præceptam in materia iustitiæ, cur nō erit ad constituendam in aliarum virtutum materia, adeo vt peregrini transgredientes peccent contra eas virtutes? Tandem quia vagi tenentur legibus loci, in quo etiam breui mora versantur. (Vt diximus nu. 23.) Ergo & peregrini. Nec obstat dicere, hos vagos tamē proprio domicilio desti-

destitutos acquirere illud vbicunque reperiuntur. Quia cum nullibi animum permanendi habeant, non acquirunt revera domicilium, sed dicuntur id acquirere, quoad effectus ad tectam eorum administrationem necessarios. Sic ergo peregrini dicentur illud acquirere, quoad hunc effectum obligationis legum illius loci. Quippe nil prorsus huic obligationi obstat peregrinos alibi habere domicilium, cum quoad eius leges perinde in absentia se habeant, ac si domicilio carerent.

8 Posterior sñia, quam amplexus sum lib. 3. de matri. disp. 18. nu. 6. ait peregrinos non astringi peculiarib. legibus, & cõsuetudinib. loci trãsitus, & hospitij ad breue tps. qñ ea nõ obligant in proprio eorum domicilio. Et vltra Doctores ibi relatos eã tenent *Toledo l. 6. sum. c. 5. n. vlt. Vega 1. tom. sum. c. 14. casu 11. Azor to. 1. inst. mor. l. 7. c. 30. q. vlt. Sayro in claui regia, l. 3. c. 4. nu. 15.* & dicit esse valde probabilẽ *Leonard. l. 4. de iust. c. 2. dub. 7. n. 49.* Et mõ et tanq probabilior mihi placet. Et vltra rõnes ibi allatas, ꝓbatur, 1. q̃a ad obligandũ legib. exigitur iurisdictio: vt ex se cõstat. At eam non dat breuis mora in oppido, nec facit quemq̃ subditum, & ita nequit Eps illi aliqua sacramenta ministrare, p̃ter confessionem, & cõmunionem, & hæc ex sola tacita proprij Epi licẽtia: nec põt cũ illo dispensare. Quæ vniuersi fatentur. Nec ergo iurisdictione obligãdi hos peregrinos suis legibus potietur. Quippe nõ minor iurisdictio ad ligandum, q̃ ad absoluendum petitur: sed eiusdem est vtrũque, 2. q̃a eadem requiritur ad obligandum p̃cepto negatiuo, & affirmatiuo: vt ea se constat. Sed contrarij fatentur sat quantumuis modicã morã in oppido, vt hi ligentur p̃cepto negatiuo: id aũt negat de affirmatiuo. Ergo aut nõ consequenter loquuntur, aut dicendum est, in neutro casu adesse, vel deesse iurisdictionem. Nec valet dicere id discrimen ex mõ obligandi vtriusq; oriri: affirmatiuo obligãnti semper, non tñ pro semper; negatiuo autem semper, & pro semper. Quia hoc discrimen non dat præcipiendi iurisdictionem, sed eã supponit tanq̃ præreq̃sitam ad obligandum eo diuerso mõ, 3. quia nil confert id oppidum esse terminum viæ, aut locum transitus, vt in priori casu fateantur cõtrarii, sat quamcunq; morã, non verò in posteriori. Quia in priori casu põt accidere, vt nulla sit mortaliter mora, sed solus trãsitus. Vt si quis illuc adeat gratia emendi aliq̃d, aut deferendi epistolã, aut nuntium, q̃ breui, & absq; discessu ex bestia expediri valeat. Tandem probatur diluendo rõnes contrarias, & ferè oẽs retorquendo in contrariã sñiam. Ad primum negatur ea consuetudo obligans. Quia si aliqui se obligatos eaistimant, aut id ex ignorantia prouenit, sicut se teneri ad audiendam missam credunt ex solo transitu, aut breui mora: aut si sint viri docti, id existimabunt, q̃a sunt cõtrariæ sñiæ: ar oppositũ credent qui sunt nostræ. Ad 2. dic procedere supposita hac consuetudine obligantí: q̃ negamus. Ad 3. dic excusari Epos sequendo contrariã sñiam valde probabile: vel eos puniunt rõne scandali, qđ præbent nõ ita cautè se habẽdo. Vt bene air *Abb. ibi relatus.* Cũ. n. rõne scãdali peccent in ius naturale, fortiontur forũ rõne delicti sbi admissi. Rationes aũt 4. 5. 6. 7. & 8. militant eodem prorsus modo contra oppositam sñiam. Quippe ad p̃cepti affirmatiui obligationem, ea petit perseuerantia in loco, toto tempore, quo eius obligatio durat, vt toto mane ad præceptum audiendi sacri. Ad idem scãdalũ incolis dabitur, si videant peregrinum existentẽ in oppido quatuor horis matutinis, & nocte ibi dormijsse, & non audito sacro proficisci. Et similiter, vel vnico momento, quo eatet ibi, tenetur illis legibus, si in suo territorio eadẽ vigeat: aut si sint in peculiare illius oppidi bonũ: aut pretiũ mercium taxent. Et momentaneus exitus à domicilio liberat obligatione legũ peculiariũ illius, dũ extra illud est. Quare vtraq; sñia tenetur his rñdere. Et ideo ad 4. dic satis cõsuli ei incõmodo p̃ naturale vitãdi scãdali præceptũ, & iurisdictionem epi ad puniendum dãtes illud. Nec cuiusuis arbitrio relinquitur, an id dẽt,

sed indocti cõsulent doctos, vt tenentur. Ad 5. dic eam regulam procedere, quando onus est necessariò annexum cõmodo. Vt percipiens beneficij fructus tenetur eius oneribus: secus vbi annexa non sunt. Vt nouitius gaudet multis regulariũ priuilegijs, nec eorũ præceptis ligatur. Nec opus est, æqualẽ absentiæ conditionẽ esse, qua peregrini eximũtur à specialib. sui domicilij legib. & præsentię in alieno, vt eius legib. teneantur. Quia cũ eæ leges sint locales, ita sunt loco astrictæ, vt quæuis modica absentia, & modicus exitus excuset ab illis. Ad obligandum verò specialib. alterius domicilij legibus, oportet talẽ in loco eo assistentiam esse, qua ali opus est ad acquirendam rõne habitationis iurisdictionẽ in peregrinos. Ad 6. & septimũ dic eiusdẽ legib. obligari exteros ex vsu quasi cõi iure gentiũ inducto, & ex cõsensu oium fideliũ, principũ, & pastorũ. Vt intẽdit cõtraria sent. in 2. eius rõne relata, nu. præced. Quẽ vsum in casu ab illa intẽto negamus, cũ viris doctissimis sustinentib. cõtrariã partẽ. At in hoc casu approbamus, eo quod oẽs Doctores in vtroq; casu illã obligationem admittant, quæ aliunde deduci nequit. Ad 8. dic in contractibus fallere hanc sñiam, eo quod iure cautũ est, vt celebrentur iuxta leges loci, in quo ineuntur. Præterea quia lege naturali tenetur quisq; vendere iusto pretio: atq; eodẽ iure spectatur iustitia huius pretij attentis tpe, & loco venditionis. Pretium aũt huius loci iustũ est naturale, i. quo cõiter ibi venditur, qñ deest legale: at hoc existenti, id est pretium iustum, id est, quod lege taxatur. Ad vltimum cõstat ea dictis nu. 23. vbi rõnẽ discriminis tradidimus.

39 Non tamen idem dicendum est, quando leges loci trãsitus obligant ex iure communi, quamuis. n. in proprio peregrinorum domicilio non obligent, eo quod sint consuetudine abrogatæ, tenentur peregrini dum quomodocumq; sunt extra locum vbi non obligant, eas seruare. Sicut Mediolani vsu est abrogatum præceptum ieiunandi, & abstinendi a carnibus, in quatuor primis quadragesimæ diebus, quod est de iure communi: & similiter in Castella est vsu inductum contra ius commune, vt liceat die Sabbati vesci intestinis animalium: non ergo licebit Castellano, in cuius patria non obligat vesci intestinis animalium in die Sabbati, dum transit per Lusitanos, apud quos id ius commune vim obligandi retinet. Nec similiter Mediolanensi transeũti per alia loca, in quibus seruatur ius cõe, licebit vsus carnium, aut ieiunij omissio in quatuor illis quadragesimæ diebus. Ratio autem differentiæ inter hoc ius cõe, & speciales loci transitus leges est: quod ad obligandũ exigatur iurisdictio, hæc autem non acquiritur speciali legislatori in transeuntes aut breui morãtes in suo territorio, & ideo nequit hos suis specialib. legibus ligare. At indicens ius cõe habet iurisdictionem in vniuersos, & ideo omnes, vbicũque sint obligat nisi aliqua ratione legitima excusentur: at excusatio illa, quod in suo domicilio sint vsu abrogatæ, solum liberat in eo loco, in quo is vsus viget: extra illum autem non adest hæc causa excusans. Ergo extra illum obligabant, 2. quia consuetudo ius commune abrogans est odiosa, instar legis correctoriæ: cum ergo in solo eo loco fit, & ibi excuset, non est extendenda, vt sit quasi priuilegium personale, quod personam quocunque eũtem sequitur: sed potius est restringenda, vt sit quasi priuilegium locale, quod extra locũ non prodest. Nec obstat si dicas, exeũtes ad breue tempus haberi fictione iuris tãquam præsentes. Tum quia fictio iuris non extenditur vltra casus in iure expressos: vt cõiter tradunt *DD. c. In præsentia, de probat. & multi, quos refert, & sequitur Guttier. q. canon. lib. 1. c. 32. nu. 56.* Tum ẽt quia hæc præsentiæ fictio non sat est, vt hi cẽseantur præsentes in suo domicilio, vt localib. illius legib. teneãtur: cur ergo sat erit, vt priuilegijs localib. gaudeant? Nec proderit dicere hoc esse fauorẽ, illud verò odiũ. Quia cũ per hoc fiat reductio ad ius cõe, est potius fauorabile extendendumque. Sicut lex correctoria, q̃ valde odiosa esse solet, est fauorabilis,

bilis, & extendenda, quādo per eam ad ius cōe reditur. Vt ex multis probaui lib. 1. de matr. disp. 12. n. 2. Et ideo quamuis lib. 3. de matr. disp. 18 nu. 7. tenuerim cū *Palacios* contrariam sent. nunc aūt prorsus placet hæc. Et eā tenent *Henriquez l. 9. de missa. c. 25. nu. 2. in fi. in cōmento lit. S, Manuel in bulla Cruciata, §. 1. n. 8. ad fi.* Et videntur clarè tenere *Medina 1. 2. q. 96. ar. 5. ad fin. in dubio penul. Sayro in claui regia, l. 3. c. 4. nu. 15.* & copiosè probans tenet *Suarez to. 1. de religione, lib. 2. c. 14. nn. 27. & 28.*

40 Sed dubitabis, quid dicendū, vbi quis ex æquo inhabitat in duplici parochia, & sic est vtriusque parochianus, ac in illis sunt diuersæ cūsuetudines? Dic eū teneri consuetudines, ac legibus parochiæ, in qua p̄sens fuerit, pro eo præsentiæ tempore, tanquam re vera illius incolā. Sic *Leonard. lib. 4. de iust. c. 2. dub. 7. n. 46.* Qđ intelligo de tpe quo ibi habitat: secus qn̄ tpe, quo in alia habitat, veniret in alteram tanquam hospes ad breue tempus. Quia cū tunc non censeatur habitator, reputabitur ac peregrinus per alium locum transiens. Quod consonat dictis, n. 24. vbi diximus eodem modo iudicandum, qn̄ in diuersis parochijs sunt diuersæ consuetudines, ac qn̄ in diuersis territorijs. Sed vrget contra hoc, quia quādo sunt in diuersis territorijs, probauimus nu. 38. non obligari defectu iurisdictionis in peregrinos tāquā exteros. At quādo sunt intra idem territorium parochiæ, habet episcopus in vtraque iurisdictionem. Ergo obligabuntur consuetudinibus alterius parochiæ cōfluentes ad illam per modum transitus. Sicut ideo diximus nu. præcedenti obligari, quando est ius cōe ibi vigens; etsi in suo territorio non obliget. Sed respondeo nō solum iurisdictionis defectū excusare peregrinos trāseūtes per alienum territorium, sed etiā, quia eæ leges sunt locales, & ideo non astringunt, nisi habitātes in eo loco; non dicitur autem habitator, qui ibi ad modicū tēpus hospitatur. Nec est simile de iure cōi, quod vbique obligat, nisi alicubi sit legitima cōsuetudine abrogatū.

41 Sed tandem rogabis, quæ mora in oppido hospitij reddat peregrinum habitatorem, vt legibus, ac consuetudinibus illius teneatur? Duplicem sent. retuli lib. 3. de matrim disp. 18. priorem, nu. 8. dicentem exigi veram domicilij acquisitionē, quæ constituitur habitando ibi cū animo manendi perpetuo. Sed hanc reprobaui ibi nu. 9. amplectēs posteriorem ibi relatam, quæ dicit sufficere, & exigi animum habitādi ibi maiori anni parte. Quā latè ibi probaui, & modo etiam placet. Atque eā esse valde probabilē ait *Leonard. lib. 4. de iust. c. 2. dub. 7. nn. 49.* Atq; perinde prorsus est, habere animum habitandi toto hoc tēpore, ac habere animum existendi ibi tempore necessario ad exequendā actionem, quæ semper, aut regulariter exigit ad minus maiorem anni partem. Vt optimè tradit *Suar. to. 1. de relig. li. 2. c. 14. nn. 6.*

42 Id autē obseruandum est, accedentē animo habitandi maiori parte anni, teneri a prima accessus die seruare leges, & consuetudines illius oppidi. Quia ex tunc habet conditiones requisitas. Quod aliquibus relatis probaui lib. 3. de matrim. disp. 18. nu. 9. & tenent *Suarez to. 1. de relig. lib. 2. c. 14. nu. 5. Leonard. lib. 4. de iust. in c. 2. dub. 7. nu. 47.* Nec desinit obligari, licet postea mutato animo decernat se breui recessurum. Iuxta ea, quæ diximus in hoc cap nu. 20. Quia id quasi domicilium ex priori habitandi maiori anni parte animo comparatum, nequit sola illius animi mutatione deperdi, sed simul cum illa desideratur recessus ab eo loco: sicut ad illud constituendum exiguntur animus, & habitatio.

CAPVT XIII.

Qualis intentio, & actus humanus ad præcepta implenda desiderentur: & qualiter eis satisfiat, exercendo actum præceptum, cum intentione ei non satisfaciendi?

SVMMARIVM.

Quotuplex sit intentio, num. 1.

An præcepta, votum, iuramentum, pœnitentia, sint implenda necessariò per actum humanum, quo quis præcepta, & alia efficere velit, num. 2.

An satisfaciat præcepto recitandi, legens preces causa sola legendi, aut discendi: & præcepto sacri, qui sola alterius rei causa illi interest: & quid de voto, iuramento, & pœnitentia, num 3.

Quid de implente, dum sui compos non est, sed ebrius, aut dormiens, num. 4.

An coactus hæc implens satisfaciat, num. 5.

An omnino inuitus implens præceptum, ac soluens decimas, incurrat excommunicationem, quæ fertur in non implentē, aut non soluentem decimas, nn. 6.

An metu implens præcepta, vota, vel iuramenta, vel pœnitentiam, illis satisfaciat, nu. 7.

An famuli, qui quasi coacti gratia heri comitandi, & pueri ratione pædagogi, intersunt sacro, satisfaciant, & quando in ea voluntate peccent, nn 8.

An desideretur intentio satisfaciendi præcepto, ita vt qui præcepti ignarus illud implet, ei satisfaciat, num. 9.

Quid de voto, iuramento, pœnitentia iniuncta, nu. 10.

An debens alicui centum satisfaciat si debiti immemor tandem ei donet: vel debens incerta debiti inscius tantundem in eleemosynas eroget, nn. 11.

An quando expressè adest intentio non satisfaciendi præcepto per illum actum, verè satisfiat? Refertur opinio, nn. 12. Opinio Authoris, nu. 13.

An teneatur hic mutare intentionem, & habere intentionem satisfaciendi, intra tempus implendo præcepto destinatum, numero 14.

Quale peccatum admittat implens præceptum animo illi non satisfaciendi, num. 15.

An qui incœpit horam canonicam, & intermisit animo iterū incipiendi, possit postea continuare, nn. 16.

An satisfiat pœnitentia si expressa intentio illi non satisfaciendi adsit, nn. 17.

Quid de voto, & iuramento, num. 18.

1 DVplex pōt esse intētio. Altera implēdi, q̄ p̄ceptum iniūgit. Altera verò satisfaciēdi p̄cepto p id opus. Rursus de hac posteriori intentione dubitari pōt, an in ipsa p̄cepti impletione exigatur: vel dato eā non exigi, saltē necesse sit contrariam intentionem nō haberi, id est, intentionem non satisfaciendi præcepto illo opere.

2 Prima cōclusio. Nullū p̄ceptū siue diuinū, siue naturale, siue humanū, impleri pōt, nisi pactū humanū, & liberū, quo quis velit efficere id q̄ præceptū iniūgit. V. g. est opus velle ieiunare, audire sacrū, recitare, ad ea p̄cepta implēda. Quia cū lex hoībus imponatur, nō brutorum more, sed humano modo implēda est. Deinde, quia sicut lex violari nequit, nisi per actum humanum, ita nec impleri. Et ita docent *Palud. 4. d. 15. q. 5. art. 2 nu. 24. & ibi Durand. q. 12. nn. 6. Sotus lib. 2. de iust. q. 3. art. 9. col. 3. Medina 1. 2. q. 100. art. 9. paulo post princ. Azor to. 1. li. 7. inst. moral. c. 2. q. 6. & oēs, Vasquez 1. 2. q. 100. art. 9. in exposit. litera, nu. 2. 3. & 8.* Atque idem exigi dicendum est, ad implenda vota, iuramenta, pœnitentiam sacramentalem. Quia de his omnibus eadem est ratio. Et de pœnitentia ita docet *Medina ibi, & Vasquez, nu. 3. & 8.*

3 Hinc 1. deducitur, recitantē attētissimè horas sola legendi, vel addiscendi voluntate, non satisfacere præcepto, sed teneri iterū recitare. Quippe cū orandi voluntas defuerit, id nō est orare. Sic *Nau. c. Quando de consecrat. d. 1. c. 13. nn. 15. Azor to. 1. lib. 10. instit. moral. c. 8. q. 7. in fine, & c. 12 q. 9. in fine, Leonard. lib. 2. de iust. c. 37. dub. 11. nn. 67. Aragon. 2. 2. q. 83. art. 23. fol. 864. vers. Sed dubitabit aliquis, in fine.* Idē est dicendū, si quis in tēplo esset gratia contemplandi diuina, & casu tunc fieret sacrū, cui in ea meditatione persistens assisteret, non habens animū illius sacri audiendi, tunc. n. eo sacro non satisfaciet præcepto. voto, vel iuro, vel pœnitentiæ iniūctę audiendi sacri, sed iterū audire teneretur. Quia etsi ea attētio ad rei diuinæ cōtemplationē sufficiens esset vt attentioni in audiendo sacro requisitæ satisfieret; atq; cū defuerit illius audiēdi voluntas, id nō est audire.

Secun-

4 2. Deducitur, non satisfieri præcepto, si quis non sui cõpos, sed ebrius, aut dormiens recitaret, aut sacro interesset; sed teneretur factus sui compos iterum recitare, vel audire sacrum. Quod nõ audierit, vel recitarit actu humano. Ita DD n. 2. allegati. Eadem ratione idẽ dicẽdum est de voto, iuramento, & pœnitentia iniuncta. Et loquens de hac pœnitentia docet *Vasquez eod. nu. 8.*

5 3. Deducitur, eum qui omnino inuitus interesset sacro, non implere præceptum, ac proinde teneri iterum audire. Quia vbi est ea coactio, deficit voluntas audiẽdi sacri. Sic *Sotus, & Metina num. 2. citati. Suarez 3. to. in 3. p. q. 83. ar. 6. disp. 88 sect. 3. vers. Circa posteriorem partẽ. Petrus de Ledesma in summa sacram. vbi de Eucharistia, c. 27. post 10. conclusionem. fol. 344. Azor to. 1. lib. 7. instit. moral. c. 2. q. 6. lib. 10. c. 12. q. 9* vbi idem dicit de violenter ieiunante, vel preces horarias soluenti. Sed de ieiunio id admittendum est: vt statim dicemus. At in precibus horariis minimè id admitto. Quia nulla humana vi potest omnino compelli lingua ad recitandum, sed solo metu, qui voluntarium non aufert. Atque ita dicẽdum idem erit, quod nu. 7. de implente præcepta metu dicemus. Similiter non impleret ieiunium, aut sui flagellationem pœnitentia sacramentali debita, qui omnino inuitus abstracto sibi cibo ieiunaret, aut vapularet. Quod desit voluntas, & actio humana, ac proinde id non sit ieiunare aut se flagellare, sed pati. Ita *Sotus, & Metina nu. 2. allegati*. Atque idem dicendum est, si voto, aut iuramento, aut alio præcepto hæc essent debita. Quia eadem est ratio. Eadem ratione, qui omnino inuitus debitum soluere cogeretur, quamuis non teneretur iterum soluere, sed exterius institiæ præceptum impleat. Et ita intelligitur *Sotus num. 2. allegatus*, dicens hunc implere præceptum: at interius peccat mortaliter contra institiæ præceptum. Vt bene ait *Metina nu. 2. relatus*. Et ratio est, quia quomodocunque pecunia in manus creditoris deueniat, satisfit debito, ita vt soluendi obligatio cesset. At minimè iustitiæ præceptum impletur. Quia deest omnino voluntas soluendi.

6 Quod si quæras, an incurrat excõicationem latam in non implentes præceptum, qui oĩno inuitus impleuit. *Sotus nu. 2. relatus* fatetur implẽtem tpe somni, aut ebrietatis, & postea cum possit non implentem, incurrere eam excommunicationem: secus de inuito. Quod hic vsum rõnis habeat, quo illi destituti sunt. Sed vim huius rõnis minimè capio, & ideo bene ait *Metina n. 2. relatus* hunc incurrere. Quia vere non implet præceptum. Item, quia si in excommunicationis sententia diceretur, liberè non audientem sacrũ incursurum, incurreret non audiens liberè. At hæc conditio tanquam legi intrinseca semper in ea intelligitur. At si pro soluendis decimis, aut alio debito imponeretur excõmunicatio, absque dubio inuitus soluens eam euaderet. Quia in ea excommunicatione sola externa debiti solutio intenditur, ne Ecclesia, aut creditores debito defraudentur.

7 4. Deducitur, metu quãtumuis graui implentẽ præcepta, eis satisfacere. Quamuis. n. peccet voluntate non implendi habens, si in sua omnimoda libertate esset, at cũ metus non tollat, sed solam minuat libertatem, illa impletio est actus humanus, & liber, ac proinde illa satisfit præcepto, ita vt obligatio iterũ illius implẽdi cesset. Sic *Sotus n. 2. allegatus. Azor to. 1. l. 10. instit. moral. c. 12. q. 9.* Atque idem est dicendum de voto, iuramento, pœnitentia sacramentali. Cum hæc quandam vim legis à semetipso, vel à confessore impositam habeant.

8 Quare non est approbandũ, quod tradit *D. Anton. a. 2. p. to. 9. c. 10. §. 2.* asserẽs famulos, qui quasi coacti gratia comitandi heri intersunt sacro, alias non audituri, minime satisfacere præcepto. Nec ẽt approbo intellectum illius, quẽ tradũt *Suarez & Petr. de Ledes. nu. 5. allegati*, nimirũ hos satisfaceret, si dum actu audiunt, eam actu intentionem habeant. Non audiremus, si herum non comitaremur, secus si tũc audire velint, quamuis in intellectu diuino ea conditionalis vera sit. Hi non audirent, nisi herum comitarentur. Et idem tradit *Suarez* de pueris. qui quasi coacti à pædagogis intersunt sacro. Sed dicendum est, hos omnes in omnibus his casibus, si attentione requisita audiant, satisfacere præcepto, ita vt amplius audire non teneantur, quamuis dũ audiũt, actualẽ non audiendi voluntatẽ habeant, nisi ratione heri, aut pædagogi. Quia cũ ibi vincti nõ detineantur, nõ est ea coactio præcisa, quæ sola impletionem præcepti impedit (vt nu. præced. diximus) & illa actualis voluntas conditionalis solum efficit, vt peccent lethaliter. Quia tenebantur absolutam implendi præcepti voluntatem habere; at re vera implent: sicut de metu implẽte diximus nu. præced. Nec tamen vllo modo peccarent; si non elicerent illum conditionalem volũtatis actum. Non audiremus sacrũ, nisi ratione heri, aut pœdagogi, quãuis in intellectu diuino ea conditionalis esset vera. Quia ad peccatum exigitur actus legi contrarius. Et fortè hoc est, quod voluerunt dicere authores prædicti.

9 II. Concl. Quãuis ad præcepti impletionẽ exigatur intentio, & volũtas operis præcepto iniuncti exequendi, v. g. audiẽdi sacri, at non exigitur intẽtio satisfaciẽdi præcepto per id opus. Quare qui præcepti immemor, aut ignorans esse diẽ festum, sacro interesset, vere id præceptum impleret. Itaque per leges solum præcipitur libera operis externi exequutio & nõ vt ex tali intẽtione satisfaciendi fiat. Sic tradunt *Suarez & Azor nu. 5. allegati. Vasquez 1. 2. q. 100. ar. 9. in expos. lit. n. 5. Henriq. li. 9. de missa c. 25. n. 6. Valentia 2. 2. disp 6. q. 2. punct. vlt. in fi. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 123. nu. 2.* Et addit bene *Suarez*, necesse necessariũ, vt postea cum diem esse festum nouit, satisfacere per missam auditam velit. Huius rationẽ reddunt *Suarez, Henriq. & Manuel*, quod cũ hic satisfaciendi intentione non excluserit, virtute, ac interpretatiue illam habere censetur. Sed hæc ratio displicet. Quia vbi nulla generalis intentio satisfaciendi præceptis, quocunque opere facto præcessit. nequit dici voluntas virtualis satisfaciendi præcepto. Sed ratio legitima est, quam tradunt *Azor, & Valentia, Vasquez*, quia præcepta id solum iniungunt, vt sponte & voluntarie actu humano opus per ea iniunctum exequamur; non autem, vt quis peculiari alio voluntatis actu, & (vt dicitur) in actu signato velit ẽt præcepto satisfacere. Cũ nullibi ea obligatio inueniatur. Quod non obscure colligitur ex *D. Th. 1. 2. q. 104. art. 3. ad 2.* dicenti posse quempiam actum virtutis implere non attendendo ad rationem præcepti. Et clarius ex *Soto lib. 10. de iust. q. 5. art. 5. ad fin. corp. vers. supra hac autem*, vbi ait præceptum audiendæ missæ obligare solum ad ita audiendũ, vt sit actus humanus. Præterea, quia legislatores intentionem non præcipiũt, sed actus substantiam. Tãdem, quia ea satisfaciendi præcepto intẽtio non requiritur ad implenda præcepta negatiua, vt non furandi, non occidendi: nec affirmatiua naturalia, vt colendi Dei, honorandorum parẽtum. Ergo nec ad positiua. Quia eadẽ est de omnib. his ratio. Quod si obijcias præcepta obligare ad obedientiam, quæ non adesse videtur, vbi non adest intentio satisfaciendi præcepto. Respondeo non obligare ad obedientiã formalem, sed materialem, nempè, vt fiat, quòd præcipitur, quãuis non fiat propterea, quod præcipitur. Quare non approbo id quod ait *Ludouicus Lop. lib. 1. de contract. c. 33. fol. 198.* & dicit esse æquè probabile ac oppositum, *Petrus de Ledesma summa sacram. vbi de Eucharistia, c. 27. post 10. conclus. fol. 349.* nempè, hunc qui ignorantia præcepti id impleuit, non satisfacere, nisi antea intentionem aliquam generalem habuisset volendi, quocunq; opere ignorãter facto satisfacere præceptis. Quibus fauet *Syluest. verb. Hora, q. 11. dict. 5. nu. 14.* dicens requiri intentionem satisfaciendi actu, virtute, vel habitu.

10 Hinc 1. deducitur idẽ dicendũ esse de voto, iuro, & pœnitentia sacramentali: illis enim satisfit exequendo opera promissa, vel in pœnitentiam iniuncta, dummodo pro alia re non applicentur, etsi non adsit intentio implendi votum, vel iuramẽtum, vel pœnitentiam, sed

penitus

penitus horũ obligatio memoria exciderit. Quia hæc, vtpote leges speciales instar legis generalis obligant. Nec obstat votum ad fidelitatem obligare, cuius actus non exercetur, nisi animus satisfaciendi adsit. Quia dicendum est obligare ad fidelitatem materialẽ, non vero formalẽ. Sicut de obligatione præceptorum ad obedientiam diximus nu. præced.

11 2. Deducũt aliqui, debẽtem cuidam centum satisfacere huic debito, si debiti prorsus immemor tantũdem ei donet, nisi in remunerationem tãtidem muneris accepti donatio fieret: & similiter obnoxium restitutioni incertorum pauperib. posse omnes eleemosynas, quas postea ignarus, aut illius obligationis immemor ex sua deuotione largitus est, computare in eius restitutionis partem. Quia si hi conscij, aut prædictæ obligationis memores essent, non animo liberali, sed satisfaciendi dedissent. Sed contrarium credo, cum *Ludouico Lop. l. 2. de contract. c. vlt. col. antepen. vers. superest nunc*, vbi bene ait huiusmodi dispositiones conditionales minimè spectandas esse, sed id quod voluntas tunc intẽdit. Quia in obligatione iustitiæ id peculiare est, vt illi minimè satisfiat, quando alio titulo, vt donationis, vel eleemosynæ, quam soluendi debiti redditur (vt nu. 3. dicemus.) Nec conditionalis illa tollit, quin hic & nunc, sit vera donatio, & eleemosyna, & non debiti solutio.

12 Potissima autem difficultas est, quando expressim adest voluntas, & intentio non satisfaciendi præcepto per illud opus, an adhuc satisfiat. Vt siquis ex deuotione in die festo sacrum audiat, & expressè intendens nõ satisfacere obligationi per id sacrum, vere impleat præceptum? Communis sententia negat hunc satisfacere, & ita ait teneri aliud sacrum audire. Quia actus non operantur vltra agentium intentionem, *l. Non omnis. ff. si cert. peta.* 2. quia debens centum non satisfaciet totidem donans, 3. quia ille actus fuit liberalis, ita vt ad libitum, absque culpa omitti possit. Cum ergo iam præcesserit, nequit postea fieri necessario, & sub præcepto. Tãdem, quia leges obligant subditos ad hoc, vt eas obseruare velint. Non ergo satisfiet illis, nisi subditi obseruare intendant. Ita sentiunt *Metina, C. de oratione, q. De horis canonicis iterandis, dub. vlt. Nauar. cap. Quando de consecr. d. 1. c. 13. nu. 15. 27. 28. & c. 16. num. 73. 74. Ledes. 2. p. 4. q. 16. art 6. in 2. p. dub. 3. Palacios 4. d. 15. disput. 10. f. 160. Angles Florib. 1. p. vbi de oratione, q. 5. diffic. 4. Paez. c. Missas, n. 101. de consec. d. 1. Azor to. 1. instit. moral. l. 7. c. 2. q 6. & l. 10. c. 8. q. 7. & c. 12. q. 8. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 144. num. 2. Pet. de Ledes. sum. sacram. vbi de Eucharist. c. 27. post 10. concl. f. 344. & seq. & 2. to. sum. tract. 9. c. 4. f. 1084.* & hanc sent. dicit tutiorem *Henriq. lib. 9. de missa, c. 25. nu 6. in fi.*

13 Sed quamuis hoc sit valde probabile, probabilius censeo hunc vere implere præceptum. Ducor, quod nullus præceptum transgrediatur, eo quod nolit id ad quod præceptum non obligat. Sed (vt num. 9. probaui) præcepta nõ obligant ad habendam intentionem illis satisfaciendi. Non ergo violantur habita contraria intentione, scilicet, non satisfaciendi. Et cõfirmatur, quia (vt ibidem diximus) per leges solum præcipitur libera, & humana externi operis exequutio, & non vt fiat ex tali intentione. Cum ergo hic verè actu humano, & libero missam audiat, aut recitet, quantumuis nolit satisfacere, verè præcepto satisfaciet. Nec enim est in operantis potestate præceptis non satisfacere, posito eum velle opera illis iniuncta exequi, 2. quia verè impleret audiendi sacri præceptum, illud ex contemptu audiẽs. Ergo a fortiori cum intentione non satisfaciendi. Tandem, quia præcepto negatiuo per liberam operis omissionem satisfit, etsi intentio non satisfaciendi adsit. Nec obstant contraria nu. præced. adducta. Non 1. quia ea regula vera est, quando ex agentis intentione pendet implere per illum actum. Cuius contrarium hic contingere diximus. Non 2. quia iustitia obligat ad æqualitatem seruandam inter rem debitam, & solutam, quæ nõ seruatur, quando debitum non soluitur, vt debitũ, sed liberali donandi animo. Vel melius dic per donationẽ acceptatam vt donationem, non satisfieri debito iustitiæ, secus si tanquam debiti solutio acceptaretur, intendendo, vt alter obligatione iustitiæ liberaretur. Vel tertiò dic obligationem iustitiæ ex contrahentium voluntate pẽdere, & ideo protendi posse iuxta eorum intentionem. At legis obligatio non pendet, nisi ex legislatoris intentione, & ideo subditus illius obligatione prorogare nequit. Nec obstat tertiũ, quia etsi ille actus ex agentis intentione fuerit liberalis; at ex natura sua cadebat sub præcepto & cum præceptum non curet, an opus ex deuotione, vel alia intentione fiat, non est necesse, vt semel ex deuotione effectus, fiat iterum ex præcepti necessitate. Et ita is actus non est verè liberalis, nã quamuis animo liberali, & cum donandi intentione efficiatur, non tamen acceptatur vt donatio, sed vt debiti solutio ex legis obedientia contracti. Nec obstat vltimum. Quia leges obligant ad hoc, vt subditus velit eas obseruare, quasi in actu exercito, i. vt velit opus lege iniunctum exercere: non tamen obligant illum, vt habeat intentionem satisfaciendi per illud opus præcepto. Et ideo hanc sent. sustinent *Valentia 2. 2. disp. 6 q. 2. punct. vlt. in fi. Suarez 3. tom. in 3. p. q. 83. art. 6. disp. 88. sect. 3. vers. Circa posteriorem partem.* Et hanc sent. dicit æquè probabilem, ac priorem, *Aragon 2. 2. q. 83. art. 13. fol. 864. ver. Sed dubitabit aliquis.* Et eã tenent multi alij neoterici docti. Et *Vasq. 1. 2. q. 100. art. 9. in expositione litera, à nu. 5. Leonard. lib. 2. de iustit. cap. 37. dub. 10. nu. 59. & cap. 46. dub. 6. nu. 41.*

14 Temperant aũt *Suarez, Leonard. & Aragon, nu. præced. allegati*, & quidam alii neoterici, vt intelligatur hæc sententia, dummodo exequens id opus cum intentione non satisfaciendi præcepto, non persistat in ea intẽtione, sed volũtatem mutet tempore opportuno, idest, intra obligationis præcepti tẽps, & velit per opus præcedẽs satisfacere præcepto. Quia cum implere præceptũ actus obedientiæ sit: id minimè impletur, dum voluntas nõ implendi, & sic non obediendi durat: at ea mutata impletur. Quia illi actui sola ea voluntas deerat. Verum iure optimo alii neoterici hanc voluntatis mutationem non desiderari affirmant, vt præceptum impleatur, nec eius meminit *Valentia, nu. præced. allegatus.* Vnde satis est, si ille credat se non satisfecisse, vt eã conscientiam erroneam deponat, sciens se satisfecisse, etsi nullam intentionem satisfaciendi per opus præteritum habeat. Quod etiam clarius cõstabit ex dicendis num. seq. Et ratio est, quia aut est satisfactum præcepto per illum actum, aut non. Si 1. non requiritur ea voluntatis mutatio quia cum iam præcepto satisfactum sit, nullũ præceptum vrgens ad eum obediẽtiæ actum eliciendũ superest. Si 2. nil iam conferre potest ea voluntatis mutatio, cum efficere nequeat, vt opus præteritum ex obedientia processerit. Nec obstat implere præceptum esse actum obedientiæ. Quia dicendum est esse actum obedientiæ materialis. Vt nu. 9. explicui.

15 Hinc deducitur 1. quale peccatum admittat implens pceptum, cum intentione non satisfaciendi illi. *Petr. de Ledes. nu. 12. allegatus* ait esse mortale, si habeat intentionẽ non implendi iterum, v. g. audiẽdo aliud sacrum intra obligationis præcepti tempus: aut non sit spes fore, vt possit aliud andire. Et *Suarez, nu præced. allegatus.* ait esse graue peccatum. Sed persistendo in nostra sñia sic distinguendum est. Aut ille habuit intentionem, v. g. audiendi aliud sacrum, quo præceptum impleret, & tunc nullatenus peccauit habendo intentionem priori sacro audito non satisfaciẽdi, dummodo aliud audire possit. Nec tenetur postea mutare intẽtionẽ, intendendo satisfacere priori eo sacro, nec aliud audire, sed satis est si se satisfecisse sciat, non obstante contraria sua volũtate. Quia iã verè, & plenè satisfecit præcepto illi. nec ius aliqd aliud trãsgressus est vtpotè qui alio sacro satisfaciendi præcepto voluntatẽ habuit. Si aũt intẽtionem

habuit

habuit non audiendi aliud sacrum, aut audire non poterat: peccauit mortaliter, non contra illud præceptum speciale: illud enim tãtum obligat ad exercendum actu humano opus iniunctum, sed contra præceptum naturale diuinum, quo tenetur quisque subiectus esse legi, & legislatori. Quare si continuet hanc voluntatem, impleuit adhuc prius præceptum nec virtute illius tenetur eam mutare; sed virtute dicti generalis præcepti tenetur non persistere in ea praua volũtate, etsi transactum sit tempus illius præcepti implendi, verbi gratia, audiẽdi sacri. Sicut si quodcumq; aliud peccatum perpetrasset, tenetur ab eo desistere, quamuis non teneatur nouũ obedientiæ actum, aut virtutis contrariæ elicere, dum non occurrit tempus, quo id præceptum ad actum eliciendum obliget.

5 2. Deducitur, quid dicendum sit de eo, qui incepit horam canonicam, & quia non ea deuotione, qua vult recitat, eam intermisit animo iterum incipiendi, an satisfaciat postea continuando? *Naua. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 16. nu. 73. & 74.* ait hunc non satisfacere. Contrarium tenet *Azor. to. 1. lib 10. inst. moral. c. 8. q. 7.* secus (inquit) si ab initio habuerit animum non satisfaciendi, sed totam horam repetendi. Quia in priori casu cum adfuerit intentio satisfaciendi parte illa horæ recitata, verè satisfecit, & ideo intentio contraria superueniens non obstat quominus continuare possit in posteriori autem, ab initio intentionem non satisfaciendi habuit. Sed retenta nostra sententia dicendum est in vtroque casu posse continuare. Quia intentio non satisfaciendi minimè impedit, quin verè præceptum impleatur. Et ita tradit indistinctè *Leonar. l. 2. de iust. c. 37. dub. 10. n. 59.*

3. Deducitur idem dicendum esse de pœnitentia sacramentali iniuncta: illa enim verè impletur, si opus iniunctum executioni mandetur, cum expressa intentione illius non implendæ, nec opus est, vt mutetur ea intentio, sed satis est scire per illud opus impletam iam esse. Sicut nu. 13. & 14. de alijs præceptis diximus. Quia cum pœnitentia ex quodam confessoris præcepto debeatur, idem de illa, quod de alijs præceptis sentiẽdum est. An verò quando est pœnitentia disiunctiua, sat sit alteram partem, absque animo satisfaciendi implere, dicemus lib. 4. c. 13. in fine.

Vltimo deducitur, quid de voto, seu iuramento Deo emissis sentiendum sit. Aliqui existimant non idem de illis, quod de alijs pręceptis sentiendum esse: sed votum non impleri, quando adest expressa intentio non satisfaciẽdi illi per id opus. Dispar enim est ratio, cum enim in nostra potestate non sit nobis imponere pœnitentiam sacramentalem, aut alia præcepta & illa verè impleantur impleto opere, cum intentione non satisfaciẽdi, non est in nostra potestate situm illis tunc non satisfacere. At in nostra potestate est voto nos obligare, aut iuramento; & qui expresse vult per illud opus non implere votum, videtur nouam sibi voti de illo opere repetendo obligationem imponere. Et hoc est probabile. Sed probabilius existimo adhuc id votum, & iuramentum impleri, nec teneri hunc iterum implere, nec habere intentionẽ præterito opere satisfaciendi voto, vel iuramento. Quia cum hæc instar præceptorum obligent, solum ad substantiam actus promissi exequẽdam actu quodam humano obligant, ac proinde non est in volentis potestate voto non satisfacere, posito quod id opus promissum exequi velit. Et quamuis nouo voto possit ille se ad id opus iterandum obligare, at vere non intendit nouum votum emittere, sed tantum priori nõ satisfacere per illud opus. Sicut si impleuisset votum illud vero implendi animo quamuis eo impleto proponeret iterum implere, non teneretur, neque id propositum nouum esse votum ab aliquo iudicaretur. An verò idem sit dicendum, quãdo votum est disiunctiuum, & impletur altera pars cum intentione non satisfaciendi; dicemus, libro 4. c. 13. in fine.

CAPVT XIV.

Qualiter impleatur præcepta per actum, qui alias est peccatum, ac possit vno, & eodem actu, aut eodem tempore diuersis actibus, satisfieri pluribus præceptis.

SVMMARIVM.

An possit per actum, qui est peccatum præceptis satisfieri, n. 1.
Quid de pœnitentia sacramentali, nu. 2.
Quid de voto, vel iuramento, nu. 3.
Explicatur quando in legem delinquat, qui verba illius amplectens, contra eius voluntatem, & intentionem agit, nu. 4.
Quando possit vnico actu diuersis præceptis satisfieri, nu. 5.
An pœnitentia sacramentali satisfiat per opus, & eleemosynã alio præcepto debita, vt si eleemosyna ad restituenda incerta detur, vel fratri, aut patri indigenti, vel constituto in extrema necessitate, nu. 6.
Quid de voto, num. 7.
An debens opus multis titulis, ita vt teneatur id multiplicare, & illud exequatur intendens omnibus illis obligationibus satisfacere, vel non determinando intentionem, cui satisfacere censeatur, vel quando obligationum oblitus est, vel noluit illis satisfacere nu. 8.
An sit duplex culpa, aut circumstantia necessario fatenda, opus duplici præcepto debitum omittere, nu. 9.
An multiplicatio eiusdem vinculi, vt voti, efficiat transgressionem esse duplicem culpam, aut circumstantiam necessario fatendam, etsi multiplicans votum id velit, nu. 10.
An possit vno, & eodem tempore, diuersis actibus duplici præcepto satisfieri. Vt simul audiẽdo missam, & recitãdo, n. 11.
An obligatus ad triplicẽ missã audiendã, satisfaciat simul audiens, dũ in tribus altaribus missa triplex celebratur, n. 12.

1 TRiplex pũctus tractandus est. I. de impletione pręcepti per actum, qui est peccatum. II. quãdo vnico actu possit pluribus præceptis satisfieri. III. qualiter eodem tempore diuersis actibus possit multis pręceptis satisfieri. Circa primum punctum. Quidam negarũt per actus, qui peccata sunt, satisfieri præceptis. Vt si quis ob vanam gloriam, vel ob mulierem concupiscendam missæ intersit. Quod probant rationes, quas nu. 3. subijciemus de voto. Sic sensere *Adrianus 4. vbi de confessione q. 5. dub. 4. Maior. in 4. dist. 15. q. 3. paulo post princ. Carthusianus 1. dist. 17. q. 2. & 2. dist. 17. q. 1. D. Antonin. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 2.* At tanquam certum tenẽdum est satisfieri. Quia iuxta *D. Tho. 1. 2. q. 100. art. 9. & 10.* leges præcipiunt substãtiã actus, non modũ, nisi modus sit de intrinseca actus rõne ſm se, aut prout sub lege cadit. Vt attentio aliqua est de orationis essentia, dilectio Dei super omnia est intrinsecus charitatis modus. Cũ ergo quantumcũque finis sit malus, impleatur substantia actus præcepti, v. g. auditio sacri, satisfiet illi præcepto, etsi contra aliud peccetur, cui malus ille finis opponitur. Et ita tradunt *Sotus lib. 2. de iust. q. 3. art. 9. cõcl. 2. & lib. 10. q. 5. art. 3. ad finẽ corp. Nau. sum. c. 21. n. 7. Couar. c. Alma mater. 1. p. §. 5. un. 1. vers. præter hac.* Et inter oẽs latissimè *Led. 2. p. 4. q. 16. ar. 6. in 1. p. dub. 6. & in 2. p. dub. 1. & q. 17. ar. 1. Azor to. 1. l. 7. inst. mor. c. 6. q. 1. & multi alij.*

2 Atque idem dicendum est de pęnitentia sacramentali. Cum ex quodam confessoris præcepto debeatur. Sic *Suarez 4. to. in 3. p. disp 38. sect. 8. nu. 1. in fine.*

3 Sed in voto, & iuramento facto Deo, id non procedere quidam neoterici sentiunt, dicuntque illis non satisfacere implentem opus promissum, ob malũ finem, vel indifferentem. Ducuntur, quod omnis circũstantia contineatur in voto, sine qua res promissa non est apta voti materia; qualis est ne finis sit malus vel indifferẽs. 2. quia promittens rem bonam, & vtilem, nõ satisfacit dando malam, & inutilem, qualis est opus promissum impletũ ob malum finem. 3. quia votum est actus religionis, quo Deo cultus exhibetur, quod non inuenitur, vbi ob malum finem impletur. Tandẽ, quia si ieiunans ob finem mortalem satisfaceret ieiunij voto, posset satisfacere non ieiunando. Quia licitè potest, immo

tenetur

tenetur id ieiunium omittere. At credo idem dicẽdum de voto, & iuramento, quod de reliquis pręceptis. Quia cum votũ quędã lex particularis sit, quã homo sua spõte sibi imponit, obligat instar aliorũ prӕceptorũ ad solã actus promissi substantiã exequendã. Quod si rationes contra hoc allatӕ aliquid probarent, idẽ vtique in oĩbus prӕceptis concluderent. Cum ea omnia respiciãt, & intẽdant diuinũ cultum; & in omnibus prӕceptis eӕ circũstantiӕ includãtur, sine quibus res non est prӕcepti materia. Quare dicendũ est omnia vota, & prӕcepta, prӕcipueque ad religionẽ spectantia, respicere, & intẽdere diuinum cultum, nõ tanquã rem prӕceptam, aut quӕ sub voto cadat; sed tanquam finem, & modum prӕcepti, & voti, quӕ sub illis non cadunt. Atque prӕcepta & vota debent esse de actu virtutis quoad actus substãtiam, & obiectum & per illum impleri debent; & claudunt circumstantias intrinsecas rei prӕceptӕ, aut promissӕ; nõ autem finem extrinsecum, quem ea exequens apponere potest. Atque satis est, vt opus impletum sit bonum, & vtile quoad substãtiam, etsi modus sit inutilis. Nam ad prius tantum obligant prӕcepta, & vota. Et quamuis licitè ea opera omitti possent quoad finem adiunctũ malum, non tamen quoad actus substantiam. Et ex his cõstat solutio ad rationes contrarias. Et huius sententiӕ videtur *Vasquez 1.2.q.110.art.9.in expositione literӕ, nu. 11.* vbi dicit vouentem satisfacere exequendo ipsum opus simpliciter, si nõ habuit aliam expressam intentionem.

4 Ex his deducitur intellectus ad regulam traditam in *l. Non dubium C. de legib. & l. cõtra legem, & seq. ff. eo. ti.* quӕ est, *Is in legem delinquit, qui verba legis amplectẽs, cõtra legis nititur voluntatem, & intẽtionem*. Quã regulã vt iacet, tradũt *Syl. verb. Lex, in fine, & verb. Fraus, in fi. Sotus li. 1. de iust. q. 6. art. 8. in fine corp.* Vnde infert *Syluest.* in legis fraudẽ nil faciendũ. Iuxta *dict. l. cõtra legẽ.* Quia cum quid prohibetur vna via, intelligitur & alia prohibitum. *Regula Cum quid, de reg. iur. in 6.* Sed hӕc regula sano modo intelligẽda est, ne dictis, & cõmuni omnium sententiӕ aduersetur. Nam implens prӕceptum ob finẽ malum, verè id implet; cum tamen contra legis intentionem agat, quę est vitam hominis componere. Et apertius, qui semel in die ieiunij comedit, curans ita stomachũ cibis replere, vt nil prorsus famis patiatur, verè implet prӕceptum. Cum tamen legis intentionem, quӕ est fame aliqua carnem macerare, defraudet. Tandẽ, quia commune axioma est, finem prӕcepti nõ cadere sub pręcepto, ac proinde prӕcepti trãsgressor non erit, seruans prӕcepti verba, non tamẽ eius finem. Quare regula hӕc intelligenda est de voluntate intrinseca legis, qua intendit obligare ad aliquid tãquam ad materiam prӕcepti, non autem de volntate & intentione legis, qua intendit aliquid, vt materiӕ illius prӕceptӕ finem: qui dicitur extrinsecus legis finis. Sic docet *Adrian. in 4. vbi de confess. q. 5. dub. 4. ad finem, in solu. ad 3. argumentũ.* Quod idem optimè explicuit *D. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 9. ad 2. & 2. dist. 38. q. vnic. ar. 3. in corpore, & 3. dist. 36. q. vnic. ar. 6. in corpore,* dicens intentionem legislatoris esse duplicem, alteram, de qua intendit prӕceptum indicere: alterã autem, ad quam intendit per prӕceptum inducere: & primam solam cadere sub prӕcepto. Nec omnis fraus legi facta est illicita, sed illa sola, qua materia lege prӕcepta violatur. Quare omnes illӕ cautelę, quӕ a iurisperitis insinuantur, vt violantes extrinsecam legis intentionem, non fiant materiӕ legis transgressores, licitӕ sunt. Nec enim iure suo vtens potest dici fraudem committere. Vt latius probaui lib. 3. de matrim. disp. 18. nu. 29.

5 Quoad 2. punctum, res est certa posse vnico actu diuersis prӕceptis satisfieri. Vt vnico ieiunio potest satisfieri voto, & pœnitentiӕ sacramentali, & prӕcepto ieiunij, si ieiunium alicuius vigiliӕ voueatur, ac imponatur in pœnitentiam obligato alias ad ieiunandum. Atque obligatus ad horas ratione ordinis, beneficij q; satisfacit eadem recitatione. Raro autem differẽtiӕ inter realia iustitiӕ commutatiuę debita, & legalia, vt voti, legis, & pœnitentiӕ iniunctӕ, optimè traditur a *Metina, C. de satisfac. q. 4. vers. Corollariè sequitur,* quod in illis ęqualitas rei ad rem attẽdatur, & ideo cum vnum debitum nequeat pluribus satisfactionibus esse ӕquale, nequit vnica solutione pluribus debitis satisfieri. Hӕc autẽ ex legislatoris intentione pendent; intentio autem legis, voti, & pœnitentiӕ, possunt in vnum, & idem opus tendere. Cõtingit autem hoc regulariter, & in plurimum, quando duo illa prӕcepta pro eodem die determinata imponuntur. Vt si festum in dominica incidat, etsi vtraque ratione teneantur fideles audire sacrum, vnico sacro audito, vtrique obligationi satisfacient.

6 Is tamen cui absolutè imponitur aliquid pro pœnitẽtia sacramentali, quando aliud ex mente cõfessoris nõ colligitur, minimè satisfacit p opus alias debitũ, vt per ieiunium voto, aut prӕcepto debitũ, sed intelligitur de volũtario. Quia cum satisfactio potissimum per opera voluntaria fiat, nec opus id sit alligatũ dici, in qua aliud prӕceptum concurrit, mens confessarij in satisfactionẽ opera imponentis, de operibus voluntarijs est in dubio interpretanda. Vt bene tradunt *Metina, C. de satisfact. q. 7. vers. Quantum verò ad exempla, Sotus 4 d. 19. q. 2. art. 1. col. pen. cõcl. 2. Victoria sum. vbi de satisfac. n. 205. Nauarr.* dicẽs esse omniũ *in sum. c. 26. n. 23. & c. 21. in princ. nu. 44. de pœnit. d. 6. Azor to. 1. l. 1. instit. moral. c. 14. q. 1. in fine. Henriq. l. 5. de pœnit. c. 19. nu. 5. & c. 21. n. 3. Sayro in claui regia Sacerdotũ, lib. 6. in c. 3. n. 22.* Quod bene temperat. *Suarez 4. to. in 3. par. disp. 37. sect. 6. n. 5.* nisi ex circũstantijs rationabiliter credatur noluisse cõfessorẽ adeo grauare pęnitentem. Tunc. n. merito credi põt fuisse intentionẽ, vt per opera alias debita satisfaceret. Quia semp credendũ est prudenter, & rationabiliter eum operari. Si tñ confessarius imponeret auditionẽ sacri in die festo, nec mentem suam explicaret, an de necessitate prӕcepti debito, an de solo voluntario intelligeret, ad coniecturas confugiendum est. Si iniungeret quotidie audire sacrũ vno mense, satisfaceret vnico in festis audito. Si verò pro vno, vel altero festo, & pęnitẽs diebus festis soleret sacro non interesse culpabiliter, credi põt cõfessorẽ de sacro alias debito intellexisse: vt sic noua ea pęnitentię obligatione adiecta pęnitẽtem ad seruandũ Ecclesię pręceptum induceret. Si autẽ id nõ reperiretur, sed pęnitens est operarius, cui in hebdomada interesse sacro non vacaret, censendus erit confessarius de sacro non debito intellexisset, signasseque diem festum, vt vacaret operario audire. At si circũstantijs hinc inde pensatis res esset ӕquè dubia, intelligo mentẽ confessarij de sacro voluntario interpretandam esse. Quia regula generalis ex communiter accidentibus, & ex satisfactionis natura desumpta est, vt in dubio pœnitentia imposita intelligatur de operibus voluntarijs. Vt proximè diximus. Aliqui ab hac regula eleemosynam in pęnitentiam iunctam excipiunt: dicuntq; satisfacere pœnitentem, si eam pauperi grauiter, aut extremè indigenti largiatur, cui alias ex eleemosynӕ prӕcepto debita erat. Sic cõtra *Metinam, Sayro, & Suarez proximè allegatos, & Palud. 4. d. 15. q. 1. ar. 2. n. 8.* docent *Victoria, Sotus, proximè citati. Mart. de Ledes. 2. p. 4. q. 14. ar. 1. dub. 7. Barth. à Ledes. sum. sacram. vbi de satisfact. dub. 9. in fine Emman. Sà summa, verb. satisfactio, nu. 9. Henriq. lib. 5. de pœnit. c. 21. n. 3. in cõmento, lit. Q.* Atq; idem in voto, de quo eadẽ est rõ (vt nu. sequenti dicemus) tradit *Azor nuper allegatus.* Ratio est, quia cum eleemosyna pauperis indigentiam subleuati respiciat, quo maior est indigẽtia, potiori rõne eleemosyna dici potest, & ideo prudenter credi potest mentem cõfessarij fuisse, vt per huiusmodi eleemosynam & prӕcepto, & pœnitentiӕ satisfieret. Adde non teneri quempiam in hac necessitate ad eleemosynam, quando alia via potest ei necessitati subuenire. Vt si esset incertorum debitor, quӕ pauperibus restituenda sunt, ea largiendo in ea necessitate non teneretur ad eleemosynam. Cum ergo hic implendo pœnitentiam largiendo eleemosynam sibi impositam, succurrat

succurrat necessitati, cessabit tūc eleemosynæ pceptū, & pœnitētiæ satisfaciet. Tādē, quia est probabilissima snīa, satisfieri præcepto eleemosynæ mutuando pecunias: ac proinde satisfiat pœnitētiæ eas dādo. Merito aūt *Suarez* reprehēdit *Sotum proxime allegatū* limitantē hoc, vt per eā eleemosynā satisfiat pœnitentiæ, qn̄ eleemosynę obligatio confessionē subsequuta est; secus si illā antecesserit. Nil enim refert, siue antecedat, siue subsequatur. Et in vtroq; casu rationes allatæ probāt. Si tñ eleemosyna illa esset alio titulo debita, vt ex voto, non satisfieret illa pœnitētiæ iniūctæ. Vt bñ dicit *Azor proxime allegatus*. Et idē dicēdū esset, si esset debita ratione restituēdi incerta. Quia ea nō est eleemosyna, sed iustitiæ debitū. Quare nō approbo, qđ dicit *Hēriquez lib. 5. de pœnit. c. 21. nu. 3. in commēt. o, litera Q.* vbi ait hūc satisfacere pœnitētiæ, si eleemosynā illā suo fratri indigēti cōferat, cui tenetur subuenire. Quia frater diues tenet debito legali, ad qđ per iudicē cōpelli pōt, ad subueniēdū parētibus, & ceteris ascēdētibus, ac fratribus inopia laborātibus; nō aūt reliquis cōsanguineis. Vt latē cū alijs tradit *Molina li. 2. de primoge. c. 15. a n. 57. vsque in finē.* Atq; proinde ea nō erit eleemosyna. Itē, quia pauper nō dicitur, qui ius petēdi alimēta habet. Vt ex alijs probat *Surdus de alimentis, tit. 7. q. 37. a nu. 1. vsque ad 11.* Et sic hac quoque ratione deficiet ratio eleemosynę: secus si nō esset diues, & hac ratione excusaretur ab alimētis, vel daret ijs, quos nō tenet alere.

7 Atque similiter in voto est dicēdū. Si quis enim aliqd voueat, nec cōtrariā intētionē habeat, cēsetur se ad opus volūtariū obligare, qđ est proprijssima voti materia: nec satisfaciet vouēs per opus debitū. At si voueret se auditurū sacrū in festo, nec cōstaret de intētione, ad easdem cōiecturas, quas n. precedēti in pœnitētia iniūcta posui, cōfugiēdū est, & iuxta illas iudicādū, & in dubio (vt ibidē dixi) de sacro voluntario intelligēdū est. Quia votū, quādo de cōtraria intentione nō constat, intelligitur in dubio de opere supererogationis emissū. Quod id proprijssima eius materia sit. At si quis eleemosynam voueret, satisfaceret dādo extremè indigenti. Vt tenet *Azor n. preced. allegat.* vbi idē dixi de pœnitentia iniuncta, q̄uis vtrumque neget *Sayrus ibi relatus*. Nō tamen (vt ibidē dixi) satisfaceret, si alio titulo eā eleemosynā deberet.

8 Sed dubitari merito poterit, si quis opus multis titulis debeat, ita vt id multiplicare teneatur, & illud exequatur intendens omnibus simul satisfacere, credens se id posse, vel non determinando intentionem, vel volendo nulli satisfacere, cuinam satisfacere cēseatur? Vt si quis eleemosynā decē aureorū debeat rōne restitutionis incertorū, & ratione voti, & pœnitentiæ iniūctæ. Vel ieiunium, aut missam ratione voti, & pœnitentiæ, & præcepti, eo quod sit dies festi. Quod est magnæ vtilitatis scire ad commutationem. Nam si nō censeatur impleta, sed supersit restitutio incertorū, poterit ea per compositionis bullam tolli. Si pœnitentia non censeatur impleta, potest tolli, aut indulgentias lucrando, aut per alterius confessoris commutationem. Si autem votū per dispēsationem, aut commutationem id efficere iure ordinario, aut ex priuilegio potēris. Dico hūc tripliciter se posse habere. Primo, quādo expressè vult eo opere omnib. obligationibus satisfacere. Et tūc si opus est diuisibile, vt in eleemosyna contingit, satisfaciet omnibus pro rata, & ita cuiuslibet obligationis supererit alia pars implēda. Si verò sit indiuisibile, vt ieiuniū vel sacrū, satisfaciet soli maiori, quæ in hac re est præcepti Ecclesiæ, si dies festi, aut ieiunij sit, quæ alijs obligationibus voluntate propria, aut cōfessoris inferioris cōtractæ sunt, merito anteponenda est. Deinde maior est voti obligatio: quippe religio strictius obligat, quām pnīa. Ducor quia qn̄ plura sunt debita omnino æqualia nec quisquam decreuit cui debito satisfacere velit, cēsetur omnibus pro rata satisfacere: si autem alterum sit grauius, censebitur grauius solutum. At si decreuit cui satisfacere intendat, illi satisfactum censebitur. Vt cōstat ex *lege Cum ex pluribus, & ibi Bar. n. 2. & multis alijs ff. de solut. & ex l. regia*

10. tit. 14. p. 5. & ibi Gregor. Lop. verb. En todos. Cum ergo in hoc casu hic decreuit omnibus debitis satisfacere, nec possit omnibus, operabitur voluntas eo modo quo pōt, nēpe, cuilibet satisfaciēdo pro rata, qn̄ opus est diuisibile: & qn̄ est indiuisibile, grauiori, cui videretur satisfacere, si nil decreuisset. Quia si opus non valet vt agitur, debet valere meliori modo quo potest. Vt tradunt DD. *c. vnic. §. Idem quoque, ver. illum textum de desponsat. impub. in 6.* 2. modo pōt se habere, quando decreuerat his obligationibus satisfacere dādo diuersas eleemosynas, nec decreuit cui prius. Et tūc censetur vrgentiori, iuxta regulam traditā. Quæ est debitum iustitiæ contractum ex illicitè acquisitis, cui satisfaciendum erat restituendo ea pauperibus. Et si sit ieiunium, aut sacrū, prius præcepto Ecclesiæ censebitur satisfactum: & si sint sola votū, & pœnitentia, prius votum. Tertio modo, quādo penitus oblitus harum obligationum, vel nolēs illis satisfacere, sed liberaliter impleuit opus, & tūc nullatenus censebitur debito es iustitia satisfacere sed inter alias duas, grauiori, nempe, voti. Quia (vt diximus c. præced. n. 11. 13. 17. & 18.) ad obligationem iustitiæ persoluendam intentio satisfaciendi desideratur: ceteris autem etiam intentione contraria existenti satisfit.

9 Demum in hoc secundo puncto id aduertendum est, etsi idem opus duplici præcepto iniunctum sit, non sub inde erit duplex culpa, aut continebit circumstantiā in confessione necessario explicandam, eius transgressio. Vt si omittatur ieiuniū vigiliæ incidentis in quadragesima: aut missa in die festo incidēti in dominica. Quia præcepta hæc sunt de eadem materia, & ob idē virtutis motiuum. Sed tunc erit duplex culpa, quando de eadē materia sunt, & ad diuersas virtutes pertinēt. Vt si omittatur missa debita ex die festo, & pœnitentia iniuncta: vel ex eadem virtute ob diuersum eius motiuum, vt si sit debita ratione festi & voti, vel rōne voti, & iuramēti. Vt latius tradidi, & explicui lib. 9. de matrim. disp. 15. n. 5. & 6. Et vltra ibi allegatos tradunt etiam *Azor to. 1. lib. 4. instit. moral. c. 2. q. 6. Zumel 1. 2. q. 72. art. 6. dubio 3. Petr. de Ledesma 2. tom. sum. tract. 17. c. 2. post 6. concl. diffic. 2. Sayro in claui regia, l. 2. c. 5. n. 12. & 15.*

10 Nec multiplicatio eiusdem vinculi efficiet, vt transgressio sit duplex culpa, aut circumstantiam necessario confitendam habeat. Vt eiusdem voti multiplicatio. Vt dixi lib. 7. de matrim. disp. 17. n. 25. Immo cōtra aliquos neotericos idem sentio, etsi repetens votum nouā sibi obligationē imponere intendat. Quia si posset repetendo, etiam posset vnica vice volēdo, mille sibi obligationes imponere. At nequit vnica vice, eo quod voluntas ipsius vouentis non sat est ad sumendas pro libito obligationes, quando materia, circa quam versatur, est vnica, & sub vnica ratione, & ex vnica virtute.

11 Quoad 3. punctum, regula est, potest vno & eodem tpe, diuersis actibus duplici præcepto satisfieri, quando vnū nō impedit aliud. Quod nullibi temporum diuersitas præcipiatur. Atque ita fatētur fere vniuersi Doctores, nam dicūt posse quempiā tēpore quo missam in festo preceptā audit, recitare horas canonicas, vel quascūque alias preces, ad quas ratione ordinis, voti, aut pniæ iniunctæ tenetur. Inter quos sunt *Caiet. sum. verb. Festorum violatio, & in opusc. to. 2. tract. 4. de valore orationū dictarū ab audientibus missam. Sotus 4. d. 19. q. 2. art. 1. & d. 13. q. 2. ar. 1. Nau. c. Quādo de cōsec. d. 1. c. 19. n. 178. & sū. c. 21. n. 4. Ledes. 2. p. q. 16. ar. 6. in 1. p. dub. 5. & alij multi*, quos referūt, & sequūtur *Henriq. li. 9. de missa, c. 25. n. 5. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 2. puncto vlt. in. Quomodo recitandū sit officium. corol. 1. Azor to. 1. li. 10. institut. moral. c. 12. q. 10. & lib. 7. c. 5. q. 1. Suarez 4. tomo in 3. par. disp. 38. sect. 2. n. 5.* Nec huic regulæ contradicūt *Angelus verbo Feria, n. 46. Rosella verb. Dñica. n. 7. Syl. verbo Missa. 2. in fi. Armilla verbo Festum. n. 11 & verbo Missa. n. 39.* Quamuis enī negent posse missæ, & horis simul satisfieri, non id negant, eo quòd duorum præceptorū impletio duplex tēpus requirat; sed quia vtrumque attentionē requirit,

nec est possibilis ad vtrũque simul, & ita vnũ impedit aliud. Sed adhuc hoc nõ est verũ. Quia neutrũ attẽtionẽ ad verba requirit, quãuis ea sufficiẽs sit: sed vtriq; satis fit attẽdendo ad Deũ, resq; diuinas, & ita vna, eadẽque attẽtione. Si tñ (vt bene ait *Nau. prox. n. è allegatus,*) esset defectus attẽtionis requisitæ ad vtrũq; præceptũ, neutri satisfieret: si sola requisita ad alterum adesset, illud impleretur. Quare optimè ait *Azor to. 1. li. 7. instit. mor. d. 1. c. q. 3. & 4.* difficile posse quempiã vtrumq; preceptum simul implere si ad verba vellet attẽdere, & forte eum nõ impleturum. At si tã capax esset, vt vere attẽderet, impleret. Nec erit culpa venialis, vtriq; simul cũ debita attẽtione satisfacere. Quia nulla est culpæ rõ, eo qđ diuersitas tẽporũ nullatenus cadat sub præcepto. Et ita sustinẽt *Victoria, Azor vtroq; loco, Enriquez proxime allegat.* Et fauet *Nau. sum. Lat. c. 21. nu. 8.* vbi tñ ad melius petit hæc præcepta diuerso tempore impleri. Quãuis idem *Nau. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 19. n. 17. cum Caiet. vtroq; ie loco. & Ledes. nuper allegatis* dicat esse veniale, quando absque causa fit. Quibus non assentior.

11 Hinc deducitur eũ, qui duplicem missam audire tenetur, posse eas simul audire, dum eæ simul in duplici altari celebrãtur. Quia potest vtrique corpore esse præsens, & vnica attentione ad Deum habita satisfacere. Sic *Maior in 4. d. 12. q. 8. dub 1. in solut. ad 1. Pet. de Ledesma in summa sacram. vbi de Eucharistia, in c. 27. paulo ante conclus. 9. fol. 343.* Et idẽ de triplici missa ait *Maior.* Quod etiã verũ credo, quando altaria ita essẽt coniuncta, vt vere diceretur audiẽs esse præsens moraliter illis.

CAPVT XV.

Qualiter peccatum sit, nulla necessitate, aut vtilitate magna cogentibus, impedimentum admittere, quo præcepta impleri nequeant.

SVMMARIVM.

Referuntur tres sententiæ, num. 1. 2. & 3.
Proponitur sententia Authoris, num. 4.

1 De hac re nil generaliter traditum apud Doctores inuenio, sed specialiter in quibusdam præceptis: Atque ita agens de ieiunij præcepto *Medina 1. 2. q. 77. a. 7. & i. 1. summa cap. 14. §. 10. fol. 101.* ait nullã esse culpam sibi bere in impedimentum illius obseruandi voluntarium conijcere etiam eademmet ieiunij die. Vt si quis ieiunij die defatigetur concubinam quærendo, aut pilę ludo, præuidens fore vt ob id ieiunare nequeat, ait eum in ieiunij præceptum non peccare, dummodo hæc in ieiunij fraudem non efficiat. Quia præceptum ieiunij tantum obligat ne per se, & ex intentione opus ipsi incompatibile fiat. *Medinæ* aliqui cõsentiunt; alij vero cõtradicunt. Immo nec peregrinationem promissam expleri posse affirmãt cum ieiunij fractionis periculo, nisi in certo casu. Vt in tractatu de ieiunio videbimus. Et *ipsemet Medina 1. 2. q. 71. a. 5. dub. penul.* ait ponentẽ obstaculũ impletioni pcepti affirmatiui peccare in illud. Vt si quis se inebriet, præuidẽs fore, vt non obseruet festum audiens sacrum. Similiter cum quis facilè excommunicationis absolutionem cõsequi valeat, quo in die festo sacrũ audiat, dicũt ferè omnes illum non teneri id impedimentũ remouere. Vt in tractatu de missa dicemus.

2 Alij autem etiam diei præcedentis impedimentum auferendum esse ex vi præcepti putant: atq; adeo æditiuum teneri hostias conficere, templum verrere, altaria ornare pridie diei festi, ne ipsa festi die laboret. Vt in tractatu de festis videbimus. Et similiter aiunt DD. teneri voruentem impedimenta voto obstantia auferre.

3 Ex alia parte video DD. asserere (vt põt videri *in Henriquez l. 9. de missa c. 25 n. 1. in cõmento lit. P.*) edentẽ nimium, aut cibos nociuos, nõ in fraudem, quo se a præceptis eximat, minimè in præcepta delinquere, quamuis fore vt in morbũ incidens a multis præceptis excusetur præuideat. Quod ea præcepta, v. g. ieiunij, audiendi sacri, abstinendi a carnibus solos sanos astrigant, nec ad conseruandam salutẽ eis implendis necessariã obligent.

4 Ex quibus omnibus colligo, non posse vniuersalem regulam tradi, quæ in particulari, & determinatè præscribat, quando præcepta obligent ad tollenda impedimenta, siue eodem die occurrant siue ad præueniendũ ne occurrant. Sed tantum potest vniuersalis regula tradi, ex qua in singulis præceptis hæc tollẽdi impedimenti obligatio deducenda sit. Atque specialiter in singulis præceptis circa singula tradetur. Regula aũt hæc est. Spectanda sunt vis, & rigor præcepti: quędã enim benignius explicantur, ac minoribus causis excusantib. indigent: alia verò rigidius, ac vigẽtiores causas desiderãt: necessitas, aut vtilitas impedimenti: & an proxime, vel remote præceptum impleri impediat & an per se, & intrinsece ad rei præceptæ materiam pertineat: vt breuiarium ad recitandum officium canonicum: vel per accidens, vt bona valetudo respectu eiusdẽ: & his computatis, diuersimodè in singulis præceptis iudicandũ est, an culpa sit admittere impedimenta ab illis excusantia.

CAPVT XVI.

Qualiter ingorantia, inaduertentia, seu obliuio, quãdo inuincibilia sunt, a præcepti transgressione excusent.

SVMMARIVM.

Ignorantia, & nescientia qualiter distinguantur, nu. 1.
Traduntur variæ diuisiones ignorantiæ a nu. 2. vsque ad 7.
Ignorantia aliqua, an detur mortaliter culpabilis, quæ non sit crassa, nec supina. Et quæ talis dicatur, nu. 7.
Inaduertentia, seu obliuio, qualiter distinguitur ab ingnorantia. & eisdem modis ac ignorantia diuiduntur nu. 8.
Ignorantia inuincibilis iuris, vel facti, quando est antecedens, a culpa excusat: & idem de inaduertentia, & obliuione, n. 9.
Quando sola malitiæ actus pars ignoratur, aut sola ea inuincibiliter, ab ea sola malitia parte actus liber est, nu. 10.
An excusentur à mortali scientes esse culpam, nescientes tamen, aut non aduertentes, an sit mortalis, vel putantes esse venialem, nu. 11.
An actus contra præceptum dictanti conscientia inuincibiliter ignoranti esse bonum sit bonus, nu. 12.
Ignorantia inuincibilis concomitans, an excuset a culpa, n. 13.
An ille affectus, qui adest cum hac ignorantia, sit peccatum, num. 14.
Ignorantia inuincibilis pœna, an excuset a culpa? Et remissiue quando ignorantia excuset a pœna & censuris, nu. 15.
An ignorans inuincibiliter actum internum esse malum, at sciens externum esse talem, excusetur a culpa actus interni? Refertur quadã sententia n. 16. Et sentẽtia Authoris, n. 17.
An ignorans inuincibiliter esse malum operari cum dubio practico, peccet cum illo operando, nu. 18.
An ignorans inuincibiliter imperare malum esse peccatum, imperando peccet, num. 19.
An, vt ignorantia, inaduertentia, seu obliuio iuris, vel facti, reputentur inuincibilia, desideretur aliqua actualis aduertentia ad obiecti malitiam, eiusve periculum, saltem dubitando, aut scrupulum concipiendo: vel sat sit virtualis? Refertur quadam sententia, nu. 20.
Et sententia Authoris, nu. 21.
Quid, si actu non aduertatur saltem dubitando pars malitiæ, num. 22.
An exigatur plena actualis consideratio malitiæ obiecti mortalis, ad culpam mortalem, nu. 23.
An scire, seu aduertere, & debere scire, seu aduertere, æquiparentur ad culpam, & dicantur ignorantia, & inaduertentia indirecte voluntaria, quando quis debuit, & non aduertit. Et explicantur l. Quod te mihi, ff. de rebus cred. & cap. Si culpa, de iniurijs, nu. 24.
Effectus, cuius nulla cognitio præmissa est, an possit esse voluntarius in causa, num. 25.
Explicatur regula Ignorãtia, de regul. iuris, in 6. qualiter ignorantia non iuris, sed sola facti excuset, nu. 26.
Quando ignorantia legum ad statum, vel officium pertinentiũ, sit inuincibilis, eo quod nulla illarũ cognitio præcesserit: & qualis quoad hoc differẽtia sit inter has, & alias leges, n. 27.

An

An sciens contractũ esse vsurariũ, nec actu recolens, dũ illum init, excusetur a culpa & vt illa inaduertẽtia censeatur inculpabilis, referat ignorantẽ esse timorata conscientia, n. 28.

An aggrediens opus periculosum absque periculi aduertentia, excusetur per inaduertentiam inuincibilem, nu. 29.

Quid, si obliuio, vel inaduertentia ex culpa contigerit, nu. 30.

An si peccatũ fuit causa ignorantia, quod ratione scientia vitandum non erat, dicatur ignorantia inuincibilis, num. 31.

An detur ignorantia inuincibilis rerum fidei etiam inter fideles: & quando sufficienter proposita censeantur infidelibus, vt non credendo minimè per ignorantiam excusentur, n. 32.

An possit dari ignorantia inuincibilis circa pracepta iuris natura: & quid spectandum sit ad eam ignorantiam dijudicandam inuincibilem, nu. 33.

Qualis diligentia adhibenda sit, vt ignorantia, inaduertentia, seu obliuio facti, inculpabilia censeantur, nu. 34.

Quas leges teneatur vnusquisque scire, nu. 35.

Qualis diligentia ad eas sciendas adhibenda sit, vt deinceps ignorantia sit inuincibilis, nu. 36.

An excusetur ignorans, aut non aduertens ieiunia, aut festa in ea hebdomada occurrentia, si parochus ea non indicat: & quid, si Missa solẽni non interfuerit, nec alios rogarit, n. 37.

An danti operã rei illicita imputetur semper ad culpam effectus subsequuntus, nec vnquam ignorantia excusetur, nu. 38.

An ad vincendam ignorantiam desiderentur aliquando oratio, & alia bona opera nu. 39.

Inaduertentia, & obliuio actualis frequentius absque culpa contingit, quàm ignorantia habitualis, nu. 40.

An ignorantia, qua dum prodit in actum, vinci nequit, at antea vinci potuit, imputetur: & sic ebriorum peccata non excusentur a culpa? Refertur sententia, nu. 41.

Proponitur sententia Authoris, nu. 42.

Quid, si ebrij irritentur ad ea peccata perpetranda, nu. 43.

Qua dicta, vel facta ebriorum ex se iniqua, & prauisa, eis culpa non tribuantur, nu. 44.

An hac peccata sint in se peccata, an in sola causa nec nouam malitiam necessario fatendam habeant quando postea committuntur: atque idem dicendum sit de omnibus peccatis, qua in sua causa libera fuerunt, at dum committuntur, non sunt libera, nu. 45. & 46.

An quando postea eueniunt, inducant excommunicationem, irregularitatem, & restituendi obligationem, nu. 47.

1 PRæmittendũ est ignorãtia a nesciẽtia, distingui, sicut cæcus, & nõ videns distinguuntur. (Vt tradit *D. Th. 1. 2. q. 76. ar. 2.*) Quippe hęc purã negationẽ ĩportat. Illa aũt sciẽtię, cui acquirẽdæ qs aptus est, priuationẽ. Multæ aũt ignorãtiæ diuisiones tradũtur a *Corduba lib. 2. q. 1. Valẽtia 1. 2. disp. 2. q. 1. puncto 6. Vasq. disp. 117. c. 1. Azor to. 1. li. 1. inst. mor. c. 12. q. 1.* Sed breui aliquot subijciam diuisiones, quæ ad rem moralẽ magis conferunt.

2 I. Diuisio est. Ignorantia quædã est prauę dispositionis, quæ error appellatur. Cum scilicet, simul cum ignorantia habet quis errorẽ contrarium. Vt si quis contractũ vsurarium licitum esse putet. Alia est puræ priuationis, quæ scilicet, non est cum errore aliquo positiuo, sed est sola priuatio scientiæ, quam aliquis habere debet.

3 II. Diuisio est. Ignorantia alia est iuris, alia facti. Iuris dicitur, qñ lex, vel prohibitio ignoratur. Vt si quis ignorat accedere ad non suam esse nefas. Facti autem, quando non ipsum ius, sed factum ignoratur, vt si quis ignoret feminam ad quam accedit, non esse suam.

4 III. Diuisio est. Vtraq; ignorãtia alia est inuincibilis, q̃ & antecedẽs, & inculpabilis, ꝓbabilis, iusta, & inuolũtaria solet appellari. Alia aũt vincibilis, q̃ & consequẽs, culpabilis, improbabilis, iniusta, & volũtaria dr̃. Alia est cõcomitãs. Inuincibilis & antecedẽs dr̃, q̃ inculpabiliter ptinet cognitione, & sciẽtia malitię actus, qua cognita nõ fieret. Vt si quis sagittã proijciat in eã quam prudẽter, & adhibita debita diligentia ferã putat, cum tñ homo esset; qui si id nosset, nullatenus proijceret. Dr̃ aũt antecedens, nõ respectu eius, qd ex ignorãtia tãquã ex causa fit. Sic. n. omnis ignorantia, q̃ est causa actus, diceretur antecedens. Cum causa effectum antecedat. Sed antecedens dr̃ respectu liberæ voluntatis vtpote, q̃ nec directè, nec indirectè est uoluntaria, & ita oẽm voluntatis actũ antecedit. Dicitur autem inuincibilis, qa aut excludi nequit, aut non debet. Dicitur autẽ probabilis, iusta & inculpabilis. Quia sine culpa, & bona fide contracta est. Ignorantia vincibilis, & cõsequens è contra dicitur, quia sequitur voluntatem, vtpotè quæ verè volita est, aut directè, vt cum est affectata; aut indirectè, quia potuit ignorans & tenebatur illam expellere. Qua ratione dicitur vincibilis, vinci. n. potuit culpabilis iniusta, & improbabilis: eo quod culpabiliter contracta sit. Vt si in eo sagittæ exemplo quis imprudenter eã eiecisset, non ꝑmissa debita diligentia ad dijudicandum an sit fera, vel homo. Conuenit aũt in hoc vtraq; hæc ignorantia, quod vtraq; causa sit actus ignoranter gesti, non positiuè, & quasi influens in affectũ, sed remouendo cognitionem, quæ si adesset, actus non fieret. Cum. n. ignorantia sit quædam priuatio, hac duntaxat ratione, videlicet, remouendo impediens, seu prohibens, potest esse alicuius causa. (Vt testatur *D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 1.*) Differt autem, quod consequens sit causa peccati formaliter: vtpotè, quæ ab actus malitia non excusat. Antecedens autem sit causa peccati solum materialiter, id est, actus qui ex se peccatum erat: at ratione illius ignorantiæ excusatur a formali actus malitia. Cõcomitans est, quæ simul est cũ actu, nec illius est causa, nam esto non esset, adhuc actus fieret. Vt in dicto proiectionis sagittæ exemplo, qñ proijciens in ea esset voluntate, vt si nosset hominem esse, quem feram putauit, illũ similiter intereuisset. Et sic intelligitur id *Arist. 3. Ethic c. 1.* dicens diuersum esse, ex ignorãtia, & ignoranter agere. Ex ignorantia, n. dicitur aliquid fieri, qñ ignorantia est causa actus. Ignoranter autem, qñ ignorantia non est causa, sed actum concomitatur. Et hæc ignorãtia concomitans etsi propriè non dicatur vincibilis, aut inuincibilis: (vt bene *Vasquez 1. 2. q. 76. art. 1. disp. 117. c. 1. in fi. & Azor to. 1. li. 1. inst. mor. c. 12. q. 2.* At põt dici vtroq; modo (vt bene *Suarez to. 10. in 3. p disput. 4. sect. 8. nu. 6.*) nam põt dici antecedens, & consequens, & concomitans, diuersis tamen respectibus. Antecedẽs enim dicitur, quando fuit inculpabilis respectu illius actionis formaliter consideratæ, vt, nempe, hominis interfectio est: eo quod debita sit apposita diligẽtia. Quia cum tunc ea ignorantia nõ sit voluntaria, dicitur oẽm voluntatis actũ antecedere. Dicitur ẽt antecedẽs respectu talis actionis, quia hic & nũc, est causa illius, & causa antecedit effectum. Quod autem eadem, vel similis actio futura esset, ẽt si ignorãtia nõ esset, nil obstat quominus hic & nunc, illa ignorantia sit illius actionis. Cõditionalis. n. nil ponit in esse. Dicitur autem consequẽs, quando est culpabilis, quia cum sit indirectè voluntaria, consequitur voluntatis actum. Dicitur autem concomitans, quatenus voluntatem eiusdem damni inferendi seclusa ea ignorantia comitatur.

5 IV. Diuisio est. Ignorantia vincibilis alia est, in qua est negligentia grauis, & sufficiens ad mortale. Alia autem, quando negligentia leuis adest, nec ad mortale sufficiens, sed ad solum veniale.

6 V. Diuisio est. Ignorantia vincibilis alia est affectata, alia nõ affectata. Affectata dicitur, cũ quis data opera ignorare vult, ne ab actu quẽ exequi optat, retrahatur. Non affectata autem, quando quis nõ eligit ignorare, at culpabiliter ignorat. Quare affectata ĩ ea distat ab ignorantia vincibili consequente, aut concomitãte, quod sit directè in se volita, aliæ autẽ solum indirectè.

7 Vltima diuisio est. Ignorãtia vincibilis non affectata alia solũ mortaliter culpabilis, alia aũt est crassa, seu supina. Hãc diuisionẽ negat *Suarez to. 10. in 3. p. disp. 4. sect. 10. n. 10.* dicẽs, oẽm ignorantiã mortaliter culpabilẽ esse crassã, seu supinã. Idq; sola *Cordubẽsis* authoritate probat, *qui in q. l. 2. q. 1. in 4. diuisione ignorãtia*, ait ignorãtiã vincibilẽ dici crassã, qñ ex desidia oritur, sumpta metaphora ex hominib. crassis, ac pinguibus, qui desides esse

solent: supinā verò, qñ oritur ex nimia circa alia solicitudine ac modica ignorātiæ vincendæ cura, instar supi-ne in lecto iacentiū, quasi nil de rebus curantiū. Et vtr huic sent. fauete 1.2.q.76.ar.1.disp.117.c.1.num.3. Azor tomo 1.lib. 1.inst.mor.c.12.q.1.diuisione 4. Et cōiter DD. qui ignorantiā vincibilem solū diuidūt in affectatā, & crassā, seu supinā. At quāuis prædictas ignorātiæ crassæ, & supinæ deriuationes fatear, credo diuisionē hāc esse verā. Ducor primo, q ignorantia crassa, seu supina fit, q ex lata ignorātis culpa procedit, vtpote qui nullam, aut valde modicā ad sciendū diligentiā adhibuit. Atque ita non oīs negligētia, sed summa est, q ignorantiā crassam constituere pōt. (Vt ex multis probaui lib. 9. de matrim. disp. 22. nu. 32. & 33.) Quare optime Valent. 1.2. disp 2. q. 1. pūcto 1. ad finē, & disp. 6. q. 6. puncto 1. ad fin. ait tunc hanc ignorantiā dari, quādo ignorās cū facillime posset eā vincere, nullā diligentiā apposuit. At vt ignorātia sit vincibilis nō excusās a mortali, nō desideratur tā summa negligētia: sed (vt ex mēte oīum dicemus nu. 34. & & 36.) exigitur nō adhiberi diligētiam moralē pro negocij qualitate necessariā. Idq; cōstat ex alijs pceptis, nō em. vt quispiam illorum trāsgressor cēseatur, ac moraliter peccet, desideratur summa in eis adimplēdis negligentia: sed satis est nō adhiberi mediocrē diligētiam humano, ac morali modo possibilē. Quippe ad hāc diligētiam præcepta obligant. Ergo datur aliqua ignorantia ex negligētia mortali orta & ita mortaliter vincibilis, quæ non sit summa, ac pinde nec crassæ, seu supinæ ignorantiæ nomē mereatur. Secundò, quia in materia cōfessionis informis Doctores nō pœnitēti cēsent eam fore validā tacito peccato, aut sufficienti examine nō pmisso, ex negligētia, seu ignorātia mortali, dummodo ea nō sit nimis crassa, seu supina. Hi sunt Canus relect. de pœnit. p. 5. vbi de confess. inform. in voluminib. paruis fol. 129. pag. 2. vers. Dico 2. Sot. 4. d. 18. q. 3. art. 3. col. 3. vers. Sed est hic tamē. Henriq. lib. 1. de pœnit. c. 11. nu. 1. Barthol. a Ledes. Sum. Sacram. vbi de pœn. dub. 10. col. 771. vers. Sed iā explicare oportet. Petr. de Ledes. Sum. Sacr. vbi de pœn. c. 16. diffic. 3. cōclus. 6. fol. 598. & multi alij. Atq; hāc crassam ignorantiā ex qua cōfessio informis redditur pror sus irrita, explicat ibi Sotus esse, qñ fere nulla diligentia ad recolenda peccata est adhibita. Quæ est definitio ignorātiæ crassæ. (Vt proxime diximus.) Cēsent ergo dari negligentiā seu ignorantiā mortaliter culpabilē, quæ nō sit crassa. Demū, quia Valētia 1.2. disp. 6. q. 6. punct. 1. ad fin. vers. de ignorātia, ponit diuisionē vincibilis ignorātiæ in solā vincibilē, & crassā, seu supinā: atq; priorē definit, vt sit, qñ aliqua diligēne eppolita est, sed nō necessaria, ac moraliter pro negocij qualitate sufficiens. Posteriorē aūt definit, qñ aut nulla, aut fere nulla diligētia fuit adhibita, sed summa negligētia adfuit. Et q; uis nō explicet in priori mēbro, vt alia sit vincibilis mortaliter at ex eius definitione constat id intelligere. Et si vellet tm, vt alia esset vincibilis venialiter, & alia mortaliter, id clare, & nō tā obscuris verbis diceret: vt dixit 1.2. disp. 6. q. 6. punct. 3. col. 1. vers. Sequitur ex his, vbi distinctionē ignorantiæ vincibilis in mortaliter, & venialiter clare posuit. Eandē distinctionē adhibent Sotus 4. d. 18. q. 1. art. 2. col. 4. vers. Ex his primum, & Graff. in suis decision. p. l. 4. c. 9. n. 2. vbi aūt forsan ignorantiā culpabilē excusare ab excōicatione, & cēsuris particulariū Prælatorū, dummodo nō sit crassa, aut supina: secus aūt de cēsuris iuris cōis. Vbi apertè in priori mēbro de ignorātia mortaliter culpabili loquuntur. Quippè aliàs ineptè dicerent eam nō excusare ab excōicatione iuris cōis: & ineptius vterētur particula, forsan, quasi dubitantes excusare ab excōicatione particulariū Episcoporū. Cū luce meridiana clarius sit, nullā excōicationem contrahi, nisi ob culpā mortalē. Et Ludou. Lop. ac Petrus de Ledesma, & alij quos retuli lib. 9. de matr. disp. 32. nu. 31. dicunt ignorantiā culpabilem, modo non sit crassa, excusare ab excōicatione. Vbi in priori mēbro manifestè loquūtur de culpabili mortaliter, nā de veniali, nec in dubiū vocari poterat. Et expresse Henriquez lib. 13. de excom. c. 23. nu. 2. ait ignorātiā vincibilē mortaliter excusare ab excommunicatione, modo nō sit crassa. Atque ita clarè sentit dari duplicem ignorantiam vincibilem, aliam vincibilem tantum mortaliter, aliam verò crassam. Et eiusdem sententiæ videtur Salas 1. 2. q. 6. art. 8. tract. 3. disp. 4. sect. 1. nu. 6. in fin. vbi diuidit ignorantiā vincibilē in crassam, & supinam, & in aliam quæ non est talis.

8 Diuisiones traditæ de ignorantia possunt etiā tradi de inaduertentia, seu obliuione actuali. Vt bene tradūt Azor to. 1. lib. 1. inst. mor. c. 16. q. 3. & Suarez 5. to. in 3. p. disp. 4. sect. 8. nu. 5. vbi nu. 8. bene ait ignorantiam non differre ab inaduertentia, seu obliuione actuali quoad excusandum a culpa. Distinguuntur em. eo quod ignorantia habitum importet, inaduertētia tamen actum.

9 His suppositis prima conclusio sit. Ignorantia inuincibilis antecedens, siue iuris, siue facti, excusat omnino a culpa, actū cuius est causa. Conclusio est certissima, q tradūt D. Aug. lib. 1. retract. c. 18. & lib. 3. de liber. arbit. c. 18. D. Th. 1. 2. q. 76. ar. 3. & vniuersi. Rō est, nā q dquid est oīno inuoluntariū culpa vacat. At hmōi est volitum per ignorantiā inuincibilem. Si. n. sit facti, reddit actū oīno inuoluntarium. Si verò sit iuris, reddit actū inuoluntarium, vt malū, & prohibitū. Cum ignorātia inuincibilis sit, qua homo absq; vlla culpa ignorat opus, aut eius malitiam, minimè facturus, si nosset. Deinde quia cum conscientia sit proxima bonitatis, aut malitiæ humanorū actuū regula (vt diximus c. 9. nu. 1.) quādo hæc inuincibiliter, & per consequens prudenter aliquid nō esse illicitum dictat, impossibile est culpā admitti. Nomine aūt ignorantiæ intelligitur non sola habitualis, sed etiā actualis inconsideratio, seu obliuio. Hæc enim si inuincibilis sit, quāuis perfectissima scientia habitualis adsit, excusabit similiter a culpa. Quod similiter actū inuoluntarium reddat: & perinde ac ignorantia excuset. Vt diximus nu. præcedenti, ac fatentur omnes.

10 Intellige tamen, qñ tota actus malitia ignoratur inuincibiliter. Si enim pars malitiæ cognita sit, aut vincibiliter ignorata, ea culpæ imputabitur. Vt cognoscens feminam quam nouit nō esse suam, aut id culpabiliter ignorans, aut inuincibiliter ignorat esse eius consanguineam, erit fornicationis reus, non tamen incestus. Ratio est, quia eatenus ignorantia crimine liberat, quatenus actum inuoluntarium reddit. Cum ergo quoad solam malitiæ partem inuincibiliter ignoratam inuoluntarium reddat, ea sola parte liberabit. Atque ita docet D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 3. ab omnibus receptus.

11 Moneo tamen plurimos rusticos fornicantes, siue rustesque, nō ob id a malitia mortali excusari, quod id esse mortale ignorēt. Vt bene ait Corduba in quæst. lib. 2. q. 17. col. 3. allegans Adrianū. Nā ad mortale sufficit intellexisse rationē culpæ, quæ simpliciter culpa sit qua cognita etsi inuincibiliter ignoretur eius vis ad destruendā gratiā, & ius ad gloriam, ac discrimen inter veniale, & mortale. satis est ad culpā mortalē, e tsi leuiorem, q si hæc cognoscerētur. (Vt diximus c. 1. nu. 9.) & ideo existimo nullum ignorare culpam mortalem in cōi, & cōfusè, si culpam norit. Quippè sicut statim ac cognoscitur album, cognoscitur album simpliciter, & statim ad albi secundum quid cognitionem deuenitur: non secus contingit, cum culpa cognoscitur. Cōtinget autem inuincibiliter ignorari, an hic, & nunc, hæc culpa sit mortalis, an solū venialis. Et tunc tripliciter potest ignorās se habere. 1. qñ inuincibiliter de culpæ qualitate dubius est. Et tunc si prorumpat in actum, peccat mortaliter ratione periculi cui se exponit. Vt dixi cap. 10. nu. 2. 2. modo, quādo conscientia siue vera siue erronea, rationem culpæ nouit, nec tamē eius qualitatem cōscientia dictat: & tunc ratione eiusdē periculi esse mortale diximus c. 11. n. 6. 3. modo, qñ per ignorantiam inuincibilē putat aliquid esse veniale, quod reuera mortale erat. Et tunc iuxta dicta nu. præc. excusatur a culpa mortali, nō verò à veniali. Quia illa sola inuincibiliter ignoratur.

Vtrum

12 Vtrum autem actus contra præceptum sit bonus, dictanti conscientia inuincibiliter ignoranti eum esse bonum, diximus c. 11. nu. 17.

13 II. Cõclusio. Ignorãtia inuincibilis cõcomitãs excusat prorsus a malitia obiecti sic inuincibiliter ignorata. Vt si q̃s sagittã proijciat qua hostẽ necet, putãs inuincibiliter esse ferã, ab eius homicidij culpa est oĩno liber, etsi ita dispositus esset, vt agnoscens esse hostẽ, libentius perimeret. Hæc est cõtra aliquos existimãtes nõ excusare. Quia hæc ignorãtia nõ facit inuolũtariũ contrarie. (Vt testãtur *Arist. 3. Ethic. c. 3. & D. Tho. 1. 2. q. 6. art. 8.*) vtpote, q̃ nõ est causa alicuius ipsi voluntati repugnantis, sed ab ipsa amari. Sed solum facit inuoluntariũ negatiue, idest nõ voluntariũ. Non. n. actu volitũ esse põt, q̃ ignoratum est. Rursus, quia circũstantia augens, minuensve culpã, aut ab ea excusans debet per se ad actionem pertinere. At ignorantia concomitans se ad eam actionẽ per accidens habet. Hi sunt *Duran. 2. d. 22. q. 4. n. 5. & ibi Gabr. q. 2. ar. 1. notab. 3. & multi alij, quos retuli lib. 9. de matr. disp. 32. n. 26.* dicẽtes ignorãtiã hãc nõ excusare ab excõicatione, ac reliq̃s pœnis illi actui annexis. Et eã tenet *Sayr in claui regia, lib. 2. c. 9. nu. 35. & 36.* Atq; eiusdẽ sniæ vr̃ *D. Th. 1. 2. q. 6. art. 8. & q. 76. art. 3.* vbi dicit hanc ignorãtiam nõ excusare. Et eidẽ vr̃ accedere *Caiet. eod. ar. 3.* dicens, non excusare a pertinentib. per se ad peccatum, nec etiam efficere, vt culpæ actus imputetur, sed illũ in sua natura relinquere. At nostra cõclusio verissima est. Quia cum peccatum necessario voluntarium esse debeat, repugnat vtique eius naturæ non solum inuoluntarium contrariè, sed etiã inuoluntarium negatiuè, quod ignorantia concomitãs efficit. Deinde, q̃a actus externus eatenus est culpa, quatenus volũtatis imperio admittitur. At in hoc euentu voluntas minimè homicidium, vtpotè omnino ignoratũ imperat. Quare etsi ignorãtia concomitans nullatenus cũ actus externi substantia comparetur, nec eius causa sit: at per se cõparatur cum illo, quatenus est voluntarius, vel inuoluntarius. Vnde cum illum inuoluntarium reddat, subinde & culpa liberat. Et ita alios referẽtes docẽt *Corduba in quæst. lib. 2. q. 19. Azor tom. 1. instit. mor. lib. 1. c. 14. q. 4. Salas 1. 2. q. 6. art. 8. tract. 3. disp. 4. sect. 2. nu. 16. 17. & 18. Zumel 1. 2. q. 76. ar. 3. disp. 1. & ibi Vasquez disp. 125. toto c. 2. Valentia 1. 2. disp. 6. q. 6. punct. 3. Suarez 5. to. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 8.* Nec *D. Tho* contrarium sentit, solum enim vult ignorantiam hanc non excusare ab illa praui affectus malitia concomitanti. Vt latius eum explicat *Vasquez ea. disp. 125. cap. 3. nu.*

14 Quod si petas, an ille affectus qui adest cum ea ignorantia inuincibili cõcomitanti sit peccatum. Dicẽdum est triplicẽ posse esse dispositionem operantis cum hac ignorantia. I. est habitualis tm̃, vt si in ea voluntate habituali esset, vt hostem perimere vellet; at tunc cum sagittã proijcit, non habet actu eam voluntatem. Et hæc prorsus excusat ab omni etiã homicidij interni culpa. Quia per dispositionẽ habitualẽ non peccatur formaliter, donec ea in actum prodeat. Sic *Suarez ea. sect. 8. nu. 9. Zumel ea. disp. 1. in prob. 3. conclusionis.* II. est, qñ in eo actu habet voluntatem actualẽ hostis occidẽdi, si sibi adesset: ac credens inuincibiliter esse feram, sagittam proijcit, ita vt cogitatio illa, ac prauus animi affectus solum comitetur actum externum, quo hostis occiditur, ac per accidẽs cum eo coniungatur, nequaquã mouens ad sagittã iaciendam. Et tunc externus homicidij actus culpa prorsus vacat, solaq; homicidij interni culpa admittitur. Quia praua illa voluntas in actum externum non influit, nec hic ex prauo voluntatis imperio originẽ habet, sed ex sola feræ occidendæ voluntate, q̃ mala non est. Sic *Suarez eo. n. 9. Salas, Azor n. præced. allegati. Vasquez 1. 2. disp. 125. c. 2. n. 5. Zumel ea. disp. 1. post 3. conclus. vers. Moneor vlterius.* Nec in hoc audiendus est *Cordub. in q. l. 2. q. 19.* vbi contrariũ tenet. III. dispositio est, qñ is ignorans mittens sagittam, voluntatem actualem haberet interficiendi quemcumque in suo cõspectu, siue sit hostis, siue fera. Et tunc est reus illius homicidij externi. Quia cum voluntatem habeat actualẽ occidendi quidquid videt, quamuis putet id inuincibiliter esse feram, cognoscit expresse hostis occisionem, & illam vult, etsi hostis homicidium inde sequendũ ignoret. Et ita docent *Corduba ea. q. 19. in fine Suarez ead. sect. 8. nu. 10. Azor ibid.* Etsi minus bene contrarium doceat *Zumel eod. vers. Moneor vlterius.*

15 III. Conclusio. Ignorantia inuincibilis pœnæ non excusat formaliter, & directe a culpa. Quia ignorantia nõ aliter excusat, nisi vt aufert, aut minuit voluntarium. At ignorantia pœnis, nõ propterea culpa cognita est minus voluntaria directe, & formaliter. Nec ergo erit minus imputabilis. At indirecte, & quasi per accidens minuitur nonnihil culpa. Quia ignorata pœna non ita grauitas culpæ cognoscitur. Quare illa pœnæ ignorantia non minuit, vt est pœnæ formaliter, sed vt ex ea partẽ culpæ ignorari consurgit, vel non ita perfecte eius grauitatem cognosci. An vero ignorantia pœnæ, & censurarum ab illis excuset, non est huius loci. Non enim pertinet ad obligationis præceptorum notitiam. At de hac re late egi lib. 9. de matrim. tota disp. 32.

16 Demũ circa ignorãtiã inuincibilem triplex difficultas restat. I. est, an inuincibiliter ignorãs actũ internum esse peccatum; cognoscens tñ actum externũ esse peccatum, excusetur a culpa actum solum internũ admittẽs. Vt si rusticus a viro existimato docto, ac pio, audijsset fornicationem, & furtũ externa esse peccata, at licere fornicãdi, aut furãdi desideriũ. Quibusdã neotericis doctis vr̃ hãc ignorãtiã minimè excusare. Quod hic libere velit obiectũ externũ, q̃ esse peccatũ nouit. 2. quia volent furari, subinde præceptũ vetans furtum transgredi vult. 3. quia cum sit duplex malitia, altera actus interni, altera verò externi; cum ergo illa sola ignoretur, voluntas admittendi actus externi non erit a culpa libera. 4. quia hæc volũtas actuali amori Dei repugnat. Quippe hic includit efficax oĩa præcepta seruandi propositum. Quod hæc furandi voluntas nõ admittit, sed excludit. Tandẽ, q̃a ad peccatũ nõ requiritur, vt quis supra suos actus reflectatur internos, agnoscens illos esse peccata, sed sufficit externam obiecti malitiam nosse.

17 Atquãuis hoc probabile sit, probabilius tamẽ credo illum actũ internum excusari omnino a malitia, ratione illius ignorantiæ inuincibilis. Quia cum conscientia sit proxima bonitatis, & malitiæ actuum humanorum regula: (vt diximus c. 9. nu. 1.) nemo peccare põt, quamdiu conscientia prudenter dictat id quod agit non esse peccatum. Quod in ignorante inuincibiliter contingit, prudenter enim sibi persuadet actum illum internum culpa vacare. Nec obstant contraria, non primum, nec secundum. Quia libere volens actum, quem nouit malũ, & diuinum præceptum transgredi, tunc peccat quãdo vt cadit sub illam volitionem, nouit esse peccatum, & aduersari diuino præcepto: secus si nosset esse peccatum, & aduersari diuino præcepto sub vna ratione, & tñ ille liberè vellet sub altera. Nec etiam obstat tertiũ. Quia tunc ea altera malitia nõ ignorata imputatur ad culpã, quando ita est volita, vt peccatum sit, quatenus sub illã liberam volitionem cadit. Quod in nostro casu non procedit: quia malitia obiecti externi dum in solo actu interno sistit, excusatur per ignorantiam. Nec ẽt obstat quartum, quia hęc voluntas per ignorantiã inuincibilem excusata non repugnat actuali amori Dei. Hic enim includit efficax seruandi mandata propositum, quatenus transgressio alicuius, vt sub voluntatem cadit, non excusatur ignorantia inuincibili. At hæc furandi voluntas dum in actum externum non prodit, excusatur ratione ignorantiæ a præcepti transgressione. Nec etiam obstat vltimum, quia quamuis illa expressa reflexio necessaria non sit, at prorsus necessariũ est ne homo sibi prudenter oppositum persuadeat.

18 Hinc 1. deducitur, ignorãtem inuincibiliter esse peccatũ, operari cũ practico honestatis obiecti dubio, non

peccare operãdo cum illo. Vt si rusticus dubitet, an die veneris liceat sibi lacticiniorũ esus, & manente hoc dubio practico illa edat, ignorans tamen inuincibiliter esse peccatũ, cum eo dubio operari, non peccat. Quia sic operando non exponitur peccati periculo, nec minus, quam par est. preceptum æstimat. Cum enim operatio illa in dubio practico excusetur per ignorantiam inuincibilẽ, non temere, sed prudenter cum eo dubio operatur, ac proinde etsi obiectum a parte rei esset peccatum, ille non peccaret operando.

19. 2. Deducitur, scientem aliquam actionem esse mortalem, at inuincibiliter ignorantẽ peccare imperãdo illã, excusari a culpa imperãdo. Quia liberè velle, vt alter peccet, tunc tãtum est contra charitatẽ Dei, & proximi, quãdo volitio illa nõ excusatur ignorãtia inuincibili.

20 II. Difficultas, est, & potissima, quãdo ignorãtia siue iuris, siue facti, reputetur inuincibilis, & sic à culpa excuset. Qua in re duo videda sunt. Prius est, quãdo ea ignorãtia, aut inaduertẽtia, seu actualis [illegible] na diligẽtia possint, & sic vincibilia reputen[illegible] cet, requiratur actualis aliqua, & explicita aduertẽtia ad obiecti malitiã in eo qui celebrat contractũ, aut opus aliud aggreditur, vt nõ adhibere diligentiã ad sciẽdũ, vel aduertedũ, culpę imputetur, & sic hæc culpabilia, & vincibilia sint: an potius sufficiat aduertẽtia virtualis, & interpretatiua, ita vt quoties qui scire, vel aduertere tenebatur, si ignoret, vel non aduertat, sit inaduertẽtia culpabilis. Posterius est, quãdo ea ignorantia, & inaduertẽtia potuere humana diligẽtia vinci, quia præfuit aliqua cognitio ad inuestigandũ incitans, qualis diligentia sit apponẽda ad hæc vincẽda, vt deinde ignorãtia, seu inaduertẽtia censeãtur inuincibilia. Circa prius quidam sentiũt sufficere aduertentiã virtualem, seu interpretatiuã, vt ignorantia, & inaduertentia, seu obliuio censeantur vincibilia nõ apposita debita diligẽtia ad ea vincenda, nec excusent à pręcepti transgressione appellant autem consideratione virtualẽ, quoties etsi ratio actu non cõsiderauit malitiam obiecti, potuit tamen morali potentia, & debuit malitiã obiecti cõsiderare. Hoc expressius omnib. tenet *Zumel 1.2.q.76.a.3.disp.2.dic.4.* Et postea *dict.5.* ait ad moralẽ hanc potẽtiam considerãdi sufficere, vt homo cogitet de re alia, quæ mortaliter possint eum ad cõsiderandũ excitare. Vt si cogitet de alia re simili, vel saltem habẽte connexionem cum facto præsenti, quod actu tenebatur aduertere. Eiusdẽ sententiæ est *Valẽt.1.2.disp.6.q.6.punct. 1.corol.5.* vbi ait ignorãtiã tamdiu esse inuincibilẽ, quãdiu quis de re sciẽda nondũ quidquam cogitat, nec etiam de aliqua circunstãtia, vel re, quæ sic cum re sciẽda sit connexa, vt facilè quis inde moueri possit ad inquirendã cognitionẽ eius rei, quę debet sciri Eiusdem videtur *Suarez. 5.tom 3 p.disp.4.sect.8. nu.18.* vbi ait considerandũ esse, an aliquando venerit in mẽtem tale pręceptũ, vel dubitatio aliqua de huiusmodi obligatione vel aliquid aliud simile, quo possit homo ad scientiam talis præcepti inquirendam; & si nil eiusmodi aliquãdo menti occurrat, esse ignorãtiam, & inaduertentiam, seu obliuionem inuincibilia. Vbi in eo verbo, vel aliquid aliud simile, videtur hãc sententiã innuere. Eiusdẽ est *Gerson 2.par.alpab.33.lit. H.* vbi ait cõsensum interpretatiuum esse, quando ratio poterat, aut debebat aduertere. Et *Adria.q.odli.7.a.1.in sol.ad.1.lit. P.* vbi ait, quãdo adest negligẽtia inquirendi, esse ignorantiam culpabilẽ, ac cõsensum interpretatiuũ. Et *Nauar.qui Sum. Lat.pral.1.n.17* & passim *in Sum.* damnat peccati mortalis eum qui aduertens, vel debens aduertere aliud esse mortale, id facit. Quod & DD. cõmuniter affirmãt. Eiusdem sentẽtię sunt quidam alij authores vniuersaliter tradentes ignorantiã iuris vincibilem esse, nec excusare, quando ignorãtur leges, & præcepta ad statum, vel officiũ ignorantis pertinẽtia: quasi ea ignorantia indirectè voluntaria sit, eo quòd ille poterat, & tenebatur ea præcepta scire. Hi sũt *Ang.verb. Excom.7. casu vlt.n.3. Nau.Sum. Lat.pralud.1.n.17. & c.23.n.47. Vgol.de censuris tab.1.c.9.§.8.n.6. Valen.1.2.disp.2.q.1.puncto 5.col.ser.vers. Tertiũ quod. Azor to.1.l.1.instit.mor.c.16.q.5.* Eadẽ sent. tenẽt qdã recẽtiores, q (vt refert *Vasq. 1.2.q.74.ar.7.disp.107.c.2.in fi.*) aiũt ignorãtiã esse vincibilẽ, nec excusare quoties rõ iudicat de re ageda, cũ sufficiẽti põderatione ipsius, & cũ aliqua collatione cõmodi, aut incõmodi, necessitatis, & libertatis talis obiecti; hoc est, cũ considerat vtrũ sit necessariũ hoc eligere, an potius liberũ sit, etsi actu nõ cogitet malitiã ipsius. Quia quoties ratio iudicat, an obiectũ propositum sit cõmodũ, aut incõmodũ, iã est sufficies discurrendi, ac cõsiderãdi principiũ, an sit malũ, vtpote, quod in illo priori iudicio, & collatione virtute cõtinebatur. Aliquas horum DD. rationes refert, & soluit *Vasq. locis nu. seq. allega.* & pręter illas referã vnicã maxime vrgentem. Quia inaduertẽtia, & ignorãtia dñr inuincibilia, quod morali, & humano mõ vinci nequeãt. At cũ quis tenebatur aduertere [illegible] morali mo[illegible] Nã sic ignorãt [illegible] tenebatur ex officio, vel ex suo statu scire, & aduertere. Quippe præceptũ, quo factũ aliquod præcipitur, aut ꝓhibetur, obligat ad aduertẽdũ, illudq; sciẽdũ. At si nõ posset scire, nõ tenetur vtique. Nemo.n. ad impossibile obligatur. Ergo talis ignorãtia est indirectè volũtaria, & subinde culpabilis. Vnde *c. Si culpa, de iniurijs*, dr̃ ignorãtiam nõ excusare, qñ quis debuit scire. Et *instit. de lege Aquilia, §. Praterea*, dicitur, imperitiã in re ad proprium officiũ pertinẽte nõ excusare. Quare iura clamat, paria esse scire, & debere scire, *l. Quod te mihi. ff. de rebus cred.*

21 At probabilius existimo ad ignorantiã, inaduertẽtiã, seu obliuionem, siue iuris, siue facti censenda inuincibilia sufficere, vt nulla notitia, nec specialis, nec confusa, nec aliqua dubitandi ratio in vniuersũ, aut peculiariter occurrat. Quare nullũ esse peccatũ mortale in volũtatis cõsensu censeo, nisi cogitatio aliqua præcesserit, & cõsideratio expressa, quam actuale vocãt malitiæ moralis, vel periculi, vel saltẽ expressa aliqua dubitatio, vel scrupulus. Itaque vt quis peccet mortaliter, debet cõsiderare, vel opus illud esse malũ vel ibi esse malitiæ periculũ, vel dubiũ, vel scrupulũ saltem aliquẽ habere: quod si nil horũ præcesserit, ignorantia, inaduertentia, seu obliuio cẽsentur oĩno naturalia, & inuincibilia & sic iuxta hãc sñiam, nõ satis est cognitio illa virtualis, seu interpretatiua quã sufficere dicebat sen. n. præced. relata. Hãc sen. optimè tuetur *Vasq. 1.2.q.74.ar.7.disput. 107.c.3.a n.6. & q.76.ar 2.disp.123.c.2.nu.6. & disp.124.c.1.n.5.* & ex multis authoribus cõfirmat. At qui potissimũ illi fauẽt sunt *D. Th. de verit. q.15.art.4.ad 10. Henric. quodlib.6. q.32. Gers.2.p.in cõpend. Theol. alph.30.lit. D. Syl. ver. Delectat. q.1.dict.4. Cord. in quast.l.1.q.23.dub.10.* vbi docẽt anteq̃ ratio delectationẽ, aut eius imped. perpẽdat, non posse esse interpretatiuũ cõsensum. Et asserit *Vasq. ea d. 107.c.3.* DD. Cõplutenses initio de hac doctrina dubitasse, at re maturius perpensa illã publicè docuisse, & eã potius ferè clarè sentit *Suar. in verb. ipsius relatis n. prae.* Et rõ huius sent. est, quia iuxta *D. Th. 1.2.q.14.a 6.* cõsultatio intellectus in mediorũ inquisitione nõ procedit in infinitũ versus finẽ, nec versus principiũ. Quia alioquin nũq̃ inciperemus cõsultare, nec operari. Quare necesse est ad vnã primam cogitationẽ naturalẽ peruenire, quæ nõ ex consultatione procedat; sed illius initiũ sit. Quam ideo *Arist.7. Ethic.* fortunæ tribuit, quasi absque industria, & hoĩs solicitudine naturaliter occurrat. Vt ergo quispiam circa operis bonitatem, aut malitiã consultare possit, opus est, vt occurrat primo aliqua cogitatio naturalis in nostra potestate non existens, quæ talis cõsultationis possit esse principiũ. Nec erit in nostra potestate primã hãc cogitationẽ excitare. At quamdiu nõ occurrit intellectui cogitatio aliqua circa obiecti malitiam, & circa illius periculum, aut dubitatio aliqua, aut scrupulus, quãtumuis de illius cõmoditate consulet intellectus, nõ est principiũ sufficies deliberãdi de malitia ipsa morali (Vt prubaui c.1.nu.7. & 8.) Ergo non potest esse culpa, quãdiu hæc cogitatio circa malitiã non se offert.

Et

Et confirm. quia superat humanam diligentiam expellere ignorantiam, vel inaduertentiam malitiæ obiecti cuius nulla prorsus incidit cogitatio. Quippe usus libertatis nostræ vsus circa aliquam rem, nititur tanq̃ radice cognitione aliqua malitiæ, vel bonitatis obiecti præc. Insuper confirm. quia satis cōfessarius muneri suo correspondet, si à penitenti fatente se per ignorantiam, aut obliuionē omisisse ieiuniū vigiliæ, interroget, an mentē illius subierit aliqua cogitatio, vel dubitatio de tali ieiunio: & si penitens non venisse in mentē indeat, prudenter iudicat eū non peccasse, excusante hac inaduertētia. Præterea, quia id diuinæ legis suauitas persuadet, præsertim in peccatis mortalib. q̃ cum tanti momēti sint, non est credibile a ab illo committi, qui nec de malitia dubium, aut scrupulū concepit, sed circa eam se habuit quasi [illegible] ignoranter operās. Tandē, quia nullus culpæ dānauit proijcientē lapidē p fenestrā in plateā, in q̃ multi confluūt, si per obliuionē prorsus id fecerit. Cū tñ nulla alia rōne excusetur, nisi q̃a actu nō aduertit ad periculū, nec de illo dubiū aliquod, aut scrupulū cōcepit. Ergo aduertētia actualis necessaria est vt ignorātia cēseatur vincibilis, nec excuset. Quod si obijcias illā proiectionē lapidis fuisse temerariā Dico id esse materialiter tm̃, sicut hæresis inaduertenter dicta est solū materialiter hæresis. Rationi aūt potissimæ cōtrariæ sent. satisfiet n. 24.

22 Sicut aūt contingit scientiam adesse, aut ignorātiam inuincibilem circa factum, aut aliquam eius circūstātiam, vincibilem tamē circa aliam: & tunc actus à sola circumstātia inuincibiliter ignorata excusatur. (Vt dixi n. 1 n.) Ita contingit sæpe non aduertere ad alicuius circumstantiæ malitiam, cōcipiendo dubium, aut saltem scrupulum de illa, quamuis altera eiusdem actus malitia aduertatur. Et tunc erit inaduertentia inculpabilis prioris illius malitiæ, atque ab illa excusabit. Vt exēplo quodam adhibito probaui lib. hoc, c. 1. n. 8. in fi.

23 Nec sufficit ad mortale quæuis consideratio & deliberatio malitiæ obiecti, sed dēt esse plena. (Vt pbaui hoc l... c. 1. n. 8.) vbi n. 10. explicui, quæ sit plena cōsideratio. Quod si obijcias considerantem maliāā non plena deliberatione, habere principium plenius considerādi: ac proinde culpæ imputandum plenioris considerationis defectum, nec euadere mortale: si cum ea leui considerarione rem mortalē admittat. Rñdet bene *Vasq. 1. 2. disp. 107. c. 4. in fi.* negandū esse eam imperfectam considerationem esse sufficiens plenius considerādi principium. Quia plena consideratio libera ex plena etiam naturali consurgere debet. Vel saltem ait, illam plenius considerandi potentiam leui culpæ tribui, propter leue plenius considerandi principium. At non exigitur aduertere malitiam obiecti esse mort. Vt prob. eo. c. 1. n. 9.

24 Ex his deducitur primo, esse sano modo intelligenda iura ac DD. dum æquiparant scire, & debere scire: passimq; dicunt, esse indirecte voluntaria ignorantiam, & inaduertētiam, cum quis vel sciuit, & aduertit, aut debebat scire, & aduertere. Hæc .n. intelligenda sunt, qñ adfuit aliqua actualis plena, & sufficiēs ad mortale aduertentia ad malitiam obiecti, eiusve periculū, seu dubiū, aut scrupulus saltē, iuxta dicta n. 21. & 23. Quia dū hæc actualis aduertentia nō adfuit, nō est in nostra potestate proxima expellere ea ignorantiam, & inconsiderationē, aut non est plene ita vt ad mortale sufficiat. At ea aduertētia existēte tenetur, & poterat intellectus deliberare, & voluntas diligentiā adhibere ad sciendū, & proinde, si non adhibeat, imputabitur culpæ. Quod si instes, hic nō aduertēs, aut ignorans præceptū ieiunij, & cui nulla dubitandi ratio circa id præceptū occurrit, tenebatur scire, & aduertere. Ergo poterat. Rñdet bene *Suarez 5. tom 3. p. disp. 4. sect. 8. n.* 18. per se teneri hūc ad talē scientiā, ad qđ satis est, vt si per se loquendo in huie ptās sciendi; at per accidens, hic, & nūc non teneri, sed suspendi illam obligationem, seu potius ab illa excusari propter impotentiam proximā, ac moralē, quæ ex naturali & necessaria ignorātia, aut incōsideratione est orta.

25 2. Deducitur, dū *D. Th. 1. 2. q. 20. art. 5. ab omnib. receptus* dicit euentū posse esse voluntariū in sua causa, eum non intelligi sine vlla prorsus illius effectus cognitione expressa, aut confusa. Quia est impossibile absque ea aliquid esse voluntarium. Sic *Vasq. 1. 2. disp. 107. c. 3. nu. 7.*

26 3. Deducitur intellectus ad *reg. Ignorātia de reg. iu. in 6.* vbi hr̄, ignorātia facti, nō iuris excusare Quippè intelligēda est quoad fori externi p̄sumptionē, qđ legū principis ignorantiā minimè præsumit, vtpote quæ solemni ritu promulgari solēt. At in foro cōscientiæ vtraq; si est inuincibilis, æquè excusat, & neutra, si vincibilis sit. Sic tradūt *Azor to. 1. inst. mor. l. 1. c. 13. q. 3. & c. 16 q. 1. Vasq. 1. 2. q. 76. ar. 2. disp. 123. c. 2. n. 5. Zum. ea q. 76. ar. 3. immediate ante 1. disp.* Quod multis alijs alle. diximus lib. 9. de matr. disput. 32. nu. 10. in sol. ad 2. vbi & nn. 4. & 5. rationem reddidimus, cur scientia iuris præsumatur: & diximus admitti probationes ignorantiæ iuris, & quales. Et *idemmet Azor l. 7. inst. mor. c. 7. q. 4.* bene ait, adeo rudes posse esse pastores inter pecora enutritos, vt inuincibili præcepti audiendi sacri ignorantia laboret.

27 4. Deducitur, qualiter intelligēdū sit q traduot DD. n. 26. allegati, nēpe, ignorantiā legū ad statū, vel officiū alicuius pertinētium, esse vincibilē, nec excusare. Quippe si hæc regula esset ita in vniuersum vera, nulla iuris ignorantia posset esse inuincibilis, nec excusaret: cōtra dicta nu. p̄ced. Nā si ius illud ignoratum non est ex ijs, quæ minimè obligāt ignorantiam, nil refert illius sciētia, vel ignorātia ad excusandū peccatum. Dēt ergo necessario dari ignorātia inuincibilis iuris, qđ ex se ignorantē obliget, aut nulla iuris ignorātia erit inuincibilis. Deinde, q̃a quicūq; tenetur ea p̄cepta nosse, q̃ implere tenetur, siue ea obligatio cōsurgat ex generali Christiani cōdōne, siue ex spāli munere, vt confessoris, iudicis. At oēs fatentur, priorū præceptorū posse dari ignorantiā inuincibilē. Ergo & posteriorū dari pōt. Nil .n. refert obligationem ex hoc, an ex illo capite consurgere. Et ita *Suar. 5. to. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 15. Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 123. c. 2. n. 6.* dīt eā regulā nō esse in vniuersum verā. Vnde siue leges pertineāt ad peculiare alicuius officiū, aut statū, siue ad generalē Christiani hoīs cōdōnē, vt earū ignorātia sit vincibilis, nec a culpa excuset, oportet eū prius nosse esse aliquas leges circa dispōnem status sui, aut officij: q si id non nosset, nec aliqđ dubium, aut saltē scrupulū de hoc concepisset, erit ignorātia inuincibilis: iuxta dicta n. 21. Quippe humana diligentiā superat expellere ignorantiā illius rei, cuius nulla prorsus incidit cogitatio Id tñ discrimen est inter leges pertinentes ad statū personæ peculiarem, seu officiū, & inter generales. Quod de priorib. facile incidat ratio cogitandi, aut dubitādi, an sint aliquæ, & quales sint. At de posteriorib. non ita facile dubitatio occurrit, etiam qñ quis contractum inire vult, aut operationem aggradi. Quia ex eo, quod leges esse in vniuersum norit, non statim dubitat, an sint pro hoc peculiari opere. At status, & officium alicuius statim incitant ad eius leges inquirendas. Si tamen contingat nec circa has, nec circa illas esse aliquam confusam notitiam, vel dubitationē, sed aliquis operetur nil cogitans, ignorantia erit inuincibilis. Quæ omnia optime docet *Vasquez eo. c. 2. nu. 6.*

28 5. Deducitur qđ sentiendū sit de doctrina *Caiet. qui 1. 2. q. 6. ar. 8. ad fi. & in sum. ver. Incōsideratio, ver. Aduerte tamē* quē ibi sequitur *Armil n. 1.* vbi ait ineūtē contractū, quē vsurariū esse nouit, vel opus aliud p̄hibitū p̄hibitionis cōsciū facientē, at tūc nō recoluit actu, excusari a mortali, qñ ita affectus erat, vt si recoluisset, vitaret. Vtpote qui firmū cauendi mortalis propositum hēt. Vbi id propositum exigere vr̄, quo obliuio illa censeatur inuincibilis, & excuset. At iure optimo id propositum nil referre, vt ea obliuio censeatur verè inculpabilis, docet bene *Zum. 1. 2. q. 76. ar. 3. disp. 2. dicto 6.* Quippe solū attēdendū est, an aliqua cogitatio operanti in mentē venerit eo tpe, quo præceptū implere debeat: si .n. ea non veniēte in mentē, immemor iuris, vel facti, præceptū trāsgredia-

grediatur, est obliuio inuincibilis, & excusat iuxta n. 21. Et tradit bene *Azor to. 1. lib. 1. inst. moral. c. 16. q. 3.* At in hoc sensu erit vara prædicta *Caiet.* doctrina, vt id propositum valde conferat ad ferendum iudiciũ in dubio de qualitate obliuionis, in eo. n. dubio præsumetur inuincibilis in viro timoratæ conscientiæ, & habenti firmũ cauendi mortalis propositum. Quod nõ ita facile pręsumitur deficienti eo proposito. Et ita *Caietanum* videtur expresse intelligere *Valentia 1. 2. disp. 2. q. 1. punc. 6. col. antepe. vers. Porro ignorantia.* Quare bene subdit *ibi Valentia* cõiter cẽsendum esse vitum sic timoratũ excusari, & in eo inaduertentiam seu obliuionem esse inculpabilem.

29 Imò etiã si quis opus periculosum ex se aggrediatur, vt ignorãtia cẽseatur vincibilis, est opus periculũ aduertere, ac diligentiã non adhibere ad illud cauendum. Si. n. naturali quadam periculi obliuiona non aduertit, est inaduertentia inculpabilis. Vt bene tradit *Naua. l. 2. de rest. c. 1. dub. 6. in noua edit. n. 56.* & constat ex dictis n. 21.

30 Nec admittẽda est snia *Cord. in quæst. lib. 1. q. 17. dub. 1.* dicantis obliuionem reduci ad ignorantiam inuincibilem quando obliuio nõ contingit ex culpa: secus quã do ex culpa. Hoc. n. ita vniuersaliter dictum non est verum, sed quando quis initio causam obliuioni dedit, cum periculi aduertentia. Si. n. periculum non aduertit, obliuio est inculpabilis. Sic *Vasq. 1. 2. q. 74. art. 7. disp. 107. c. 3, nu. 7.* & constat ex dictis num. 21.

31 Quara stat, vt causa ignorantię fuerit aliquod peccatum, & taman ipsa ignorantia sit inuincibilis: quando nimirum non habet per se connexionem cum tali culpa quo ad obligationem sciendi, sed per accidens id cõtingit, i. quando obligatio vitandæ illius culpæ non procedit ex obligatione sciendi talis præcepti. Tunc quamuis causa culpabilis sit ignorantia tamen erit inculpabilis. Vt si casu promulgaretur lex aliqua in templo die festo, & quisquam culpabiliter sacrum omisit, cui si interesset, illam audiret, ignorãtia eius legis in hoc erit inculpabilis: etsi causam illi dederit mortalis omissio sacri. Quia obligatio sacri audiendi, nec totaliter, nec partialiter nascitur ex obligatione huius nouæ legis sciendæ, & cum talis nil penitus da ea lege promulganda nosset, non potuit moraliter ea intentione legis audiendæ templum adire. Sic *Almain. tracta. 1. moral. c. 4. Cord. in quæ. lib. 2. q. 1. in 4. diuisione, vers. Inuincibilis autem, Say. in claui reg. lib. 2. c. 9. in nu. 35. in fi. Azor to. 1. instit. moral. li. 1. c. 13. q. 2. ad fi. Valen. 1. 2. disp. 6. q. 6. punc. 1. corol. 2. Zumel 1. 2. q. 76. art. 2. disp. vlt. in fin. Medina eo art. 2. in fi.* Immo, etsi obligatio vitandæ illius culpæ esset ex obligatione sciendi præcepti, adhuc stat, vt ignorantia ex illa culpa præcedens sit inuincibilis: quando. s. eam culpam admittans nullatenus ad sciendi præcepti obligationam aduertit, nec dubitatio aliqua illius obligationis occurrit, vt sic diligentiam adhiberet. Constat ex dictis n. 21. & docet *Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 120. cap. 4. nu. 12.*

32 6. Deducitur, infideles qui nil de fide audierũt, posse mysteria fidei ad salutẽ necessaria inuincibiliter ignorare. Atq; ita si in infidelitate cum ea ignorantia decedãt, non cõdamnabuntur rõne infidelitatis, vtpota, quæ culpa vacat, sed rõne aliorum mortalium. Ratio est, quia licat hi possent cognitionem fidei a Deo assequi si id facerent, quod naturali intellectus luce instructi possunt moraliter præstare, ac proinde ignorãtia illa propter culpam præcedentem maneat: at minima potest culpæ tribui, q̃dum notitia aliqua obligationis sciẽdi mysteria fidei, aut dubitatio non occurrit. Deinde, quia nequeunt tales ex certa intentione adhibere id mediũ ad fidei cognitionam acquirendam; cum de illa nil penitus audierint. Vt autẽ per hoĩes stet quominus cognitionem aliquã adipiscantur, oportet ipsos ex certa intentione posse eam adipisci. Cum. n. hominis sit ex certa finis intentione operari, id quod ex certa intentione nõ põt humano, & morali modo nequit. Ita *Valent. 1. 2. disput. 6. q. 6. punc. 1. corol. 3. Azor eo lib. 1. inst. moral. c. 13. q. 2. & multos alios allegans Sayr. in claui. reg. sacerdotũ, l. 2. c. 6. n. 13.* & 14. Atque latiùs omnibus *Vasquez 1. 2. q. 76. a. 2. disp. 120. toto ca. 3.* vbi multos refert, & latius probat contra alios, quos *ibi c. 1. & 2.* refert, & eorum argumantis satis facit *c. 4.* Ex quo fit infideles non peccare peccato infidelitatis, statim atque illis mysteria nostræ fidei proponuntur. Quia non cuicumque proponenti fidem habere tenentur. Sed solum id peccatum admittunt, cùm ea sufficienter proposita non credunt. Quod contingit quando confirmantur confutatione suorum errorum, vitę sanctitate, & bonis rationibus, quæ ipsis sufficientes esse debent ad cradendum. Quod optimè allegans *Caiet. 2. 2. q. 1. a. 4. & Victoria relect. de Indis, concl. 2. 3. & 4.* docet *Vasquez d. disp. 120. ca. 5. init.* Vt latiùs dicemus lib. sequenti, cap. 1. vbi de hac re est disputandum. Vtrum autem inter fideles possit esse aliqua ignorantia inuincibilis aliquorum fidei mysteriorum, dicam libro sequenti, cap. 3. vbi de hac re est tractandum.

33 Tandẽ deducitur, nõ posse dari ignorãtiam inuincibilẽ circa prima iuris naturæ principia p se nota, qualia sunt, bonũ essa faciendum, malum vitãdum: quod tibi non vis, alteri ne feceris. Quia cùm adeò sint perspicua, & veluti naturę, ac luminis rationis claritati insita, nemo est ratione vtẽs, qui vel ipsa qua vtitur, nequeat ad ipsa cognoscenda moueri. Sic *Corduba in q. l. 2. q. 4. Val. 1. 1. dis. 6. q. 6. punct. 1. corol. 7. Azor eo l. 1. inst. moral. c. 13. q. 1. Vasquez 1. 2. q. 76. a. 2. disp. 122. toto c. 2. Sayr. in claui regia, l. 2. c. 9. n. 17.* Inter hæc etiam meritò numerat *Valentia* illa Decalogi præcepta, quæ ex huiusmodi principijs nullo negotio à quouis homine deduci possunt. Vt esse Deum colendum, honorãdos parentes. De reliquis autẽ Decalogi pręceptis, ait *Azor, & Sayr. n. 18.* ad breuissimum solũ tempus posse ignorantiã inuincibilẽ accidere. At *Valentia* ait possa ad longũ tempus. Sed placet, quod docẽt *Corduba, & Vasquez prox mè allegati,* nimirum, qñ nulla circũstantia vestiuntur, quæ a culpa excusare videatur, possunt diu ignorari, nõ tñ toto vitæ curriculo. Quippe sunt ita naturæ cõsentanea, vt non possit nõ semel, vel iterum animum pulsare fęditas, & turpitudo peccati. At aliqua circunstantia apparenter excusanti vestita possunt toto vitæ curriculo inuincibiliter ignorari. Vt furtũ licere ad erogãdã eleemosynam, vel periuriũ ad propriã, vel alienã vitã tuendã. Quod latius probat *Vasquez toto eo. c. 2.* & refert *c. 1.* cõtrariũ sentientes: eorumq; rationib. *c. 3.* satisfacit: & ita cõcludit *eo. c. 2. in fi.* se vidisse rusticũ existimantẽ pium esse morti proximum in alterã partem versare, vt citius moreretur, ne diu pateretur: ac se iudicassa eũ laborare ignorãtia inuincibili. Et similiter ait *Azor proximè allegatus*, hodie multos rusticos inuincibiliter ignorare peccatum esse mentiri proptar aliquod maximum bonũ. Cui ego addo reperiri multos inuincibilitar ignorãtes esse peccatũ periuriũ ob vitã aut honorẽ propria, vel aliena tuenda: & similiter pollutionem esse peccatum Quod maximè in pueris contingit. Quò autem confessor indicet, an hæc ignorãtia sit inuincibilis, & a culpa excusans, inniti debet regula num. 21. tradita: nimirum, vt discunat, an in illorum mentem dubium aliquod, aut saltẽ scrupulus de harum rerum malitia venerit. Si enim nil horum venerit, reputabitur ignorantia inuincibilis.

34 Posterius aũt tractãdum est circa hanc ignorantiam inuincibilem, qñ adfuit aliqua notitia, vel dubium, vel scrupulus circa malitiam obiecti ignoratam, aut non cõsideratã, & sic ignorãtia illa, aut inaduertẽtia potuere humana diligẽtia vinci, qualis diligẽtia ad ea vincẽda adhiberi debeat, vt deinceps ignorãtia illa, aut inaduertentia, siue iuris, siue facti manentia cẽseantur inuincibilia. Et quidẽ ignorantia facti quando censeatur inuincibilis nulla alia certa regula definiri valet, nisi dicẽdo id prudentis arbitrio relinquendũ esse, vt iuxta negotiũ qualitatẽ, & occurrentes circũstantias iudicet, quæ sit sufficiens diligẽtia, seu prudens operandi modus: ita vt hęc sufficiẽs diligẽtia sit proportionata negotio, maior, vel minor, iuxta ipsius qualitatẽ. Quòd si hac adhibita

quid

quid postea præter intentionem accidat, censebitur inuincibiliter ignoratum. Nec.n.summa, & exacta diligẽtia, quæ adhiberi poterat, necessaria est, sed quæ in similib. negotiis, & circumstantijs côitera prudentib. adhiberi solet. Et ratio est, quia moraliter id studium tantum, quod sufficiens & necessarium prudenter iudicatur ad cognitionem acquirendam potest ab homine adhiberi. Quod autem summum est, & maius dicto, non videtur ita proxime, & moraliter possibile. Quod docent *Caietan.2.2.q.64.ar.8. Valent.1.2.disp.6.q.6.puncto 1.corol.1. Suarez 5.tom.in 3.p.disp.4.sect.8.n.12.17.& 18.documento 2.disput.45.sect.5.nu.7. Azor tomo 1.lib.1.instit. moral.cap.16.q.6. Zumel 1.2.q.76.art.2.disp.6.conclus.3. Sayr.in claui regia,lib.2.c.9.nu.21.& nu.6. Medina eo ar. 2.in fi.* Quod breuiter docuit *Vasquez eo art. 2.disp.124. c.2.nu.5.* dicens prudentis arbitrio hoc relinqui.

35 Vt autẽ sciatur, quæ sit ignorantia inuincibilis iuris supponendũ est cum *D.Th.1.2.q.76.art.2.* quem oẽs sequuntur, teneri quemlibet scire ad suũ statũ, & officiũ pertinentia. 1.(vt optimè aiunt *Vasq.ibi disp.123.c.2.nu. 5.& ibi Zumel disp.1.concl.1.*) leges vniuersales, quæ nõ contractib. aut alijs operationib. humanis deseruiunt, aut proprio officio, tenetur quilibet scire, quoties officiũ assumit aut contrahere vult, aut aliud opus efficere. Qđ si ignoret, debet virũ doctũ côsulere, a quo instruat.

36 Qualis vero diligentia adhibenda sit ab eo qui sufficiens huius scientiæ indagandæ principium habuit, eo quod ad eam saltem confusè aduertit, aut dubitando, aut scrupulum concipiendo, vt deinceps ignorantia, & inaduertentia iuris manentia censeantur inuincibilia, non potest certa regula præscribi: sed sicut diximus numero 3. loquentes de facti ignorantia, id prudentis arbitrio remittendum est, qui eam esse sufficientem censebit, quam communiter prudentes adhibent proportionatam iuxta præcepti, officij & personæ qualitatem. Hac enim adhibita erit ignorantia inuincibilis, secus si non sit sufficiens: siue obligatio nascatur ex officio, siue aliunde, dummodo negligentia proportionata sit. Probatur eadem ratione, qua idem nu. 34. probauimus de ignorantia facti. Et ita docet *Suarez tom. 5. in 3.p.disp. 4. sect.8 n.16.17.& 18.documento 2.* Atque ita id quoque prudentis arbitrio relinqui docuit *Vasq. 1.2. q.76.ar.2.disp.123.c.2.nu.7.* Vnde si vir indoctus sit viros doctos, & carentes morali suspicione male consulendi ex malitia, aut ex negligentia, consulere debet. Si autem vir doctus sit, debet studium sufficiens adhibere. vt vel sic ignorantiam culpabilem euadat. Vt bene docet *Vasq. eo.n. Suarez eo. n.18.documento 2.* & (vt bene ait *Zumel 1.2.q.76. ar.2.disp.4.column.pen.vers.Sentio secundo*) aliqui excusabuntur consulendo aliquem alii tamen illum consulendo non excusabuntur. Vt vetula, vel rusticus consulendo parochum excusantur, & tamen sæpe vir vrbanus non excusaretur.

37 Ex his primo deducitur, excusari ignorãtem ieiunia, vel festa, quæ in ea hebdomada occurrunt, & ob id ea non seruantem, si die Dominica Missæ solemni interfuerit, in qua parochus indicere ea côsueuit, nec tamen indixit. Quia moralem diligentiam côiter adhiberi solitam, in eam rem sciendam contulit. *Sic Corduba in quæst.lib.2.q.21.in fi. Azor tomo 1.lib. 1.inst.moral.c.12. q.Aimsfinc 4. Manuel 1.tomo Summæ 2.edit.c.23.conclus. 7.nu.9.in fi.* Idem dicendum est, si non interfuit, at rogauit eos qui interfuere, qui testati sunt parochum nulla indixisse. Quod si nec interfuerit nec alios interrogarit, nec per se ea norit, cẽsebitur ignorantia culpabilis, nec ab eorum præceptorum transgressione excusans. Vt bene *Corduba, & Manuel ibid. Nauar. summa Hispana, 21. n.7. Paz c. Missas, nu.190. de consec dist.1.* Quod tamen intelligendum censeo, quando ille aliquod principium saltem dubitandi habuit, an aliqua festa, aut ieiunia in illa hebdomada occurrant: si enim ad id non aduertit, erit ignorantia inuincibilis iuxta dicta nu. 21. & 24.

38 2. Deducitur, nõ admittendã, esse eam regulã, quam nonnulli tradũt, nimirũ, vt quoties quis rei illicitæ operam dat, effectus subsequutus culpæ imputetur, nec censeatur inuincibilis ignorantia facti, quantacumque diligentia adhibita fuerit. Hanc regulam videtur tradere *D.Th.2.2.qu.64.ar.8.* & expresse eam tradunt *Gabriel 4. dist. 15.q 14.a.3.dub.2.* addens hunc sic casu occidẽtem præmissa omni diligẽtia teneri restituere: & communiter Doctores iuris Pontificij, *c.Continebatur, de homicid.* (Vt testatur *Couar. statim allegandus.*) Sed hæc regula non est admittenda. Quia ea res illicita potest in ratione causæ esse omnino ignorata, ita vt nulla circa effectũ occurrat cogitatio, aut dubitandi ratio: aut si occurit, potest moralis diligentia ad eum vitandum adhiberi. Ergo in his euentibus ignorantia erit inuincibilis, & nil referret, siue ignorans operam rei licitæ, siue illicitæ dederit, cum respectu effectus sic ignorati, in vtroque casu sit æque inuitus. Et ita docent *Syluest. verb. Ignorantia. q.6. Caie.2.2.qu.64.a.8.& 1.2.q.76.a.3.dub.3. vbi Zumel disp.2.in fi. Vasquez ibi, a.2.disp.124.c.2.n.3. Couar.c. Alma mater 1.p.§.10.nu.6. Suarez 5.to.in 3.p.disp.45 sect.6. nu.1.& alij, quos ibi referunt.* quæ sententia est apertè *D. Th.1.2.q.76.art.3.* vbi à patricidio excusat occidentem patrem existimando esse quendam hominem communem. Côcedit ergo ignorantiam inuincibilem alicuius circunstantiæ, dando operam rei illicitæ.

39 3. Deducitur, interdum aliquod maius studiũ quàm humanum desiderari, vt ignorantia sit inuincibilis, nimirum orationes, & pœnitentias, ac peccatorum expiationem, petendo à Deo illustrationem. Quod maximè in fidei materia contingit. Vt si quis in fidei materia hęsitans non haberet catholicorum Doctorum copiã, sed tantùm hæreticorũ, quos consuleret, nec per se posset ea se dubitatione liberare. Et ratio est, quoniã ea est negotij huiusmodi natura, vt studium humanum nõ repute tur sufficiens moraliter ad cognitionem necessariã obtinendam. At quicumque tenetur quærere finem, tenetur media ad id necessaria quærere, & impedimẽta auferre. Et ita docẽt *Valent. 1.2.disp.6.q 6. punct.1.corol.2.* & multi alij. Qua in re non amplius immoror: quia rarissimus est casus: eo quod ea media solũ sunt necessaria quando humanis diligẽtijs ea cognitio necessaria com parari nequit. Qui varietatem opinionum circa hoc, & vtriusque fundamenta videre voluerit, consulat *Cordubam in quæst.lib.2.quæst.2. Zumel.1.2.q.76.art.2.disp.3.*

40 Tandem monuerim inaduertẽtiam, seu obliuionem actualem frequentius absque culpa contingere, quàm ignorantiam habitualem. Quòd illam præuenire non tam facile in nostra potestate sit, nec teneamur semper extraordinaria remedia adhibere ad illam pręcauẽdã. Hanc autem semel addiscendo possumus pro omnibus actionibus toto vitę decursu occurrentibus expellere.

41 Vltima difficultas est. An ignorãtia, quę vinci nequit, dum in actũ prodit, at potuit antea vinci, excuset a culpa. V.g. quis sua negligentia mortali nõ didicit, quod ratione officij, vel communi Christianorum lege discere tenebatur, deinde quãdo nõ est à quo instrui possit, per ignorantiam trãsgreditur præceptum edens carnes, aut non ieiunans, aut omittens sacrum. Et similiter quãdo quis culpa sua mortali inebriatur, & ebrius factus committit peccata, quæ defectu vsus rationis non est in sua potestate vitare, difficultas est, an hæc peccata ratione impotẽtię, aut ignorãtiæ excusentur. Quæstio hęc non solet ita generaliter disputari, sed in casu ebrietatis à plerisq; disputatur: sed eadem est prorsus ratio, & idem in vtroq; euentu dicendum. Cùm in neutro euentu aliam libertatem ea facta habeat, quàm in sua causa. Multi ergo agẽtes de ebrietate mortali, censent peccata in ebrietate commissa culpæ imputari: vtpote quæ libera in sua causa fuere. Hi sunt *D.Tho.1.2.q.76.ar.4.ad 4.& 2.2.q. ar.150.4.corp.& ad 1. Caiet. Sum. verb. Ebrietas, vbi Syl. q.4.* Alij aũt moderatius loquuntur, dicentes nõ oĩa, sed sola præuisa, vel quæ prędideri debuerunt, culpæ imputari. Dicunt autem *Corduba, & Caietan.* præuisa censeri quando

quando quis expertus eſt ſe ebrietatis tempore, vel illa peccata in ſpecie, vt detractionem, vel in genere, vt peccata linguæ ſe perpetrare: vel nouit in communi ſe aliqua peccata committere. Ea verò dicunt debere præuideri, quando ebrius expertus eſt ſuas inclinationes eo plùs ad peccatum pronas eſſe, quò magis inebriatur. Quod ſi nũquam id expertus ſit, vtpote qui tunc 1. inebriatur, dicunt eum debuiſſe præuidere peccata communiter ab ebrijs perpetrari ſolita, etſi non omnes ea committant. Sic *Caiet. 2.2. q. 150. art. 4. dub. 1. verſ. Ad horum euidentiam, & verſ. ſeq. Sayr. claui regia, l. 2. cap. 9. n. 42. Corduba in ſuo q. l. 2. q. 18. col. 2. verſ. Nota ad declarationem.* Et eadem diſtinctione vtitur *Leonard. lib. 4. de iuſt. c. 3. dub. 3. num. 25.* non tamen ita latè explicat, quãdo præuideri poterant, ſed dicit tunc eſſe, quando ea expertus eſt, aut dubitauit ſequenda.

42 At quæſt. hanc optimè enodat *Vaſquez 1.2. q. 76. a. 3. diſp. 127. c. 3. vbi c. 4.* diluit rationes contrarias. Dicendũ ergo eſt, etiam ſi euentus ſoleant eſſe frequentes ei qui inebriatur, ſi tamen tempore quo inebriari voluit, non habuit prorſus vllam dubitationem, aut cogitationem de illis, nec in ſpecie, nec in genere, minimè imputari culpę. Quia procedũt ex quadam inaduertentia naturali, ac proinde nec in ſe, nec in ſua cauſa liberi ſunt. Quare cũ *D. Th. 1.2. q. 20. a. 5.* ait euẽtus nõ præuiſos frequẽter tamẽ euenientes imputari: id aſſerit, eo quod circa illos fere ſemper ſolet aliqua periculi cogitatio in vniuerſum occurrere, etiã ſi in ſingulari nõ occurrat. Quòd ſi neutro modo occurrat, non imputabuntur culpæ. Quod ſi cũ inebriari vult, aduertat peccata, & pericula inde conſurgentia, tunc imputabuntur culpę, ſi nõ adhibeat prudẽtem, & cautam diligentiã, ne aliquid illorũ eueniat: ea autem adhibita etſi poſtea eueniãt, minimè imputabuntur. Nec ſimiliter imputabuntur quãdo iuxta temporis, & loci circunſtantias nullum apparet periculum, & ideo nulla diligẽtia in id cauẽdũ collata eſt. Sic *Vaſquez eo cap. 3. n. 8. 9. &* 10. Quãdo ebrietas eſt ſolum venialis, mala quę in ea præuideri potuere, erunt venialia. Quia cùm in ſola cauſa ſint voluntaria, nequeunt maiorem culpam habere, quam cauſam. Et quamuis ebrietas ſit mortalis, ſi negligentia vitandi fuit leuis, erunt venialia. Vt bene vtrumq; docet *Leonardus lib. 4. de iuſtit. cap. 3. num. 26. 27. 28.*

43 Duo tamen obſeruanda ſunt. Prius eſt, ebrios communiter non perpetrare ea, quę alias peccata eſſent, niſi ab alijs irritatos, & ita communiter eſſe à caſu, nec teneri ebrios ea præcauere. Quòd irritantiũ culpæ id potius tribuendum ſit, ac reſpectu ebriorum caſu accidant. Sic *Vaſquez eo numero* 10. Hoc tamen ego limitarem, niſi in eo loco ſe inebriarent, in quo prępiderẽt fore, vt ab alijs irritẽtur, & ſic fore periculum ea peccata perpetrandi. Tunc enim exiſtimo teneri eos ea pericula præcauere, & alias eis culpæ imputari. Quia ſi ea damna voluntaria in ſe eſſent, quamuis adeſſet culpabilis aliorum irritatio, culpæ tribuerentur. Ergo idem dicẽdum eſt, quãdo in cauſa culpabili præuiſa ſunt. Quare reſpectu ebrij non caſu ea damna accidunt. Cum enim irritationem futuram præuiderit, & ſe culpabiliter irritabilem effecerit, atque irritãdum expoſuerit, voluit proculdubio ſubinde quidquid cum ebrietate, & irritatione moraliter connexum eſt; & præterea ſcandali generalis peccatum admiſit prębendo aſtantibus proximam irritandi ad ea peccata occaſionem.

44 Poſterius eſt Plurima ebriorum dicta, vel facta ex ſe iniqua non reputari culpabilia, etiam ſi præuideantur. Quia vel nullum damnum inferunt, atque in ebrietate commiſſa deſtituuntur prorſus ratione malitiæ, quã habent in mente ſana facta. Vt verba, vel facta contumelioſa. Quippe tempore ebrietatis tali in communi hominum ęſtimatione non reputantur contumelioſa, ſed tãquam facetiæ admittũtur, atque ita ipſimet aduerſus quos dicuntur, vel fiunt, tantum abeſt, vt loco contumeliæ ea accipiant, ad iramque excitentur, vt potius oblectentur, vt rideant. Vel quia poſtulant ſcienter fieri, vt imputentur. Vt ſunt blaſphemię. infidelitas periuria. Quæ verò damnum proximo inferunt, imputantur ſi præuideantur. Quia non minus lædunt in ebrietate, quam ſanæ mentis tempore commiſſa. Sic cum *Maiori Vaſq. eod. c. 3. nu. 11. & Sayr. eo. nu. 42.* Sed quamuis hoc mihi placeat quoad contumelias erga hominem; at diſplicet de blaſphemijs, periurijs, & infidelitate. Quia licet ea peccata in ſe non ſint voluntaria, nec ſcienter fiant at in cauſa ſunt præuiſa, & libera: nec Deus ea acceptat vt facerias. Quare non video cur non culpæ imputentur. Inſuper quia periurium inaduertenter dictũ, eſt mortale, quando in cauſa prępiſum eſt, nimirum, in praua iurandi inaduertenter conſuetudine, nulloq; ad eam auferendam remedio appoſito. Vt dicemus in tractatu de iuramento. Ergo ſufficit libertas in cauſa, vt hæc peccata imputentur. Et ita imputari blaſphemias aiunt *Caiet. 2.2. q. 150 ar. 4. dub. 2. verſ. Ad horum euidẽtiam. Toledo in ſum. poſt 7. l. tract. de 7. peccatis mortalibus c. 61. nu. 5.* Inſuper addit *ibid. Vaſq.* peccata carnis, vt fornicationem, & pollutionem prępiſa imputari ebrio: ſecus aũt ſi in ſomno eueniãt. Quod cum ſomnus ſit cauſa naturalis, ebrietas aũt præter naturam, mirũ non eſt, ſi aliqua in ſomno eueniẽtia culpæ non tribuantur, quę vtique in ebrietate tribuerentur. Ad damnum proximi ex vtrauis cauſa pullulans ait cauendum, ne culpæ imputetur. Sed in quantum ait fornicationem in ſomno contingentem, ac prępiſam, non eſſe cauendam, ne culpæ imputetur, non approbo. Quia eſt in prolis damnũ: & ita omnino cauenda eſt, ſicut de peccatis in damnũ tertij fatetur *ibi Vaſquez*. Similiter in quãtum ait ebrio imputari pollutionem præuiſam, niſi illam cauere curet: ſic diſtinguendum cenſeo. Aut enim pollutio ex nimio illo potu vini, abſque alia ebrij irritatione conſurgit: & tunc non credo, illam cauendam ſub mortali. Quia (vt dixi lib. 9. de matr. diſp. 45. num. 17.) pollutio præuiſa in cauſa, nec intenta, quæ ex ſola gula mortali prouenit, non eſt mortalis. Si autem procedat ex eo quod ebrius tactibus aut alijs rebus inhoneſtis ſe ad pollutionem prouocet, tunc bene ait *Vaſquez* eam ab ebrio cauendam eſſe, ne ad culpam mortalem imputetur illi.

45 Sed dubitabis, an hæc peccata ex ignorãtia initio culpabili conſurgentia, facta tamen tempore quo ea vinci nequit, & ſimiliter ante ebrietatem præuiſa, quæ ebrio diximus imputari, afficiantur aliqua noua malitia pręter malitiam ſuæ cauſæ? Et fatendum eſt ea non addere nouum malitiæ gradum ſupra malitiam actus volũtatis, in quo directè vel indirectè volita ſunt. Quod fatetur *D. Tho. 4. diſt. 17. q. 2. art. 2. quæſtiunc 4. ad 2. Suar. to. 2. de religione, l. 3. de iuram. c. 7. nu. 7. Et Vaſq. 1.2. q. 71. art. 5. diſput. 94. c. 3. num. 9. & q. 76. art. 3. diſp. 127.* dicens eſſe hoc abſque controuerſia. Et ratio eſt, quia peccatũ in tantum eſt malum, in quantum voluntarium. Cum ergo ſequuto opere non augeatur prior voluntas, nec prior malitia augebitur. At fatendum eſt, peccatum illud præcedens negligentiæ cauendi futuri periculi præuiſi, eo eſſe grauius, quo plura peccata futura in eo præuiſa ſunt. Quippe omnia illa tenebatur hic vitare.

46 Difficultas autẽ eo pertinet, an ea peccata ſint dicenda in ſe peccata, an ſolum in ſua cauſa. Quidã cenſent, ſi voluntas illa, in qua directè, vel indirectè volita ſunt, non interrumpatur per pœnitentiam antequam deueniatur in ſtatũ, in quo caueri non poſſunt cenſeri peccata, non in ſe propriè loquendo, ſed in ſua cauſa. Si autẽ per pœnitentiam interrupta, nullo modo eſſe peccata. Sic aliqui, quos refert, & ſequitur *Azor tomo 1. libro 1. inſtitutionum moralium, capite 14. quæſtione tertia.* Alij exiſtimant in priori caſu, nempe, quando voluntas per pœnitentiam non eſt interrupta, eſſe peccata in ſe, ſed non diſtincta malitia à malitia ſuæ cauſæ, ſed dici peccata denominatione, & imputabilitate extrinſeca, quã contrahũt ex præterita negligentia voluntaria: at in poſteriori, nimirum, quando voluntas per pœnitentiam

inter-

interrupta est nō esse peccata; at esse fatenda. Hic partē, alios referens, sequutus sum lib. 9. de matr. disp. 4. 5. nu. 28. & triplici seq. Alijs vero placet ea non esse peccata etiam denominatione extrinseca, deriuata malitia in ipsa ex voluntate præcedenti, sed esse solū quosdā peccati præcedentis effectus. Itaque dicunt, opera illa ex se peccata, vel omissionem in somnis, aut ebrietate contingentia & quæcunque alia opera quæ fiunt quādo iam non manent in operantis potestate, non informari malitia aliqua morali, vt idem peccatū cū priori voluntate constituant. Sicut actus exterior quādiu sub voluntatis potestate perseuerat, constituit idem peccatum in genere moris cum voluntate præcedenti. Quare dicunt esse solum præcedentis voluntatis effectus, sicut quando quis enecat hominem, mors nō est peccatum, sed peccati effectus: & hoc quānis voluntas mala prior non sit per pœnitentiam interrupta. Ducuntur, quia tamdiu actus externus est capax malitię moralis existentis in interiori mala voluntate, quamdiu liber est. At actus in somnis, & ebrietate contingentes, & quando vitari iam nequeūt, liberi nō sunt Ergo malitię moralis sunt incapaces. Sic alijs citatis tenet *Vasq. 1. 2. q 71. art. 5. disp. 64. to oc. 1. & 3. Azor to. 1. insti. moral l. 1. c. 7. q. vn.* Vnde infert *Vasq. nu. 16* non esse necessarium exprimere in confessione ea peccata mox in somno, vel ebrietate vel quando vitari nequeunt, contingentia, sed satis esse exprimere causam datam, nō apponendo diligentiam ad ea præcauenda, cum præuisa fuerūt. Secus autem, quando opus externum est in se peccatum: quia libere semper manet in nostra potestate. Tunc.n.non satetetur actū voluntatis internū fateri. Et idem docet *Suarez to. lib. 3. c. 8. nu. 5* loquens de periurijs inaduertenter dictis, volitis in sola causa, nempè, in iurandi consuetudine. Et saltem quando voluntas illa mala est per pœnitentiam interrupta, dicit *Azor ea. q. vnic.* fat dubiū esse, asserere esse fatendum euentum mox præter voluntatē contingentem. Omnes has tres sententias censeo esse satis probabiles, & tuto amplecti posse.

47 Id tamen in omni sententia fatendum est, illa peccata ante ebrietatem, vel somnum, aut quando vitari poterant, præuisa inducere irregularitatem, excommunicationem, ac restituendi obligationem, perinde, ac si in vigilia liberè contigissent. Et hoc est verum, quamuis voluntas illa prior sit per pœnitentiam interrupta, nec iam actus vitari possit. Quia ad hæc incurrēda satis est libera in illis causam dedisse, ac effectum esse subsequutum. Quod in omni sententia esse dicendum bene ait *Vasquez ea. disp 94. cap. 4. in fine, & Azor eo. c. 7. q. vnica.* Credo tamē hoc deficere in peccatis solius oris si enim excommunicatio esset lata in periurū, non credo claudi volitum in sola causa, nempè, vsu iurandi inaduertenter. Vt bene ait *Suarez eod. c. 8. nu. 6.* vbi etiam bene addit, non claudi eiusmodi periurium in periurij referuatione, sed quod in se est volitum.

CAPVT XVII.

Qualiter ignorantia, obliuio, vel inaduertentia, quando vincibilia sunt, excusent à præcepti transgressione, illiusve culpam minuant.

SVMMARIVM.

Hæc quando vincibilia sunt, non excusant à culpa, nu. 1.
Quid si sit ignorantia vincibilis concomitans, nu. 2.
Ignorantia vincibilis etiam crassa, dummodo sit consequens, & non affectata, minuit culpam, nu. 3.
Quid, si sit affectata? Referuntur duæ sententiæ, nu. 4.
Proponitur sententia Authoris, nu. 5.
Quid, si sit ignorantia vincibilis concomitans, nu. 6.
An ignorantia vincibilis sit per peccatum speciale? Refertur duplex sententia, num. 7.
Et sententia Authoris, num. 8.
An tamdiu homo peccet, quamdiu ignorat, vel quando hoc peccatum committat, nu. 9. & 10.
An sit speciale peccatum declaratur, nu. 11.
An non curans scire præceptum teneatur hoc fateri, etsi id nō transgrediatur, nu. 12.
An ignorantia, & negligentia, sciendi sint dicenda duo peccata, num 13.
An peccata ex ignorantia culpabili commissa sint eiusdē speciei moralis cum peccatis scienter admissis? Referuntur variæ sententiæ, nu. 14.
Proponitur sententia Authoris, nu. 15.
Ad quam speciem peccati pertineat, quando quis suum munus ignorat, & pericula ex ea ignorantia consurgentia, nu. 16.
Ignorantia venialiter culpabilis efficit, vt quodcunque opus malum cum ea effectum sit tantum veniale, nu. 17.
An aliquando ignorantia mortaliter culpabilis excuset à mortali transgressione præceptorum? Refertur duplex sententia, num. 18. & 19.
Explicatur sententia Authoris, num. 20.
Qualiter transgrediens præcepta humana bona intentione putans esse causam sufficientem, cum non sit, excusetur à mortali, num. 21.
At sit necessario explicandum in confessione, an peccatū scienter, an potius ignoranter admissum sit. Refertur quadam opinio, nu. 22.
Explicatur sententia Authoris, & quando ignorantia est affectata, num. 23.

1 Prima cōclusio sit. Ignorātia, inaduertentia, & obliuio qñ vincibilia sunt, nō excusant actum à culpa. Hāc statuit *D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 2. ab omnibus receptus.* Imò esse aliquā ignorantiā non prorsus à culpa excusantem, sed illā minuentē, est de fide. Vt nu. 3. dicemus. Rō est, quia quod ignorantia vincibili latet, est volūtariū, etsi indirectè. Cum.n. ipsa ignorantia sit culpabilis, & voluntaria, quidquid ex ipsa sequitur est voluntarium.

2 Et hæc quidē conclusio non tm̄ est vera de ignorantia vincibili consequente, sed etiam de concomitanti. Quod oēs fatentur. Quia (vt dixi cap præcedenti, nu. 4. in fine) hæc ignorantia est tunc voluntaria, & proinde dē etiam consequens, quatenus actum voluntatis subsequitur, & ideo militat ratio num. præcedenti tradita.

3 II. Conclusio. Ignorātia vincibilis minuit culpam, reddens eā leuiorē, quam si scienter admissa esset. Conclusio est *D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 4. ab omnib. recepti.* Immo esse aliquam ignorantiam minuentem culpam est de fide. Vt constat ex *c. 15. Num. Exodi 21. Io. 19. Act. 3. 1. ad Timoth. 1. Lucæ 12.* Et rō est, quia minuit rōnem voluntarij. At peccatum eatenus est peccatum, quatenus est voluntarium. Et hæc conclusio ab omnibus admittitur de ignorantia etiam crassa, modo non sit affectata.

4 De affectata autem Valentia *1. 2. disp. 6. q. 6. punc. 3.* dicit hanc augere peccatum quoad speciem positiuā, quam habet peccatū ex obiecto, eo quod ex vehementi affectu in ipsum vult voluntas ignorantiam; at minuere, quo ad alteram speciem, quam peccatum fortitur ex defectu, & priuatione rectitudinis debitæ, in quo essentialiter eius malitia consistit. Quod hic defectus minus voluntarius sit, dum actu ignoratur. At *Azor to. 1. lib. 1. institut. moral. c. 14. q. 1.* ait quadam ex parte minuere, nempe, quia minus voluntarium est, quod tali ignorantia efficitur, vtpotè quod non est directè, & in se voluntarium, sed indirectè, & in sua causa.

5 III. Tīā conclusio sit. Si ignorantia affectata sit ad liberius, & absque conscientiæ remorsu peccādi finem, non minuit sed auget peccatū: & ita grauius est, quam scienter commissum. At si fit ob alios bonos fines, minuit culpam. Vt si quis affectet ignorare ieiunij dies, vt eius culpa leuior sit, nec ita præceptum transgrediendū contemnat. Et in priori casu intelligitur *D. Thomas ab omnibus receptus 1. 2. q. 76. art. 4.* dicens hanc ignorantiam augere culpam. Ratio prioris partis est, quia ea volūtas continet maiorem præcepti contemptum. Vt cōstat ex illis verbis impiorum, *Iob 21. Recede à nobis, & scientiā viarum tuarum nolumus.* Quod obseruauit ibi *D. Greg. lib. 15. moral. c. 11.* Et ideo in sacra Scriptura peccata ex hac ignorātia consurgentia sæpe imprudentiæ, insipientiæ

tiæ, stultitiæ nomine notatur, ipso nomine indicante depravatum impiorū affectum, & abalienatum animum erga res diuinas. Vt optimè annotauit *ibi noster Pineda, versu 4. in fine*. Continet & maiorem peccandi affectū, & quoad intensionem, & quoad extensionem. Quoad intensionem quidem, quia hic ignorare affectans vult liberari scientia quæ est quasi frænū peccare cohibens. Quoad extēsionem aūt, quia adulterum scienter commissum est solū adulterium: at cum ignorantia affectata hac est temerarium, & periculosum. Quia ex vi hujus voluntatis (vt optimè explicat *Azor nu. prac. alleg.*) operās exponit se periculo cōmittendi plura, & grauiora peccata, quā de facto committit. Virtute.n.huius actus si occurrerēt grauissima quæque peccata, perinde rueret in illa, sicut in leuiora ruit. Quia nō solo bono voluntatis actu carere vult, sed & bono intellectus .i.scientia cohibente. Et quamuis ignorantia hęc ea rōne generica, qua ignorantia est, aliquantulum minuat voluntatium, occultat.n.actus malitiam. At cum ex alia parte valde augeat, reddit multò magis voluntariū peccatū, ꝙ si scienter admissum esset. Nec est verū, quod *Valentia n. prac. alleg.* dixit, nimirū, inordinationē actus, & priuationem rectitudinis esse minus voluntaria. Quippe cum in peccatis ea priuatio nequeat esse voluntaria rōne sui sed quatenus cognoscitur esse cōiuncta cū bono vtili, aut delectabili quod per se amatur, estq. illius actus obiectū, si hoc est magis voluntariū subinde dicēdū est magis voluntariā esse malitiā. Ratio posterioris partis est, quia tūc ignorare affectans nō magis legem contēnit, sed potius pluris facit: cum eius trāgressionē timens velit eam in quantum pōt leuiorem reddere. Et ita hanc conclusionem tuentur *Cord. in q. lib. 2. q. 20. statim in princ. Zumel, 1. 2. q. 76. art. 4. disput. 2. Salas 1. 2. q. 6. art. 8. tract. 3. disp. 4. sect. 4. n. 40.* Hęc tamen posterior pars intelligenda est, nisi ille affectans ignorantiam exponeretur periculo admittendi alia crimina, tūc.n.etsi ob finem bonum affectaret: non tantum esset grauius peccatum, sed & mutaret speciem. Vt nu. vlt. explicabo.

6 Vltima conclusio. Ignorantia vincibilis cōcomitans minuit malitiam peccati sic ignoranter commissi. Hæc constat ex eisdem rationibus, quibus capit. præcedenti, num. 13. probaui eam quando est inuincibilis excusare omnino a culpa.

7 . Tandem circa hanc ignorantiam vincibilem, super sunt quatuor difficultates enodandę. Prima est, an hæc ignorantia sit per se peccatū, ac spāle. Et quidem cōstat de fide aliquam ignorantiam esse peccatum. Vt 1. *ad Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur.* Et *Psal. 24. Ignorātias meas ne memineris.* Et rō est, quia quilibet tenetur scire, quæ tenetur operari. Ergo ea ignorare est culpa. Cum rō ignorantia sit in solo intellectu, sicut & scia cui opponitur, ac de peccati rōne libertas sit, quę in sola volūtate formaliter reperitur: nō pōt peccatū ignorātiæ nō includere aliquā voluntatis libertatē, ac proinde aliquā indagandæ veritatis negligentiam volūtariam. Quare pūctus difficultatis eo pertinet, an ipsamet ignorātia ex negligentia voluntatis culpabili procedens, sit in se, verè, & propriè peccatū: sicut externa furandi actio à libera voluntate orta, est in se peccatum: an potius sicut mors nō est in se peccatū, nec cū occidēdi volūtati con stituit vllo modo vnū peccatum, sed solū est homicidij effectus, & tota in homicidio malitia versatur: ita tota ignorantiæ malitia in sola sciendi negligentia cōsistat: ignorātia vero sit solū illius peccati negligētiæ effectus. Qua in re duæ sunt snię. Prior tenet non esse peccatum sin se, sed rōne negligentiæ. Sic *Durandus 2. d. 22. q. 3. Caiet. 1. 2. q. 76. ar. 2. & multi alij.* Posterior verò ait esse secundum se peccatum. Quam vltra alios sustinent *Valentia 1. 2. disp. 6. q. 6. puncto 2. Azor tomo 1. lib. 1. institut. moral. c. 1 2. q. 5.* Atque vtriusque sententiæ rationes, & Authores refert *Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 118. c. 2. & 3.*

8 At ipsemet *Vasq. ea. disp. 118. cap. 3. ad finem*, breuiter doctrinam tetigit, quæ & veritatem declarat, & vtramque sententiam conciliat, quæ est hęc. Si de ignorantia ꝓpriè loquamur, ea nullatenus est peccatū, sed peccati effectus, & tota malitia in sciēdi negligentia consistit. Quia peccatū cōsistit in operationis vitio, vt si cōmissio nis sit, in actione minus rectа exercenda: si aūt omissionis, in prætermittenda actione debita. At ignorantia ꝓpriè sumpta non est priuatio operationis alicuius, sed est priuatio scientiæ per modū habitus. Priuatio.n.con siderationis actualis nō dicitur propriè ignorantia, sed inaduertētia. Non erit ergo per se peccatum ignorantia propriè sumpta. Si verò loquamur de ignorātia impropriè id est. de actualis cōsiderationis priuatione, est sin se peccatum. Ratio est, quia actualis inaduertētia obiecti, quod scire quis tenetur, est actualis omissio præcepto sciēdi opposita. Ergo est actuale omissionis peccatū. Sicut quando obligat præceptū charitatis ad amandū Deum, omissio eliciendi actus amoris est peccatum omissionis. Similiter dicit bene *ibi Vasquez* ignorantiā prauæ dispositionis in errore consistentem esse peccatū secundum se, & non ratione solius negligentiæ.

9 Nec tamē dicendum est, iamdiu hominem peccare, quamdiu ignorat, quæ tenetur, & potest scire: sed solo illo tempore peccatum hoc ignorantiæ committit, pro quo præceptū adstringit ad sciēdum. Tum quia quodlibet omissionis peccatū eo tempore committitur, quo præceptum affirmatiuum ad sui impletionē obligat. Cūm igitur ignorantiæ peccatum consistat in scientiæ debitæ omissione, tunc incurretur, quando scientia ex præcepto habenda erat. Atque ita docent *D. Th. 1. 2. q. 71. ar. 5. ad 5. vbi Caiet. Conradus, & Medina. Vasquez ibi disp. 118. c. 3. n. 9. Syl. verb. Ignorā. 1. §. 8. Val. 1. 2. disp. 6. q. 6. punc. 2. ver. Ex quo patet. Sayro in claui reg. l. 2. c. 9. n. 32.*

10 Vnde cōtrahetur ignorantiæ huius peccatum, quando quis sciн aliquo tempore obligari ad sciendum adhuertit, & vel eo tempore, vel quocumque præcedēti elicit propositum non acquirēdæ illius scientiæ. Sicut qui in festo, vel quouis præcedenti die proponeret se minimè sacro interfuturum in die festo, delinqueret in sacri audiendi præceptum. Similiter eiusdem peccati ignorantiæ reus esset, si tempore quo scientiam acquirere tenetur, nullū volūtatis actum ad scientiam acquirendā mouentē habeat. Vt qui in die festo nullū actū volūtatis habet circa sacrū audiendum. At si qn scientiā habere tenetur, illā acquirere nequit, qd instructe careat, vel qd necessaria aliarum rerum occupatione teneatur, ita vt nō sit in sua potestate illā acquirere: tunc non potest ignorātia illa culpę tribui defectu impotentiæ. Quōd si in præcedenti tempore culpabilē illius ignorantiæ causam tribuerit, id aduertens, erit peccatum in sua causa. Sicut de ebriorum peccatis diximus c. præcedēti nu. 46.

11 Vtrum autē ignorantia hæc sit speciale peccatū, declarat bene *idē Vasquez eo. disp. 119. toto c. 2. &* 3. distinguēdo sic. Inter ignorata sunt quædā, quorum cognitio rōne sui præcipitur, vt sunt mysteria fidei, & horū ignorantia est speciale pcm̃ oppositū illi virtuti, cuius talium rerum cognitione consistit. Vt ignorātia mysteriorum fidei opponitur virtuti fidei, etsi nō destruat fidei habitū. Alia verò sunt, quorū cognitio in ordine ad opus ꝑcipitur: vt scire Decalogi pcepta, & an sit dies ieiunij, aut festi. Et hæc ignorātia nō cōstituit speciale peccatū, sed multiplex, & multiplici pcepto, & virtuti oppositū: nimirū, illi præcepto cuius est trāsgressio, aut trāsgressionis periculum ex illa ignorantia. & illi virtuti, ad quam obseruatio illius præcepti pertinet. Vt culpabilis ignorātia diei ieiunij, præcepto ieiunij, & virtute abstinētiæ.

12 Hinc 1. deducitur, non curantem malitiam furti scire, vel aliam, quam scire tenetur, obligari ad id crimen fatendum, etsi actu furtum non admittat. Quia in furti vitandi præceptum deliquit, non curando eius scientiam, cūm tenebatur: & ob id periculo furti cōmittendi, absque conscientiæ remorsu se exposuit. Sicut qui culpabiliter omittendi sacri periculo se exposuit, etsi postea sacrum audiat, tenetur id periculi peccatum fateri,

teri. Sic *Azor tomo 1 libro primo institut. moral. cap. 12. quæst. 5. Zumel 1.2. q 76. art. 2. disp. 2. post 3. dictum in solutione ad 2.*

13 Secundò deducitur, quamuis ignorantia peccatum non sit, nisi existente sciendi negligentia, & ea existente sit per se peccatum, non tamen dicendum esse ignorantiam & negligentiam esse tunc duo peccata, sed vnicũ tantum. Sicut actus internus & externus vnicum peccatum constituunt. Ita *Valentia 1.2. disp. 6. q. 6. puncto 2. Zumel 1.2. q. 76. art. 2. disp. 1. conclus. 2.*

14 Secunda difficultas est, an peccata ex ignorantia culpabili commissa sint eiusdem speciei moralis cum peccatis scienter admissis? Qua in re variæ sunt sententiæ. Quidam dicunt esse eiusdem speciei in peccatis contra ius naturæ, secus in peccatis contra ius positiuum. Alij dicunt esse eiusdem speciei, quando est ignorantia iuris, secus quando est ignorantia facti. Alij censent non esse eiusdem speciei, quando actus peccati non est volitus in se, sed in sua causa. Vt in peccatis ebriorum. Quas omnes opiniones refert & iure optimo confutat *Azor to. 1. lib. 1. institu. mor. c. 14. q. 6. & duplici sequenti & q. 10.* Vnde ipse *Azor ibi quæst. 6. & Vasquez 1.2. q. 73. artic. 8. disp. 101. toto c. 5. & 6* dicunt peccata ex ignorantia cõmissa in ijs criminibus, quorum malitia in externo opere, aut alterius potentiæ, quam voluntatis consummatur, esse in vniuersum eiusdem speciei cũ peccatis scienter admissis. Quia vtrumque peccatum est contra idem præceptum, & eandem virtutem. (Vt diximus nu. 11.) Et voluntas in eandem malitiam fertur, solumque differunt, quod scienter peccans, magis expresse, & directè malitiam obiecti velit, vtpotè qui melius illam nouit: peccans autem ignorãter, minus expresse, ac indirectè, eo quod imperfectius illã cognoscit. Quæ differentia speciẽ moralem minimè variat: sed aggrauat, aut minuit intra eandem speciem. Secundò dicunt in peccatis, quorum malitia in voluntate cõsummatur, vt in peccatis odij Dei, vel proximi, inobediãtiæ, scandali, peccata ex ignorantia commissa, non pertinere ad eandem speciem moralem, cuius sunt, quando scienter perpetrantur. Dicuntur, quippe horum malitia in speciali peccantis intentione consistit, vt odium Dei, vel proximi, quando ex Dei, vel proximi displicentia habetur. Scandalum, cum ex intentione ruinæ spiritualis proximi. Inobedientia, cum ex peculiari non obediendi intentione procedit. Quæ malitia in his peccatis ignoranter admissis non reperitur.

15 At probabilius censeo quæcumque peccata, siue externa, siue interna cum ignorantia culpabili commissa esse eiusdem speciei, cum peccatis scienter commissis. Atque ita *Nauar. c. Consideret in principio, n 67. de pœnitent. d. 5. Valentia 1.2. disp. 6. q. 6. puncto 3. Suarez 4. tomo in 3. p. disput. 12. sectione 4. num. 14.* absolutè, & indistinctè asserunt peccata scienter, & ignoranter admissa esse eiusdem speciei. Ducor, quod nulla sit ratio differentiæ inter peccata externa, & ea quæ in voluntate consummantur. Quia hæc esse specialia peccata non pendet ex scientia, vel ignorantia, sed ex voluntatis intentione. Si enim quis certissimè norit esse specialia peccata, odiũ Dei, vel proximi, scandalum, inobedientiam, quando ex speciali intentione declarata numero præcedenti cõmittuntur, & ex alia intentione ea committat, non erit reus specialis eorum malitiæ. E contra vero si quis culpabiliter ignoraret eorum malitiam in ea praua intentione consistere, & ideo ea praua intentione illa committeret haberent vtique malitiam eiusdem speciei moralis cum eisdem peccatis scienter, & ex mala illa intentione commissis. Et ita sententiam hanc sustinent *Sayro in claui regia, lib. 2. c. 9. n. 38. 39. & 40.*

16 Hinc deducitur, si quis sua negligentia suum munus ignoret, & simul q̃ ex illa ignorantia pericula consurgant, vt an immineat homicidij, furti, sacrilegij periculum, sic distinguendum esse. Si tantummodo præuidit imminere periculum alicuius peccati vage, pertineret ad eandem speciem, cuius esset hic actus scienter elicitus, volo aliquod peccatum, nullum determinando. Si autem præuidit imminere periculum duorum peccatorum, vel trium, siue copulatim, siue disiũctim, pertinebit ad eandem speciem, cuius esset volitio scienter elicita committendi ea peccata, siue copulatim, siue disiunctim.

17 Tertia difficultas est. An ignorantia culpabilis non affectata, ita aliquando peccatum minuat, vt ex mortali in veniale transire faciat. Et quidem quando ignorantia, seu negligentia est tantum venialiter culpabilis, constat ita minuere, vt reddat opus veniale, quod ea ignorantia non excusante esset mortale. Quia tunc peccatum perpetratum non est, nisi imperfectè, & venialiter volitum. Quando quidem non est aliter volitum, nisi vt est volita ignorantia Et confirmatur, quia si quis prorsus inuincibiliter putaret fornicationem esse licitam ad tuendam vitam, nullatenus peccaret fornicans ob eam causam. Ergo si venialiter id ignorat, solum veniale erit. Et ideo pro hac sententia sunt *Sylu. verbo Periurium, quæst. 1. vers. Quando iuratur. Nau. summa, c 12. num. 7. vers. 6.* vbi aiunt veniale esse periurium, quando aliqua diligentia adhibita est, sed non sufficiens ad videndum, an sit falsum, quod iuratur. Et ita tenent *Suarez 3. tomo in 3. p. quæstione 83. art. 3. disput. 82. sectione 3. colum. penult. Valentia 1.2. disput. 6. quæst. 6. puncto 3. col. 1. vers. Sequitur ex his Zumel 1.2. quæst. 76. art. 2. disput. 2. post 3. dictum, in solutione ad 3. & art. 4. disputat. 1. in fine: & disputat. 2. in dubio appendico ad illam.* Quare iure optimo *Valentia* reprehendit *Caietanum 1.2. q. 76. ar. 4. ad finem*, cuius verba transcribit, & sequitur *Corduba in suo quæst. lib. 2. quæst. 24. ad finem, vers. Respondeo ad hæc omnia.* Vbi videntur dicere ignorantiam venialiter culpabilem non excusare a mortali peccata contra ius naturæ, quando in se ipsis sic imperfectè volita sunt, secus quando in sola causa. At *Zumel d. dubio appendico*, nititur explicare *Caietanum*, vt id non sentiat, sed teneat in quibuscumque peccatis ignorantiam venialiter culpabilem excusare a mortali.

18 At difficultas est, an aliqua ignorantia, seu negligentia mortaliter in se culpabilis excuset a mortali trãsgressione saltem præceptorum humanorum. *Suarez numero præcedenti allegatus,* ait nil esse peculiare in præceptis humanis; sed si inaduertentia sit naturalis, vel inuincibiliter putatum est causam ea transgrediendi fuisse sufficientem, excusari operantem prorsus à culpa: & si fuit ignorantia solum venialiter culpabilis, excusari à solo mortali: si tamen fuit mortaliter culpabilis (quam ipse ibi appellat crassam, & supinam, eo quod omnem ignorantiam mortaliter culpabilem existimet ipse appellari crassam, seu supinam: vt ex ipso etuli cap. præcedenti numero septimo,) non excusari à mortali. Vincitur, quia ignorantia mortaliter culpabilis non aufert sufficiens voluntarium ad peccatum mortale: vt de se constat; & alioquin præceptum obliget ad mortale. Ergo eius transgressio mortalis erit. Et secundo potest probari, quia cum ignorantia pertineat ad eandem speciem moralem, sitque contra idem præceptum, ac peccatum ex ignorantia commissum: (vt diximus nu. 11.) neque maiorem malitiam continere, quam ipsa præcepti trãsgressio. Si ergo ignorantia est mortalis, trãsgressio quoque mortalis erit.

19 At aliquid peculiare in præceptis humanis inueniũt alij Doctores, nempe, vt ab eorum transgressione mortali excuset quoque ignorantia mortaliter culpabilis, dummodo non sit crassa, seu supina. Et in primis, *Caietanus in summa, verbo Præcepti transgressio, ad finem, & Armilla, verb. Præceptum in fine, Manuel 1. to. summa, in 2. editione, cap. 196. conclusione 2. numero 2. & Vasquez 1.2. quæst. 96. art. 4. disputat. 148. cap. vltimo, in numero 61.* tradunt hanc vniuersalem regulam, his verbis, *In ijs quæ sunt iuris positiui si absque contemptu, & refutatione finis, ex ignorantia pura, aut ex apparente sibi excusatione,*

transgressio fiat, qui animum habet nullo pacto consentiendi cōtra praeceptū obligans ad mortale, nō incurrit mortale peccatum. Quia non est intentio pia matris Ecclesiæ bonas huiusmodi animas illaqueare tam hostili vinculo. Hæc illi. Atque addit *Vasquez* intelligere hos Doctores, modo ignorantia nō sit crassa, & supina. Et *Sylvest. verb. Ignorantia. q. 5. n. 10. & verb. Inobedientia. n. 3.* expresse affirmat, peccatum ex ignorantia commissum contra præceptum aliquod iuris humani nō esse mortale, si ignorantia non sit affectata, aut crassa. Et *Sotus 4. d. 13. q. 2. art. 3. ad ultimum*, agens de celebratione, absque vestibus sacris, & non seruatis Ecclesiæ ritibus, hęc ait: *Quāuis sit mortale ex genere aliquid horum prætermittere; at quia omnia sunt de iure positiuo, sola negligentia si absit scientia, & contemptus non erit mortalis.* Et *Nau. summa, c. 23. Hispane, nu. 63. Latine. nu. 59.* ait excusari a mortali transgressionem hanc, modo ignorantia non sit crassa, aut affectata. Quamuis fatear eum nil conducere ad hanc sniam ob uerba, quæ statim addit, nempe si per incuriam, uel obliuionē leuis culpæ accidat transgressio, eam excusari a mortali. Et *Valentia 1. 2. disput. 2. q. 1. puncto 6. ad finem*, ait ignorantiam crassam, vel affectatam nunquam eo vsque culpam minuere, vt ex mortali efficiat veniale: at si non sit crassa, aliquando eiusmodi est peccati materia, & ratio aliarum circumstantiarum, vt grauitas peccati minuatur ad non mortale. Et id probat, nam sicut circumstantia obiecti, & materiæ quantitas pertinent ad actum humanum, sic etiam, & multo magis ratio ipsa voluntarij. Sed illæ absque controuersia eo vsque quandoque minuunt, vt ex mortali efficiant veniale. Ergo similiter conditio, & ratio voluntarij, quam ignorantia diminuit, id quādoque alijs concurrentibus circumstaotijs efficiet. Et ad hoc probandum refert loca *Syluestri proxime allegata*. Et *disp. 6. q. 6. puncto 3. col. pen. vers. Potest etiam*, ait *relato Caietano proxime allegato*, esse probabile ignorantiam purā excusare saltem a mortali in his, quæ sunt iuris humani, ita vt qui non ex contemptu, sed ex mera ignorātia, quæ non sit crassa, seu supina, id pręceptum transgreditur, non peccet mortaliter. Et reddit rationem, quia cōsiderata iuris humani conditione, quod non adeo stricte obligat, vt ius diuinum naturale, ea ignorantiæ circumstantia videtur ita peccatum minuere, vt non sit mortale. Et *disp. 7. q. 5. puncto 6.* dicit excusare a mortali, etsi ignorantia sit culpabilis, modo non sit crassa, vel supina: & qualemcumque bonam fidem. Et reddit hāc rationem his verbis. Quia circumstantia ignoraotiæ ēt culpabilis, modo non sit crassa, vel supina, uel affectata, & qualiscumque bona fides, attenta simul conditione iuris positiui, quod non debet esse tam strictum, minuit grauitatem culpæ, vsque ad non mortale. Dices hos Doctores non expressis verbis loqui de ignorantia vincibili mortaliter, quæ non sit crassa, & ita nomine crassæ intelligere mortaliter vincibilem. Sed respōdeo ita expresse de illa loqui, vt id in dubium verti nequeat, attentis eorum verbis, & rationibus. Primo, qa si loquerentur de ignorantia solum venialiter vincibili, id nequaquam probarēt ex iuris humaoi natura nō ita stricte obligantis: nec tanquam quid peculiare eius omnes hi statuerent. Immò *Valentia d. disp. 17. q. 5 pūcto 6. col. penult. vers. Iam vero primus casus*, dicit expresse hoc esse peculiare, quoad solas leges humanas. Quippe ignorantia solum venialiter vincibilis a cuiusuis pręcepti naturalis transgressione mortali excusat. (Vt nu. 17. probaui.) Nec esset necessarium ad excusandum habere animum nullatenus admittendi scienter peccati moralis Quod tamen postulant *Caietanus, & Armilla*, nec esset necessarium alias circumstātias excusantes adesse: vt postulat *Valentia*. Nec id quoque ex pietate, & ex intentione Ecclesiæ in horū præceptorū obligatione consurgere. Cui *Caietanus, Armilla, & Manuel*, innituntur: sed ex ipsa rei natura proueniret. Quod culpa mortalis perfecte liberum consensum petat, quē ignorantia venialiter culpabilis tollit. (Vt numero decimonono probaui) Nec diceret *Valentia*, id esse probabile. Quia id tanquam certissimum docet, quando ignorantia est venialis. (Vt ex ipso retuli numero decimoseptimo.) Nec dicerent hi Doctores quando non ex contemptu, prout dicunt *Caietanus, Armilla, Manuel Sotus, Valentia*, cuius nomine non intelligunt contemptum formalem, sed interpretatiuum. qualis reperitur in crasse ignorante, vtpotè qui ferè nullam, aut nullam diligentiam ad sciendum adhibuit. Vt statim *Caietanus, Armilla, Valentia, Manuel* se explicant. Tandem, quia *Caietanus, & Armilla* non dicerent quando ex apparenti ratione, dum enim tanta adest ignorantia, vt non sit mortaliter culpabilis, plus est quam ratio apparens. Et *Leonard. lib. 4. de iust. c. 2. dub. 5. num. 34.* dicens putantem bona fide se excusari à ieiunio, non peccare saltem mortaliter id violando (vt tradunt Doctores, quos num. 21. referam) addit hæc: *Quod intelligo, modo non sit ignorantia crassa quæ dolo æquiparari possit.*

20 Quare his testimonijs ductus censeo id peculiare esse in iure humano, vt ignorantia, quæ esset vincibilis, ac mortaliter culpabilis respectu iuris diuini, & naturalis, ac proinde non excusaret à mortali eius transgressione non censeatur talis respectu iuris humani, ac proinde excuset à mortali eius violatione, duplici conditione concurrenti. Prior est, vt sit violans in ea animi pręparatione, vt si nosset eam causam non esse iustam, minimè id ius violaret. Posterior, vt illa ignorantia non sit crassa, aut supina, qualis esset, quando adeo modica diligentia in ea causa excusanti examinanda est adhibita, vt ferè nulla reputetur, ac dolo æquiparetur. (Vt capite præcedenti, numero septimo diximus.) Et ratio est, suauitas obligationis iuris humani, non nimio rigore obligantis, nec tantam diligentiam in causis excusantibus poscentis, quantam ius naturale exigit: sed benigniorem in animæ fauorem admittit interpretationem, deficienti transgressorum fraude, vtpotè qui aliquali bona fide se excusatos existimant. Quod etiam constabit ex dicendis numero sequenti: nam (vt ibi probabo) ea vera non essent, aut ridicula nihilque speciale iuri humano tribuentia: nisi hoc dicamus. Nec obstant contraria adducta numero præcedenti: ex dictis enim vtriusque rationis solutio constat. Iam enim diximus eam ignorantiam, quæ præceptis iuris naturalis comparata, esset mortaliter culpabilis, ac contineret sufficiens voluntarium ad constituendam transgressionem illorum culpā grauem, ac mortalem, non fore quandoque sufficientem, vt sit mortaliter culpabilis, ac constituat mortalē transgressionem iuris humani, quod accidit, quoties concurrunt duæ conditiones proximè explicatæ. Quare consequenter dicendum quoque est, tunc non inducere sufficiens voluntarium ad culpam mortalem. Imò *Valentia 1. 2. disput. 2. quæstione 1. puncto 6. ad finem*, ait *cum Syluest. verbo. Ignorantia quæstione quinta, num. 10.* posse aliquando quoque peccatum mortale contra legem aliquam naturalem minui, ita vt sit veniale, quando ignorantia non est crassa. Vt si sit contra legem naturalem non expresse, sed subtiliter, & reductiuè. Sed sufficiens huius fundamentum non video: & ideo non placet.

21 Hinc deducitur, qualiter intelligendū sit, quod multi Doctores agētes de pręcepto ieiunii, & audiendi sacri tradūt: nimirum, a mortali excusari transgredietes illa bona intētione, ex causa, quam sufficientem putāt, etsi ea verè sufficiens non sit: & solum peccare venialiter. Hi sunt loquentes de ieiunio, *Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3. dubio 2. quod mouet circa solutionem ad secundum, & in summa, verbo Ieiunium, c. 3. §. Ex pietate autem, vers. de rationabili autem causa, & ibi Syluest. quæst. 8. dict. 1. Armilla, num. 2. & 6. Emmanuel Sa, numero 14. Nauar. summa, cap. 21. Hispane, numero decimoquarto. Latinè, num. 20. Henriquez lib. 9. de missa, c. 25. numero decimo, in textu, et*

in

in commento, litera S, Manuel 1.to. summa, 2.editione, c. 24.in fi. Toledo lib.6.summe, cap.4.in fi. Leonardus, nu.19. allegatus. Et loquentes de præcepto audiendi sacri, *Caietan.sum.verb. Festorum violatio, statim in principio. Armilla verb. Festum, nu.10. Syluest. verbo Missa 2. q.1.d.6. Nauar. sum. Hispana, cap.21 num.5. Toledo eodem lib.6. cap.9.in fin. Henriquez proximè allegatus. Azor to.1.li.7. instit. moralium. cap.7. quæst.4. in fine.* Non enim hi Doctores intelligendi veniunt de sola ignorantia, & bona illa fide culpabilibus venialiter. Nam id tanquam peculiare in his præceptis humanis dicunt. At ea ignorantia etiam in præceptis iuris diuini, & naturalis excusat à mortali. (Vt diximus num.17.) Et profecto quid ridiculum dicerent: & frustra *Caietanus*, quem tanquam huius sententiæ patronum ceteri referunt, ac sequuntur, in loco citato summę, verbo ieiunium, ponderaret, ac peteret in ignorante animum non transgrediendi, si sciret. Quod amplius innuunt idem *Caietanus ibi, & in 2. 2. loco allegato, & Armilla verbo Festum, num.10.* Nam *Caietanus* dicit hunc transgredientem bona fide excusari a mortali, quando absque fraude præceptum transgreditur. *Armilla* autem, quando absque contemptu. Volunt ergo hi Doctores, quod numero pręcedenti diximus, nempe, quando abest bona intentio non transgrediendi præceptum humanum, & transgressio processit ex ignorantia non affectata, vel crassa, sufficienti de se ad mortale, ac culpabili mortaliter, si compareturiuri naturali, excusare transgredientem ius humanum a mortali, nec censeri respectu huius iuris culpabilem mortaliter, propter dictas rationes, & circumstantias bonę fidei, procedentisque ex ignorantia non crassa. & bonæ intentionis seruandi pręcepti, si id nosset: non tamen à culpa veniali. Et ita hanc interpretationem satis claré videtur astruere *Valentia 1.2. disp.7. quæst.5. puncto sexto, in fine* cuius verba retuli nu.19. Eo vel maximé, quod ad finem illius puncti, versic. iam vero primus casus, dicit hoc esse speciale, quoad solas leges humanas, vt excusetur a mortali violans illas ex causa sibi iusta existimata.

22 Vltima difficultas est. An ignorantia sit circumstantia necessario explicanda in confessione? Idest, an sit necesse explicare quempiam, an sciēter, an potius ignorantia culpabili peccarit. Aliqui affirmant esse necessarium explicare peccatum fuisse scienter admissum. Qd distinctam specie malitiam importet. Ita *Adrianus 4. tractat de confessione, quæst.4. in 2. pallius, vbi de circumstantijs paulo post principium, vers. Forte obijcies. Medina, C. de confessione, quæst. de circumstantijs mutantibus speciem, paulo post principium.*

23 At melius *Nauar. c. Consideret, in principio, à n.52. vsque ad 79. de pœnit. d.5. & Suarez 4.to. in 3.par. disput.22. sectione 4.num.14.* negant id esse necessarium. Quippe eiusdem speciei, & malitię moralis est peccatum cum ignorantia hac, & cum scientia admissum (vt diximus num.15.) Et quamuis scientia aggrauet, non tamen ita notabiliter, vt necessarium in confessione explicationē petat. Addit bene *Suarez*, aliquando id esse necessariū explicare in ordine ad censuras Ecclesiasticas. Quippe ab illis sæpe ignorantia excusat. Similiter dicēdum est, quando ea ignorantia mortaliter vincibilis excusaret a mortali transgressione humani præcepti, iuxta ea, quę diximus numero vigesimo, & vigesimoprimo, fore quoque necessarium ignorantiam explicare. Quippe quālibet circumstantiam ita minuentem, vt ex mortali efficiat veniale, est necesse explicare. Similiter quādo ignorantia est affectata, etsi *Nauar. summa, cap.6. Hispanè, nu.12. Latinè, num.12.* dicat eam non esse necessario explicandam in confessione, quamuis affectata sit ad finem liberius peccandi: sic tamen distinguendum censeo. Si ignorans ille exponatur periculo admittēdi alia peccata, ratione illius ignorantiæ affectatæ, siue affectetur ad finem liberius peccandi, siue ob alios fines, & aduertat ad id periculum, tenetur eam ignorantiæ circumstantiam fateri. Quippe mutat speciem, tot enim peccata ille committit, quot committendo periculo se exponit. Iuxta ea quæ numero vigesimosexto, diximus. Vt si velit feminam cognoscere, & affectet ignorare, quænam sit illa, vel vt liberius peccat, vel ne eius culpa ita grauis sit. Hic enim exponitur periculo incestus, & adulterii, & sacrilegii, &c. Si autem ei periculo non exponatur, quia nouit feminam alio statu pręter coniugatæ carere, & an hunc habeat affectat ignorare vel affectat ignorare aliam rem, in qua nō est aliud præter peccati determinati periculum; tunc si ignorantia non affectetur ad liberius peccandum, nō est necesse illam explicare. Quia non aggrauat, sed aliquātulum minuit culpam (vt diximus nu.5.) Si vero sit ad finem liberius peccandi notabiliter aggrauat. (Vt eodem numero 5. diximus.) Et ita si cum verissima meo iudicio sententia teneamus circumstantias notabiliter aggrauantes esse necessario confitendas, dicendum est hanc fatendam esse. Qui vero contrarium censent, dicent cum *Nauarro* hāc fatendam non esse, vtpote quæ solum intra eandem speciem notabiliter aggrauat.

CAPVT XVIII.

Qualiter metus mortis, aut alterius grauis damni, excuset a transgressione præceptorum, siue iuris diuini positiui, siue naturalis, siue humani.

SVMMARIVM.

Pręcepta rem intrinsecè malam vitantia, ob nullum metum licet transgredi nu.1.
Nec quando lex humana obligat etiam cum mortis periculo, numero 2.
Quid extra hos casus? Refertur quædam sententia, nu.3.
Explicatur sententia Authoris, num.4.
Quid de legibus iuris diuini positiui, seu naturalis, nu.5.
Quid si tyrannus mortem minetur in contemptum præceptorum, vel fidei, num.6.
An liceat metu mortis matrimonium inire, & consummare, cum impedimentis illud impedientibus, aut dirimentibus, numero 7.
An liceat timore mortis excommunicato celebrare, cum alijs participare, ministrare sacramentum confessionis: & si sit iudex, excommunicare. nu.8.
An lex humana capitis pœnam imponens obliget, cum vitæ periculo nu.9.
Quid de diuinis baptismi, & confessionis præceptis, nu.10.
An liceat vesci carnibus humanis in extrema defectus aliorū ciborum necessitate? Refertur quædam sententia, nu.11.
Explicatur sententia Authoris, nu.12.
Quid ad vitandum mortis periculum, quam alius minatur, numero 13.
An teneatur quis ijs carnibus vesci in prædictis necessitatibus, num.14.
An liceat vti medicamentis, in quibus caro humana miscetur, num.15.
An necessitas, vel vtilitas excusetur a præceptorum trāsgressione, num.16.

1 Constat apud oēs, pręcepta rē intrinsecè malā prohibentia, ob nullū mortis metum licere trāsgredi. Vt ob nullum metū liceat mentiri, aut fornicari. Quia implicat rē intrinsecè malam esse in aliquo casu licitā.

2 Similiter certum est, quando periculum mortis coniungitur intrinsecè cum legis obseruantia, quia, nimirum, imponēs legem, seu præceptum, præuidet id periculum, & eo nō obstante, propter maius bonum commune id præcipit, legem, seu præceptum obligare, cum vitæ periculo. Vt si Episcopus parochis præcipiat tempore pestis adesse, ne fideles sacramentis destituti decedant. Vel dux militibus, vt ingruentes hostes inuadant. Quod omnes allegādi fatentur. Et ratio est, quia nemo dubitat posse legem, vel præceptum cum ea seueritate obligantia statui: quoniam tota communitas, atque adeo rector illius potest singulas eius partes vitæ periculo, exponere, vbi id postulat bonum commune.

Cum ergo lex, & præceptum iusta sint & obligent cum eo mortis periculo præmisso, tenebitur subditus eo non obstanti parere.

3 Controuersia autem est, quando per accidens id periculum coniungitur cum legis obseruantia, & res non est intrinsece mala. Vt si quis mortem alicui minetur, nisi ieiunium trãsgrediatur, aut in festo laboret, sacrũve omittat: vel aliunde ex horum obseruantia periculũ mortis, alteriusve grauis damni immineat. *Caiet. 1. 2. quæst. 96. art. 4. & 2. 2. quæst. 12. ar. 3. & in opusc. tom. 3. tract. 8.* ait leges humanas obligantes ad mortale, obligare ad sui obseruationem, etiam cum mortis periculo nisi aliquis casus ex legis, & legislatoris benignitate excipiatur. Qua ratione ait non cum eo periculo obligare præceptum ieiunij: at alias leges humanas communiter putat sic obligare, & præsertim eas, quæ propriè ad religionis cultum pertinent. Vt ne quis cum excommunicato participet, ne absque vestibus sacris celebret. Et cum eo tenent multi alij, quos referunt authores allegandi. Ducuntur, quod ob nullũ mortis metum liceat peccatum mortale perpetrare. Secundò, ex *c. Sacris de his quæ vi,* vbi decernitur communicationem cum excommunicato non excusari ob mortis metum. Et redditur ratio his verbis: *Cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere.*

4 At dicendum est, nullam legem humanam puram per se obligare casu quo seruari nequit, absque vitæ periculo. At per accidens accidere posset, vt cũ ex periculo obliget, ratione alterius concurrentis præcepti iuris naturalis, aut diuini, obligantis tunc cum vitæ discrimine. Hanc conclusionem his terminis explicatam solus astruit *Valentia 1. 2. disput. 7. quæst. 5. puncto 6. quæst. 4.* Verum in re eam docent *Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. colum. penult. & lib. 1 de iust. q 6. art. 4. ad finem corporis. Corduba summa quæst. 137. dist. 4. Azor to. 1. lib. 1. instit. moral. cap. 11. quæst. 1. Couar. cap. Alma mater 1. p. § 3. nu. vltimo, vers. 4. Medina 1. 2. q. 96. art. 4. Enriquez l. 13. de excommun. c. 21. nu. 2. in fi. Suarez 5. tom. 3 p. disput. 9. sectione 3. nu. 7. & 8. Aragon 2. 2. quæst. 6. art. 3. in 1. dub. quod mouet circa solutionem ad 4. Et multi alij, quos ipse referunt.* Et clara reddetur ex corollarijs, quæ à nu. 6. ex ea deducemus. Ratio autem est, quia vel in Ecclesia non est tanta potestas ad obligandum cum eo rigore in legibus communibus, vel quia etiam si sit, ex iusta tamen, ac prudenti prouidentia non vtitur illa: nec ad commune bonum pertinet vt illa vtatur. Nec obstant rationes oppositæ nu. præcedenti allegatæ. Quippe nemo asserit peccatum etiam veniale posse ob quoduis vitæ periculum admitti. Sed tantum dicimus occurrenti eo periculo, ita obligationem legis suspendi, vt quod ea obligante esset mortale, iam peccatum non sit. Nec obstat etiam *d. c. Sacris,* nam omissis alijs expositionibus, id optime explicat *Suarez ea sectione 3. num.* 10. dicens Pontificem tantum velle ibi statuere discrimen inter vim, & metum, vt illa semper excuset à culpa, & consequenter ab excommunicatione ob participationem cum excommunicato. Hic autem non semper excusat à culpa ac proinde nec ab excommunicatione hac. Quando vero non excuset, non explicat Pontifex, sed id interpretibus iudicandum relinquit.

5 Immo idem dicendum est de multis legibus iuris diuini positiui, & naturalis. Integritas enim confessionis est de iure diuino positiuo; restituere alienum, ac votum implere sunt de iure diuino naturali, ac conferre eleemosynam extreme indigenti: non tamen cum periculo vitæ obligant. Vt fatentur omnes citati. Et ex professo *Azor eo cap. 11. quæst. 2.*

6 Hinc deducitur primo, si quisquam minetur mortem alicui in religionis Christianæ odium, aut præcepti cõtẽptum, nisi illud transgrediatur, teneri illũ potius mortem subire, quam quodcunque præceptum humanum transgredi, nedum diuinum. Ratio est, non ex vi illius præcepti humani, vtpote quod cum vitæ detrimento minime obligabat: sed ex vi præcepti diuini tunc concurrentis cum obligantis vitæ discrimine ad tuendam religionis existimationem, reprimendumque ipsius contemptum, & præceptorũ in aduersarijs. Et contrarium esset, vel virtute exterius negare fidem, vel virtute contemnere præcepta, & cõtemptori cooperari. Sic fatentur omnes Authores n. 4. allegati, & omnes alij. Addit optime *Suarez eadem sectione 3. nu. 4.* non eo ipso quod metus incutiatur, vt aliquid cõtra censuræ, aut alterius præcepti prohibitionem fiat, censeri eum incussum in fidei odium, aut Ecclesiasticæ disciplinæ contemptum. Potest enim ex alio fine id consurgere, vt gratia ostendendi se excommunicatum, vel acquirẽdi lucri, iacturæve vitandæ.

7 Secundo deducitur, licere ob metum grauem non incussum in religionis odium, inire matrimonium cum impedimentis impedientibus solum, et iure naturali, vt voto castitatis, si vero animo ineatur: si autem ficto, esse solum veniale mendacium. Quia ea impedimenta non obligant ad abstinendum à matrimonio cum tãto periculo. At consummare erit mortale Quia id matrimonium ratione violentiæ est irritum: ac proinde erit copula fornicaria. At si metus cogat non tantum inire, sed et consummare matrimonium, est probabile non irritari, & subinde copulam licere. At probabilius est irritari: ac subinde copulam esse fornicationẽ mortalẽ, quæ nullo metu excusari potest. At cum impedimento dirimenti etiam solius iuris humani, ob nullum mortis metum licet matrimonium inire & cõsummare, quamuis inire solum absque consummatione liceat. Ratio est, quia inire, sola lege, aut humana, aut naturali non obligante cum vitæ discrimine, interdicitur. At cõsummare interdicitur lege naturali. cũ mortis periculo obliganti. Quia cum id matrimonium ratione impedimenti dirimentis sit irritum, illius consummatio esset fornicatio. Hoc corollariũ latius probaui li. 7. de matr. disp. 5 n. 3. & 4. vbi id magis explicui.

8 Tertio deducitur quamuis excommunicato liceat facere sacrum (si non sit in peccato mortali, tunc enim esset intrinsece malum) & alia ratione cẽsuræ ipsi interdicta exercere, vt mortis periculum vitet, vtpote quæ o iure Ecclesiastico ipsi interdicta sunt: at minime licere ob id periculum, si denunciatus sit, aut notorius clerici percussor, audire alicuius confessionẽ, & ipsum absoluere. Non quidem ratione præcepti Ecclesiæ hoc ministerio interdicentis alligato censuræ. sed ratione alterius præcepti religionis concurrentis, ac cum vitæ periculo obligantis ad non reddendum irritum sacramentum. Quale esset in hoc casu, cum is sacerdos ratione censuræ illius, iurisdictione absoluẽdi careat, qua deficiẽti sacramentum est irritum. Sic docet *Suarez ead. sect. 3. n. 3.* Addit *Suarez* non posse hunc ob prædictum mortis timorem alium excommunicare, si iudex Ecclesiasticus sit. Quia defectu iurisdictionis excommunicatio ab eo lata est irrita. At hoc additum non approbo. Nec enim tanti momenti est, excommunicationem irritam pronunciare, vt mortis timore nõ excusetur. eo vel maxime, quod alij per hunc excommunicato, damnum non inferatur ea excommunicatione irrita.

9 Quarto deducitur, non credendum *Soto qui lib. 1. de iustit. q. 6. art. 4. ad finem corporis,* ait legem humanam statuentem pœnam capitis trãsgressoribus, obligare cum vitæ periculo. Quia fundamento caret hoc asserere. Et ita ab illo recedere videtur *Medina nu. 4. allegatus.* Quia iure optimo transgressor culpabilis potest pœna capitis plecti, vt alij ab eius transgressione arceantur at nõ erit culpabile illam non obseruare ad tuendam vitam. Nec enim cum vitæ discrimine obligat. *Sotum* quoque impugnat *Benzonius tractatu de fuga, lib. 1. disp 1. q. 4. concl. 6.*

10 Quinto deducitur, quid dicendum sit de præcepto diuino baptismi, vel confessionis. *Azor to 1. lib. 1. inst. moral. c. 11. q. 2.* ait quando hæc præcepta iure diuino obli-

gant.

gant, obligare etiam cum vitæ discrimine. Quia etsi ad æternam salutem sufficiat votum horum sacramentorum, quando re ipsa suscipi nequeunt: at nemini cõstat de vera cordis contritione, eaque valde difficilis est: cũ tamen sit omnino necessaria, sacramentis his non susceptis. Et ideo non obstanti eo vitæ periculo tenetur hic hæc sacramenta tanquam media necessaria, & securiora ad salutem recipere. At id non placet, sed dicendum est hunc non teneri ea sacramenta cum vitæ discrimine recipere, sed potest sibi contritione Dei auxilio habita consulere: nec tenetur cum eo periculo media tutiora quærere, donec possit absque eo illa recipere. Quia non est intrinsece malum ea nõ recipere, vt proinde in nullo euentu licitum esse possit. Et ita docent *Sotus lib. 1. de iustit. q. 6. art. 4. ad finem corporis. Corduba, & Aragon. nu. 4. allegati.*

11 Sexto deducitur quid dicendum in ea quæstione sit, an liceat vesci carnibus humanis, ad vitandum mortis periculum, vt in vrbis obsidione, vbi alius cibus nõ suppetit. Nec disputatur an ad id liceat hominem interficere: id enim vt intrinsece malum, ob nullum mortis timorem licet. Sed quæstio est de carnibus hominum interfectorum. Quia in re quidam sentiunt id non licere. Quod humanis carnibus vesci abhorreat natura, tanquam quid intrinsece malum. Quod aperte significat *D. Tho. 2. 2. q. 142. art. 4. ad 3.* vocans hoc peccatum excedens humanã naturam, illudque fornicationi comparãs, atque ideo brutis feriores appellamus barbarosque eos, qui humanas carnes edunt. Et ideo hanc sententiam tanquam probabilem tuentur, *Victoria relectione de temperantia, nu. 6. Azor to. 1. lib. 7. instit. moral. cap. 33. q. 4.* & eam tenet *Valentia 2. 2. disp. 9. q. 3. puncto 1. col. 3.*

12 At quamuis hoc sit satis probabile probabilius credo licere. Quippe non video cur res hæc sit intrinsece mala, ac proinde in nullo euentu extremæ necessitatis liceat. Nec *D. Thomas* hoc peccatum in omnibus fornicationi æquiparat, sed quoad hoc tantum, quod vtrum que sit contra naturam. At (vt nu. 5. diximus) multa iuris naturæ præcepta non obligant cum vitæ discrimine. Atque natura hunc esum abhorret, nimirumque barbari sunt illo vtentes, quando ea extrema necessitas non cogit. Et ideo hanc partem tuentur *Caiet. 2. 2. q. 148. art. 2. ad fin. in solutione ad 2. Martinus Abulens. & Regano, ca. 6. q. 32. Nau. sum. c. 23. Hispanè, n. 130. Latinè, nu. 122. Emmanuel Sà summa, verb. Comedere, n. 1. Toledo in sum. post. 7. librum tractatu de peccatis mortalibus, cap. 63. num. 5.*

13 Atque idem dicẽdum est licere, si alius in odium religionis minaretur alicui mortem, nisi carnes humanas ederet. Quia (vt bene ait *Victoria relect. de temperantia, nu. 6.*) nil refert, siue metus mortis ab intrinseco necessitate consurgat, siue ab extrinseco inferatur. Cum vtrobique eadem vitandæ mortis necessitas hunc esum excuset.

14 Non tamen credo pressum hac vitæ tuendæ necessitate, siue ab intrinseco, siue ab extrinseco consurgenti, teneri illam tueri esu carnium humanarum, sed posse pati potius mortem. Tum, quia potest licite sequi opinionem contrariam valde probabilem dicentem hunc esum in eo casu esse illicitum, & ita ab eo se abstinere. Tum etiam, quia non omnibus medijs licitis tenetur quis propriam vitam tueri. Vt nõ tenetur cruris abscissionem cum grauissimo dolore inferendam pati, etsi ad vitam necessaria sit. Sic ergo non tenetur rem tam horrẽdam, & quam ita abhorret natura, ac esum carnium humanarum aggredi, gratia propriæ vitæ tuendæ.

15 Siue tamen priorem siue posteriorem sententiam amplectamur, dicendum est, dum caro humana nũ sumitur per modum cibi sed per modum medicamenti, vt contingit in medicaméto, quod medici Momiã appellãt, in quo aliquid carnis humanæ admiscetur, eum esum nullo iure vetari, ac proinde esse licitum. Quia non põt re vera carnis humanæ esus appellari, sed medicamenti sumptio. Et ita fatetur *Valẽtia 2. 2. disp. 9. q. 3. puncto. 1. columna 4. vers. Neque obstat:* quamuis opinionem priorem rigidam sequatur *eodem met puncto, colum. 3.* Vt vidimus num. 11.

16 Tandem si quæras, an timor minoris mali, quam mortis, & qualis mali, excuset ab humanorum præceptorum, & naturalium, quæ rem intrinsece malam nõ prohibent, transgressione. Respondeo, absq; dubio excusare. Nam timor iacturæ honoris, vel multo maioris rei familiaris excusat a restitutione. Et necessitas mediocris, & aliquando vtilitas magna excusat a ieiunio, auditione sacri, & similibus præceptis. Vt in proprijs locis videbimus. Quale autem malum sufficiat ad excusandum, seu quæ necessitas, & vtilitas, non potest certa regula præscribi. Quia quo dignius est, ac vrgentioris obligationis præceptum, eo maior necessitas vitandi mali excusans desideratur. Et ideo circa singula præcepta est necessario hoc disputandum in proprijs locis.

CAPVT XIX.

Quando non potens implere totum præceptum, teneatur ad partem.

SVMMARIVM.

Referuntur tres sententiæ, nu. 1. 2. & 3.

Proponitur quædam distinctio præcepti de re diuidua, & indiuidua, & explicatur in votis, & alijs præceptis, quãdo sint de re diuidua, & quando de indiuidua, nu. 4.

Quando præceptum est de re indiuidua, qui non potest totum implere, non tenetur ad partem, num. 5.

Quid de non potente audire integrum sacrum, nu. 6.

Quid de carente breuiario, in quo sit integra hora canonica, nu. 7.

Quid, quando præceptum est de re diuidua, & pars, ad quam est impotentia, certo constat, nu. 8. & ibi quid, si non certo constat. Vt si quis integras horas recitare nequeat.

An non valens ieiunare totam quadragesimam, teneatur ad partem quam potest num. 9.

1 De hac re parum apud Doctores scriptum repetio. *Nauar. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 11. n. 15.* tractãs an totum officium canonicum persoluere nequiens, ad partem persoluendã teneatur: respõdet id ex impotẽtia ad maiorem officij partem persoluendam deducẽdum esse: ac proinde impotentem ad hanc non teneri ad minorem partem, quamuis ad eam potens sit: potentem vero ad eam maiorem partem, ad eam teneri, quãuis à minori persoluenda excusetur ratione impotẽtiæ. Ducitur, quod nõ qualibet alicuius partis recitãdæ potentia, cum reliquarum impotentia ad eã obliget. Id enim innumeris scrupulis, ac perplexitatibus pateret: vixque valetudinarius esset, qui saltem breuem aliquam officij canonici horam recitare non posset. Cum tamen experientia teste, ita minutatim nullus potentiã hanc expẽdat, ad obligationem hanc inducendam. Rursus nec qualibet impotẽtia partis recitandæ excusef a reliqua, ad quã potentia adest. Nec iure definitur quanta pars, ad quam est potẽtia, vel impotentiæ, reliquam partem ad se trahat: ac proinde prudentis arbitrio relinquitur: argumẽto c. *De causis, de offic. deleg.* Nec vr aptius aliud iudicium, nec iuri conformius occurrere posse, ad hoc dijudicandum, quã vt maior pars trahat ad se minorẽ, atque ita impotẽs ad maiorem, excusetur etiam a minori, ad quã est potens: at potens ad maiorẽ, ad illam teneatur, non tamen ad minorem, ad quã est impotens. Quia in iure id regulare est, vt maior pars ad se minorẽ trahat, *cap. 1. De his quæ fiunt a maiori.* Hæc *Nauarrus.* Et expresse loquitur non solũ de infirmis, aut valetudinarijs, sed de laborantib. etiam quocumq; impedimẽto. Nam *nu. 9.* proponẽs quæstionem, sic proposuit. An æger, vel alius, qui non potest integrum officium recitare, teneatur ad partem. Et *nu. 15.* exemplũ adhibet in impotẽtia ob breuiarij defectum. Et *nu. 17. & 18.* eandẽ tradit doctrinam, quando ad eandẽ horam canonicã inte-

integre recitandam adest impotentia: si.n.ille potens sit ad maiorem illius horę canonicę partem, tenetur ad illam. Vnde ait irridendos fuisse quosdam, qui ob breuiarij defectum nequeuntes matutinum integrum persoluere in itinere, excusari se omnino putabant, cù possent omnia præter lectiones, & responsoria maiora recitare. Eandem sent. loquens de infirmo, aut cæco tenet *Leonar. li. 2. de iust c. 37. dub. 9. nu. 54.* Atque eandē sententiam tractans de solo infirmo nequeunte maiorem officij partem recitare, dicens excusari à toto officio, non tamen excusari à maiori parte, si illam potest, sit à minori, quam non potest, excusetur, tuetur, *Azor to. 1. lib. 10. institut. mor. c. 1 3. q. 4.* Eandem tenet loquens de infirmo, & de carentibus breuiario, addens si non potest maiorem partem, vel ferè æqualem, ad nil teneri, secus si potest maiorem, vel ferè æqualem partem, *Philiarcus de officio sacerd. tom. 1. p. 1. l. b. 1. c. 10.* Addit *Azor* alia esse præcepta quæ si integrè impleri nequeant, nec partim impleri debent. Quæ autem sint hæc subiicuit.

2 Alij de infirmo loquentes aiunt absolutè eum non teneri eam partem, quam commodè potest recitare: diuersumque esse aiunt de præcepto ieiunij; si enim quis totam quadragesimam ieiunare nequeat, dicunt teneri ad partem quam potest. Atque eam discriminis rationem reddunt quod in priori casu legislator obligare non intendat. Quia in omni lege perplexitas euitanda est, quæ non leuis consurgeret, si impotentem ad totum officium recitandum obligaret ad partem. Secus autem in posteriori casu. Quippè moraliter loquendo, perplexitas non reperitur. Cum facilè quis experimēto, ac medico corporali, & spirituali consultis, dignoscere possit, an aliquibus diebus ieiunare possit. Sic *Manuel q. regularibus, tomo 1. q. 42. art. 10.*

3 Alijs placet, infirmum ad eam partem recitandam teneri, quam commodè potest. Sic *Petrus de Ledes. 2. tomo sum. tractat. 9. c. 4. fol. 1056. difficul. 5.* Hæc sunt, quę apud Doctores inuenire potui.

4 Sed vt meam sententiam explicem, suppono duplex esse præceptum, quoddam de re indiuidua. alterum autem de diuidua. Rem indiuiduam voco, quæ cōmodè diuidi non potest, nec in parte saluatur ratio præcepti. Diuiduam autem, quando in parte saluatur rō præcepti sicut in toto, & vna pars ab alia non pendet. Exemplum primi, sit in præcepto ieiunij vnius diei, vel audi tionis sacri vno die, respectu vnius horæ canonicæ vel quando quis vouit semel recitare psalmos pœnitentiales, vel tertiam partem circuli virginei, vulgo, *un terzo del Rosario,* vel quando quis promittit certum numerū precum ob specialem quādam pietatem. Vt quinquies Pater, & Aue, in memoriam quinq; vulnerum Christi. Exemplum secundi sit, in præcepto septem horas canonicas quotidie recitandi, in qualibet.n. saluatur rō præcepti. Et in ieiunio totius quadragesimæ, ieiunium eñ singulorum dierum diuiduum est ab alio. Item si quis promitteret integrum circulum virgineum, qui tribus partibus in cōi æstimatione diuiduus constat. Quod intelligo, etsi in ternario illo num. vouens specialem aliq pietatem spectaret, quæ absque eo numero non reperitur. Vt si id voueret in sanctissimæ Triadis memoriam. Quia cum illæ partes communiter diuidantur, & in qualibet inueniatur ratio præcepti, quæ in toto datur, qualibet eñ circulus virgineus appellatur, etsi in qualibet non saluetur ea ratio specialis pietatus, censeo votū esse diuiduū. Eo vel maximè, quod vbi de contraria vouētis intentione non constat, censetur votum instar pcepti Ecclesiastici ea de re obligare. Vt in tractatu de voto dicemus.) At hoc quando est de re de se diuidua, obligat modo diuiduo, & ad singulas partes æquè, ac ad totū. Vt Ecclesia quadragesimæ ieiunio instituit in memoriā ieiunii quadragenarij Christi: & septem horas canonicas, vt Dauidem imitaretur dicentē *Psal. 118, Septies in die laudem dixi tibi.* Et tamē præcepta hæc diuidua iudicantur. Et similiter diuiduum votum iudicatur, quando quis trium dierum ieiunium voueret in reuerētiam sanctissimæ Trinitatis. Quod dies illi ieiunij, in se, & in communi æstimatione diuidui sint. Similiter obligatio est diuidua abstinendi à cibis prohibitis etiam respectu vnius & eiusdem diei; & abstinendi ab operibus seruilibus respectu eiusdem festi. Huius signū est, nam quoties quis eadem die cibis prohibitis vescitur, aut seruilia vetita exercet, toties peccat.

5 Hoc ergo supposito, sit prima conclusio Quādo pręceptum est de re indiuidua, qui non tenetur ad totum, quo censetur integrè moraliter impleri præceptū, non tenetur ad partem. Vt qui potest ieiunare vsque ad vndecimam noctis horam, non tamen vltra non tenetur vsq; tunc ieiunare. Et qui tertiam partem circuli virginei, vel psalmos pœnitentiales vouit, nec potest totum recitare non tenetur ad partem. Et idem in omnibus alijs præceptis, quæ de re indiuidua esse dixi nu. 4. Dixi, quando non potest implere id, quo censetur moraliter integrè præceptum impleri. Quia ad id tenetur, si pars quam non posset, esset ita modica, vt ea scienter omissa non impediret integram moraliter præcepti impletione a peccato mortali excusatiotem. Ratio est, quia id præceptum commodam non patitur diuisionem, vt eius impletio diuidi possit, & sic vel toti, vel nulli parti obligat ad satisfaciendum. Ergo vbi toti satisfieri nequit, cessat obligatio partis.

6 Hinc primo deducet aliquis accedentē causa audiēdi sacri tēpore, quo præfatio dicitur, etsi non sit aliud, minimè teneri audire. Quod ab eo loco missa nō dicatur integra secundum omnes: & præceptum de missa audienda sit de re indiuidua. At contrarium mihi suadeo, & censeo teneri audire. Quia (vt bene ait *Suarez 3. to. in 3. p. q. 83. art. 6. disput. 88. sect. 2. folio 1314.*) ea quæ a consecratione vsque ad consumptionem contineotur, sunt maximè necessaria, & per se primo intenta in pręcepto audiendæ missæ, vtpote in quibus sacrificij substantia consistit: reliqua autem sunt accidentaria annexa ad eius perfectionem, maioremque solemnitatem. Quare sicut quamuis præceptum ieiunij vnius diei sit quoad substantialia indiuiduum, vt vnicam comestionem, & abstinentiam a carnibus, nec obliget, quando aliquid ex substantialibus impleri nequit: at quoad accidentaliter per illud iniuncta est diuiduum, vt horam refectionis. Ac proinde qui culpa sua, aut necessitate coactus horam anticipat, teoetur in reliquo substātiā ieiunij seruare. (Vt tractatu de ieiunio dicemus.) Sic q culpa sua, aut absque ea non potest integre præceptum missæ, quoad accidentalia seruare, tenetur ad partem substantialem, vtpote quæ ab accidentali optimè diuidi pōt. Et pro hac parte est *Nauar. c. Quando, de consecr. d. 1. cap. 1 1. num. 16.* vbi ait obligatum ad missam audiēdam non potentem audire totam, teneri ad eam partē, quam verisimiliter præcipiens intendit, & in qua militat eadem ratio, quæ in tota. Et fauent qui censent non assistentem consecrationi peccare mortaliter. Quia etsi tempus modicum sit, omittitur pars pertinēs ad sacrificij substantiam. Quos in tractatu de auditione missæ referemus. At si quis non posset missæ interesse, nisi vsque ad consecrationem, non censerem eum obligatū. Quia præceptum nequit moraliter integre impleri quoad substantiam.

7 Secundò deducitur, non esse vniuersaliter verū, qd tradit *Nauar.* (vt ex ipso retulit nu. 1. ad finem) oēmpes irridendos esse, qui se a recitandis matutinis excusatos esse censent, quod breuiario careant, in quo lectiones, & earum responsoria recitare valeant, si psalmos recitare possint. Quippe cum respectu singularum horarum pcptū sit de re indiuidua, non est consequendū ad potentiā maioris partis horæ recitandæ, vt ea ad se minorē trahat; sed spectandum est, an recitata parte possibili censeatur integrè moraliter ei præcepto satisfactū, ita vt vo-

vt voluntaria alterius partis omissio nō esset mortalis, iuxta regulam n.5. traditam. Etiā si matutinum esset feriæ, vel sancti simplicis, credo eos non excusari. Quia omissio trium lectionum, & earum responsoriorū, quę ad integrum matutinum desiderantur, esset materia parua, ac proinde moralem matutini integritatem non tolleret, secus si esset matutinum festi duplicis, aut semiduplicis, in quo nouē lectiones, & octo responsoria omittenda essent: tunc enim cum ea sit pars notabilis, qua omissa nō satisfit integre moraliter præcepto, ideo nullatenus id præceptum obligat.

9 2. Conclusio. Quando præceptum est de re diuidua, & pars respectu cuius est impotentia, est certa: vt cōtingit qū breuiarij defectu non potest integre officium recitari: tunc quæcunq; hora canonica possit recitari tenetur quis ad illam recitandam. Et in hoc nō approbo contrarium *Nauar.* sententiam relatam nu. 1. Si verò pars illa nō possit esse omnino certa, sed perplexitatis, & scrupulorum occasio esse possit in quantitate partis, ad quā est potentia dignoscenda: tunc cen?eat seruandam esse regulam n. 1. traditā, vt maior pars trahat ad se minorem. Atque ita si desit potentia ad maiorem officij partem cessit obligatio ad reliquam, ad quā forte est potentia. Si autem potentia sit ad maiorem partem, illa est persoluenda, minori omissa, ad quam est impotentia. Vt contingit in ijs, qui rōne defectus bonæ valetudinis, vel ob vrgens aliquod negotium excusantur ab officio recitando. Ratio prioris partis est, quia cum obligatio sit diuidua, & constet partem aliquam diuiduam, & quæ est integra præcepti materia, posse facile, & cōmode impleri, nulla perplexitatis & scrupulorum occasione data, non est cur ab ea implenda quis excusandus sit. Ratio autem posterioris partis est quia cum pars non sit certa, non potest commode diuidi obligatio, quin multis scrupulis & pplexitatibus pateat circa quantitatem, ad quam est potentia, dignoscendam. Et ideo aptior regula tradi nequit, quam vt maior pars trahat ad se minorem, & iuxta potentiā ad illam obligatio hæc dijudicanda sit. (Vt nu. 1. probaui.) Et iuxta hanc regulam cessabūt perplexitates, & scrupuli. Quippe facile cognosci potest, an ad maiorem partem adsit potentia. Quod si roges, quid si sit potentia ad solam æqualem partem. Respōdeo tunc teneri recitare omissa alia; ad quam non est potentia. Quia non est aliqua ratio, ob quam hic excusetur. Et ita sentit *Philiarchus n. 1. ad finem allegatus.*

10 Hinc non approbo discrimen, quod statuit *Manuel num. 2. alleg.* inter præceptum ieiunij quadragesimalis & recitando officij canonici, censens regulam n. præc. traditam habere verum in hoc, non autem in illo præcepto. Vt ibi cum eius fundamento latius retuli. Sed dicendum est regulam esse generalem in vtroque præcepto, & quibuscunque alijs diuiduis. Et ideo si potentia ieiunandi aliquo quadragesimæ die certa sit, obligabit præceptum ieiunandi illa die. Vt contingere posset alicui, qui defectu sufficientis alimenti non posset ieiunare, vel morbi, aut alicuius occupationis ratione, quotiescunq; enim sufficiens alimentum habuerit, vel morbus, & occupatio omnino cessarunt, tenebitur hic ieiunare. Et in hoc euentu intelligendos censeo *Caiet. sum. verb. Ieiunium c. 3. §. Ex pietate autem, & Nauar. sum. ca. 21. Hispane n. 14. Lat. n. 20.* dicentes impotentes ad ieiunium totius quadragesimæ, potēs vero semel in hebdomada ieiunare, teneri ad id. Si autem quantitas dierū, quibus quis ieiunare potest, incerta sit prorsus standum est regula n. præc. tradita, vt maior pars trahat ad se minorem. Et si qualis sit pars, quia cōstat posse illum dimidia quadragesima ieiunare, vt teneatur illa ieiunare. Quia rō militatis in officio diuino, militat prorsus in hoc casu: res enim hæc eisdem scrupulis, & perplexitatibus patet, ac quantitas officij diuini. Nemo. n. dubitabit ratione male valetudinis, defectus sufficientis, laboris officij, sæpe anxium quempiam futurum, ac perplexitatibus non immodice vexandum, an vna, vel altera die ieiunare valeat. Sicut excusatus ob similes causas ab integro officio recitando dubius esse potest an vnam, vel alteram horam recitare valeat. Et si dicas (vt ait *Manuel*) posse in casu ieiunij experiētia, & consultis vtroque medico cognosci, an hic possit aliquibus diebus ieiunare: cur id non poterit circa officium diuinum?

CAPVT XX.

Qualiter dispensatio à præceptorum transgressione excuset.

SVMMARIVM.

An dispensatio absq; iusta causa concessa excuset à transgressione naturalium præceptorum nu. 1.

An excuset à transgressione præcepti humani, nu. 2.

An vtens dispensatione sic obtenta peccet, nu. 3.

Quis possit in his legibus dispensare, ita vt eius dispensatio excuset, nu. 4.

1 DE hac quæst. latissime disputaui l. 8. de matrim. disp. 17. & 18. Et ideo tantum referam hic aliquas conclusiones proposito deseruientes, ex multis, quæ ibi dixi, & earum probationes, authoresq; omittam, vt ibi videantur. 1. Conclusio sit. Si dispensatio sit in iure naturali diuino, vt in uoto, & absq; legitima causa fiat peccat mortaliter cōcedens, etiamsi sit summus Pontifex: & is cum quo dispensatur, & petendo, & utendo illa, si conscius sit defectus causæ: & dispensatio est irrita, ac proinde nullatenus a præcepti transgressione excusat.

2 2. Conclusio Idem prorsus dicendum est, quando inferior in lege humana superioris dispensat, casu quo dispensare potest. Vt si episcopus dispenset, vt aliquis laboret in aliquo festo, absque legitima causa, dispēsatio erit nulla, & concedens, ac petens peccabūt mortaliter, illaque vtens: nec a legis transgressione excusabit. Si tamen ipse legislator dispenset in lege propria absq; legitima causa, peccat venialiter, nisi scādalum graue, aut notabile aliorum detrimentum sequatur. Et simili culpa inficietur petens illam, si conscius sit defectus legitimæ causæ. At dispensatio erit valida, atq; excusabit ab illius legis transgressione. Vt si Pontifex, sic dispenset in quacunque lege Ecclesiasticam: vel Episcopus, aut quiuis alius legislator in sua.

3 3. Conclusio. Vtens hac dispensatione legislatoris in propria lege, absque legitima causa concessa, peccat venialiter, cessante graui scandalo, & notabili aliorum damno, non contra legem illam humanam, quæ omnino per dispensationem abolita est, sed contra ius naturale, dictans partem debere cōformari suo toti, nisi iusta discrepandi causa vrgeat. Quare hic lege illa naturali tenetur eam legem humanam seruare sub veniali.

4 Vltima cōclusio. Episcopus non potest in legibus Ecclesiasticis Pontificis, vel Concilij generalis, iure ordinario dispensare; at bene potest in vno, vel altero casu, vrgente necessitate; nisi dispensatio concedatur in eo canone. Quod late probaui l. 8. de matrim. tota disp. 5. An vero parochus aliquando possit, in singulis præceptis tradendum est.

LIBER

LIBER SECVNDVS DE PRIMO DECALOGI PRÆCEPTO.

DIVISIO TOTIVS LIBRI: ac primi precepti Decalogi expositio.

PRIMVM Decalogi præceptum non est, vt vulgò circumfertur, de diligendo Deo. Quippe præcepta dilectionis Dei, & proximi non sunt ex decem Decalogi præceptis: sed in omnibus clauduntur tanquam prima principia, ad quæ omnia reducuntur. Vt docent *D. Thom. 2. 2. quæst. 44. artic. primo, ad tertium, & 1. 2. quæstione* 100. *artic. quarto, ad primum, Caietan. 2. 2. quæstione 64. artic. tertio, Nauarr. Summa, cap. vndecimo, numero quinto.* Nec hoc primum præceptum est de fide habenda. Præceptum enim fidei præceptis, Decalogi præsupponitur. Cum accedentem ad Deum oporteat credere; *ad Hebræos* 11. Et ita docent *D. Thom. dicta solutione ad primum Nauarr. dicto num. quinto.* Quare hoc præceptum est de summo cultu Deo exhibendo: qui ad religionis virtutem pertinet. Vt tradunt *ibi Nauarr. numero quinto, Azor libro octauo institutionum moralium capit. primo, quæstione* 1. Et constat ex forma, qua hoc præceptum traditur *Exodi* 20. *Ego sum Deus tuus: non habebis alios Deos coram me.* Cui cultui directe contrariatur superstitio dans creaturæ honorem Deo debitum: vel Deo cultum indebito modo. Vt tradit *D. Thom. 2. 2. quæst. 92. artic.* 1. Quia tamen tribus virtutibus Theologicis, nempe, fide, spe, & charitate Deum colimus; ad hoc præceptum reducuntur, quæ ad has tres virtutes spectant. Vt bene tradit *Azor eodem cap. 1. quæstione secunda.* Et ideo in hoc secundo libro hunc ordinem seruabo. Primo tractabo de præcepto fidei, eiusque mysteria explicite credendi, ac sciendi, vna cum doctrina Christiana, & confessionis externæ fidei, & eius professionis ab aliquibus publice faciendæ: & non disputandi de fide. Et de vitio contrario, nempe, hæresi, eiusque excommunicatione, absolutione, ac ceteris eius pœnis: ac de blasphemia. Secundo de præcepto spei, ac eius contrarijs, nempe, desperatione, præsumptione, ac tentatione Dei. Tertio de charitatis Dei præcepto. Et de schismate, quod charitati aduersatur. Tandem de superstitionibus.

CAPVT I.

De præcepto actus interni fidei diuinæ.

SVMMARIVM.

An sit præceptum de actu interno fidei, et quæ præcepta ad hoc spectant, n. 1.

Quando obliget præceptum fidei. Refertur quædam sententia, n. 2.

Explicantur tempora quibus id præceptum obligat, n. 3.

An teneantur infideles quemcunque docentem illos fidem audire, ac statim res fidei, quas docentur, credere, n. 4.

Quando censeatur illis fides sufficienter proposita, vt teneatur credere. Referuntur Authorum sententiæ, n. 5.

Explicatur sententia Authoris, n. 6.

An eadem fidei propositio sufficiat quoad omnes, n. 7.

An baptizatus, & nutritus ab infantia inter hæreticos, vel infideles, teneatur statim, ac sibi fides, proponitur credere, vel quando censeatur ei fides sufficienter propons, n. 8.

1 CVM ad fidem tria præcepta reducātur, nēpe, præceptum credendi, sciendi res fidei, & illas exterius confitendi: (vt bene tradit *Azor tomo primo, libro 8. institutionum moralium, capit. septimo, quæstione prima,*) in hoc capite est sermo de credēdi præcepto. In sequētibus autē de alijs præceptis ad fidem spectantibus sermo erit. Constat autem apud omnes esse præceptum de actu fidei supernaturalis. Cum *D. Thom. secunda secunda, quæstione 16. art. primo.* Quia credere fide supernaturali est medium necessarium ad obtinendam salutem spiritualem. Vt constat ex *Tridentino sessione sexta, capit. sexto,* vbi tanquam depositio necessaria ad iustificationem ponitur spes. Quæ tamē sine fide esse nequit. Idem constat ex illo *ad Hebr.* 11. *Accedentem ad Deum oportet credere.* Vbi verbum, oportet, necessitatem importat.

2 Cum autē in præcepto hoc, sicut in reliquis affirmatiuis, contineatur quoddam negatiuum, id est, non negandi fidem: & aliud affirmatiuum, scilicet, eliciendi actus fidei: & illud instar negatiuorum obliget semper, & pro semper: hoc autem instar affirmatiuorū obliget semper, non tamen pro semper. Controuertitur inter Authores de tempore, quo præceptū hoc obliget. *Aragon 2. 2. quæst. 2. art. 6. columna penultima, vers. Ceterum quoniam,* ait vbi semel quis actu res fidei credidit, non teneri eum amplius fidei actum elicere, nisi cum necessitas confitendi fidem occurrit. Et ita ait sentire cōmuniter Doctores. At ergo nullum alium id asserentē inueni. Nec id placet, vt constabit ex dicendis numero sequenti.

3 Et ideo verius est varia esse tempora, in quibus hoc præceptum obligat. Primum tempus est, quando fides alicui primum sufficienter proponitur, vt infideli, tunc enim præceptum hoc per se ad credendi actū obligat,

Quia

Quia nulla est ratio, ob quam aliud tempus ad credendum expectandum sit. Quandoquidem absolute credere tenetur, & fides illi sufficienter explicatur. Et quia cum fides sit medium necessarium ad salutem, rationi dissonum est, vt eius receptio amplius differatur. Et ita hoc tempus assignant *Valentia 2.2. disputatio 1. quæstione secunda, puncto quinto, quæstione secunda, Azor tomo primo, libro 8. institutionum moralium, capit. vigesimosept. mo, quæstione 8.* Et concordant Authores, quos numero sequenti referam dicentes infidelem nô teneri credere, donec fides sibi sufficienter proponatur. Intelligitur autem, vt statim teneantur infideles credere, ac fides illis satis proponitur, non metaphysice, sed moraliter, ita vt in re tanti momenti non reputetur notabilis mora arbitrio prudentis. Infantes autem baptizati, ac inter fideles nutriti, cum peruenerint ad rationis vsum, ac fidei mysteria audiunt, apprehendentes illam vt rem ad salutem necessariam, nec habentes aliquam dubitandi rationem, tenentur statim credere: sicut alij, qui denuo conuertuntur. Cum eadem omnino sit ratio. At in praxi nunquam contingit hos pueros esse in mora: cum de re nulla minus cogitent, quam de contradicendo, vel non credendo. At fieri potest, vt non eliceant actû fidei diuinæ: quia sæpe non proponuntur illis hæc mysteria, vt dicta a Deo. At nisi ita ratio vrgens suadens in his pueris negligentiam grauem fuisse, excusantur ignorantia inuincibili. Secundum tempus, quo obligat hoc fidei præceptum, est, quando quis grauem aliquam côtra fidem tentationem patitur. Tunc enim tempus est resistendi contrarijs fidei actibus, ac se in fide manuendi. *Sic Valentia ibidem. Azor tomo primo, libro 8. institutionum moralium, cap. septimo, quæst. one 6. Petrus de Ledesma secundo tomo summæ, tractatu primo, cap. 8. conclusione 8.* vbi bene animaduertit hoc non deseruire ijs, qui scrupulorum conscientiæ stimulis agitantur. Qua ij in fide firmi sunt, ac scrupulorum anxietas cogit eos existimare esse in fide infirmos, eiusve amittendæ periculum pati. Quando autem periculum est succumbendi tentationi in alijs materijs, cui non nisi per elicitum fidei actum obuiari commode possit, obligaret præceptum hoc, non quidem per se, sed ex vi huius præcepti, sed per accidens ratione præcepti vincendi tentationem occurrentem, vt si sit contra castitatem, ratione præcepti castitatis. Quam ob rem non elicere tunc actum fidei minimè erit speciale peccatû nec exprimendum in confessione. Sed idem peccatum erit, quod cômittitur succumbendo tentationi. Quare satis erit hoc confiteri: sicut contingeret, si quoduis aliud remedium tunc necessarium ad resistendum omitteretur. Et sic docet in similiagens de præcepto spei, *Valentia secunda secunda, disputatione secunda quæst one 4. puncto primo versicul. Dicam igitur.* Tertium tempus est, in mortis articulo. Tunc enim tenetur quis hoc præcepto elicere actû fidei quo se aduersus dæmonis tentationes muniat, & coniungat cum Deo per huius virtutis actum quæ prima est, & quasi reliquarum omnium fundamentum. *Sic Valentia 2.2. disputatione prima quæstione 2. puncto 5. quæst. 2.* Cæterum hoc non placet, vtpote quod nulla ratione, aut textu probatur. Et ideo ex hac sola articuli mortis ratione non teneretur ad fidei actum quispiam eliciendum: nisi concurrerent aliæ circumstantiæ, quæ tunc obligarent. Vt graues fidei tentationes. Quartû tempus est semel singulis annis. *Sic Petrus de Ledesma dicto cap. tulo octauo, conclusione quarta.* Ducitur, quod Ecclesia Spiritu Sancto ducta tempus vnius anni præceptis confessionis, & communionis diuinis, quibus Christus tempus non determinauit, præfixerit. Vnde infert peccatum lethaliter, si vnius anni spatio nô eliceret fidei actum. Sed nec hoc tempus placet. Non enim ex voluntate Ecclesiæ, quæ illis Sacramentis recipiendis tempus anni præfixit colligitur præcepta alia iuris diuini affirmatiua obligare semel in anno. Quippe hæc obligatio non est ex Ecclesiastico præcepto: nullibi enim reperitur. Nec etiam ex diuino. Quia nullus dicit seclusô Ecclesiastico præcepto obligare nos diuinum ad confitendum, & communicandum semel in anno. Quintum tempus est, quando tenetur quispiam aliquid exterius facere, quod nequit commode præstare sine interno fidei actu. Vt si teneatur tunc ipsam fidem exterius confiteri. *Sic Valentia eodem puncto 5. quæstione 2.* qui bene ait tunc non obligare hoc præceptum per se, sed per accidens ratione præcepti adiuncti. Vnde infero vnicum admitti peccatum non eliciendo tunc actum fidei, nimirum, contra illud præceptum adiunctum, quod impletum non est. Vt in simili dixi in secundo huius obligationis tempore. Vltimum tempus est, quando tenetur quis gratiam amissam recuperare. Tunc enim actum fidei internæ explicitum, vel implicitum tenetur habere. Quippe actus pœnitentiæ ad diuinam gratiam recuperandam necessarius est coniunctus cum actu spei, quo peccator veniam sperat. At spes non est sine fide. *Sic Azor libro 8. inst tutionum moralium, capitulo 27. quæstione 8.* vbi addit semel gratia recuperata non amplius hoc fidei præceptum obligare, dum ea non amittitur. Quare videtur negare tempora huius obligationis assignata. Sed *ipsemet se explicat eodem lib. 8. cap. 7. quæst. 6.* dicens amplius non obligare, vt remedium necessarium ad iustificationem. At bene ait obligare, vt est actus virtutis Theologicæ. Hæc tamen obligatio actus fidei tunc eliciendi, non est per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidens, ratione præcepti gratiæ recuperandæ tunc occurrentis. Quare non alio actu credendi non esset distinctum peccatum ac ipsa non recuperandæ gratiæ. Vt in simili diximus in secundo huius obligationis tempore. Et in similiagentes de præcepto spei docent *Bañes 2.2. quæstione 22. articulo 1. dubio 2. conclusione 3. Petrus de Ledesma 2. tomo Summæ tractatu 2. capitulo 4. conclusione 4.* Quare non approbo, quod dicit *ibi Bañes conclusione 1.* nempe, esse duplex peccatum, alterum contra fidei præceptum, alterum contra conuersionis ad Deum præceptum, si non eliciat quispiam fidei actum, quoties ad Deum conuerti tenetur. Sed hoc (inquam) non approbo. Quia tunc non obligat per se præceptum fidei, sed ratione alterius implendi ad quod est medium necessarium.

4 Sed difficultas circa primum huius obligationis tempus enodanda restat, quando dicatur fides sufficienter infideli proposita, vt peccato infidelitatis obnoxius sit non credendo. Et quidem constat non confestim, ac fidem sibi promulgatam audierit, teneri, eum credere. Nec enim prudentis est statim auditis fidem habere: & maximè in spectantibus ad æternam salutem: immò id temerarium, esset nisi audiens norit id à fide digno asseri. Vt optimè docet *Caietan 2.2. quæst. 1. artic. 4. versicul. Dicendum est igitur.* At infidelis ignorat, qualis sit ille nouam doctrinam proponens. Et confirmatur ex doctrina *D. Thomæ eo. art. 4. ad 2.* dicentis ea quæ sunt fidei, licet in se non possint esse visa, videri tamen in ratione credibilis ab eo qui credit: & subdit hæc: *Non enim crederet, nisi videret ea credenda esse vel propter signorum euidentiam, vel propter aliquid huiusmodi. Et artic. 5. ad 1.* ait idem *D. Thom.* infideles ignorantiam inuincibilem rerum fidei habere. Quòd nec videant, nec sciant ea in se ipsis, et vel sic ea esse credibilia norint. Rursus quia eodem modo propositæ falsæ sectæ non tenetur infidelis fidê habere: ergo nec vere fidei. Quia ex modo propositionis non potest infidelis vtra sit vera diuinare. Quare *Christus Ioânis 15.* de peccato infidelitatis Iudeorum loquens dixit, *Si signa non fecissem, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent.* Atque ita docet *Victoria relect. priori de Indis numer. 34. Vasquez 1.2. quæst. 76. art. 2. disp. 120. cap. 3. in initio. Azor eo. lib. 8. instit. moral. c. 7. quæst. 6. Toledo lib. 4. sum. cap. 2. n. 2. Bañes 2.1. quæst. 10. art. 1. dub. 3. concl. 2. & ibi Aragon col. 4 vers. Sed dubitabit aliquis, Petr. de Ledesma 2. to. sum. tract. 1. c. 5. concl. 1.*

Qui

Qui bene *ibi conclus. tertia cum Bañes cōclus. 1.* docet, nō teneri infideles præbere auditū cuilibet dicenti velle se veram fidem eos docere. Quod lumen naturale, quo solo illi ducuntur, nō dictat in re tam graui quemlibet audiendum: pari enim ratione tenerentur hæreticum idē dicentem audire. Vnde quod aiunt *Victoria num. 36. & Aragon proxime allegati*, sæpe, teneri infideles sub mortali audire Christianos volentes pacificè cum illis de vera religione tractare, intelligo tunc tantum esse verum, quando exemplo studiosæ vitæ, aut signis, rationibusve constituuntur dubij de religionis falsitate, quam profitentur. Dum enim nil vident, quod saltem eos titubare faciat in sua secta, laborant ignorantia inuincibili, & sic a culpa veræ fidei non audiendæ excusantur.

5 At adhuc explicandum restat, quando dicatur fides sufficienter infidelibus proposita, vt non temere, & imprudenter, sed prudenter credant, ac proinde nō credendo peccent. *Bañes dicto dubio. 3. conclus. 3. & 4 & Petr. de Ledesma dicto c. 5. conclus. 5. & 6.* dicunt non sufficere, vt illis proponatur Euangelium tanquam credibile: bene tamen sat esse, si proponatur tanquam magis credibile, etsi sua secta credibilis quoque illis videatur. Ducuntur, quia lumen naturale non dictat quodcumque credibile esse amplectendum: cum contrarium possit æquè credibile esse. At in re tanti momenti dictat necessario quod credibilius apparet amplectendum: licet in alijs materijs dictet satis esse amplecti minus probabilem partem.

6 Ceterum hoc non placet ita generaliter dictū. Quippe dum infidelis sibi persuasum habet suam sectam esse probabilem, quamuis contraria sit probabilior, teneretur vtique in articulo mortis constitutus veram fidem, quam probabiliorem iudicat, amplecti: vtpote qui in eo articulo est constitutus, in quo de extrema salute agitur; ac proinde partem, quam tutiorem & probabiliorem iudicat, amplecti tenetur. At extra eum articulum non tenetur. Quod adhuc prudenter existimet se posse in sua secta perseuerare, tempusque rei melius examinandæ supersit. Adde, mysteria fidei tam sublimia esse, ac Christianos mores adeo carnis & sanguinis legibus repugnare, vt non quæuis maior probabilitas sufficiēs reputetur ad inducēdam credendi obligationem. Tandem, quia *D. Thomas numero quarto allegatus* petijt, vt quis credere teneatur, videre res quæ proponuntur credibiles esse. At dum contrarium repræsentatur vt credibile, nō est euidentia credibilitatis alterius partis. Quare tunc censeo res fidei ita sufficienter infidelibus proponi, vt ipsi præcepto diuino ad credendum astringantur, & non credentibus imputetur culpæ infidelitas, quando ita fides rationibus, vitæ sanctitate, contrariorum errorum confutatione, signis aliquibus confirmatur, vt prudenter ratio ipsa incipiat præscribere res fidei auditas esse credendas, & contrariam sectam esse falsam. Ducor, quia tunc infideles vident res fidei esse credendas. Quod ad huiusmodi obligationem ex doctrina *D. Thoma* peti diximus numero 4. Deinde, quia hoc videntur petere authores de hac re tractantes, quos inuenire potui. Nam *Victoria relect. priori de Indis num. 37. & Aragon nu. 4. allegatus*, dicūt tunc fidem sufficienter proponi, quando rationib. probabilibus, & vita honesta, studiosaque secundum naturæ ius, quæ magnum ad confirmandum veritatem argumentum est, fides confirmatur, & hoc non semel, & perfunctoriè, sed diligenter, & studiose. Et *Vasquez eodem num 4. allegatus*, ait hoc contingere, quando res fidei infidelibus confirmantur confutatione suorum errorum, vitæ sanctitate & bonis rationibus, quæ ipsis sufficientes sunt, vt credant. Et *Azor tomo 1. lib. 8. institut. moral. c. 7. q. 6.* dicit hoc euenire, cum primum prudentia, & ratio ipsa præscribere incipit res fidei creditu dignas esse. Vt quando tanquam admodum credibilis, miraculis, testimonijs, exemplis, signis, rationibus, & conjecturis, non paucis confirmatæ proponuntur. Ex quibus omnibus colligo regulam certiorem in hac re non posse præscribi, quam dum lumen naturale prudenter ex sibi propositis iudicare debet res fidei conformes rationi esse, ac credendas, contrariamque sectam à ratione deuiare. Addo saltem hæc iniectura prudens dubium, vt teneatur infidelis indagare veritatem orationibus lucem à Deo petendo, ne sit deinceps ignorantia culpabilis.

7 Hinc deducitur, non eandem fidei propositionem sufficere quoad omnes. Quia sicut eædem rationes alicui intellectui reddunt rem aliquam probabilem, quæ respectu alterius non sufficerent: ita respectu rei credibilis contingit. Quod egregiè docuit *Caiet. 2. 2. q. 1. art. 4. ver. Dicendum est igitur:* & reddit hanc rationem. Quia quando audiens reputat dicētem esse fide dignum, est illi euidens esse credibile: & propterea ait stare posse, vt vnum, & idem dictum videatur ab vno, vt credibile, ab alio autem non. Ex eo enim, quod hęc euidentia nō conuenit credibili ex parte rei semper, sed quandoque ex parte nostri, ideo ait variari in diuersis, & exigi aliquam conditionem obiecti in ordine ad nos.

8 Secundò deducitur, idē quod diximus de infidelib. quatuor numeris præcedentib. dicendum esse de baptizatis, nutritis tamē ab infantia inter infideles, vel hæreticos. Hi. n. nō tenentur statim credere, nec hæretici reputabūtur, donec fidem sibi sufficienter propositā modo exposito, respuant. Ratio est, quia cum sola fides in baptismo infusa absque aliqua exterius docentis voce, non satis sit ad credendum: ignorantia excusabuntur a pertinacia ad hęresim requisita, donec fidem sufficienter sibi propositam negent. Vt de his infantibus inter infideles nutritis docet optimè *Castr. lib. 1. de iusta heret. punit. c. 8. dub. 2. Simancas de Cathol. instit. tit. 31. nu. 7. Aragon 2. 2. q. 11. art. 2. dub. vlt.* Et quamuis ipsi non loquantur de baptizatis inter hæreticos nutritis at eadem est ratio. Quia concionatoribus, magistris, & iis quorū curæ subsunt, hæreses docentur, & si quid de Catholica fide, vt a veris Christianis traditur, audiunt, id non est, nisi intellectum fidei eiusmodi blasphemando, irridendo, ac fortiter impugnando. Atque proinde tam alieni a vera fide agnoscenda sunt, tantaque illius ignorantia laborant, ac nutriti inter infideles. Indigent ergo hi omnes simili fidei propositione, ac veri infideles, vt hæresis, ac infidelitatis errores, quos ab infantia imbiberunt, & edocti sunt, deponere teneantur verā amplectendo fidem. Atque ad hoc conducit, quod tradit *Valentia 2. 2. disput. 1. q. 10. puncto 4. paulo post princ. vers. Hoc vero procedit*, vbi dicens disputantem circa res fidei ex dubitatione peccare, ait hoc procedere, nisi nondum illi fides sufficienter proposita sit: & tunc licitum esse illi dubitare, ac dubitādo inquirere veritatē. Quod (inquit) aduertendum est propter infideles, & eos qui parentib. hęreticis nati incipiūt primo circa fidem instrui. Quod si obiicias, hunc infantem baptizatum, ac nutritum inter infideles, vel hæreticos, quando post rationis vsum adorat idola, vel hæreses profert, peccare, atque fidei habitum in baptismo receptum amittere. At nequit in baptizato amitti, nisi per hæresim. Respōdeo hunc peccare adorando idola contra ius naturæ dictans vnum Deum colendum: & similiter proferēdo hęreses, quæ iuri naturæ aduersentur. Vt si dicat licere fornicari: nisi adeo rudis esset, vt inuincibiliter hæc opponi iuri naturæ ignoraret. At minime peccaret contra fidem, quam inuincibiliter ignorat, atque proinde non amitteret habitum fidei, donec sufficienter illi propositam respueret. Quare non placet, quod tradunt *Bañes 2. 2. q. 10. art. 5. vers. Sed quid dicendum, Petrus de Ledesma 2. tomo Summa, tract. 1. c. 5. post 10. conclusionē, diffic. 2.* vbi dicunt hos infantes negantes fidem adultos effectos, esse verè hæreticos, si se baptizatos norint: aut vincibiliter ignorent. Secus si inuincibiliter.

CA-

CAPVT II.

De explicitè credendis necessitate medij siue finis.

SVMMARIVM.

Quid dicatur necessarium necessitate medij, siue finis, & quid sola præcepti necessitate, nu. 1.
Quid sit credere explicitè, & quid implicitè, nu. 2.
An semper necessitate finis requisitum fuerit aliquid supernaturale credere, nu. 3.
An infante baptizati possint facti adulti saluari absque supernaturalis fidei actu, nu. 4.
An omni tempore fuerit necessaria necessitate finis fides Dei, vt authoris supernaturalis, nu. 5.
Quid de fide implicita Christi, nu. 6.
An necessaria fuerit fides Christi explicita in lege veteri, & in noua ante Euangelij promulgationem, nu. 7.
Quid post Euangelium promulgatum, nu. 8.
Qualis debeat esse hæc fides, & quæ mysteria explicitè credenda sunt, nu. 9.
An fides Trinitatis sit eodem modo necessaria, nu. 10.
Qua distinctione cognoscenda, & credenda hæc sint. Remissiuè, num. 11.

1 Dupliciter aliquid necessarium est, nempe, necessitate medii, siue finis: & necessitate solius præcepti. Illud dicitur, quando aliquid ita necessarium est ad salutem, vt sine illo in nullo euentu, nec ignorantia inuincibili excusanti salus obtineri valeat. Hoc autem est, quod necessario exequendum est, quando facultas suppetit, & occasio; non tamen ita, quin absque illa possit gratia & gloria comparari, excusanti, aut ignorantia inuincibili aut occasionis defectu.

2 Rursus, fides alia est implicita, alia verò explicita. Implicita dicitur, cum res aliqua fidei nō creditur expresse, & in particulari in se ipsa, sed in aliqua alia expresse credita, in qua illa implicite continetur. Vt explicite credens quicquid credit Ecclesia, credit implicite mysteria Trinitatis & incarnationis, & reliqua fidei. Explicita autem est, qua in particulari, & in se ipsa creditur expresse aliqua res fidei. Vt cum expresse credit quis incarnationis mysterium. Sic explicant *Gabriel 4. distin. quæst. unica, art. 1. notabili 2. Toledo lib. 4. summa, cap. 2. nu. 9. Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 2. punct. 3. in initio, Azor tomo 1. lib. 8. instit. mor. cap. 6. in fine*. Vnde bene infert ibi eum explicite aliquid credere, qui assentitur alicui rei sibi dictæ, vel quam cogitatione concipit: implicitè autē qui credit aliquid generaliter, & subinde multa alia quę in eo continentur.

3 Prima conclusio sit. Omnibus rationis vsum habentibus quocunque tempore, ad gratiam & gloriam consequendam, fuit necessitate medij, siue finis necessariū credere explicitè aliquod supernaturale fidei obiectū. Quare nunquam satis fuit actus fidei supernaturalis ex parte solius principii, vtpotè procedens ex speciali Dei auxilio: nec supernaturalis ex parte medii, siue rationis credendi, scilicet, diuinæ reuelationi innitens. Sed semper fuit necessarius actus supernaturalis fidei ex parte obiecti. Hæc contra hæreticos quosdam & nonnullos Catholicos. Et eam tenent communiter *Theologi 3. d. 25. Sotus 4. dist. 1. quæst. 2. art. 3. Canus de Sacrament. in genere par. 2. quæst. 1. conclus. 1.* vbi asserit oppositam sententiam esse erroneam, & forte hæreticam. Quod idem asserit *Bañes 2. 2. q. 2. art. 8. dub. 1. conclus. 1.* Et latissimè probat ex Scriptura, Conciliis, Sanctis, ac rationibus, ad oppositaque respondet *Valentia 2. 2. disput. 1. q. 2. toto puncto* 2. Et ratio *D. Thomæ 2. 2. quæst. 2. art. 3.* est quia quoties natura aliqua inferior superiori subordinatur, à qua suam perfectionem consequitur, non solo proprio motu contenta est, sed etiam motu à superiori natura participato gaudet. Sicut aqua præter motum naturalem ad centrum, ex motione lunæ fluit, ac refluit. Cum ergo homo in ordine ad finis adeptionem supernaturalis, subijciatur Deo, oportet præter naturales sibi operationes habere quandam supernaturalem, qua à Deo ad talem finem assequendum dirigatur. Cum autem in directione hac se habeat homo instar discipuli Deum supernaturaliter docentem audientis: ac omnē discipulum prius oporteat credere, *teste Arist.* necessarius fuit homini supernaturalis actus fidei.

4 Secunda conclusio. Baptizati in infantia nequeunt adulti facti absque supernaturali fidei actu gloriam adipisci. Et ita docent *D. Tho. 3. d. 25. q. 2. art. 1. quæstiunc. 1. & ibi Duran. q. 1. nu. 6. & 7. Gab. q. vn. art. 2. concl. 1.* Et ratio est, quod adulti nequeant ob sola Christi merita gloriam consequi, sed proprijs quoque meritis indigēt. At principium omnis meriti est actus fidei supernaturalis. Quare si puer statim ac ad annos discretionis peruenerit, moriatur ad diuinam prouidentiam pertinet, vel vt interius illustretur, vel ab aliquo ita illi mysteria fidei proponantur, vt credere possit.

5 Tertia conclusio. Omnib. semper fuit necessitate medij, seu finis necessarium credere explicitè Deum esse, et remuneratorē, & authorem donorum supernaturaliū. Atq; ita fides Dei, vt authoris supernaturalis requirit. Constat ex illo *Pauli ad Heb. 11. Credere n. oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Quæ verba Dei notitiam ad salutem postulant. Hæc autem versari nequit solum circa Deum, vt authorem naturæ. Quippe cum notitia fidei dirigat hominē ad supernaturalem finem, non sat esset sola cognitio Dei, vt naturalis remuneratoris vt quis tenderet in suū finem. Et ideo hanc docent *Medina l. 4. de recta in Deū fide c. 8. ad finem Valen. 2. 2. disp. 1. q. 1. punc. 3. concl. 1.*

6 Quarta cōclusio. Post Adami lapsum semper fuit necessaria necessitate medii, siue finis, ad primam, & vltimam salutē, id est, ad gratiam, & gloriam consequenda fides saltem implicita Christi tāquam mediatoris, & redemptoris, cuius meritis hæc assequenda erant. Probatq; quia in multis Scripturę locis, vt *ad Ro. 2. 4. & 5. ad Gal. 2. & 3. & 1. ad Corint. 10.* fides in Christum omnib. tanquam ad salutem necessaria commendatur. Et *Act. 4.* Nullū aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, præter Christi nomen dicitur. Et ratio est, quia omni tempore debuerunt omnes aliquo modo credere id, per quod beatitudinem consequuturi erant: tale est autem Incarnationis mysterium. Hāc docent *omnes 3. d. 25.* & specialiter latè probans *Valentia 2. 2. disp. 1. q. 2. punct. 4. statim in principio, & par. 316. vers. Iam probatur.*

7 Quinta conclusio. Ante aduentum Christi, & post eius aduentum, ante sufficientem Euangelii promulgationē sufficiens fuit fides Christi implicita ad gratiam & gloriā adipiscenda. Hanc fatentur omnes quoad tēpus ante Christi aduentum: at post eius aduentū: ante Euangelium promulgatum dissident aliqui. Vt potest videri in *Valent. d. vn. 4. paulo post princ.* vbi hanc partē alijs relatis latissimè probat. Et *col. 317. vers. Sed in promptu*, ait hanc implicitam Christi fidem in aliquo supernaturali actu debuisse contineri, quo videlicet supernaturaliter, & explicitè crederetur Deum esse, & authorē donorum supernaturalium ad peccatorū remediū. Et ita ait suffecisse sic in vniuersali, & implicitè redemptorem, & liberatorem, tametsi nescirent illi explicitè, & in specie eum futurum Deum, & hominem.

8 Sexta conclusio. Post sufficientē Euangelii promulgationem necessaria est necessitate medii, seu finis ad vtranq; salutem. i. tam vt homo in gratia constituatur, quā vt gloriam assequatur, fides explicita in Christum. Hæc cōtra aliquos dicentes ad neutram salutē esse necessariam. Hi sunt *Ricar. 3. d. 25. ar. 3. q. 1. Sotus l. 2. de natura & gratia, c. 11. & 12. & 4. d. 5. q. vnic. ar. 2. dubio vlt. Vega lib. 6. in Trident. c. 17. & 20.* Et contra alios dicētes esse nunc necessariam ad vltimam salutem, sed non ad primam. Hi sunt *Canus relectione de Sacramēt. in genere*

p. 2.

p. 2. concl. 1. Bañes 2. 2. q. 2. ar. 8. dub. vlt. Sed nostram cõclusionem videntur expressè tenere D. Tho. 3. d. 25. q. 2. art. 2. quæstiunc. 2. & ibi Gab. q. vn. art. 2. concl. 2. Et eã tenet Alo. tr. 1. p. q. 1. art. 1. disp. 2. Et latissimè eam defendens Valent. 2. 2. disp. 1. q. 2. punc. 4. Ita enim princip. 10. & pag. 1. 1. à vers. Tertia vero assirtio. Et ratio est, quia cum tota lex Euãgelica in Christo fundata sit 1. ad Corinth. 3. omniumq; hominũ salus in Christi gloriam ordinetur, & in eaque prædicanda ab initio nascentis Ecclesiæ elaboratum sit, vt in re summi momenti ad nostrã salutem, consentaneum valde rationi fuit, ne Deus salutem hominibus aliter concederet, nisi media explicita in Christum fide. Quippè si eam sola præcepti necessitate desiderati affirmemus, dicendum erit non magis necessariam esse, quam cognitionem præcepti nõ furãdi.

9 Hæc autem fides explicita in Christũ qualis debeat esse, quæ ad vtramque salutem necessaria est, à paucis doctoribus explicatur. Quia etsi multi dicant (vt cseq. videbimus) teneri omnes fideles ad expressam cognitionem mysteriorum Christi, quæ in Ecclesia celebrãtur: non tamẽ explicant, an ea sit necessaria necessitate medij, an solius præcepti: & valde rigidum esset asserere esse necessariam necessitate medij. Et ideo placet, quod ait Bañes 2. 2. quæst. 1. artic. 8. dubio vltimo, conclusione 3. nempe, hanc fidẽ explicitã debere esse de Christi morte, & resurrectione Quod per hæc nostra salus, & redẽptio consummetur. Ad Romanos 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Necessario quoque debet explicitè credi Christum esse Dei filium, verum Deum, verumque hominem, ac totius humani generis redemptorem. Vt optimè ait Valent. 2. 2. disp. 1. p. 2. punct. 4. in init. Quia hoc est totius nostræ salutis fundamentum, & præcipuum, quod in Incarnationis mysterio reperitur.

10 Vltima conclusio. Fides mysterij sanctissimæ Trinitatis eodem modo est necessaria necessitate medij, seu finis, quo fides Christi nempe, ante sufficienter in Euangelij promulgationem implicita: nunc autem explicita, tam ad gratiam, quam ad gloriam assequendam. Et ita D. Th. 2. 2. q. 2. ar. 8. eodem pacto loquitur de necessitate fidei explicitæ mysterij Trinitatis, quo ar. 7. loquutus fuerat de necessitate fidei explicitæ mysterij Incarnationis Et ratio est quia similiter fides huius mysterij ad nostræ salutis fundamentum pertinet Matth. 28. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti Item, quia sine hac cognitione nequit Christus satis cognosci: vtpote, qui est Filius Patris, & conceptus virtute Spiritus sancti. Sicque docet Valent. 2. 2. disp. 1. q. 2. punct. 4. in 2. concl. vbi idem docet de ceteris articulis ad diuinitatem pertinentibus.

11 Quia autem distinctione hæc cognoscenda sint, dicemus cap. sequent. à num. 16.

CAPVT III.

Quæ sit necessarium necessitate præcepti explicitè credere, ac scire ex fidei mysterijs, ac reliquis ad doctrinam Christianam spectantibus.

SVMMARIVM.

Quod fideles tenẽtur explicite credere, tenentur quoque inquirere & addiscere, nu. 1.

Quid tenentur explicite credere, & scire, ij quibus incumbit plebem docere, & cum hi ea docuerint, teneatur plebs ea omnia explicite credere, nu. 2.

Quid reliqui explicite credere teneantur? Referuntur variæ sententiæ nu. 3. 4. & 5.

Explicatur sententia Authoris, nu. 6.

An teneantur necessitate præcepti explicitè credere remissionẽ peccatorum, carnis resurrectionem, & Sanctorum communionem nu. 7.

An teneantur explicite credere Ecclesiã Catholicam, & qualiter, & an omnes id sciant, nu. 8.

Qualiter teneantur omnes mysterium Eucharistiæ scire, ac reliqua Sacramenta, nu. 9.

Quid de præceptis Decalogi, Ecclesiæ, oratione Dominica, & misericordiæ operibus, nu. 10.

Quid de legibus ad cuiusque statum pertinentibus, nu. 11.

Qua ætate præceptum hoc sciendi obliget, nu. 12.

An hæc obligatio sit ex iure diuino, nu. 13.

An sit sub mortali, & etiam scire se signare, nu. 14.

An possint prælati compellere subditos, vt doctrinam Christianam addiscant, & parochos, vt eam doceant, nu. 15.

Explicatur modus, quo hæc scienda sint, & an memoriter scire sit opus, aut sufficiat, lingua Latina, n. 16.

Quid ad articulorum substantiam pertineat, quos explicite credere tenentur vniuersi nu. 17.

Quid de starudibus, vt articulorum substantiam capere nequeant? nu. 18.

An sit præceptum humanum memoriter addiscendi orationẽ Dominicam, Angelicam, Symbolum, ac satis sit Latine addiscere, nu. 19.

An inter fideles inuincibilis horum mysteriorum ignorantia sit, nu. 20.

An confessor teneatur doctrinam interrogare, & ignorantem non absoluere, & instruere, nu. 21.

Explicatur, qua confessarius circa doctrinam rusticos docere debeat nu. 22.

Qualiter in articulo mortis se debeat habere cum ignorantibus doctrinam, ac fidei mysteria, nu. 23.

Qualis instructio necessaria sit pro adultis baptizandis etiam valde rudibus, & in articulo mortis constitutis, nu. 24.

1 PRæmittendũ est, id qđ fideles tenẽtur explicitè credere, teneri quoq; inqirere & addiscere, vt vel sic id sciãt. Vt optimè docet Valẽt. 2. 2. disp. 1. q. 2. pũc. 2. in fi. Et ita Azor to. 1. li. 8. insti. mor. c. 7. q. 1. ait ad fidei præceptũ spectare obligationẽ credẽdi, ac sciẽdi res fidei. Quare idẽ est qrere quid necessitate pcepti fideles credere teneãtur, & qd scire. Ac pinde Doctores passim vtroque termino credendi, ac sciendi vtũtur indifferẽter. Et pcipuẽ Azor d. l. 8. toto c. 6. et 7 vbi de hac obligatione agit.

2 Secũ præmittendũ est, oẽs cõuenire cũ D. Th. 2. 2. q. 2. ar. 1. vniuersos quib. ex officio incũbit alios erudire, & cõfirmare in fide, vt Pastores, & Doctores, nõ solos fidei articulos in Symbolo propositos sed alias ẽt fidei veritates, plures, vel pauciores pro cuiusq; officio & gradu teneri explicite credere, & illosmet fidei articulos distinctius, & explicatius, quã reliquos fideles. Subdit aũt D. Tho. ibi, qn reliquis fidelib. constiterit ad fidei doctrinã spectare ea, q pastores tenẽtur explicite credere, ac in scriptura cõtinentur, teneri quoq; ipsos ad explicitẽ credendũ. Quod optimè explicat Valẽt. 2. 2. disp. 1. q. 2. punc. 1. conclus. vlt. vt hoc intelligatur nõ quoad exercitiũ, sed quoad actus specificationem. Hoc est, si actum intellectus circa talia obiecta elicere velint, tenẽtur nõ negare, sed assensum præbere. At non tenentur actum credendi elicere, si. n. ad id tenerentur, obligati quoque essent ad ea omnia addiscenda, sicut & articulos fidei.

3 Difficultas ergo est, qđ teneãtur oẽs fideles necessitate præcepti explicitè credere, & cõseqñter scire Res est valde cõfusa, ac varijs opinionib. offuscata. Ad quatuor ergo illas reducã. Prima ait rusticis satis esse articulos fidei implicite credere, nẽpe credẽdo quidquid tenet Ecclesia: ac pinde nullius culpæ eos reos fore, si mysteriũ Trinitatis ignorẽt, ac ex ignorãtia circa illud errent. Ita docent Inn. c. Firmiter, in fi. de Sum. Trin. lo. An. dr. rubr. eo. tit. n. 26. Abb. n. 6. Host. nu. 11. & 18. Imo. nu. 11. & 12. Ananias c. Firmissimè, n. 7. de heret. Bal. C. de Sum. Trin. in rub. n. 7. & 8. Zanchinus de heret. c. 2. nu. 7. Et idem ait Rosilla verbo Fides, nu. 1. dummodo tñ explicite credãt Deum esse, ac remuneratorem bonorum, malorum autem punitorem. Sed hanc sententiam esse erroneã, merito asserunt Valent. 2. 2. disp. 1. q. 2. punc. 4. post 2. assertionem. vers. Quod si aliqui, & Pet. de Ledes. 2. to. Sum. tract. 1. c. 2. in fi. Imò eam hæreticam appellat Bañes 2. 2. q 22. ar. 2. col. 3. vir. Sed aduertẽdũ. Et Eymericus in 2. p. directorij inquisitorũ q. 10 heres 8. hanc refert inter hæreses de mãdato Pontificis ab Aragoniæ Inquisitorib. dãnatas.

Secun-

4 Secunda sententia docet, teneri omnes explicitè credere, ac consequẽter scire omnia fidei mysteria in Apostolorum Symbolo contenta. Ducuntur, quia ita indicant sancti, dum affirmãt id ab Apostolis compositum esse, quo omnes breuem explicitè credẽdorum summã haberent. Vt *D. Aug. lib. de fide, & Symbolo, c. 1. D. Cyrillus catechesi* 5. & hoc supponitur in multis decretis, quæ collegit *Gratianus de consec. d.* 4. Secundo quia cum dubium sit apud authores, an omnes fidei articulos, an tãtum aliquos teneantur omnes fideles explicitè credere: oportet aliquam regulam tradi, qua hæc controuersia dirimatur. At nulla aptior apparet, quam ipsa publica Ecclesiæ Symboli propositio. Nam si mysteriorum solemnizationem, vt regulam accipiamus, dicẽdum erit obligari quoque fideles ad explicitè credenda circuncisionem Christi ac Spiritus sancti aduẽtum, vtpote quæ Ecclesia solemniter celebrat. Si regula sit, maior ad credendum facilitas, non erit explicitè credendum Trinitatis mysterium, vtpote difficillimum. Et ideo huius sententiæ sunt *Gabriel. 3. d. 25. q. vnica, ar. 2. post 5. conclusionem, verb. Ad hoc autem, Marsilius 3. q. 14. ar. 3. concl. 5. Castr. lib. 1. de iusta heret. puni. ca. 9. col. 5. Bañes 2. 2. q. 2. ar. 8. dub. 2. pag. 421. Aragon ead. q. 2. art. 6. statim in principio, Valentia 2. 2. disp. 1. q. 2. puncto 3. conclus. 2. & puncto 4. in q. de credendis necessitate praecepti, in dubio, quod mouet post 2. conclusionem*, vbi addit non teneri omnes explicitè credere, quę in alijs Symbolis, vt Nicœno, & Athanasij continentur, *Sayr in claui regia, lib. 2. c. 9. nu. 15.*

5 Tertia sñia docet, nõ teneri oẽs explicitè credere vniuersos fidei articulos, vt in puerorum catechismo continentur: sed eos quos Ecclesia solemni ritu celebrat. Quippe id vr̃ Ecclesia sic eos solemni ritu celebrãs indicare, quasi velit solemniter oĩbus proponere, vt vel sic facile eos intelligant, ac explicitè credãt. Sic docent *D. Bonau. 3. d. 25. art. q. 3. & ibi Scot. q. 1. §. Sed posito. Richar. ar. 4. q. 2. Ang. verb. Fides. nu. 7. & ibi Sylu. q. 3. Tabiena. vir. Credere, q. 3. nu. 4. Michael a Medina li. 4. de recta in Deum fide c. 6. Nauar. Sum. ca. 11. Lat. nu. 22. Hisp. nu. 18.* & idem clarè docet *lib. 5. consil. tit. de pœnit. & remis. in 2. edit. cõs. 6. q. 1. in 1. consil. 10. qua. 1.* dicẽs, sub disiunctione teneri oẽs scire duodecim, vel quatuordecim fidei articulos, *Nauar. lib. 2. de restit. cap. 4. dub. 9. in noua editione, nu. 92.* & videntur tenere alij dicentes omnes teneri explicite credere articulos, quos solemniter Ecclesia celebrat, & nil de reliquis dicunt. Hi sunt *Albertus Magnus 3. d. 25. art. 6. in fine, & ibi Durand. q. 1. nu. 9. Almain q. vnica.*

6 Quarta sententia (quæ plus ceteris mihi placet) ait teneri omnes explicite credere; ac consequenter scire omnes quatuordecim fidei articulos in puerorum catechismo contentos. Ducor, quod si attente res hæc inspiciatur, oẽs ij solemniter celebrantur, seu publicè circumferuntur in Ecclesia. Vt de mysterio Trinitatis constat. Ad cuius intelligentiã, atque sacramẽti pnĩe, ac baptismi omnibus necessariorum pertinet nosse Deum esse Saluatorem, id est, remittere peccata, & glorificatorem, id est, datorem gloriæ iustis. Et articulus descensionis ad inferos celebratur in ipsa Christi morte. De ceteris articulis constat. Atque ipsa horum solennis celebratio hoc indicat. (Vt nu. præced. dicebã) Ecclesia. n. hos ex Symbolo Nicœno, & Apostolico elicitos sic distinctè proponit, quasi ab omnibus explicitè credendi sint. Præterea, quia hi omnes articuli sunt prima fidei rudimenta. Tandem, quia retorquendo rationem, qua vsa fuit secũda sententia n. 4. relata, cum dubium sit graue circa explicite credenda, aliqua regula accipiẽda est. At nulla facilior hac inuenitur. Quia ĩ Symbolo Apostolico continetur cõio Sanctorum, quã non teneri rusticos explicitè credere probabo n. sequẽti. Nec ex hac sententia infertur teneri explicitè credere Christi circũcisionem, & Spiritus sancti aduentum. Quia non asserimus teneri omnes fideles explicitè credere omnia mysteria, quæ solemniter in Ecclesia celebrantur, sed quatuordecim fidei articulos, quos Ecclesia omnibus explicitè credẽdos proponit, ac solemniter celebrat. Et ideo huius sententiæ videtur expresse *D. Th. 2. 2. q. 2. art. 4. ad fin. corporis*, vbi hæc ait: *Quantũ ad cred bilia, qua sunt articuli, fides tenetur homo explicite credere, fidei tenetur habere fidẽ: quantũ vero ad alia credibilia, sat is est implicitè*. Et 1. *ad Corin. 11. lect. 4.* Et vbi dicit ab errore circa articulos fidei nõ posse aliquos ob simplicitatem excusari: præcipuè quantũ ad ea, quæ Ecclesia solennizat, & quæ cõmuniter in ore fidelium versantur. Et tenent *Armilla verbo Credere, n. 2. Zymeric. 1. p. directorij inquisitorum, q. 3. n. 3. & ibi Peña in cõmento 20. v. Quantũ ad prima: & 2. p. q. 10. cõmento 55. versi. Octaua haresis, Toledo lib. 4. Summa cap. 2. nu. 9. Petrus de Ledesma 2 te. Summe, tract. 1. c. 2. concl. 5. Vasquez, 1. 2. q. 76. art. 2. d. 5p. 121. c. 2. nu. 2. Manuel 1. to. Summa 2. editione c. 88. n. 1. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij c. 41. col. 2. vers. Veniale est.* Et idẽ tenet *Azor tomo 1. lib. 8 inst. moral. cap. 6. q. 2. 3. & 4. & ca. 7. q. 3.* quibus in locis ait teneri oẽs fideles explicite credere omnes fidei articulos, vel sicut in Symbolo Apostolico duodecim sententijs complectuntur, vel sicut in catechismo quatuordecim sententijs circunferuntur.

7 Hinc deducitur, teneri fideles etiã retenta nostra sñia explicite credere remissionẽ peccatorũ, & carnis resurrectionẽ, quæ in Symbolo Apostolico cõtinentur. Quia remissio peccatorũ pertinet ad articulũ diuinitatis quo Deum Saluatorẽ, id est, peccata remittentẽ confitemur. Carnis vero resurrectio ad articulum quo ipsum glorificatorẽ credimus animarũ, & corporum. At communionẽ Sanctorũ in Apostolorũ Symbolo, contentã, non tenentur fideles in nostra sentẽtia explicite credere. Quippe nec in fidei articulis cõtinetur, nec est cognitu facilis immo tã difficilis, vt vix docti eã assequãtur, nedũ imperitum vulgus. Hęc colliguntur ex Doctoribus n. præcedenti allegatis, & expresse ea docet *Vasquez, ibi relatus.*

8 At Ecclesiam Catholicam esse tenentur omnes fideles explicitè credere, & scire. Quod sit fundamentũ, cui tanq̃ proponẽti fides nostra innititur. Et ita tenent DD. nu. 4. relati, dicentes teneri omnes explicite credere cõtenta in Symbolo Apostolico; in eo enim articulus hic Ecclesiæ cõtinetur. Et fatentur *Vasq. n. 6. relatus & Enriquez li. 6. de pœnit. c. 28. n. 2.* At optime subdit *ibi Vasquez*, hanc veritatẽ à nullo catholico re ipsa ignorari, & vt tenentur ipsam explicite credere etsi his vocibus ignorẽt, credo sanctam Ecclesiam. Quia nil aliud est, quàm credere multitudinẽ fidelium esse sub Romano Pontifice, & extra hanc neminem saluari posse. Atq; hoc modo satis ait esse cognosci. Quod idẽ tradit *Azor 1. t. lib. 8. inst. mor. c. 6. q. 5. in fi.* Quare nõ approbo, quod docet *Bañes 2. 2. q. 2. art. 8. dubio 2. pag. 423. vers. Ex hoc etiam sequitur*, nempe, teneri omnes explicitè credere Sanctam Ecclesiam, id est, congregationem fidelium sub Pontifice, in qua est sanctitas, nõ tantum, quia sunt multi iusti in illa, sed quia sunt in illa Sacramenta sancta.

9 Insuper mysterium Eucharistiæ tenentur oẽs explicite credere, & scire, credendo esse sub specie panis, & vini, verum & integrum Christum, verum Dei filium, & verum hominẽ. Tum, quia hoc Sacramẽtum tenentur fideles recipere. Tum etiã quia est principalissimũ fidei nostrę mysteriũ, & quod passim prę manibus habemus & potissimum in Ecclesia celebratur Atq; ita docẽt *Enriquez nu. praced. relatus. Val. 2. 2. disp. 1. q. 2. punct. 5 post 2. cõclus. dub. 1. Bañes, & Pet. de Ledesma ubi suprà allegati.* Imò, & omnes fideles necessitate præcepti tenẽtur scire substantiã aliorum Sacramentorũ, quæ recipere tenentur: vt baptismi, & pœnitentiæ: nimirũ, baptismum esse necessariũ ad salutem, habereque adiunctã obligationẽ religionis Christianæ seruandæ; & pęnitentiæ Sacramẽtum esse necessarium ei qui mortaliter post baptismum peccauit Insuper matrimonium intre volens, vel ad ordines ascẽdere, tenetur nosse Sacramentum, quod recipere vult. Quia priora duo Sacramenta, ad omnium fidelium statum pertinẽt. Hæc autem duo posteriora ad recipientium statum. Sic *Valent. abid. Bañes 2. 2. quast. 2. art.*

art.8.dub.2.pag.424.Pet.de Ledes.2.to.Sum.tract.1.c.2.a conclus.9.vsque ad fin.decimæ. De Sacramentis autē cōfirmationis, & extremæ vnctionis ait *Valent. ibid.* non esse certum extare præceptum illa sciendi. Quod confirmatio ipse infantiæ suscipi possit, ac extrema vnctio ab adulto rationis vsu carenti: ac multi ea non esse in præcepto existimant. At melius dicunt *Bañes, & Petr.de Ledes.* ibi esse quoque necessario scienda ab eo qui sui compos ea suscipere vult. Sicut idem dicimus de sacramentis Matrimonij, & Ordinis, quæ tamen voluntaria sunt. Et ita *Nauar. a n. præcedenti alleg. itus*, indistinctæ dixit teneri fideles sacramenta scire. Sed dices hoc aduersari sententiæ, quam nu.6 amplexus sum, nempe solos fidei articulos esse ex præcepti necessitate explicitè credēdos. Sed respondeo cum *Azorio.1.lib.3.inst.moral.c.6.q.3* hæc includi sub eis fidei articulis. Nā ad articulum diuinitatis quo Deum Saluatorem, id est, peccata remittentē credimus, pertinet sacramentorum notitia, quæ a Christo instituta sunt ad peccata remittenda, gratiamque augendam.

10 Insuper tenentur omnes fideles præcepta Decalogi, & Ecclesiæ scire. Quia tenēntur illa exequi, quod ea ignorantes præstare nequeant. Tenentur etiā scire orationē Dominicam. Quod vniuersa a Deo petenda in ea continenantur: obligenturq. fideles ex iure diuino ad quandoque orandum: nec diu in gratia absque oratione perseuerare valeant. Ita *Syl.verb Scientia, n.vnic.vers. Secūdū est. Et ibi Ang.nu.1. Tabien.ad fin. Arm.l.n.3. Valēti et Bañes, & Nauar.nu.præced.allegati. Petr.de Ledes.eod. c. 2.conclus.11.& 12.* & idem tenet de præceptis Decalogi & Ecclesię loquens *Sayro in clau.reg.a lib. 1.c.9.nu. 31.* Insuper tenentur scire opera misericordiæ, saltem pro tēpore quo debent illa exercere Sic *Valentia ib.* At credo satis esse scire in genere teneri quandoque fideles patiēti necessitatem corporis, aut animæ subuenire. Nam descendere ad casus speciales, indicareque quando sit extrema necessitas, aut grauis obligans, & quando cōcurrant circumstantiæ ad id petitæ, vix docti assequuntur. At vulgus eius generalis præcepti conscium poterit circa casus occurrentes dubitare, ac peritos consulere.

11 Insuper vniuersi leges ad suum statum, & officiū pertinentes nosse tenētur. Quia alias id munus rectè obire nequeūt. Et si eæ obligent ad mortale, tenetur sub mortali scire. Vt bene docet *Pet.de Ledes.2.to.Sum.tract.1.c.3.conclus.4.* Quod & omnes fatentur.

12 Sunt tñ ad plenā dictorum notitiā aliqua obseruāda Primo obseruādum est, qua ætate teneātur fideles prędicta explicite credere, & scire. *Mā.1.to.sum. 2.edit.c.88.n.1. & Lud. Lop.1.p.instruct.c.41.col.2.vers. Veniale est.* aiūt præceptum hoc obligare a pubertatis tpe, vt pueros cū decimum quartum annum nacti sunt, feminas verò cū duodecimū. Fūdamētū cui innitātur, me latet. Et ideo dicendum est oēs hoc præcepto teneri, cū primū rationis vsum assequuntur Quippe ex tunc pręcepto diuino res fidei explicitè credendi, seruandi mādata, recipiēdi baptismū, & cōfitēdi astringūt. Et ita docēt *D Bonau. 3. d.25.ar.1.q.3. Ang.verb Fides nu.7. Nauar. Sum.ca. 11. Hisp.nu.18. Lat.n.22. Azorio 1.li.8.inst.mor.c.7.q.2. Philiarcus de officio sacerd.to.1.p.2.lib.3.c.9.paulo post.princ.*

13 Secūdo obserua pdictas res fidei explicitè credēdi obligationē esse ex iure diuino. Quia oēs tenēntur iure diuino amplecti, explicitēq. summā doctrinæ Euāgelicę credere. Vt cōstat ex illo *Marci vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Quod enim per ministros Euangelicos debet oib. hoib. prædicari, debet esse tāquā necessariū creditu explicitè. At summa Euāgelij in pdictis fidei mysterijs cōtinetur. Et ita docēt *Azor.to.1.li.8.instit.mor.c.6.q.4.& c.7.q.2. Bañes.2.2.q.2.ar.8.dub.2.pag.421. Pet.de Led. 2. to.Sū.tract.1.c.2.cōc.5.* Quāuis. *Arag.2.2.q.2.art.6.dub. 2.* dicat de iure diuino esse explicitè credere mysteria Trinitatis, Incarnationis, Passionis, Resurrectionis Aduētus in iudiciū: at quoad reliquos articulos, vt descēsus ad inferos, & cōmunionis Sanctorū, esse de iure Ecclesiastico. At rōne huius discriminis nō video. Atq; nullū esse credendæ explicitè cōionis Sanctorum pręceptum, diximus n. 7. Obligatio autem sciendi præcepta Decalogi, & reliqua iure diuino obligātia oritur ex ipso iure diuino, & obligatio sciendi præcepta Ecclesiæ ex ipso iure Ecclesiastico. Quia ad idēmet præceptum pertinet obligatio illud exequendi, & sciendi. Quippe scire est medium necessarium ad exequutionem Vt probaui li. præced.c.17. num.11.

14 Hic deducit, obligationē hāc esse sub culpa mortali. Quod sit in re grauissima, & valde ad salutē necessaria. Quare pdicta ignorās est in culpa lethali, nisi ignorātia aut impotētia excusetur (Vt mox dicemus) Atq. ita docēt *Ang.ver.Sciētia nu.1. & ibi Sylu n.vnic.ver. Secūdū est. Tabiena ad finem. Armil.nu.3. Nauar.summa, cap.11. Hispane n.18. Latinè n.22. Nauar li.2.de restit.c. 4. dub. 9.in noua edit.nu.92. Toledo lib.4.sum.c.2.n.10. Torres de Trinitate, q.32.art.4.in 4.p.commentarij. Petr.de Ledes.2. to.sum.tracta.1.ca.3.a concl.1. vsque ad 4. Medina, lib.2. summæ, c.7.fol. 281.* Et *Ang. Syl. Tabiena, Armilla, ibid.* dicūt esse quoq; mortale, nescire se signare signo crucis. At cū res hæc parua sit, durare videtur hæc obligatio sub mortali: & ita nō placet; sed erit venialis ignorātia.

15 Secundo deducitur, integrum esse prælatis cōpellere subditos ad doctrinā Christianam addiscēdā: & parochos, eorumq; vicarios, vt eam doceant, idque sub cēsuris. Quippe hoc ad pdictorū munus spectat. Sic. *Perez lib.1.ordinam.tit.1.l.6.t.§. Aliud etiam se offert dubium,* vbi refert Episcopo Cauriensi id præcipiente sub excōicationis pœna, rē per appellationē ad metropolitanū delatam esse, ac mandatum Episcopi ab eo cōfirmatū. Idem docet *Manuel.1.to.sum.in 2.editione, c.18.nu. 2.*

16 Tertiò obseruādus est modus, quo omnia prædicta a fidelib sub mortali scienda sunt. Quia in re cōstat non esse necessarium ex hoc pręcepto, vt cōtenta in fidei articulis præceptis decalogi Ecclesiæ, ac oratione Dominica, memoriæ mādētur, ac retineātur, eo ordine ac uerbis, quibus in puerorum catechismo cōtinētur; sed satis esse eorum substantiā intelligere. Vt satis est scire petēdā esse a Deo vniuersa corporis, & animi bona. Quæ ē orationis Dominicæ substātia Insuper satis est scire esse peccatum peierare, occidere, furari, non audire sacrū in festis, nō ieiunare, &c. Quæ est præceptorum decalogi, & Ecclesię substantia. Quę autē sit substantia rerum credendarum, dicemus nu. sequenti. Et ratio est quia nō ē idem hæc addiscere, aut memoria retinere, memoriter vereferre, quod scire Quippe multos ad suū officiū spectantia scietes experimur, nequeūtes ea memoriter narrare; at de singulis rogatos optime nosse quid faciēdū, quid ve vitandū sit At hoc pcepto tm̃ obligātur fideles ad scienda fidei mysteria, quo ea explicitè credere possint, & pcepta, vt ea exequātur. Nō ergo tenētur memoriter scire, aut eo ordine, & verbis quibus proponuntur sed satis est eorū substātiā percipere. Atq. ita docēt *Ang. Sylu. Tabiena num.14. allegati. Matina, c. de oratione, q. de necessitate sciendi orationem Dominicam. Ledes.2.p.n.4.q. 16.ar.13 fol.169.col.4. Manuel 1.to.sum.in 2. edit.c.88. nu.1. Lud. Lop.1.p.instructorij, c.41.col.2.ver. Veniale est. Azor to.1.li.8.instit.mor.c.7.q.4.& 5. Valent.2.2.disp.1.q.2 punct 4.in fi.& punct.5.post.2.assertionem, vers. Maneat itaque. Pet.de Ledes.2.to.Sū tract.1.c.2.concl.8 Bañes 2.2. q.2.ar.8.dub.2.fol. 324.vers. sequitur præterea.* Quare satis est, si de singulis his quispiā rogatus rectè respōdeat. Vt si interrogetur an sit peccatū furari, an Deus sit trinus, & vnus, &c. norit rectè respondere. Quia hoc reuera est scire, & explicitè credere. Atq; ita docēt *Azor. Valentia, Petr.de Ledesma ibid. & Bañes nup allegatus.* Nec tamē sufficit hæc memoriter scire, & non intelligere, instar psittaci, sed oportet proprium verborum sensum vtcumque, & crasso modo pcipere. Quia scire memoriter nō intelligēdo, nō est scire. Rursus, quia obligantur fideles ad sciēdum, vt res fidei explicitè credant, ac præcepta

exe-

exequantur. Quod solũ memoriter sciendo impleri nequit. Sic *Nauar. c. Quando, de consec. d. 1. c. 3. n. 20. Valentia eo. puncto 4. in fine. Bañes eo. dub. 2. fol. 419. vers. Aduerte tamen. Petrus de Ledes. d. conclus. 8.* Vñ bene inferunt *Petrus de Ledesma, & Bañes ibidem*, ignaris idiomatis Latini non satis esse hæc Latinè scire. Quia non intelligũt, ac proinde idem est ac nescire. Quamuis aliqui (vt referemus nu. 19. in fine) sentiant quæ ex præcepto humano tenẽtur fideles memoriter addiscere, satisfacere Latinè addiscendo. Quod ibi improbabo.

17 Ad substantiã verò articulorum fidei, quos oẽs explicitè credere, ac subinde scire tenentur, quidã existimant hæc pertinere. In quatuor primis diuinitatis articulis aiunt contineri, in vna Dei natura esse tres distinctas personas, & Spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere. Et in quinto diuinitatis articulo dicunt substantiã ab omnib credendã explicite esse, Deũ vniuersa in tpe condidisse conseruare, gubernare, & curare. Et in articulo sexto Deum crimina remittere, gratiã adoptionis conferre, peccatores sibi reconciliare. Et ad substãtiã articulorum humanitatis dicunt pertinere. Christum esse conceptũ virtute Spiritus sancti, absque vlla viri opera: ac natum ex Maria permanenti semper virgine: descendisse s̃m animã diuinitati coniunctã ad inferos, manẽte corpore eidẽ diuinitati cõiuncto in sepulchro: atque illinc aĩas sanctorum patrum liberasse, ac propria virtute ad cœlos ascendisse, sedereque ad Patris dexteram, ei in oĩbus æqualẽ quo ad diuinã naturã; inferioremque quoad humanã ac excedentem gloria & maiestate vniuersos. Sic sentiunt quidam, quos tacito noĩe refert *Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 6. q. 5.* atque quoad creatoris articulum *Bañes 2. 2. q. 2. art. 8. dub. 2. pag. 415. vers. Maximũ autem*, ait teneri oẽs explicite credere Deũ creasse mundũ, cum hac circunstantia, vt in tpe crearit. Et *pag. 425.* dicit teneri oẽs explicite credere ita Christũ ex virgine natum, vt illa perpetuo virgo perseuerarit. At merito *Azor. ea. quæst.* hos reprobat. Quod hoc sit nimium obligare rudes, & vulgares homines, nec hoc sit crasso, & vulgari modo articulos intelligere. Quod solum ex communi sententia desiderari diximus c. præced. Et ideo bene dicit *Azor ibi.* nomine substantiæ intelligi id quod simpliciter, etsi cõfuse, & generaliter, significatur vocibus in articulo contentis. Quod cum *Gabr. 3. d. 25. q. vnic. ar. 2. post 5. concl. vers. Articulos autem, & Vasquez 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 121. c. 2. n. 3.* sic explicat. Rudi vulgo satis est intelligere, Patrẽ, Filium, & Spiritum sanctum esse vnum Deum, nõ plures Deos; etsi non capiat vnam essentiam in tribus personis Quippe hoc est cõfuse substantiam intelligere; scire autem in Deo reuera esse vnitatem naturæ, cum distinctione personarum, & ita explicite credere, ad eius articuli explicationem spectet, quę Doctorum est, non rudis vulgi. Similiter docet *Vasquez ibi* ad incarnationis substantiam pertinere, scire eundem Christum esse filium Dei, verũ Deum, verumque hominem, nec esse duos Christos, nec oportere intelligere esse vnam personam, & duplicem naturam. Et optime concludit, vnumquemque iuxta sui ingenij facultatem docendum esse. Et sic de reliquis articulis dicendum existimo. Non enim rudes tam specialiter (vt DD. prædicti sentiebant) docere oportet, sed satis est generaliter, & confuse.

18 Quod si qui ita hebeti & obtuso sint ingenio, vt articulorũ oĩum substantiã capere nequeant, excusabuntur ratione impotentię, si tñ implicitè credant; & iuxta sui ingenij capacitatem docẽdi erunt. Sic docet *Marsilius 3. q. 14. ar. 3. concl. 5. Guillelmus Parisiensis, quem refert, & sequitur Valentia 2. 2. disp. 1. q. 2. puncto 4. in quæst. De sciendis necessitate præcepti post 2. concl. vers. Nam Guillelmus, & vers. Quod si aliqui. Azor t. 1. li. 8. inst. mor. c. 2. q. 6.* Addit tñ optime *Valentia*, nõ propterea dicendum esse hos nõ esse obligatos ad ea mysteria explicitè credenda, ac sciẽda, immo eo ipso qđ dicimus eos ratione impotẽtiæ a culpa excusari, cõstare eos esse obligatos. Nemo enim censetur proprie à peccato excusari in re, ad quam alioquin non est obligatus. Ex quo infert *ibi Azor*, nequeũt præ ingenij ruditate mysterium Trinitatis percipere, satis esse, si alios clariores articulos explicite credat, vt mysterium incarnationis, passionis At hæc omnia nõ modicã difficultatem mihi ingerũt. Quia cùm explicite credere Trinitatis, & incarnationis mysteriũ diximus c. præced. n. 6. & 10. esse necessariũ necessitate medij, siue finis, ad gratiam & gloriam cõparanda: nõ videtur qua ratione aliquis, quãtumuis rudis, excusari possit, vt hæc nõ explicite credendo, illa assequatur: quamuis à noua ignorantię culpa ratione impotentiæ liber sit. Id enĩ necessitate finis, siue medij, necessarium esse diximus capite præcedẽti, numero primo, quod ĩ omni euẽtu, nullaque re excusante requisitum est. Atque propterea coguntur Doctores dicere, infideles ratione ignorantiæ à peccato infidelitatis excusatos, in nullo euẽtu saluari posse, sed ob alia peccata dãnandos: quòd si nullo alio mortali affecti sint, pertinere ad diuinã prouidentiam illos hęc fidei mysteria docere, vel lumine interno, vel doctorem prouidendo. Quamobrem vt hęc cohæreant, sic distinguendum cẽseo. Aliud est explicite credere, & aliud explicitè scire, ita vt quis interrogatus sciat rationem reddere. Et quamuis vtrumq; necessarium esse dixerimus: at non eodem modo necessarium est. Nã explicitè credere est necessarium necessitate finis: (vt diximus c. pręced. nu. 9. & 10.) at explicite scire, ita vt quispiã rogatus rationẽ reddere sciat, est necessarium sola præcepti necessitate. (Vt diximus in hoc c. n. 16.) Quare credo mentẽ prædictorum authorũ esse hos rudes excusari ab hac scientia, & absque illa posse gratiã, & gloriã consequi, quãdo ratione tarditatis ingenij est illis ferè impossibilis At credo illis esse omnino necessarium, aliquãdo explicitã illorũ fidẽ concepisse, tanquã rẽ necessitate finis omnino requisitam; nimirum, cõfessario, aut alio proponente illis eos articulos, explicãteq; illis, & rusticis credentibus. Quod videtur clarè sentire *Gabr. 3. d. 25. quæst. vnica, art. 2. post. 5. conclus. vers. Ad hoc autem*, vbi hæc ait *Si aliqui ita obtusi sint, quod articulos ipsos eo ordine, quo in Symbolo continentur, recitare non possint, sufficeret eis, quod omnes, & singulos explicite credant, dum eis proponentur.* Idem videtur sentire *Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 9. q. vltima. in fine*, vbi ait eum credere explicitè aliquid, qui assentitur alicui rei sibi dictæ, vel quam cogitatione concipit. Et amplius id constabit ex dicendis, num. 23.

19 Ex his deducitur minus verum esse, quod tradũt *Nider in sua Sum. præcepto 1. c. 3. in fi. & Palac. 4. d. 15. disp. 9. col. 8. vers. Ioannes autem*, vbi dicũt peccare cõtra primũ præceptum nõ addiscentẽ orationẽ Dominicã, & Symbolũ. Et ita sentiũt peccare contra ius diuinũ naturale, ad quod præceptũ illud pertinet. At *Palud. 4. d. 15. q. 5. a. 1. nu. 7.* tantũ dixit teneri omnes fideles addiscere orationẽ Dominicã, Angelicã, & Symbolum. Quòd sint prima fidei rudimenta, quæ omnẽ discipulũ addiscere oportet. Non aũt explicuit, quo iure obligatio hæc inducta sit *Medina* aũt *C. de oratione, q. de necessitate sciendi orationem Dominicã*, nullum de hac re præceptum esse cẽset. At dicẽdum est esse præceptũ Ecclesiasticũ longa cõsuetudine firmatũ hęc memoriter addiscendi. Quod ex multis Cõcilijs, & Ecclesiæ cõsuetudine probant *Nauar. Summa Hispana, c. 22. nu. 157. & c. 11. n. 18. Latina c. 11. nu. 22. versi. 7. & c. Quando de consecr. d. 1. c. 3. n. 20. & c. 20. nu. 20. Ledesma 2. p. 4. q. 16. art. 13. fol. 169. colum. 2. versi. Septima propositio & versic. sequens. Peña in directorio inquisitorũ 1. p. q. 3. commento 20. vers. Occurrit tamen, Azor to. 1. l. 8. inst. mor. c. 7. q. 4. & 5. Lud. Lopez 1. p. instr. c. 41. col. 2. vers. Veniale est* Idem dicunt *Palud. Naua. Ledes. Azor, de addiscẽda orone Angelica.* Et idẽ dicit *Azor de præceptis Decalogi. Ecclesiæ, & Sacram.* At hæc obligatio est sub sola veniali culpa. Quia etsi verba Conciliorũ rigidè videantur loqui, & sub mortali obligare: at cõsuetudo iam exposuit obligationem hãc non tanti momenti esse, vt culpam venialem excedat illius transgressio.

sio. Et ita docent *Nauar. Azor q.5. Lud. Lop. nuper allegati.* Et licet *Ang. verb. Scientia. nu. 1. & ibi Syl. n. vnico, versic. Secundum est. Tabiena ad fin.* dicăt peccare mortaliter non addiscentē orationē Dominicā, Symbolū, & Decalogi præcepta: at (vt bene notauit *Azor ea. q. 5.*) statim se explicant, vt hæc obligatio sub mortali nō sit addiscendi memoriter, sed quoad eorū substantiā. (Vt nos explicuimus nu. 16.) Addit insuper *Azor ea. q. 5. in fi. cū Nauar. Sum. c. 11. Hispanè, nu. 22. Latinè num. 18. & Lud. Lop. proximè allegato*, satis esse idiomate Latino addiscere. Sed si intelligant de Illius idiomatis conscijs, non est dubium: si verò de aliis, id non credo. Quia perinde est, ac non addiscere. Et ita probaui n. 16. in fine.

20 Sed merito dubitabis, an possit inter fideles dari ignorantia inuincibilis a peccato excusans horum mysteriorum fidei, quæ explicitè credere tenentur. Aliqui negant. Quia concionatoribus abundant, & passim in Ecclesia mysteria hæc circū feruntur, ac solēni ritu celebrantur. Et cum ad cuiuslibet fidelis statum pertineāt, tenentur curare eorū notitiā assequi: q si non curent, ignorātia hæc culpæ tribuetur. Sic *D. Tho. 1. ad Cor. 11. lect. 4. D. Bonau. 3. d. 25. art. 1. q. 3. & ibi Duran. q. 1. nu. 9. Gabr. q. vnic. art. 2. post 5. concl. Manuel 1. to. Sum. 2. edit. c. 88. n. 4.* At credo dari apud aliquos rusticos hāc ignorantiā inuincibilē & rōne illius excusari a peccato hæc ignorādi. Ducor, q contingat nil eos de huius pręcepti vi, & authoritate audijsse: vel si audierint, nil instar brutorū pcepisse, aut si pceperint, alijs negocijs distentos esse prorsus huius obligationis oblitos: vel tpe quo addiscere potuerūt, caruisse Doctore a quo instruātur. Itē, qa sæpè, & maxime rudibus, nec dubiū, nec scrupulus circa hāc obligationē occurrit. In quo casu esse ignorātiā inuincibilē et circa leges ad alicuius statū pertinētes diximus lib. præc. c. 16. nu. 21. 24. & 27. Deinde, qa quāuis hi diligentiā adhibēdo, inquirēdo, aut bene viuēdo, (vt tenebātur) huius obligationis notitiā assequerentur: atq; eā nō assequuntur, eo q instar pecorum oīno suæ salutis immemores vitā trāsigant: & proinde absolutè poterant eā notitiā habere. Quia tñ non poterāt ex intentione id cognoscere id est, qa moraliter loquēdo nō potuere id curare vtpotè qui nullum habuere motiuū, quo ad eam notitiam inuestigandā inducerentur, eo q nec dubium, nec scrupulū conceperint, ideo ea ignorātia reputatr inuincibilis. Et hāc partē sustinēt *Nau. Sum. cap. 11. Hispanè, num. 18. Latinè, nu. 22. vers. 8. Bañes 2. 2. q. 2. ar. 8. dub. 2. pag. 428. Vasquez 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 121. c. 2. n. 3. Azor to. 1. lib. 8. inst. mor. c. 6. q. 7. & c. 7. q. 3. & c. 8. q. vlt. Petr. de Ledes. 2. to. Summæ, tractatu 1. c. 3. cōclus. 7. Sayra in claui regia lib. 2. c. 9. nu. 15. in fine.* Et quamuis *Bañes, Petrus de Ledes. & Azor d. c. 6. q. 7.* dicāt rarò contingere hanc ignorantiam inuincibilem: melius tamen *idem Azor eo. c. 7. q. 3. & Vasquez proximè allegatus*, dicunt sæpè contingere. Quod rōnes allatæ satis probant.

21 Ex his deducitur teneri confessarios interrogare pœnitentes doctrinam Christianā, quoties probabiliter iudicari potest fore, vt eam ignorent. Quia tenētur interrogare peccata, quæ verisimile est pœnitentē cōmisisse iuxta suū statum. At hmōi est hæc ignorantia. Sic *Bañes 2. 2. q. 2. ar. 8. dub. 2. p. 429. Petr. de Ledes. 2. to. Sum. tract. 1. c. 3. post 7. concl. Azor to. 1. lib. 8. inst. moral. c. 8. q. finali:* vbi bene ait non esse hæc interrogare necesse personas nobiles, aut bene a puerina educatas, aut quæ studio literario vacant, aut frequenter ad confessionem accedunt. Quia merito præsumi potest has non ignorare. Quod si pœnitens ex ea ignoret id quod hucusque diximus esse sub mortali sciendum: dicunt quidam teneri confessarium denegare ei absolutionē. Quod in peccato lethali sit. Sic *Medina lib. 2. Sum. c. 7. fol. 282. Manuel 1. to. Sūma, in 2. edit. c. 88. in fi. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 27. col. penult. vers. Neque est:* vbi hoc limitat, nisi pœnitens sit Aethiops ex Guinea adductus culpa domini non docentis hæc ignorans. Sed *Manuel* hanc limitationem reijcit. Quia dominus videns seruum absolute in eadem negligentia perseuerabit: eam tamen admittit, vbi omni diligentia per dominum apposita seruus addiscendi incapax esset. Alij verò benignius loquuntur, dicentes hunc non statim reijciēdum, sed prius instruendum a confessore, quod si instructus didicerit, esse absoluendum: si secus verò contingat, differendam esse absolutionem. Ita docent *Bañes, & Petrus de Ledesma proximè allegati.* At melius *Azor d. q. finali* docet nequaquam hos ignorantes esse a confessione reijciendos. Quia sæpè inuincibili huius præcepti ignorantia vsque tunc laborarunt; ob rationes nu. præced. dictas. Et sic ignorantia hæc culpæ ipsis non tribuitur. Quod si semel, vel iterum admoniti sunt, & discere potuere, ac proinde culpa non liberantur, ait absolutionem adhuc denegandam non esse, dummodo præteritæ negligentiæ eos pœniteat, ac firmiter proponāt fore, vt discāt. Sicut cum relapsis in alia peccata fieri solet. Quod si sępius de hac re certiores facti adhuc neglexerint, tunc dicit absolutionem differendam esse donec addiscant, si id commodè præstare valeant; sin minus instruendos a confessore eo modo quo potuerint, & postea absoluendos. Et quidem in praxi existimo nunquam, aut rarissimè denegandam absolutionē ob doctrinæ Christianę ignorantiam. Quia rustici ignorantes non habēt commodè Doctorem, & confessor potest illos instruere, nec ipsi maiorem addiscendi capacitatem habent. Imò (vt num. 23. dicemus) hæc perfecta instructio non est necessaria ad eos absoluendos.

22 Ea aūt, quæ confessor hos rusticos docere debet, semel, & iterum interrogando, sunt in Trinitate esse Patrem, Filium, & Spiritūsanctum, nec esse tres Deos, sed vnum Deum. Et Iesum Christum Dominum nostrum esse verè Dei filium, verum Deum, & hominem, & esse eum qui passus est propter nostram salutē, ac esse in Sacramento sanctissimo. Quia hæc sunt, quæ cōmuniter rustici ignorāt, & circa quæ interrogati passim errant. Nam Deū remittere peccata, & dare gloriam, ac omnia creasse, ac Christū ad inferos descendisse, ac ad cęlos ascēdisse, ac futurum iudiciū: iustosq; æterna gloria donandos: peccatores autem æternis pęnis plectendos, quæ ad aliorum articulorum fidei substantiā pertinēt, omnes fideles intelligunt saltē crasso modo: prout sufficere diximus nu. 16. Et articulum sanctæ Ecclesiæ oēs norunt. Vt dixi nu. 8. Præcepta etiam Decalogi crasso modo, & vt ab omnibus sub præcepto scienda sunt, nemo fidelis ignorat. Vt bene aduertit *Nauar. lib. 1. de restit. c. 4. dub. 9. in noua editione, nu. 92.* Atque idem de Ecclesiæ pręceptis credo. Nemo enim inter fideles nutritus ignorat non esse peierandum, non furandum, esse audiendum sacrum, esse confitendum, &c.

23. In articulo aūt mortis, in quo pęnitens non ita aptus est, vt hęc doceatur, satis est si ei proponantur a confessario ea mysteria, quę tenetur explicitè credere necessitate medij, seu finis, vt sunt mysteria Trinitatis, & Incarnationis Christi, vt vel sic actum illa explicitè credēdi eliciat. Iuxta id, quod diximus n. 18. necessariū esse, & sufficere ad salutē, quando quispiam ob ingenij tarditatem incapax addiscendi est. In eo. n. statu nō ita valet ęger, vt procurando eum addiscere defatigandus sit. Sed cum hoc sit sola præcepti necessitate requisitū, (vt eo nu. 18. diximus) inducendus est ad dolore pręteritæ negligētię culpabilis, si q fuerit, ac pposituū addiscendi data opportunitate. Sicut circa reliquas pceptorū trāsgressiones faciendū est. Sic *Petr. de Ledes. 2. to. Sum. trac. 1. c. 3. post 7. conclusionem.* Atque idem faciendum existimo, etsi pœnitēs in articulo mortis minimè sit, sed alias morbo grauetur. Quia eadem militat ratio. Immo in rigore etsi pœnitēs bona valetudine vtatur, nō tenetur cōfessarius eum instruere procurando, vt tūc addiscat. Sed satisfaciet proponendo illi, & explicādo prædicta duo mysteria, vt ea explicitè credat, & inducēdo ad negligētię dolorem, & emendæ propositum. Quia nō est maior huius præcepti, quā aliorū ratio: ac pęnitēs satis dispo-

dispositus est ad absolutionem dolore præteritæ culpæ, ac emendæ proposito.

24 Tandem id monuerim, instructionem declaratam n. 22. pro accedentibus ad confessionem, non satis esse pro adultis baptizandis. Quia cum in fide tyrones sint, ac in infidelitate educati, ignorant prorsus fidei rudimēta, ac religionis Christianæ præcepta. Quare nisi sufficienter de his instructi baptizentur, periculum subest, vt postea conscij fidei, & morum, ad quos baptismus obligat, retrocedant, aut se deceptos allegent. Atque ius ipsum naturæ hoc dictat. Nemo etenim prudenter fidem admittit, quam ignorat. Quamobrem sufficienter hos de fide, ac Christianis moribus ante baptismū instruendos esse, ex multis Concilijs, ac Scripturæ testimonijs probant *Sot. 4. d. 6. q. 2. art. 1. ad finem corporis, Suar. 3. to. in 3. p. q. 71. ar. 2. in princip. commēt. Valent. 4. to. in 3. p. dis. 4. q. 3. puncto 3. ad fi.* Quare culpa mortalis esset ante hāc sufficientem instructionem quempiam baptizare, nisi mortis periculum vrgeret. Vt bene docent *Nauar. Sum. Hisp. c. 24. nu. 15. Man. 1. tom. Sum. in 2. edit. c. 27. nu. vlt.* Hæc autē instructio debet esse, vt fidei articulos saltem crasso modo baptizandus intelligat, & præcepta Decalogi discat, & oranonē Dominicam. Vt bene ait *Sotus ibid.* Nec tamē opus est, vt memoriter sciat, sed satis est, vt interrogatus respondere norit, ad credenda, petenda a Deo, & præcepta, eo modo, quo id in simili explicuimus nu. 16. & bene docet *Bart. a Ledes. in Sum. Sacram. vbi de baptismo, dub. 14. ad finem*: immo nec fat esset scire memoriter. (Vt eod. nu. 16. dixi.) In mortis autem articulo, in quo necessitas vrget, satis est explicare catechumeno mysterium Trinitatis, & Incarnationis, Passionis ob nostram redemptionē, & resurrectionis, quæ explicite necessitate medij tenentur omnes credete necessitate finis, & efficere, vt catechumenus eliciat actū credendi explicite. Vt in simili diximus nu. præc. Atque vbi prudenti diligentia apposita esset tam rudis baptizandus, vt non esset spes fore, vt ita fidei mysteria nosset, ac præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, & orationem Dominicam, vt interrogatus respondere sciret, existimo etiam si extra necessitatis articulum sit, satis esse de illis instrui iterum, atque iterum, ita vt actum credendi explicitè eliciat, & propositum seruandi præcepta, (vt in simili dixi nu. 18.) ob rationem ibi traditam Et discursu temporis, ac vsu, & experientia plus discet.

CAPVT V.

De obligatione externa confessionis fidei.

SVMMARIVM.

Præceptum est de externa fidei confessione. nu. 1.
Explicantur casus, in quibus hoc præceptum obligat. nu. 2.
Quando nulla ex fidei confessione speratur vtilitas, est vituperabilis. nu. 3.
Quando censeatur honor subtrahi Deo, vel proximo vtilitas, non confitendo fidem, nu. 4.
An videns imagines calcari, ac Christum contumelijs affici, teneatur fateri fidem. nu. 5.
An peccet rogatus de fide tacens, aut verbis ambiguis, aut alio spectantibus interrogantem deludens. nu. 6.
Quid si se Christianum neget. num. 7.
Quid si nomen Christiani non vsurpetur pro religionis nomine. num. 9.
Quid si Turcam, hæreticum, aut alterius sectæ se fateatur. num. 9.
Quid si se clericum, vel religiosum, vel papistam neget. nu. 10.
Quid si clericus, vel religiosus induat habitum sæcularem, dum per loca infidelium transit, ne agnoscatur. nu. 11.
Quid si rogatus ab infideli etiam cum iuramento, an sacrum fecerit aliove interfuerit neget. num. 12.
An liceat verbis, aut factis, simulare sectam fidei contrariam? Refertur quædam sententia. nu. 13. Et sententia Authoris. nu. 14.
Quid si loco, & repræsentationis gratia. nu. 15.
Explicatur quotupliciter vestis, aut signum dicantur infidelium propria. nu. 16.
Quando vestis est propria non causa religionis discernenda sed nationis, licet fidelibus ea vti ad velandam fidem. num. 17.
Quid, si sit infidelium propria ad discernendam religionem? Refertur quædam sententia. nu. 18. Sententia Authoris, num. 19.
Quid si ad profitendam falsam religionem instituta sit. nu. 20.
Quid, si in honorem authoris falsa secta. num. 21.
An Christiani in triremibus, & speculatores, idest, espias, licite habitu ac lingua Turcarum vtantur, vt se celent. nu. 22.
An milites vsurpantes signa, quæ infideles in suis vexillis gestare solent, vt se contegant peccent, nu. 23.
An fideles in hæreticorum locis carnes non edent diebus vetitis, fingens aliam causam quam religionis, ne agnoscatur peccet. num. 23.

Quid si ne agnoscatur, carnes edat. nu. 25.
An peccent Catholici in hæreticorum locis templa eorum adeuntes, vt conciones audiant, aut rem diuinam, aut alent. nu. 26.
Quid, si Princeps hæreticus iubeat omnes ad hæreticorum templa confluere. num. 27.
An aliquando liceat omittere signum publica lege aut consuetudine institutum, ad velandam fidem profitendam? Refertur quædam sententia. nu. 28. Sententia Authoris num. 29.

1 DE fide est, externam fidei confessionem esse pro aliquo tempore in præcepto Contra quosdam hæreticos, quos refert, & latè impugnat *Valent. 2. 2. dis. 1. q. 3. punc. 2. in init.* qui aiunt satis esse fidem animo retineri, ac proinde nunquam esse peccatum illam ore negare, nedum celare. Constat tamen veritas nostra ex illo *ad Rom. 10. Ore confessio fit ad salutem.* Et *Mat. 10. Qui me confessus fuerit.* Et *Luc. 9. Qui me erubuerit.*

2 Cum tamen præceptum hoc sit affirmatiuū obligat semper, nō tamen pro semper. At præceptum negatiuū in eo inclusum, idest, nunquā exterius negādę fidei obligat semper & pro semper sicut & alia negatiua. Præceptum aūt hoc externæ confessionis fidei affirmatiuum in duplici casu obligat. Prior est, qñ non confitendo exterius fidē, subtraheretur honos debitus Deo. Vt quādo quis rogatus de fide tacet, ob quod creditur eum nō habere fide, aut fidē non esse verā. Posterior, quādo nō confitendo fidē, vtilitas proximis impendenda subtraheretur. Quippe proximi essent in negandę fidei periculo, cui aliquis publica sua fidei cōfessione occurrere posset. Et ratio vtriusque casus est, quia cum finis aliarū virtutum sit charitas *1. ad Timoth. 1 Finis præcepti est charitas*, id est, actus cuiuslibet virtutis, ordinatur ad cōiūctionē mentis cum Deo: qui est finis charitatis. Tunc actus cuiuslibet virtutis est in præcepto, qñ necessarius est ad finē charitatis erga Deū, aut proximum. Quoties ergo Dei honos, aut proximi vtilitas subtrahitur non cōfitendo fidem, obligabit cōfessionis fidei præceptum. Et ita subijciendo exēpla proposita tradunt *D. Th. 2. 2. q. 3. a. 2. Ang. verb. Fides, n. 8. & ibi Syl. q. 5. n. 8. Armil. n. 7. Tabien. q. 7. Azor t. 1. l. 8. inst. moral. c. 7. q. 7.* ad dut bene alios casus, in quibus præceptū hoc obligat, qui verè ad duos prædictos reducūtur: nimirū, qñ tenetur quis alios res fidei, & religionis Christianæ docere. Itē, quoties nobis periculum negandæ exterius fidei imminet. Item, quādocumq; ita obligamur, vt religionis actū præstare nos oporteat, hoc est, debitum cultum Deo tribuere: tūc. n. eo ipso tenemur fidē saltē implicitè profiteri, siue verbo, siue facto, siue signo. Quia ipse religionis actus est q̄dā fidei implicita cōfessio. Sed primus ex his casib. reducitur ad posteriorē signatum, nēpe ad proximi vtilitatē. Duo autē vltimi ad priorem, nempe, ad Dei honorem.

3 Qñ āt ex publica fidei cōfessione nulla vtilitas speratur, sed sola infidelium perturbatio, nō est laude digna Sic *D. Th. eo. ar. 2. ad 3.* Immo vituperio eam dignā esse merito asserunt *Ang. Syl. Tabien. Armil. nu. præced. alleg.* Atque temerariam eam appellat *Toled. lib. 4. Summa c. 1. nu. 4.*

4 Sed vt prædicti casus amplius enodentur, sunt aliquot difficultates proponendæ. Prima difficultas est. Quādo censeatur honor Deo, aut proximo vtilitas auferri non cōfitendo fidē, vt sic præceptū cōfessionis fidei obliget. Breuiter dico nō esse hos casus de subtractione mere negatiua accipiendos, id est, qua quis merè negatiue se habet abstinēdo a fidei cōfessione, ex qua honor in Deum redundaret. Quippe sic intelligendo, confessio fidei, & aliarū virtutum actus semper essent in præcepto: cū illarū exercitiū semper in Dei honorē cedat. Sūr ergo intelligendi de subtractione cōtraria, vel priuatiua. Cōtraria quidē, quia Deus afficietur ignominia, nō cōfitēdo fidē. Priuatiua aūt, qñ in eo euentu cessaret magnus aliquis Dei honor ex fidei cōfessione in ipsum redūdās. Similiter vtilitas proximi contrariè, vel priuatiuè impediri dicetur, quādo proximi per cōfessionē fidei alicuius facile traherentur ad fidē: nec aliàs posset eis commodè prospici, vel quando aliqui in negandæ fidei periculo versarentur, & posset quispiā propria fidei cōfessione id damnū impedire. Sic *Valent. 2. 2. dis. 1. q. 3. pun. 2. dub. 1. & 2.*

vbi optime addit, quando ex confessionis fidei omissione alterutrum horum cõtingat, iudicio prudentis in casibus occurrentibus librandum esse.

5 Hinc deducitur, Christianum videntem Christum ab infidelibus contumelijs affici, vel imagines cõculcari, & tenendam fidẽ, nisi causam eius publica fidei confessione tueretur, teneri ad id. Quia tunc contrarie subtrahitur honos Christo Ita *Arag. 2.2.q.3.artic.2.dub.2. post 2.concl. Manuel 1.to.Summa, in 2.editione, c.119.n.2.*

6 Secũda difficultas est. An rogatus de Catholica fide. & tacẽs peccet in præceptum confessionis fidei? Nã *D. Tho. & alij. quos n.2.retuli* id affirmant, qñ ex eo silentio audiẽtes crederent illũ non habere fidem, aut fidẽ non esse verã. Et *Caiet.2.2.q.3.ar.2.dub.2.cẽset*, id silẽtiũ esse contra fidei confessione. Idẽ docent *Abul.c.10. Matt.q.129.Toled.lib.4.Sum.c.2.nu.4.* idẽ docẽt de rogato a tyranno nõ distinguentes, an tyrãnus ille fungatur publica authoritate, an sola priuata, *Arag.d.art.2.dub.2.concl.2. Manuel d.c.119.nu.1.* At hoc ita vniuersaliter dictũ non placet. Quippe ex eo silentio, & existimatione defectus fidei tacentis, qñque sola interrogãtis id existumãtis deceptio sequetur. Quã deceptionem permittere sæpe licet, qñ alter sine causa, aut iniquè rogat. Vt constat in iudice cõtra iuris ordinẽ testes, aut reum interroganti. Et quãuis ex fidei confessione tunc facta redundaret Deo aliquis honor, non semper tenetur homo per hanc confessionẽ, aut aliarum virtutũ exercitium Deo honorẽ exhibere. (Vt nu.4.diximus.) Adde ex ea taciturnitate non colligi prudẽter defectũ fidei, eiusve abnegationẽ in tacẽte: sed potius despectũ authoritatis interrogantis. Sicut si interrogatus respõderet. Quid ad te? Quare prædicta *D.Thomæ*, & aliorum doctrina accipienda est, qñ a persona fungẽti publica authoritate, aut a iudice interrogatio fieret: tũc enim tacens reus esset mortalis culpæ in fidei confessionẽ, secus si a priuato. Quia publica potestate interroganti magnus ex fidei cõfessione honor in Deũ redundat, qui tacẽdo illi subtrahitur. Et ita docent *Valent.2.2.disp.1.q.3.puncto 2.dub.3. Azor to.1.lib.8.inst.mor.c.27.q.1. Bañes 2.2.q.3.ar.2.dub.1.concl.3. Pet.de Ledes.2.to.Sum.tract.1.c.4.concl.6. Lud. Lop. 2.p.instruct.c.41.vers. Peccat mortaliter.* Atque ita refert *Tabiena verbo Fides, q.vlt.* multis sęcularibus, ac religiosis in naui congregans quendã fortè ebrium euaginato ense sic dixisse: Si quis ex vobis Catholicus est, in mediũ prodeat a me perimendus: & omnes tacuisse, nec tanquam alicuius culpæ reus dãnatos esse a viris doctis de hac re consultis. Nec refert, siue illa publica potestas interrogãs sit superior interrogati siue non. Quoniã in vtroque euentu ob rationẽ dictam tenetur interrogatus respondere confitendoque fidẽ Sic *Valentia ibid.* Similiter ob eandem rationem non refert, siue publicè, siue priuatim a publica potestate ea interrogatio fiat. Ita *Bañes ibidem.* Quando autem persona priuata interrogat, nõ tantum potest interrogatus tacere, sed potest quoque sic respondere. Quid tua ĩterest; quorsũ me rogas (Sic *Bañes ibid.* Potest quoque interrogantem deludere verbis ambiguis aut aliò spectantibus, dissimulando propriã fidem. Quod hoc non sit fidem negare, sed interrogantẽ iniustè decipere. Sic *Azor li.8.instit.moral.c.27.q.1.* In eo tamen casu peccabit in fidei confessionem tacendo interrogatus a priuato, si interrogatus pṡona grauis sit. Quia eo silentio ob personę conditionem tacentis ingens detrimentũ honos Dei, & fidei patietur. Sic *Valentia ibid.*

7 Diuersum tamẽ est, si quis Christianum se esse neget, siue rogatus, siue nõ. Hoc. n. semper est mortale aduersus præceptũ negatiuũ inclusũ in cõfessionis fidei precepto, præscribẽs in nullo euẽtu licere cõfessionẽ fidei negare. Et hoc est peccatũ a D.Petro admissum, dũ prætimore se Christi discipulũ negauit. Et ita Christus Matth. 10. ait. *Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo.* Et ita docent *Abul.c.10. Matth.q.130. Bañes 2.2.q.3.ar.2.dub.1.concl.2. & ibi Arag.dub.2.concl.1. Pet.de Ledesma 2.tom.Sum.tract.1.cap.4.conclus.4.*

8 At hoc intelligẽdum est, qñ quis rogatur, an sit Christianus, intuitu religionis significatæ hoc noĩe, secus dũ intelligit interrogans eo noĩe aliã interrogati conditionẽ, quam religionis. Tũc enim negans se Christianum non peccaret mortaliter in fidei confessionem, sed ad summũ esset mendacium veniale. Vt apud Indos delictis Christianorũ irritatos nomen Christiani odiosum erat, atque eo noĩe insignem malefactorem significabãt: si quis ergo ab Indis rogatus, an Christianus esset, id negaret, non peccaret in fidei confessionẽ. Quia cum de religione, & fide minime rogetur, id nõ est fidẽ negare. Sic docent *Bañes 2.2.q.3.art.2. dub.1.concl.4. & ibi Arag.dub.2.concl.3. Manuel 1.to.sum.2.edit.c.119.nu.3. Petr.de Ledes.2.to.Sum.tract.1.c.4.concl.7.* Qui bene addit cum *Bañes ibid.* idem dicendum esse, siue Indi illi authoritate publica, siue priuata rogẽt. Quia eadem est ratio. Immo nec tunc se Christianum negans respondendo ad interrogantis mentem, reus esset culpæ venialis mendacij. Quia iuxta interrogantis mentem verè respondet. Similiter dum est bellum fidelium cum infidelibus, si rogatus ab aliquo factionis contrarię, an sit fidelis, negaret se fidelem, non peccaret in fidei cõfessionẽ. Quod ea interrogatio reuera non de religione, sed de factione cuius est, intelligatur. Sic *Bañes ibid.* Simili rõne, si nomẽ catholici, vel Christiani sit alicubi solius nationis, vel gentis nomen, non autem religionis, negans se Catholicum vel Christianum, contra fidei confessionem non delinqueret. Quia solum est negare se esse virum illius nationis, aut gẽtis. Sicut si se Italum negaret. Sic *Azor tom.1.lib.8.instit.moral cap.27.q.1.in fin.*

9 Hinc deducitur peccare mortaliter in fidei confessionem, dicentem se Turcam, aut hæreticum, aut cuiusuis sectæ infidelem. Quod hoc negare se Christianum sit. Sic *Caiet.2.2.q.3.art.2.dub.1. & ibi Aragon. dub.vlt. Azor eod.c.27.q.1. & omnes.* Quod tamen intellige cum limitatione dicta nu. præcedenti, nempe, quando hęc vsurpantur iuxta interrogantis, & consuetudinis mentẽ, pro nomine religionis, vel sectę.

10 At negans se clericum, sacerdotẽ, vel religiosum, non peccaret in fidei confessionẽ, sed hoc esset veniale mendacium. Quia cum laici & non soli religiosi sint quoque catholici, non est hoc negare fidem, sed peculiarem statum. Sic *Caiet.Sum.verb.Habitus, in fi. Azor d.c.27.q.2.* vbi optime ait hoc etiã esse verum, etsi hęretici hęc perscrutentur (vt in Anglia passim fit) ad indagandum, an interrogatus fidẽ Ecclesiæ Romanę amplectatur. Quia cum eam quoque laici amplectantur, id nullatenus est negare fidem. Secus tamen ego censerem, si rogatus, an sit Papista (sic enim Catholicos hęretici appellant) id negaret. Quia id nomen est religionis Christianę.

11 Quare, nec clericus nec religiosus, dum transeũt per hęreticorũ oppida, vestes deponentes, ac sęculares induentes, vt incolumes euadant, nec cognoscantur, peccant. Quia cum vestes illę depositę non fidei, sed status signa sint, id non est negare fidẽ. Nec pręceptũ de vestibus ijs deferendis, vtpote humanũ obligat cum eo vitę periculo. Sic *Caie.2.2.q.3 ar.2.dub.1.in fi.* Et ibi *Aragon dub.1.in probat 2.concl. Philiar.de offic. Sacerd.to.1.p.2.l.3.c.9.paulo post princip.* Sed obijcies hũc facto mentiri, & sic peccare venialiter. Quia teste *D. Th.22.q.111.art.1.in corp.* mendacium non in solis verbis consistit, sed ẽt in factis, quoties per signa factorũ, vel rerũ quispiã aliquid veritati cõtrariũ significat. Et ideo forsan *Azor to.1.lib.8.inst.moral.c.27.q.2.* nõ dixit hoc esse licitum, sed hos nõ grauiter peccare, quasi significans admittere mẽdacium veniale. Sed respondeo simulationem facto aliquo tunc esse mendacium, quando simulans habet animum fingendi se talẽ: secus quãdo non intẽdit se talem fingere sed solum tacere, & bonis medijs statũ occultare, quid aliud celare. Vt docet *D. Tho.eod.ar.ad 4.* Atque ideo, si hi in eo facto se sæculares, aut laicos fingere intenderent, peccarẽt venialiter peccato mendacij facto ipso commissi; si autem nullam fictionem, sed solam

status

flatus celationem intenderent, nullatenus peccarent.

12 Nec peccaret etiam contra fidei confessionem, qui rogatus ab hæreticis an facrū fecerit, eidem ve interfue rit, mentiens id negaret: & si ad explorādam fidem interrogati id perscrutarentur. Quia hæc negare non est fidem negare. Ita *Azor eod.c.27.q.2.* Immo, & iudici heretico ea fub iureiurando interrogan di liceret respōdere negando, retento in iurantis mente, ita vt teneatur illi aperire. Sicut quando iudex non rogat iuridice, fatentur communiter Doctores. *Sic Nauar.lib.5.consil. tit.de haret.in 1.edit.consi.15.nu.2.in 2.consi.10.nu.5.*

13 Tertium dubiū est. An quando non obligat præceptū confessionis externæ fidei, licitū sit non tm̄ fidem celare tacendo, sed etiam verbis, aut factis simulando sectam contrariam nempè, vsurpando simulate verba, vel facta contrariam fidei sectam significantia. Vt genua coram idolis flectendo ad simulandam adorationem. *Adrianus 4.tract.de baptismo,q.1.art.1.in solutione ad 5. paulo ante Contra primam partem,* affirmat hoc licere ex causa vrgente, ac cessante scandalo. Et sic intelligit locum *4.Reg.5.* vbi Elisæus concessit Naaman adorare idolum simulate, dum dominum suum in templū eunıem comitaretur. Probatque id variis Sanctorum, ac Scripturæ testimoniis, & rationibus. Sed potissima est, q̄ hoc non sit negare fidem, id enim simulans non intendit, nec alienam profiteri, sed solum propriā celare ductus causa iusta. Et cum in omnibus aliis materiis quoties præceptum confitendæ veritatis non instat liceat simulatione vti: non est cur in hac id illicitum sit.

14 At dicendum est, id ob nullum mortis timorem licere, sed esse intrinsecè malū. Quod alijs allegatis, varij sq; Scripturæ. Sanctorumq; testimonijs, & rōnib. ꝓbat, ac ad contraria rñdet *Valentia 2.1.disput.1.q.3.punc.2. dub.4.* Et ratio est, quia sicut eodem affirmatiuo fidei præcepto præcipitur internus fidei veræ assensus, & externa eiusdem cōfessio. Sic eodem præcepto negatiuo, quo internus falsæ fidei assensus interdicitur, externa quoque eiusdem confessio prohibeti cēsetur. Cum eo dem modo externa veræ fidei cōfessio se habeat ad internum eiusdem assensum, quo externa falsæ fidei professio ad internum eiusdem consensum. Quare non est eadem ratio de simulatione in alijs materijs. Quod in illis simulatio non significet per se aliquid, q̄ semper sit falsum, sed ad vtrumq; significandum sit æquè indifferens. Et ideo nullo præcepto negatiuo prohibetur. Vt si quis se aliquid nescire simulet, ea simulatio non potius ex se falsum, q̄ verum significat. Pōt.n. & verum & falsum esse hunc nescire. Nec ea simulatio tunc actum falsum significat: esset.n. mendacium, quod nunquam licet. Sed significat aliā quandam veritatē à simulate cōceptam, præter cognitionē, & intentionē eius, qui deluditur. At simulatio verbis, vel factis, falsæ fidei, per se significat rē. quæ nunquam potest esse vera. Et ideo semper est prohibita præcepto negatiuo, quoad fidē nunq̄ negandam astringimur. Quare idē *Valentia eod.dub.4. in fol.ad 3.* intelligit eum locum *4. Regum 5.* vt verè Naamā petierit ab Elisęo concedi sibi adorare idolū simulatè, dum dn̄m comitaretur, vt ei motē gereret. At dicit responsum Elisæi dicentis illi, *Vade in pace,* non significare illius facti approbationem: sed merā permissionem. Quod Propheta non sperarct fore, & vt Naamam spreto domino, acquiesceret suo consilio. At (vt dixi lib. præced.c.7.nn.21.) non petijt Naaman licentiam simulandi adorationem idoli, sed genuflectendi, vt dominum adorantem sustineret, quo ei solitum obsequium exhiberet. Atque id tanquam licitum Propheta concessit.

15 Intelligitur autem hæc sententia, quando serio, & non ioco fides illa falsa simularetur. Quia si solum repræsentationis gratia, vt fit in comędijs, aut ioci causa id fieret: absque controuersia id licere omnes affirmant. Vt bene ait *Valentia eo.dub.4.*

16 Quarta difficultas est, an similiter dū præceptū confessionē fidei nō obligat, liceat gratia veræ fidei occultandæ ob aliquam causam iustam, vestibus, aut signis aliquibus infidelium, aut hæreticorum proprijs vti. Præmittendum est, dupliciter posse vestem, aut signum esse infidelium propria. Priori modo, quando vestis illa, & signum non sunt instituta, siue ex lege, siue ex consuetudine, causa distinguendæ religionis, sed tanquam propria alicuius nationis ex more patriæ, vel regni, siue talis vsus sit ad libitum, siue ex lege politica. Et sic non sunt propriè signa fidei falsæ, sed tantum propria alicuius gentis alioquin à vera fide alienę, & vt pertinet ad hanc, vel illam rempublicam politicam. Sicut mos est Lusitanis, aut Gallis aliter indui, quam Castellanis. Posteriori modo, quando lege, vel consuetudine instituta sunt causa distinguendæ religionis id est, vt homines vnius religionis distinguantur ab hominibus alterius: atq; ex habitu cognoscatur cuius quisque religionis sit. Atque sic sunt propria sectæ signa. Vt si lege, aut consuetudine inductum sit Turcas tali signo vti, vt vel sic cognoscantur, & à fidelibus distinguantur. Rursus signum, aut vestis hoc posteriori modo propria infidelium, possunt dupliciter esse instituta, primo modo, per se, & primariò ad falsæ sectæ professionem: ita vt vestis illa, & signum sint quędam illius falsę sectæ professio, & protestatio. Et ad hunc modum etiam pertinent vestes specialiter institutæ ad exhibendum cultum, vel ob sequium authori falsæ sectę. Vt apud Christianos sunt vestes sacerdotis, quas induit ad sacrificium missę offerēdum. Apud Iudęos est vestis sacerdotis summi. Apud Mauros vestis quędam depictam Mahumeti figuram habens. Secundò modo, quando non sunt instituta ad profitendam falsam sectam, sed ob finem politicum, eo quod ad bonum reipublicę regimen conducat eos discerni. Vt Romæ iussi sunt à Pontifice Iudęi quoddā signum flauum in pileo gestare, non quidem ad profitendum, vel protestandum iudaismum: esset enim iniquum mandatum, & cooperatio ad infidelitatem. Sed id institutum est ob finem politicum, vt à fidelibus di gnoscantur, & caueantur.

17 Constat ergo apud authores, licitum esse ex causa iusta fidelibus vti quocumque proprio infidelium signo, non gratia discernendæ religionis instituto, & hoc cessante scādalo. Quia cum ea signa ad religionem falsam minimè pertineant, nec ad homines illos falsæ sectæ, vt falsam sectam amplectuntur, sed vt ad hanc, vel illam rempublicam politicam pertinent, eas vestes vsurpare non est falsam sectam profiteri. aut indicare vtentem illis esse illius sectæ, sed potius indicant nationem, vel prouinciam, ex qua ille sit. Et ita fatentur authores vtriusque sententię statim allegandi. Dixi autem causam iustam desiderari, vt liceat, quam petunt *D.Anton. Angel.Sylu.Tabiena,Armilla,Toledo nu.seq alleg.* Quia id quædā simulatio, & occultatio veræ fidei est: ac proinde tanquam mali speciem habens indigent, causa excu santi proportionata.

18 Difficultas autem est, quando vestis & signum sunt falsę fidei propria, & instituta gratia discernendæ religionis, nimirum, vt dignoscantur, qui illius sectatores sint. Quidā dicut nunquam posse licite, & absq; mortali ea signa à fidelibus vsurpari. Ducuntur, quod id sit profiteri vtēiem esse illius sectæ falsæ. Quod semper est mortale contra nunquā negandæ fidei præceptum. Et cōfirmatur, q̄a nil refert, siue verbis, siue factis falsam fidem quis profiteatur. At verbis profiteri est semper lethale. Et sicut verba ex institutione hominum vnam tm̄ rem significant: sic etiam etsi vestes, & signa possint ex se multa denotare, vnum tñ ex illa lege, vel consuetudine significant, nempè, hunc esse illius falsæ sectæ. Tandem, quia etsi id signū nō sit institutum ad falsam fidem profitēdam, sed ad discernendos homines illius ob finem politicū, vt in exemplo Iudæorū dicebamus numero 16. id tamen signum includit falsæ illius fidei professionē, & mediate saltem, ac consequenter est signum falsę religionis: ita vt constet eo vtentem profiteri

teri se illo sectatorem eius. Atque ita sentiunt expressè loquẽtes, etsi id signum institutum sit causa discernẽdæ religionis ob solũ bonum politicũ: vt in exẽplo Iudæorũ, *Caiet. 2.2.q.3.ar.2. dub.1.in fi. Val.2.2.disp.1.q.3 pũct. 2.dub.4.& 5.vers. Et hoc etiam. Toledo lib.4.Sum cap.2. nu.7.* quamuis addat durum sibi videri, at ita dicit esse tenendum: eo quod communis sententia ita sustinet. Quæ in rebus moralibus validum est argumentum. Et eiusdem sententiæ sunt apertè alij Doctores, indistinctè, & vniuersaliter tradentes esse mortalẽ vsum signi præscripti ad discernendam religione falsam. Hi sunt *D.Ant.2.p.tit.12.c.6.ad fi. Cas.Sum.verb. Habitus, ad fi. Ang.verb.Infidelitas, nu.9. & verb. Fides nu.9. Syl verb. Apost.q.1.nu.4. & verb. Fides q.5.nu.8. & verb. Infidelitas, in fi. Arm.verb.Fides, & in fi. & verb. Infidelitas, in fi. Tab. verb Fides. q.vlt. & verb. infidelitas, in fi. Nauar. Sum.c.11. Hisp.n.25 Latine n.27.ver.4. Philiarc de offic. sacerd.to.1.p.2.lib.2.cap.9.paulo post princ.* Hoc temperat *Valent.eo dub.4.ad fin.su vers.est autem diligenter*, quando ea signa, vel facta solum vsurpari solent ad significandam, seu profitendam religionem falsam: secus si indifferentia ad eum finem, & ad alium sint.

19 At quamuis hoc sit satis probabile, probabilius mihi est, quando non vrget tunc externæ confessionis fidei præceptum, licere ex graui causa, vt ad vitandum mortis periculũ, his signis, & vestibus infidelium vti. Ducor quod cum ea vestis, & signum sint res per se mediæ, & indifferẽtes, eis vti nõ est profiteri falsam religionem. Vt laicus induẽs vestem monachalem vt prætoris manib. liberetur, vel monachus induens secularem, vt per loca hæreticorũ incolumis trãseat, nec peccãt, nec profitantur contrarium statum. Cum tamẽ sint vestes lege destinatæ ad horũ statuum distinctionem. 2. quia illud signũ non est professio, seu protestatio falsæ religionis. Alias infideles ipsum gestantes peccarẽt mortaliter, & iniquè pcepisset Põtifex, vt id gestarent Romæ Iudæi. Tertiò, quia inter voces, & alia signa latũ est discrimẽ. Quod cum voces suapiè natura ad significãdos animi cõceptus institutæ sint, cum primum hominum placito sunt institutæ ad aliquid significandum, vnum tãtummodo significant. Quare eis nil aliud potest quispiam significare. At vestes & alia signa etiam postquam sunt adhibita ex more gẽtis, & instituto ad aliquid significandũ, vt falsam sectã, cum suapta natura nõ sint ad id destinata, manẽt adhuc ambigua, & indifferẽtia ad aliquid aliud significandũ. Quippè sunt symbola, vel religionis, & sectæ, vel nationis, & gẽtis Atq; ita hãc partẽ sustinent *Palacios 4. dist.25. disp.4. Azor to.1.l.8. instit. mor.cap.27.q.4. Bañes 2.2.q 3.art.2.dub.2.concl.3.& ibi Aragon dub.1. concl.2. Rutilius Benzonius in tract.de fuga, li.1.disp.1.q.4. in solut.ad 4. Manuel 1.to.Sum.2.edit. c.119.n.5. Pet.de Led.2.to.Sum. tract.1.c.4.paulo ante 10. cõcl. Lud.Lop. 1.p.instruct.c.41.vers. Peccat mortaliter.* Atque ex dictis constat solutio ad rationes contrarias.

20 Sed quid, qñ vestis illa, aut signum non tm̃ sunt instituta ad discernendam religionem ob finem politicum, sed etiam ad illam profitendam, vel protestandã? *Aragon n.præcedenti allegat. & Ludouicus Lopez eo.c.41.vers. Accipiens habitũ*, dicunt esse illicitum ex quacunq; causas eis vti. At verius est contrarium. Quod id rationes num. præced. allatæ secunda, & tertia probãt. Nam institutio illa paganorum ad suam sectam profitendam, nõ potest naturã signorum horum alterare, & efficere ne adhuc ambigua, & indifferentia maneãt ad aliquid aliud significãdum. Nec obstat ipsos infideles peccare his signis vtendo. Quippè id euenit ex eo quod absque causa iusta, & animo suæ sectæ profitẽdæ id efficiũt. At fideles vtuntur ex causa iusta, nec causa alienæ sectę falsæ profitendæ: sed ad celandam propriam fidem, qñ eã manifestare non tenẽtur. Et ita tenet *Azor ea.q 4.in fi.* Sed hoc ĩtellige cũ limitatione, quã n.27. apponemus.

21 At nõ admitterem id licere, quando vestes destinatę sunt ad authoris falsę sectę cultum, eo modo, quẽ n.16. explicuimus. Quod vestes illæ maxime ad falsam religionem pertineant, ac illam concernant. Ita docent *Bañes concl.4. Aragon concl.2. Pet. de Ledes. & Man.nu. 19.alleg.* Et apertè sentit *Rutil. Benzonius ibi alleg.* dum ait licere fidelib. vestes infidelium vsurpare, dummodo illæ falsam religionem non concernant.

22 Hinc deducitur, excusari Christianos in triremibus signis Turcarũ vtẽtes, vel vt incolumes euadãt, vel ne à Turcis existimãtib. eos Turcas captiui ducantur. Et similiter excusant speculatores Christiani (vulgò *espias*) qui vt celẽtur arcanaque Turcarum speculentur, & detegãt, vtuntur eorum lingua, & habitu. Sic docet *Rutil. Benzonius n.19.alleg.* Idq; rationes ibi adductæ pbant.

23 2. Deducitur, licere, quoque Catholicis contra hęreticos aut infideles pugnantibus affigere suis vexillis signa. quæ hæretici, aut infideles in suis gestare solent, eorumve habitum induere quo vel interitum caueant, vel eos incautos, deceptosque comprehendant. Quia ea signa non sunt falsæ religionis, aut sectæ, sed principis, sub quo exercitus militat, & sunt ex se indifferentia. At si signa non essent ex se indifferentia sed ad falsam fidem determinata, illamque concernerent, non liceret. Vt imago Mahumeti in vexillis Maurorum depicta: vel Martis, Mercurij, vel aliorum, quos vt Deos gentes colunt. Quod sint per se falsæ sectæ signa, ac per illa cultus exhibeatur Mahumeto, aut dijs illis. Sic *Azor to.1.l.8.insti.moral.c.27.q.6.*

24 3. Deducitur quid ad eã qõnem dicendum sit. An liceat fidelib. per loca infideliũ, aut hæreticorũ transeũtib vel in hospitijs, vel in sociorũ comitatu, cibis interdictis vesci, vt carnib. in dieb. vetitis, quos si respuant, prodũt se Christianos & ob id grauis damni periculum subeunt, vt carceris, tormẽtorum, amissionis bonorũ, vitæ. Et quidẽ si carnib. oblatis minimè vescantur, ptexẽdo, & simulando aliam causam longè a religione diuersam non peccant contra fidei confessionem, nec si nõ mentiantur, aliquam aliam culpam admittũt. Quia tunc sola religio Christiana celatur, nec est tempus, quo eius confessio obligat. Sic docet *Azor eo lib.8.inst mor. c.27.q.3.* Illud autem mendacium falsam causam prætexẽdo admissum est veniale. Quia cum minimè fidei confessioni opponatur, est tantum officiosum.

25 Maior aũt difficultas est, si celandæ religionis causa carnib illis sibi oblatis vescantur *Valentia 1.2.disp.7.q. 15.punc.6.q.4. casu 4.* ait qñ obseruatio legis censetur in aliquib. locis velut signũ & tessera catholici animi. ob nullũ mortis timorem licere eam trãsgredi. Vt si quis in locis hęreticorũ vesceretur extra necessitatis casum feria sexta carnib. in quibus locis Catholici ab hęreticis, vel maximè discernũtur p eiusmodi legũ Ecclesiasticarum obseruationes, culpa mortali non liberaretur. Et põt probari, quia cũ in huiusmodi locis vescentes carnibus hæretici censeantur, vñr hi facto ipso se hæreticos profiteri: & ita aduersus fidei confessionem delinquere. At verius est hos non peccare, nisi vel aliorum sit magna offensio: aut nisi exploretur, & tentetur eorum religio authoritate publica, vel inde religionis nostræ despectus oriatur. Quia extra hos casus cessat scandalũ, nec est casus, quo præceptum cõfessionis fidei obligat. Nec carnibus vesci est eorũ hæreticorũ sectã facto ipso profiteri, fidemque negare. Quia carnium esus per se nõ est infidelitatis, aut hęresis nota, aut professio, sed p se indifferens est, ac multis ex causis quispiã eo vti põt: quamuis per accidens hæretici talem esum ad hęreticę perfidię signum trahant. Non ergo erit cõtra fidei confessionem. Sicut n.19. idem diximus de alijs signis ex se indifferentib. institutis tamen ad infidelitatis notã. Sic docet *Azor t.1.l.7.inst.mor.c.29.q7.ad fi.& l.8.c.27.q.3.* quamuis in hoc posteriori loco, initio, dicat hos grauiter non peccare, quasi sentiat veniale admittere: at in fine, & in priori loco dicit, & meritò hos nullius culpæ reos esse. Id enim ratio allata probat.

26 Quartò deducitur, quid sentiẽdum sit de catholicis, qui

qui in hæreticorum oppidis, eorũ templa adeũt, preces fundunt, rem diuinam, coocionesque hæreticas audiũt non vt hæreticã fidem eo actu profiteantur, sed vt hæreticorum errores notẽt. Et constat quidem eos peccare, qñ scandalum, seu offensio in aliorum catholicorum animis generaretur. Vel cõicaretur in cæremonia aliqua hæretica. vel peruersionis propriæ periculum esset. Quę manifesta sunt, ac bene *allegato Nauar.* docet *Azor lib. 8. instit. mor. c. 11. q. 4.* Prætcrea rõne participationis cũ illis hæreticis, etiamsi notorij excõicati sint, nõ peccant hi catholici. (Vt dicemus c. 9. num. 5.) quia nondum de nnnciati de excõicatione sunt. Sed difficultas eo pertinet an hæc cẽseantur quædam hæreticę fidei professio, & sic peccent hi contra fidei confessionem. *Valen. 2. 2. disp. 1. q. 1. punc. 2. dub. 4. in fi.* censent hos tantum excusari, ne hæresim profiteri videantur, & sic peccent contra fidei confessionem, si in eis locis non a solis hæreticis, sed ab alijs ea qnoque auditi soleant ad errores notandos. *Azor* autem *tomo 1. lib. 8. insti. moral. cap. 27. q. 5.* dicit tunc hæc quasi hæreticæ prauitatis signa vitanda esse ratione scandali. Quare nullã aliam culpæ rationem præterquam scãdali in hoc videtur agnoscere. At sicut diximus n. 19. de signis ex se indifferentib. institutis tanquam falsæ religionis symbolis, tantum esse licita, quando maximi damni vitandi necessitas eis cogit vti, nec tunc pręceptum confessionis fidei obligat: ita dicẽdum est de his. Quia quando soli hæretici in ea templa ad illa audienda confluere solent, id est hæreticæ prauitatis symbolum consuetudine institutum, quamuis ex se indifferens sit. Et ideo eadem est ratio, ac de illis.

27 Quod si princeps hæresi infectus sub grauibus pęnis, vt mortis, aut publicationis bonorum iubest omnes hæreticorum templa adire, vt hæreticas conciones audiant, ac heteticorum conuentionibus interfint: licebit catholicis obedire, si solus principis iubentis animus sit, vt omnes suis preceptis obtemperent. Quia catholici obedientes solam debitam principi obedientiam præstant, nec ad aliquid mali cõcurrunt. Si autem eius animus sit, vt eo tanquam hęresis symbolo, catholici eam profiteãtur, & vt hæretici discernantur a catholicis, nõ licebit obtemperare. Quia per id mandatũ est quędam hęresis professio, illuc adire: magnaque offensio alijs catholicis datur, nisi catholici adeuntes protestetur publice se non adire causa hęresis profitendę, sed parendi principi. Quia ea publica protestatione scandalum catholicorum cauetur: nec censetur aditus ille professio hęresis. Atq; iniqua principis vexatio declinatur. Sic tradit *Azor to. 1. inst. moral. lib. 8. c. 11. q. 5.* Atq; probari potest hęc sna duplici ratione. Prior est, quia huiusmodi templa adire non est intrinsece malum, vt de se constat: sed tota illius malitia ex circumstantijs adiunctis contingit, nimirum ex scandalo inde pullulanti, aut periculo infectionis, aut eo qd sit signũ distinguens hęreticos à catholicis, ac proinde catholici illuc confluentes videntur eo signo se hæreticos protestari. At hæ circumstantiæ possunt facilè caueri. Scandalo enim occurritur publica adeuns protestatione, qua se non causa hæresis profitendæ adire protestetur, sed sola obtemperandi mandato principis, & tuendæ propriæ vitæ causa. Periculum peruersionis cauetur, qñ eiusmodi est adiens, vt eius firmitate, & constantia dubitare non liceat. Nec id signum reputatur cõiter, quasi distinguens sectam. Posterior rõ est ex illo 4. *Reg. 5.* vbi Eliseus permisit tanquã licitum Naaman comitari dñm templa idolorum adeũtem, ac cum illo genu flectere coram idolo ac humeris sustinere illũ idola adorantẽ. Quod eius intentio nullatenus esset ei adorationi auxiliũ ferre, sed solũ debitũ dño obsequium præstare Cũ ergo similis sit catholicorũ ea templa ex regis mandato adeuntiũ in entio, & lõgè aliena ab hęresis professione, non est cur damnetur. His tamen minime obstantibus, dicendum est id nulla tenus licere, sed potius mortem obeundã. Quod vnanimi consensu multi viri doctissimi ab Anglicanis catholicis consulti subscripsere. & tandem Paulus Quintus de hac re tãquam maximi ad religionem momenti ab eijsdem consultus definiuit suo proprio motu. Ad cuius rei intelligentiam præmittendum est, semper habitum esse tanquam licitum in Anglia adire templa hæreticorum ob negotium aliquod ciuile peragendum. Vt fas est ei, qui ex prioratibus gladium, vel sceptrum ante regem ferebat, ingredi cum rege in ea hæreticorum templa, quando officia hæretica ibi celebrabantur: & similiter licuit semper famulis, & famulabus heros, ac domi nas comitari, certi officij, ac ministerij præstandi causa, ea templa adeuntes: dummodo nec in ritibus, nec in precibus, cum hæreticis communicarent. Hoc enim est materialiter tantum illas Ecclesias adire, quæ hæreticorum sunt, & solius negotij ciuilis causa: non autem est ingredi formaliter, cum non ratione alicuius talis cultus, aut templorum venerationis ingressus fiat, qualis esset etiam quando ratione solius curiositatis. Sicut etiam integrum esset templa illa ingredi, si Rex Senatoribus aliquib Catholicis præciperet in templa illa cõfluere ad consultationem aliquam de rebus ciuilibus habendam. Nec in his casibus vlla Catholicorum protestatione illuc ingrediẽtium opus est, aut vnquam fuit. Cum causa ingressus sit manifeste ciuilis, ac ab omni prorsus malitia aliens. Quod exemplum Naaman proxime pro contraria sententia allatum confirmat. Quippe solius ciuilis negotij causa, ac obsequij temporalis exhibendi domino est illi ingressus permissus. Sed dubium præsens est, num. Catholicis liceat iussu regis eas Ecclesias adire, non vt ritum aliquem hæreticũ faciant, nec ob expressum negotium ciuile, aut obsequium temporale præstandum: sed medio quodã modo vitandam mortis pœnam, & ad præstandam ciuilẽ regi obedientiam. Et quidem si sola hæc ciuilis obediẽtia peteretur, non dubium quo id liceret. At regis edictum plus petit, aditum enim illum exigit, vt ex eo dignoscantur, qui hæresim profiteantur, quive Catholici sint: & vt ritus hæretici honore quodam celebrentur. Quod ex ijs edicti verbis constat *Modeste etiam atque sobrie, dum preces persoluuntur, se gerere, & c. sq; ad finem dictarum precum & concionum ibi manere teneantur.* Et ideo nulla ratione eis Catholicis licere huic edicto obtẽperare ingrediendo alia intentione, nempe, euadendi mortem, & solius obedientiæ ciuilis exhibendæ, est iure optimo à viris illis doctis existimatum, ac motu proprio Põtificio decretum. Idque probatur primo, quia vel ea protestatio fit coram solis Catholicis, & hęc non aufert hæreticorum scãdalum: nec omnium etiam Catholicorũ, cum non omnes ei protestationi præsentes esse valeãt. Si aut publicè fiat coram omnib. Catholicis, & hęreticis, magistratus hæretici eam non permittent: aut si alicui permiserint, id erit in fraudẽ, vt alij Catholici eam facere audeant, & omnes comprehendatur, & tanquã tales morte damnentur. Et ideo periculum mortis non cauetur. imò crescit. Adde nec adhuc eam protestationẽ in omnium notitiam venire posse, vt sic aliorum scandalum vitetur. 2. Quia nullatenus potest peruersionis periculum vitari ea protestatione. Nemo enim suæ in fide stabilitati ita fidere debet, vt existimare debeat nullum sibi periculum imminere præsentia exhibita illis ritibus, & concionibus hæreticis: et si ipse ita stabilis sit, alijs fragilibus eius exemplo ad ingressum ductis id periculum imminebit 3. Quia cum hoc pręceptum adeũdi ea templa sit indictum à magistratu hæretico, ea potissimum causa, vt Catholici omnes se conformes in adeundis Ecclesijs, & in hæretici cultus professione exhibeant: vt ex ipsa edicti inscriptione, atque argumẽto patet: non videtur in dubiũ verti posse, quin hic aditus Ecclesiarum sit symbolũ fidei profitendæ distinguens hęreticos à Catholicis in Anglia. Quod & recepta ibi consuetudo attestatur. Quippè hęretici gloriantur Catholicos illuc confluentes iam religionem Christianam deseruisse & reliq Catholici illos desertores existimãt.

Et

Et cōfirmatur, quia vbi primum Catholici templa illa adierint, iubēdi sunt cantare, orare, genuflectere, instar aliorū hæreticorum, ac proinde in ritib. cum illis cōicare: & eo obtento exigetur, vt synaxim quoque hæreticā sumant, & authoritatem Romani Pontificis, & articulos fidei contrarios suis hæresibus negent. Quod iam in Scotia, atq; alibi factū fertur. Quapropter initijs omnino obuiādum est, ne vlterius ad animarum perniciem pertrahātur Catholici. Tandē, quia hæc obedientia exterior, atq; edicti obseruatio, minimè a magistratu hæretico exigitur ad obseqiū aliqđ ciuile, aut tēporariū præstandū, sed in Catholicæ religionis odiū, & ad hęreticā sectam profitendam: & tanquā signū deserēdæ Catholicæ, & accedendi ad hæreticorum gremium: sicut eadem rōne petitur confessio supremæ potestatis spiritualis regis Anglici in suo regno. Sicut ergo confessio hęc nullatenus licet, ita nec ille Ecclesiarū ingressus. Atque ex dictis constat solutio ad contrarias rationes.

18 Vltima difficultas est. An liceat aliqñ omittere signū institutū publica lege, aut cōsuetudine ad veræ fidei cognitionē? Vt si Turca legē indicat, aut consuetudine sit indicta, vt oēs fideles in eo regno habitātes, vtātur certa veste aut signo, quib fideles esse cognoscantur: an liceat fidelib ea dimittere, ne agnoscātur? *Caiet. 2.2.q.3. ar.2.dub.1.* duo asserit. Prius est, si illud signū nō sit primariò, & per se institutū ad fidē veram profitēdam, sed ob finē politicū, gratia discernendi fideles ab infidelib. sicut nu.16. diximus esse Romæ institutū signū, quo discernantur Iudæi a fidelib. ob politicū gubernationis finē: tunc licebit fidelib. ea ob aliq̃ causam grauem dimittere. Quia ea dimissio nō habet vim negationis fidei, nec hæ leges obligant qñ grauis aliqua causa eas trāsgrediēdi subest. Posterius est, in nullo euentu licet id signū dimittere, si institutū sit ad significandam veræ fidei professionē: & ea lex sit in viridi obseruātia, ita vt ab omnib. aduenis, transeūtib. & habitantib. obseruetur: secus tñ, si nō sit in viridi obseruantia, sed a quibusdā obseruetur, ab alijs autē violetur. Ducitur autem ad hoc asserendū. Quod ea lex, & cōsuetudo in viridi obseruantia persistētia, vim interrogationis de fide authoritate publica factæ sortiatur: atq; dimissio habitus illius sit quædā fidei Catholicæ occultatio. At interrogatus publica authoritate de fide, eā occultās, peccat semper mortaliter. (Vt diximus n.6.) Ergo hic dimittēs erit culpæ mortalis reus. Secundò, quia dimissio eo habitu existimabitur dimittes ille ex infidelium numero. Hoc aūt est quædam manifesta fidei negatio. Atque eiusdē sniæ vř *Nau. Sum. Hisp. c.11. nu.25. in Lat. eo. c.11. n.27. vers. Quarto,* ait enī minimè peccare dimittētem signū, aut habitum Christianismi: vt rectè docuit *Caiet 2.2.q. 3.ar.2. in dub.1.* atq; proinde videtur apertè approbare sententiam *Caiet.* in hoc loco, q̃ hucusque exposuimus.

19 Sed multò verius est, ēt in hoc posteriori casu licere fidelib. ex causa graui iusta, vt pro saluanda vita, eā vestem dimittere: si absque scandalo id fiat: nec tunc occurrat tēpus, quo pręceptum confessionis fidei obliget. Duplici n. nomine posset dimissio hæc culpæ tribui. Prius est rōne transgressionis legis. Et hoc nō: quia aut ea lex est iniusta: ac proinde vi obligādi caret: aut si iusta sit, minimè obligat cū tanti damni periculo. Posterius est, eo qđ ea lex vim interrogationis publica authoritate factæ habeat. Et hoc etiam non. Quia cum ea lex nil interroget, sed solum modum fidei illo signo profitendæ præscribat, vim interrogationis minimè habet. Nec vt confessionis fidei præceptum obliget, satis est fore, vt non confitendo fidē existimetur quispiā infidelis, sed oportet instare necessitatē confessionis fidei, ob magnū Dei honorem, vel proximi vtilitatem. (Vt n.5. diximus.) Quæ hic non concurrunt. Et ideo huius sniæ sunt *Valen. 2.2. disp.1. q.3. puncto 2. dub. vlt. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. cap.119. num.5. Ludou. Lopez 1. p. instruct. cap.41. versic. Accipiens habitum. Bañes 2.2.q.3. artic.2. dub.2. conclus.4. & ibi Aragon dub. vlt.*

CAPVT V.

De externa fidei professione iuxta Tridentinum facienda.

SVMMARIVM.

An peccent mortaliter parochi canonici, vel dignitates, Epi non facientes fidei professionē iuxta Trid. sess.24. c.12. nu.1.
An canonici exempti teneantur ad hanc fidei professionē, n.2.
Quid de prælatis regularibus, nu.3.
Quid de Doctoribus, ac magistris cuiuslibet facultatis: & an eos promouentes, absque præmissa fidei protestatione excommunicati sint, nu.4.
An qui intra tempus in Tridentino præscriptum non emiserunt eam, teneantur eo transacto emittere: & prosit ad fructus quæsitos, & quærendos, nu.5.
An professionem fidei alio titulo omissam teneantur ratione beneficij emittere iterum, nu.6.
An satisfaciant emittendo per procuratorem, nu.7.
An eam omittens perdat beneficij titulum, nu.8.
An ea omissa tunc possessio triennij iuxta regulam de triennali, vt titulus beneficij solum coloratus, legitimus fiat, nu.9.
An eam non emittens teneatur ante iudicis sententiam, distribuziens omnes quotidianas, anniuersaria, pauperibus, vel fabricæ Ecclesiæ, & fructus omnes beneficij perceptos & percipiendos restituere, nu.10.
An ab hac restitutione excusetur per regulam de triennali, si triennio possederit, nu.11.
An illa possessio conferat ad præscriptionem fructuum bona fide possessorum, nu.12.
An ignorantia prædictæ obligationis excuset ab hac fructuum restitutione, nu.13. & ibi, quid quando procurator, cui data est potestas facienda huius professionis, illam omisit.

1 IN *Trid. sess.24. c.12. de refor.* statutum est, vt prouisi de beneficijs, quib. animarū cura subest, teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manib. ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius vicario, orthodoxæ fidei publicam professionem facere: & in Romanæ Ecclesiæ obedientia iurent se pmansuros. Et prouisi de canonicatib. & dignitatib. in Ecclesijs Cathedralib. non solum coram Episcopo, seu eius officiali, sed ēt in capitulo idem facere teneantur. Alioquin prædicti oēs fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur. Et *sess.25. c.2. de refor.* statuitur, vt quicunque in posterum in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos promouendi eādem fidei professionem faciāt in prima synodo prouinciali, cui interfuerint. Ex quib. constat, ad hanc fidei professionē non teneri pūisos de canonicatibus, aut dignitatib. in Ecclesia Collegiali. Nec prouisos de portionib. (vulgo *raciones*) aut alijs capellanijs in Ecclesijs Cathedralib. Nec eos, qui de beneficijs parochialib. non prouidentur: sed Episcopus eos parochos constituit. Vt contingit in diœcesibus, in quibus nulla sunt parochialia beneficia. Cōstat ex cōtextu Tridētini certas personas ad hanc fidei professionem obligantis, sub quib. prædictæ non comprehendūtur. Hoc autem pręceptum professionis fidei faciendæ obligat sub mortali. Vt bene docent *Manuel 1. to. Sum. in 2. edit. c.119. n.9. Pet. de Ledes. 2. to. Sum. tracta. 1. c.4. concl.10.* Quod grauibus verbis, & sub graui pœoa impoaatur in prædicto decreto.

2 Nec à prædicta fidei professione in manibus Episcopi facieoda excusantur canonici exempti ratione suæ exemptionis. Quia Episcopis subiacent, quoad ea q̃ pertinet ad beneficia Episcopis subiecta. Vt latè *Felinus c. dilectus, el 2. a nu.9. de rescrip.* Sic tradunt *Nauar. lib.2. consi. in 2. editione, tit. de iuretur. toto consi.9. Petrus de Ledesma d.c.4. post 10. conclus. diffic.5.*

3 Quamuis autem Tridentinum non obligarit prælatos ad professionem fidei faciendam. Vt Pius IV. in quodam motu proprio incipienti, Iniunctum nobis, vbi formam huius fidei professionis tradidit, extendit prędictum Tridentini decretum ad omnes religionum prælatos, etiam militiarum, obligās omnes eos, vt professio-

fesſionem fidei faciant. At ſufficeret intra bimeſtre ab adepta poſſeſsione ſuæ præfecturæ, hanc profeſsionem facere. Sicut Trid. decretum nu. 1. relatum explicat de ijs ad eam profeſsionem per id decretum relatis. Sic *Nauar. lib. 1. conſi. in 1. edit. tit. de ſumma Trin. toto conſi. 2. in 2. lib. 2. tit. de iureiurand. toto conſi. 10. Manuel 1. to. ſum. 2. edi. c. 110. n. 7. & q. regular. to. 2. q. 72. art. 1. Emmanuel Sà ſumma, verbo Fides, in fi.* Sed *Capuccinus ſuper priuileg. mendicantium, ver. Profeſſio fidei, notab. 1.* ait Cardinalium congregationem, & alios doctiſsimos viros conſuluiſſe non eſſe in vſu, & ſic iam obſeruari. At *Pet. de Ledeſ. d. c. 4. in fi.* refert hanc quarundam religionũ conſuetudinem: nec illam approbat. At quidquid de eius initio ſit, dicendum eſt in religionibus, in quibus ea conſuetudo non eſt, non teneri prædictos prælatos eam fidei profeſsionem emittere. Quod vel id decretũ in eis receptum non ſit; vel conſuetudine abolitum. Vt *Capuccinus, & per eum relati* ſentiunt.

4 Similiter Pius V. in alio motu proprio incipienti, In ſacroſancta, decreuit ad hanc fidei profeſsionem teneri omnes Doctores, Magiſtros, Regentes, & alios cuiuſuis artis, ac facultatis profeſsores, ſiue clericos, ſiue laicos, ſiue regulares, qui in quibus vis vniuerſitatibus, aut gymnaſijs publicis, aut alibi, qui lectoris ordinariam, aut extraordinariam cathedrã aſſequi voluerint, aut obtentam retinere, ſeu Theologiam, Canonicam, vel ciuilem cenſuram, Medicinam, Philoſophiã, Grãmaticam, vel alias liberales artes vbicunque publicè, vel priuatim profiteri voluerint, ſeu lectiones aliquas in facultatib. huiuſmodi habere, vel exercere voluerint. Inſuper decreuit omnes promouentes eos, qui dictam fidei profeſsionem non fecerint, excõicationem latæ ſententię incurrere: & priuationem eo ipſo beneficiorũ oĩum, dignitatum officiorum, feudorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitatis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda. *Manuel q. regul. to. 2. q. 72. art. 2.* ait hanc excõicationem, & pœnas incurrere tam promouentes, q̃ promotos. Sed melius *Capuccinus ſuper priuil. mendic. verb. Profeſſio fidei not.* 4. dicit has pęnas ſolis promouentibus & permittentibus ſtatutas eſſe. At legentes, ſeu promotos ait peccare, at nullitatem gradus, ſeu promotionis incurrere. Refert ẽt ibi congregationem Cardinalium explicuiſſe comprehendi quoque legentium pęnis docentes prima grammaticæ, arithmeticæ, muſicę, & aliarum artium liberalium rudimenta, etſi publicam ſcholam non faciant ſed in proprijs domibus doceant. Tãdem bene aducrtit prædictam excommunicationẽ eſſe Epiſcopalem. Quia in eo motu proprio eius abſolutio non reſeruatur. Sed vt de alio ſimili motu proprio dixi num. præced. vſu receptum in aliquib religionibus non eſſe, & ideo in illis non obligare: ſic nec hic eſt in omnibus locis receptus, & in ijs non obligat.

5 Quod ſi obligati ad profeſſionẽ fidei intra bimeſtre faciendã, iuxta Trid. decretum nu. 1. relatũ, intra id tẽpus eã non emiſerint, tenentur eo tranſacto. Quia non in tpis honorẽ, ea tp.s aſsignatio adhibita eſt, ſed ſolũ vt terminus obligationis implendæ: in quo caſu tranſacto termino non ceſſat obligatio, *l. Celſus. ff. de recept. arbitr.* At ea fidei profeſſio poſt bimeſtre facta minimè prodeſt ad fructus præteritos ob eius omiſſionem deperditos recuperandos: ſed ſolum prodeſt, ne in poſterum perdãtur. Quia cum præteriti ſemel deperditi ſint, nõ poſſunt amplius recuperari. Sic hæc omnia docent *Nau. lib. 1. conſi. in 1. edit. tit. de ſum. Trin. cõſi. 4. n. 1. & 3. in 2. li. 2. tit. de iureiur. cõſi. 11. n. 1. & 3. Manuel 1. to. ſum. 2. edit. in c. 119. nu. 7. Pet. de Ledeſ. 2. to. ſum. tract. 1. c. 4. poſt 10. concl. diffic. 4. Azor to. 2. inſt. mor. lib. 7. c. 2. q. 4. & 5.*

6 Si autẽ prædictam fidei profeſſionem publicã dictitã emiſerint alio titulo, vt Doctoratus quãuis immemores obligationis illius faciendæ ratione beneficij antea adepti, ſatis erit, nec tenebuntur eam iterare. Quia mẽti Tridentini ſatisfactum eſt. Ita *Nauar. eod. tit. de ſum. Trin. conſi. 3. in fi.* Et *eo. tit. de iureiuran. conſi. 12. in fin. Manuel q. regular. tom. 2. q. 72. art. 3.* Si facta profeſſione fidei transferatur canonicus ad aliam Eccleſiam: quidam dicunt non teneri iterum, quando eſt in eadem Eccleſia Alij dicunt teneri. Quos tacito nomine refert, & ſequitur *Azor eo. cap. 2. q. 8.*

7 Sed quæres, an hæc fidei profeſſio per procuratorẽ fieri poſsit. Affirmant aliqui. Quia regulariter, quidquid poteſt quiſpiam per ſemetipſum facere, poteſt per procuratorem, *l. 1. ff. de procurat. regula, Qui per alium de regul. iuris, in 6.* Item quia iuramentum poteſt per procuratorem præſtari, *c. finali, de iuram. cal. in 6. cap. 1. §. Verum, de ſtat. reg.* Ita ſentiunt *Nauar. l. 1. conſ. in 1. edit. tit. de Sum. Trinit. conſi. 4. nu. 2. in 2. l. 2. tit. de iureiurand. conſil. 11. nu. 2. Petr. de Ledeſma d. c. 4. poſt 10. concl. diffic. 6. Azor eo. c. 2. q. 6.* Sed *addit. ad Nauarri conſi. eo. c. 11. in fin.* ait referri cõgregationẽ Cardinaliũ cenſuiſſe cõtrariũ. At exiſtimo poſſe fieri per procuratorem. Quòd nullũ verbũ ſit in prædicto Tridentini decreto ſignificans per propriam perſonã hanc fidei profeſſionẽ neceſſario faciendã. Maior autẽ difficultas eſt de fidei profeſſione, q̃ electi in Epiſcopos, aut ad alium Epiſcopatum tranſlati, ex Pontificis præſcripto, eiuſq; cõmiſſione ſignantis Epũ, in cuius manibus emittenda eſt, faciunt. His diebus Epiſcopus Malacitanus eã per procuratorem emiſit in manibus Epiſcppi Guadixenſis. Qui & retulit alium, quoque Epiſcopum ſimiliter per procuratorem eam emiſiſſe. At ego nullatenus id fieri poſſe credo: duoſque viros doctiſſimos de hac re conſului, & idem ſenſere. Ducor ex verbis bullæ Pontificiæ committentis certo Epiſcopo, vt prædictam fidei profeſſionẽ nomine ipſius Pontificis acceptet. *Ne propter hoc ad ſedem Apoſtolicam accedendo perſonaliter, laborare cogatur: volentes parcere laboribus, & expenſis fraternitatis veſtræ committimus. &c.* At ſi poſſet præſtari per procuratorẽ, non opus eſſet labori, nec expenſis parcere, nec alicui Pontificem vices ſuas committere, vt nomine ipſius acceptet. Sed poſſet Epiſcopus Romano procuratori poteſtatem dare, vt nomine ſuo in Pontificis manibus prædictam fidei profeſſionem emitteret.

8 Hactenus de ijs, qui fidem profiteri tenentur, & de modo profitẽdi diximus. Supereſt de pœna non profitentium agere. Tridentinum (vt n. 1. retulimus) eam pęnã appoſuit, vt fructus beneficij non faciant ſuos, nec eis ſuffragetur benefici; poſſeſſio. Ex quibus verbis poſſet quiſpiã exiſtimare hoc perdere ipſum beneficij titulũ. Quia ſine profeſſione titulus nihil confert. Poſſeſſio autem perinde eſt, ac ſi capta non fuiſſet: cùm ex Tridentini prę́ſcripto nil ſuffragetur. At abſque dubio non amittitur titulus. Quia id ibi non exprimitur: & ſolum vult id decretũ, ne poſſeſſio ſuffragetur, quoad fructus beneficij acquirẽdos, dum ea fidei profeſſio emiſſa nõ fuerit. (Vt num. ſequenti, 11. & 12. videbimus.) Et ſic docent *Petrus de Ledeſma 2. 1. 2. Sum. tract. 1. c. 4. poſt 10. concluſ. diffic. 4. & Azor tomo 2. inſti. moral. lib. 7. c. 2. q. 3.*

9 Hinc deducitur poſſidentem triennio beneficium titulo colorato, etſi profeſſionem fidei non emiſerit iuuari ea poſſeſſione, vt titulus reddatur legitimus, illudque deinceps pacificè poſsidere valeat. Iuxta regulam Cancellariæ de triennali poſſeſſore. Quia etſi ad hoc neceſſaria ſit poſſeſsio eiuſq; ſuffragium, & Tridentinũ pręſcribat ne huic ſuffragetur poſſeſsio. At ea verba de ſolo ſuffragio ad acquirendos fructus accipiẽda ſunt. Tum quia continent pęnam, & ſic reſtringenda ſunt: eò vel maximè, ne regula de triennali litibus obuiandis, ac bono publico vtiliſsima corrigatur. Tum etiam quòd verba iuxta ſubiectam materiam accipienda ſint. At Tridentinum ibi de ſola fructuum beneficii amiſsione tractabat. Et ideo hoc tenent *Nau. lib. 5. conſ. in 1. edit. ti. de verb. ſignifi. toto conſi. 5. in 2. lib. 1. tit. de iure iurand. toto conſi. 8. Manuel 1. tomo Sum. in 2. edit. cap. 119. nu. 7.*

10 Sed ſpecialis difficultas eſt, an nõ profitẽs fidẽ intra id bimeſtre, ita fructus beneficii perdat, vt nulla iudicis expectata ſententia teneatur eos reſtituere. Affirmant

Azor

Azor to.2.inst.mor.li.7.c.2.q.1.ver. Queres, an ob professio. & Pet.de Ledes.d.c.4.post 10.concl.diffic.1. Ducitur, quia Tridentinum statuit possessionem huic nō suffragari. At si nō possideret, nullatenus acquireret fructus. Deinde, quia statuit, ne hic fructus faciat suos. Tenetur ergo eos tanq̃ rem alienam restituere. Quãuis autē hoc sit satis probabile: mihi tñ probabilius est nō teneri restituere, donec condēnetur. Ducor, quia *Nau.lib.1. consi. n 1.edit.tit.de sum.Trin.consi.3.n.1.in 2.lib.2.tit.de iure.v.consi.12.n.1. & Manuel q.reg.to.2.q.71.ar.3* sunt clarè huius sententiæ, dicunt em̃ hoc decretum esse pœnale, ac proinde, etiamsi pœnam ipso iure irroget, non obligare in foro conscientiæ. Secundò, quia quando Tridentinum vult obligare in foro conscientiæ ad restituendum non expectata iudicis sñia, non solis ijs verbis, *Fructus non faciat suos*, id explicat, sed vlterius progreditur. Vt constat ex *sess.2 :.c.1.de refor* vbi volēs non residentem obligare ad fructus statim restituendos, sic ait. *Statuit sancta synodus cum pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscien ia aliunenam declaratione eos sequuta eos detinere posse, sed teneri fabrica Ecclesiæ, aut pauperibus erogare.* Et Pius V. in motu proprio, in quo nō recitantes obliga.uit ad fructus restituēdos non solum dixit, vt fructus non faciat suos sed statim hæc addidit, *Sed eos tunquam iniustè perceptos in fabricas ipsarum beneficiorum, vel pauperū eleemosynas erogare tene tur.* Cum ergo in hoc decreto non processerit vlterius Tridentinum, sed illis solis verbis contentū sit, *Fructus non faciat suos*, nec cum fuit restituendi designatio signū est noluisse ante sñiam iudicis declaratoriam obligare ad restituendū.3. quia in dubio non est præsumendū voluisse legislatorē obligare ad pœnam ante sententiam. Vt bene tradunt *Nau.sum.Hisp.c.28. additione ad nu.66.c.23. & Simancus de ca h.ini.c.19.nu.127.* Et ratio est, quia in pœnis est benignior interpretatio facienda *c In pœnis.de reg.iu.in 6* Nec obstant argumēta contraria Quia ea verba, *Possessio non suffragetur*, accipienda sunt sicut illa, *Fructus non faciat suos*, nempè, vt sequuta sñia declaratoria, fructus non faciat suos, nec possessione aliqua ad eos retinendos iuuari possit. Dato aūt teneri hūc fructus restituere, vel sequuta sñia declaratoria, nō existimo intelligi de omnib. fructibus antea perceptis (quamuis *Petrus de Ledesma post ten.dem 10. conclus.diffic.3* supponat de omnibus illis intelligi.) Sed de solis perceptis eo tempore, quo in culpa fuit, non faciendo fidei professionem: nempè, post prius bimestre ab adepti beneficij possessione. Ducor, quia illius prioris bimestris fructus legitimè acquisierat, fecerat que suos Non ergo propriè diceret Tridētinum, vt fructus non faciat suos, si de illis intelligeret. Item quia cū hęc pœna sit ob culpam omissionis professionis fidei, pro eo solo tempore ligare debet, quo ea omissio culpabilis fuit. Quamuis enim in illius pœnam posset Tridentinū priuare quoque fructibus antea perceptis, at id claris verbis exprimere debebat. Item nec intelliguntur distributiones quotidianæ, nisi fructus consistant in solis distributionibus, nec etiam intelliguntur anniuersaria. Vtrumque docet *Azor to.c.2.q.7.* Et restitutio facienda est pauperib. aut fabricæ. Vt bene *Azor ibi.q.2.*

11 Non tñ iuuabitur hic omittens fidei professionem, regula de triennali possessore, nec teneatur fructus restituere vel statim iuxta priorem sententiam num. præcedenti relatum, vel iuxta nostrā, sequuta iudicis sentētia quantumuis triennio pacifice possederit. Quod ea regula solū agat de legitimando beneficij titulo, qui aliqua ratione illegitimus erat. Non tamen agit de cōparando fructuum dominio perceptorum legitimo titulo, quando ob aliquam rationem deperduntur. Sic tradunt *Nau.lib.1.consi.in 1.edit.tit.de sum Trinit.consi.1. n.1.in 2.li.2.tit.de iureiur.consi.7.n.1. Manuel 1.to summa,1.edit.in c.119.nu.7. Petrus de Ledesma 2.tomo sum. tract.1.c.4.post 10.conclus.diffic.7 Azor to.cap.1.q.3.*

12 Nec iuuabitur hic præscriptione ratione possessionis triennij bona fide illorū fructuū. Quia etsi fructus beneficij pscribatur trienio, vtpote qui res mobiles sunt. Vt alios allegans pbat *Couar.reg. Possessor, 2.p.§.2.nu.5.* At in hoc casu non sufficit. Quia Tridentinum statuit, ne huic suffragetur possessio ad fructus acquirendos.

13 Excusabitur tñ hic a prædicta fructuū restitutione, si ignarus prædicti decreti Trid. omiserit hāc fidei professionē. Quãuis in foro externo prædicta ignorantia, vtpotè iuris clari nō admittatur. Quia est in pœnā amissionis culpabilis: sicut ergo ignorantia illa liberat culpa omissionis, sic quoq; liberabit pœna. Atq; ita docet *Nauar.li.1.consi.in 2.edit.tit.de sum. Trid.consi.1.n.2.3.cōs. 4.n.3.& consi.3.n.2.in 2.lib.2.tit.de iureiur.consi.7.nu.2. & 3.& consi.11.n.3.& consi.12.n.2.Capuccinus in privileg. mend c. ver. Professio fidei no.2. Manuel 1.to.sum.2. edit.c.119.nu.7.& q.regular.to.2.q.71.ar.3. Azor to.c 2. q.2.* Quãuis *Pet.de Ledes.d.c 4.post 10.cōcl.diffi.2.* asserat teneri hūc restituere: quãuis laboraret inuincibili huius decreti ignorantia. Quia dicit decretum hoc non continere legem pœnalem, sed conuentionalem. Sicut (ait) omittēs horas ob ignorantiam inculpabilem tenetur fructus restituere. Sed non placet. Quia deberet probare hanc esse legē conuentionalē: & similiter nō amittet fructus si absq; culpa sua, ipso inscio procurator. cui mandatum profitendi dedit, non professus est fidem. Vt bene ait *Azor to.c.2.q.2.* Quia militat eadem ratio.

CAPVT VI.

De disputatione circa res fidei, quando licita sit.

SVMMARIVM.

Explicatur quib.nominib.sit illicita, & quando rōne finis, n.1.
An licitu sit, quando bonus fin is non speratur, nu.2.
An laicus de fide disputans peccet mortaliter, & sit excommunicatus, nu.3.
Quia, si laicus ille doctus sit? Refertur opinio, nu.4.
Proponitur sententia Authoris, num.5.
Qui laicorum nomine in ea prohibitione claudantur, nu.6.
An in necessitate id liceat laico: vel in hæreticorum locis, n.7.
An clerico indocto liceat de fide disputare, nu.8.
An disputatio de fide solius exercitij gratia interdicatur laicis num.9.
An sit culpa disputare de fide coram imperitis, nu.10.
Quando ex disputandi modo disputatio de fide sit illicita, n.11.
An regulariter sit illicitum cum hæreticis, nu.12.

1 QVatuor nominibus pōt disputatio de fide reddi illicita: nempè, ex fine, ex disputantis conditione, ex astantium conditione, ex disputandi modo. Ex fine potest esse illicita qñ ex dubitatione circa fidei res quispiā disputat, nimirum, quia habet animum dissentiendi, si rōnes contrariæ intellectum eius magis vrgeant. Quippè hic in fide dubius. Sic *D.Tho.2.2 q.10.art.7.ab vniuersis receptus.* Quod intellige quando fides disputanti est sufficienter proposita, ita vt credere teneatur. Si em̃ infidelis, cui fides nondum sufficienter proposita est, & subinde credere non tenetur, dubitet de fide, & ad inquirendam veritatem de illa disputet, nō peccat. Qua hoc medio instruendus est. Sic docent *Bañes 2.2.q.10. art.7. Valen.2.2.disp 1.q 10.punc.4.concl.1.* Quod optimè ait aduertendum pro ijs, qui parentibus hæreticis nati incipiunt primo circa fidem instrui.

2 Insuper redditur illicita ex parte finis, quando ob hęreticorū perfidiam, cum quibus disputatur, nullus bonus finis ex ea sperari valet. Quia est otiosa. Est tamen solum venialis, nisi aliæ circumstantiæ adiungantur. Sicut, & aliæ actiones otiosæ. At si legitimi adessent iudices, posset vtiliter hæc disputatio suscipi propter alios. Sic allegato *EcKio* docet *Valentia to.punc.4. in fi.concl.*

3 Ex parte disputantis redditur disputatio de fide illicita, si disputans sit laicus. Quippè id illi sub excommunicationis pœna interdicitur *c.2.§. Inhibemus. de hæret.in 6.* Ea tamen excommunicatio nō est lata, sed ferenda, Vt tradit *ibi gl.verbo Inmodetur:* quam vniuersi DD. allegan-

legendi sequuntur. Quia textus dicit, *Innodetur*. Quod est verbum futuri. Et expresse textus interdicit publicè, vel priuatim sic disputare, id est, publicè, vel occultè. Vt explicat *Dominicus eo. §. inhibemus, nu. 1.* & ea se constat. Quare laicus huic prohibitioni contraueniēs peccaret mortaliter. Quia id grauiter, & sub excommunicationis pœna ei interdicitur. Sic docent *Caiet. Sum. verbo Disputatio in fine, & ibi Armilla, num. 1. Nauar. lib. 5. consil. tit. de haret. in 1. editione consi. 17. nu. 2. in 2. consil. 24. nu. 2. & Summa, c. 1. Hisp. nu. 16. Lat. nu. 27. vers. 5. Albert. de agnoscendis propositionibus, q. 13. nu. 12. Emmanuel Sà Summa verb. Fides, nu. 3.*

4 Sed quid, si laicus ille satis doctus sit, vt vel sic disputationem de fide suscipere possit? Quidam censent sub hac prohibitione eum non comprehendi. Quod eius rō cesset, nempe laicos vt plurimum esse indoctos. Et (vt aiunt *Bañes, & Petrus de Ledesma statim allegand.*) sic est vsu receptum, vt laici doctı nō verbis solis, sed et scriptis de fide differant. Vt fecere *Albertus Pighius, & Henricus* 8. sic docent *Caiet. 1. 2. q. 10. art. 7. dub. 1. & ibi Bañes Petr. de Ledes. 2. 10. Summa, tract. 1. c. 5. conclus. 13.*

5 Quamuis autem hoc sit probabile, mihi probabilius est, laicum doctum comprehendi. Quod leges non de ijs, quæ raro, sed de cōter accidentibus ferantur, *l. Nā ad ea. ff. de legibus.* At quia laici frequenter sunt indocti, ideo prohibitio hæc emanauit. Et quamuis in aliquo casu speciali deficiat, eo quod laicus aliquis doctus sit; quia tamen finis in communi manet, laicum quoque doctum lex illa ligat, ne disputāte docto indocti ansam de fide disputādi arripiant. Et sic docent *glo. eo. § inhibemus, verb. Laica in fine*, quāuis in principio dubitauerit. Et *ibi Dominicus, n. 1. & 2. Francus num. 1. Rosella, verbo Infidelis in fine. Sylu. verb. Disputatio, num. 1. Nauar. lib. 5. consi. tit. de haret. in 1. editione, consi. 17. nu. 2. in 2. consi. 24. nu. 2. Castro lib. 1. de iusta haret. punit. c. 19. Albertin. de agnoscendis propositionibus, q. 13. nu. 12. Aragon 2. 2. q. 10. art. 7. notabili 2. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 10. puncto 4. post 2. concl. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 26. q. 1.*

6 Nomine autem laicorum intelliguntur, qui verè laici sunt. Cum decretum sit pœnale. Quare insigniti prima tonsura non comprehenduntur in hac prohibitione; vtpotè qui non sunt laici. Vt bene ait *Azor nu. praced. allegat.* Nec religiosi quoq; quia sunt laici, sed personæ Ecclesiasticæ, etsi ordine careant. Vt bene tradūt *Dominic. & Francus nu. praced. allegati.*

7 Non tamen habet locum prohibitio hæc in casu magnæ necessitatis, vel vtilitatis, si laicus sit doctus. Vt si esset hæreticus fideles peruertens, nec adessent Ecclesiastici docti qui fidei partes susciperent. Sic *Aragon d. ar. 7. notab. 2. Valentia nu. 5. allegat.* Imò in hoc casu teneretur laicus, vt saluti spirituali proximorum consuleret. Vt bene ait *Aragō ibidem.* Atque in locis, in quibus hæretici grassantur, prohibitio hæc laicorum est per contrariā consuetudinē abolita. Vt bene docet *Valentia ibi.*

8 Ex his deducitur clericum quantumuis indoctū disputantem de fide, non delinquere aduersus hanc prohibitionem. Quod solos laicos ligat. At peccabit contra ius naturæ, ratione periculi in multis errandi, cui exponitur. Sic *Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 16. q. 1.* Et quāuis clericis disputare publice de fide interdicatur *l. Nemo, C. de sum. Trin.* Cum tamen ea lex ciuilis sit, ac de rebus spiritualibus disponat, clericos ligare nequit. Vt rectè docet *idem Azor eod. c. 26. q. 2.*

9 Nec laicis quoque quæcumque de fide disputatio interdicitur, sed sola disputatio formalis, id est quæ ad fidei veritatē persuadeādā assumitur: secus autem si materialis disputatio sit, nimirum, quando nō persuadendi causa suscipitur, sed exercitij gratia, vel ingenij acuminis ostētandi. Vt sæpè in disputationibus publicis inter Catholicos cōtingit. Sic enim in decreto pęnali verba formaliter accipi oportet. Ita docēt *Caiet. 2. 2. q. 10. art. 7. dub. 1. & ibi Bañes, Aragon ibi notab. 2. Nau. sum. Latina c. 11. nu. 27. vers. 5. Castro l. 1. de iusta haret. punit. c. 19. Petr. de Ledes. 2. to. Sum. tract. 1. c. 5. concl. 13. Valentia, n. 5. allega.* Immo *Castro ibi* vult intelligi de disputatione, quæ habetur cum persona hæretica, q̄ animo à laico disputante diffidet secus quando est inter Catholicos animo concordes in fidei veritate: solis aūt verbis contendentes. Quod hæc nō sit vera disputatio, sed potius ficta. At hoc nō placet. Quia oēs Doctores allegati verā, ac formalē fidei disputationē esse intelligūt eam, quæ non solius exercitij gratia suscipitur, sed ad fidei veritatē cōfirmandam ac suadendam. Immo talis est, quæ hæreticorū argumēta adducit, vt veritatē fidei ijs solutis confirmet. Quia hoc est fidei veritatē persuadere. Sic *Caiet. Bañes, Valentia, Petrus de Ledesma ibidem.*

10 Ex parte auditorū pōt disputatio de fide illicita reddi, quando corā simplicioribus, et exercitij gratia disputat. Quia imminet periculū vt illi auditis hæreticorū argumētis, in fide titubent, minusq; firmi permaneant. Sic *D. Tho. ab omnib. recept. 2. 2. q. 10. ar. 7.* Quod eo vel maxime verū est, quod, vt prudēter annotant *ibi Caiet. Et si Valentia 2. 2. disp. 1. q. 10. punct. 4. post 3. assertionē*, simpliciores ferè semper vim argumētorum percipiant, & rarissimè solutionē. At in duplici casu non esset illicitū. Prior est, quādo doctor adeo excellens esset, vt cōmodissimè posset solutiones quoq; simplicib. explicare. Sic *Caiet. & Valentia ibi.* Qui merito subdit hoc rarissimè euenturum propter tarditatē ingenij simpliciorū. Posterior est, quando simpliciores ab hæreticis solicitarentur ad hæresim. Tunc. n. tenetur vir doctus corā simplicib. partes fidei disputando suscipere, vt illi necessitati succurrat. Sic *D. Th. ibid. ab omnib. receptus.* Extra hos aūt casus disputare corā simplicib est peccatum. Vt oēs cū *D. Th.* tradunt. Idq; ad imprudentiæ culpā spectat. Vt bene ait *Caiet. Sum. verb. Disputatio.* Atq; bene animaduertit *Armilla ibi, nu. 1.* eo maius esse peccatū hoc, quo maius est audientiū periculū. At ego credo rarissimè periculū fore tūt, vt culpā venialē imprudētiæ excedat. Noie aūt sapientium, corā quib. disputare licet, nō soli viri Theologi intelliguntur, sed alij quoque ita prudentes, vt merito ipsius veritatis capaces iudicentur, & animaduersuri facile errorem. Sic *Valentia ibidem.*

11 Tandem ex disputandi modo redditur quoq; hæc de fide disputatio illicita, quando magis verborum contentione, quā argumentorū vi, & sententiarū pondere transigitur. Quod nō est peculiare in hac disputatione, sed in omnibus alijs reperitur. Et rō est, quia ad nil vtilis est, præter quā ad pacem perturbandam, & ad prorumpendū in contumeliæ verba. Sic *D. Tho. eodem art. 7. in solutione ad 1. Valentia eodem puncto 4. in 4. conclus.*

12 Hinc deducitur, regulariter loquendo illicitam esse disputationē de fide cum hæreticis, præsertim cum ijs, qui aliquo modo fuere magistri erroris. Quod tales adeo obstinati sint, & ita impudenter se gerant, vt cōmuniter desideretur aliqua circumstantia necessitatis fidelium ad ipsis subueniendum, vt disputatio licita sit. Sic *allegatis Driedone, & Ecchio*, & ita locum *Tertulliani* intelligeos docet *Valentia d. puncto 4. in fine.*

CAPVT VII.

De hæresi, & apostasia à fide, in quo consistant.

SVMMARIVM.

Explicatur definitio haresis, num. 1.

Pertinacia ad haresim requisita in quo consistat, nu. 2.

An ad pertinaciam desideretur, vt quis existimet contrariā doctrinam esse veram, aut de fide nu. 3.

An desideretur quēpiā velle authoritati Ecclesia opponi, nu. 4.

An pertinacia sumatur pro obstinatione contra infirmitatem distincta, num. 5.

An sit pertinacia, quando quis paratus est ab Ecclesia corrigi, dummodo argumentis conuincatur, nu. 6. Et ibi, quid, si non Ecclesia, sed viro docto credere paratus sit?

An pertinacia hac temporis diuturnitatem petat, nu. 7.

Nec est hareticus, nec apostata, solo exteriori actu à fide deficiens: & potest à quolibet confessario absolui, nu. 8.

1 HActenus de præcepto fidei, eiusque confessionis egimus. Iam de hæresi, quæ fidei contraria est agendum est. Hæresis sic a Theologis definitur. Est error intellectus voluntarius, contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia assertus ab eo, qui fidem recepit. Dicitur error intellectus, id est, assensus falsus intellectus. Quia sicut assensus fidei in intellectu consummatur, cum sit assensus intellectus certus, obscurus tamen: sic error fidei contrarius in intellectu completur. Dicitur voluntarius, quia sicut assensus fidei oritur ex pio voluntatis affectu: ita etiam hæresis est erroneus assensus ex voluntatis electione profectus. Dicitur circa aliquam fidei veritatem, quia error in alijs non est hæresis. Et dicitur circa aliquã, ad distinctionem apostasiæ, quæ est totalis recessus a fide. Dicitur cũ pertinacia assertus ab eo, qui recepit fidẽ. Quia hæreticus non est qui nõ pertinaciter dicit aliquid contra fidem: nec qui contra illã sentit, si nõdũ illam recepit, sed hic dicetur infidelis.

2 Pertinacia aũt hæc ad hæresim requisita in eo consistit, vt quis sciens, & prudens teneat aliquid contra Ecclesiam catholicam. Quod tradit *D. August. lib. 4. cõtra Donatistas, c. 6. & epist. 164. & D. Thom. 1. p. 32. art. 4. in fin. ab omnibus recept.* Et constat ex *c. vni. de sum. Trinit. in 6. & Clem. vnic. eodem ti.* vbi tãquam hæretici damnantur præsumentes aliquid contra Ecclesiam tenere. At nõ dicitur sic præsumens, nisi Ecclesiam contrarium tenere norit. Et ratio est, quia cum hæresis errorem fidei cõtrarium importet, sicut fidei assensus petit, vt habita notitia propositionis Ecclesiæ, qua aliquam veritatem, tanquam de fide proponit, voluntas inclinet intellectũ ad illi assentiendũ. Sic ẽ contra hæresis petit, vt habita eadẽ notitia volũtas ad dissentiendum inclinet intellectum.

3 Non est aũt necessariũ ad hanc pertinaciam, vt quis doctrinæ, quam verã putat, cõtradicat. Hoc enim quantũ ad actum internum, in quo hæresis consistit, est impossibile. Nec exigitur vt contraueniat doctrinę, quam credit esse de fide: sed satis est, vt sciens eam veritatem ab Ecclesia proponi, ac de fide credendam, eam neget. Quia tunc nouit fundamentũ sufficiens ad fidei assensum. Sic *Valentia 2. 2. disp. 1. q. 11. puncto 1. difficul. 4. ad 2.*

4 Similiter non desideratur ad hanc pertinaciam, vt quis directe velit authoritati Ecclesiæ opponi. Sicut ad inobedientiæ culpam requiritur intentio contrauenienti præcepto superioris. Sed satis est, vt quis scienter authoritati Ecclesię, quacumque intentione contradicat: siue cupiditate lucri, siue glorię, siue cuiuscumque alterius rei ductus. Quia quauis intentione contradicat, negat sufficiens fundamentum ad fidei assensum. Atque propterea vere hæreticus est. *Vasquez 1. 2. q. 76. art. 3. disp. 126. c. 3. in initio.*

5 Quamobrem pertinacia hæc non sumitur pro obduratione aut obstinatione vt distinguitur contra infirmitatem, seu passionem; sed siue ex infirmitate, siue ex passione oriatur contradictio scienter authoritati Ecclesię, satis est ad veram hæresim. Sic *Caiet. 2. 2. q. 11. art. 2. notabili 1. Torres de Trinit. q. 32. art. 4. n. 2. commentarij parte post 4. propositionem.*

6 Nec deerit hæc pertinacia, si quis sentiens contra Ecclesiam paratus sit ab ipsa corrigi, dummodo argumẽtis conuincatur. Quippe pertinacia consistit in eo, vt quis Ecclesiæ authoritati, ac testimonio resistat. Quod inuenitur in nolente eius authoritati, sed solis argumentis acquiescere. Sic *Torres eod. ar. 4. nu. 3. commentarij par. col. 2. Vasquez d. c. 3. nu. 9. Petrus de Ledesma 2. tomo sum. tractatu 1. c. 6. post 2. conclusionem, difficultate 1.* vbi merito addit non esse probabile, quod aliqui dicunt hunc non esse vere hæreticum, etsi fidem amittat. Similiter pertinacia hæc erit, si non Ecclesiæ, sed viro docto asserenti credere paratus sit. Quia eadem militat ratio. Sic *Petrus de Ledesma eodem cap. 6. post 10. conclusionem, difficul. 4. Bañes 2. 2. q. 11. art. 4. dubio 2. in solutione ad 5. contra secundam conclusionem.*

7 Tandem, nec pertinacia hæc consistit in temporis diuturnitate, quo quis authoritati Ecclesiæ contradicẽs perseuerat. Quippe temporis momento potest hæresis culpa perpetrari, instar aliorum peccatorum. Et ita docent *Caiet. 2. 2. q. 11. art. 2. notab. 1. vbi Bañes col. 2. corol. 1. Canus lib. 12. de locis Theolog. cap. 9. col. 19. vers. Ratio igitur, & col. 21. vers. Illud deinde. Corduba in suo quæst. lib. 1. q. 17. §. 7. versic. Vbi nota. Torres d. art. 3. in 1. commentarij par. conclusione 3. Valentia 2. 2. disput. 1. quæst. 11. puncto 1. difficult. 4. Vasquez d. disput. 126. cap. 3. n. 7. Azor to. 1. lib. 8. institut. moral. cap. 9. q. 1.* Nec contradicit *Sylvest. verbo Hæresis 1. quæst. 1. vers. Quinto* tantum enim vult ex temporis diuturnitate præsumi in foro externo non procedere hæresim ex ignorantia, sed ex vera pertinacia. Reliqua autem ad hanc pertinaciam spectantia constabũt ex corrollarijs inferendis a nu. 19.

8 Ex prima particula definitionis hæresi, nempe, error intellectus, deducitur quid sentiendum sit de eo, qui solum exterius negat rem fidei, aut ab ea omnino recedẽs transit ad aliam sectam, absq; errore tamen aliquo intellectus. *Caietanus 2. 2. quæstione 12. articul 2. in fine, & quæstione 94. artic. 1. ad finem,* cui quidam viri docti subscribunt, teste *Bañes statim allegando* affirmant hũc excommunicationem, & ceteras hæreticorum pœnas incurrere, quamuis metu cadente in virum constantem neget ore tenus fidem. Ducitur, quod cum Ecclesia actus internos minime videat, nec de eis iudicare queat: solos externos pœnis afficit. Vt externus clerici homi-

cida,

cida, absque occidendi voluntate, sed solo metu compulsus, excommunicatus, & irregularis est. At contrarium tenendum est. Quia cēsuræ, & reliquæ pœnæ delictum aliquod afficientia, non contrahuntur, nisi ob delictum verum, ac consummatum. At hæreticus vel apostata solum exterius, non sunt verè tales. Quia deficit error intellectus. Nec est simile de homicidio: vtpotè quod in solo actu externo consistit, estque verum, ac consummatum homicidium, quocumque metu absq; occidendi animo committatur. Et quamuis Ecclesia de solis actibus externis iudicet, eosque pœnis afficere valeat. At quādo absolutè delictum punit, & illud perfectum, & consummatum non est deficienti actu interiori, non subditur pœnis Ecclesiæ in id delictum latis. Ratio autem est, quia hoc non est exercere Ecclesiam suam iurisdictionem in actum interiorem, ac illum punire, sed potius, quam posset pœnam soli illi actui externo imponere, temperare, ne illum comprehendat, nisi ab intentione, & praua dispositione interna procedat. Eŭ ideo hanc partem sustinent citatis *Ang. Syluest. Armilla, Tabiena, & alijs, Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 3. post 5. conclusionem casu 1. Nauar. Sum. c. 11. Hispanè nu. 25. Latine, nu. 27. & c. 27. nu. 56. Simancas de Catholic. instit. tit. 31. nu. 3. Toledo lib. 4. sum. c. 4. nu. 6. & in bulla cœnæ, excommunicatione 1. nu. 9. Suarez 5. to. in 3. p. disput. 4 sectione 2. nu. 22. & disput. 21. sectione 2. nu. 3. Sayro claui regia, lib. 4. c. 4. nu. 11. Leonardus de iustitia, lib. 2. c. 43. in dubio 2. nu. 11. Auila de censuris 1. p. dubio 11. in fine. Valentia 2. 2. disput. 1. q. 12. puncto 1. col. 2. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 9. q. 9. 10. & 11. & cap. 21. q. 5. & 6. Bañes 2. 2. q. 11. art. 4. dubio 2. conclusione 1. & multi alij.* Vnde quilibet confessarius poterit ab hoc peccato absoluere. Vt bene docent *Suarez & Toledo proxime allegati*. Tum etiam, quia hæresis ratione solius excommunicationis reseruatur. At hæresis sola externa, absque errore interno non subiacet excommunicationi.

9 Si tamen quis exterius negaret fidem gratia fauendi hæreticis, vt hæretici sunt, licet immunis esset ab excommunicatione contra hæreticos lata, incurreret tamen latam contra hæreticorum fautores in bulla cęnæ. Sic *Nauar. summa, cap. 11. Hispanè, num. 25. Latinè nu. 17.*

10 Similiter idolis externum cultum sua sponte, & ex affectu ab idolum exhibens absque mentis errore, etsi ab excōicatione in apostatas lata liber sit, at incurrit alias, & ceteras hæreticorum pœnas præter bonorum publicationem. Vt constat ex *quadam extrauaganti Ioannis XXII.* quam refert *directorium inquisitorum 2. parte quæstione 43. post nu. 9.* Quia hic, etsi non sit verus hæreticus, est tamen verus idololatra. Et ita docent *Bañes 2. 2. q. 11. art. 4. dubio 2. immediatè ante 4. conclusionem. Aragon 2. 2. quæst. 12. art. 1. columna 5. conclusione 2. Petrus de Ledesma 2. tomo sum. tractatu 1. cap. 6. conclus. 14.* Quod intellige si illa extrauagans vsu recepta sit. Nam (vt refert *Aragon proximè allegatus*) nonnulli dicunt eā vsu receptam non esse. Dixi autem sua sponte, & ex affectu ad idolum. Nam si metu, vel non ex affectu, sed ex auaritia, vel ex alia causa, non constat hunc esse excōmunicatum per illam extrauagantem. Nam etsi *Bañes proximè allegatus* id affirmet: at melius *Petrus de Ledes. ibid.* hoc negat. Quod non sit verus idololatra, qui non ex affectu idola reueretur.

11 Secundò deducitur, quid sentiendum de dubio in fide, cū pertinacia tamē, quia nouit Ecclesiam aliquid tāquam de fide amplecti, & adhuc de eius veritate dubitat. Quidam hūc verè hæreticum, ac proinde omnibus hæreticorum pœnis obnoxium dicunt. Quia *c. 1. de hæretic.* dicitur dubius in fide infidelis. Secūdò, quia cū hic assensum certum perdat, in quo fidei substātia cōsistit, perdit subinde fidem. Quæ tamen ab homine baptizato perdi nequit, nisi per hæresim. Tādem, quia error in fide cum pertinacia in baptizato est hæresis. (Vt nu. 1. diximus.) At hic errat in fide, vtpotè qui certa pro incertis, & dubijs habet. Quod est errare, *teste D. Augustino in Enchiridio, c. 17. & 19.* Atque ita sustinent *Ioan. Andr. d. c. 1. nu. 1. Abb. nu. 1. atque communiter ibi Doctores, Gabr. 4. d. 13. q. 2. art. 1. notab. 3. Ang. verb. Hæresis, in initio. Sylu. verb. Hæresis 1. q. 3. Caiet. 2. 2. q. 11. art. 2. notabili 1. & Summa, verb. Interrogatio, in 1 præcepto. Castro lib. 1. aduersus hæreses toto c. 10. & lib. 1. de iusta hæret. punit. cap 9. regula 1. in fi. Corduba in q. lib. 1. q. 17. § 7. vers. Secundum requisitum. & vers. Vbi nota Simancas de Cathol inst. tit. 31. nu. 4. de Torres de Trinit. q. 32. art. 4. in 3. commentarij par. assertione 5. Peña latissimè in directorio inquisitorum 2. par. toto commentario 1. Aragon 2. 2. q. 11. art. 2. dub. 2. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 11. puncto 1. difficult. 2. Toledo in Sum. lib. 4. c. 4. in fine. & in bulla Cœna excommunicatione 1. nu. 6. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 9. q. 5. & multi alij.* Atque idem dicunt *Castro eo. c. 10. in initio, Torres, & Aragon eisdem locis Azor eo. c. 9. q. 6.* quando quis solo assensu opinatiuo assentitur rebus fidei. Quia hic quoque assensus fidei certitudinem excludit.

12 Alij vero negant eū hæreticum verè esse, ac proinde eum excommunicatione, ac ceteris hæreticorum pœnis liberāt. Ducuntur, quia *D. Aug. lib. de vtilit. cred. c. 1.* & refertur *c. Hæreticus 24. q. 3. & D. Gieron. ad Galat. c. 5. & ad Titum, c. 3.* & refertur *cap. Hæresis 24. q. 3. & D. Thom. 1. ad Corinth. 11. lectione 4. & 2. 2. q. 11. art. 2. ad 3.* aiunt de rōne hęresis esse electionem pertinacē doctrinæ contrarię veritati fidei. At dubitans nullum habet assensum fidei contrarium: nec alterutram partem eligit, sed pendulus est. Id enim est dubitare. Et confirmatur, quia hæresis est error fidei contrarius. (Vt num. 1. diximus) Error autem assensum, vel dissensum importat. Qui in dubitante non reperitur. Tandem, quia fides, & hæresis sunt duo extrema. Illa assensum rerum fidei importat. Hæc autem dissensum. At dubium est medium inter illa, vtpotè quod nec assensum, nec dissensum includit. Nec obstant contraria. Non primum. quia respondet *Canus statim allegandus*, dubium in fide dici infidelem, *eod. cap. 1. de hæret.* non contrariè, quasi assensum fidei cōtrarium habeat: sed priuatiuè, quia priuatur certitudine assensus necessaria ad habitum fidei retinendum. Vel secundo potest responderi, intelligi quoad fori externi pręsumptionem. Quia communiter cum eo dubio coniungitur consensus erroneus. Vel tertio potest responderi, intelligi quando dubitans reflectitur supra suum actū. Vt statim dicemus. Nec etiā obstat secundum argumentum. Quia respondet bene *Canus* dubium in fide amittere verè fidem, at eam non amitti per solā hæresim, sed per dubium quoque, quod inter hęresim, & fidem est medium. Sicut color albus non per solum nigrum expellitur, sed per medios quoque. Nec obstat tertium. Quia dubitans omni assensu, vel dissensu caret. Atque ita nullum iudicium erroneū format, sed est pēdulus. Et ideo hanc partem latissimè defendit *Canus lib. 12. de locis Theolog. cap. 9. col. 9. a versicul. Controuersantur autem. Emmanuel Sà Summa, ver. Hæresis, nu. 1.* Et hæc sententia est probabilior, intellecta tamen, vt debet intelligi, nimirum, quando intellectus vtriusque partis rationibus perpensis pendulus est, nullumque iudicium format. Quod est vere, & formaliter intellectum dubium manere. Nam si supra suum dubitandi actum reflectitur, iudicans illam fidei rē esse dubiam, aut sub opinione esse: nemo negare potest esse hunc dubitantem, aut opinantem, perfectè hæreticum. Quod tūc vltra dubium adsit consensus & iudiciū intellectus affirmantis rem fidei non esse certam. Quod est certa hęresis. Et ita hoc explicant *idem Canus eo. cap. 9. col. 12. versic. Errare autem. Bañes 2. 2. quæst. 11. art. 2. columna 2. versiculo. Respondetur, quod sicut. Vasquez 1. 2. quæst. 19. artic. 6. disputatione 65. cap. 1. numero 4.* Vnde moraliter loquendo cum dubitatione intellectus circa res fidei solet esse coniunctus hic actualis error, quo illas non omnino certas esse iudicat Atque ita hæ-

resis communiter adest. Sic *Canus eo.ca.9.col.1.5.versic. Qu. d erat, Valentia num. præcedenti relatus.*

13 Tertio deducitur ex particula definitionis hęresis. Voluntarius, nō esse hæreticum, nec alicuius culpæ reum, q inuitus cogitationes, blasphemias turpissimas, & hæreticas contra Deum, & Sanctos patitur, quamuis sibi videatur consentire. Quia deficit plena voluntas Et ita fatentur vniuersi. Atque hæc ex dæmonis suggestione prouenire ad cōscientiarum bonarum tranquillitatem impediendam, & vt a Christi via deterritę retrocedant, probat optime *Torres de Trinit.q. 32.art.4.in 2.commentary p. in fine.* Quod rarissime flagitiosis eæ tentationes accidant: quia eos vinctos, & quasi suos dæmon possidet, sed viris bonæ mentis viam Christi aggredientib. Quare sanum consilium est & conuenientior has tentationes vincendi modus, eas prorsus contemnere, & habere se illas patienter, ac si nihil menti occurreret. Quod egregie docet *D.Bonau. opusc. de profectu religiosorum, in cap.3.* his verbis: *Tentationes contra fidem, & de spiritu blasphemia, & similes nec fugere possumus, nec repugnando vincere. Quia quanto plus indignamur nobismet ipsis & disputamus cum eis, magis refricatur earum rabies & accenditur.* Et *Gerson tractatu de fœda tentatione, alphabeto 62. litera O. vsque ad literam T.* de hoc tractat, & sit remedium esse eas irridere. Quod tribus appositissimis similibus, & exemplo quondam comprobat.

14 Signum autem defectus consensus est. Quia has tentationes patiens iudicat se hæreticum. At hæreticus esse nequit hoc iudicans. Hic enim eo ipso iudicat esse falsum, & hæreticum, quod dæmon sibi proponit: & cum verum sit id falsum esse, verum iudicat, ac proinde hæreticus esse durante hoc iudicio nequit. Atque ita docent *Canus lib.12. de locis Theolog.cap.10.in initio. Bañes 2.2.q.11.artic.2.col.4.concl.4. Petrus de Ledesma 2.tomo Summæ, tractatu 1.cap.6.post 3. conclusionem col.2.* Similiter est signū moraliter certissimum dissensus, quod sic vexati in ipsomet conflictu, ingenti pœna afficiantur: quasi odio habentes errorem, ac veritatis Catholicę amantissimi. Ita *Bañes & Petrus de Ledesma ibidem, Alcozer Summa cap.14.versicul. Eique dudū.* Qui bene addit etiam dissensus signum quando ea tristitia afficiuntur, cum primum tentatio illa transit. Qui enim pertinacia ad hęresim requisita illi adhæreret, neutiquam tam facile resipisceret.

15 Quarto deducitur ex particula definitionis hæresis, Contra aliquam fidei veritatem, differentia inter hęresim, & apostasiam a fide. Quod hęresis non sit totalis a fide recessus, apostasia autem sic. Quod tradūt omnes. Quare, qui non omnino Christianismum deserit, sed se Christianum confitetur, quantumuis hęreses multiplicet ac omnes fidei articulos neget, non apostata, sed hęreticus est. At vbi Christianismi nomen, ac totam religionem deserit, est apostata. Vt bene tradunt *Canus libro 12. de locis Theolog.cap.9.col.5.vers. Sed primum argumentum. Hugolinus de censuris Pontifici reseruatis 2.par. cap.1.§.1.numero 7.*

16 Dissident autem Doctores, an apostata dicatur verus hęreticus, ac apostasia specie ab hęresi differat. Quidā aiunt specie differre. Vt *Sylu. verb. Hæresis 1.q.2.dicto 4. Canus lib.12. de locis Theolog.cap.9.colum.3.* Alij dicunt esse eiusdem speciei infidelitatis: atque ita omnem apostatam esse vere, & proprie hęreticū, non tamen ē contra. Quare tantum differunt penes magis, & minus. Et hoc est verius, quod tenent *Valentia 2.2. disput.1.quæst.11.punct.1.difficul. prima & quæst.12.puncto 1.notabili 1. Bañes 2.2.quæst.12. artic.1.dubio 1. & multi alij.* Quod optime ita explicat *Valentia eisdem locis, & B. ñes eod. dubio 1.in solutione ad 2.* In apostasia (inquiunt) duo possunt considerari. Prius est, recessus penitus a fide semel suscepta Et hoc est veluti proprium, & essentiale apostasia. Posterius autem est, conuersio ad sectam aliquam falsam, vt Iudaismum, Paganismum, &c Et hoc est accidentale. Quippe prius absque posteriori reperiri potest, ac erit vera apostasia. Et ideo per se, & essentialiter non differt ab hæresi. Quare dum *D.Thom.2.2.quæstione 12.artic.1.ad 3.* ait apostasiam nō esse determinatam infidelitatis speciem, sed pertinere ad illam, quam apostata sectatur: considerat apostasiam materialiter, & per accidens, vt potest conuersionem ad varias sectas habere.

17 At vtramuis opinionem sequamur, duo fatēda sunt: & ideo merito quæstionem hanc de nomine appellat *Valentia statim allegandus.* Prius est circumstantiam apostasiæ notabilissime aggrauare peccatum hæresis, ac proinde necessario in confessione explicandam. Quod dicit esse absque controuersia, *Valentia secunda secundæ, disputatione 1.q.11.puncto 3.colum.2.vers. Hisita explicatis, & quæst.11.punct.1.difficul.1.vers. Nihilominus tamen. Petrus de Ledesma 2.to. Summa, tractatu 1.c.7.conclus.3. Bañes 2.2.quæst.12. art.1.dub.1.post solut onem ad 4. Aragon 2.2 q.11.art.1.dubio 1.conclusione 1.* Quod in hoc posteriori loco allegato dicit *Valentia*, verum esse, non solum quia intra eandem speciem notabiliter aggrauat, sed quia materialiter etiam includit aliam infidelitatis speciem: (vt numero præcedenti declarauimus) nempe paganismi, aut iudaismi, ad quam apostata se conuertit. Quippe quantum est in apostatæ intentione situm, is vult paganismum, aut iudaismum sectari, instar Paganorum ac Iudæorum. Quod idem significat *Bañes*, dicens apostatam esse reum sectę, ad quā se conuertit, vltra peccatum hęresis: & *Aragon eo. dubio 1.conclu.* dicens esse hoc duplex peccatum. Ac proinde ait bene *Valentia in priori loco ex ipso allegato*, esse necessario fatendam qualitatem sectæ, ad quam apostata transijt. Immo & in ipsa hæresi docet *ibi Valentia* esse explicandam in confessione qualitatem erroris, in quem incidit. Quia multum refert, an quis Trinitatem negarit: an Paulum fuisse Hierosolymæ.

18 Posterius est excommunicatio, & cęterę pœnę in iure statutæ hæreticis, incurruntur quoque ab apostatis. Quod vere hæretici sint Vt fatentur *Doctores omnes iuris Pontificij cap.1.ac ipsi. Summistæ omnes verbo Apostasia.* Atque *illis citatis. Azor to.1.lib.8.instit.moral.cap.11. q.7. Simancas de cathol.institut.tit.7.nu.6. Caietanus Summa.verb. Apostasia. Valentia 2.2.disput.1.quæst.12 puncto 1.notabili 2. & omnes.*

19 Quinto deducitur ex particula definitionis hæresis, Cum pertinacia asserens, quid dicendum sit de habēte errorem circa res fidei ex ignorantia crassa, qua putat id non esse contra Ecclesię definitionem. Quidam affirmant, hunc vere hęreticum esse: ac proinde si hæresim ex ea ignorantia proferat, subijci excommunicationi, ac alijs hæreticorum pœnis. Ducuntur quod ignorantia hęc in alijs delictis minime excuset ab excommunicatione, & alijs pœnis ipsis annexis. Sic fere expresse tenet *D. Bonauent.4.q.1.3.in expositione literæ num.7.* & expresse tenent *Sotus 4.dist. 22 q.2. artic.3.post 5.conclusionem casu 1. Palacios 3.distinctione 25.disput.2. Ludouicus Lopez 2. par. instructorij, vbi de excommun. cap.20. titul. de reseruatis Papæ in bulla cœnæ, casu 1.* Et quando ita crassa est ignorantia, vt facillimo negocio posset superari (in quo naturam ignorātię crassę consistere diximus lib. pręcedenti, cap.1.numero 7.) idem docet *Sayr. in thesauro casuum, tomo 1.lib.3.cap.4.num.15.* Atque *Valentia 2.2.disput.1.q.11. puncto 1. difficult. 4.post solutionem ad 4.* dicit se non valde repugnare huic sententiæ, etsi contraria sit probabilis.

20 At omnino dicendum est, hoc ad hęresim non sufficere: quamuis hic mortaliter peccet, vtpote qui a peccato non excusatur ea ignorantia. Quod pertinacia in eo consistit, vt quis testimonio, & authoritati Ecclesię opponatur. (Vt numero secundo probaui.) At ignorans etiam crassissime ei non opponitur, sed paratus est corrigi, quando ipsam contrarium

rium tenere norit. Itē, quia in alijs delictis, vt in homicidio, furto, &c. vt vere talia delicta sint, non requiritur scientiam tanquā circumstantia ex parte obiecti petita, sed sola ratione generica, ne peccata tanquam inuolūtaria à culpa excusentur. Et ideo cum ignorātia culpabilis non tollat voluntarij rationem sed tantū minuat, sunt vere talia, ac pœnis censurisq; subiecta, vbi ex tali ignorantia committuntur. At in hęresi petitur scientia determinationis Ecclesiæ, tanquam circumstantia ex parte obiecti se tenens. Quia absque illa nō est pertinacia, quæ est hæresis ratione & ideo illa ablata per ignorantiam crassam, etsi maneat sufficiens volūtatium ad culpam non tamen vt vera sit hæresis. Atque ita docēt *Canus l.12. de locis Theol. c.9. col.21. vers. Illud deinde cōsectarium est Castro lib.1. de iusta heretic. punitione, c.9. & li.2. c.18. Nauar. summa, c.11. Hispanè, nu. 17. Latinè nu. 22. Torres de Trinit. q.32. art.4. in 1. commentarij part. assertio.1. Corduba in quæst. lib.1. q.17. §.7. Azor to.1. lib.1. instit. moral. c.14. q.9. & multos referens li.8. c.9. q.7. Vasquez multis allegatis 1.2. q.76. ar.3. disp.126. c.2. in initio. Henriquez lib.13. de excommun. c.17. num.3. in commento, litera Z. Manuel 1. to. sum. 2. editione, c.130. nu.2. Nauar. lib.2. de restit. c.4. dub.9. in noua editione, nu. 84. Toledo in summa, in bulla Cœnę excommunicatione 1. nu.5. & lib.4. c.3. nu.7. Bañes 2.2. q.11. art.2. col.3. corollario 2. Aragon ea. q.11. ar.1. col.7. vers. Dico secundo. Zumel 1.2. q.76. ar. 4. disp.1. paulo ante 5. concl. Petr. de Ledes. 2. to. Sūme, tract.1. c.6. concl.4. Sayro in claui regia lib.2. c.9. nu.34.*

21 Maior autem difficultas est, quando ignorātia est affectata. Nam multi affirmant eam à vera hęresis ratione minime excusare. Quod affectatus error sit ex electione: nec paratus corrigi sit, qui data opera cō nonitionē Ecclesiæ, eiusq; doctrinā declinat. Deinde, quia cum hæc ignorantia non minuat peccatum, sed aggrauet (vt diximus lib. pręcedenti, c.17. nu.5.) si error scienter admissus est vera hæresis, à fortiori erit cū hac ignorantia. Et ita tenent *Canus, & Nauar. n.89.* vbi eos allegaui nu. pręcedenti *Valentia 2.2. disp.1. q.11. punct.1. diffic.4. in solut. ad 1.* Et videntur tenere *Corduba, & Torres nu. praeced. allegati*, dicunt enim non esse hæreticum errantem ex ignorantia, quando non est affectata.

22 Alijs videtur hunc non esse vere hęreticum: ac proinde eius pœnas euadere. Ita tradūt *Arag. 2.2. q.11. art. 2. col.8. vers. Propter hac argumēta. Bañes ead. q. ar.2. col. 3. vers. Sed quaeret quis. Azor to.1. li.1. instit. mor. c.14. q. 9. & l.8. c.8. q.4. & c.9. q.8. Petr. de Ledes. 2. to. Sum. trac. 1. c.6. post 4. conclu. ad diffic.2. Sayr. nu.20. relatus.*

23 Sed vera opinio sit verior, ex fine affectantis ignorātiam pensandum est. Si enim eam affectet ex falsa opinione contra Ecclesiam; quia, nimirum, parui momēti esse existimet quæ ipsa proponit, est verus hęreticus. Quod error hic sit perniciosissimus contra Ecclesiæ authoritatem: ac satis illi pertinax est affectans ignorare, quæ ipsa proponit, eius authoritatem despiciēs: ac proinde hic nō est paratus ab Ecclesia corrigi. Et ita docet *Vasq. 1.2. q.76. ar.3. disp.126. c.2. ad fin.* Similiter erit hęreticus, si ignorantiam affectet ad finem liberius errādi in fide. Quia sic recedere ab Ecclesia est magis volūtariū. Et sic reperitur pertinacia, & nolle illi subijci. Et quia huiusmodi ignorantia nō minuit, sed peccatum aggrauat. (Vt diximus lib. præcedenti, c.17. nu.5.) Et ita docet *Zumel 1.2. q.76. ar.4. disp.1. paulo ante 5. conclusionem.* Et in his casibus erit vera prima opinio relata n.21. Si autem ignorantia hæc affectetur tantum ex negligentia, & tædio addiscendi: non erit verus hæreticus. Vt bene ait *Vasquez ibidem.* Et similiter si affectetur ex quauis alia causa, præter duas dictas. Vt bene ait *Zumel ibid.* Et in hoc casu est vera posterior sententia num. præcedēti relata. Quia in hoc casu deest pertinacia: nec hic offēdit authoritatē Ecclesiæ: quin potius paratus est ab illa corrigi. Atque contrariū assereret, si id quod sentit, nosset esse contra Ecclesiam. Item, quia hæc ignorātia affectata minuit rationem culpæ. (Vt diximus eod. c.17. n. 5.) Tandem, quia nemo tanquam hæreticum damnaret affectantem ignorare, non fornicandum ob tuendam vitam, ieiunandum esse, ac abstinēdum à carnib. in Quadragesima, nō emenda esse beneficia: quo liberius, & absque conscientię remorsu peccata hæc perpetraret: si ea ignorantia ductus assereret hæc nō esse peccata nullatenus id dicturus, si Ecclesiam docere nosset. Cum talis nil contra Ecclesiam tenere velit, sed ab ipsa corrigi paratus sit. Quare talis error, vt est cōtra Ecclesię doctrinam, non est ex electione. Et per hæc patet solutio ad contraria proposita, nu. 21.

24 Id autem peccatum, quod quis ex ignorantia culpabilis proferens hæresim admittit, etsi nō sit vere, & proprie hæresis, reducitur ad illam. Sicut cetera peccata ex ignorantia cōmissa redducūtur ad eam speciem, cuius essent, si scienter committerentur, quando ignorantia culpabilis est. Quod est conforme ijs, quæ diximus lib. pręcedenti, cap.17. numero 15. atque ita tenent *Canus lib.2. de locis Theolog. cap.9. colum.23. versic. Quibus argumentis Corduba in quæstio. lib.1. quæst.17. §.7. vers. Ex quo sequitur. Torres de Trinita. e. q.31. art.4. in 4. p. commentarij in fine. Valēt. 2.2. disput.1. quæst.11. punct.1. diffcul.4. in solutione ad confirmationem primi, & ad tertiū.* Quamuis aliter sentiat *Vasquez d. disputat. 126. cap. 3. numero nono.*

25 Sexto deducitur, quid sentiendū sit de doctrina *Bartol. l. Tutor. §. Tutores, num.1. ff de suspect. tutor.* quem sequuntur *Rebuffus praxi benef. in bulla Cœnæ, excōmunicatione 1. ar.1. verbo Hæreticos, vers. Quæret quis. Hugolinus de censuris Pontifici reseruatis 2. p. ca.1. §.1. nu.10.* vbi docet pertinacem censeri, qui ab inquisitore fidei, vel à suo Episcopo, addit *Rebuffus*, vel à viro Theologo per dominos Inquisitores, vel Episcopos ad docēdum destinato, instructus de re fidei, illis nō credit asserens cōtrarium: ac proinde dicūt hunc hęreticum esse, quamuis existimet se cōtra Ecclesiam non sentire. *Castro* autem *li.1. de iusta heret. punition. c.9. paulo post principium, & regula 2.* etsi hanc doctrinam non sequatur, ait tamē pertinacem dici, ac proinde hæreticum, qui persistit in errore, quē admonitus tenetur sub reatu culpæ mortalis dimittere. At neutrum placet sed dicendum est neutiquam reperiri pertinaciam requisitā ad hęresim, dū quis existimans se non contrauenire Ecclesiæ, aut Pōtifici, defendit hæresim, quamuis nō acquiescat Episcopo, Inquisitoribus, & viris doctis contrarium asseuerātibus, & quāuis temerarius sit ac mortaliter peccet, illis non acquiescens. Ratio est, quod solius Ecclesiæ, ac Pontificis sit, res fide tenendas definire: ceteri autem, & fallere, & falli possunt. Cum hic ergo certæ regulæ fidei non contradicat, minime erit pertinax, ac cōsequēter nec hæreticus. Ita docēt *Canus libro duodecimo de locis Theolog. capit. nono columna decimaseptima, versic. At quid pertinacia, Torres de Trinitate, quæst. trigesimasecunda, articulo quarto, in quarta par. commentarij, statim in principio. Valentia 2.2. disputatione 1. quæst.11. puncto primo difficul.4. Vasquez prima secundæ, quæst.76. artic.3. disputat.126. cap.3. num.7. Sayr. thesauro casuum, tom.1. lib. 3. cap.4. num.17.*

26 Immo, optimè ait *Toledo lib. quarto, Summæ cap. tertio numero octauo*, quandoque inueniri pertinaciam sufficientem ad hæresim in homine docto, quæ talis non esset in rustico. Quia doctus erit pertinax, quoties tenet aliquid contra traditiones Apostolicas, aut Ecclesiæ, Pontificisve definitionem. Quippe has certas fidei regulas esse nouit. At rusticus sæpè non erit pertinax, credens aliquid, quod scit esse contra traditiones Apostolicas, aut Pontificis determinationem, dummodo credat non esse contra Ecclesiam, paratus ab ea corrigi. Quod hic non teneatur scire in particulari illas esse certas fidei regulas, & hæc sit ratio illi credendi, vt credat quicquid tenet Ecclesia.

27 An vero censeatur pertinax, & hæreticus, aut a fide apostata, qui baptizatus, ab infantia nutritus est inter infideles, aut hæreticos, & sic amplectitur infidelitatem & hæresim, quæ edoctus est & quando censeatur illi fides sufficienter proposita, vt deinceps non credens sit hæreticus? diximus hoc lib. 2. c. 1. nu. vlt. At hic tanquam vere baptizatus potest ab Ecclesia compelli, vt fidem audiat, & sufficienter sibi propositam amplectatur. Vt notatur communiter a DD in tractatu de baptismo.

28 Septimo deducitur, pertinacem, ac verum hæreticũ esse, qui sciens aliquid esse ab Ecclesia definitum non credit, etsi separatum esse per Ecclesiam corrigi dicat. Quia vere non est paratus per illam corrigi, cuius definitionem manifeste impugnat. Sic *Nauar. Summa cap. 11. Hispane, nu. 17. Latine, nu. 22. Castr. lib. 1. contra hæreses, cap. 9. ad fin. Torres de Trinitate, q. 32. art. 4. in 6. p. com mentarij, in fine.*

29 Octauo deducitur, esse quoq; pertinacem, ac verum hæreticum, qui in nondum ab Ecclesia definitis amplectitur eo animo aliquam partem, & ita tenaciter, vt ita affectus sit & paratus ad illam tuendam, vt Ecclesię cõtrarium definienti non acquiescat. Quia etsi pars quam tuetur, hæresis nõ sit: at eo ipso, quod Ecclesiæ aliter docenti resistere paratus est, credit Ecclesiam posse errare. Quod est hæreticum, Sic *Caiet. in Summa, verb. Hæresis. Nauar. nu. præcedenti allegatus. Vasquez 1. 2. q. 76. artic. 3. disp. 126. cap. 3. nu. 8.* vbi optimè aduertit non satis esse dispositionem habitualem, sed opus esse aliquo actu elicito. Quia ob dispositionẽ habitualem nemo peccare dicitur, nisi in actum prodeat.

30 Nono deducitur, similiter esse hæreticum pertinacem, qui falso putãs aliquid esse ab Ecclesia definitum, contrarium sentit. Quia tunc formaliter a fidei ratione recedit, credens non in vniuersum esse vera definita ab Ecclesia. Ita *Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 17. num. 3. Bañes 2. 2. q. 11. art. 2. col. 4. corollario 3. Aragon ea. q. 11. art. 2. col. 6. vers. Hoc constituto. Sayr. thesauro casuum, to. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 14. Petrus de Ledesma 2. to. Summæ, tractatu 1. c. 6. post 3. conclusionem, corollario 1.* Nec approbo, quod ait *Simancas de Catholic. instit. tit. 31. nu. 9.* nempe, hunc grauissime peccare at non iudicandum hæreticum in foro externo. Quod nil contra fidem asserat. Sed melius dicunt *Henriquez, & Sayro*, hunc hæreticorum pœnas incurrere. Quia vere aliquid de fide negat, nempe, Ecclesiam esse certã fidei regulam, nec fallere, nec falli potentem. Nec obstat, credentem falso se percutere clericum, cum vere is laicus sit, nõ incurrere excommunicationem. Quia hic non est verus clerici percussor. At ille est verus hæreticus.

31 Decimo deducitur, esse quoque pertinacem hæreticum qui alicui opinioni tam firmiter, tanquam de fide tenendæ adhæret, vt Ecclesiæ eam non esse de fide determinanti, non sit paratus acquiescere. Constat ex dictis duplici numero præcedenti. Ita *Castro libro 1. de iusta hæret. punit. a libro quarto. Corduba in quæst. ord. libro primo, quæst. 17. §. septimo dubio secundo* Hæc autem præparatio, & dispositio ad non credendum, debet esse per aliquem actum elicitum. Vt numero vigesimonono, in simili diximus.

32 Vndecimo deducitur, quid dicendum sit de non assentienti reuelationi speciali sibi factæ, quam diuinam putat. Quidam putãt hunc admittere peccatum infidelitatis, non tamen hæresis. Ducuntur ex doctrina *Scoti li. 3. de natura, & gratia. cap. 11. in 3. argumento* dicẽtis huic speciali reuelationi non præstari assensum per habitum fidei Catholicę omnibus communis: sed per aliam fidẽ particularem, non minus tamen certam. Sic *Corduba in quæstion. lib. 1. q. 17. §. 1. dubio 2. col. 5. versi. Respondet magister. Manuel in bulla Cruciat. §. 9. nu. 74. Vinaldus Candelabro Sacram. in vltima editione anni 1602. in bulla Cœnæ, casu 1. nu. 30.* Et addit *Cordub.* hunc non incurrere pœnas hæreticorum. Quod additum sequitur *Azor tomo 1. li. 8. instit. moral. c. 9. q. 4.* quamuis dicat hunc coram Deo esse vere hæreticum. Et reddit rationem, quod Ecclesia suas pœnas solis hæreticis statuerit, qui ea, quæ omnib. ipsa proponit credenda negant. Cuiusmodi nõ sunt specialiter alicui reuelata. At censeo hunc vere hæreticum esse. Quod tradunt *Vega lib. 9. de iustificatione, c. 3. & Catharinus Apologia de certitudine gratiæ cap. vlt.* Existimo quoque hunc omnes hæreticorum pœnas subire. Quia etsi Ecclesia non proponit eam rem reuelatam illi, credendam omnibus, nec hunc credendã: at proponit omnibus credendam summam Dei veritatem, quam hic negat, cuius reuelationi fidem non habẽs. Sicut numero trigesimo diximus de neganti, quod putat ab Ecclesia propositum esse tanquam de fide credendum, cum tamen non sit.

33 Duodecimo deducitur quid dicendum sit de neganti propositionem Theologicam, quæ per illationem euidẽtem infertur ex propositione de fide, & principio naturali. Vt Christus est risibilis. *Canus lib. 12. de locis Theolog. c. 9. col. 15. versic. Enim vero & Valentia 2. 2. disput. 1. quæst. 11. puncto 1. difficult. 3.* aiunt hunc esse hæreticum, non directe, & immediate, sed indirecte, & reductiue. Sicut & ipsa propositio non est secundum se, & immediate de fide, sed mediate. Quia hic eo ipso errat contra fidem. nam consequenter cogitur ex natura rei propter illationis euidẽtiam negare præmissam de fide. At melius dixit *Corduba in quæstion lib. 1. q. 17. §. 7. dub 3. nota 3.* hunc præsumi hæreticum in foro externo. Quia non præsumetur errare in principio naturali, omnis homo est risibilis: sed in vera Christi humanitate. Quare bene dixit *Aragon 2. 2. quæstione 11. articulo secundo, columna tertia, versicu. His tamen non obstantibus*, illum non fore hæreticum, si eam propositionem neget, non dubitans de vera Christi humanitate: sed quod principium naturale non credat in vniuersum esse verum: aut vim illationis ignoret.

34 Decimotertio deducitur, ex vltima particula definitionis hæresis ab eo qui fidem recepit, quid dicendum sit de catechumeno neganti fidem. Quibusdam placet eum esse verum hæreticum. Quod fidem semel receptã deserat, etsi illam nondum in baptismo professus sit. Ita docent *Castro l b. 1. de iusta hæret. punit. cap. 8. Bañes 2. 2. q. 11. ar. 2. Suarez 3. tomo in 3. par. disp. 21. sectione 2 nu. 4.* At contrarium verius est. Quia cum solemniter in baptismo fidem professus non sit, non est vere hæreticus per recessum a fide, sed infidelis. Atque ita docent *Aragon 2. 2. quæst. 11 art. 2. dubio 3. Toledo libro 4 Summæ, c. 3. num. 5. Hugolinus de censuris Pontifici reseruatis, 2. par. cap. 1. §. 1. nu. . & 3. alios referens, Sayr. Thesauro casuum, tomo 1. lib. 3. cap. 4. numero 11.* Siue tamen vnam, siue alteram sententiam amplectamur dicẽdum est eum nullis hæreticorum pœnis subijci. Quod excõmunicationis capax non sit, nec Ecclesiæ iurisdictioni subditus, cuius membrum factus non est per baptismi susceptionem. Quod contra *Castrum* dicentem hunc, vt hæreticum puniendum, etsi non tam acriter, fatentur *Suarez, & Sayro allegati. Simancas de Cathol. instit. ti. 31. num. 6. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. cap. 9. q. 3.*

35 Atque idem ob eandem rationem dicendum est de ficte baptizato recedente a fide. Quãuis Ecclesia fictionis ignara eum tanquam hæreticum puniet. Ratio est, quia cum baptismus irritus fuerit, nec hæresis, nec censuræ, nec subiectionis Ecclesiæ capax est, vt eius pœnis subiiciatur. Sic *Sayro nu. præcedenti allegatus.*

36 De ijs autem qui vere baptizari voluere, ac baptizati sunt, sed baptismus fuit irritus defectu legitimæ materiæ, aut legitimæ intentionis ministri, & putantes se vere baptizatos, se vt tales gessere, est maior controuersia, an si postea a fide recedant, sint veri hæretici, & vt tales puniendi. Affirmant quidam. Quia ad hoc satis est, vt se tanquam baptizatos gesserint, ac fidem in baptismo ex parte suæ intentionis valido professi sint.

si sint. Ita *Gabr.4.dist.13.q.2.art.1.notabili 3.Castro li.1. de iusta haret.punit.c.8 dub.3.Simanc.de cath.inst.tit.31. nu.5. Azor to.1.lib.8.inst.mor c 9.q.3.* Addit *Simanc.* hos pœnas hæreticorum incurrere. At verius est non esse hæreticos. Quod docent *Hugol. de censuris Pontifici reseruatis 2.p.c.1.§.1.nu.3.in fi.Sayr.Thesauro casum,tomo 1.lib.3.c.4. nu.11.* Quare nec excommunicationē, nec alias hęreticorum pœnas incurrent. Quia vere baptizati nō sunt. Addit *Sayr.* probabile esse posse hos ab Ecclesia cogi ad verū baptisma suscipiendū. Cum iam ex parte sua illud susceperint. Quod libēter fateor, non tanquam probabile, sed tanquam verissimum. Quod etiā *alijs relatis* tenet *Henriquez lib.2.de baptismo,c.25.n.6.*

CAPVT VIII.

An soli hæreticus, & apostata externi incurrant excommunicationem, & ceteras hæreticorum pœnas: & per quem actum dicantur externi?

SVMMARIVM.

An hareticus mentalis incurrat excommunicationem, & ceteras pœnas? Refertur quadam sententia, nu.1.

Sententia Authoris, num.2.

Peccatum haresis mentalis potest a quouis confessore absolui, num. 3.

An Pontifice, vel Episcopo peccatum haresis reseruantibus, censeretur haresis mentalis reseruari, nu.4.

An sola haresis censura reseruetur peccatum autem ipsum per accidens, & ablata censura possit quiuis confessor à peccato soluere, vel confessori concessa potestate circa censuram, & quid, si hareticus externus absoluatur bona fide a nō potēte absoluere, an absolutio valeat, quoad peccatum, & idem in alijs casibus Pontifici reseruatis, nu.5.

Sat est ad excommunicationem, ac ceteros hareticorum pœnas haresim verbo, aut signo exterius manifestare, etsi occultissime. nu.6.

Explicantur conditiones petita, vt signo verbo, aut scripto dicatur haresis manifestata, ita vt sit externa, nu.7. Et ibi excommunicatio lata ob delictum non afficit illud quando secundum operis externi quantitatem non est mortale, sed ex sola relatione ad intentionem operantis.

Explicantur actus positiui, & negatiui petiti, vt haresis sit externa à nu.8. vsque ad 16.

Quid, si actus manifestans haresim, non sit mortalis seclusa mala intentione. nu.17.

Quid si haresi motus exerceat bona opera, aut mala omittat, numero 18.

Explicatur quid quando non malo animo, aut ioco haresis detegitur, a nu.19. vsque ad 21.

Quid si quis dicat se habere animum recedendi a fide, nu.22.

Quid si legendo, narrādo, disputando, scribendo haresim aliarum, quam ipse etiam tenet, referat, aut transcribat, nu.23.

Quid si tempore somni, aut ebrietatis haresim proferat, n.24.

Quid, si dicat se quondam haresim credidisse, nu.25.

Quid, si verbis aquiuocis haresim proferat, nu.26.

1 QVidam dicunt hęreticum pure mentalem incurrere excōicationem in hęreticos latam. Quia cum peccatū hoc sola mente consummetur, credendo pertinaciter hæresim, hic est perfectè hęreticus huius sniæ vñr esse *glo.Clem.1.§.Verum, verbo Eo ipso, de haret. vbi & Card.nu.8.q.7.glo.24 q.1.Sum.ver. Qui vero Hostied. Sum.tit.de haret.nu 2.Abb.in proœm.Decr.verb.Rex pacific.nu.6.in fi.& c.Exstirpanda, in repetitione, §.Qui vero, nu 21.de preb.& c.fi.n.1.in fi.de haret. & c.2.n.13.de offic.ord.Fel.eo.c.fi.statim in prin.& c.Porro, statim in principio, de sent.excom. Reuertor. inquisitorū, ver Pœna, vers. Pœna ipso iure*, aiunt.n.hęreticū quantumuis occultum incurrere excōicationē. Et tenent expresse, quāuis solo corde retēta sit hæresis. *Glos.c.Cogitationis, verb.Patitur, de pœn d.1.Steph. & Paul.* quos refert, & sequitur *Imol. Clem 1.n.18.de haret. Bald.Si quis non dicā, 5.nu.1.vers. Venia ad oppositiones.C.de episc. & cler. Anan.cap.Si quis Eps n.7.vers.Istud tamē, de haret. Hipp.l.qui falsam, n.13, ff.de falsis, Fel.c.1.n.7.de prasumpt. & tractatu quādo conatus puniatur, nu.6.vers. Fallit tertio, in 4.casu Rosel.in Sum.verb. Absolutio 1.nu.19.& ver. Excōicatio 1 casu 1. nu.1.& verb.Hareticus. n.14. Adrian.4.q.2.de cōfessione, qua incipit, Restat nūc inquirere, §.Aliu probāt, ver.Sed huius rationis, & quodlib.8.q 1.lit.G, Alber. de agnoscendis assertionib.q.33.nu.27.29. & 32.Girald.Carrer.Bonif.de. Boita*, quos refert, & sequitur *Zaual. in suis com. opinio to.2.q.698. à nu.9. Dec.in sua pract. in 1.p.l.5.c.41 nu.2. Rotas de haret.p.1.a nu.246.vsq; ad 270. & p.2.assertione 17.n.313. Cantera in suis q.criminal.tit. de quasi omnib. tangentibus punitionem, cap.1.nu.8 Vela de pœnis delictorū, c.14.vers.Iure vero canonic. Menoch.de arbitrar.l.2.centuria 4.casu 369.nu 6 & 7.* Et vñr expresse sentire *glos.c. penult.verbo Tuo de sent.excom.in 6.Hostiens.c.Mulieres ad finem, de sent.excom.* vbi dicunt habentes solo corde ratam percussionem clerici ligari quoad Deum, etsi nō quoad Ecclesiam, quę de occultis non iudicat. Et *Locatur in suo Inquisitorum iudiciario, verbo Pœna, n.5.in fi.& Bursatus consi.14.nu.12.in fine volum.1.* vbi dicunt hęreticum mētalē esse in foro poli excōicatum, secus in foro fori. Et quamuis *Cantera, & Zaual. proximè allegati* dicant secus esse de alijs pœnis temporalibus: at *Baldus, Ananias, Hippolytus, Bursatus proximè allegat. & Felinus c.1.nu.7. de prasump. & tractat. quando conatus puniatur, nu 6.ver. Fallit tertio, in 4.casu*, tradunt hunc hæreticū mentalē incurrere quoque alias pęnas. Atq; incurrere amissionem bonorū tradit *Surdus de alimentis, tit.9 q.33.n.7.in fi. & 8.q.& q.32. n.4.& decis.147.n.12. & 13.p.1.* Atq; hæreticum occultum perdere bona tradūt ēt *Peregrinus de iure fisci li.5.tit.1.nu.170. & Menochius cons.218.nu.7.vol.3.& cons.175.n.8.volum.2* nō tamē explicant hi duo, quando ita occultus est, vt sit omnino mentalis. Et tandem qōnem hanc an hæreticus mentalis incurrat pœnas agitauit, vtrimque *Archid.c. penult ad finem de sent.excom.in 6.* & dubius nō decidit.

2 At verissimum est nullum hæreticum, vel apostatam incurrere excōicationem, aut alias pœnas, nisi verbo aliquo signo, vel facto, hæresim in mente latitantem explicet. Quia etsi hæc peccata consummentur verè, & perfectè, in sola mente at nequit Ecclesia punire excōicatione, alijsve pœnis fori externi delictum qualecunque, nisi aliquo modo externo manifestetur. Quia Ecclesia iurisdictione iudicandi de oīno occultis caret: & quāuis id posset, minimè expediret recte, & suaui Ecclesiæ gubernationi. Pro hac sententia est *Dominicus, c. Perpetua, nu.6.vers.Super dubio, de elect.in 6.* vbi ait electionem criminosi omnino occulti valere, eo quod Ecclesia non iudicet de occultis Et *Tiraquel.l.Si vnquam. verbo Reuertatur, in noua editione, nu.195.vers.Tertium quod non longe*, vbi relata priori sententia, concludit, tutū omnino vide *Dominicum in loco hoc*, & hæc apertè sentit idem. Et in proprijs terminis docet, *Paludan.4.d. 13 q.3.art.1.conclus.8.nu.15. Maior in 3.dist.25.q.3.in fi. D.Antoninus 3.par.tit.24.c.4. statim in principio. Driedo de libertate Christiana li.1.c.5.ad finē, Angelus in Sūma, verbo Hareticus, nu.2.Syluest.verbo Excommunicatio 7. casu 2.n.4.notabili 2.in fine. Armilla verbo Excommunicatio, inter casus excommunicationis, casu 9.in fi.Tabiena verbo Excommunicatio 5. in casu 4.nu.4.q.5.Caiet.Summa, verb.Haresis, in fi.& 2.2.q.11.art.3.in fi. Sotus 4.d. 22.q.2.ar.2.col.3.vers.Hoc autem supposito. & art.3.post 3.concl.casu 1.Castro lib.2. de iusta haret.punitione, c.18. paulo post principiū, & de lege pœnali, lib.2.c.15.in corollario, quod infert ex 1.propositione. Nauar.c.Cogitationis nu.8. & 10.de pœnitent.d.1.& Summ.c.11. Latina, n.22.Hispana n.17.& c.27.in vtraque, n.36.Conar. regula Peccatum 2.p.in initio nu.7. Martinus de Ledesma 2.p.4.q.21. ar.6.col.3.vers. Sed hesi abus. Palacios 4.d.5.disp.1.col.4. Corpe.villus tract.in de casibus reseruatis par.2. cap.1.q.2. vers.5.Simancas de Cathol. instit.tit.42.a n.2.Iulius Clarus in sua practica, lib.5.§.Haresis, nu.23. Azeued.l.lib.8. Recopil.tit.3.lib.1.nu.155.Villagut. de ex.ensione legū tit.* de

de iudice, & iudicio, multiplicique eius specie, §. 10. n. 56. & tit. de extensione legum pœnalium inflictarum hæreticis ad eorum filios, nu. 96. Guttier. quæst. canon. lib. 1. c. 13. nu. 28. Aragon 2. 2. quæst. 11. art. 3. fol. 341. §. Propter hac argumenta, vers. Ex his colligitur. Bañes eadem quæst. 11. art. 4. dubio 2. conclusione 1. Bursatus consil. 289. num. 13. vol. 3. Hugolinus de censuris Pontifici reseruatis, par. 2. c. 1. §. 1. nu. 16. & tractatu de censuris Eccles. tabula 1. cap. 9. §. 11. nu. 3. Toledo in fine Summæ, in excommunicatione 1. Bullæ Cœna n. 8. Manuel in Bulla Cruc. §. 9. num. 71. & in motu proprio Pij V. interdicentis ingressum fœminarum in monasteria virorum, n. 27. Vgold. in candelabro Sacrament. 2. p. in bulla Cœna, casu 1. n. 2. & p. 1. tit. de absolutione, n. 10. Sayr de censur. lib. 3. c. 4. n. 21. Perez lib. 1. ordinam. tit. 1. li. 1. col. penul. paulo ante vers. Dubitari etiam potest, & l. 8. tit. 4. l. 3. colum. 4. vers. Quari insuper solet, vtrū hæreticus occultus. Bartholomæus de Ledesma de confessione, dubio 16. fundamēto 2. in fi. Lud. Lopez p. 1. instructorij cōsciē tiæ, c. 41. paulo post principium, & 2. p. vbi de excommunicatione, c. 20. in casibus Bulla Cœna, casu 1. Suarez 5. to. in 3. p. disp. 21. sect. 2. nu. 2. Bartholomæus à Metina 1. 2. q. 96. art. 4. fol. 879. paulo ante 2. conclus. Graffis in suis decisionibus 1. p. lib. 2. c. 9. nu. 3. Peña in addit. ad Rojas de hæretic. 1. p. nu. 246. Humada lib. 13. gloss. 11. nu. 1. in fine, tit. 5. par. 1. Petrus de Ledesma 2. tomo Summa, tractatu 1. c. 6. conclusione 9. Vasquez 1. 2 quæst. 96. art. 4. disputat. 160. c. 5. nu. 22. Valentia 2. 2. disputat. 1. quæst. 11. puncto 3. ad finem, Manuel 1. tomo Summa in 2. editione c. 131. n. 1. Enriquez lib. 6. de pœnitentia c. 14. nu. 6. Emmanuel Sà in Summa, verbo Excommunicatio, in casibus Bulla Cœna, n. 3. Azor to. 1. instit. mor. l. 8. c. 10. q. 1. & l. 5. c. 10. q. vnic. vers. His cōstitutis Stephanus de Auila de cēsuris p. 1. dub. 10. cōcl. 1.

3 Hinc fit, hæreticum mentalem posse à quocumque confessore absolui. Quia ratione solius censuræ hæresis reseruatur Pontifici; at hæreticus pure mentalis eam nō incurrit. Quod est conforme Doctoribus allegatis, nu. præcedenti. Et in proprijs terminis tradunt *Sotus 4. d. 18 q. 2. art. 5. colum. 11. vers. Vtrum vero Manuel in bulla Cruciata, Caietan. in Summa, verbo Hæresis, in fi. Suarez, Guttierez relati numero præcedenti. Simancas Couar. Aragon statim, allegandi.* Quare dum *instructio 1. Hispalēsis, c. 6. pro Inquisitoribus.* tradit hæreticum omnino occultū esse secreto reconciliandum, & absoluendum, non intelligitur de hæretico omnino mentali, sed de eo, qui hæresim externe, occultissimè tamē manifestauit. Quippè pure mentalis reconciliatione, nec Inquisitorum absolutione indiget, sed à quouis confessario absolui potest. Atque ita eam instructionem explicant *Couar. regula Peccatum, 2. par initio, numero septimo. Simancas de Catholicis institut. tit. 32. num. 17. Guttier. quæst. canonicis, lib. 1. cap. 13. nu. 8. Aragon 2. 2. quæst. 11. art. 3. colum. 10. versic. Ad vltimum.*

4 Hoc temperant aliqui Doctores, vt intelligatur de reseruatione hæresis, quæ modo extat in *Bulla Cœna Domini*, quæ ratione solius censuræ excommunicationis ibi contra hæreticos vniuersos latæ fit: nam si Pontifex, vel Episcopus vel alius reseruare potēs, reseruarent hæresis peccatū, cēseretur hæresis interna reseruata. Quia ferè vniuersi Doctores fatentur Ecclesiæ integrum esse peccata interna, ac solo corde retenta reseruare: eo qd reseruatio non habeat verā, & propriam rationem pœnæ, sed est negatio, vel ademptio iurisdictionis absoluendi in foro interiori. Cū igitur in prædicto casu reseruet sibi superiores illi peccatū hæresis, eaque in sola mente latitans potiatur tota sua consummata perfectione, cēsebitur reseruata. Sic tradunt *Caietan. in 2. 2. quæst. 11. art. 4. in fine. Aragon eadem quæst. 11. art. 3. in colum. 8. paulo ante versiculum. Sed dubium est. Hugolinus in tractatu de censuris Sūmo Pontifici reseruatis, 2. p. cap. 1. §. 1. num. vndecimo.* Quare *Suarez 5. to. in 3. p. disputatione vigesima prima, sectione secunda, numero secundo*, dicēs hæresim pure mentalē non reseruari hodie Summo Pontifici, eo quod ratione censuræ reseruetur, addit circa Episcopalem reseruationem consulendam esse consuetudinem vt dijudicetur reseruata sit, necne. Ceterum quamuis nullatenus dubitem, sed omnino mihi certū sit, extendi Ecclesiasticam, Prælatorum potestatem ad peccata pure interiora reseruanda: existimo tamē quāmuis peccatum hæresis, aut alia quæcūque enormissima a quouis Prælato reseruētur, nullo modo censeri reseruari peccata mere interna, nisi indubitatis, atque expressissimis verbis declaretur peccata huiusmodi interna in reseruatione comprehendi. Ducor, quod cum alienum valde sit à prudenti & suaui Ecclesiæ gubernatione, peccata interna reseruari (prout omnes fatentur) ea reseruatio præsumenda non est, nisi expressis verbis declaretur. Sed sic non declarata, est pie interpretanda de peccatis in actum externum prodeūtibus. Præterea, quia cum peccata interna sint, tum frequentissima, tū etiam occultissima, absurdum esset ea reseruare. Vt bene tradit *Sotus nu. praeced. allegatus.* Immo esset culpa: vt tradit *Bartholomæus à Ledesma Summa Sacram. vbi de confessione, dub. 16. in fundamento 2. ad fin.* At in dubio non est præsumendum superiorem reseruantem absque de procedere, aut peccare. Et ita hanc partem sustinet *Alcozer Summa c. 12. puncto 2. doct. 2. vbi & alios refert.*

5 Dum tamen diximus hæresim in actum externum prodeūtem reseruari ratione solius excommunicationis, non intelligimus solam excommunicationem, per se, & immediatè reseruari, culpā autē solum mediate, & per accidens. Quia nimirū, a peccato nullus absolui pōt, nisi prius a censura absoluatur: ac proinde reseruata per se, & immediate cēsura censebitur mediate, & per accidens peccatum reseruari. Quod insinuant *Durand. & Caieta.* quos refert *Suarez 4. tomo in 3. par. disp. 29. sectione 2. numero septimo.* Sed intelligimus non tantum cēsuram, sed etiam peccatum, per se & immediate reseruari. Quod allegans alijs, & dicens esse communem sententiam, sustinet, & optime probat *Suarez ea. sectione secunda, numero 8. & triplici sequenti.* Vnde bene *numero decimo*, ait absolutionem impensam hæretico exteroo, vel cuicunque affecto excommunicatione Pontifici reseruata esse irritam, sine legitima potestate absoluenns factam, non tantum quoad censuram, sed etiam quoad peccatum: quantumuis bona fides confessoris, & pœnitentis adsit. Vnde peccatum illud est necessario iterum fatendum. Quod secus se haberet, si peccatum non esset reseruatum: tunc enim maneret censura nona absolutione indigens at absolutio peccati valeret, nec id iterum fatendum esset. Iuxta veriorem sententiam dicentem valere absolutionem a peccatis, manente excommunicatione. Nec tamen negandum est quod omnes fatentur, nimirum sublata excommunicatione hæresis, vel cuiuscunque peccati Pontifici reseruati, per potentem legitime ab ea absoluere posse, quemlibet confessorem ab ea absoluere culpam. Nam vt optime ait *Suarez ea. sectione secunda, numero vndecimo.* sicut a principio, & velut in fieri connexa sunt censura & peccatum, vt peccatum sine censura minime reseruetur: ita etiam in conseruari, siue in duratione sua eandem connexionem habēt: ita vt ablata censura censeatur reseruatio culpæ sublata: & concessa potestate ad absoluendum a tali censura, censeatur concessa facultas ad absoluendum a tali peccato, & è contra. Quare si hæreticus ratione ignorantiæ censuræ excommunicationis, eam non incurreret peccatum eius posset a quouis confessario absolui. Quod non sit reseruatum.

6 Quò autem excommunicatio incurratur, satis est hæresim verbo, signo, vel facto, quantumuis occultè, ac nemine præsente manifestari. Quia tunc hæresis est vere externa, ac per se, & suapte natura potest Ecclesiæ constare, & solum per accidens occulta est, eo quod nullus ei manifestationi internæ adfuerit. Atque ita docent *Ang. Sylu. Tabiena Armil. Caiet. vtroq; loco, Nau. triplici loco, Sotus vtroq; loco. D. Anton. Couar. Simanc. n.*

7. Ca-

7.Cast.vtroque loco, Villagut. Martinus de Ledes. Paluda. Driedo Perez vtroq; loco.Viuald.vtroq; loco.Suar.ea.sect. 2.n.2.Lud.Lop.vtroq; loco. Man.in bulla, & in motu proprio n.28. Sayr.eo c.4.n.26.Petr.de Ledes. concl.10. Vgol. eo.§.12.nu.6.& eo.§.1.nu.17. Toledo nu.10.Graff.num.4. Stepha. de Auila concl.2. Azor eo.lib.8.cap.10.q.4. & eo. lib.5.c.10.q.unica,vers.His constitutis, Aragon eo.art.3. fol.340.§. Sed dubium est,vers. Hoc supposito. Bañes eo. dub.2.conclu.2. Bursat. vbi eos allegaui. nu.2.Vasq.1.2.q. 96.art.5.disput.169.c.2.n.23. At vtrum hoc sufficiat ad alias pœnas incurrendas,non constat. Nam *Sot.li.1.de iustit.q.6.ar.6.col.7.vers.At quoniam* fatetur hæreticum hunc ita per accidens occultum incurrere excommunicationem: ait tamen durissimum esse opinatu eum incurrere pęnas ciuiles iuris. Et *Cantera in suis quæst.crim. tit. de quæst.tangentib. punitionem delicti.c.1.num.18.*ait qn̄ delictum probari nequit,non incurri pœnam confiscationis.Ceterum dicendum est,hmōi hęreticū quātumuis per accidens occultum incurrere vniuersas hæreticorū pęnas. Quod apertè indicat *Sot.eo.ar 6.cōcl.4.* vbi ait,confiscationem retrotrahi ad diem, qua quis hęresim consulto asseruit. *Aragon 2 2.q.11.ar.3.fol.344.§. Iam dicendum nobis erit*, enarrat pœnas hæreticorum, & concludit hæreticos qui suam hæresim exterius protulere esse qui his pœnis subijciuntur. *Et Vgolin.tract.de censur. Eccl.tab.1.c.9.§.12 nu.6.* ait hæreticos per accidens occultos legib.puniri.Et *Io.à Metina de restit.q.1.§. Post rerum dominiū, vers. Ad propositum igitur, & Graff. in suis decis.1.par.lib.2.c.9.nu.4.*aiunt hunc amittere bona. Atq; illum incurrere oēs pęnas,tradunt *Cordub.in suo quæst.lib.1.q.36.opin.3. vers. Confirmatur secundo,Simanc.de cath.instit.tit.42.nu.7. Nauar.sum. Lat.c 27.nu. 56.Burs.consi.289. nu.13.vol.3. Villagut.de extens.leg.tit. de extensione legum pœnalium inflictarum hæreticis ad eorū filios,n.101.Vasq.hic allegat.*Et rō est,quia etsi ad exequendam pęnam ipso iure latam exigatur probatio delicti, & processus iudicialis: id tamen non exigitur ad illam incurrendam, sed sat est delictum esse externum.

7 Sed non sufficit quodcunque verbum, aut signū, aut scriptum,vt per illud hęresis manifestata, ac externa cēseatur,sed triplex conditio debet concurrere. Prima est vt verbum illud,siue scriptum, siue signum,manifestet sufficienter hęresim internam, ita vt si aliquis adesset, posset illam percipere. Siue ex se eam manifestet, siue rōne temporis, aut circumstantiarum concurrentium. Quando n.sic non manifestat hæresim, ita occulta est per se,acsi interna prorsus esset. Sic tradunt. *Nau.cap. Cogitationis,nu.10.corollario 2.de pœnit.dist.... Cordub.in quæst.lib.4.q.13.opinione 3. vers.Tertio corollario, Bañes 2.2.q.11.ar 4.dubio 2.argumento 3. contra 3.conclusionē. Henriquez li.6. de pœnit.c.14.nu.6. Vasquez 1.1.q.96.art. 4.disputatione 160.in capite quinto, nu.20 & 21.Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2.par.cap.1.§.1. num.17.Petrus de Ledesma 2.tomo summa tractatu 1.c.6.post 10.conclusionem,difficult.2. Emmanuel Sà summa, verbo Excōmunicatio,in expositione bullæ cenæ nu.3.& Doctores omnes quos numero sequenti referam.* Secunda conditio est vt actus ille exterior sit de se malus,& mortalis, non per solam relationem ad actum internum, sed etiam secūdum operis externi quantitatem. Quia cum excōmunicatio, & ceteræ aliæ pęnæ graues, quales sunt hæreticorum,non imponantur,nisi ob peccatum mortale externum, vtpotè quod solum potest Ecclesiæ constare: oportet vt id peccatū mortale sit, prout per actum externū manifestatur, qui solus Ecclesiæ iurisdictioni in foro externo subest. Sic *Henriquez, & Emmanuel Sà ibid.* Atq; alio in simili idē tradunt alii Doctores dicētes non incurri excommunicationem percussionis clerici, quando externa percussio est leuis, & venialis, etsi mortalis sit ob prauum percutientis animum. Hi sunt *idem Henriq lib.13.de excommunic.c.17.num.2.Gutier. quæst.canon. lib.1.c.5.num.13.Manuel 1.tomo sum.in 2. editione,cap.80.num.8.* Tertia conditio est, vt actus ille externus sit confessio hæresis. Vt constabit ex dicendis numero 17.

8 Ex prima conditione deducitur primo, non censeri hæreticum externū, qui hæresim manifestat per actus indifferentes soli sibi hæresim significantes. Vt si dum hæresi interius assentitur, femur percutiat,vel dicat hęc sola verba, ita est: aut alia verba, aut signa exprimat, aut facta operetur; quæ de se non sunt magis indicia falsi, quam veri assensus. Ratio est, quia etsi actus ille exterior sit malus malitia hæresis; at quia eam malitiā non habet ex obiecto, sed quia nascitur ex malo animo, cuius animi malitia per se occulta est, nec aliquo modo Ecclesiæ insinuata per talem actum externum, inde est, vt eius hæresis malitia reputetur acsi mere interna esset,quoad hæresis pœnas incurrendas. Hoc est contra aliquos, quos tacito nomine refert *Azor to.1. lib.8.inst.mor.c.9.q.vlt.* dicentes tunc incurri. *Azor ibidem, & Sayr.in Thesauro casuum,to.1.lib.3 c.4.n.16* tenent nostrum corollarium tanquam valde probabilē. Idem sequuntur *Bañes, & Petrus de Ledesma, Vasquez num. præcedenti allegati.* Atque idem tenentur dicere *omnes ibi in 1.conditione allegati.* Et idem bene dicit *Petr. de Ledesma ibidem*, si assentiens quis huic hæresi internæ, Christus non est homo, hęc sola verba proferat; Vere non est homo. Quia ea à quocunque audita nullam hęresim manifestant, sed indifferentia sunt.

9 Secundò deducitur,nec esse hæreticum externum, si hæreticus mētalis scribat alicui verba amicitiæ, vel mutuet pecunias, aliave beneficia in ipsum conferat,quo amicitia cū illo inita, possit facilius illū ad suā hæresim trahere. Quia omnia hæc sunt de se indifferentia, nec hæresim internam exprimunt. Sic *Cord.nu.7.allegati.*

10 Tertiò deducitur, nec esse hæreticum externum, si scribat hęresim quibusdam characteribus, vel notis, quæ vulgo cifra vocantur, impositis a se ipso ad sibi soli significandum, & talia sint, vt à nullo alio intelligi valeant. Quia adhuc hæresis manet intra hæretici mētem, nec ab alio intelligi potest. Cum ea signa de se illam non explicent.

11 Quartò deducitur,quoties qui est hęreticus,eo quod falso putans aliquam propositionem esse de fide, cum reuera non sit,contrarium tenet:vel quia ita suam opinionem sustinet, vt paratus sit ad non acquiescendum Ecclesiæ contrarium docenti, vel quia non credit rem quam putat a Deo sibi reuelatam esse: iuxta dicta cap. præcedenti, a numero vigesimo nono, vsque ad trigesimum secundum, non sufficere, vt sit hæreticus externus, si illam propositionem, quam falso putat hæreticam,vel quam paratus est tenere ac de fide,etsi contrarium doceat Ecclesia; vel quæ est contraria reuelationi sibi factæ, alterius proferat: nisi simul etiam dicat se existimare contrarium esse de fide, vel contrarium sibi a Deo reuelatum explicet,vel illam etiam prauam pręparationem. Ratio est,quia cum his circumstantijs tacitis id quod exterius asserit, non est contra fidem, nōdum suam hæresim manifestat.

12 Quintò deducitur, si quis sit hęreticus iuxta modum dictum c.præcedenti,nu.31.eo quod negat propositionem Theologicam, vt Christus est risibilis, errās in vera Christi humanitate, quam non credit, eum esse hæreticum externum, si exterius solū proferat Christum non esse risibilem. Quia cum (vt ibi diximus) non præsumatur errare in principio naturali, nec in sequentiæ illatione, sed in propositione de fide (prout verè errat in ea) sufficiens hæresis in mente retentę indicium prębet, vt sic ex ea propositione procedere possit contra illum Ecclesia. Nam ideo *Clement.§.Verum,de hære:* excommunicantur Inquisitores, odio, vel amore, &c. procedentes contra quem non debent, vel omittentes procedere contra quem debent. Quia ex ea iniustitia externa pręsumit probabiliter Ecclesia prauum affectū internum. Vt optimè id expendit. *Nauarr.cap.Cogitationis, nu.8.de pœnit.d.1.*

Sextò

13 Sextò deducitur, hæreticum eo quod res fidei esse dubias credat fore externum, si dicat de rebus fidei se dubitare, quamuis non dicat esse dubias. Quamuis enim solum dubium absque eo iudicio non constituat hominem hæreticum, (vt diximus cap. præcedenti nu. 12.) & hic solam suam dubitationem explicet. At cum moraliter (vt eo.nu.12.in fine diximus) cum ea dubitatione sit coniunctum id iudicium reddens hominem hæreticum, ea verba vehemétem hæresis præsumptionem inducunt: ac sufficientem, vt Ecclesia possit id iudicium præsumere, ac procedere contra illum ac hæreticum.

14 Septimò deducitur, qui ex interna hæresi prodiret in blasphemiam non hæreticalem, minime dici hæreticú externum. Vt si credés Deum esse tristitiæ capacem, aut amissionis vitæ, aut non esse potentem, prorumperet in hæc verba blasphema: Pœniteat Deum: vel non sit potestas Dei, vulgo, *Pesete Dios, o no aya poder Dios*; vel per Dei vitam, non esset hęreticus externus. Quia ea verba nullam hęresim important cum non sint iudicatiui modi: nec hæresis pręsumptionem inducunt: sed solum qñ sunt blasphemię hæreticales. Et ideo de illis non cognoscunt inquisitores fidei, sed iudices ordinarij. Vt multis citatis tradit *Rojas de heretic.2.p. assertione* 12. *num.* 171. Quando autem sint blasphemię hæreticales, dicemus huc 2.libro quando de blasphemia egerimus.

15 Octauò deducitur, esse hęreticum externum, qui factis, ex quibus præsumptio hæresis oritur, suam internam hæresim explicat. Vt si credens baptismum iterandum, rebaptizet. Quia ex eo actu pręsumitur sufficienter hæresis. Sic alios referens *Iulius Clarus libro quinto receptarum, in practica crimin. §. Hæresis numero 24. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2.part. cap.1. §.1.num.17.* Idem ait *Vgolinus*, si quis credens Ecclesiam non posse esum carnium interdicere, illis in diebus prohibitis vescatur. Quod & exemplum rebaptizationis intelligeré, quando ex circumstantijs concurrentibus, posset iure optimo hæresis pręsumptio oriri, & non obliuionis, aut ignorantiæ, aut iustæ causæ. Non autem esset hæreticus externus, qui credens fornicationem licere, fornicaretur. Quod fornicari nullatenus hæresim sapiat, nec quisquam inde hæresis suspicionem concipit. Ita *Viualdus Candelabro sacram.2.p.in bulla cœna num.secundo, in edi. anni* 1595.

16 Nonò deducitur, non tantum ex commissione facti sapientis prodi sufficiéter hæresim internam: sed etiam quandoque ex omissione. Vt tradunt *Caietan.2.2.quæstion.11.articul.4.versicul. Ex his siquidem. Toledo Summa in expositione bullæ Cœnæ, excommunicatione 1. numero decimo. Sayr. thesauro casuum tomo 1. libro 3. numero* 30. qui bene exemplum huius adhibet. Vt si quis ex hæresi interna omitteret ea opera, quorum omissio, vel ex natura sua, vel ratione temporum, & hęresum tunc vigentium, hęresis pręsumptionem induceret. Vt si quis nunquam templum ingrederetur: vel dum eleuatur Eucharistia, non genuflecteret. Quare dum *Azor tomo 1. lib.8.institut.moral.capit.9 quæst.vltima*, ait non sufficere prodi hęresim internam per hos actus, quando quis coram Sacramento caput non aperit, aut genu non flectit: intelligendus est, quando eæ circumstantiæ cócurrunt, vt si quis astaret, iure optimo id obliuioni, aut inaduertentię tribuere posset. Secus quando attentis circumstantijs concurrentibus, hæresis præsumptio concipi merito posset.

17 Decimò deducitur ex 2. & 3. conditionibus numero 7. positis, si quis motus hæresi interna, qua putat licere esum carnium diebus prohibitis, tantillum carnium tunc ederet, cuius quantitatis esus ratione prauitatis materiæ est venialis, non esse hæreticum externũ eum: etsi attentis circumstantijs concurrentibus, quando esset in notabili quantitate esus, oriretur sufficiens hæresis indicium, iuxta dicta nu. 15. Quia id factum externum non est mortale, nisi per solam relationem ad actum internum. Constat ex Doctoribus, quos numero 7. allegaui, & ex ratione ibi tradita in secunda conditione.

18 Vndecimò deducitur, nec esse hęreticum externum, qui hæresi interna motus exercet bona opera, aut mala omittit, quæ hæreticorum secta, quam amplectitur, facienda, aut omittenda præscribit. Quod hæc non hæresis, sed boni viri indicia sint. Ita *Sayr. thesauro casuum to.1.lib.3.cap.4.num.*30. Quod intelligo, nisi in hęreticorum oppidis ea bona faceret, aut mala omitteret, ijs circumstantijs, vt reliqui inde eum hæreticum deprehenderent.

19 Duodecimò deducitur, non censeri hæreticum externum, detegentem hæresim in confessione sacramentali. Quod actus hic & optimus sit, & quodammodo alterius rationis, & extra iudicium humanum. Ita *relato Victoria* docent *Simancas de cath.instit.tit.42.nu.9. Couar. regula Peccatum 2.p.in initio, nu.7.in fi. Cord.in quæst.lib.4.q.13.opinione 3.vers. Tertio corollario. Gutier. quæst. canon.lib.1 c.13.nu.9. Sayr.d.c.4.nu.*28. *Azor to.1.lib.8.inst.moral.c.10.q.5.* Hinc extendit *Sayr.* vt habeat verum, quamuis hic nec hæresim deserat, nec corrigi paratus sit. Quia hic actus est extra iudicium humanum. At melius docent contrarium *Couar. Cord. & Azor*, dicentes requiri, vt hic bono animo fateatur. Quia alias non est confessio, sed confessionis simulatio, nec est actus bonus: nec sigillum obligat. Nec tamen credo esse necessariũ, vt fateatur dolens, & ab hæresi resipiscens. Quamuis id petant *Coua. & Azor.* Sed satis esse credo, vt quamuis de peccato hæresis non doleat, nec illam relinquat, accedat bono animo ad eam confessori detegendam, quo consilium petat. Quod solum videtur petere *Corduba.* Quia etsi non sit sufficiens ad sigillum sola consulendi propter animæ bonum intentio, sed sit necessaria intentio se accusandi coram iudice a Christo constituto: (vt alios allegans probat bene *Suarez 4.tomo in 3.p.disp. 33.sect.2.nu.7.*) at actus hic optimus est, nec manifestatur hæresis per actum malum.

20 Immo qui amico, aut inquisitoribus hæresim internam manifestaret, non animo hæresis asserendæ, sed capiendi consilij ad animę suæ bonum, non censeretur hæreticus externus. Quod is actus bonus sit, nec hæresis professionem sapiat, sed potius detestationem. Hæreticus enim non profert eam hæresim, asserédo illam. Ita docent *Victoria. Couar. Simancas. Gutier. Sayr. nu.29. Azor num præced. allegati, Aragon 2.2.q.11. art.3.colum.7. vers. Sed dubium est: Emmanuel Sà Summa, verbo Excómunicatio, in Bulla Cœnę, num.3. Azebedo lib.8.recopil.ti. 3.l.1.n.*156. Atque idem dicendum est, quando alterius rei honestæ causa hæresim illam detegit. Vt bene docet *Aragon ibi.* Quia actus est bonus, nec fit animo asserendæ hæresis. Atque proinde militat eadem ratio. Hæc limitat *Azor*, quando consilij capiendi gratia hic manifestaret hæresim, in qua olim fuit. Secus si asserat nunc quoque se esse in ea hæresi. Sed displicet limitatio. Quia adhuc actus ille exterior bonus est, cum ad capiendum consilium in animæ bonum fiat, & non ad profitẽdum hæresim. Sicut optimus actus esset, si quis viro prudenti, ac pio aperiret se in concubinatu esse, vt ab eo consilium petat. Alij limitant, vt intelligatur, quando virum illum doctum consulit, vt ab eo edoctus acquiescat Ecclesiæ: secus si animo non acquiescendi Ecclesiæ, sed vt consilii priuato. Ita *Bañes 2.2. quæst. 11.artic.4.dubio 2. in solutione ad 5.contra 2.conclus. Petrus de Ledesma 2.tomo summ.tract 1.c.6.post 10.conclus.diffic.4.* Sed nec hæc limitatio placet. Nam cum mens illa in hæretici mente lateat, nec exterius aliquo modo explicetur: & exterius petendi consilij actus bonus sit nec ad profitendam hęresim ordinatus: non video cur hunc hæreticum externum, ac pęnis subiectum constituat.

21 Decimotertiò deducitur, si quis ioco, vel ex ignorantia, se olim aliquid contra fidé credidisse dicat: nunc autem minime credere, non esse eum hæreticum externũ.

Quam-

Quamuis aliqui teste *Azor to.1.lib.8.inst.mor.c.10.q.6.* contrarij dicant. Ratio est. Quia nõ quæuis verba sufficiunt ad hæresim externam, sed ea q̃ hæresim internã præsentẽ declarant, ita vt animus, & sermo cõsentiant: & id quod mẽte concipitur sermo depromat. Sicut nec est fornicari nec peierare, quempiam dicere se aliquãdo fornicarũ esse, aut peierasse. Item, quia in hac externa confessione, nec peccat, nec ex errore concepto operatur. Sic *Victoria*, vt referunt dicẽtes forsan benignitatis gratia id defendi posse, *Simãcas de catho.insti.tit.42. nu.10. & Azebed. lib.8.recopil.tit.3.l.1.nu.157.* & tenent *Azor ea.q.6. & Sayr. thesauro cas.tomo 1.lib.3.c.4.nu.31. Suar.5.to.in 3.p.disp.4.sec.2.n.14.* Qui tñ hoc limitat, qñ non animo confitendi eundem errorem, nec cõplacendi in eodem delicto id assereret. Sed non placet hęc limitatio, quoad animum complacẽdi. Quia adhuc hic non profert hæresim pręsentem. Stat.n.eum esse nunc Catholicum, & tamen eum non pęnitere hęresis præteritæ, sed de illa gaudere. Placet tamen, quando animus esset nunc profitendi illam eis verbis, & ex dicendi modo de hoc cõstaret. Quippe etsi verba solam præteritam hæresim indicent: at animus tunc eiusdem hęresis profitendę ex dicendi modo significatus continet hæresim præsentem exterius professam.

22 Decimoquartò deducitur hæreticum internum non exprimentem se credere hęresim: sed tantũ habere propositum in illam, aut in apostasiam incidendi, non esse externum, quamuis ob id propositũ puniri possit. Quia hoc non est formaliter profiteri, ac exprimere hęresim, sed propositum futuræ sectæ, cum quo stat eum nunc esse Catholicum.

23 Decimoquintò deducitur, non esse quẽpiam hæreticum externum, legẽdo, narrando, disputando, vel alienos libros, aut tabellas transcribendo, si hæresim, quam antea conceptã retinebat, lingua pronũciet, non quidẽ voluntate eam confirmandi, aut exprimendi, sed tantũ gratia legẽdi, disputandi, transcribẽdi, & narrãdi. Quia nõ profert, nec transcribit illam hæresim quasi ex proprio marte, sed vt alienam. Ita *Cord.in q.lib.4.q.13.opinione 3.vers.Tertio corollariè. Azor to.1.l.8.inst.mor.c.10. q.7. Eman. Sa sum.verb. Excõicatio in bulla Cœna, nu.3.*

24 Decimosextò deducitur, quid dicendũ sit de pronũciante hæresim internam tempore somni, vel ebrietatis. *Pet.de Ledes.2.to.sum.tract.1.c.6.post 10.conclus.diffic.5.* dicit olim se tanquam rem certam tenuisse hunc esse hæreticum externum, si expertus erat in somno, vel ebrietate se illam explicare: nec id cauit, secus quando non solitus erat. Quod in priori casu hæresis illius externa pronunciatio voluntaria esset: non autem in posteriori. At nunc ait probabilius sibi videri in neutro casu esse hæreticum externum. Et ita ego sentio. Nec obstat percutientem ebrietatis, aut omni tempore clericum, quando id expertus erat a se fieri, nec præcauit, nec euadere excommunicationem. Quia percussio clerici ex se est opus externum excommunicationi subiectum, dummodo sit voluntaria in se, vel in causa. At hæresis externa neutiquam excommunicationi subijcitur, nisi quando ab interna procedit. In hoc autem casu non procedit ab interna, sed ex praua consuetudine.

25 Decimoseptimò deducitur, eum qui fatetur se quondam in hæresim interius consensisse, non dici hæreticum externum ex hac sola confessione. Quippe fateri se in hæresim consensisse, non est peccare exteriori hæresis peccato, nec hæresim profiteri, ac proinde peccatum huius secundum peccati rationem perseuerat omnino interius. Ad incurrendas autem pœnas, est opus, vt hæresis in exteriorem peccati materiam prodeat, & aliquo signo externo profiteatur ille se in hæresi permanere. Atque ita docet *Vasquez 1.2.quæst.56.art.4.dispus. 160.c.5.nu.xx.*

26 Tandem si quis animo hæretico ita verba cõponat, vel amphibologice eis vtatur, vt possit subterfugere, est verus hæreticus exterior. Quia illa fictio non minuit culpam, sed per accidens occultat. Ita *Suarez 5.to.in 3. par.disp.4.sect.3.nu.17.*

CAPVT IX.

De excommunicatione in hæreticos lata.

SVMMARIVM.

Hæretici iustè puniuntur & coguntur fidem, retinere, num. 1.

An iure diuino sint excommunicati: & fuerit hæc excommunicatio reseruata, nu. 2.

An omnes hæretici censeantur nominatim excommunicati, & vitandi, num. 3.

Quid si quisquam de hæresi damnatus sit: aut de alio crimine, cui constat annecti excommunicationem: non tamen sit declaratus excommunicatus, nu. 4.

An conuersantes cum hæreticis, in Anglia, Germania, et alijs hæreticorum locis, peccent, nu. 5.

An hæreticum publica Ecclesiæ voce notum, vt Lutherũ vitare teneamur, num. 6.

An liceat Catholicis cum hæreticis commorantibus, simul cũ illis orare rei diuinæ interesse, illorum funus comitari, n. 7.

An liceat eorum templa adire ibi preces fundere, rem sacram, & conciones hæreticas audire, nu. 8.

An liceat cum eis matrimonium inire, etiam ea lege, vt quidã filij in fide, alij vero in hæresi educentur, nu. 9.

An liceat à suis parochis hæreticis Sacramenta recipere, nec hæretici iurisdictione ante denunciationem priuentur, n. 10.

An hæreticorum filij possint ad Catholicorum scholas admitti, num. 11.

An fas sit Catholico filium hæretici de sacro fonte suscipere, aut hæreticum patrinum sui filij adhibere, nu. 12.

1 Fide Catholica tenẽdum est, iustissimè hæreticos ab Ecclesia puniri, ac cogi ad fidem in baptismo susceptam retinendam. Quod vltra alios varijs Scripturæ, Sanctorum testimonijs ac rationibus optimè probant *Valent.2.2.disput.1. q.11.puncto 3. Azor tom.1.lib.8.inst. moral.c.13.post q.8.in vltima hæresis pœna.*

2 Prima ergo, & potissima hæreticorum pœna, est excommunicatio latæ sententiæ. Quã etsi nonnulli, quos refert *Azor tom.1. lib.8. inst.moral.c.10. q.x.* dicant esse de iure diuino: merito alios referẽs ab eis discedit. Quare dicendum est solo iure Ecclesiastico latam esse, antiquissimo tamen. Vt constat ex *cap. Achatius 24.q.1. & cap. Ad abolendam, & cap. Excommunicauimus, el 1. de hæret. cap. Nouerit de sentent. excommun. c. Quicunque de hæret. in 6* At ante Bullam Cœnæ non erat excommunicatio hæc Pontifici reseruata. Vt fatentur omnes cum *Caiet. Sum. verb. Excommunicatio, c.1.* At iam in *1. excomm. Bulla Cœna* excommunicantur omnes hæretici, & apostatæ à fide: atque absolutio Pontifici reseruatur.

3 Atque excommunicationem hãc tanti esse momẽti quidam asserunt vt propter illam omnes hæretici censeantur nominatim excõicati, ac vitandi. Idque probãt ex *c. Sicut de hæres. & c. Si quem forte, 24. quæst. 1.* Ita *Sotus 4.d.25.q.1.ar.1.post 3.cõclusionẽ, versiculo, Hic tamen, & art.3.colum.9. versicul. In ordinatione.* Et *d.20. quæst.1.artic.5.conclusione 2.* vbi idem ait de schismaticis. At tenẽdum est, nil speciale cõtineri circa hoc in hac excommunicatione, sed si solam eam attendamus, minimè interdici communicationẽ cũ hæreticis, & schismaticis, donec nominatim denunciati sint Quia fauor Concilij Constantiensis omnibus fidelibus concessus nõ vitandi excommunicatos, qui non sunt denũciati, aut notorii clericorum percussores, hæreticos quoque comprehendit Vtporè qui generalis est. Vt optimè docuit *Suarez 2. tomo in 3. par. quæst 65. articulo quarto, disputatione 18. sectione 1. columna quinta, notabili 3.* Idẽ *Azor tomo 1.lib.8.inst. mor.cap.13.quæst.7.* Nec obstant textus in contrariũ adducti. Quia loquuntur ante prędictũ decretum. Nec censentur etiam nominatim excommunicati, ac vitandi Lutherani, & alij specialiũ sectarũ, expressi specialiter in *1. excommunicatione Cœnæ*, donec nominatim denuncientur. Quia ea denuncia-

tio

tio generalis est. Et ita docerit *Toledo in sũma, in 1. excõ. Cœna, nu. 12. Hugolinus de censuris Papæ reserua. in 1. par. c. 14. in fi. Sayr. thesauro cas. 1. to. lib. 3. c. 4. nu. 32. Zauallos q. practicis, q. 668. nu. 16.*

4 Maior difficultas est de hæretico, in quẽ lata est sententia eum hæreticum declarans. Quidam dicunt hunc statim esse vitãdum, tãquam nominatim excõicatum. Quia cum hæresi annexam esse excõicationem, manifestum sit, perinde est aliquem hæreticũ declarare, ac excommunicatum: atque is talis sententiæ scopus videtur. Ita *Sotus lib. 9. de iustitia, q. 1. artic. 8. ad 1. in fine, & 4. distinctione 1. quæst. 5. articulo 6. post 8. cõclusionem, vers. At vero, & distinctione 13. quest. 1. art. 9. vers. Verumtamẽ & dist. 22. q. 1. art. 4. paulo post principium, vers. Tenor autem. Petrus de Soto de excommunicatione, lectien. 4. §. Iam verò. Medina, C. de confessione, q. de cõfessione iesenter facta excõmunicato §. Per hac patet. Gutier. q. canon. lib. 1. c. 1. nu. 42. Henriq. lib. 13. de excom. c. 5. n. 4. & lib. 9. de Missa, ca. 15. num. 4. Manuel 1. tom summæ, 2. edit. c. 82. nu. 6. & in bulla, §. 9. num. 28.* Immo *Sotus eo artic. 6. post 8. conclusionẽ, vers. At vero Gutierez eodem num. 42. Manuel vtroque loco. Henriquez eo c. 5. n. 4. Suarez 5. tom. in 3. par. disputatione 9. sect. secunda, numero decimo,* docẽt idem de damnato ob quodcũque aliud crimen cui certum, & indubitatum est annecti excommunicationem. Sed quamuis hoc probabilissimum sit, mihi probabilius est, non censuri tunc nominatim excõmunicatum, nec esse vitandum, donec expresse denuncietur excommunicatus. Ducor, quia in eo decreto Concilij Constantiensis dicitur neminem teneri vitare excõmunicatum, nisi censura fuerit à iudice denunciata cõtra personam specialiter, & expresse. At quoties quis denunciatur de solo crimine, cui constat excommunicationem annecti, nõ est denunciata censura specialiter, & expresse sed solum virtute, & per quandam consequentiam. Secundò, quia cum decretum in animarum fauorem emanat, potius est extendendum, vt requiratur expressa, & formalis censuræ declaratio: quam restringẽdum, vt sat sit tacita: eo vel maxime, quod cum multi annexam illi crimini excommunicationem esse ignorent: eisdem conscientiæ periculis, & dubijs subijcientur, si ea solius criminis declaratio obliget ad vitandum. Et ideo hãc partem tuentur *Nauar. cap. Quando, de consec. dist. 1. Latine in 1. editione c. 22. nu. 6 & in 2. in Miscellan. 47. de oratione, num. 2. Graff. in decis. 1. par. lib. 4. cap. 11. num. 5. in fine.* Immo idem sentio, etsi in sententia declaretur illũ esse hæreticũ, aut alterius criminis reum ac incurrisse omnes illius pœnas. Quia adhuc non est specialiter, & expresse denunciata excommunicatio. Nec sufficeret eadem ratione, si diceretur incurrisse omnes censuras. Et quia adhuc multi excommunicationem in eis comprehendi nescirent.

5 Hinc deducitur primo, catholicos in locis hæreticorum, vt in Anglia, Germania, Gallia, &c. cum illis conuersantes, nullatenus peccare. Quia etsi hi hæretici sint notorij, non tamen sunt denunciati. Et quamuis nõnulli omnes notorios excommunicatos vitãdus esse dicãt: iuxta quoddam Basiliensis Concilij decretum: at communior, & verior sententia habet, stãdum esse decreto Concilij Constantiensis, solos notorios clerici percussores, & denunciatos excommunicatos, vitare iubẽtis Vt in tractatu de excommun. traditur. Atque ideo nostrũ corollarium docent *Nauar. lib. 5. consi. tit. de haret. in 1. editione consi. 15. numero 2. & toto consi. 16. in 2. cõsi. 10. nu. secundo & toto consi. 12. Azor tomo 1. lib. 8. institut. moral. cap. 11. quæst. 1.* Quamuis *idemmet Nauar. lib. 1. cõsi. in vtraque editione, tit. de cõstit. consi. 1. quæst. 24. & in summa, cap. 27. numero 35. in fine, & Petrus de Ledesma secundo to. summa, tractat. tertio, cap. primo post duodecimam conclusionem, diffic. 4.* trepident, & dicant hoc esse probabile, & posse sustineri ratione necessitatis. At verius est quod dixi.

6 Secundò deducitur, non satis esse publica Ecclesiæ voce notum esse hæreticum, vt necessario vitandus sit. Quales fuere sectarum auctores, vt Lutherus, Caluinus. Quia etsi hic notorius hæreticus sit, non est tamen denunciatus excommunicatus. Quamuis hunc vitandum esse tradat *Henriq. l. 9. de missa c. 15. num. 4. in comment. lit. A.* Sed id mihi non placet.

7 Tertiò deducitur, licere Catholicis simul hæreticis nõdũ denunciatis orare reiq; diuinæ interesse, & hæreticorũ funus comitari, eosque ad sepulturam deducere. Quia cum denunciati non sint, nemo tenetur eos vitare. Et sicut licet cum hæretico viuo nondum denũciato cõmunicare, comitando eum ad rem licitam. Sic cũ mortuo, deducendo eum ad sepulturã. Quod est per se licitum. Ita *Nau. lib. 5. consi. tit. de haret. in 1. editio. consi. 15. nu. 3. & 4. & consi. 26. nu. 7. in 2. consi. 10. nu. 2. & 4. & consi. 12 nu. 7. Azor to. 1. li. 8. instit. moral. c. 11. q. 4.* Quod intelligitur primo, dummodo non fiat animo fauendi hæreticis, vt hæretici sunt. Quippe hoc ita intrinsecè malũ est, vt nulla rõne, nullove timore excusari possit. Vt bene docet *Nau. eod. consil. 16. num. 8. & 9. & eodem consi. 12. nu. 8. & 9.* Secundò intelligitur, dummodo id citra scãdalũ, & Catholicorum offensionem fiat, ac rituum hæreticorum communicationem. Sic *Azor ibid.* Tertiò, dummodo hæreticus in loco prophano sepeliatur nam si in sacro, id non liceret. Quippe non comitarentur ad rem licitam, sed interdictam, *c. 1. in initio, de hæretic. in 6.* & ita cooperarentur sepelientium peccato. Sic *Nauar. eo. consi. 16. nu. 8. & eo. consi. 12. nu. 8.*

8 An vero liceat ijsdem Catholicis adire templa hęreticorum, rem sacram ibi audire, ac conciones hæreticas, & preces ibi fundere. Dixi hoc 2. l. c. 4. nu. 26.

9 Matrimonium tamen non licet ex se in ijs etiam locis inter Catholicos & hæreticos inire: non quidem ratione excõicationis, quæ solos denunciatos vitare constringit. Sed quia iure Ecclesiastico est id specialiter interdictum. At ratione consuetudinis iam in ijs locis p̃scriptæ, id ibi licet dummodo coniux Catholicus Christiane viuere permittatur, nec peruersionis periculum subeat. Neutiquam tamen licẽt pacta inter eos iniri solita, vt quidam ex filijs procreandis educentur in fide, alij vero in hęresi. Quod alijs relatis probauimus lib. 7. de matrim. disp. 72. nu. 5 & 6.

10 Quartò deducitur, licere Catholicis in ijs locis sacramẽta recipere à suis parochis & ep̃is hæreticis. Quia solos denunciatos excommunicatos tenentur vitare. Ita *Nauar. lib. 5. consi. tit. de haret in 1. edit. consi. 15. nu. 2. in 2. consi. 10. n. 2.* Quod quidem intelligitur, quantum est ex parte excõicationis. Quippe aliũde ex iure naturali, & diuino, erit obligatio eos euitandi: si inde oriatur scãdalũ, aut peruersionis periculum: aut sacramenta ritib. hæreticis ministrentur. Insuper militabit in his vitãdis ratio illa, quę esse potest de vitando quocunque in peccato lethali ministrante sacramenta. Quod optimè docuit *Suarez 3. tom. in 3. p. q. 65. art. 4. disp. 18. sect. 1. col. 5. not. 3.* dicens ex vi solius hæresis, & seclusa Ecclesiæ cẽsura, non esse directè prohibitũ fidelib. recipere sacramenta ab hęreticis, sed eodem modo, quo à quolibet alio ministro iniquo & eo strictius, quo iniquitas hæretici maior est: maiusq. periculum proprium & aliorum scandalũ in communicatione cum illis. Quare cum fauor Concilij Constantiẽsis solos excommunicatos denunciatos vitare iubẽs, sit generalis, nõ erit (inquit) specialis, & directa obligatio non recipiendi ab illis sacramenta tanquam ab excõmunicatis: sed illa sola, quæ potest esse vitando iniquo ministro. Quare immerito ab hac opinione recedit *Azor to. 1. li. 8. instit. mor. c. 11. q. 7.* dicẽs recipere sacramẽta ab hæreticis prohiberi nõ ob solam censuræ rationem, sed etiam ob hęresim. Et probat, quia teste *D. Th. 2. 2. q. 39. ar. 3.* carẽt hæretici iurisdictione. Et *eo. teste 3. p. q. 82. art. 9.* conferre nequeunt sacramẽta. Cui fauet *Sotus 4. d. 20. q. 1. ar. 3. cõcl. 2.* vbi dicit

hære-

hæreticos, & schismaticos tanq̃ nominatim excõicatos iurisdictionẽ amittere, & eorũ absolutiones esse irritas. Sed *Sotus* non fauet illi. Quia id nõ dicit rõne hæresis, sed quia putat oẽs hęreticos cẽseri nominatim excõicatos, & esse vitandos. Et loquitur consequenter. Si.n.id ita esset, carerent vtiq; iurisdictione. Sicut carẽt excõicati denunciati. At id fundamentũ numero 3. reprobauimus. Et *idemmet Azor eo lib.8.c.*13.*q.*7. hæreticos carere iurisdictione, quantumuis occulti sint, asserens, id non hęresi, sed excõicationi tribuit. Quia (inquit) omnis excõicatus, quantumuis occultus, iurisdictione caret. Etsi vitari non debeat pp Concilium Constantiense Sed nullatenus hæc doctrina placet. Quia si solã hæresim attendamus, nullibi eos carere iurisdictione dr̃: nec ab eis recipere sacramẽta interdicitur. Vt probauimus. Et videtur fateri *ipsemet Azor* in hoc posteriori loco. Quare prohibitio hæc, & amissio iurisdictionis ad censuram excõicationis referenda est. At multo probabilius est (ne dicam certũ) occultos excõicatos, nec notorios, nõ amittere iurisdictionem post Concilium Constantiense, nisi denũciati sint, aut sint notorij clericorũ percussores. Vt cõis, ac verissima snia tradit in tractatu de excommunicatione. Quamobrem hæretici illã non perdent, donec nominatim denuncientur excõmunicati. Vnde quod *D.Thomas 3.parte quæst.82.art.9.* dixit ab hęreticis, & excommunicatis non posse recipi sacramenta, ait *ibi Caietanus* fuisse verum ante Concilium Constantiense, non autem post illud, nisi quando denunciati sunt, aut notorij clericorum percussores.

11 Quintò deducitur, posse in locis hęreticorũ filios eorũ hęreticos ad Catholicorũ scholas admitti. Quia denũciati non sunt. Ita *Nau.lib.1.consi. in vtraq; editione, tit.de constit. consil.1.q.72. Azor tomo 1. lib.8.instit.mor. c.11.q.8. Petrus de Ledesma, 2.tomo summa, tractat.3.cap. 12.post 11.conclusionẽ, diffic.3.* Addunt tamen bene *Nauar. & Petrus de Ledesma,* nõ licere Catholicorum filijs scholas hæreticorum adire, ob peruersionis periculum.

12 Tandẽ deducitur, fas esse Catholico in prædictis locis filium hæretici de sacro fonte suscipere: si baptismus ritu, & mõ Catholico ministretur: secus si ritu hęretico, aut schismatico. Quia nullo iure interdicitur Catholicũ esse hæretici patrinũ. Non tamẽ licebit Catholico adhibere hæreticũ filij sui patrinũ. Quia cũ patrini munus sit, puerũ prima fidei rudimenta docere: interdictũ est hæreticum id munus obire. Ita *Nauar.eod.consi 1.q.29. Azor eo.c.11.q.9. Petr.de Ledesm.eod.cap.12.in fine.*

CAPVT X.

De excommunicatione lata in credentes, fautores, receptatores, defensores hæreticorum: & eorum libros legentes, tenentes, imprimentes, aut defendentes.

SVMMARIVM.

Credentes hæreticorum, vt excõicationem incurrant, debent verbo aliquo, aut signo fidem illam habitã manifestare, n.1.
Qui nomine credentium hæreticis comprehendantur, nu.2.
An credẽtes personæ, nõ errori hæreticorũ sint excõicati, nu.3.
Receptatores, fautores, & defensores hæreticorum, non vt sunt hæretici, an includantur, num.4.
Quid, si absque prædicta intentione, receptio hæretici in hæresis fauorem cedat, nu.5.
An desideretur vt hæreticus receptatus, vel defensus, vel cui fauetur, sit denunciatus, nu.6.
An desideretur receptatorẽ, fautorẽ, & defensorẽ esse hæreticos, n.7.
Quid si receptator erat parens, aut coniux, aut metu receptauit, num 8.
An vt hi omnes incurrant, desideretur effectum subsequi, n.9.
Qui nomine receptatorum comprehendantur, nu.10.
Qui nomine fautorum, nu.11.
An dicantur fautores, Inquisitores, vel p̃lati, nõ capientes, torquẽtes, non punientes, aut non fideliter seruãtes captos, n.12.
An sint fautores familiares sancti Officij non capientes hæreticos, nu.13.
An dicantur fautores, qui non capiunt suspectos de hæresi: & magis comprehendantur in hac excommunicatione, nu.14.
Quando personæ priuatæ ex sola omissione dicuntur fauere: & eo quod non denunciant hæreticos. vel rogati negant veritatem, num.15.
Quando persona siue publica siue priuata, commissione dicantur fauere, num.16.
An fauens hæretico mortuo, eumque sepeliens incurrat, nu.17.
Defensores hæreticorum, qui dicantur: & quo distent a fautoribus, nu.18.
An extra causam hæresis defendentes hæreticum, incurrant, num.19.
Quot exigantur, vt legentes, tenentes, imprimentes, aut defendentes lib. hæreticorũ, incurrant hãc excõicationem, n.20.
Qui libri de religione tractare dicantur nu.21.
Quid de legẽtibus, tenẽtibus, imprimẽtibus, defendẽtibus libros infideliũ, aut catechumenorum, qui à fide recesserũt, nu.22.
Quid de legenti librum catholici, in quo ad verbum sunt errores hæreticorum, nu.23.
Quid si in eo libro sint aliquæ hæreses: & an oporteat authorem esse hæreticum condemnatum, nu.24.
Quid, si in libro catholici sint scholia hæreticorum, nu.25.
Quid, si ille liber sit alias prohibitus, nu.26.
Quid de legenti Græcorum, Armenorumque libros, qui horum ritus continent, nu.27.
Quid de legenti hæretici librum typis non excussum, nu.28.
Quid de legenti, tenenti, imprimenti epistolam hæretici, aut papyrum solutam, nu.29.
Quid, si legat indicem, proœmium, præfationem, epistolam ad lectorem libri hæreticorum, nu.30.
An detur paruitas materiæ in hac re, & quæ sit illa, nu.31.
An incurrant habentes libros magicæ artis, aut illos legentes, numero 32.
An requiratur, & sufficiat, vt hæretici liber hæresim contineat, vel de religione tractet, nu.33.
Quid, si liber vnicam hæresim contineat: vel non tractet ex professo de religione, num.34.
Quid si illa hæresis deleatur: vel non legatur pars, in qua est, num.35.
Quid si hæretici liber in plura volumina diuidatur: & legatur pars, in qua nõ est hæresis, nec tractatur de religione, nu.36.
An incurrat hæreticus ipse legẽs, aut tenens suum librũ, n.37.
An incurrãt, qui ignorãtia quãtũuis crassa, hæc fecerint, n.38.
Quid si ignorarent librum hæresim continere, vel esse hæretici, vel de religione tractare aut authorem non norint, n.39.
Quid, si solius curiositatis gratia legant, nu.40.
Quid, si legant, nulla verba proferendo, nu.41.
Quid de legentibus in Anglia, & Germania, & alijs hæreticorum locis, num.42.
An Episcopus, vel Inquisitores possint dare licentiam legendi hos libros, num.43.
An collegium Cardinalium sede vacanti possit dare hanc licentiam: & quã potestatẽ habeat circa casus Pontificios, n.44.
An Episcopi, vel Cardinales, & alij prælati legẽtes incurrant, num.45.
Quid de Inquisitoribus, nu.46.
Quid de recitãtibus memoriter hos libros: vel bono fine legentibus, num.47.
Quid de audientibus, etiamsi lectionis causa sint, vel legi iubeant, num.48.
Quid de famulo iussu heri legenti, n.49. Et quid de metu compulso ibidem.
An audientes, qui causa sunt vt alter legat, incurrant excommunicationem participantium in crimine criminoso, n.50.
Quid de legẽti linguã Latinã, vel aliã, quã non intelligit, n.51.
An retinentes hos libros in sua, vel aliena domo suo, vel alieno nomine incurrant, nu.52.
Quid si non retineant vt legant, sed ob aliam causam, nu.53.
Quid si pars libri, vel etiam folium retineatur, num.54.
An paruitas temporis quo libri retinentur, excuset, nu.55.
An liceat tenentibus hos libros, comburere propria authoritate: & comburendo incurrant, nu.56.
Qui nomine imprimentium comprehendantur, nu.57.

Qui nomine defendentium hos libros, claudantur, nu. 58.
Quid de schismaticis? Remissiuè, nu. 59.
Quid, si omnia dicta occultè fiant, num. 60.

1 SVperiori capite egimus de excõicatione, q̃ hæretici incurrũt. Hoc aũt tractat de ea, q̃ incurrũt credentes, receptatores, fautores, defensores hæreticorũ, & eorũ libros tenentes, legentes, imprimentes, defendentes. Qui oẽs simul cũ hæreticis excõicantur in prima excõicatione bullæ cœnæ. Quæ particulæ seorsum explicandæ sunt. Credentes ergo hæreticorũ excõicantur *ibi, & c. Excõicamus, et 1. §. Credentes, de hæret.* Quod intelligitur, quando fidẽ hanc hæreticis habitã, verbo aliquo, aut signo exterius manifestãt. Atq; ea de se sufficientia sunt ad fidẽ illã astantib. manifestandam, si qui fortè adessent. Nã si intra mentem lateret, nõ esset locus huic excõicationi. Sicut nec hæretici mentales incurrũt. Ita *Palud. 4. dist. 13. q. 3. art. 1. nu. 15. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 9. q. 10. Suarez 5. to. in 3. p. disput. 4. sect. 2. nu. 11.*

2 Quod si petas, qui noĩe credentiũ hæreticis intelligãtur. Multa ad forũ exterius spectãtia, nimirũ, vt quis ex factis p̃sumatur credens hæreticorum, afferunt *Eymericus in directorio Inquisitorũ 2. p. q. 50. & ibi Peña comment. 75. Azor lib. 8. instit. moralium, c. 13. q. 1.* At quo attinet ad forum conscientiæ, & vt in eo hæc excõicatio incurratur, obseruãdũ est, duplici mõ posse intelligi hos credentes. Prior est, qñ aliqui credunt personę hæretici, bonã existimationẽ de illa habendo, & familiaritatẽ ei exhibẽdo: minimè tñ eorũ hæreticorũ errorib. assentiẽdo. Posterior est, qñ eorum errorib. credunt. Dũ ergo siue in iure, siue in bulla cœnæ credentes hæreticorũ excõicantur, intelliguntur credentes posteriori mõ, siue errorib. eorũ explicitè credant, eos cognoscendo: siue implicitè, nõ cognoscẽdo, qui errores sint, sed credendo quidquid hæretici tenent. Et constat quia ceteræ particulæ illius excõicationis, nempe, fautores, receptatores, defensores hæreticorũ, intelliguntur formaliter, id est, quatenus hæretici sunt. (Vt nu. 4. dicemus) ergo & credentes hæreticorum accipiuntur formaliter pro ijs, qui illis vt hæretici sunt credunt. Qui soli sunt, qui eorũ errorib. credunt. Et ita docent *Palud. 4. d. 13. q. 3. art. 1. nu. 10. Nau. summa, c. 27. n. 55. & allegatis D. Antonin. Syln. Tabiena,* tenet *Sayro thesauro casuũ, tomo 1. lib. 3. c. 5. n. 1. Suarez 5. tomo in 3. p. disput. 21. sect. 2. n. 6. Toledo in summa, in bulla cœna, excõicatione 1. n. 17. Emmanuel Sà summa, verbo Hæresis, nu. 11. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. p. c. 1. verb. Ac eorum credentes nu 1. & 2.* Quare credentes hi varè hæretici sunt, atque sub illis comprehenderentur, & gratia solius maioris declarationis expressi sunt. Vt bene *Nauarrus, Suarez. Vgolinus ibidem.*

3 Credentes aũt priori modo, etsi non comprehendãtur in hac excõicatione, ex parte qua sunt credentes; at si illo modo fidem habere hæreticis, reputarẽtur secundum moralem existimationam esse illis fauere: atq; fauorem illum præstarent hæreticis, vt hæretici sunt, comprehenderentur sub eadem ex ommunicatione, quatenus fautores excommunicat. Ita *Suarez ibi. nu. 7.*

4 Quatenus verò excõicantur receptatores, fautores, defensores hæreticorũ, intelligũtur prædictæ voces formaliter, id est, quando hæc beneficia in ipsos conferuntur, quatenus hæretici sunt. Qui.n alia ratione conferrent, vt rõne amicitiæ, consanguinitatis, &c. quamuis sæpe in foro externo præsumerentur in hanc excõicationem incidere. at in foro conscientiæ illam euaderẽt. Ratioq; est quia hæc excõicatio sicut primario fertur in hæreticos rõne hæresis, ita deriuatur, seu ad alios extenditur s̃m habitudinem ad eandem hæresim, quatenus illis in hæresi fauent. Ita docent *Caietanus summa verbo Excommunicatio, cap. 1. & ibi Armilla casu 9. Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 3. post 5. conclusionem, casu 1. Nauar. summa, c. 27. nu. 55. Toledo in summa, in bulla cœna excõmun. 1. nu. 22, Suarez 5. tomo in 3. par. disput. 21. sectione 2. num. 8. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 3. c. 5. n. 3. Manuel in bulla crucias. §. 9. nu. 75. Aragon 2. 2. q. 11. artic. 3. paulo post principium. Emmanuel Sà summa, verbo Excommunicatio, in bulla cœna, nu 1. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 15. q. 2. & 3. Vgolinus de censuris Papa reseruatis, 2. p. c. 1. verbo Receptatores, in initio.*

5 Sed quamuis vniuersi quos viderim, in hoc conueniant: dissentiunt tamen in modo huius limitationis intelligendæ. Quidam enim censent non esse necessariam intentionem fauendi hæresi: sed quamuis motiuum non sit ipsa hæresis, receptio hęretici, siue fauor, siue defensio redundet per se, & proximè in hæresis fauorem. Vt si quis hęreticum amicum, vel consanguineum receptet, ne in iudicis manus veniat, non causa hęresis, quam reuera execratur, sed gratia amicitiæ, aut consanguinitatis, incurret hanc excommunicationem. Quod ea receptio redundet per se, & proximè in hęresis fauorem. Ducuntur, quia *l. 2 ff. de receptator.* deciditur consanguineum receptatione latronis eũ occultantem, puniendum receptatoris pęna. Cum tamen ea receptatio non propter furtum, sed consanguinitatis gratia pręsumatur facta. Sic *Toledo d. excommunicatione 1. numero 2. & 23. Sayro d. cap. 5. numero 3. in fine. Vgolinus d. verbo Receptatores, in fine principij & §. 1. numero 3. versic. 6. in fine.* Sed contrarium mihi suadeo; & credo tunc tantum incurri hanc excommunicationem, quando motiuum receptationis, defensionis, vel fauoris hæretici, est ipsa hæresis. Ducor, quia cum non est intentio fauendi hęresi, sed soli personę alia ratione, quàm hęresis, non est formaliter fauere hæretico. Siquidem fauor ipsi non præstatur quatenus hęreticus est. Immo stat cum hoc fautore displicere maximè hęresim fauenti. At Doctores numero præcedenti allegati petunt ad hanc pęnam, faueri hęretico formaliter, & vt talis est. Deinde, quia *dict. lex 2.* cui contrarij innituntur potius fauet huic sententiæ, dum decidit consanguineum receptatorem latronis puniendum quidem, sed mitius; ac consequenter non ordinaria receptatoris pęna. Sic ergo receptator hæretici non vt hęreticus est, quando eius receptatio in hæresis fauorem cedit, puniendus vtique erit tanquam vere delinquens, non tamen ordinaria, & rigidissima receptatoris pęna, qualis est hæc excommunicatio. Et ideo pro hac parte sunt ferè expressè *Caietan, & Arag. numero præcedenti allegati* dicentes enim requiri hęc beneficia conferri in hæreticũ formaliter, & vt hæreticus est eam reddunt rationem. Quod ex intẽtione, & proposito maleficia distinguantur. Censent ergo intentionem fauendi hæresi desiderari. Et clarius id docet *Aragon ibi.* ait n. non incurrere hanc excommunicationẽ, qui non habita hæresis ratione hæretico fauet. Et ferè apertè id sentiunt *Sotus & Nauarrus nu. præcedenti allegati,* ait enim *Sotus* tunc incurri, quando fauetur hęretico ea ratione, qua hæreticus est. Et *Nauarrus* ait, eo respectu, quia hæreticus est. Et *idemmet Nauarrus lib. 4. consil. titulo de hæretic. in 1. editione toto consi. 11. in 2. toto consil. 14.* vbi ait liberantes carcere hęreticum, aut non capientes, vt ex officio tenebantur tunc tantum incurrere, quando animus fuit fauendi ipsi vt hęretico. Non ergo sufficere censet actum in hæresis fauorem, absque prædicta intentione redundare. Nam qualiscumque fuerit animus; ea omissio, & liberatio in hæresis fauorem redundarunt. Et apertius ceteris id sentit *Suarez numero præcedenti relatus,* dicit enim hos fauentes, vel receptantes tunc incurrere, quando hæc præstant hæretico, vel quia talem doctrinam profitetur, vel in ordine ad suam hæresim, vel docẽdam, vel defendendam. Et adhuc clarius *Manuel numero præcedenti citatus,* ait enim tunc incurri, quando causa illi fauendi est, quia hæreticus est.

6 Ex his deducitur primo, nõ credendum *Vgolin. dict. §. Receptatores, §. 2. in fine* vbi ait desiderari ad hanc excõmunicationem, vt hæreticus receptatus, aut cui fauetur, sit denuntiatus. Et hoc propter priuilegium Concilij Constantiensis solos denunciatos vitare iubentis.

(Vt

(Vt diximus ca. præcedenti nu. 3.) At prorsus tenendum est minime desiderari prædictam hæretici denúciationem: sed satis esse, vnde receptans, vel fauens norit illũ esse hæreticum. Quia hæc non prohibẽtur in hac excõmunicatione, tãquam participatio cum hæretico, vt excommunicatus est: sed solum ea ratione, qua hæreticus est. Vnde etsi hæreticus ille non esset excommunicatus ratione ignorantiæ censuræ, fauens illi vt hæreticus est, incurreret hanc censuram. Et sic tradit optime *Suarez, 5. to. in 3. p. disput. 21. sectione 2. nu. 9.*

7 Secundo deducitur, nec exigi vt receptator, fautor, vel defensor hæretici sit hæreticus, vt hanc cẽsuram incurrat. Quia manens catholicus potest velle fauere hæresi formaliter. Quod si simul hæreticus sit, duplici excommunicatione innodabitur, altera quia hæreticus, altera verò, quia fautor, vel receptator est. Ita *Vgolinus d. verbo Receptatores, §. 1. nu. 1.*

8 Tertio deducitur, quid dicendũ sit, quando receptator erat parẽs, aut coniux hæretici receptati, aut timore graui cõstrictus receptauit. Qua in re varij sunt authores, vt potest videri in *Azor tomo 1. lib. 8. institut. moral. c. 15. quæst. 4. & 5.* At hoc pertinebit ad præsumptionem animi in foro externo. At in foro cõscientiæ neutra ratio hac excommunicatione liberabit, Quia non incurritur, nisi ratione hæresis faueatur hæretico. Quod in nullo euentu licere potest. Nullaque vis ad hoc inferri potest. Quamuis actus exterior fauoris possit vi, vel metu extorqueri, & à culpa liber esse.

9 Tãdem circa hos omnes dubitatur, an incurrant effectu non sequuto. Vt si quis hæreticum occultet, illi ve faueat, quo facilius hæreses disseminet, vel ne capiatur non diligenter curauit, captusque est, an incurrat? *Sayro thesauro casuum, to. 1. libro 3. cap. 5. n. 4.* ait esse valde probabile incurrere excommunicationem & iure communi, & bulla cœnæ, in eos latam. Prius probat, quia *c. 1. Sicut ait, de hæret.* videntur hi principaliter, & non accessoriè ad hæreticos ipsos excommunicari. Posterius autem, quia cum Ecclesia hos tam ingenti odio prosequatur, verisimile est, eam voluisse hos principaliter excõmunicari. At probabilius mihi est, neutram hos incurrere. Quia excõmunicatio bullæ cœnæ, primario, & principaliter, fertur in hæreticos: & quasi accessorie deriuatur & extẽditur ad fautores, defensores, receptatores eorũ. Vt optime docet *Suarez tomo 5. in 3. par. disputat. 21. sectione 2. numero 8.* Et constat ex tenore bullæ cœnæ excõmunicantis hæreticos in primo loco, & deinceps in ipsorũ odium reliquos. Qui idem tenor seruatur in iure, excommunicãdo hæreticos, & eorum fautores, &c. At vbi principaliter aliquis excõmunicatur, & accessoriè mandantes consulentes, vel fauentes; hi non incurrunt effectu mandati, consilij aut fauoris, non subsecuto. Vt tradunt communiter DD. in tractatu de excommunicatione.

10 Descendendo ergo ad singulas particulas, receptatores hæretici dicuntur, qui alicubi hæreticum excipiunt ne in manus iudicũ veniat, vel vt alio modo hæresi faueãt. Nec est necessaria multiplicata receptio, sed vnica satis est. Quia quamuis attenta vi vocis, receptatores, frequẽs receptio desideretur: at intentio clara est, vt per eã vocẽ idẽ significetur, ac per vocẽ, receptatores, quæ vnica receptatione cõtenta est. Et ita docent *Eymericus in directorio Inquisitorũ 2. p. q. 51. n. 6. & ibi Peña commẽt. 76. Palud. 4. d. 13. q. 3. ar. 1. nu. 13. Azor lib. 8. instit. moral. c. 15. q. 2. Toledo in summa, in bullæ cœnæ, casu 1. nu. 21. & multos alios referens Vgolinus de censuris Papæ reseru. 2. p. c. 1. verbo Receptatores, §. 1. n. 2.* Nec solum receptator dicitur priuata persona in suas ædes hæreticum recipiens, verum etiam publica, vt princeps, recipiens in suam ciuitatem, prouinciam, vel regnum. Quia nec bulla, nec ius locũ receptionis distinguunt. Ita *Palud. eod. n. 13. Vgolinus eo. verb. Receptatores in principio, nu. 1. in fin. & §. 1. num. 3. versi. 9.* vbi etiam bene addit, siue is in proprias, siue in alienas ædes recipiat, incurri hanc excommunicationem, Atque idem dicendum est, cum *Peña proxime alleg.* si quis hæreticum in agrum recipiat.

11 Fautores hæreticorum dicuntur, qui quoquis modo hæreticis, vt hæretici sunt, opem præstant, ne à iudicis ministris comprehendantur, aut comprehensi puniantur: aut quoquo modo illis fauent in sua hæresi tuenda, aut docenda. Quod dupliciter põt contingere, nempe, aut positiue id est, commissione: aut negatiue, id est, omissione. Omissione dicuntur fauere, & hac excommunicatione innodantur, qui cum publica administratione fungantur, vt sunt magistratus, & iustitiæ ministri, id contra hæreticos facere negligunt, quod iure sui officij debent. Vt cum ab Episcopo, vel Inquisitoribus requisiti negligunt hæreticos capere, vel captos diligenter custodire: vel quando hæreticos brachio seculari traditos punire omittunt. Et hæc quidem intuitu hæresis omittunt. Sic *Eymericus direct. Inquis. 2. par. quæst. 53. nu. 1. & ibi Peña comment. 78. Archid. Palud. D. Anton. Sylu. Tabiena,* quos refert, & sequitur *Sayro in thesauro casuũ, tomo 1, lib, 3. cap. 5. nu, 7. Toledo libro 4. summa cap. 5. n. 3. & in bulla cœnæ, casu 1. nu. 20. Azor tom. 1. lib. 8. inst. moral. c. 15. q. 7, Vgolinus de censur. Papæ reseru. 2. p. c. 1. verb. Fautores, in princip. à nu. 1. vsque ad* 10.

12 Hinc deducitur, ipsos quoque Inquisitores, & prælatos Ecclesiasticos, incurrere, si causa fauendi hæresi, negligunt capere, torquere, aut punire hæreticos, vel fideliter in carcere custodire. Quia omittunt, quod ex officio præstare tenentur. Sic *Sayro numero præcedenti relatus.*

13 Secũdo deducitur, ex simili omissione incurrere quoque ministros sancti officij familiares appellatos, si hæreticos causa tuendæ hæresis capere omittant. Quia capere tenentur ex officio. Ita *Simancas in Enchiridio iud. tit. 15. nu. 3. Peña d. comment. 78.*

14 Tertio deducitur quidam, incidere gubernatorẽ, qui ab Episcopo requisitus negligit capere perseuerantes in excommunicatione per annum, vel captos Inquisitoribus tradere. Et custodem carceris, qui eos fugere permisit: quando hæc faciunt animo fauendi prædictis, quatenus de hæresi suspecti sunt. Sic *Nauar. lib. 5. consil. tit. de hæret. in 1. edit. toto consi. 11. in postr. toto consi. 14.* At hoc minime credo. Quia hi solum de hæresi suspecti sũt nõ autem vere hæretici. Atq; (vt optime notat *Suar. 5. to. in 3. p. disp. 21. sect. 2. n. 14.*) excommunicatio hæc ad nullũ aliud delictum extenditur, quod non sit hæresis, præter schisma. Vnde nec propter pactũ cũ dæmone, nec propter quemcunq; sacramentorũ abusum, nec propter alia peccata ad Inquisitionis tribunal spectãtia ob hæresis suspicionem, ait optime excommunicationem hanc non incurri. Quia nec hæresis, nec schisma sunt. Quare bene notauit *Nauar sum. Lat. c. 27. n. 55.* magos olim cõprehensos esse sub hac excommunicatione. Quia exprimebantur in bulla cœnæ Pij V. Aut hodie ait nõ cõprehendi: quia non exprimuntur. Si ergo insordescẽtes per annum in excommunicatione non sunt vere hæretici, & proinde non ligãtur hac excommunicatione; à fortiori, nec eorum fautores ligabuntur.

15 Personę autem priuatę ex sola omissione non reputãtur fauere hæreticis: & proinde nõ incurrent. Et tradunt *omnes Doctores nu. 11. allegati.* Excipiuntur tamen quidam casus. Primus est, quãdo dolose õmittũt capere, aut iudicare hæreticum. Quod dolus nemini patrocinari debeat. Ita *Angelus verbo Hæresis, num. 14. Syluest. verb. Hæresis 1. q. 7. Sayro thesauro casuum, tomo 1. libr. 3. c. 5. nu. 7. in fin.* Sed his non assentior. Quia dolus ille nõ efficit, vt hi peccent cõtra iustitiam: atque adeo vt omissio illis imputetur: sicut obligatis ex iustitia imputatur. Non ergo ad hanc excommunicationẽ sufficiet omissio illa dolosa. Secundus casus est, quando priuatis aliquid fuerit à magistratibus iniũctũ aduersus hæreticos. Vt si requisiti sint ad præstandum auxilium ad capiendos hæreticos, nec præstent vt faueant hæresi. Quia tũc

tenentur ex iustitia præstare. Ita contra *Eymericũ in direct. Inquis. 2. p. q. 53. nu. 3.* sustinent *ibi Peña commẽt. 78. Brunus lib. 1. de hæret. c. 4. Simancas in Enchiridio iudicũ tit. 15. n. 3. & de cathol. institut. tit. 15. n. 13.* & placet mihi. Tertius est, cum personæ siue publicę, siue priuatæ, iuramento ab Inquisitoribus astrictæ de ferendo vero in hæreticos testimonio, veritatem negãt, aut celãt, quo hæresi faueant. Quia delinquũt contra iustitiã. Sic *Angel. Sylu. Sayro Peña proximè allegati.* Et similiter placet. Quartus est, quando ex speciali iuramento tenetur aliquis hæreticum capere, aut indicare. Ita *Angel. & Sylu. proximè allegati, D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 5. Toledo in summa, in bulla cœnæ, excommun. 1. nu. 10.* At hunc tunc admitto, quãdo homini cuius interest, vt Inquisitori, hoc iuramentum prę̃staretur. Quia ille eius iustitiæ acquirit vt fides sibi data præstetur. At secus est, vbi soli Deo voto, aut iuramento, quis se astringeret, aut homini cuius non interest. Quia violans non denunciando, aut non capiendo, solius religionis transgressor est. Vltimus est, quando siue personæ publicæ, siue priuatę iussę per Inquisitorum edicta hæreticos denunciare, id omittunt, gratia fauendi hæresi. Quia contra iustitiam peccãt. Ita *Zanchinus de hæret. c. 5. n. 4. Peña d. cõment. 78* & placet.

16 Commissione dicuntur fauere hæreticis, tum magistratus, tum priuati, si hęreticos, vt tales sunt verbis excusent, laudent, cõmendent. Vt dicendo eos viros probos, aut iniustè damnatos. Vel si consilium dent, vt incolumes è manu iudicum euadant, aut viam fugiendi docẽt aut pro eis intercedunt, ne puniantur. Similiter si factis faueant. Vt si eos comitantur, visitant, vel auxiliũ eis ad euadendum dant. Vt subministrando alimenta, pecunias, rumpendo, abscondẽdo, falsificando processum in eos formatum. Vel quouis modo impediendo exequutionem iustitię contra eos. Ita *Zanchinus eod. c. 5. n. 5. & 6. Toledo in summ. in bulla cœnę, excommun. 1. n. 20. Vgolinus de censuris Papæ reseru. 2. p. c. 1. verb. Fautores, in principio, à nu. 1. vsque in finem.* Item conferens beneficium hæretico, vt hęreticus est vel ad illud eum præsentans, dicitur hæreticorum fautor. Sic *allegatis Ioanne Andrea, Dominico, & Archidiac. & Lambertino,* tenet *Peña in directorio Inquisitorum 3. p. q. 112. commẽt. 162. Et Sayro thesauro casuum, to. 1. lib. 3. c. 5. num. 8.* dicit bene idem de cõferentibus hæretico, vt sic, quasuis dignitates, vel honores.

17 Incidit quoque in hanc censuram fauens hæretico mortuo, vt hæreticus est. Vt bene docet *Vgolin. d. verbo Fautores, §. 1. n. 1. vers. 5.* Vt si quis impediret ne Inquisitores contra hęreticum mortuum procederent, vel vocatus in testem, eius delictum negaret, in gratiã hæresis. Nec obstat mortuum iam non esse hæreticũ. Quia satis est eum talem fuisse, & fauorem tunc ratione hæresis præstari. Sicut si idẽ fauor præstaretur hæretico iã emẽdato, contra quem procedunt Inquisitores ratione hęresis præteritæ. Quare merito idem *Vgol. eod. verb. Fautores, in initio nu. 18.* dicit hac excommunicatione ligari sepelientem, hęreticorum vt hæresi faueat.

18 Defensores hæreticorum dicuntur qui quocũq; modo, vel arte hæreticos, vt hæreticos tuẽtur, vt tuto viuãt, vel ne in iudicum manus incidant. Et siue in iudicio, siue extra illos defendant. Vt aduocati, qui hæreticorũ patrocinium suscipiunt, & notarij in eorum defensione conficientes instrumenta, vt hæresi faueãt. Ita *Eymericus in direct. Inquis. 2 p. q. 52. & ibi late Peña commẽt. 77. Archid. D. Anton. Syluest.* quos refert, & sequitur *Sayro thesauro cas. to. 1. lib. 3. c. 5. nu. 9. Toledo in summa, in 1. excommun. cœnæ nu. 18. & 19. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 15. q. 6. Vgolinus de censuris Papæ reseruat. p. 2. c. 1. verb. Et generaliter quoslibet illorum defensores per totum.* Qui bene animaduertit *ibi n. 1.* defensorẽ differre à fautore, sicut superius, & inferius. Quippe omnis defẽsor est fautor; & non è contra. Quare fautor, quid superius est.

19 Non tamen incurrunt hanc excommunicationem, qui extra hæresis causam hæreticum defendunt. Vt si quis illum defendat contra vim illi à priuato iniustè illatã: aut aduocatus illum tueatur in causa ciuili, aut criminali extra hæresim. Quia hoc non est propriè defendere hæreticum, sed proximũ. Ita *alleg. Syl.* tenet *Sayro eod. c. 5. nu. 10. Toledo nu. 19. Azor q. 6. Vgolin. nu. 2. allegati num. præcedenti.* Et ego id intelligo nisi hæc præstet animo fauendi hæresi. Quia idem prorsus videtur dicendum de hac defensione, ac de alia quauis receptione hæretici in domum, vel ciuitatem, de qua dictũ est à numero 4. si fiat animo fauendi hæresi, incurri excommunicationem.

20 Insuper eadẽ prima excommunicatione bullæ cœnæ excommunicãtur hæreticorum libros hæresim cõtinentes, vel de religione tractantes, sine authoritate sedis Apostolicæ, scienter legentes, retinentes, imprimẽtes, seu quomodo libet defendentes ex quauis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore. Vnde quadruplex exigitur conditio ad hanc incurrendã. Prima, vt tales libri sint hæreticorum. Secunda, vt hæresim cõtineant, vel de religione tractent. Tertia, vt scienter legãtur, retineantur, imprimantur, aut defendantur. Vltima, vt id absque Pontificis licentia fiat.

21 De religione autem tractare dicuntur libri pertinentes ad fidei expositionem, & consequẽter etiam ei, qui diuinam Scripturam, vel partem eius exponunt. Item qui totam Theologiam scholasticam, vel partem eius explanant. Nõ tamẽ sunt tales, qui de Philosophia, aut inferioribus artibus, vel historia tractant. Sic *Suarez 5. to. in 3. par. disput. 21. sectione 2. nume. 10.* Item dicuntur de religione tractare, qui de cultu Deo, ac sanctis debito disserunt; & de clericis, & monachis. Quod hæc ad religionẽ Christianam pertineant. Et bulla generaliter loquitur, intenditque, ne hæreticorum errores in ijs libris disseminentur. Quod periculum in omnibus dictis libris versatur. Et ita docet *Vgolinus de casibus Papæ reseruat. 2. par. c. 1. verb. Vel de religione in initio.* Quibus ego addo dici quoque de religione tractare libros illos, qui de moribus Christianis tractant, & nõ solum politicis. Atque ita si de conscientiæ quæstionibus agerent, dicerẽtur de religione tractare. Id enim maxime ad religionem Christianam spectat. Nec modicum inferendi errores periculum est.

22 Ex prima conditione requisita deducitur, nõ incurrere, qui legit, retinet, imprimit, aut defendit libros infidelium continentium errores contra fidẽ. Quod infideles nõ sint hæretici. Ita *Vgolinus de casibus Papæ reseruat. 2. p. c. 1. verb. Ac eorundem libros §. 1. num. 3.* Et idem censeo, etsi illi infideles fuerint catechumeni, & à fide recesserunt. Quia non sunt vere hæretici. Vt diximus capit. 7. num. 34.

23 Secundo deducitur, nec incurrere legentem librum catholici, etsi in eo sint ad verbũ inserti errores alicuius hæretici illosque legat. Quia is liber nõ est hæretici. Ita *Nauar. summa c. 27. nu. 56. Suarez 5. tomo in 2. parte, disputatione 21. sectione 2. n. 10. Vgolinus dict. verbo, Ac eorundem libros, §. 1. nu. 1. versic. 3. Sayro thesauro casuum, to. 1. lib. 3. ca. 5. nu. 13. Azor to. 1. lib. 8. institut. moralium, c. 16 q. 2. Manuel in bulla cruc. §. 9. nu. 78.* Quod merito omnes hi dempto *Suarez* nil dicente extendunt, etsi præcipua legentis intentio fuerit hæretici errores, & rationes nosse. Quia non punitur in hac excommunicatione affectus sciendi, sed factum ipsum legentis libros hæreticorum.

24 Atque idem dicẽdum est, etsi in eo libro sint aliquæ hæreses, quas author catholicus ob ignorantiam dixit. Quia adhuc non est liber hęretici. Sic *Vgolinus eo. verbo, Ac eorundem libros, §. 1. nu. 2. vers. 5.* Et in hoc sensu habet verum quod dicit *Graff. 1 parte decisionum, lib. 1. c. 18. numero 40. & 43.* vbi ait opus esse, vt liber sit hæretici condemnati. Solum enim habet verum in hoc sensu, vt dum author non creditur hæreticus, vt Erasmus,

mus, in quo ipse exemplum adhibet, etsi in eius libro aliqui sint errores, non incurret legēs. At incurret legens. si constat authorem esse hæreticum, quamuis dãnatus non sit. Quia verè hæretici librum legit.

25 Nec similiter incurreret legēs, tenēs, aut imprimens libros Catholici, in quib. sunt annotationes, & scholia hæreticorũ: etsi ea quoque scholia legat. Quod is liber verè non hæretici, sed Catholici sit. Ita *Nau. summa, c. 27. nu. 56. Graffius d. c. 18. nu. 43. Manuel in bulla cruc. §. 9. n. 78. Suarez d. sect. 2. nu. 10.* vbi hoc limitat, nisi tales, & tam copiosi essent commentarij, vt liber potius ex eis, quam ex textu constare censeretur. Sed nun placet limitatio. Quia in communi, & vsitato loquendi modo, is liber non hęretici commentantis, sed authoris Catholici appellatur, a quo in lucem editus est.

26 Quod si is liber cuiuscumq; sit authoris, aliàs sit prohibitus, illum legens, retinens, aut imprimens, euadet quidem hanc excommunicationem; quia aut liber nõ est hæretici, aut si est hæretici, nec continet hæresim, nec tractat de religione. At non euadet excommunicationem contentam in catalogo librorum prohibitorum; quæ nulli reseruata est. Ita *Graffius nu. præced. allegatus. Toledo in summa, in bulla Cœna, excom. 1. num. 25. Sayro thesauro casuum, to. 1. lib. 3. c. 5. nu. 15. Azor tom. 1. lib. 8. instit. mor. c. 16 q. 5. Vgolinus eodem verbo, Ac eorũdem libros, §. 1. nu. 2. vers. 5.* Quare minus bene *Nauar. lib. 1. consi. in vtraq; editione. tit. de constit. consi. 1. q. 35.* ait hunc incurrere excommunicationem bullæ cœnæ. Atque ita ab eo discedunt *eius addition. in 2. edit. ea. quæst. 35 & Manuel addit. ad bullam cruc. §. 9. nu. 68.*

27 Tertiò deducitur, nec incurrere hanc excommunicationem, qui legit Græcorum, Armenorum, & alios huiusmodi libros continentes ritus eorum. Quia hi ritus non sunt ab Ecclesia, tanquam hæretici habiti. Sic *Azor eod. c. 16. q. 3*

28 Quartò deducitur, incurrere legentē, aut retinentem librũ hæretici, nondum typis excussum. Quia liber manu scriptus est verè liber. Deinde, quia periculum infectionis, ob quod hæc prohibitio dimanauit, locum habet, etsi sola manu liber scriptus sit. Ita *Vgol. d. verbo, Ac eorumdem libros, in initio, nu. 1. vers. 4.*

29 Addit *Vgolinus ibi, nu. 2. vers. 9.* idem dicēdum esse, si quis legat epistolã hæretici hęreses continentem. Quod bulla solius libri meminerit, quod ad pluriũ manus veniat, in libroq; frequentius hæreses scribantur. At vbi legislator mentionē vnus ex plurib. facit, ob frequentiorē eius vsum, non censetur excludi minus frequens, argum. ex *l. 1. C. de rapt. virg.* Sed nõ placet, ac ita credo nõ incurrere legentem, aut retinentem, aut imprimentē epistolam, concionem, aut aliam papyrum hæretici solutam, nec in tractatus formam redactam. Quod hęc in communi, & vsitato loquendi modo minimè dicãtur libri, nec militat eadem ratio, quæ in libris. Hi enim multo amplius extenduntur, atque diutius permanent.

30 Incurret tamen, siue indicem libri hęretici legat, siue procemiũ, aut pręfationem, siue epistolam ad lectorē. Quippe hęc pars libri sunt, & index summam in libro contentorũ amplectitur, & ea quę in primis notatu digna sunt. Procemiũ, & epistola continent, quę in libro tractanda sunt, ac authoris mentem explanãt. Ita *Vgol. d. verbo, Ac eorumdem libros, in initio, nu. 1. vers. 8.*

31 Non aũt credo, quod *Vgolinus ibi* asserit cum *Toledo in summa, in bulla cœnæ, excom. 1. nu* 24. nempe, in hac re non dari materię paruitatem; sed incurri hanc excommunicationem, etsi vnam, vel alteram lineam quis legat. Quippe eidem periculũ est, ne legens imbibat illam hæresim. Sed credo dari paruitatem materię. Quia in rei modicę lectione id periculum nõ militat. Et cum in alijs reb. paruitas materię a mortali excuset; non est cur in hac quoq. non excuset. Et ita docent *Azor to. 1. lib. 8. institutionum moralium, cap. 16. q. 3. Sayro thesauro casuũ to. 1. lib. 3. c. 5. nu. 12. Manuel addit. ad bullam cruciat. §. 6. n. 68. in fine. Viualdus Cãdelabro sacram. in penultima editione, p. 2. in 1. excõmunicatione cœnæ, nu. 11. Emmanuel Sà summa, verbo Excõmunicatio, in bulla cœnæ, nu. 2.* Hanc autē materię paruitatem explicat *Azor* esse pauca verba. Et *Sayro* quando sunt decem lineæ: sed melius *Manuel, Viualdus, & Emmanuel Sà* quando est vna sola pagina. Quia minor materia insufficiēs videtur ad tam grauem cēsuram. Et ita credo vnam solam paginam, quamuis liber sit ex voluminibus maioribus nõ sufficere: sed maior quantitas ea pagina voluminis maioris, vulgo *de marca mayor*, sufficiens erit.

32 Quintò deducitur, habentes libros magicæ artis, aut illos legētes, imprimēteve, si author magus nõ sit hæreticus, minimè incurrere hanc excommunicationem. Ita *Viualdus d. 1. excommunicatione cœnæ, n. 13.* vbi bene aduertit *Nauarrum summa Hispana, c. 28 addit. ad num. 56. c. 27.* dicentē contrarium, fuisse loquutum iuxta bullam cœnæ Pij V. quę exprimebat habentes libros magicę artis, & illa vtentes. At bulla hæc magos non comprehendit, nisi hęretici sint. Vt docet *idem Nau. sum. Latina c. 27. nu. 55.*

33 Sextò deducitur, ex secunda conditione, nempe, vt liber hæretici hæresim cõtineat, vel de religione tractet, nõ incurri hanc censuram, quantumuis legatur, teneatur, imprimatur, vel defendatur liber hęretici, si nec hęresim contineat, nec de religione tractet. Quia alterum illorum petit bulla cœnæ. At alterum sufficiet. Quia disiũctiuè alterutrum petit. Quod bene aduertit *Vgolinus de censuris Papa reseruat. 2. par. c. 1. verb. Vel de religione, in initio, nu. 2.*

34 Sed quid. si liber vel vnam solam hęresim contineat, aut non tractet ex professo de religione? *Sayro thesauro casuum, to. 1. lib. 3. c. 5. nu. 12. & Graffius 1. par. decisionũ, lib. 4. c. 18. nu. 40. & 42.* aiunt ad hanc censurã incurrendam oportere, vt liber hęretici ex professo, & instituto tractet de religione, aut hæresi: id est, vt argumentũ libri sit de hoc. Secus si ex professo de alijs rebus tractet, quamuis obiter interserat aliquam hęresim, aut aliquid ad religionem pertinens. At quamuis hoc approbem, quoad eam partem, vt exigatur librum nullã hęresim continentem ex professo tractare de religione, vt huic excommunicationi locus sit. Quod idē docet *Manuel addit. ad bullam, §. 9. num. 68 Azor lib. 8. instit. mor. c. 16. q. 5.* At de quacũque re tractet, satis est si totus liber vel vnicã hæresim contineat. Quod optimè docet *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 21. sectione 2. nu. 10.* Ducor quod clausula bullę sic dicat: *Libros hæresim continentes aut de religione tractantes.* Vbi circa hæresim solum petit, vt liber hæresim contineat. Quod verificatur vnicam continēdo. At circa religionem, petit vt liber de religione tractet. Non est autem de religione tractare, quando nõ ex instituto, sed obiter aliquid de religione traditur. At existimo non esse opus, vt argumentum libri sit de religione. Sed cuiusquam rei sit argumentum, si ita notabiliter de religione tractet, vt arbitrio prudentis censeatur ex professo, & non obiter de ea tractare, satis erit. Quia verificatur librum illum de religione tractare.

35 Vbi autem liber hæresim continet, totus est prohibitus: & ideo etsi quis legat partem non cõtinentem hæresim, incurret hanc excommunicatiunē. Quia legit librum hæretici hæresim continentem. Quod solũ petit bulla: voluit enim aditum his libris legendis claudere. Ita *Suarez nu. pręced. alleg. Vgol. de censur. Papa reseru. 2. p. c. 1. verb. Ac eorumdem libros, in initio, nu. 1. vers. 7.* Imò idem dicendum est, etsi illa hæresis deleatur. Quia militat eadem ratio. Et docet *Suarez. ibid.*

36 Si tamen hęretici liber in multiplex volumen diuisus sit, qui partem libri legit, in qua nec est hęresis, nec de religione tractatur, nõ incurret. Quia pars illa vnus liber p se esse videtur, nec habet requisita ad hãc excõmunicationē. Ita *Vgol. d. c. 1. verb. Ac eorumdem libros, §. 1. num. 2. versicul. 6.* Quod quidem intelligo verum,

quando vere sunt diuersa volumina, siue diuersi. Tomi eiusdem authoris. Quia tunc diuersi libri omnino censentur: etsi per accidens aliquis eos simul intra eundem tomum conglutinet. At secus credo, quando vnicus liber (vti solet) in plures diuiditur, vt in primum, secundum, tertium, &c. Tunc enim cuiuslibet illorum pars est pars vnici, ac eiusdem libri hæresim continentis, aut de religione tractātis. Quod adhuc verum credo, etiāsi nimiæ molis vitandæ gratia, aliqui eorum per accidens seorsum, ab alijs conglutinarentur. Quia adhuc est vnicus liber.

37 Atque ipsemet hæreticus legens librum suum, aut retinens, qui hæresim cōtinet, aut de religione tractat, incurret hanc censuram. Vt bene tradit *Vgolinus d. verbo, Ac eorumdem libros. in initio n. 1. vers. 1.* Quare si hic adhuc hæreticus sit, vel ab hæresis excommunicatione nō sit absolutus, erit duplici nomine excommunicatus: nempe, ratione hæresis, & lectionis, seu retentionis libri. Si autem absolutus sit, erit hoc posteriori solo.

38 Septimo deducitur, ex tertia conditione, vt scienter legat teneat imprimat, vel defendat prædictos libros, eximi ab hac censura, qui ignorantia, quantumuis crassa, & lata culpa, quiduis horum fecerit: nisi adeo crassa sit, vt sit ingens temeritas. Quia hæc clausula petit scienter hæc fieri. At quando scientia petitur, excusat quæuis ignorantia: nisi ingens sit temeritas. Vt probaui lib. 9. de matrimon. disputatione 22. num. 36. & 39. Atque idem credo etsi ignorantia esset affectata. Quia, nimirum, quis affectauit nescire cuius authoris sit liber: aut qua de re tractet, vt liberius legat. Quia reuera non dicitur hic scienter legere. Nec est ingens temeritas: nisi quando vehementem suspicionem habuit malitiæ libri. Tunc enim reputabitur sciens.

39 Similiter excusaretur ab hac censura, si hæc faciens ignoraret librum hæresim cōtinere, aut de religione tractare: quamuis nosset esse heretici: & è contra, si ignoraret esse heretici, sciens heresim continere, aut de religione tractare. Quia bulla vtrumque sciri petit. Sic *Vgolinus d. verb. Ac eorumdem libros, §. 1. num. 1.* Secus tamen esset, si vtrumque nosset, quamuis authorem libri ignoret. Quia tunc vtraque scientia in bulla petita inuenitur. Vt bene *Vgolinus eodem verbo, in initio, nu. 1. versi. 3.*

40 Octauo deducitur, incurrere legentes, tenentes, vel imprimentes, etsi non dolo malo hæc faciant: sed solius curiositatis gratia. Quod bulla his solis factis contenta sit, nec facientis animum spectet. Ita *Vgolinus eod. verbo, Ac eorumdem libros in fine princ. pij, Toledo in Summa, in bulla cœna excommun. 1. nu. 24.*

41 Nono deducitur, incurrere legentem nulla verba proferendo sed visu percurrēdo. Quod vera lectio nullatenus verborum prolatione egeat. Argum. ex *l. 2. §. inspectio. ff Quemadm. testam. aperia* Et docent *Vgolinus eodem verbo. Ac eorumdem libros, in princ. num. 2. vers. 10. Graff 1. p. decision lib. 4. cap. 18. nu. 45.*

42 Decimo deducitur, quid dicendum sit de catholicis legentibus libros hæreticorum hæresim continentes, aut de religione tractantes, in locis in quibus permisti cum hereticis commorantur, vt in Anglia, Gallia, Germania, &c. quando legunt animo confutandi suos errores. *Azor tomo 1. lib. 8. institut. moral. cap. 16. quæstione 6.* ait aliquos cēsere eos excusari ab hac censura. Quod bulla cœnæ ibi nec promulgata, nec recepta sit. At ipse dicit, quidquid sit de hoc, id tamen esse certum, eos incurrere hanc excommunicationem, vbicumque bulla cœnę vsu recepta est. Quippe studium religionis contra hæreticos defendendæ eos non excusat, non accedente Romani Pontificis licentia, cui bulla hoc reseruat. Et placet hoc mihi.

43 Nec Episcopus posset prædictam licentiam concedere illis. Quia Pontifex in bulla cœnæ solam Romani Pōtificis licentiam excipit. Ita *Nauar. lib. 1. consi. in vtraque editione, tit. de constit. consil. 1. quæst. 36. Azor. d. c. 16. q. 7. Manuel addit. ad bullam cruciat. §. 9. nu. 68.* Quod intelligo extra casum magnæ necessitatis non expectantis licentiam Pontificis: esset enim periculum in mora. Nā in his casibus communis est sententia posse Episcopum circa casus Pontificios. Vnde nec inquisitores possunt prædictam licentiam cōcedere. Ob eandem rationem. Sic *Azor ibi. quæstione 12. Graffius 1. par. decis. lib. 4. c. 18. num. 46.*

44 Sed collegium Cardinalium sede Apostolica vacanti posse prædictam licentiam concedere, affirmat *Vgolinus d. verbo. Ac eorumdem libros. §. 1. n. 1. vers. 2.* Atque probari potest, quia omni Pontificis iurisdictione gaudet: sicut capitulum Episcopali sede vacanti. Vt tenent aliqui, quos tacito nomine refert *glo. c. vnico verbo Sede, de schismat. in 6.* & eos sequitur *Henriquez li. 14. de irregular. c. 13. nu. 2. in fine.* Atque is textus huic sententiæ fauet. At dicendum est non posse, nisi prout illi conceditur, vt possit circa casus Pontifici reseruatos, *c. vbi periculum, de elect. in 7.* vbi definitur, vt nullatenus se in aliā causam intromittat, quā electionis Pontificis, nisi tam grande, & tam euidens periculum immineret, vt omnibus & singulis Cardinalibus videretur celeriter occurrendum Quia *Clem. Ne Romani de elect.* dicitur in §. 1. irritum, & inane fore, quidquid potestatis, aut iurisdictionis exercuerit pertinentis ad Pontificem nisi quatenus illi cōceditur *d. c. vbi periculum.* Et ita nil amplius posse tradunt *glo. d. c. vnico verbo Sede, & d. c. vbi periculum, verbo Intromittant.* Et communiter Doctores in his textibus *D. Anton. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 4. & 10. Syluest. verb. Electio 3. q. 3.* Vnde exigitur omnes Cardinales esse concordes quia dicitur *d. cap. vbi periculum, Omnibus, & singulis.* Quamuis alias factum a maiori parte capituli dicatur factum concorditer a capitulo. Sic *gl. d. c. vbi periculum, verb. Singulis.*

45 Quare Cardinales, & Episcopi & quicumq; alij Prælati superiores, aut inferiores, legentes huiusmodi libros inciderent in hanc excommunicationem. Quia generaliter loquitur bulla. Sic docet *Vgolinus d. verb. Ac eorumdem libros, statim in princ pio.* Nec si hos legendi habeāt priuilegium, ijs proderit Quia Iulius III. in Motu proprio incipiēti. Cū meditatio, Paulus IV. & Pius IV. ea priuilegia reuocarūt in suis constitutionibus Pontificibus, quas refert *Peña in fine directorij Inquisitorum,* inter literas Apostolicas pro officio Inquisitionis. Et ita aduertit *Azor to 1. libro 8 institut. moralium cap. 16. quæstione 13.* Si quæ aūt post hac priuilegia obtinuerint eos libros legendi: eis standum erit, donec denuo reuocētur.

46 At Inquisitores fidei legentes huiusmodi libros excusat ab hac excommunicatione, *Graff. 1. p. decisionum. libro 4. cap. 18. nu. 45.* & eorum quoque substitutos non solum a sede Apostolica deputatos, sed ab ipsis quoque Inquisitoribus. Quia Iulius III. in Motu proprio, quem numero præcedenti retuli, id ipsis indulsit. At is Motus proprius nil circa hoc indulget: sed tantum non reuocat priuilegia ipsis Inquisitoribus concessa legendi huiusmodi libros, & commissarijs super hæretica prauitate a sede Apostolica deputatis, dum officio commissionis funguntur. Vt constat ex tenore dicti Motus proprij, quem etiam refert *Azor d. cap. q. 13.* Quare si speciale hos libros legendi priuilegium non habeant, incurrent legendo.

47 Vndecimo deducitur, non incurrere hanc excommunicationem, qui memoriter dictos heretici libros recitat. Quia aliud est legere, & aliud memoriter recitare. Ita *Vgol. d. verb. Ac eorumdem in §. 1. n. 4. vers 10.* Quamuis minus bene *Graff. 1. p. decis. lib. 4. cap. 18. nu. 45.* dicat hunc incurrere. Et minus etiam bene *Sayro* dicit *in thesau. cas. to. 1. lib. 3. cap. 5. nu. 13.* hunc non incurrere, quando bono fine recitat; quasi contrarium sentiat, vbi malus est finis. Quippe bulla hęc non finem spectat, sed factum ipsum, atque hoc excommunicatione punit. At recitare malo fine non est legere.

De

48 De audientibus vero legentem huiusmodi libros est grauior difficultas. Q̃uidam ita distinguunt. Si audiens non sit causa lectionis, minime incurrit. Vt si eum librũ legi non curauit, nec consuluit, nec ex sua attentione ad lectionem alter ad legendum inducitur. Secus autẽ de audienti, qui lectionis est causa. Vt si præcipiat, consulat, suadeat: aut quouis alio modo causa sit. Ratio est quia priori modo audiẽs, nullatenus legere dicitur. Posteriori autem dicitur moraliter legere. Quamuis enim per se ipsum non legat, legit tamen per famulum, vel alium, cuius ministerio in hac lectione vtitur. Ita sentiũt *Azor tomo 1. lib. 8. instit. moral. c. 16. q. 4. Sayro in thesauro casuum, tomo 1. lib. 3. c. 5. nu. 14. Graff. 1. par. decisionũ, lib. 4. c. 28. num. 45.* At neutrum incurrere sentio. Quod neuter verè, & propriè legat, sed hic posterior impropriè, & metaphoricè. Atq; ita censura lata in aliquid facientem, minimè comprehendit consulentes mãdantes, nisi specialiter exprimantur: etsi hi improprie, & per alium dicãtur facere. (Vt hęc latè probaui li. 3. de matrimon disputatione 49. num. secundo.) Et ita hanc partem tenet *Vgolinus d. verbo, Ac eorundem libros, §. 1. nu. 4. vers. 8. 9. & 10.* vbi bene excipit, nisi quis audiret, vt faueret hęresi. Tunc enim non legentis, sed fautorum excommunicatione innodaretur.

49 At famulus illa iussu heri legens, vt herus audiat, incurret hanc excommunicationem. Quia scienter legit, nec iussu heri excusat. Ita *Azor eod. c. 16 q. 4.* Excusaretur tamen si metu graui, non in fidei, aut Ecclesiæ contemptum, legere cõpelleretur. Quia præcepta Ecclesiastica, quale est hoc non legendi libros hos, non enim tãto detrimento obligare, probaui libro pręcedenti c. 18. num. 4. Immo, etsi peccaret mortaliter legendo, quãdo in fidei contemptum metu graui compelleretur, nõ incurrere hanc excommunicationem. Quia hic non delinquit in præceptum Ecclesiæ hanc lectionem interdicentis, cuius transgressioni statuta est hæc pœna: sed in præceptum diuinum tuendæ fidei, & religionis. Vt dixi eodem c. 18. nu. 4. Præterea, quia idem dicunt de Christianis remigantibus in Turcarum triremibus, quando Christianos inuadunt, dicentes eos culpa lethali nõ liberari, bene tamẽ excõmunicatione bullæ cœnæ. Quos retuli libro præcedenti, capite septimo, nume. 18. Et ita in nostris terminis docet *Vgolin. d. verb. Ac eorundem libros, §. 1. in fine.*

50 Quamuis vero audiẽs, qui est lectionis causa, ab hac excommunicatione excusetur, videtur non excusari ab ea, quæ continetur in *cap. Nuper, & c. Si concubina, de sentent. excommunicationis,* cõtra participantes cum excõmunicato in crimine criminoso: vtpote qui participat in lectionis crimine, ob quod legens in excommunicationem incidit. At dicendum est nec hanc incurrere. Quippe vt ea participantium excommunicatio contrahatur, exigitur vt excommunicatus, cum quo participatur, sit nominatim excommunicatus. Vt habetur *dicto ca. Nuper.* Immo hodie post Conciliũ Constantiense exigitur, vt sit denunciatus, aut notorius clerici percussor. Vt cum alijs bene tradunt *Nauarr. summa cap. 27. num. 112. Henriquez lib. 13. de excommunicatione, cap. 9. num. 1. & 2. Suarez 5. to. 3. parte, disputatione decisoptima, sectione secunda, numero quinto.* At hic legens, nec est nominatim excommunicatus, nec denunciatus.

51 Tãdem circa hos legentes dubitabit aliquis, an si legant lingua scriptos huiusmodi libros, quam penitus non intelligunt, incurrãt? Vt si quis Latine, Græce, &c. norit legere, ac penitus nil intelligat, & ea lingua scriptos legat. Neminem de hoc tractãtem inueni. At credo hunc nõ incurrere. Quia cum finis huiusmodi prohibitionis sit, ne legens imbibat hęresim, qui in hoc euentu locum habere nequit, ea prohibitio à sui principio non comprehendit hunc casum. Itaque non immitor, eo quod in hoc particulari casu cesset finis legis sed quòd attento fine à sui principio non comprehẽsus sit hic casus. Inter quæ multum distare, quoad non obligandum, probauimus libro secundo, de matrimon. disputatione 37. num. 3. Sed objicies idem videri, quando quis non legit partem, in qua est hæresis. Cum tamẽ diximus numero 35. hunc incurrere. Sed respondeo disparem valde esse rationem. Quia hic more humano legit, & afficitur ad authorem, eiusque stylum, ac proinde facile potest eius doctrinã imbibere. At ille legitimo epsittaci, nil penitus intelligens: & proinde tantum materialiter legit.

52 Duodecimo deducitur, incurrere hanc excommunicatione retinentes scienter huiusmodi libros hæreticorum, siue in sua, siue in aliena domo, siue suo, vel alieno nomine retineant: quia vere retinere dicũtur. Ita docet *Graffis 1. p. decisionum, libro 4. c. 18. nume. 45. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 3. cap. 5. nu. 16. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. part. ca. 1. verbo. Aut retinentes in principio nu. 3. vers. 3.* Qua ratione bene ait incurrere bobliopolas eos retinentes, vt conglutinent. Quia vere retinent, etsi nomine alieno. Nec refert quauis lingua liber scriptus sit, vt retinens excusetur, eo quod illam non intelligat. Quia retentio hęc non attendit libri intelligentiam: sed id prohibuit Pontifex, quod nolit huiusmodi libros apud aliquem esse, sed penitus exterminari. Et constat ex dicendis num. sequenti.

53 Quare non excusat retinẽtes hos libros, quod nõ legẽdi causa retineãt, sed curiositatis, aut ornatus bibliothecæ, aut permutandi cum libris catholicis, vel cõsutandi errores hæreticorum. Quia hi omnes vere retinẽtes sunt. Et constat ex ratione tradita num. præcedenti, in fine. Ita *Vgolinus eodẽ verbo, Aut retinentes in principio, à numero 1. vsque ad 4.* Qui statim *§. 1. nume. vnico, versic. 4.* bene docet incurrere quoque aromatarios, & lanios retinentes hos libros quo aromata carnesve vẽdenda obuoluant. Quia verè retinent, & in causa sunt, vt libri folia in plures distribuantur.

54 Sufficit quoque ad hãc censuram, vt partem alicuius libri ex his quis retineat. Sicut nu. 42. diximus satis esse partem libri legere. Quia vere dicitur retinere librũ. Ita *Vgolinus eodẽ verbo, Ac retinens. in principio, nu. 3. vers. 6.* addens dummodo ea pars hęresim cõtineat. Sed hæc limitatio non est necessaria. Quia eo ipso quod aliqua pars eius libri hæresim cõtineat, totus est prohibitus, & legens partem, in qua non est hæresis atq; ea deleta incurrit. (Vt num. 47. diximus.) ergo idem est de retinente. Cum eodem tenore legens, & retinens excommunicentur. Addit etiam *Vgolinus* ibi retinentem solium huiusmodi libri incurrere. At hoc rigidum censeo. Quãuis enim iuxta dicta num. quadragesimo tertio ea materia sit sufficiens ad hanc censuram respectu lectionis libri prohibiti: at respectu retẽtionis parua videtur. Cũ minus delictum sit retinere, quam legere.

55 Excusat quoque ab hac censura paruitas temporis, quo liber retinetur, exspectando tempus breue, quo ad Inquisitores deferri possit commode. Ita *Vgolinus eodẽ verbo, Ac retinentes §. 1. nume. vnico, versicul. 2. Sayro d. cap. 5. numero 16. Graffis d. cap. 18. numero 47.* At in hoc casu non est necesse ad temporis paruitatem cõfugere. Si enim cõmoditas deferendi ad Inquisitores deesset, & illa absque fraude & negligentia diu exspectaretur, non esset locus huic censuræ. Quia non dicitur vere retinere contra Ecclesię interdictum, qui opportunũ tradendi tempus exspectat. Sicut nec dicitur rem alienam inuito domino possidere, eam restituendi cõmode occasionem exspectans. Et ideo existimo etiam data cõmoda pręsentandi occasione, excusare ab hac censura breuitatem temporis retentionis, vt per vnam, vel alteram diem. Quod videtur docere *Sayro eodem nu. 16.* Quia ad tantam pęnam contrahendam est modica retentio. Sicut in restitutione rei alienæ quæ strictori naturæ iure obligat, id contingit.

Tan-

56 Tandem circa hos retinentes id obseruandum est. Quamuis aliqui doceant posse eos, ad quorum manus hi libri diuenere, propria authoritate comburere. Quos tacito nomine refert *Azor tomo primo, lib. octauo, institutionum moralium, capite decimosexto, quæstione undecima*. Atque *Campeius in additione ad Zanchinum de hæreticis, capite septimo*, tantum appellat tutius eos libros Inquisitoribus tradere. At optime dicit *Azor eadē quæstione undecima*, necessario tradendos esse Inquisitoribus. Quia Iulius III. in motu proprio, quē nume. quadragesimo quinto retuli, sic ait: *Qui vero tales libros habuerint, eos consignare debeāt realiter, & cū effectu Inquisitoribus ciuitatum, in quib. eiusmodi libri extiterint. Alioquin tanquā hæretici possint publicari*. Quod bene ait *Azor ibi*. intelligendum, quādo hi possunt sine graui suo detrimento, aut periculo Inquisitoribus tradere. Existimo tamen comburentem propria authoritate non incurrere hanc censuram. Quia non vere retinet.

57 Decimo tertio deducitur, incurrere quoque hanc censuram imprimentes hos libros. Vt expresse dicitur in ea prima bullæ cœnæ clausula. Nomine autem imprimentium continentur, quicunque ad impressionem proxime cooperantur. Vt sunt officinæ patronus, seu dominus, cuius authoritate libri imprimuntur. Qui typos ordinant, & componunt. Qui sic compositos attingunt atramento. Qui torcularia premunt Qui chartas madefaciunt, aut madefactas torculari supponunt. Quia omnes hi imprimere dicūtur. Sicut omnes ad domus constructionem adiuuantes dicuntur construere. Et quamuis patronus non per se, sed per ministros imprimat; at vere dicitur imprimere. Cum ad ipsum tanquam ad magistrum, & dominum typographiæ totum negotium pertineat. Ita docent *Graffis prima parte decisionum, libro 4. capite 18. numero 50. Sayro thesauro casuum, tomo 1. libro 3. capite 5. numero 17. Vgolinus de censur. Papæ reseruat. parte 2. capite 1. verbo. Imprimentes, initio, numero 1. & 2. & §. 1. numero 1*. Insuper *Sayro* ait comprehendi facientes impressionis expensas. Attamen non credo, si nil aliud, quam sumptus præstent. Quia non dicuntur imprimere. Præterea *Sayro, & Graffis* comprehēdi correctores exemplaris impressi. Sed melius *Vgolinus eodem §. 1. ad finē*, id negat. Quòd impressores proprie non sint: sed eius, quod impressum est inspectores. Eum verò, qui librum imprimendum tradit, siue sit eius author, siue non ait *Vgolinus eodem verbo, Imprimentes, in fine principij, & §. 1. numero 1. versic. Postremo*, comprehendi, quamuis in priori loco dicit id non sibi certum esse Et ita credo eū comprehēdi. Quia in communi loquendi modo dicitur vere imprimens. Tandem eos, qui vendunt his impressoribus literas æneas, chartas, atramentum, & reliqua ad imprimendū necessaria, constar minime comprehendi. Quod nec imprimere dicantur, nec ad impressionē proxime concurrant. Et ita docet *Vgolinus eodem §. 1. nume. 2. vbi & nume. 3.* bene addit hos omnes, quos à ratione impressorum excusauimus, posse alia vice incidere in hanc excommunicationem. Vt si ministeria illa exhibeat, quo hæresi faueant. Tunc enim incurrent, non quasi imprimentes, sed quasi hæreticorum fautores.

58 Vltimo deducitur incurrere quoque hanc censuram defendentes scienter, siue publice, siue occulte prædictos hæretici libros: ex quauis causa, & quouis quæsito colore defendant. Sic enim expresse habetur in prima clausula bullæ cœnæ. Comprehenduntur autem, qui quouis modo, aut quauis ratione eos libros defendūt, ne ad manus Inquisitorum veniāt: aut verbis eos defendunt, dicentes esse bonos, aut vtiles, aut nō comburendos. Sic *Toledo in summa, in bulla cœnæ, excommun. 1. nu. 16. Sayro in thesauro casuum, tomo 1. lib. 3. cap. 5. num. 18. Vgolinus de censu. Papæ reseru. 2. par. capite, 1. verbo, Actorum quomodolibet defendentes, nu. 2*. Incideret quoque tanquam defendens, qui scriptis defenderet, Vt componēdo apologiā, quo librum hæretici tueatur: esto id in suo cubiculo solus faciat, nec scriptum in publicū edat, sed apud se custodiat. Quia bulla publicè, vel occultè defendentem excommunicat. Sic *Vgolinus eodem nu. 2. versic. 3.* Vbi bene addit non incidere, qui solus diceret hæc verba, non placent sibi hæresi: Hic liber optimus est. Quia hoc non est defensio. Insuper incurreret, q solius disputationis gratia hos libros defenderet. Quia clausula bullæ ait: *Quouis quæsito colore, & ingenio*. Ita *Vinaldus candelabro sacr. in penultima editione secūda parte, in bulla cœnæ, excommunicat. 1. numero undecimo Vgolinus in versic. Citato. nume. tertio*, vbi bene quoque ait propter eadem generalia verba eum incurrere, etsi defendat vt inquirat rationes, quib. hæresis cōuincatur, vt dubitationes si quæ sint tollantur. Non tamen incurreret dicens se velle defendere, si nondum defensionem aggressus est. Quia id nondū est defendere. Secus si iam esset in procinctu, & parasset se ad defendendum, prouocans ad certamē volentes cōtrarium sustinere. Quod hoc moraliter reputetur defendere. Sicut dux ille arcē defendere dicitur, qui contra hostē armatus stat, etsi non pugnet. Atq; facto ipso appellare dicitur, qui audita contra se sentētia arripit iter ad Romanā curiam, *c. Dilecti, el secondo de appellat*. Ita *Vgolinus eodē verbo, numero quarto*. Tandem non incurreret, qui id quod catholicum est in eo libro, defenderet, non vt contentum in hæretici libro, sed quod in se verū, & catholicum sit. Quia hic nil mali agit, sed defendit veritatem non habito respectu ad hæretici opus. Sic *Vgolinus eodem c. primo, verbo, Vel de religione, ad finem*. Immo idem credo, si ingeniū authoris, & stylum libri laudaret: nō vt opus hæretici, nec ad defendendum ne comburatur, & exterminetur, sed secundum se. Quia id non est hæretici librum defendere.

59 Tandem in ea prima bullæ cœnæ excommunicatione schismatici excommunicantur. De qua re agemus hoc 2. l. in c. speciali de schismate.

60 Id demum circa omnes hos casus comprehensos in prima excommunicatione bullæ cœnæ, & toto hoc capite explicatos, obseruādum est, ea verba posita in fine omniū, *Publice, vel occulte* referri ad omnes eos casus. Et ita *allegato Rebusso* tradit *Suarez. 5. tomo, in 3. parte, disputatio. 21. sectione secunda, num. 11. in fine*.

CAPVT XI.

Qualiter absoluere possit ab hæresi Episcopus virtute Tridentini decreti sessione 24. de reformation. capit. sexto.

SVMMARIVM.

Hæresis non tantum quoad censuram, sed quoad peccatum reseruatur: ac ablata cēsura peccatū nō manet reseruatū, n. 1.
Refertur decretum Trid. sess. 24. de refor. c. 6. nu. 2.
An facultas absoluendi ab hæresi concessa in Tridentino Episcopis, competat Episcopis non habentibus diœcesim: vel habentibus diœcesim in qua Tridentinum non est receptū: & an possit recipi, quoad solos fauores. Et satis sit Episcopum esse confirmatum, nondum consecratum, num. 3.
Quid, si Episcopus nondum Sacerdos sit, eodem nu. 3.
An capitulum sede vacanti possit virtute eius decreti absoluere ab hæresi, num. 4.
Quid de Abbatibus, & alijs prælatis habentibus iurisdictionē Episcopalem, nu. 5.
Quid de Archiepiscopo respectu subditorum suffraganei? aut ipsorum Episcoporum suffraganeorum: etsi nondum palliū receperit, num. 6.
Quid de prælatis regularibus respectu suorū regularium, n. 7.
An nomine subditorum cōprehendantur in Tridētini decreto vagabundi, & qui duplex domicilium quo habent, tempoque etiam in altera diœcesi resident, nu. 8.
Quid de peregrinis, scholasticis, & mercatorib. an possit absolui ab hæresi ab Episcopo diœcesis, in qua reperiuntur, nu. 9.

An

An eadem subiectio satis sit, quoad absolutiones, & dispensationes eo decreto contentas, eodem nu. 9.
An religiosi possint absolui ab Episcopo ab hæresi, nu. 10.
Episcopi, & prælati habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem, incidentes in hæresim, a quo possint absolui, nu. 11.
An potestas dispensandi concessa in eo decreto restringatur ad forum conscientiæ, & vt intra diœcesim exerceatur, nu. 12.
An facultas absoluẽdi cõcedatur ibi Episcopis intra solã confessionem: vel quid sit in solo foro conscientiæ concedi, n. 13.
An possit Episcopus absoluere ab hæresi in absentia, nu. 14.
An necesse sit tam Episcopum, quam subditos esse intra diœcesim, vt possit Episcopus illos absoluere à casibus in eo decreto concessit, nu. 15.
Quid, si Episcopus sit extra diœcesim at subditi intra, nu. 16.
Quid, si subditi sint extra, & Episcopus intra, nu. 17.
Quid, si ambo extra, num. 18.
Quid intelligatur nomine delicti occulti in eo decreto, num. 19.
Quid, si delictum sit alibi publicum, ibi autem occultum, n. 20.
Quando dicatur delictum deductum ad forum contentiosum: & quid si falsis testibus reus absoluatur; vel si in alio loco sit deductum ad forum contentiosum: vel sint duo socij, & respectu vnius tantum sit deductum vel iam in eo foro delictum est punitum, nu. 21.
An absolutionem hæresis possit Episcopus delegare? Refertur opinio, nu. 22.
Explicatur sententia authoris: & an idem possint alij, quibus conceditur ea potestas absoluendi in eo decreto, nu. 23.
Explicatur quot modis Episcopus possit hanc facultatem delegare, num. 24.
An facultatem dispensandi in eo decreto concessam possit Episcopus exercere per vicarium generaliter delegatum, nu. 25.
An hæc facultas absoluendi ab hæresi, & casibus bullæ cœnæ concessa Episcopis sit reuocata per bullam cœnæ? Refertur quædam sententia, nu. 26.
Explicatur sententia Authoris: & an ea Tridẽtini cõcessio extendatur ad casus in posterũ a Põtificibus reseruãdos, n. 7.

1 REuocandũ est in memoriam, quod c. 8. nu. 5. diximus, nempe, non solam hęresis excõicationem reseruari Pontifici, sed ipsum ẽt peccatum: adeo vt absolutio ab hæresi, quantumuis bona fide impensa sit irrita, & quoad censurã, & quoad peccatum: si ab eo impendatur, qui caret facultate absoluendi a censura excõicationis illi annexa: at sublata excõicatione per potentẽ absoluere cessat quoq; peccati reseruatio: & similiter si quis per ignorantiã censuræ eam non incurrerit. Sunt aũt quinque casus in quibus potest esse specialis difficultas de facultate absoluendi hæretici externi in foro conscientiæ. Primus est, rõne facultatis concessæ Episcopis in *Trident. sess. 24. c. 6. de reform.* Secũdus est, de facultate concessa Inquisitoribus. Tertius, de facultate cõcessa per bullã, aut iubilęum. Quartus de facultate cõcessa cuilibet confessori in articulo mortis. Vltimus, de facultate concessa ratione impedimenti adeundi Pontificis. De primo quidẽ casu tractatur hic. De 2, & 3. tractatur capite seq. De 4. & 5. in capite 13.

2 Circa primũ casum obseruandũ est, *Tridentinũ sessione 24. cap. 6. de reformat.* concessisse Episcopis facultatẽ duplicem, alterã dispensandi in quibuscũq; casibus ex delicto occulto, nec deducto ad forũ cõtentiosum prouenientibus, excepto homicidio voluntario. Alterã vero absoluendi in foro conscientiæ subditos suos in sua diœcesi, à quibuscunque casibus occultis, nec deductis ad forũ contentiosum, & hoc per seipsos, vel per vicarios ad id specialiter deputandos. Et statim subdit hæc verba. *Idem & in hæresis crimine in eo foro conscientiæ, eis tantum, non eorũ vicarijs sit permissum.* Circa q̃ cõcessionem, quoad p̃sens attinet, non nullæ difficultates enodandæ sunt quibus explicẽ, quid possit Episcopus circa absolutionem ab hæresi stante eo decreto in suo vigore. Et vltima erit, an id decretum sit hodie reuocatum.

3 Prima difficultas est. Qui noĩe Epi, cui conceditur absolutio ab hæresi, & alijs reseruatis in eo decreto, cõprehendantur? Et quidẽ constat non satis esse Ep̃m esse consecratum, si dięcesi, ac subditis careat. Quales sunt Ep̃i titulares, vulgo *de anillo*. Quia non conceditur hæc facultas Ep̃o respectu oĩum fidelium, sed respectu subditorũ in propria dięcesi. Vt ex cõtextu cõstat. Et ita docet *Suar. 5. to. in 3. p. disput. 41. sect. 2. nu. 7.* Rursus nec põt ea facultate vti Ep̃s earũ regionum, in quibus Tridẽtinum non est receptũ, etsi subditos & dięcesim habeat. Quippe par debet esse fauorum, & onerum rõ. Vbi ergo Tridentinũ non recipitur quoad leges, & onera, acceptari nequit quoad fauores. Nec eñ mens Cõcilij fuit aliter eos cõcedere. Ita *Suarez eadẽ disp. 41. sect. 2. n. 6.* dicens, sic decisum esse in congregatione Romana. At secus esse ego intelligerẽ, vbi circa aliq̃ specialẽ legẽ, vel onus, non est receptum; nil. n. impediret, quo minus, quoad fauores, cũ cæteris legibus, & oneribus reciperetur. Quia cõis snĩa in tractatu de legibus tuetur itare legẽ, quoad partẽ esse receptam: & quoad partẽ non: atque quoad solã partem receptã obligare. Insuper posset prædictũ Tridentinũ, quoad oĩa alicubi receptum esse, ac obligandi vires sumpsisse: at postmodũ decursu tẽporis abrogatũ esse contraria consuetudine legitimè præscripta, quoad leges, & onera: manẽti in robore pristino, quoad fauores. Quia cũ semel ius acquisitũ sit ad fauores, nec consuetudo amplius, q̃ id de quo inducta est, abroget; nõ est cur consuetudine solũ inducta circa leges, & onera, & proinde illa abroganti censeantur quoq; fauores abrogari. Præterea constat, qñ Ep̃s habet dięcesim, & in illa Tridentinũ receptũ est, satis esse Ep̃m esse electum, & confirmatum, etsi nondũ consecratus sit. Quod probaui libro 8. de matr. disp. 2. nu. 11. Et tenet *Suarez 4. to. in 3. p. disput. 30. sect. 2. nu. 4.* Atque idem est dicendum, etsi Ep̃s ille confirmatus, nondum sacerdos sit. Quia (vt dicemus nu. 13.) non exigitur ad hanc absolutionem confessio sacramentalis, q̃ soli sacerdoti fieri põt, nec absolutio à peccato hæresis, aut alio reseruato. Sed satis est absolutio ab excõicatione, qua ablata, potest quilibet confessarius à peccato absoluere. (Vt nu. 1. diximus.) At absolutio ab excommunicatione, etiam in solo conscientiæ foro, qualis in eo decreto conceditur Ep̃s. potest impendi à non sacerdote. Vt probaui lib. 8. de matrim. disput. 34. nu 29.

4 At difficultas est de capitulo sede Episcopali vacãti, & de Abbatibus, reliquisque prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem: & de Archiepiscopo respectu dięcesis suffraganei: & de prælatis regularib. respectu suorum subditorũ. Et quidem aliqui negãt comprehendi in eo decreto nomine Episcopi capitulum sede vacanti, Quos, & eorum rationes retuli libro 8. de matrimon. disputatione 2. num. 10. vbi & tenui comprehendi. At in casu hæresis est specialis difficultas. Quòd Tridentinum absolutionem hæresis ab Episcopo, per semetipsum, & non per vicarium impendendã decernat. Cum autem capitulum ex multis canonicis constet, ac in maiori eorum parte consistat, non videtur, qua ratione possit per se ipsum absoluere. Itẽ, quia videtur electa Episcopi industria. Cum ipsi soli, & per se ipsum exercenda concedatur hæc absolutio. Et ita *Suarez tomo 4. in 3. par. disput. 30. sectione 2. num. 4.* etsi concedat, quoad reliquos casus comprehendi capitulũ nomine Episcopi in eo decreto, negat quoad hæresim. Idem de hæresi tenet *Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 1. c. 6. post 20. conclusionem diffic. 5.* At mihi probabilius est comprehendi. Quia rõnes, quas attuli dicta disputatione 2. num. 10. id æque in hæresi probant. Et Doctores quos ibi retuli, generaliter loquuntur, & indistinctè de concessis in eo decreto Nec obstant rõnes contrariæ. Non enim eligitur industria personæ Episcopi. (Vt satis probaui libro 2. de matrimon. disputatione 40. num. 17. in solutione ad 2.) Et si qua industria eligitur, est Episcopi, vel habentis iurisdictionem Episcopalem. Id enim nomine Episcopi intelligitur. (Vt

probaui

li petẽtes hanc habitationem ad casus in Tridẽtini decreto allegato cõcessos. At id nõ exigitur ad absolutionem hæresis,& cuiuscunque casus reseruati ibi concessam. Quia ex generali Ecclesiæ consuetudine,seu interpretatiua propriorum prælatorum voluntate, quicũq; extranei sunt, vt incolæ, & subditi Episcopi, in cuius diœcesi repariuntur, quod attinet ad sacramenta confessionis,& Eucharistiæ recipienda. Et consequentur quoad absolutionem ab excõmnnicatione quæ ad hęc sacramenta præexigitur, & ad confessionem pertinet. ideo optimè aduertit *Suarez ea disputatio.41.sectione secunda,nu.10.& 12.* eam restrictionem quoad alios subditos,non esse positam in priori parte illius decreti Tridentini,in qua de dispẽsatione in irregularitate, & suspensionae factus est sermo. Sed in posteriori sola, vbi de absolutione ab heresi, & casibus reseruatis tractatur. Quo distinctas subiectiones ad has iurisdictiones exer cendas peti denotetur. Ad priorem aliqnale domicilium: ad posteriorem verò esse tunc in ea diœcesi: ac proinde subijci illius Episcopo quoad sacramenta cõfessionis,& communionis. Quod conforme esse Concilij verbis ostendemus,nu.17.in fine.

10 De Religiosis etiam exemptis est magna difficultas, an possint ex sui prælati licenna subijci Episcopis vt ab soluantur ab hæresi & cum eis dispensetur in casibus in quibus possunt Episcopi absoluere suos subditos, & cũ eis dispensare virtute dicti decreti. Sed de hac quæstione latissime agemus l. 4. huius tract. cap.39.à nu,27.vsque in finem, vbi varias sentẽtias referemus, & tenebimur posse,ac soluemus contraria fundamẽta, probabimusque nostrã. Et dicemus, an ipsemet prælatus regularis exẽptus in prædictos casus incidẽs valeat se subijcere Episcopo quoad hanc absolutionem,& dispensationem. Dicemus etiam ibi, quid dicendum sit quãdo prælatus regularis petitam hanc facultatem a religioso denegat. Sed adhuc tenendo contrariã sententiã, nempe,non posse se subijcere ex prælati licentia, potast esse difficultas de monialibus ipsimet Episcopo subiectis. *Petrus de Ledesma 2.to.Summa tract.1.ca.6. post 20.conclus.dub.4.* Ait posse quempiam absq; magna improbabilitate negare hanc facultatẽ Episcopo. Quia ea facultas Tridentini conceditur Episcopis,quatenus Episcopi sunt. At vt Episcopi non sunt prælati monialium, quę ipsi specialiter subduntur, cum tamen profiteantur regulas religionum exemptarum, vt D. Francisci, &c. At iure optimo ait verius esse posse. Quia re vera eæ moniales sunt Episcopo subiectæ, nec decretum Tridentini est ita formaliter intelligendum, vt petat subiectionẽ Episcopo, quatenus Episcopus est.

11 Quod si ipsemet Episcopus in hæresim occultã, aut in alios casus labatur, à quibus potest ipse suos subditos absoluere, aut cum eis dispensare, poterit eam facultatem suo confessario committere, vt eum absoluat, vel cum eo dispenset. Quod libro 8. de matrimonio, disputatione 3. num. 3. late probaui etiam respectu casuum concessorum in prædicto Tridẽtini decreto. Et hoc, siue dicamus confessorem illum habere iurisdictionem ab ipso episcopo delegatã. Quod ibi substinui. Siue dicamus eã habere immediate a Pontifice, ex vi iuris cõmunis. Quod tanquam probabile sustinet *Suarez dicta disputatione 41. sectione secunda, num. 15.* Quia ex vi dicti decreti Tridentini reseruatio ablata est ab eis casibus occultis, & ideo respectu episcopi nõ reputantur vt casus reseruati sed vt comprehensi sub eligendi cõfessoris facultate sibi iure communi concessa. Et sic etiam in crimine hæresis sustinet *Suarez eodem num. decimoquinto.* Quamuis dicat specialem in hoc crimine habere difficultatem: eo quod in eo decreto non permittatur episcopo committere alicui facultatem absoluendi ab hoc crimine. At semet absoluere neqnit. At probabilius esse posse concludit. Quippe per id Tridentini decretum censetur Pontificia reseruatio sublata. Quod satis est, vt censeatur cõmissa heresis cõfessori per Episcopum electo, respectu ipsius Episcopi. Si id decretũ Tridentini renocatum non sit per *Bullam Cœnæ.* At hæc difficultas specialis in casu hæresis cessat, sustinendo (vt num.23. sustinebimus) posse Episcopũ hæresis absolutionem committere alicui speciali delegato. Atq; idem sentio de Abbatibus, & alijs prælatis habẽtibus diœcesim, & in ea iurisdictionem quasi Episcopalem: sustinẽdo (vt nu.5. sustinuimus) posse hos absoluere suos subditos ab hæresi. Potuerunt tamen hi Abbates etiam subijcere se quoad hoc Episcopo. Vt bene *Suarez eadẽ disputatione 41. sectione 2. nu.12.* & posse eos quoq; absolui ab Archiepiscopo, cuius sunt suffraganei, dixi nu.6.

12 Tertia difficultas est, quid intelligatur in eo Tridẽtini decreto, per ea verba *In foro consc ẽt a, & in diœcesi sua.* Et in primis id obseruandum est neutram restrictionẽ appositam esse in priori parte, in qua conceditur dispẽsandi potestas in irregularitatibus, & suspensionibus. Quare ea facultas potest exerceri erga subditos suos ab Episcopo in absẽtia, & siue Episcopus siue subditi, siue ambo sint extra diœcesim. Atque dispensatio pro vtroque foro proderit. Quia Tridentinũ absolute & absq; prædictis limitationibus concedit. Atq; iurisdictio voluntaria ad quam dispensatio pertinet, potest extra territorium exerceri. (Vt probaui libro 3. de matrimonio, disputatione 19. num. 8.) Sed ea restrictio, *In foro cõscientia, & diœcesi sua,* est adhibita in sola posteriori parte, in qua Tridentinũ concedit Episcopis facultatem absoluẽdi à reseruatis. Sicut num. nono, in fine, idem aduertimus de particula, Subditos. Et hęc optime aduerit *Suarez, 5. tomo in 3. par. disputat. 41. sectione 2. num. 10. & numero 12. in fine.* Quare non ita caute *Enriquez. lib. 14. de irreg. c. 20. nu. 5. Aula de censur. p. 7. disputatione 10. dub. 6. & Manuel 2. tomo Summa, c. 69, nu. 1. in fine,* dixerunt Episcopum nõ posse dispensare in suspensione extra suam diœcesim, virtute illius decreti: non aduertẽtes eam limitationẽ non apponi in priori illa parte. Atque similiter minus cauta locutus est *Perez. libro 8. ordinat. titul. 4. libro 3. folio, 99 paulo ante 2. partem tractatus hæresis* dicens eam dispansationem esse pro solo cõscientiæ foro.

13 Est igitur difficultas, quid intelligatur per vtrãq; particulam. Posset autem aliquis existimare per particulã, in foro conscientiæ, intelligi audita confessione. Idque posset probare ex ijs, que in simili casu adduxi libro 8. de matrimonio, disputatione 34. num. 8. At dicendum est, non esse necessariam confessionem, vt Episcopus absolnat ab excõmunicatione hæresis, & cęterorũ casuum reseruatorum, virtute illius decreti Tridentini. Sed id solum importat ea particula, in foro consciẽntiæ vt ea absolutio non prosit pro foro externo, si contingat hæreticum illum, aut alterius delicti reum ad iudiciũ trahi. Quod latissimè probaui ead. disputatione 34. nu. 29. Et in his terminis huius decreti, & absolutionis ab hæresi, tradunt *Nauar. lib. 5. consil. in 1. editione, titul. de senten. excommun. consil. 15. q. 2. in tit. de priuig. cons. 11. q. 2. Suarez 5. to. in 3. p. disput. 41. sect. 2. n. 11. Manuel 1. to. Sum. edit. c. 131. n. 6. Petrus de Ledes. 2. to. Sum. tract. 1. cap. 6. post. 20. conclus. diffic. 8.*

14 Immo potest Episcopus in absentia absoluere subditũ à prædicta hæresis, aut cuiusuis alterius reseruata excommunicatione. Qua sublata potest quiuis confessarius à peccato absolnere. (Vt numero 1. diximus.) Ratio est, quia absolutio ab excommunicatione potest in absentia impendi, ex omnium mente. Nec Tridentinum in eo decreto restrinxit, vt in præsentia cõcederetur. Et ita in propriis terminis excõmunicationis hæresis, docent *Suarez, Manuel, Petrus de Ledesma numero praecedenti allegati, Enriquez, libro 6. de pœnitent. capite 14. nu. 7. idem Manuel quæstionum regular. tomo 1. quæstione 30. articulo decimo in fine.*

15 Rursus de intellectu eius particulæ. In diœcesi sua, est

est vrgentius dubium. Potest autem quadrupliciter intelligi. Primo, vt desideretur Episcopum, & subditum esse intra diœcesim, vt possit Episcopus vti hac absoluẽdi facultate ab hæresi, & alijs reseruatis. Secundò, vt sit necesse Episcopum esse intra diœcesim, vbicunque sit subditus. Tertio è contra, vt sit opus esse subditum intra diœcesim, vbicũque sit Episcopus. Vltimo, vt neutrum desideretur esse intra diœcesim. Et quidem non esse necesse, vtrunque intra diœcesim existere, optime ait *Suarez 5.to. in 3.p. disp. 41. section. 2. nu. 11. in fine.* Quia neque ex vi verbi id significatur: nec oportet concessionem fauorabilem restringere, plus quam uerba eius cogant.

16 De Episcopo vero quidam eam intelligunt, dicuntque desiderari, vt intra diœcesim suam resideat, vt possit hac absoluẽdi facultate vti Sicut nec extra suam diœcesim potest Pontificalia exercere. Et potest probari. Quia non videntur alio pacto posse intelligi ea verba, in diœcesi sua, non enim posse referri ad subditos probabimus nu. sequenti. Nec videtur posse sustineri expositio, quam tradit *Petrus de Ledesma statim, allegandus*, nimirum, vt sensus sit; id est, vt possit Episcopus cum subditis suæ diœcesis, & non cum extraneis. Quia Tridentinum expresse petit hanc absolutionem solis subditis, & in propria diœcesi impendi. Et ita superflueret ea particula, In sua diœcesi. Cum tamen omnia verba in decretis contenta aliquid operari debeant, ita vt nec vlla syllaba superfluat. (Vt probaui lib. 3. de matrim. disp. 26. num. 6.) Et ideo hæc sententia valde probabilis est. Atque eam sustinent *Enriq. l. 14. de irreg. c. 20. nu. 5. Manuel 2. to. Sum. c. 69. nu. 1. in fin.* At mihi probabilius est, id non esse necesse, & ita posse Episcopum extra suam diœcesim existentẽ hac facultate vti. Quod docent *Suarez to. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. nu. 1. in fin. & to. 5. dis. 41. sect. 2. nu. 11. in fin. Pet. de Led. 2. 2. Sum. tract. 1. c. 6. post 2. cõclu. diffi.* Idque mihi persuadeo primo. Quod per verba tam ambigua, & commode sanum sensum patientia, (quem numero sequenti tradam) non est credendum Tridentinum voluisse ita arctare facultatem Episcopi, ac omnia iure corrigere, quæ iurisdictionem voluntariam extra propriam diœcesim exerceri posse docent. Deinde, quia aliquando aliquid extra diœcesim fieri noluit, nõ verbis ita ambiguis, sed clarissimis explicuit Et *sess. 6. cap. 5. de reform. Nulli Episcopo liceat Pontificalia in alterius diœcesi exercere.* Et *sess. 23. cap. 1. de reform.* volens, vt antiquior Episcopus in propria diœcesi existens ex suffraganeis, approbet causas absentiæ Archiepiscopi, dixit: *Episcopo Antiquiori residenti.* Vbi ea particula, residenti, clare demonstrat opus esse, vt intra propriã diœcesim existat. Non enim alias dicetur residens.

17 Alij intelligunt eam particulam, In diœcesi sua, de subditis, dicuntque exigi, vt subditi intra diœcesim existant, vbicunque sit Episcopus, quo eos possit ab hæresi, & casibus reseruatis concessis in eo decreto absoluere. Et ita tenet *Suar. 5. to. in 3. p. d. s. 41. sect. 2. nu. 10. & 11.* Et idẽ tenet, etsi nõ ita clare *4. t. in 3. p. dis. 30. sect. 2. n. 3. in fi.* Rationem autẽ ait non esse, quod absolutio excommunicationis petat absoluẽdi præsentiam, imò in absentia præstari potest. Sed, quia Tridentinũ non concedit facultatem hanc, nisi erga subditos intra propriã diœcesim Episcopi existentes. Quod dicit Conciliũ fecisse ob maiorem pacem, melioremque gubernationis ordinem limitando prædictam facultatẽ, non tantum quoad personas subditas, sed etiã quoad territoria, & loca. At hoc nõ placet. sed credo id posse Episcopum, etsi subditi extra diœcesim existant. Quod aperte sentire videtur *Pet. de Ledesm. n. præcedenti allegatus.* cum eam particulam; In sua diœcesi, explicet, id est, erga subditos suæ diœcesis Ducor, quia si Tridentini contextum attente inspiciamus, potius ea particula, In diœcesi sua, videtur ad Episcopi personam referri, vt exigatur ipsum esse intra diœcesim, quã personas subditas. Sic enim ait contextus: *Liceat Episcopis, &c. Quoscunque sibi subditos, in diœcesi sua absoluere.* Vbi põdero in particula, Subditos, esse virgulam diuidentem eam a particula, in diœcesi sua: quasi hæc illi non coniungatur. Item, quia ait in diœcesi sua: at diœcesis proprius dicitur Episcopi propria, quã subditorũ. Deinde, quia ratio congruẽtiæ, quam adducit *Suarez* potius suadet diœcesim referri ad Episcopũ, quã ad subditos. Quia ad maiorem pacem, melioremq. ordinem, potius spectat, ne Episcopus extra suam diœcesim existens hæc exerceat: quam ne exerceat in sibi subditos extra diœcesim existentes. Si ergo dicimus non referri ad episcopum, ne verbis tam ambiguis eius potestas limitetur, & corrigantur iura voluntariam iurisdictionem extra diœcesim exerceri cõcedentia. Similiter dicendum est, non referri ad subditos: ne potestas episcopi in suos subditos coarctetur, & corrigantur iura, quæ ad exercendam iurisdictionem voluntariã in subditos, non attendunt locum, in quo ipse episcopus vel subditi sunt, sed iurisdictionẽ in personas. Quare legitimum sensum eorum verborum esse existimo: *Quoscunque sibi subditos, in diœcesi sua.* Vt nullatenus iurisdictionem episcopi limitent: sed tantum velint, vt episcopus possit absoluere quoscunque sibi subditos, & quomodocunque sibi subdãtur: nempe, vel quia sunt ordinarij subditi, vt pote qui ibi domicilium habẽt, vel quia subduntur quoad solum pœnitentiæ forum: eo quod in sua diœcesi inueniuntur tanquam aduenæ, & peregrini. Quod est conforme ijs, quæ nu. 9. diximus.

18 Hinc deducitur, posse episcopum prædicta facultate vti, etsi tã ipse, quam subditi sint extra diœcesim. Constat ex dictis duplici nu. præced.

19 Quarta difficultas est. Quid in eo Tridentini decreto intelligatur per delictum occultum, nec deductum ad forum contentiosum. Quidam dicunt occultam hæresim, ad delictum occultum dici, quãdo ita occulta sunt, vt in iudicium deferri nequeant. Ita *Angles Florib. 1. p. vbi de confessione q. 4. art. 5. diffic. 6. Gutier. q. canon. li. 1. c. 13. nu. 27. Manuel addit. ad bullam cruciatam, §. 9. nu. 69. in fine.* Quare dicunt *Gutier. & Manuel*, talia esse, quæ per accidẽs occulta sunt: eo quod nullus interfuit testis, & sola delinquentis confessione manifestari possunt Ecclesiæ. At verius est, quod multis citatis diximus lib. 3. de matrim. dis. 34. nu. 55. & 56. nempe, accipi delictum occultum, vt distinguitur contra publicum, & ita etsi ab aliquibus sciatur, & probari possit, dici occultum: ac tũc tantũ occultum non esse, quando in ratione delicti est publicũ: vtpote quod in maiori parte viciniæ, collegij, vel monasterij, vel parochiæ cognoscitur dũmodo saltem decem personæ inueniãtur in ea vicina, parochia, collegio, vel monasterio. Et in proprijs hæresis occultæ terminis ita docet *Azor tomo 1. li. 8. inst. moral. c. 10. q. 9.*

20 Quod si delictum sit alicui publicum, ibi verò vbi absolutio petitur, sit occultum: *Suarez tomo 4. in 3. par. disp. 30. sectione 2. numero 2. in fine*, ait non dici occultum: ac proinde facultatẽ Tridentini non extẽdi ad hoc delictum. Ducitur, quia quod alicubi publicum est, simpliciter est publicum, & non occultũ, eo vel maxime, quod moraliter ac regulariter loquendo, quod in aliquo loco publicum est facile ad alia loca defertur. At probabile credo, (quod scio viros doctissimos Salmanticæ consultos sensisse, quos refert, & sequitur, *Auila de censuris par. 2. cap. 7. dispu. 1. dubio 11. conclusione 3.*) si delictũ in loco ita distanti publicum sit, vt non sit spes fore, vt ad alium deferatur, dici occultum in eo loco, in quo absolutio, aut dispensatio petitur: ac proinde subijci facultati episcopi in eo decreto sibi concessæ. Quia (vt bene aiunt *Durand. 4. d. 18. q. 5. in fi. & ibi Palud. q. 6. art. 1. nu. 5.*) nõ ex hoc, quod aliquis sit publicus excõmunicatus in vno loco, censeri debet publicus in alio. Deinde, quia communis sententia docet non teneri restituere manifestantem publicum alicuius delictum, at quãdo in aliquo loco publicũ est, non censeri publicum in alio ita distãti, ad quẽ non est spes fore, vt facile fama perueniat. Aliũ

casum

casum ad hoc spectantē vide c. sequenti, nu. 9. in fine.

21 Deductum autem ad forum contentiosum dicetur, quando in id forū deductum est, etsi vnico teste probetur. Vt bene docet *Henriquez lib. 14. de irregul. c. 7. n. 5. & Auila de censuris 2. p. c. 7. disp. 1. dub. 11. concl. 3. & p. 7. disp. 10. dub. 6. ad fin.* Nec refert, siue iuste, siue iniuste, res sit in iudiciū delata. Exigitur tamen, vt reo sit intimata delatio. Quod si delinquēs sit defectu plenæ probationis in foro externo absolutus, etsi falsis testib. defenderit se, siue definitiue absolutus sit, siue ab instātia, seu obseruatione iudicij, non dicatur delictū ad forum externum delatū. Et docet *Auila in vtroque loco*. Quæ latius probaui lib. 8. de matrim. disp. 34. n. 57. & 58. Insuper si duo eiusdē criminis consortes sint, ac alter solū ad iudicium deferatur delictum alterius rei nondū delatum erit occultum, ac subdetur huic potestati Episcopi. Quia res inter alios acta alijs p̄iudicare nequit, quibus res iudicata non nocet, *l. 1. C. res inter alios acta*. Ita *Nauar. lib. 2. consil. in 2. editione tit. de sentent. & re iudic. consil. 2.* Tandē si in alio loco res sit ad forum contentiosum delata, dū in eo pendet, quocumq; delinquens fugiat, nequibit Ep̄s virtute huius decreti illum absoluere, aut cum eo dispensare. Quod petat delictum non esse deductum ad forum contentiosum: at vbicumque deductū sit, dicitur simpliciter, & absolutè deductum. Sed quid si delictum deductum ad hoc forū, est iā iudicio finito punitū? *Gutier. lib. 1. q. can. c. 3. ad fi. & Manuel 1. tom. Sum. in 2. edit. c. 168. in fine*, negāt posse Ep̄m. Quod sit verè deductū ad forum exterius: nec Concilium distinguat. Item, quia Concilium dicit: *In delictis occultis*: at hoc est iam publicū. At merito dixerunt posse, quidam Theologi, quos tacito nomine refert *ibi Gutier.* & idem tenet *Auil. de censur. p. 7. disput. 10. dub. 7.* & apertè vr̄ sentire *Henriq. lib. 14. de irreg. c. 7. num. 5.* vbi dicens, nequire Ep̄m in delicto deducto ad forum cōtētiosum, addit hæc verba: *Quamdiu manet deductū ad forū contentiosum*. Et sic refert *Aula ibi* se vidisse in casu simili sæpe obseruatum, nempe, absoluēdo per Bullam ab excōmunicatione deducta ad forū contentiosum, finito tā iudicio. Nā intentum Concilij fuit conseruare authoritatem iudici de delicto illo cognoscenti, & non concedere delicta publica, quo publicum scandalū caueatur. At in hoc euentu vtrumque damnum cessat. Nil enim authoritati iudicis detrahitur, vtpote qui iam functus est officio suo, delictum illud puniendo. Scandalum etiam publicum cessat punitione illa humiliter tolerata a delinquente. Per illam enim purgat delictū, & satisfacit Reipublicæ ex illo offensæ. Et ex his cōstat solutio vtriusque rationis contrariæ.

22 Quinta difficultas est. An absolutionem ab hæresis censura possit Episcopus committere? Quidam negant posse etiam confessario ad id specialiter deputando. Quod Tridentinum in eo decreto discrimen cōstituat inter ceteros casus Papæ reseruatos & hæresim: vt illos concedat Episcopo per se, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum: hanc autem per se, & non per Vicarium. At si hanc posset Vicario specialiter deputato committere, nullum esset discrimen. Item ex *c. vlt. §. finali, de offic. deleg.* vbi ministerium alicui commissum delegari non posse deciditur. Ita tradunt *Gutier. q. canon. lib. 1. c. 13. num. 29. Suarez to. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. nu. 9. & 15. Petr. de Ledes. 2. to. Sum. tract. 1. cap. 6. post 20. concl. diffic. 6.* dicens esse hoc fere certum.

23 At probabilius censeo posse cōmittere absolutionem ab hæresi alicui specialiter ad eum hęresis casum deputato. At non posset generaliter alicui committere vices suas ad absoluēdum ab hæresi. Quare id est discrimen cōstitutum in eo decreto inter hæresim, & ceteros casus Papæ reseruatos: vt horum absolutionem possit cōmittere, seu committendo vices suas circa casum specialiter oblatum: vel generaliter committendo vices suas alicui quoad hoc speciale munus absoluendi ab his casibus. Nam vtroque modo dicitur Vicarius ad hoc specialiter deputatus prout requirit. Tridentinum in eo decreto Et fatetur etiam ipsemet *Suar. 4. to. in 3. p. disp. 30. sect. 2. n. 9. in fin.* & late probaui l. 2. de matr. disp. 40. n. 17. At casum hæresis non potest posteriori modo delegare, sed solo priori. Ducor, quod seclusa ea Tridētini limitatione posset Episcopus omnes casus sibi in eo decreto concessos delegare siue generaliter, siue specialiter. Vt bene tradit *Suar. 5. to. in 3. p. disp. 41. sect. 2. nu. 8.* Hæc enim est natura iurisdictionis ex principis priuilegio competentis non personæ, sed dignitati, vel officio, qualis est hæc, vt non sit delegata, sed ordinaria ac delegari possit. (Vt probaui l. 2. de matri. disp. 40. nu. 14.) Vbi nu. 17. probaui *c. vlt §. finali de offic. deleg.* quod contrarium suadere videtur, intelligi, quando nudum ministerium cōmittitur personæ, & non dignitati in perpetuū. Dum ergo Tridentinum restringit ne facultas absoluēdi ab hæresi occulta, quæ non personæ Episcopi conceditur, sed in perpetuum annectitur dignitati eius, & officio, delegari possit vicario specialiter deputato: ea restrictio accipiēda est vt quàm minimum fieri possit, ius commune corrigat. Atque proinde cum intelligi possit de solo Vicario specialiter deputato ad omnes hæresis casus: non autem de specialiter deputato ad specialē oblatum hæresis casum, & sic optime saluetur differentia in Tridentino tradita, hic intellectus eligendus est. Et ideo hanc sententiam tuentur *Nauar. li. 1. cōsil. in vtraque editione tit. de const. conf. 1. q. vlt. n. 89. & li. 5. in 1. editione, tit. de sent. excomm cōsil. 15. q. 2. & 3. in 2. vero tit. de priuilegijs cōs. 11. q. 2. & 3. Cord. in Sūm. q. 8. Azor to. 1. li. 8. inst. mor. c. 10. q. 11. Enriq. l. 6. de pœnit. c. 14. nu. 7. in textu, & in commento litera O. Emm. Sa in Sum. verb. Episc. n. 37. Vega 2. to. Sum. c. 125. casu 12. Man. in Bulla Cruciata. §. 9. nu. 79. in fin. & addit. ad Bullam §. 9. num. 69. & in Sum. to. 1. in 2. edit. cap. 131. nu. 5. & q. regular. to. 1. q. 30. art. 11.* Atque idem dicendum est de capitulo, Sede vacanti, & de alijs prælatis habentibus iurisdictionē quasi Episcopalem, quos nu. 4. & 5. diximus posse absoluere ab hęresi. Et idem dicendum est de Archiepiscopo respectu diœcesis suffraganeæ in casu, in quo diximus nu. 6. posse eum absoluere ab hęresi. Quia militat eadē prorsus ratio. Cum ea potestas non personę, sed officio competat in perpetuum. Et similiter competit officio Archiepiscopi visitantis in perpetuum.

24 Possent aūt hi omnes dupliciter casum hęresis specialem confessario committere. Priori modo, plenè informati de casu, & arbitrantes pœnitentiam, & onus absoluendo imponēdum. Posteriori modo, totū committendo cōfessario. Quippe vtroque modo est verum dicere cōmissionem fieri Vicario specialiter delegato ad specialē casum. Quod solū peti in Tridentino probaui nu. præced. Atque ita docēt *Nauar. l. 4. cons. in 1. editione tit. de sent. excom. consi. 15. q. 3. in 2. tit. de priuileg. consi. 11. q. 3. Man. addit. ad Bullam Cruc. §. 9. n. 69. & 1. to. Sūma 2. editione, c. 131. n. 5. & q. reg. tom. 1. quæst. 30. art. 11.*

25 Est autem obseruandum, eam limitationem, vt nequeat Episcopus absoluere à casibus Pontifici reseruatis, per commissarium generaliter deputatum, non appositam esse in priori parte, vbi de dispensatione in irregularitate, & suspensionibus est sermo: sed in sola posteriori, in qua de absolutione à casibus reseruatis agit. (Prout de alijs restrictionibus diximus nu. 9. in fine, & num. 12. initio.) Quare integrum erit eam dispensandi facultatem concessam exercere per quemcunque Vicarium generaliter delegatum. Et constat ex dictis nu. 20. Et in hanc partem inclinat *Suarez. 5. tomo in 3. p. disput. 41. sectione 2. num. 8.*

26 Vltima difficultas est. An hæc facultas concessa Episcopis in eo Tridentini decreto, sit per Bullam Cœnæ reuocata, quoad absolutionē ab hæresis, & cæteri casibus Bullæ Cœnę? Duplex est sentētia. Prior sustinet reuocatam esse: & ideo ab illis quantumuis occultis non

posse Episcopũ absoluere. Ducitur, quia in vltima Bullæ Cœnæ clausula a tempore Pij V. expresse habetur, vt ab illis casibus nulla persona etiã Episcopali dignitate prædita absoluere possit prætextu cuiuscũq; facultatis, etiã per cuiusuis Cõcilij decreta, in genere, vel in specie cõcessa. At non latuit Pontificẽ nullũ aliud decretũ præterquã Trid. cõcedere hanc facultatem Epis. Nec absq; mysterio addidit, in genere, vel in specie, sed ad significandum non solas vniuersales facultates reuocari: sed etiã ad speciales casus concessas. Secundo, quia etsi a tẽpore Sixti V. vsque ad præsens Clemẽtis VIII. addantur prædictæ clausulæ Bullæ Cœnæ hæc verba: *Nisi in eis facultatibus etiam casus præsentibus literis expressi comprehẽdantur.* At casus Bullæ Cœnæ præter hæresim nõ expresse conceduntur in eo Trid. decreto, sed per clausulã generalem concedentem omnes casus Pontifici reseruatos. Et ideo aliqui negãt posse Epũm etiam stãte in suo robore prædicto Trid. decreto, absoluere a casibus reliquis Bullæ Cęnæ. Quos refert *Rutilius Benzonius nu. sequenti allegand.* Tertio, quia hanc esse Pontificum mentem declararunt Congregatio Cardinalium, Consistorium Sanctę generalis Inquisitionis. Imò ipsimet Pontifices. Quod testantur aliqui Doctores, vt mox referam. Tãdem potest probari Quia (vt refert *Suarez to. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. nu. 12.*) Congregatio Cardinaliũ consulta circa hoc Trid. decretum, an locum habeat in casib. post illud in noua Sedis Apostolicæ constitutione reseruatis, sic respondit *Gregorius XIII. audita relatione Congregationis respondit nõ habere locum.* Cum ergo hæresis, & alij Bullę Cœnæ casus reseruentur in ea post id Trid. decretum, non habebit in eis locum. Hanc sententiam sustinent *Nauar. Sum. Lat. nouiori c. 27. nu. 275. vers. 14.* dicens, sic declarasse Pium V. & Gregor. XIII. *Peña in directer. Inquisitor. 3. p. q. 92. commen. 141. vers. pen.* dicẽs, in supremo generalis Inquisitionis Prætorio Romano sæpe pronunciatum esse, non posse iam Epos ab hæresi occulta absoluere. Siue, quia per Bullam Cęnæ sit Trid. derogatum, siue quia Pius V. & Gregorius XIII. id declararint. *Maiol. lib. 5. de irreg. c. 46. nu. 6. vers. Caueant, Toledo in Sum. in Bulla Cœnæ, excom. 14. in fi. Gutier. q. canon. lib. 1. in priori editione, c. 13. in fi. Felician. in suo Enchiridio de excom. c. 18. Paul. Fusc in tract. de visitatione, lib. 2. c. 31. nu. 5.* dicens, sic declarasse Gregorium XIII. & *c. 23. nu. 4. Barthol. ab Angelo in suo examine confessorum, dialogo 5. §. 554 Antoninus in sua catechesi, l. 1. 25. annotatione 9. & l. 3. c. 2. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 19. q. 3. & c. 10. q. 10.* vbi etiam ait se audiuisse a religioso docto, & fide digno, sic declarasse Clem. VIII. *Suarez to. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. nu. 11* dicens, sic declarasse Cardinalium congregationem. *Et to. 5. dis. 21. sect. 3. nu. 5. Vinald.* recãtans palinodiam *in Candelabro Sacram. in editione nouiori anni 1602. 1. p. tit. 11. de absolutione Sacramentali, nu. 13. Paramus de origine Inquisitionis li. 3. q. 9. nu. 191. Molina to. 4. de iustitia disp. 64. nu. 8. Vgolinus de casibus Pontifici reseruatis, in 2. p. c. 2. §. 4. super versi. Etiam prætextu quarũcumque facultatũ, nu. 3. Philiarc. de officio sacerdo. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 25. paulo post principium. Et lib. 4. c. 22. paulo post principium.* Et quamuis non omnes hi authores loquantur de casib. alijs Bullæ Cœnæ, sed de sola hæresi. At in omnibus casibus militat eadẽ ratio. Quia clausula Bullæ Cœnę reuocans facultates a Concilio generali cõcessas, loquitur de omnibus Cœnæ casibus Atq. ita de omnibus illis idẽ tenent. *Felician. Vgol. Vinald. ibid. & idem Philiarcus vtroque loco proxime alleg. Et Molina ibidem.*

27 Posterior sententia sustinet eam facultatem non esse reuocatã: & ita posse hodie Episcopos absoluere ab hęresi occulta, ac ceteris casibus Bullæ Cęnæ. Ducitur primo. Quia lex posterior generaliter, & indistincte loquens, limitanda est per specialem antiquiorẽ, si expressis verbis illi non contradicat: quãuis in lege noua sit clausula. Non obstante lege contraria, quę non possit cum hæc sustineri per aliquã limitationẽ, vel distinctionem. (Vt multis citatis probaui lib. 2. de matrimon. disput. 24 nu. 6.(Et hoc, vt iurium correctio vitetur. Cũ ergo clausula Bullæ Cœnæ reseruãs eorum casuum absolutionem, reuocansq; facultates absoluendi prius cõcessas, possit intelligi per aliquam limitationem, vt non contradicat legi priori Tridentini: nempe intelligendo reuocari facultates, quæ concedunt absolutionem eorũ casuum, quando publici sunt, sic intelligenda est. Nec obstat dici in prædicta Cęnæ clausula: *Etiamsi casus hi in genere, vel in specie in prædictis facultatibus concedantur.* Quia adhuc põt intelligi de casib. Bullæ Cęnæ non occultis siue concedãtur in genere, siue in specie. Atque ita firmum manebit decretum Trident. quod eos casus non concedit quando publici sunt: sed tãtum, quando occulti. Et confirmari potest intellectus hic ex Motu proprio Sixti V. vbi reuocans facultatẽ absoluendi a casibus ibi contentis iniquæ susceptionis ordinũ concessam Episcopis per Trid. subdit hæc verba: *Etiamsi crimen penitus occultũ fuerit.* Quasi insinuãs reuocationem facultatum generalem nõ extendi ad casus occultos: cũ tamen expresserit ibi da concessis a Tridentino facultatibus eam reuocationem esse. Ergo a fortiori reuocatio Bullæ Cęnæ generalis facultatum a Concilio generali concessarum, nõ facta mentione Tridentini, nec casuũ occultorum, ad hos non erit trahenda. 2. Quia esto tũc temporis, quando ea clausula in Bulla Cœnæ tam generaliter continebatur, dicendum esset reuocari hãc Tridentini facultatem. At iam a tempore Sixti V. videtur contrarium dicendum: ob clausulam nuuc additam, restringentem prioris verba: *Nisi in eis etiam casus præsentibus literis expressi comprehendãtur.* At clare Tridentinũ in prædicta facultate comprehendit casus Cœnæ, dum hæresim exprimit, in qua concedenda est multo maior difficultas, quam in alijs. Alioquin in id apertum absurdũ incideremus, vt dicendum esset eam facultatem nõ reuocari quoad hæresim, benè tamen quoad alios Cœnæ casus. Et confirmatur, quia ratione huius clausulæ nõ censetur reuocata facultas Bullę Cruciatæ concedẽtis cuilibet cõfessori posse absoluere semel in vita, & semel in mortis articulo a casibus Bullæ Cęnæ. Ergo id a fortiori censendum est de cõcessione facta per Tridentinum tam maturo cousilio Episcopis. Tertio, quia authentica non constat de ea Pontificum declaratione, & cum res adeo grauis sit id Tridentini decretum reuocare, & iam diu scientibus Pontificibus nouas Bullas Cœnæ edentibus controuersa, id profecto amplius, vel in eadem Bulla Cœnæ noue edita, vel in aliquo Motu proprio authentice declarassent. Quod tantum abest, vt fecerint, quin potius a tempore Sixti V. addita est clausula fere aperte contrariam Pontificum intentionem declarans. Cum tamen Sixtus V. volens in Motu proprio nuper citato, & in alio de aborsibus, prædictã Tridentini reuocare facultatem, id expressis verbis dixerit. Et cõfirmatur, quia esto de ea Pij V. Greg. XIII. declaratione cõstaret, nil probaretur. Quia declararũt eam mentẽ fuisse in suis Bullis Cœnæ, quæ iã expirarũt. Et nõ mirũ, si eæ reuocarint, atq; ita intellectæ sint; vtpote quæ indistincte, & generaliter reuocabant omnes facultates virtute cuiusuis generalis Concilij concessas. At a tempore Sixti V. vsque nunc additur clausula eam generalitatem restringens. Quę planè non reuocat facultatem Tridentini. Tandem, quia non obstat declaratio Gregorij XIII. nu. præced. relata, quæ ait prędictã Tridẽtini facultatem non extendi ad casus in posterũ a Pontificibus reseruãdos. Namque bene explicat *Suarez 4. to. in 3. p. disp. 30. sect. 2. nu. 13. & 14.* intelligi, quando noua reseruatio fieret cum clausula sufficienter exprimenti, per eam reuocari prædictam Tridentini facultatem. Et ideo pro hac sententia sunt multi neoterici dicentes posse Episcopum absoluere ab hæresi occulta, virtute prædicti decreti. Quod non dicerent, si id reuocatum esse intelligerent. Hi sunt *Nau. lib. 1. cons. tit. de const. in vtraq; edit.*

de

de Cathol. institut. tit. 3. num. 6. Zanal. in communibus opin. to. 3. q. 802. nu. 65. Vela de pœnis delictorum, c. 14. vers. Iure vero canonico. Corduba Sum. q. 8. punct. 1. Palacios 3. d. 25. disp. 7. fol. 301. Angles Floribus 1. p. vbi de confessione q. 4. art. 5. difficul. 6. Campegius addit. ad Zanchin. de hereticis, cap. 34. vers. Cum itaque. Barthol. a Ledesma, Summa Sacram. vbi de excomm. dub. 13. col. penul. Llamas in methodo curationis 3. p. c. 1. §. vlt. in fi. Caietanus in Sũ. verb. Episcopus, §. Episcopi, quos Spiritus sanctus, casu 10. Anto. Gomez in Bulla cruciata, clausula 10. nu. 44. in fine. Atque in proprijs terminis eam facultatem absoluendi non esse reuocatam, sed hodie consistere, tradunt *Naua. summa. Latina nouiori, c. 27. nu. 260 in fine. & libro 5. consil. in 1. editione, tit. de sent. excommun. consil. 15. q. 1. & in 2. tit. de priuilegijs, consil. 11. q. 1. Gutier. quæst. canon. in posteriori editione lib. 1. c. 13. ad fin.* & referens plurimos de hac re consultos *Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 14. nu. 7. Bañes 2. 2. q. 11. art. 4. dub. 2. post 2. concl. argument. 3. vers. Etsi quis obijciat. Et ibi Aragon art. 3. col. 10. vers. Sed dubium est quisnam possit. Emmanuel Sà Summa verb. Episcopus, nu. 37. Viuald. Candelabro Sacram. in penul. editione, in p. 1. tractatu de absolutione, nu. 13. & 2. p. in expos. Bulla cœna, nu. 141. Manuel in Bul. Cruc. §. 9. nu. 70 & in Summa, to. 1. in 2. editione, c. 131. nu. 3. & q. regular. to. 1. q. 20. art. 10. Petrus de Ledesma 2. to. summæ tractatu 1. c. 6. post 20. cõclus. diffi. 7. Vega 2. to. Summæ. c. 125. casu 11.* Et hanc fatetur esse probabilem *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 21. sect. 3. nu. 5.* Et in hanc multo magis inclinat *Rutilius Bezonius tractatu de fuga, lib. 1. dis. 1. quæst. 6 paulo ante vltimam conclusionem* Quamuis addat rem ad Pontificem deferendam, vt suam mentẽ declaret. Fateor rem esse valde dubiam, & vtrinque vrgere rationes, & authoritatem grauium Doctorum, quæ vtramq; partem probabilissimam reddere videntur. At tenenda est omnino prior sententia, quam Doctores non pœnitendi a Pontifice declaratam testantur: & supremæ Inquisitionis tribunal amplecti iubet; nec in re tam graui amplectenda est sententia posterior valde dubia, & parum tuta.

CAPVT XII.

De facultate Inquisitorum absoluendi ab hæresi: ac confessorum virtute Bullæ, aut Iubilæi.

SVMMARIVM.

An inquisitores possint absoluere in foro conscientiæ ab hæresi, & ea potestas sit in tribunali: an in singulis? Refertur quædã sententia, nu. 1. & 2.

Exponitur sententia Authoris circa vtrumque, nu. 3. & 4.

An id possit Inquisitor nondum sacerdos eod. nu. 4.

An possint inquisitores delegare hanc facultatẽ confessori, n. 5.

An possint delegare facultatẽ absoluendi in foro externo, n. 6.

An hæreticus absolutus in foro conscientiæ ab Episcopo, Inquisitoribus, aut Pontifice, euadat pœnas, si accusetur nu. 7.

An absolutio hæretici a quocumque habente potestatem impensa, valida sit, quoad censuram, si is fictè conuertatur, nu. 8.

Quid, si verè fassus sit & conuersus, sed hæreses aliquas tacuit, num. 9.

An virtute Bullæ, aut Iubilæi concedentis omnes casus Bullæ Cœnæ, nec exprimẽtis hæresim possit hæreticus absolui, n. 10.

Quid de fautoribus, receptatoribus defensoribus hæreticorum, tenentibus, legentibus, imprimentibus eorum libros? Refertur quædam sententia, nu. 11. Sententia Authoris, nu. 12.

An sub concessione generali casuum Papæ reseruatorum veniant casus Bullæ Cœnæ, num. 13.

1 NOn dubitatur de facultate Inquisitorum absoluendi ab hæresi in vtroque foro, causa cognita. Quia manifestum est eos illam habere. At de facultate absoluendi in solo conscientiæ foro, est difficultas, quando hæreticus est occultus, nec coram ipsis delatus, sed secreto confitetur illis suam hæresim? Aliqui sentiunt posse Inquisitores absoluere in foro conscientiæ. Et potest probari ex cõstitutione Clementis VII. incipiẽte, *Cum sicut ver. Vobis etiam*, quam refert *Peña in directorio Inquisitorũ, in fi.* inter Bullas Apostolicas pro officio Inquisitionis, vbi hæc potestas conceditur Inquisitoribus, & eorũ Commissarijs: præcedẽti tamen hæresis abiuratione, id est, vt hæreticus promittat fore, vt in posterũ ab huiusmodi hæresi abstineat. Quæ constitutio expresse in foro conscientiæ videtur loqui. Nam ad absoluendũ in foro externo, non est opus, vt is hæreticus occultus sit, nec ad forũ externum delatus. Quod petit ea constitutio, vt Inquisitoribus integrum sit vti ea facultate. Atque ita eam constitutionẽ intelligit *Campegius addit. ad cap. 34. Zanchini, de hæret. vers. Cum itaque*, & eum referens, & sequens *Manuel in Bulla Cruciata, §. 9. num. 70. in fine.* Idem tenẽt non relata hac constitutione *Toledo lib. 4. Summæ cap. 4. num. 7. Paramus tractatu de origine Inquisitionis, lib. 3. quæst. 9. num. 190. & Bañes 2. 2. quæst. 11. art. 4. dubio 2. post 3. argumentum contra 2. conclusionem, versi. Præterea aduertendum. Enriquez lib. 6. de pœnitent. cap. 7. nu. 3. in fin. Graffis 1. parte decisionum, libro 2. cap. 9. nu. 5.* Idem supponere videtur *Simancas de Cath. instit. tit. 3. nu. 5.* vbi tantum dubitat, an Inquisitores possint cõfessori delegare facultatẽ absoluẽdi hæretici occulti: quasi supponẽs ipsosmet Inquisitores posse. Et supponere etiã videntur *idem Simancas ibi nu. 3. Gutier. q. canon. l. 1. cap. 1. nu. 59. Azor to. 1. lib. octauo, institutionũ moralium, ca. 19. q. 5.* vbi tradunt constitutum in mortis articulo posse absolui à quolibet sacerdote, si non sit accessus ad Episcopum, aut Inquisitores. Idem videtur tenere *Eymericus in directorio Inquisitorum, tertia parte, n. 61.* vbi ait hæreticum omnino occultum esse ab Inquisitore absoluendum secreto, nec iudicialem confessionem recipiendam esse. Dico autem hoc videri tenere. Quia hoc ex eius verbis non constat. Nam de hæretico pure mentali videtur loqui, forte eam opinionem sequens iurisperitorum multorum, quæ excommunicationem incurrere docet. (Vt retuli cap. 8. num. 1.)

2 Quidam autem ex his Doctoribus dicunt hanc facultatem non concedi cuilibet Inquisitori, sed toti consistorio. Quia Inquisitorum iurisdictio non in quolibet Inquisitore, sed in toto consessu est. Et potest probari ex *dicta constitutione Clementis VII.* vbi non cum quolibet Inquisitore loquitur, dicens, Vobis, &c. Ita *Enriquez libro sexto, de pœnitent. cap. 7. num. 3. in commento, litera* T. *Et Viualdus candelabro Sacramentorum, in nouiori editione anni 1602. 1. part. titul. 11. de absolut. sacrament. nu. 15. Simancas in Enchiridio iudicum, c. 51.* ait nõ posse vnum Inquisitorem absoluere absque sociorum consensu at praxim esse in oppositum. Et aperte loquitur de absolutione in foro conscientiæ. At falso allegatus *Simancas ibi*: nil enim dicit.

3 At fateor multos esse Doctores asserentes hãc facultatem habere Inquisitores, & ideo authoritate compulsus cogor dicere id esse probabile. At multo probabilius mihi est, non posse. Quia cum iudices in solo foro externo constituti sint, vt optime docet *Eymericus in directorio Inquisitorum 3. par. nu. 59.* non videntur hãc potestatem pro solo conscientiæ foro habere. Nec apparet Pontificia aliqua constitutio hoc eis cõcedens. Quippe prædictam constitutionẽ Clem. VII. ait *Pẽna tertia parte directorij Inquisitorũ commento duodecimo, additione ad n. sexagesimum primum*, intelligi de absolutione in foro externo, facta confessione corã notario, & secuta reconciliatione. Et *Suarez 5. tomo, in 3. parte, disputatione 4. sectione 1. num. 5.* ait illam concessionem fuisse personalem, & non perpetuam, quantum ex eius tenore colligi potest. Et ego addo nõ omnibus Inquisitoribus concessam esse, sed solis ex Ordine Prædicatorum in vniuersa Italia constitutis, & constituendis. Et *Couar. regul. Peccatum, 2. p. init. n. 7.* qui solet allegari pro contraria sententia potius videtur fauere huic. Quippe ait hæreticum occultum per accidens, secreto fatentem Inquisitori

crimen suum, esse ab eodem absoluendum secreto in tribunali, & abiurata secreto hæresi. Vbi ea particula, in tribunali, denotat eum de absolutione in foro externo loqui.

4 Quod si sequamur priorem opinionem dicentẽ hanc facultatem Inquisitoribus competere: existimo probabilius esse eam competere cuilibet Inquisitori. Mouet, quia prædicta constitutio Clementis VII. non solis Inquisitoribus, sed eorum quoque commissarijs eam facultatem concedit. At commissarij nullum habent consistorium, sed in quolibet districtu vnus est commissarius. Non ergo soli consistorio, sed cuilibet Inquisitori voluit Pontifex hanc facultatem concedere. Alias plus concederet commissarijs. Deinde, quia hæc est natura fori cõscientiæ, vt secreto, & absque testibus in eo permissa exercenda sint. Non ergo hæreticus occultus in foro conscietiæ absoluendus, cogendus est toti cõsistorio se præsentare. Eo vel maxime, quod ea facultas concessa videatur in fauorem animarum, ne hæretici occulti ad fide redeuntes remedio facili destituti sint. Quippe difficillimum remedium esset, crimen suum occultum coram toto tribunali detegere. Et huic sententiæ fauent *Gutier. & Graff. nu. 1. allegati* dum in singulari aiunt, hunc hæreticum secreto fassurum Inquisitori, & ab eo absoluendum. Et *Vidal. nu. 2. in fine relatus* ait praxim sic habere. Et eadem sententia retenta, credo Inquisitorem non sacerdotem posse in foro conscientiæ absoluere ab hæresis excõmunicatione. Sicut capite præcedenti nume. 3. dixi de Episcopo. Quod hæc facultas non concedatur Inquisitori in ordine ad confessionem sacramentalem, nec tanquã quid annexum ordini, sed officio.

5 Rursus retenta eadem opinione est dubium, an Inquisitores possint delegare hanc facultatem absoluendi hæretici in foro conscientiæ. *Henriquez nu. 2. allegatus*, ait totum Inquisitorum consistorium posse, nisi ei id à supremo Inquisitore interdictum sit non autem quemlibet Inquisitorem posse. Sicut similiter ait, non quemlibet Inquisitorem posse absoluere, sed totum cõsistoriũ. At *Simancas de cathol. instit. tit. 3. nu. 5.* dicit maxime dubium esse, vt Inquisitores possint eã facultatem delegare. Et *Campeg. nu. 1. allegatus* ait eos non posse. Ducitur autem, quia constitutio Clem. VII. citata nu. 1. solum concedit eis, vt delegent commissarijs sancti Officij. At hoc fundamentum debile est. Quia ea constitutio non committit eis, vt delegẽt commissarijs, sed ipsismet commissarijs eam facultatẽ indulget. At potest fortius probari. Quia hanc facultatem habent Inquisitores, nõ vt constituunt tribunal: sed instar priuati confessarij. (Vt num. præcedenti dixi.) At priuatus confessarius nequit facultatem absoluendi sibi cõmissam delegare. At existimo posse quemlibet confessario delegare, & non solum tribunal. Quia non committitur cuilibet Inquisitori, instar cõfessarij priuati, cui nudum ministerium cõmittitur: sed ea facultas est perpetuo annexa Inquisitoris officio. In quo casu est delegabilis. (Vt probaui li. 2. de matrimon. disp. 40. num. 17.)

6 Similiter postquam Inquisitorum tribunal iuridicè de causa hæretici nouit, nec ei pœnitentiam imponendam iudicat: vt solet fieri cum apostatis à Christianismo, qui sua sponte secta Mahumetana relicta, ad fidẽ redeuntes, se illis præstant, possunt committere confessori, ad quem illos remittere solent, vt audita cõfessione illos absoluat. Quæ potestas non est in quolibet Inquisitore, sed in tribunali. Quia ea absolutio est pro vtroque foro. Et hoc approbare videtur *Bañes 1. allegatus*. Et ratio est, quia *Clem. 1. de hæret.* dicitur, Inquisitores posse vices suas delegare. Et reddit rationem *Menoch. de arbitror. lib. 1. q. 54. nu. 41.* Quia sunt delegati ad vniuersitatem causarum.

7 Sed an hæreticus absolutus in foro conscientiæ ab Episcopo, Inquisitoribus, vel ipso Pontifice, euadat pœnas, si postmodum in foro externo accusetur? Affirmãt multi, quos refert *Auiles c. 25. pretorum glossa, La pragmatica nu. 10.* Et alij, quos refert *ibid. nu. 18.* hoc tenent, quando pœnitentia est publica. Sed cõtrarium prorsus dicendum est. Quia pęnitẽtia pro foro interno imposita tendit ad alium finem, nempe, vt per illam pœnitens satisfaciat Deo, & ipsi reconcilietur. At pœna fori externi spectat ad vindictã publicam, & respublicæ satisfactionem. Ita tenent *glo. c. Gaudemus, verb. Poterit, de diuort. Abbas, Paulus & multi alij*, quos referunt, & sequitur *Antonius Gomez. to. 3. variarũ c. 1. nu. 40. Auiles dicto nu. 10. Peña* vocans oppositam sententiam erroneam *in directorio Inquisitorum 2. p. cõmentario 25. vers. Rursus altera quæstio.* Quod verum habet etsi pęnitẽtia in foro interno imposita sit publica. Vt *alijs relatis* docet *Anton. Gomez. eo. nu. 40. Auiles num. 18. Peña eo. comment. 25. vers. Breui ergo.*

8 Rursus dubitari potest, an absolutio excomunicationis ab Inquisitoribus impensa in vtroque foro, valida sit, quãdo hæreticus ficte cõuertitur, ita vt postea resipiscens non indigeat noua absolutione hæresis illius deducte ad forum contentiosum. Sed si hæresim iterũ non manifestet, possit deinceps absolui a quolibet confessore. Si autem manifestet exterius, occultè tamẽ, reputetur quoad absolutionem tãquam hęreticus occultus, vtpote qui ab hæresi priori publica, ac deducta ad forũ exterius est, valide absolutus? *Emmanuel Sà Summa. verb. Hæresis n. 2.* ait absolutionem valere. Et potest probari quia multi censent absolutionem ab excommunicatione obtenta ex falsa causa validam esse. Vt potest videri apud *Conar. c. Alma mater 1. p. §. 11. num. 14.* At dicendum est, non esse validam. Quia aut hic externo aliquo signo pertinaciam illam manifestat, & perseuerantiam in hæresi: & tunc cum eadem excommunicatio ipso iure incurratur ob illam hæresim cõtinuatã, nõ potest tolli per illam absolutionem. Aut ea pertinacia non manifestatur signo aliquo externo: & sic ob illam nequit noua incurri excommunicatio. Et tũc posset habere locum opinio dicta. At etiam in hoc casu dicendum est absolutionem esse irritam. Quia absolutio ex falsa causa obtenta tunc tantũ est valida, quãdo falsa causa iudicem minimè mouet ad impendendã absolutionẽ. Vtpote qui veritate cognita similiter impenderet. Secus quando nullatenus impenderet. Vt cum alijs tradunt *Henriquez lib. 13. de excommun. c. 30. nu. 3. & 4. Sayr. thesauro casuum, to. 1. lib. 2. ca. 21. nu. 26. & 27.* Cum enim absolutionis valor ex absoluentis intentione pẽdeat, & error inuoluntariam absolutionẽ efficiat, quoties cognita veritate eam non concederet, ea absolutio ex defectu intentionis absoluẽtis erit irrita. At hæc absolutio obtinetur, ex falsa causa nempe, ex ficta cõuersione, qua cognita non posset ille ad Ecclesiæ gremium admitti. Et ita in proprijs terminis docet optime *Suarez. to. 5. in 3. p. disput. 7. sectione 7. n. 12.* dicens, hanc hæretici ficte pœnitentis absolutionem, etiam per Inquisitores cõcessam, esse irritam, ita vt licet ille postea interius resipiscat, peccatum hæresis prius commissum, eadẽ cẽsura, & eadem reseruatione ligatũ manebit: ac erat ante illam absolutionem. Quare eadem rationem idẽ dicendum erit, etsi ea absolutio ab ipso Pontifice, vel ex eius commissione à quouis alio concederetur. Vide dicenda nu. seq. in fine.

9 Sed quid si hic hæreticus verè ad fidem rediens est fassus in foro externo aliquas hæreses corã Inquisitoribus, & alias tacuit, & sentẽtia lata absolutus est ab excommunicatione, vt fieri solet? *Auila de censuris, p. 2. c. 6. disp. 2. dubio 3. ad finem* ait hunc manere excommunicatum: & nil amplius explicat. Sed dicẽdum est manere eum absolutum ab excommunicatione hæresum expressarum: at ratione aliarum manere excommunicatum: ac proinde peccatum hæresum tacitarum manere reseruatum, vtpote cẽsura pristina affectum. Quia quoties quis excommunicatus est ob plures causas, & vna

sola

sola explicatur, non valet absolutio, nisi quoad solam causam expressam. Vt traditur in tractatu de excõmunicatione. Et optimè docet,& probant referē do alios, *Vgolinus de censuris, tabula 1.cap.19 §.3.num.10. & §.4. numero 4. & Sayr. de censuris libro 2.cap.21. num.13.& 14.* Quod tñ intelligendum est,nisi bona fide eas hæresis tacuerit, illarum, nempe,immemor.tunc.n.manebit absolutus omnino a censura. Quod de alijs causis excommunicationis bona fide tacitus tradit in genere alios allegans *Sayr. ibidem*. Hæc.n.est plana Inquisitorum absoluentium mens,ne animæ illaqueantur. Atqi idem prorsus dicendum est,si hæreticus il e absoluatur ab ipso Pontifice Summo, vel ab alio, de speciali eius licentia. Quia eadem militat ratio. Id tamen erit absq; dubio dicendum. nempe, vt peccatū hæresis non manere amplius reseruatum, sed posse quemcumque confessarium ab illo absoluere, esto diceremus manere pristina excommunicationē illud affectū. Quia receptissima est Doctorum sententia, tradens absolutum a casib. reseruatis manifestatis, ab habente legitimā absoluendi ab omnibus potestatem, si aliquos bona fide illorum immemor tacuerit, manere deinceps liberū ab obliterū reseruatione, & posse ab illis a quocumque confessario absolui. Sed maior difficultas est,si hæreses omnes fassus fit, tacens tamen data opera aliquos actus externos, quos circa aliquam illarū exercuit. Quidā vir doctus, quē tacito nomine refert *Auila eodem dubio 3. ad finem*, inclinauit in eam partem, vt vere maneat absolutus ab excommunicatione etiam actuum occultatorū. Et potest probari, quia quoties quis ob eiusdem rōnis causam repetitam, incurrit excommunicationem, aut irregularitatem, non opus est numerum exprimere, sed satis est causam in communi explicare. Vt qui incurrit excōmunicationem ob participatione in crimine; criminoso cum concubina ob concubinatum denūciata: vel irregularitatem ob repetitam tempore excommunicationis celebrationē, satisfacit in impetratione absolutionis,& dispēsationis, exprimendo causam, etsi repetitionem taceat. Vt tradit *Henriquez lib.13.de excommunicat.cap.30.num.2.* & probaui libro octauo, de matrimonio, disputatione vigesimaquarta, numero septimo. Sed contrarium dicendum est cum *Armilla ibidem, & alijs viris doctis Societatis Iesu*, quos ibi tacito nomine refert. Quia Inquisitores in sententia dicunt: *Y si assi es, que de ceracon se conuierte,no callando de si,ni de otro,cosa alguna contra nuestra santa Fe Catholica, &c.* Vnde constat, non esse intētionem eorum absoluere. Quod quidem intelligēdum est, quando actus tacitus est alicuius momenti: si enim parum faceret ad indicium, non habetur consideratio illius. Quod si tandem quæras, an quando scienter tacuit aliquas hæreses occultas, cū publicas manifestarit, etsi maneat verè excommunicatus, possit ab hac excōmunicatione absolui instar hæretici occulti per accidens? Respōdeo posse;& sic nisi decretum Tridentini esset reuocatū, quatenus cōced t Epō facultatem absoluendi ab hæresi occulta; (vt reuocatū diximus cap.præcedenti, ad finem) posset vtique hunc absoluere. Posset etiam priuatim absolui a quolibet Inquisitore in foro conscientiæ, amplectendo opinionem in hoc cap.numero 1.relatam. Quia cum valuerit absolutio ab hæresis publicæ excommunicatione manifestatæ in iudicio, restat sola excommunicatio hæresis occultæ. Atque idem credo in casu explicato numero pcedenti, quando hic fictè conuersus est. & sic absolutio ab hæresis excōmunicatione fuit irrita. Cum enim in foro externo valuerit absolutio, &, fictio illa sit occulta, manebit hæresis prorsus occulta, ac proinde ac si ad forū externū deducta nōn esset,& instar hæresis per accidens occultæ; atque ideo hæreticus ille resipiscens poterit instar hæretici occulti per accidens absolui. Sicut de heretico qui falsis testibus incolumis in foro externo euasit, diximus cap.præcedenti numero 21. Et in hoc sensu est vera sententia *Emmanuel Sà, numero præ-*

Summa Thom. Sanchez Pars I.

cedenti & iuxta hoc temperanda est sententia *Suarez*, quam ibi sequuti sumus. At hæc omnia quoad facultatem Episcopi iam cessant, eo quod hęc facultas cōcessa Episcopos per decretū Tridēt. est iam reuocata. Et ideo vt nouā absolutionē legitime obtineat, debet humiliter ad Inquisitores confugere, explicans suam fictionē, aut hæreses occultatas, eiusve hæresis actus occultatos.

10 Hactenus de Inquisitorum potestate egimus: iā de facultate bullę ad absoluendum ab hæresi agēdum est. *Sotus 4. distinct.22.quæst.2.artic.2.post 5.conclusionem in 5.casu cœna, in fine*, affirmat posse hæreticū absolui virtute bullæ cruciatæ concedentis casus cœnæ, non facta expressa mentione hæresi. Idem ait *Corduba summ., quæstione 8.in fine*, quando hæresis est occulta. Atq; idē dicerent virtute iubilæi similem clausulam continētis. At tanquam certissimum tenendum est oppositum. Quia concessio generalis absoluendi ab excōmunicatione,& casibus cœnæ, non comprehendit eam, cuius absolutionem verisimili coniectura delegans non cōmisisset, *ca. In generali, de regul. iur. in 6.* At hęresis absolutio adeo reseruata est, vt verisimiliter eam Pontifex non concessisset. Præterea de hoc est Motus proprius Gregor. XIII. Quem ad verbū affert *Manuel addit. ad bullam. §.9.n.66.* Et ideo ita docent *Conar. c. Alma mater, 2.p.§.1.nu.5. Simancas de cathol. instit.tit.3. nu. 2. Rojas de hæret. 2.p. assertione 39.num.521.& de priuilegiis Inquisitorum, n.416. Gutter.q.canon.li.1.c.13.nu.26. Henriquez lib.8.de pœnit.c.16.nu.2. Azor to.1.li.8.instit. moral.c.10.q.12.& c.19.q.2.& multi alij* quos Ili referunt, & *Auila de censuris 2.p.c.7.disp.1.dub.7.concl.2. Zaualos in commun.opin.to.3.q.802.num.67.*

11 Idē asserunt aliqui de receptatoribus, fautoribus, defensoribus hæreticorum, legentibus, tenentibus, imprimentibus eorum libros. Quos toto ca. 10. explicuimus comprehendi in 1.excomm.bullæ cenæ. *Sic Manuel in bulla cruc.§.9.nu.70.vers. Excepto la heregia.* Et *addit. ad bul.§.9.nu.66.& 67. Azor to. 1. lib.8.instit.moral.c. 19. q.1. Petrus de Ledesma 2.to.summa, tract.1.c.6.in fine. Vega 2.to.summæ, c.125.casu 12.* Atq; idem dicunt *Manuel, Petrus de Ledesma, & Vega de schismat.* Hocque probat *Manuel in addit. eodē nu.66.* ex Motu proprio Pauli. IV. qui id minime dicit, sed tantum prohibet sub excommunicatione Pontifici, vel Inquisitori generali reseruata, ne habentes libros hæreticorū, vel ab Inquisitoribus prohibitos, à confessoribus absoluantur nisi prius eos Inquisitoribus tradiderint. Atq; ita de solis tenentibus libros agit, dum eos non tradunt Inquisitoribus.

12 Quare dicendum existimo, hos omnes si reuera hæretici non sint,& tenentes libros tradant eos Inquisitoribus, posse absolui semel in vita,& semel in mortis articulo, à confessore virtute Bullæ Cruciatæ sic concedentis casus Cęnæ:& similiter virtute iubilæi eos casus concedentis. Quod nullo iure probetur contrarium. Nec hi casus ea iam speciali reseruatione afficiuntur, ac hæresis, vt speciali mētione indigeant. Et ita docet *Henriquez li.6.de pœnit.c.16.nu.2.in commente litera. l.*

13 Id tamen verum est, sub cōcessione generali casuum Pontifici reseruatorum, non comprehendi hunc, nec alios Bullæ Cœnæ. Quia cum in ea specialissimè reseruentur, speciali expressione indigent, exprimendo casus Cœnæ. Vt bene docent *Vgolinus de cēsuris, tabula 1.c.10. §.4.num.8. Suarez 5.tom.in 3.p. disput.21. sect.3.num.3.*

CAPVT XIII.

De absolutione hæretici ratione periculi, siue articuli mortis, ac impedimēti adeundi Pontificem.

SVMMARIVM.

An articulus, & periculum mortis pro eodē accipiantur quoad hunc effectum, & quando contingant, nu.1.
An idem sit de periculo incidendi in amentiam, nu. 2.
An opus sit periculum esse prope, nec vitari posse, nu. 3.

An damnati ad triremes, & pregnantes absolui possint instar constitutorum in periculo mortis, nu.4.
An in mortis periculo possit absoluere quiuis sacerdos, quantumuis pracisus, degradatus, & hereticus, nu.5.
An id possit simplex sacerdos quamuis adsit parochus, aut superior? Refertur opinio, nu.6.
Sententia Authoris, num.7.
An idem sit non esse copiam legitimi confessarij, & esse, sed eũ non posse, aut nolle: debeatque sacerdos simplex circa hoc nimis insistere, nec in dubio absoluere, nu.8.
An in hoc casu, & ceteris Pontifici reseruatis, nequeat parochus absoluere, si est recursus ad Episcopum, nu.9.
An possit simplex sacerdos, si adsit approbatus, siue in illa, siue in altera diœcesi, nu.10.
An si approbatus sit excõicatus, vel suspensus, vel pracisus sit potius eligendus simplex. Et Catholicus quacumque censura innodatus sit praferendus haretico. Et inter innodatos diuersis censuris, quis praferendus sit eod nu.10.
An si adsit sacerdos ex priuilegio potens à reseruatis absoluere possit tunc absoluere quicumque confessarius nu.11.
Qua sint censura, à quibus existens in mortis articulo absolui potest: & an absoluendus sit, licet sui compos non sit, nu.12.
An sit integrũ initiato quocũq; ordine extra sacerdotium, vel ẽt laico absoluere tunc à censuris, deficiente sacerdote: & expediat curare, vt ille post mortem verũ absoluatur, n.13.
An cẽseatur nõ adesse copiã superioris, quãdo infirmus nequit ipsũ adire nec accersere, et si confessor possit ipsũ adire, n.14.
An hi teneantur capere bullam, vel mittere ad superiorem procuratorem, eod.nu.14.
Quid si deficienti approbato cœpit simplex audire, vel deficiẽti superiore inferior, & postea hi veniunt, nu.15.
Quid, si ager in ea confessione mentitus est sacerdoti simplici, & absolutus: & superueniat approbatus, nu.16.
Iuramentum de parendo mandatis Ecclesia, an sit accipiendũ in absolutione haresis, & quorumuis reseruatorũ, nu.17.
Quid, si excommunicatus iam satisfecerit nu.18.
A mulieribus, & pueris, an sit exigendum, nu.19.
An sit idem de parendo mandatis Ecclesia, & mandatis excommunicantis, seu absoluentis, nu.20.
An sit de parẽdo mãdatis eius, cui reseruata erat absolutio, n.21
Ad quid obliget hoc iuramentum, & quid virtute eius imponendum sit, nu.22.
An sit petendum iuramentum de satisfaciendo, nu.23.
An sit iniungendum, vt cessante impedimento absolutus se prasentet superiori, nu.24.
Quando censeatur tempus commodum se prasentandi, nu.25.
An sit imponendum hoc onus cum iuramento, nu.26.
An hac prasentatio sit, vt hic iterum absoluatur, nu.27.
Qualiter non se prasentans incidat in eam censuram, & an hac posterior sit similiter reseruata, & hoc non se prasentante, teneatur ad id eius heres, nu.28.
An hoc onus sit iniungendum si hic satisfecit parti, aut cum ea concordauit: vel post absolutionem hac prastans eximatur ab hac obligatione, nu.29.
An sit imponendum, quando impedimentum est perpetuum: & teneatur ille miraculose euadens se prasentare, nu.30.
Quid, si confessor imposuit hoc onus illi perpetuo impedito, & is prater spem sanatus est. Vel non imposuit, quando tenebatur, eod.nu.30.
An sit imponendum absoluendo virtute bulla, aut iubilei, vel alterius priuilegij, nu.31.
An absolutus cum hoc onere, potest accepta bulla, vel tempore iubilai, prasentare se cuilibet confessori, nu.32.
An satisfaciat hic se prasentans per procuratorem, nu.33.
Quid si nullam cautionem prestare potest, ager, quod loquelã, aut vsum rationis amiserit, nu.34.
An valeat absolutio in articulo mortis si confessor non petat iuramentum parendi mandatis Ecclesie, aut satisfaciendi, aut se prasentandi nu.35.
An extra mortis articulum possit absolui ab heresi, & aliis reseruatis, impeditus adire Pontificem? Refertur quadam sententia, nu.36.
Sententia Authoris, nu.37.

1 Circa articulum mortis, constat cuilibet sacerdoti competere tunc facultatem absoluendi ab omnibus peccatis, & censuris: & sic nil speciale esse in hæresis crimine, *ex multis decretis*, 26.q.6.*cap. De his, & sequentibus.* Et nouissimè ex *Trident. sessione* 14.c.7. *de sacramento pœnitentia* attestanti hanc semper fuisse generalem Ecclesiæ consuetudinem. Et quamuis aliqui Doctores strictè hunc mortis articulum intelligant, vt sumatur pro solo vero mortis articulo qui tunc tm̃ contingit, qñ mors est in fieri, & ita certa, & proxima, vt moraliter certa sit, & ferè ineuitabilis. Siue id ex causa naturali proueniat, vt morbo: siue ex causa violenta: vt si quis morte plectendus sit. Ita *Sotus* 4.*dist.*18.*quast.*4.*art.*4.*col.*4.*versic. Quartus autem. Cano. par.* 5.*de pœnitent. Valentia* 4.*tomo, disputatione* 7.*quast.*10.*puncto* 2.*col.*6. At verius est, quoad hunc effectum sumi pro eodẽ articulum, & periculum mortis. Atque ita sicut in articulo mortis potest quilibet sacerdos absoluere ab omnib. peccatis, & censuris: ita in periculo mortis. Vt ex multis textibus probant & tenent *Suarez* 4.*tomo in* 3.*par. disp.* 26.*sectione* 4 *nu.*3. *Molina tomo* 4.*de iustitia disputat.*63. *nu.*6.*& multi alij*, quos refert, & sequitur *Zambrano de casibus articuli mortis, praludio* 1.*nu.*7. Et ratio est, quia cum causa huius concessionis fuerit necessitas pœnitentis, ne absque remedio in æternum pereat: iure optimo talis reputanda erit periculi mortis necessitas. Siquidẽ in ea ius diuinum ad confessionem obligat perinde ac in mortis articulo: & morale periculum ita in malis caueri debet, ac euentus ipse: ac propterea exponens se morali lethalis culpę periculo peccat mortaliter. Hoc autem periculum tunc contingit, quando est probabile dubium de morte, & frequenter in eo casu euenire solet. Vt cum femina partui appropinquat, & experta est imminens ex partibus periculum vitæ: vel eius est complexionis vt id periculum verisimiliter timeatur: vel eo anno solent communiter parientes periclitari. Item tempestas grauis exorta, vel nauigationis periculosæ, aut conflictus in bello, aut itineris prędonibus intercipere solentibus expositi aggressio, aut cum quis in morbum periculosum incidit, qui maiori ex parte mortem inferre solet. Vt optimè docet *Suarez d.sectione* 4. *nu.*2. & latius multis citatis *Zambrano d.pralud.*1.*à numero* 1.*vsque ad quartum.*

2 Atque idem dicendum est, si probabile incidendi in amentiã periculũ adsit. Vt bene ait *Zãbrano eo.praludio* 1.*in fine*. Tum, quia cũ quis factus amens confiteri nequeat, periculũ amẽtiæ est quasi periculũ mortis. Tum ẽt, quia in eo periculo diuinũ confessionis præceptum obligat. Vt optime ait *Medina. C.de pœnitent. tractat. de confessione, quast. de tẽpore quo confiteri oportet, casu* 1. vbi bene hoc ait, siue dementia sit perpetua, siue diuturna.

3 Duplici autẽ limitatione accipiendũ est, æquiparari articulũ, & periculũ mortis. Prior est, cum mortis periculum prope est, & velut in fieri; secus quando diutius mortem differendam est ferè certum, in quo tẽpore potest occurrere opportunitas habentis facultatem legitime absoluendi. Quod tunc cesset necessitas, quæ huius concessionis causa fuit. Ita *Couarr.* 4.*decret.*1.*p.*§.11.*n.*8. *in fine. Corduba summa, quest.*18.*puncto* 2.*dicto* 4. *Zambrano d.pralud.*1 *nu.*8. Posterior est, vt morali necessitate cogente absoluendus in id periculum incidere debeat. Vt si necesse illi sit ex causa vrgenti nauigationem periculosam, aut prælium aggredi. Quando.n. propria sponte aggreditur, non dicitur constitutus in mortis periculo, sed ipse vult se cõstituere. Ita *Corduba ibidem.*

4 Hinc non approbo, quod dicit *Emmanuel Sà Summa, verb. Absolutio, nu.*4. nempe, damnatos ad triremes esse in hoc periculo. Quia id periculum non est proximum. Et si aliquando contingat, sacerdos in triremib. tunc solet periclitantium confessiones excepturus. Atque sæpe triremes ad portum accedunt in quo sacerdotum est copia. Nec etiam approbo, quod ait *Sylu. verbo Absolutio* 1.§.10. nimirum, posse quascumque prægnantes absolui

absolui ab omnib. reseruatis: vtpote quę in morali mortis periculo constitutæ sunt. Qutppe id non est verum, nisi quando difficiles partus solet habere. Vt cum alijs explicant idem *Syluest. verb. Interdictum 6. q. 7. particula 4. Conar. c. Alma mater, 2. p. §. 3. n. 2.* vel in euentu, quem nu. 5. explicui.

5 In hoc ergo articulo siue periculo mortis, potest quiuis sacerdos quantumuis irregularis, degradatus, excómunicatus, hæreticus sit, cessante periculo peruersionis absoluere ab omnibus peccatis & censuris. Quod multis citatis tenet *Zambrano contra alios, quos ibi refert, de casibus in articulo mortis, c. 4. dub. 4. nu. 10.*

6 Sed circa hæc prima difficultas est. An hæc concessio locum habeat, vt possit quiuis sacerdos simplex in hoc articulo, siue mortis periculo absoluere à quibusuis reseruatis, etiamsi adsit proprius sacerdos, seu alius cófessarius approbatus, seu ipse superior, cui casus illi reseruantur? Quidam affirmant. Ducuntur autem, quia *Trident. sess. 14. de Sacram. pœn. c. 7. ad fin.* absolute & indistinctè dicit omnes sacerdotes ea potestate gaudere in eo articulo: Ac proinde videtur omnibus illis parem iurisdictionem pro eo articulo concedere. Ita docent *Nauar. lib. 5. consil. tit. de pœnit. & remiss. in 1. edit. consil. 15. n. 2. & 3. in 2. consi. 23. nu. 2. & 3. Emmanuel Sásumma, verbo Absolutio, nu 4. Pet. de Ledesma de Sacram. vbi de pœn. c. 14 post. 1. conclus. diffic. 1. Manuel 1. tomo summa. 2. edi. c. 59. conclus. 3. nu. 5. in fi. & q. regular. tomo 1. q. 56. art. 4. in fin.* dicens hoc nunc defendere viros doctissimos. Et *addit. ad Bullā cruc. §. 9. n. 44. vers. A cerca del mismo. Corradus in suis responsionib. tomo 1. q. 1. 1. vers. Respondetur in articulo mortis. Vega 1. tomo sum. c. 6. cas. 16 statim in principio.* Et clare videtur tenere *Henriq. lib. 6. de pœn. c. 11. na. 4. in commente, littera V. in fi. & nu. 6. & 8. & c. 12 n. 1. ad fin.* Nec tantum loquuntur hi Doctores de peccatis reseruatis, sed de censuris reseruatis. Ita expresse *Nauar. Henriquez. eo nu. 6. Corradus Manuel, in addi. ad bullam, Vega, Petrus de Ledesma, Emmanuel Sá allegati.* Et quam uis censuras non exprimerent, de illis essent necessario intelligendi. Quia casus Pontifici ratione censuræ reseruantur. Et quia decretum Tridentini, cui innituntur, de censuris loquitur. Hæc dixerim, quia *Zambrano de casibus articuli mortis, c. 4. dub. 4. n. 6.* ait neminem tenere hanc sententiam de censuris sed de peccatis.

7 Verum huic sententiæ minime accedo, sed prædicta concessio cuilibet sacerdoti pro articulo mortis facta, intelligenda est, quando deest copia superioris potentis absoluere, & proprij sacerdotis, seu alterius sacerdotis expositi ad audiendas confessiones: secus si adsit superior, cui reseruatur: & si ipse absit, debet quoq; abesse sacerdos expositus, vt possit simplex. Ducor, quia *Tridentino, eo c. 7.* ait esse custoditum semper in Ecclesia, vt quilibet sacerdos in eo articulo absoluere possit. Quare ius nouum non condidit, sed consuetudinem approbauit. At ea consuetudo solum obtinuit, vt quilibet sacerdos tunc absoluere possit, quando non est prædictus recursus. Vt constat ex *Conc. Carthag. 3. canone 32.* & refertur *c. presbyter 26. q. 6. & extrauag. Inter cūctas. §. incendiarijs, de priuileg. & extrauag. 1. §. Decernimus, de sent. excommu.* Item, quia Tridentinū dicit id esse indultum ratione necessitatis, ne æger absque cófessione decedat. Quæ in hoc casu cessat omnino. Tandem, quia *cap. Eos qui, de senten. excom. in 6.* deciditur, vt absolutus ratione imminentis necessitatis articuli mortis a censura reseruata, teneatur cessante impedimēto se præsentare superiori, cui reseruata erat. Si ergo cum pót, tenetur se superiori præsentare, & ante absolutionem adest superior, non poterit ab inferiori absolui. Et ideo hāc sententiam sustinent *Rosella, Syluest. Armil. Nauar. Conar. Simanc. Cord. Catechismus Pij V. ad parochos, Graff. addit. ad consilium Nauar. Gutier.* quos omnes refert & sequitur latius probans, & dicens priorem sententiam esse improbabilem *Zambrano de casib. articuli mortis, cap. 4. dub. 4. num. 3. & sequentibus.* Et vltra ibi allegatos tenet *Sotus 4. d. 18. quæstione 4. art. 4. statim in principio, Suarez tom. 4. in 3. par. dispu. 26. sectione 4. num. 4. & tomo 5. disputatione 22. sectione 1. nu. 62. Hugolinus de censuris, tabula 1. cap. 4. §. 5. nu. 2. Bartholom. a Ledesma dubio 23. de confess. col. 5. Valent. 4. tomo. disputat. 7. quæstione 10. puncto. 2. col'um. 6. Molina* referens sic declarasse Gregorium XIII. *tom. 4. de iustitia disp. 63. in 2. Azor tomo 1. lib. 8. instit. moralium, c. 19. q. 5. Vinald. candelabro Sacram. in penultima editione, 1. p. vbi de absolutione, nu. 63. Rutilius Benzonius tractatu de iubil. 1. disp. 1. q. 6. immediate ante 2. eccl.* Quare absolutio aliter pstita in eo mortis articulo erit defectu iurisdictionis irrita. Vt bene ait *Zābrano eo dub. 4. n. 12. in fi.*

8 Idem autem est nó adesse legitimum confessarium, & ad esse, sed nolle, vel non posse audire confessionem existentis in eo articulo. Quia in vtroque casu militat necessitas ac verum est non dari confessoris copiam. Vt bene *Zambrano* ex omnium mente, & declaratione Cardinalium tradit *eo dubio 4. n. 14.* Qui etiam bene dicit *nu. 15. cum Henriquez, lib. 6. de pœniten. cap. 11. num. 3.* non debere sacerdotem simplicem nimis scrupulosum esse in hac re, sed in dubio, an opportune adueniet sacerdos expositus, debere absoluere. Nec periculo infirmum exponat.

9 Sed an in casibus reseruatis Pontifici, quando ratione articuli, vel periculi mortis, non est recursus ad Pontificem, sit adeundus Episcopus si eius copia adsit, ve possit quicunque confessarius expositus absoluere, non constat. Quidam enim Episcopum necessario adeundum existimāt. Quia quamuis iure ordinario non concedatur Episcopo horum absolutio: at in hac necessitate, in qua Pontificis non est copia, conceditur vtique. Vt in percussione clerici Papæ reseruata id deciditur *cap. Ea noscitur, & cap. De cętero, de sentent. excommunic.* At eadem videtur ratio de alijs casibus Papæ reseruatis. Et ita docent *Corduba Summa. quæstione 18. puncto 2. dicto 1. Zambrano de casibus articuli mortis cap. 4. dubio 4. nu. 14.* vbi addit, si incidens in casum Pontifici reseruatum sit regularis, nec per suę religionis priuilegia possit ab illo absolui, & sit in mortis periculo, nec adsit Pontificis copia, bene tamen generalis suæ religionis, vel prouincialis, hos posse absoluere, & non prælatum inferiorem. Quod colligit ex *Abbate cap. Monachi na. 3. de sentent. excommu.* At melius *Suarez 4. tom. in 3. par. disp. 30. sectione 3. nu. 4.* ait specialiter esse cautum in percussione clerici vt in mortis articulo, si Pontifex adiri nequeat, bene tamé Episcopus hic adeatur. Quare cum in alijs casibus id cautum non sit, ait in alijs non esse necessarium adire Episcopum. Idem etiam optime docet *Molina to. 4. de iustitia, disputatione 63. n. 2.* Quia ob reseruationem Pontifici factam nullum ius acquirit Episcopus: & in mortis articulo omnis reseruatio cessat, quando ad reseruantem non est recursus. Sunt ergo tunc ęquales Episcopus, & parochus, & quiuis confessarius expositus. Atque *Enriquez libro 6. de pœnitent. cap. 11. nu. 4. in commento, littera D.* tenet hoc idé in articulo mortis quamuis in textu contrarium dicat in periculo. Sed nullam discriminis rationem inuenio, & ideo in vtroque idem dicendum est. Hoc tamen intelligitur, quando casus Pontifici reseruatus non esset occultus. Si enim occultus esset, cum iure ordinario possit Episcopus ab illo absoluere virtute Tridentini, (vt toto capite vndecimo, explicui,) esset Episcopus adeundus, si ad illum esset recursus. Vt potestle, cui est reseruatus casus. Atque ita bene *Molina* ait id intelligi, quando Episcopus nequit extra eum articulum.

10 Non tamen poterit simplex sacerdos absoluere à reseruatis, si adsit parochus, vel alius sacerdos expositus ab Episcopo ad audiendas confessiones. Quia cessat necessitas, & approbatus ad audiendas confessiones est absolute, & simpliciter confessarius ab Ecclesia designatus licet, impeditus sit quoad reseruata. Ergo illi

illi potius est facienda confessio, quam simplici sacerdoti, qui confessarius approbatus ab Ecclesia minime est. Et similiter dicendum est, non posse simplicem sacerdotem, si adsit sacerdos, qui in alia diœcesi parochus aut approbatus ad audiendas confessiones sit, nō tamē in illa. Quia etsi hic respectu huius diœcesis sit simplex sacerdos; at est alicubi approbatus. Atque proinde potius ius habet, quam sacerdos omnino simplex nullibi approbatus. Et ita vtrumque docent *Suarez tom.4.in 3. part.disput.26.sect.4.nu.4. Zambrano de casibus articuli mortis in c.4.dub.4. n.16.* Si autem adsit sacerdos excōmunicatus vitandus, seu suspensus, aut præcisus, non posset absoluere, si adsit simplex sacerdos. Quia illis interdictum est hoc ministeriū, nisi in casu extremæ necessitatis, quæ tunc non occurrit, eo quod adest simplex sacerdos iis impedimentis non affectus. Adde, illos sacerdotes iis impedimentis affectos, & vitandos, carere iurisdictione, quam audiendi confessiones prius habebāt, & sic tā esse sacerdotes simplices, & ex alia parte ratione censuræ non toleratę interdictum est illis hoc ministerium. Ergo præferendus est sacerdos simplex, qui hoc impedimentum non habet. Sic *Suarez ibidē.* Quod si adsit sacerdos catholicus, quocūque impedimēto affectus, est præferendus hęretico, vel schismatico. Et inter catholicos irregularis est præferēdus excommunicato vitando. Quia tunc cū excōmunicato non potest participari. Atque suspensus, vel interdictus est pręferēdus irregulari. Quia illa sunt minora impedimenta. Et vniuersi hi sacerdotes catholici ēt excommunicati vitandi sunt anteponendi degradato. Quod hic maximo impedimento laboret. Hæc *Zambrano eod.dub.4.n.22.*

11 Sed quid, si adsit sacerdos habens priuilegium absoluendi à reseruatis *Suarez 4.tomo in 3.p.disput.30.sectione 3.nu.5.& Enriquez l.6.de pœniteat.c.10.nu.1.in commento, litera D,* aiunt non necessario hunc præferēdum sacerdoti exposito. Quod in eo articulo omnis reseruatio cesset. Atque illud est veluti priuilegium quod nullus sequi tenetur. At contrarium credo, cum *Nauar. summa Latina, ca.27.num.90.versi. Ad quartam: & Hispana cap.28.additione ad nu.89.cap.27.versic A la quarta.* Et *Corduba summa, quæstione 18. puncto 2. dict.1.* Non quia hic teneatur vti priuilegio alterius. Sed quia tunc nullum reseruari peccatū, non est absolute, sed ratione necessitatis. Quæ præsente sacerdote potenti ex priuilegio absoluere cessat. Atque in simili casu idem probaui lib.2.de matrim.disp.40.num.8.

12 Censuræ autem, à quibus quilibet sacerdos in articulo mortis potest absoluere, iuxta *Trid.sess.14.c.7. de pœnitent.* sunt eæ solę, quę sacramentis ab ægro recipiēdis, & Ecclesiasticæ sepulturæ obstant. Quales sunt excommunicatio, interdictū personale, suspensio a sacramētorum prædictorum receptione, & Ecclesiastica sepultura. Non autem irregolaritas, suspensio ab ordine, officio, vel beneficio. Quia licet non sic restringat Tridentinum, at ratio ab ipso reddita ibi, *Ne hac occasione aliquis pereat,* apertè designat sic limitandum. Ita optime docet *Zambrano dict.capite quarto, dubio 4.num.17.* Quāuis minus bene *Vgolinus de censuris Papa reseruatis 3.par.cap.2.verbo, Nisi in mortis articulo, §.2 nu.1.vers. Quæ regula,* minus bene ait posse tunc quemlibet sacerdotem ab omnibus cēsuris absoluere. Quare si æger defectu sanæ mentis absolui à peccatis nequeat, debet à prædictis censuris absolui, vt reliqua sacraméta recipere possit, ac in loco sacro sepeliri. Ita *Nauarr. summa ca.27.numero 270. versic. 6. Vgolinus eodem §. 2. numero 2. versicul.7. Et de censuris, tabu.a 1.capite quarto, §.vltimo, numero quarto, & quinto, Zambrano eodem dubio quarto, numero decimo octauo, Suarez tomo quinto, in tertia parte, disputatione septima, sectione 7.num.6.*

13 Quod si sacerdos non adsit: etsi multo probabilius existiment nullum alium posse ab excommunicatione absoluere in eo articulo. Quod tenent multi, quos refert ac sequitur *Suarez* optime id probans eadem *sect.7.n.6. & duplici sequenti.* Et *Molina tomo 4.de iustit.disput.63. n.3.& loquēs de solo laico, Auila de cēsuris, 2.p c.7. disput. 1.dub.3.& Henriq.lib.13.de excommun. ca.27. nume. 4.* Quia tamen multi non pœnitēdi authores quos refert, & sequitur *Henriq.lib.6.de pęn.c.9.n.3. in textu & in commento litera. S.T.V.* dicunt posse etiam quemcumq; clericum primæ tonsuræ, deficiēti sacerdote, & maxime si sit vicarius Episcopi, licet moriturus non sit eius subditus deberet vtique absoluere, conformans secum opinione probabili ab iis cēsuris. Quia ea absolutio obesse nequit: & proderit, vt is tuta conscientia sepeliri in Ecclesia valeat: possintque pro eo offerri sacrificia: sequēdo opinionem probabilem dicentem valere absolutionem. Nec tamen placet quod dicit *Henriq.eodem ca.9. nu.5.* prodesse eam absolutionem, vt post mortē possit ille à quouis sacerdote ab iis censuris absolui: Cum tamen alias non posset, si esset excommunicatio reseruata, sed à solo superiori, cui reseruata erat, est absolutio impetranda, *c. A nobis el 2.de sent.excom.* Non (inquā) placet. Quia si valuit absolutio, nulla amplius est necessaria. Si non valuit, ea nullum ius absoluendi sacerdoti præbet. Quia *d. c. A nobis,* id non cōcedit sacerdoti etiā in eo dubio. Immo, & deficiēte clerico, crederem laicū debere absoluere à prædicta excommunicatione. Ducor, quia multi graues authores dicunt posse tūc laicū. Quos refert *Suarez ea.sect.6. num. quarto,* & vltra illos id docent *D. Anton.3.p.tit.17.c.4.casu 7. Ledesma 2.p.4. q.26.art.1.versic. Sed hæsitabis. Margarita confess. folio 339. Barthol. à Ledesma de sacrm. vbi de excom. dub. 14.* atque id esse probabile docet *Auila eadem disp. 1. dub. 3.* Ducuntq; optima ratione congruēti. Cum ergo ea opinio non sit probabiliter destituta, potest ac debet amplecti in casu tantæ necessitatis. Vt eam sequendo possit ille in loco sacro sepeliri: & vt pro eo sacrificia offerantur. Quoties tamen absolutio à sacerdote obtēta non est, expedit valde, vt post mortē obtineatur ab eo, cui excōmunicatio reseruata erat. Quia si opinio asserens posse non sacerdotem, vera non sit, nec ille absoluens habeat iurisdictionem ratione communis erroris iuxta *l. Barbarius, ff. de offic.prætor.* qui existimat probabiliter illum non sacerdotem absoluere posse: carebit valore absolutio: ac proinde non proderunt suffragia publica Ecclesiæ absoluto.

14 Secunda difficultas est. Quando censendum sit non adesse copiā superioris, vt possit sacerdos inferior absoluere à reseruatis in articulo, seu periculo mortis? *Zābrano de casibus articuli mortis, c.4.dub.4.n.15.& dub.6. nu.4.* supponit non dici deesse superioris copiā, quando etsi infirmus illum adire, nec accersere possit, potest cōfessor illum adire, ac petere facultatem. Atq. ita ait ęgrū in eo periculo cōstitutū, qui pręsentem superiorem habere nequit, debere per literas, aut confessariū, aut aliū petere à superiori facultatē, vt ab eo reseruato absoluatur: nisi periculū in mora sit: aut debere accipere bullā cruciata. Sed neutrū aliqua rōne, aut authoritate probat. Et ideo cēseo vere dici non esse copiam qn̄ nec cōstitutus in eo periculo potest personaliter superiorē adire: nec eum commude accersere. Quia aut non veniet, aut magna mora erit. Et ita optime docet *Henriquez li. 6.de pęn.c.9.nu.vlt.in comment.litera O. & c.11.num.4.* Quod satis significat *Corduba summa q.18. punct.2. statim in princ.* vbi defectū superioris his verbis explicat. *Quando nō puede ir a quien le puede absoluer.* Et paulo inferius: *Si buenamente no se puede auer el que le ama de absoluer.* Et *Valentia 4.tomo, disput.7.q.10. punct.2. columna 6.* vbi sic explicat. *Quando non adest aliquis legitimus confessarius.* Et *Azor tomo primo, libro octauo, institutionū moralium, capite decimonono, quæstione 5. Cū Episcopus, et Inquisitores, qui possunt ab hæresi absoluere, præsentes nō sūt.* Quia ius nō obligat pęnitentem, vt se per tertiam personā superiori absoluto præsentet, sed per se ipsum. Et

quan-

quando per se ipsum nequit, iudicat illum legitimè impeditum. Constat ex c. *Quamuis de sent. excommun.* ibi: *Siue quolibet impedimento canonico retrahatur, quominus Rom. Pontificem possit adire.* Et eodem modo explicatur, c. *Quod de his*, & c. *De cetero, eod. tit.* Et ideo merito Doctores asserunt dici legitimè impeditū, qui personaliter superiorē adire nequit, etsi procuratorē mittere valeat. Hi sunt *Nau. sum. Lat. c.27. nu.90. vers. Ad 5. Hisp. c.28. addit. ad nu.86. c.27. vers. A la quinta. Henriq. l.6. de pœn. c.9. n.7. & lib.13. de excom. c.29. nu.3. Vgolinus de cēsuris Pontifici reseruatis 3. p. c.2. verbo, Nisi in mortis articulo, §. 4. n.1. vers. Item habet locum, & de censuris, tab.1. c.4. §.5. num.13. in fi. Sayro thesauro casuum, tom.1. li.2. c.16. n.13.* Preterea, quia hoc onus adeūdi superioris ad obtinendā absolutionē, non est grauamen cōfessoris, sed ipsius pęnitētis in sui delicti pœnam. Dum ergo pęnitens nequit superiorē adire, vel eū accersere, dicetur verè impeditus, & carere superioris copia. Et nullatenus placet, vt p literas eā facultatem petat. Quia exponeret se periculo sui criminis detegendi: si vel litteræ amitterentur, vel ab alio aperirentur. Atque ob id periculum Doctores non obligant ad peccata scribenda, ne memoria excidant: nec ad fatendū in scriptis, quando voce nequit confessio fieri. Nec tandem placet teneri pœnitentem accipere bullam. Quod non teneatur quærere priuilegium proprium, sed possit ordinario iuris beneficio vti.

15 Tertia difficultas est. An si deficiēti sacerdote approbato simplex confessionē constituti in articulo, aut periculo mortis, audire cępit: vel inferior approbatus defectu superioris, cui casus reseruatur: & ante absolutionē adsit legitimus confessarius, vel superior, possit prior confessionem cęptam perficere? Rndeo posse. Quia verum habebat iurisdictionē, quando alio deficienti cępit audire. Nec eius aduentu expirat. Quia res non est integra, sed confessio cępta. Quippe iure cautū est iurisdictionē delegatam, quæ morte delegantis omnino cessat, minime cessare re non integra, quia ea vti cęptū est, c. *Gratum*, & c. *Relatum, de offic. delegat.* Et quamuis textus de iurisdictione in foro externo loquantur, at idem merito dicūt de iurisdictione fori interni, ac proinde non cessare iurisdictionem confessoris, quoad cōfessiones cęptas, *Palud. 4. d.17. q.4. ar.3. conclus.7. nu.25. D. Anton. 3. p. tit.17. c.9. in fi. Margarita confessorum, q. moralib. fol.113. vers. Secundum quod. Et Pet. de Ledes. in sum. sacram. vbi de pœnit. c.12. post 5. conclus. inter dubia, quæ mouet circa licentias audiendi confessiones ab Episcopo concessas dub.2. fol.539.* merito ait esse valde probabile habentē licentiā audiendi cōfessiones ad tēpus, posse eo transacto prosequi confessionē ante cęptam. Nedum in nostro casu in quo nullo iure cauetur facultatē cōfessarij in prædicto casu esse, donec veniat confessarius legitimus. Sed absoluta est facultas, cum deficit copia legitimi confessoris. Atq; esset grauissimum constituti in eo articulo onus, ipsum cogere, vt confessionem legitimè cęptā repetat. Cū vix possit vel fateri. Et ideo hanc partē sustinent *Henriq. lib.6. de pœn. cap.11. nu.8.* Et dicit esse satis probabile *Zambrano de casibus articuli mortis cap 4. dub.5. nu.4.* Qui tamen hoc limitat, dūmodo post absolutionem impensam ab hoc, cōfiteatur aliquod veniale legitimo confessori, qui superuenit, cū nouo dolore, vt ab eo denuo absoluatur. Ducitur, quia in eo euentu articuli mortis tenetur quisq; tutā eligere partem. Non est aūt tuta prior absolutio. Quia *ipsemet nu.5.* sentit esse satis probabile cessare iurisdictionem illius simplicis sacerdotis, quando legitimus cōfessarius aduenit. Sicut *Petrus de Ledesma proximè allegatus* ait esse satis probabile licentiā ad tēpus concessam audiēdi confessionis expirare etiam, quoad confessiones cęptas eo trāsacto. At existimo nō esse necessariū, vt aliquo mō fateatur confessori superuenienti. Tum quia omnes fatentur aliqua venialia simul cum mortalib. Ac proinde respectu venialium est, omnino tuta, & certa absolutio simplicis sacerdotis: & mortalia deficienti iurisdictione ad illa remittētur indirecte. (Vt probaui lib. præcedēti cap.9. num.35.) Tum etiam, quia existimo certam esse iurisdictionē simplicis sacerdotis in hoc casu. Et est valde diuersus propositus à *Petro de Ledesma*. Non eñ sacerdoti simplici in articulo mortis conceditur iurisdictio ad tēpus, donec veniat legitimus cōfessarius: sed absolute iura omnia eā concedunt, quando non fuit copia expositi. Atq; concessio aliter facta esset valde aliena à rōne, & Ecclesiæ pietate. Quippe obligaret in tantis angustijs constitutum ad bis fatendum, & sacerdoti cuius iurisdictio dubia est, & a futuro euentu pendens. Si tamen ille casum ratione excommunicationis reseruatū haberet, & ante absolutionem superueniret superior cui excōicatio erat reseruata, non posset sacerdos, qui confessionem audire cępit, siue simplex, siue expositus sit, absoluere ab illa excommunicatione. Sed id à superiori superuenienti præstandum est: & deinde sacerdos ille, quicunque sit, posset à peccatis absoluere. Rō est. Quia cōfessarius tenetur illi pœnitenti id onus iniungere, vt q̄ primum commode possit, se legitimo superiori præsentet. (Vt num.24. dicemus.) Atque ideo absolutio illa excōicationis, nulla alia ratione conceditur, nisi quia tempore, quo præstāda est, abest superior. Cum ergo tunc adsit, & commode possit pęnitens se illi præsentare, tenetur vtique. Neque hoc est granamē aliquod pęnitentis cum nō cogatur peccata repetere, nec confiteri habenti iurisdictionē incertam ad absoluendū à peccatis, & ex futuro euentu pendentem. Si quidē in hoc casu concedimus posse confessorem illū à peccatis absoluere. Et tm̄ cogimus, vt superiori præsenti eam excommunicationem declaret. Ad quod tenetur ipse pęnitens, etsi post absolutionem superior veniret. Vtpote qui cum eo onere solum absolui poterat. Quod si superior ille nollet absoluere ab excommunicatione, nisi integra sibi confessio repeteretur: existimo posse priorē sacerdotem absoluere. Quia superior ille Pontifice inferior non posset iurisdictionem perficiendæ confessionis in eo articulo cęptę concessam cuilibet sacerdoti reuocare, aut limitare. Et iam pœnitēs obligationi suæ se p̄sentandi superiori satisfecit. Et si aliud diceremus, incidēdum esset in absurdum proxime illatum, nēpe, vt iurisdictio illa confessarij, qui confessionem cæpit esset incerta, & pendens ex futuro euentu, nimirum ex voluntate superioris superuenientis. Fatendum tamen est cū *Zambrano eo. dubio 5. n.2.* si iam simplex sacerdos in eo articulo à peccatis absoluat, non posse eū superuenienti legitimo confessore audire peccata oblita: vel quæ æger non potuit fateri tunc, vel existimatum est eū non posse, & sic à reliquis absolutus est. Sed ea legitimo confessori superuenienti aperienda sunt. Quia est noua confessio, & à priori independens. Vt bene docet *Suarez 4. to. in 3. p. disp.23. sectione 1. num.2. in fine.*

16 Quod si pęnitens in eo articulo sacerdoti simplici mētitus est in ea cōfessione & ita inualide absolutus, & superueniat legitimus cōfessarius: adhuc existimo posse eum detecto illo mendacio à sacerdote illo simplice iterū absolui. Quia is te vera habuit iurisdictionem ad priorem illam confessionem, & dum absolutio valide non est præstita, non censetur finita. Idem enim est actum non fieri, & non fieri validè. Sicut licentia à parocho obtenta assistendi alicui matrimonio, non finitur eo matrimonio irrito existente. Ad quod confert multa adducta per *Tiraquellum, l. Boues. §. Hoc sermone, limitatione 1. num.1. sequentibus, ff. de verb. signif.* vbi late ex multis probat concessionem simpliciter prolatā non finiri primo actu irrito. Et *limitatione 21. num.4.* vbi ex multis probant potestatem delegatam non extingui primo actu, quando delegatus inutiliter absque sua culpa per errorem pronunciauit.

17 Quarta difficultas est. Qualem cautionem præstare debeat absoluendus in mortis articulo ab hæresi, siue

quouis

quouis alio reseruato? Et quidem in bulla cœnę in vltima clausula reseruationis, pcipitur vt absoluendus tūc à casibus bullæ cœnæ duplicem cautionem præstare teneatur. Altera est, de stando mandatis Ecclesiæ. Altera verò, de satisfaciendo. Et cautio de stando mādatis Ecclesiæ est iuramentum. Quod idem iuramentum absoluēdus a quibusdam alijs excommunicationibus pstare iubetur, *c. De cetero, & cap. Ex tenore, de sent. excom.* Et quamuis *Hostien. summa tit. de sent. excom. nu.* 14. dicat in omni excommunicationis absolutione exigendum esse. Et è contra *Metina lib.* 2 *summæ c.* 12. dicat in sola excommunicatione percussionis Cardinalium, & Episcoporum & similium personarum; neuter intentum probat. Et ideo dicendum est in sola excommunicatione ob magna crimina exigendum esse. Quippe ex iure nil aliud colligi potest. Dum enim id petit, loquitur de incendiarijs, & manifestis clericorum percussoribus. Et ita docent *Caiet. sum. verb. Absolutio c. pen. D. Anton.* 3. *p. tit.* 24. *c. vlt.* §. 1. *Syluest. verb. Absolutio* 3. §. 3. *Suarez* 5. *to. in p.* 3 *disp.* 19. *sect.* 2. *nu.* 10. *& multi alij.*

18 Hoc etiam iuramentum exigendum est, etsi excommunicatus iam parti satisfecerit, Vt bene docet *Nauar. c. Alma mater,* 1. *parte* §. 11. *nu.* 11. Quia exigitur, vt eius timore excommunicatus similia crimina caueat. Vt constat ex *c. Cum desideres, iuncta glossa verbo. Ad cautelam, de sent. excom.*

19 Et à mulieribus indubitanter exigendum est. Vt tradunt *D. Anton. & Syluest. nu.* 17. *allegati.* Qui bene addunt arbitrio Episcopi relinqui, an à pueris sit exigendū: vt penset, an eo rationis vsu gaudeant, vt iuramentū æstiment. Et quando alius absoluit, relinquitur arbitrio ipsius absoluentis. Vt bene docet *Tabiena verbo Absolutio* 3. *in principio.* Et ab impuberibus delinquētibus, qui etiam post pubertatem petunt absolutionem, non solet exigi. Vt docet *Sayro* dicens esse communem sententiam *in thesauro casuum, tomo* 1. *lib. secundo, capite decimooctauo, nu.* 3.

20 Quædam autē iura dicunt hoc iuramentum debere esse de parēdo mandatis Ecclesiæ. Quædā verò de parendo mandatis iudicis. Sed vtrumque idem esse, bene notant *glossa c. Ex tenore, verbo Debeat, de sent. excom. & cap. Si qui, verbo Consensu.* 7. *q.* 1. *Hostiens. & Sylu. nu.* 17. *allegati.* Et hinc est, vt quidam Doctores bene dicant exigendum esse iuramentum parendi mandatis Ecclesiæ, vel ipsius absoluentis. Hi sunt. *Caiet. Sum. verbo Absolutio. c. penult. paulo post principium, & ibi Armil. nu.* 50. *Tabiena verb. Absolutio* 3. *in princ.*

21 Hinc deducitur minus bene *Vgolinum de censuris, tabula* 1. *cap.* 19. §. 5. *numero* 2. *de censuris Papæ reseruat.* 3. *par. cap.* 1. *verbo, Nec etiam tunc, in principio, numero* 3. asserere hoc iuramentum esse da parēdo mandatis eius cui extra mortis articulum erat reseruata absolutio. Et ideo ait virtute huius iuramēti debere confessorē iniūgere illi, vt si incolumis euaserit præsentet se ei, eiusque mandato obediat. At hoc minus verum est. Quia onus se præsentandi tali superiori est iniungendum in omni excommunicatione reseruata. Vt numero vigesimoquarto dicemus. (At hoc iuramentum parendi mandatis Ecclesiæ petitur in solis magnis criminibus. Vt num. 17. diximus.)

22 Nec vi huius iuramenti contrahitur noua obligatio seruandi quęcunq; Ecclesiæ præcepta: sed illud solum, quod absoluēs iniunxerit. Nec absoluens potest quodcunque iniungere, sed id tantum, ne iterū illud crimen patret ob quod in prędictam excommunicationem inciderat. Vt expresse habetur *cap. De cetero de sent. excommun.* Et tradunt *glossa ibi verbo Debeat. Nau. c.* 1. *in princ. num.* 54. *de pœn. d.* 6. *Sylu. verb. Absolutio,* 3. §. 4. *Suarez.* 5. *to. in* 3. *p. disp.* 19 *sect.* 1. *nu.* 10.

23 Secunda cautio exigenda ab absoluendo in articulo mortis ab heresi, & reliquis casibus bullæ cœnæ est de satisfaciendo. Cuius cautionis nomine intelligitur pignoratitia: aut si hæc præstari nequit, fideiussoria: aut si nec hæc, iuratoria. Idque prudentis arbitrio relinquendum. Vt bene ex *Caietano, & Nauar.* tradit *Suarez* 5. *tom. in* 3. *par. disputat.* 21 *sectione, numero* 1. At in casu heresis cum nulla satisfactio pecuniaria exhibenda sit, non exigitur fideiussor, aut pignus. Sed solum satisfaciendi iuramentum: & hoc, quando ex iustitia debetur aliqua satisfactio. Vt si hæreticus aliquos decęperit, dicens doctrinam hereticam esse veram: tenetur. n. illis fraudem detegere. Vt traditur communiter in tractatu de restitutione. Quare hęc cautio necessaria non est, si iam hęreticus satisfecit. Vel si nunquam poterit: quia decepti absunt, & hęreticus ducitur ad mortis supplicium. Vel si iam aliunde fraus detecta sit deceptis. Quod si commodè potest ante absolutionem satisfacere, debet ea satisfactio præmitti ne absoluens peccet. Vt generaliter loquendo de hac cautione tradit *Suarez eadem sectione tertia, nu.* 1.

24 Tandem absoluendo rōne articuli mortis, aut cuiusuis impedimēti, a quacunque excommunicatione, siue iuris siue hominis, reseruata, siue Pontifici, siue cuicunque inferiori, tenetur confessarius iniungere, vt cessante morbo, vel eo impedimento, se præsentet superiori, qui extra eum casum de iure poterat illum absoluere. Quod si non se præsentarit, quam commodè potuerit, reincidet in eandem excommunicationem. Vt expresse habetur *c. Eos, qui, de senten. excommunic. in* 6. Quando autem casu reseruato non est annexa excommunicatio, id onus imponendum non est. Quia directa fuit absolutio: & nullo iure cauetur id onus imponi. Et ita docent *Corduba summa, quæst.* 18. *puncto* 2. *dict.* 2. *Suarez* 4. *tomo in* 3. *par. disputatio.* 30. *sectione* 3. *num.* 6. *Et multi alij,* quos refert, & sequitur *Zambrano de casibus articuli mortis, c.* 4. *dub.* 4. *nu.* 21.

25 Atque hoc tempus commodū se præsentandi, ne in censuram reincidat, iud est, dū cessat impedimentum aliquo tēpore modico indulto, vt se præsentaturus valeat sibi necessaria prouidere. Quod modicū tempus taxandū est prudentis arbitrio, habita consideratione personæ, temporis, & loci. Vt bene tradunt *D. Anton.* 3. *parte tit.* 24. *cap.* 47. *Syluest. verbo Excommunicatio.* 8. §. 5. *Nauar. summa Hisp. cap.* 27. *nu.* 113. *Sayro in thesauro casuū tomo* 1. *lib.* 5. *cap.* 28. *in fine.* Quod benignè interpretandum docent *D. Anton. Syluest. & Sayro ibi,* ita vt sat sit non adesse negligentiam, & fraudem.

26 Et hoc se præsentandi onus est sub iuramento imponendū. Quamuis enim *c. Eos qui, de sent. excomm. in* 6. huius iuramenti mentio non fiat: at fit *c. Quamuis, & c. Ea noscitur. de sent. excom.* in absolutione ab excommunicatione percussionis clerici præstita ab inferiori ratione alicuius impedimenti. Et ita hoc iuramentū semper exigendum esse, præterquam a pueris, tradunt *Nauar. summa Latina, cap.* 27. *numero* 89. *Corduba summa q.* 18. *puncto* 1, *dict.* 2. *& puncto* 2. *dict.* 2. *Manuel in bulla cruc.* §. 9. *num.* 55.

27 Hęc autem præsentatio non est, vt iterū is ab excōmunicatione absoluatur. Quia plenè ab illa absolutus est. Sed vt superior conuenientē medicinam adhibeat, satisfactionemq; imponat, si imponendam iudicarit. Et ita expresse colligitur ex *c. Quamuis, de sent. excomm. & ex cap. De cetero, eodem tit.* & tradunt *glossa ibi, verbo, Suscepturus. Abb. num. vlt. Henriq. lib.* 6. *de pœnit. cap.* 6. *nu.* 6. *Suarez* 4. *tomo, in* 3. *par. disp.* 30. *sect.* 3. *nu.* 6. *&* 5. *to. disp.* 22. *sect.* 1. *nu.* 62. *& multi alij.*

28 Hinc deducitur intellectus ad *cap. Eos qui, de sentent. excommun. in* 6. dum decidit hunc reincidere in eādem censuram, si cessante impedimento non se pręsentarit. Nec enim incidet in eādem numero censuram, nec ob eandem causam. Quia prior est omnino sublata. Sed in aliam similē ob nouam illam inobedientiam. Vt bene docent *Abb. c. De cetero, in fine, de sentent. excomm. Suarez* 5. *to. in* 3. *p. disp.* 22. *sectio.* 1. *num.* 62. vbi bene aduertit

dici

dici eandē censurā, quia similiter est reseruata, ac prior erat. Nec hoc decedente absque præsentatione tenetur hæres se præsentare mandatum recepturus. Quod nullo iure hoc caueatur, & onus se præsentandi fuerit personale. Sed tenebitur hæres ad restitutionem, si ad aliquā defunctus tenebatur. Quæ bene docet *Suarez ibi*.

29 Secundò deducitur, non admittendum limitationē, quam tradunt *Nauarrus summa Latina, c.26.num.26. & Henriquez libro 13. de excommunic. cap.19. nu.3.* nēpe non iniungendum esse id onus se præsentandi excōmunicato huic, si satisfecit parti, aut cum ea se composuit. Et subijcit *Henriquez* eum quoque eximi a prædicta obligatione, si post absolutionem hęc præstiterit. Quod præsentatio hæc fit vt excommunicatus mandatum satisfaciendi plenè recipiat. Cum ergo hęc præstiterit, frustra est præsentatio. At hanc limitationem iure optimo impugnat *Suarez 4. tomo in 3. parte, disputatione 30 sectione 3. num.6.* Quod id nō fit huius præsentationis ad æquatus effectus, & finis. Sed hoc comparendi onus est, quasi pars pęnę ab Ecclesia tali delicto impositæ, & ordinatur ad specialem satisfactionis modū, & obedientiæ Ecclesiæ exhibendum. Rursus quia in absolutione cuiusuis excōmunicationis reseruatæ hoc onus imponitur. Cum tamen non quælibet satisfactionem partis annexam habeat.

30 Non est tamen hoc onus imponendum habenti impedimentum perpetuum, cuius cessatio expectari nequit. Constat ex *cap. Quamuis, de sentent. excommun.* vbi declaratur hoc onus imponēdum patienti impedimētum temporale. Et ita docent *Syluest. verbo Absolutio, 4. num.3. Suarez. 5. tomo in 3. parte disputatione 22. sectio. 1. num.85.* Vnde bene ait *Syluest.* seruum cessante seruitute teneri se præsentare; at laborantes morbo immedicabili, etsi miraculosè ad pristinam restituantur sanitatem, ab hoc onere liberos esse. Quia ius non obligauit eos, & euentus futuris eam obligationem non producit. Immo, etsi confessarius laboranti morbo perpetuo id onus iniunxisset sub iuramento, non tenetur illa postea miraculosè, aut præter omnē spem humanam salutem recuperans. Quia ipse ad nullum onus se obligare voluit per illud iuramentum, nisi ad quod confessarius ipsum obligari falsò putarit, ac proinde obligare voluit. At confessarius ad nullum nouum obligare intendit, præter id, ad quod ius obligate falsò putauit. Cum ergo in hoc casu ius nō obliget, nec confessarius consequenter obligare intendit: ac proinde, nec pœnitens manebit obligatus. Sicut si confessor credens pęnitentem teneri restituere, in aliquo casu ipsum cogeret iurare se restituturum, inuento errore ad nil tenetur. E contra autem, si quando pęnitens teneretur ad hoc se præsentandi onus, confessor per obliuionem, malitiā, aut ignorantiam id non imponeret: credo teneri pęnitentem, & alias fore, vt in eandem excommunicationem reincidat. Iuxta *d. cap. Eos, qui de sentent. excomm. in 6.* Quia obliuio, aut malitia, aut ignorantia confessoris non eximit ab obligatione, quæ non ex confessoris voluntate, sed ex iure ipso pendet. Sicut idem contingeret in restitutione, ad quam teneretur pęnitens, & confessor non obligauit.

31 Nec similiter imponendum est hoc onus, qn̄ aliquis sanus, aut in mortis articulo absoluitur a reseruatis virtute bullæ, aut iubilei, aut alterius priuilegij concedentis eam absolutionem. Quia priuilegium in hoc consistit, vt absolutus absque illo, etsi teneatur se præsentare, secus quando virtute illius. Alias enim priuilegium nil concederet. Ita *Medina lib.2. summa, c.12. Henriq. lib.6. de pœnit. c.9. num.2. in commento, litera N. & lib.13. de excommun. c.29. nu.3. Suarez 4. tomo in 3. par. dispu t.30. sectione 1. num.6. Manuel addit. ad bullam cruc. §.9. numero 44.* Excipienda tamen est absolutio hæretici exterņi præstita in mortis articulo habenti bullam. Cum eā bulla nil circa eam concedat. (Vt dixi c. præcedenti numero decimo,) perinde est, ac si is bulla caret. Quare iniungendum est ei, vt si euaserint, se præsentet.

32 Immo, qui carens bulla cruciata absoluitur a reseruatis, cum prædicto se præsentandi onere potest accepta bulla, aut tempore iubilei concedentis eius casus absolutionem, præsentare se confessori, vt iterum absq; eo onere absoluatur, ac si absolutus prius non esset. Et ita prædicta se præsentandi obligatio cessabit. Quippe hoc onus obligat in quantum hic vti vult priuilegio illius absolutionis impensę ratione necessitatis: at iā non eo vtitur, sed noua absolutione virtute priuilegij eam absque prædicto onere concedentis. Nec prior absolutio præstita impedire potest, quin hic possit nouam absolutionem absolutam virtute sui priuilegij obtinere. Ita *Enriquez lib.6. de pœnitent. cap.10. num.5. in commento, litera G. in fine.*

33 Sed an obligatus ad se præsentandum cessante impedimento satisfaciat se per procuratorem præsentās? Affirmāt quidam. Quia hic dicitur se præsentare *cap. Episcopus, dist.18.* Ita *Speculator, & Archidiaconus citati a Syl. verbo Excōicatio 8. § 8. quæst.7.* Idem docent *Caietanus in summa, verbo Excōicatio, cap.69. & ibi Armilla Excommunicatio 59.* addens sat esse per literas. *Henriquez. lib.13. de excomm. c.29. nu.3. & lib.6. de pœnit. c.9. in fi.* Alij vero negant. Quia c *Quod de his, de sent. excōmun.* expresse petit sic absolutos ite personaliter Romā: etsi loquatur de excommunicatione percussorum clerici. Et ita tenent *Abbas, c. De cætero, nu.1. eod. tit. Anch. cap. Eos qui, nu.6. de sent. excommun. in 6. & ibi Cesta nu. 16. Nau. sum. Latina, c.27. num.90. versi. Ad 5.* & clarius *Hispane c.28. addit. ad num.89. cap.27. vers. A la quinta. Vgolinus de censuris, tab.1. c.14 §.5. nu.4. Sayro thesauro casuū to.1. lib.2. c.16. n.13.* Alij vero vtramque sententiā conciliāt, vt prior vera sit, quando adest causa iusta: posterior vero, quando ea deficit. Et sic dicunt intelligi *d. c. Quod de his.* Ita *allegato Innoc.* docet *Syl. proximè allegatus, D. Ant. 3. p. tit.24. cap.47. Tabiena verbo Excōmunicatio, 5. casu 40. nu.5.* Et placet mihi hæc concordia in casu excommunicationis ob clerici percussionem: de quo textus ille agit in odium, & pœnam percussorum. At extra illum casum priorem sententiam indistinctē amplector. Quia nullus textus ad personalem præsentationem obligat. Nec est cur dispositum in eo particulari casu trahatur ad alios, & maximè in penalibus: & vbi iura corriguntur dispōnentia per nos fieri dici, qđ per procuratorem nostrum fit. Vt in simili casu diximus num.9. loquentem de percussione clerici textum non esse ad alios casus extendendum. An vero impeditus, qui per se comparere nequit, teneatur per procuratorem, diximus nu.14. non teneri.

34 Demum duo obseruanda sunt. Alterum est quando constitutus in mortis articulo nullam cautionem pręstare valet, quod iam loquela, aut vsu rationis destitutus sit, esse ab excommunicatione eum absoluendum illis non præstitis. Quia obligari ad impossibile nequit. Ita *Nauar. summa cap.27. Hispane nu.43. Latine, nu.47. Vgolinus de censuris reseruatis tertia parte, capite 2. verbo, Nec etiam tunc. §.1. numero 1. Sayro thesauro casuum, to. 1. lib.3. capite 25. nu.4.*

35 Alterū est. Quamuis confessarius non imponat p̄dictum se p̄sentandi onus, valere absolutionem in articulo, seu periculo mortis p̄stitam. Quod Ecclesia noluerit valorem absolutionis in tanta necessitate ex confessoris negligentia, aut ignorantia pendere. Vt optimè docet *Enriquez l.6. de pœnit. c.10. ad fin.* Quare idem dicendum est, si omittat petere cautionem parēdi mandatis Ecclesię, & satisfaciendi. Imò idem dicendum est extra eum articulum. Vt communiter Doctores tradunt in tractatu de excommunicatione, loquentes de iure cōmuni has cautiones petenti. Nec earū expressio in bulla cęoæ ad absoluendum ab his excommunicationibus cęnæ nō inducit conditionē irritantem aliter factum.

Cum

Cum sola forma iure communi petita exprimatur. Vt probaui libro tertio, de matrimonio, disputatione 33. num. 3.

36 Vltima difficultas est. An potestas absoluendi hæretici in articulo mortis, extendenda sit, vt possit quoque absolui, quando alia ratione impeditur, ne Pontificem adire valeat. Vt paupertate, inimicitiis, senectute, aut similibus impedimentis. Et videtur extendi. Quia multi Doctores ducti ex *cap. Ea noscitur, & cap. De his, de sent. excommun.* id asserunt de quacunque excommunicatione Pontifici reseruata. Quia textus illi sic impeditos decernunt absolui posse, perinde ac in mortis articulo existentes: Et *cap. Eos qui de sentent. excommun. in 6.* id supponit: dū decidit absolutis ratione periculi mortis, aut alterius impedimēti ab excommunicatione reseruata, esse iniungendum, vt cessante impedimento reseruanti se præsentent: Ita tradunt *Abb. cap. De cetero numero primo notabili vltimo de sentent. excommunic. Anchar. d. cap. Eos qui nu. primo, notabili 2. & ibi Dominic. numero 5. Felin. cap. Quamuis, in fine. de senten. excommun. Angel. verb. Absolutio, 3. num. 17. Syluest. verbo. Absolutio. 3. in fine. & Absolutio 4. §. 5. dub. 1. Tabiena, verbo Excommunicatio, 5. casu 1. nu. 46. Naua. summa, cap. 27. numer. 89. & etiam summa Hispana cap. 28. addit. ad eundem num.* Et fatetur communem esse sententiam *Couar. cap. Alma mater. 1. parte, §. 1. num. 15. in initio*; nec ab ea recedit *eodem num. 15. versic. Non oberit. Margarita confessorum q. moralibus fol. 140. pagina 2. Henriquez lib. 1. de excomm. cap. 27. num. 3. & lib. 6. de pœnitent. cap. 16. nu. 1. & cap. 9. numero 7. & cap. 10. numero 1. & 2.* vbi idem asserit de casibus reseruatis in motibus proprijs Sixti V. cum expressa Tridentini derogatione. *Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 3. c. 28. num. 30. Vgolinus de censuris tabu. 1. cap. 4. §. 5. nu. 13. Et de censuris Papæ reseruat. 3. part. cap. 2. verbo, Nisi in mortis articulo §. 4. numero 1.* vbi id etiam ait habere verum in casibus bullæ cœnę. Quamuis *eodem c. 2. verbo. Nec etiam tunc, in §. 1. in fin.* dicat hoc esse correctum hodie per quandam Cardinalium declarationem, qui ex Clementis VIII. mandato decreuerunt, vt in nulla necessitate id liceat pręter mortis articulum. Quam declarationem ad verbum refert *eodem cap. 2. in principio post numerū 5.* Sed immerito hoc dicit. Quia ea prorsus non est ad rem. Tantū enim loquitur de sacerdotib. siue secularibus, siue regularibus intra Italiam extra Romam degentibus. Et licet solum articulum mortis excipiat, non videtur exceptus casus huius impedimenti. Sicut contingit in reliquis excommunicationibus Papæ reseruatis in quibus solus mortis articulus excipi cōsueuit. Atq; in hoc casu impedimenti eā absolutionem concedunt textus, & Doctores citati non cuicunque confessario, sed Episcopo.

37 Verum est in omnibus alijs excommunicationibus pręđictam sententiam probabiliorem esse censeam: at in casu hęresis illā non admitto. Tum quia nec in alijs ea doctrina est certa: textus enim id indulgentis de sola clerici percussione loquūtur. Et ideo in sola ea illam admittunt *Innocent. cap. Quamuis, in fin. de senten. excomm. & ibi. Anton. in fin. Abb. sibi contrarius,* & dicens communem esse sententiam *nu. 3. Cardin. q. per. Anch. nu. 1. Henricus in fin. Rauennat. in fi.* Atque idem tenent, quando excommunicatio reseruatur præter quā in articulo mortis, *Syluest. verbo Absolutio, 4. quæstione 4. nu. 7. Corduba summa quæstione 18. puncto 1. dict. 2. post notabile 3. versic. Pues digo.* Tum etiam, quia esto ea doctrina esset certa ac in iure expressa, cum non exprimatur casus hęresis, non censerem eum comprehendi, propter strictissimam eius reseruationem. Et ita in casu hæresis dicunt non esse tutam *Sotus 4. dist. 22. quæstione 2. articulo 3. ad finem. vers. Demum. Bartholomæus a Ledesma de sacram. vbi de excommun. dubio 17. ad finem. Vivaldus candelabro sacramen. in vltima editione anni 1602. 1. par. tit. 11. de absolutione, numero 14.* Et in casibus in motibus proprijs Sixti V. reseruatis non putat eam tutam *Manuel in bulla cruc. 9, num. 55. versic. Lo sexto.* Quare siue casus hæresis sit publicus, siue occultus, non concedetur Episcopo hæc absolutio ratione huius impedimenti Etsi dicamus reuocatum esse Tridentini decretum concedentis Episcopo facultatem absoluendi hæretici occulti, nullum huic impedito superest medium vt absoluatur, nisi vt ad Inquisitores confugiat: vel ad Pontificem per procuratorem, aut literas, tacito nomine. Si autem id decretum reuocatum non sit, poterit virtute eius absolui ab Episcopo in solo conscientiæ foro virtute prædicti decreti. De qua re latè egimus toto cap. 11.

CAPVT XIV.

De secunda hæreticorum pęna, quæ est, confiscatio bonorum: an sub ea claudantur bona futura, ac sub conditione debita, hæreditas delata, nondum adita, possitque illi in fisci præiudicium renunciari.

SVMMARIVM.

Bona hæretici a quo die publicentur nu. 1.

An sub mobilium, & immobilium, aut absoluta confiscatione veniant actiones nu. 2.

Publicantur bona mobilia, immobilia & se mouentia, iura, & actiones, & iura sepulchrorum hæretici. nu. 3.

An fiscus sit proprie hæres, an vniuersalis successor damnati, num. 4.

An non transeuntia in hæredes extraneos, nec in fiscum transeant, & è contra, num. 5.

Iura personalia condemnati non transeunt in fiscum, & quæ sint illa, numero 6.

Quod quæstiones disputandæ sint, num. 7.

Bona futura, an comprehendentur in confiscatione, nu. 8.

An intelligantur futura, quæ post sententiam acquiruntur: an potius acquisita a tempore commissi delicti? Refertur sententia, num. 9.

Explicatur sententia authoris & soluuntur contraria, nu. 10.

Quid in dubio, an hæresis perseueret, nu. 11.

An non solum durante hæresi, sed etiam post eius pęnitentiam sint bona publicanda, nu. 12.

Post nu. 12. inuenies alia summaria.

1 SEcunda hæreticorū pœna est, vt omnia hæreticorū bona fisco adiudicentur ipso iure. Constat ex *ca. Cum secundum leges, de hæreticis in 6.* ibi *Bona hæreticorum ipso iure, de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata.* Quod idem statutum est in crimine lęsæ maiestatis humanæ, *leg. Quisquis, §. in fine. principij, Codic. Ad legem Iuliam maiestatis,* ibi: *Bonis eius omnibus fisco nostro addictis.* Et quamuis textus *eodem capite, Cum secundum leges,* non explicet a quo tempore bona hæretici publicentur, nec alius textus id explicans reperiatur: at communi omnium consensu, & praxi receptum est, vt sicut bona ob crimen lęsę maiestatis humanæ publicantur a die commissi criminis: vt constat ex *lege finali,* ibi, *Ex quo quis tale crimen contraxit, Codic. ad legem Iuliam maiestatis.* Sic etiam ob hæresim publicantur bona a die commissi criminis. Vt bene notant *Simancas de catholicis institutionibus, titulo nono, numero vigesimoprimo,* & multos referens *Bursatus consilio quadragesimo tertio, numero tertio, volumine primo, & latius consilio ducentesimo octuagesimo nono, numero decimo, volumine tertio,* & nemo contradicit. De hac ergo confiscatione agendum est, non omnino, sed quod attinet ad hæresis crimen, quamuis necessario multa dicenda sint omni confiscationi communia. Atque in hoc capite tractantur quædam vniuersis bonis confiscandis generalia: in sequentibus vero agetur specialiter de bonis, quæ confiscanda sunt.

In

2 In hac ergo cõfiscationis materia sunt præmittenda tria fundaméta, vt inde ad qõnes discutiendas accedamus. Primũ est. Cõfiscatis bonis mobilibus, & immobilib. condẽnati, non veniunt actiones ipsi cõpetẽtes. Qd tertiã speciem a bonis mobilibus. & immobilib. diuersam constituant, *l. Quam Tuberonis, §. in peculio, ff. de peculio. l. a Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* At in pœnis stricta est interpretatio facienda. *Regula, in pœnis, de reg. iur. in 6.* Et ita multos referẽdo docent *Tiraq. de retractu lignag. §. 1. gl. 7. n. 9. Alber. de statutis, li. 3. q. 13. nu. vlt. Pinellus rub. C. de bon. matern. §. 1. num. 26. Iul. Clar. in sua practica, lib. 5. §. fin. q. 78. n. 9.* Et ibi *Baiardus in addit. nu. 28. Peregrinus de iure fisci, li. 5. ti. 1. nu. 49. Barbosa l. si constante 25. §. fin. nu. 2. ff. sol. matr. Farinacius in sua practica, in noua editione. tom. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis, q. 25. nu. 109. Zanallos in suis communibus, to. 1. q. 120. nu. 3. & q. 634. in fi.* Atque idem dicendum est, quamuis in ea publicationa addeterentur bona se mouentia. Vt cũ *Alexandro, & Natta* tradit *Peregrinus ibi.* Imò idem dicendum est, addita dictione vniuersali, nẽpe, vt publicẽtur oĩa bona mobilia, & immobilia. Qd ea dictio nequeat operari, vt cõprehendantur bona diuersæ speciei a nominatis. Sic *Tiraq. eod. n. 9. Pinellus nu. 26. Iul. Clarus eo. nu. 9. Barbosa nu. 3. Farinacius eo. nu.* 109. Quare minus bene *Chassanans in consuetudinibus Burgundiæ, rubr. 2. §. 1. in textu. Et appartient la confiscation, n.* 14. ait sub mobilium publicatione contineri iura, & actiones. Quem impugnant *Pinellus n. 27. Iul. Clarus eo. n. 9 Barbosa n. 3.* Quod si bona publicentur simpliciter, manifestum est comprehendi iura, & actiones, *l. si adempsis. 1. C. de sententiam passis.* Quia sub bonorum appellationa veniunt iura & actiones, *l. bonorum, ff. de verb. sign.* Atque ita cũ *Bartolo, Alexandro, Alberico, Decio, Cardinali, Imola, & alijs* tradunt *Peregrinus eo. tit. 1. nu. 50. Barbosa eo. num. 2. Baiardus eod. nu. 28. Surdus de alimentis, tit. 8. priuileg o 59. nu. 22. Simancas de Cathol. instit. tit. 9. num. 7. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 69 nu. 3. versic. Et quidem.*

3 Hinc deducitur sub bonorum hæretici publicatione claudi bona mobilia, immobilia se mouentia, iura, & actiones, & iura sepulchrorum. Quod indicta fit *c. cum secundum leges, de hæret. in 6.* absoluta bonorum hæretici publicatio: omnia autem hæc sunt alicuius bona. Sic tradunt *Simancas, & Vasquez nu. præced. allegati. Azebedo lib. 8. recop l. tit. 3. l. 1. nu. 180. Azor non explicãs iura sepulchrorũ, to. 1. institutionum moralium, lib. 5. c. 7. q 8.*

4 Secundũ fundamentum est. Fiscus in alicuius bona succedẽs non est propriè hæres, nec condemnati personam repræsentat sed habetur loco hæredis in quibusdã casibus specialiter dispositis. Cõstat, quia succedit damnato viuenti: at viuens hæredam habere nequit. Atque ita docent *glo. finalis cõmuniter a Bartolo, & alijs ibi recepta, l. inter eos, 52. §. fin. ff. de fideiussor. Surdus alios allegãs de alimentis. tit 8. priuilegio 59. anu. 1. vsque ad 5. Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 1. nu. 60. qui a nu 61. vsque ad* 67. sex casus affert, in quib. differt ab hærede. At quãuis non sit propriè hæres, est propriè vniuersalis bonorum hæretici successor. Vt cum *Aretino, l. si quis mihi bona, §. si seruus municipium, col. finali, ff. de acquir. hæred.* tradũt *Bossius in sua pract. tit. de bonorum publicatione num. 13. Barbosa, l. si constante 25. §. final. nu. 7 ff. solut. matrim.*

5 Vltimũ fundamentum est. Quæ ad hæredes extraneos non transeunt, nequeunt in fiscũ transire. Quia si in eos qui verè, & propriè hæredes sunt, nequeunt transire, a fortiori nequibunt in fiscum, vtpotè qui non propriè hæres est. Vt probaui nu. præcedenti. Atque ita docent *Bart. l. eum qui, statim in principio,* dicens omnes ita tenere, *ff. de interdictis, & relegat. & multis alijs citans Peregrinus de iure fisci, li. 5. ti. 1. n. 68.* Quamuis autẽ hæc regula procedat semper negatiue, nõ transit in hæredes extraneos, ergo nec in fiscũ: non tamen semper procedit affirmatiuè: transit in hẹredes extraneos, ergo in fiscũ. Quia cum fiscus non sit vere, & propriè hæres, non recte ducitur argumentum ex vere, & proprie hæredibus ad ipsum. Atque ita tradunt. *Ruinus cons. 21. nu. 24. vol. 5. Peregrinus eodem tit. 1. nu. 89.* Quare minus bene *Iulius Clarus lib. 5. recep. sententi. §. final. q. 78. nu. 7.* dicit vtroque modo esse regulam generalem.

6 Hinc deducitur personalia condemnati iura non trãsire in fiscũ. Quod non egrediantur personã Et ideo ius eligendi in alicuius personã collatum, & ius reuocandi liberti in seruitutem, ius reuocãdæ donationis inter viuos ad donantis voluntatem, ex pacto cõpetens, aut ob donatarij ingratitudinẽ contractus qui contrahẽtium morte dissoluũtur, nec inter viuos protẽdi ad alios possunt, vt compromissum, societas bonorũ, non transeunt in fiscum. Quippe omnia hęc sunt personalia. Et ita *multis citatis* tradit *Peregrinus eod. tit. 1. a nu. 90. vsq; ad 97.*

7 His ergo pręmissis, triplex in pręsenti est quæstio agitãda. Prima est an in generali bonorũ confiscatione cõprehẽdãtur bona futura. Secũda, an cõprehẽdãtur bona sub cõditione reis debita. Vltima, an hæreditas delata, & nondum adita: possit ea in fisci pręiudiciũ repudiari.

8 Quæstio prima. An confiscatio bonorum hæretici, & aliorum, quorũ bona ipso iure publicãtur, cõprehendat sola præsentia condẽnati bona, an etiã futura, seu in posterum acquirenda? Qua in re cõstat sola bona præsentia cõprehendi. Quod passim tradunt omnes Doctores toto hoc tractatu allegandi, cum *glos. l. Non ad ea, verbo præsens, ff. de condit. & demonst.* probat textus *cap. Felicis, vers. cum talis, de pœnis, in 6.* ibi: *Depostmodũ acquisitis repetitio nõ denegetur.* Et *l. si mandauero 22. §. si cuius ff. mãdati,* ibi, *Publicatis bonis quicquid postea acquiritur, nõ sequitur fiscum* Et *l. eius qui. 8. §. 1 ff. de testamentis* vbi textus loquens de eo cui aqua, & igni interdictũ est, sic ait: *Bona quoque quæ tunc habuit, cum damnaretur, publicantur* Et *l. 1. ff. de pęnis,* ibi: *Sed eã causam sustinere, quam sustinuisse si eo tempore esset sententiam passus, cũ deliquisset.*

9 Difficultas autem eò tendit, an bona hæc futura cõputentur a tempore sententię criminis declaratoriæ per iudicem latæ, ita vt bona vsque tunc acquisita publicentur, non autẽ post sententiam acquirẽda: an potius cõputentur a tempore commissi criminis ita ab eo tempore acquirenda non subiaceant publicationi, sed sola vsque tũc acquisita. Quidam affirmant cõputari a tẽpore sententiæ per iudicem latæ, & proinde sola post hãc sententiam acquisita non publicari. Ducũtur ex verbis textus *l. Eius qui. §. 1.* quæ nu. præcedenti retuli, ibi expresse dicitur publicari bona a reo possessa, dum damnaretur. Potestque idem probari ex *l. regia 77. Tauri quæ hodie est l. 10. tit. 9. lib. 5. recopil.* vbi cum ob hæresim aut aliud alterutrius coniugis delictum, fiunt bona publicãda, decernitur solã medietatem lucrorum coniugis delinquẽtis, quę constante matrim. acquisita sunt, publicanda esse: atque declaratur ibi hanc medietatem computari vsq; ad tempus sententię, ibi: *Mandamos que se an auidos por bienes de ganancia, todo lo multiplicado durãte el matrimonio hasta que por el tal delito los bienes de qualquiera de los sean declarados por sentencia.* Et ideo hãc partẽ sustinent *Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, nu. 20. Iul. Clarus lib. 5. receptarum §. finali, q. 78. n. 24.* Et eam supponit *Azebedo* nulla ratione probãs, *li. 5. recopil. tit. 9. l. 10. nu. 15.* asserens bona ante, & post delictũ cõmissum acquisita confiscari in crimine hæresis, & similibus Atque videtur tenere *Curt. senior cons. 9. n. 14.* dicens sola bona præsentia, quæ quis habet tẽpore publicationis cõfiscari. Videntur etiã tenere *Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu 91. & Azor to. 1 instit. moral. lib. 5. c. 7 q 8.* vbi dicũt ea sola bona quæ hæreticus habuit dũ damnaretur, publicari. Et eam tenẽt in crimine hæresis *Tello l. 4. Tauri, nu. 48.* etsi in sodomia magis in eam partem inclinet, vt sola bona tempore delicti acquisita publicentur: idque cogitandum relinquit. Atque eam discriminis rationẽ assignat, quod sodomia sit peccatum transiens; at hæresis semper permaneat. Et *Azeres de maioratibus, n. prima*

editione, p. 1. q. 1. nu. 17. quamuis dicat merito *Tello* dubitasse, at tandem videtur eius sententiam sequi. Et in vtroq; delicto tenet idẽ *Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. c. 1. nu. 8.*

10 At probabilius censeo ea sola bona publicari, quę tẽpore commissi delicti, tam sodomita, quam hæreticus habebãt, vel quibus alij, quorũ bona ipso iure publicantur, atque ideo hęretico ad fidem redeunti, nõ esse publicanda eius bona ex tunc acquisita, sed sola ea, quæ ante hæresim habuit, & quæ ea permanẽti acquisiuit. Ducor ex *l. 1. ff. de pœnis*, ibi: *Sed eam causam sustinere, quam sustinuisset, si eo tempore esset sententiam passus cum deliquisset.* Vbi expresse vr̃ hoc decidi. Et ratio est, quia in eo casu a lege est constitutum eo puncto, quo delictũ cõmittitur bona publicari, ac tũc lex fert sñiam: iudex autem sententiã pronunciãs, nil aliud efficit quã declarare hos legis penã incurrisse: & ideo in his delictis, sola pęna criminis declaratoria desideratur. Vt dicemus c. 22. n. 27. Ergo sola bona tempore delicti possessa lex publicat, cũ tunc sententiã ferat. Vt egregiè id explicat multos referens *Bursat. cons. 289. n. 10. vol. 3.* his verbis. *Licet cõfiscatio non sortiatur effectum, nisi post sententiã: nihil tamen nouiter inducit, sed inductum prius ostendit, & cõfiscationem non facit, sed declarat iam inductam.* Nec obstant in contrarium adducta nu. præced. Nam ad *l. eius qui* dico tũc dãnari eiusmodi reum, qñ delictum perpetrat. Nec lex regia decidit, quæ bona constanti matrimonio acquisita sint publicanda: sed solũ declarat qñ est publicãda tota medietas bonorum alterius coniugis, quæ constanti matrimonio superlucrata sunt, vsq; ad qd tẽpus cõputãtur lucra, & censeãtur constanti matrimonio acquisita. Et ideo hãc partẽ tenet tã in sodomia, quã in hæresi, *Matienzo lib. 5. recopil. ti. 4. l. 3. glo. 7. nu. 6.* & loquẽtes de hæretico tenent *Bursat. cons. 14. nu. 28. & cons. 43. num. 4. vol. 1. & cons. 289. nu. 10. vol. 3.* vbi explicat cõfiscari bona hæretici, quæ habebat tẽpore commissi criminis, & dum in ea permansit. *Baiardus addit. ad Iulium Clarum in sua practica lib. 5. §. Hæresis, nu. 19. & q. 78. nu. 212.* Et indistinctè loquens *Bald. addit. ad Suarez l. Post rem iudicatam notabili 13. nu. 2. versic. Sed in peculio. ff. de re iudicat.* Et loquentes de sodomia tenent *Salzedo addit. ad practicam Bernardi di Diaz in noua editione c. 86. vers. Illud aũt, Gutierez lib. 2. pract. q. 39. nu. 6. Auendaño iunior l. 4. Tauri glo. 7. nu. 17.* Qui si de hæresi agerent, idẽ dicerent. Nam eo solo ducuntur fundamento, quod bona futura non publicentur: quæ ratio æquè militat in hæresi a tempore, quo hæreticus resipuit. Item, quia eodẽ modo publicantur bona sodomitæ ipso iure ac hæretici, ac huic æquiparatur illa *l. regia 1. tit. 21. lib. 8. recopil.* quæ loquitur eisdem verbis de bonorum sodomitæ cõfiscatione, quibus loquitur *c. cum secundum leges, de hæret. in 6. de bonis hæretici.* Nec ab hac sentẽtia recedit *Tello n. præcedenti relatus*, id enim negat in hæresi, eo quod illa perseueret, nec sit transiens, sicut sodomia: at nos loquimur, quando hæresis non perseuerat. Et generaliter loquens tenet hanc sentẽtiam *Angel. l. Quoties, 14. in fi. ff. de nouat.* his verbis: *Quoties confiscari debent bona delinquentis, intelligitur de illis, quæ habet tempore delicti. Nam qualitas iuncta verbo intelligitur iuxta tempus verbi l. In delictis §. si extraneus. ff. de noxal.*

11 In dubio autem, an hæresis perseueret, præsumitur eam perseuerare. Nec enim morum mutatio præsumitur. *Regula Semel malus, de reg. iur. in 6.* Et ita docẽt *Fel. c. Scribebãt n. 2. de præsum. Surdus de alimẽtis, ti. 7. q. 4. n. 26.*

12 Cauendum tamen est a doctrina aliquorum dicentium bona hæretici publicari a die delicti, eo tamẽ perseranti: secus si hæreticum pœniteat, tunc enim non publicabuntur. Hi sunt. *Monachus c. cum secundum leges, ad finem, de hæret. in 6. & ibi Ioan. And. num. 2. & Ioan. de Lignano ibi. Archid. nu. 1. in fine, vers. Confiscata.* Quos merito impugnant *Dominicus ibid. in principio n. 5. versic. Quæro, an intelligantur, & ibi Francus nu. 2.*

SVMMARIVM.

Explicatur, quid sit cõdõ potestatiua, casualis et mixta, n. 13.
An publicentur conditionalia iura, impleta conditione post confiscationem? Refertur duplex sententia, nu. 14.
Non veniunt, quãdo ea ex vltima voluntate descendũt, n. 15.
Quid si conditio extet postquam cessauit delictum, nu. 16.
Quid si conditio sit potestatiua, casualis, aut mixta, nu. 17.
An si delinquens sit alteri substitutus, bona per eam substitutionem comparanda publicentur, nu. 18.
An publicentur iura passiua conditionalia descendentia ex vltima voluntate, nu. 19.
Quid si conditio eueniat ante condemnationem, nu. 20.
Quid si sint ex contractu debita num. 21.
An sit idẽ tũc siue ea sint actiua siue passiua? Refertur sentẽtia. (nu. 22.
Explicatur sententia authoris, nu. 23.
Quid si ea conditio sit potestatiua? Refertur duplex sententia, num. 24. & 25.
Explicatur sententia Authoris, nu. 26. & 27.
Quid si tempore euenientis conditionis fiscus nondum bona rei agnouerat, nu. 28.
Quid si conditio sit de præterito, aut præsenti, num. 29.
Satisfit argumentis: & explicatur l. Quoties. ff. de nouat. n. 30.
Post nu. 30. inuenies reliqua summaria, quæ desiderantur.

13 QVæstio secũda. An reputẽtur inter bona cõdẽnati futura, quæ nõ publicãtur, debita sub cõdõne, quę post condemnationẽ impletur. Præmittendũ est (vt bñ explicat *Ant. Gomez. tex. et Doctores, afferẽs, to. 1. variar. c. 12. n. 60.*) & expresse hr̃ *l. vnica, §. sin aũt sub cõdõne, C. De caducis tollẽd.* triplicẽ esse condõnẽ, quoad rẽ p̃sentẽ attinet. Quædã est potestatiua, q̃ dr̃, qñ ita facilis est, vt a sola eius cui ĩponitur, volũtate pẽdeat. Vt si ĩpleuerit q̃d iã leue, vt ipse solus ĩplere valeat. Quædã casualis, q̃, nimirũ, ex fortunæ euentu pẽdet. Vt si nauis venerit ex Asia. Quædã mixta, q̃ scilicet, partim ex voluntate eius cui imponitur, & partim aliũde pẽdet. Vt si Bertã duxerit. Hæc. n ẽt ex Bertæ voluntate, & alijs euentib. pendet. Vel si talem cõtractũ cum aliquo inierit, vel si vltra mare vel in alias lõginquas partes ierit, aut nauigarit.

14 Quidã cẽsent oĩa iura cõdõnalia, siue ex vltima volũtate, siue ex cõtractu, debita delinquẽti publicari, ẽtsi condõ post sñiam eueniat. Ducuntur, quod tpe delicti habuerit ius quoddã ad illa, etsi pendẽs a cõdõnis euẽtu: at sub generali cõfiscatione, qualis est hæc cõprehẽduntur oĩa iura, & actiones (Vt diximus n. 3.) Sic tenet *Grãmaticus cõs. criminali 7 nu. 3.* Alijs placet neutrũ ius cõfiscari, sed sola absoluta delinquẽtis iura. Ducunť q̃a bona post confiscationem acquisita non publicantur. (Vt diximus n. 8.) At hmõi sunt conditionalia, quãdo post publicationẽ impletur condõ, cũ deberi incipiant impleta conditione. Sic tradunt *Ang. tractatu maleficiorum, verb. Et eius bona publicamus, nu. 12. Imola l. quoties 14. n. 3 ff. de nouat. & ibi Paulus nu. 4. Ang nu. 4. Bald. ibi. §. Sed si in fi. Nellus de bannitis, 1. p. secundi tẽporis n. 31. (habetur to. 11. tractatuum par. 1.) Plotus inter consilia criminalia Zileti to. 1. consi. 130. n. 97.* Atque manet dubius *Cumanus d. l. quoties nu. 4. duplici sequenti.*

15 Prima tamen conclusio sit. Si debita, aut iura conditionalia descendant ex vltima volũtate, vt si sint hæreditas, aut legata, aut fideicõmissa conditionalia, nõ publicantur quando cõditio extat post condemnationẽ. Quia in vltimis voluntatibus implementum conditionis non retrotrahitur, sed inspicitur tẽpus, quo illa impletur, *l. 1. §. Serui. ff. ad Syllan. l. si cũ hæres. 4. ff. quando dies legati, regula. Quæ legata 18. ff. de reg. iur.* Atque ita cum tẽpore impletæ conditionis, hoc est, post condemnationẽ, dicantur ea bona verè acquiri, reputabuntur bona futura, quæ in confiscatione nõ comprehendi diximus n. 8. Præterea, quia in vltimis voluntatibus nulla dispositio conditionalis transmittitur ad hæredes, sed perit obitu instituti ante conditionis euentum, *l. Legata sub conditione 41. ff. de condit. & demonst. & l. vnica, §. Sin aũt sub conditione, C. de caduc. tollend. l. regia, 34. tit. 9.*

par.

far.6. ergo nec ad fiscum. Iuxta regulam n.5. traditam. Et ita docent glo. l. Non ad ea.88. verb. Præsens. ff. de condit. & demonst. Bar. l. quod traditum est.86. ad fin. ff. eod. tit. & ibi Alex. in addit. litera B, & ibi Imol. num.4. idem Alex. addit. ad Bar. l. quoties n.2. litera B. ff. de nouat. Romanus, l. si marito.32. in principio, nu.24. ff. solut. matr. & consi.247. num.1. & 2. & singulari 170. in noua edit. & in antiqua 168. nu.1. Bal. l. etiam n.4. C. ad leg. Falcid. Decius consi.235. num.5. vers. Sed in casu isto, vol.2. Ang. tractatu maleficiorum. verbo. Et cuius bona publicanus, nu.12. Fel. c. ad liberandum n.1. notab.2. de Iudæis. Iacobinus de Sancto Georgio, l.3. §. illud quoque, in priori lectura, n.2. & in posteriori, n.2. ff. quod quisque iuris, & ibi Horoscius, §. Si q postea, nu.3. Chassanaus in consuetudinib. Burgundiæ, rubr.2. §.2. in principio, nu.24. limitat.2. Anton. Gomez. l.4. Tauri, nu.4. & to.3. variar. c. vltimo, num.2. Tello ead. l.4. nu.36. Quemada in suis quæst. fiscalibus, q.10. Simancas de cathol. instit. tit.9. nu.62. Pinellus de bonis matern. rub. p.1. n.3. Decianus consi.13 n.337. vol.1. Menochius consi.101. nu.25. vol.1. Bossius in sua practica, tit. de bonorum public. nu.14. Peregrinus de iure fisci, li.5. tit.1. nu.132. Barbosa l. si constante 25. §. finali, num.4. ff. solut. matrim. Auendaño iunior l.4. Tauri, glo.7. nu.5. Azebedo lib.4. recopil. tit.10. l.3. nu.141. & 142. Farinacius in sua practica, in noua editione, to.1. p.1. tit. de delictis, & pœnis, q.25. n.143. & 144. Hondedaus consi.95. nu.71. vol.1. Vasquez 1.2. q.96. art.5. disp.169. c. nu.7. Azor to.1 instit. moral. lib.5. c.7 q.8.

16 Atq; retenta snia q nu.10 tenuimus, nẽpe bonorum cõfiscationẽ itelligi de solis bonis habitis dũ perseuerat delictũ, dicendũ est, etsi impleatur hæc conditio ante iudicis sententiam, postquam tamen cessauit hæresis, non cõfiscari hæc legata. Quia cum tunc acquirantur, reputabuntur ad bona futura, quæ in confiscatione nõ clauduntur. Et satis fauent Doctores nu.18. allegandi, qui bona post delictum obuenientia reputant futura.

17 Quidã hanc conclusionẽ temperant, qñ conditio est casualis, secus quando est potestatiua, aut mixta: & sic dicunt relicta sub hac duplici conditione transferri in fiscũ. Et probant ex l. In facto.59. §. Fiscus. ff. de condit. & demonst. ibi: Fiscus eisdem cõditionibus parere debet, quib. persona, a qua ad ipsum quod relictum est, peruenit. Sic Romanus eod. singulari 17. nu.1. Chassanaus in consuetudin. Burgundiæ, rubr.2 §.2. in princ. nu.24. limit.1. & 2. Horoscius relatus, nu.15. Ceterũ hæc limitatio displicet, quia relicta sub quacumque ex his conditionibus non transeunt ad hæredes, defuncto instituto ante conditionis euentũ. Vt expressè habetur l. vnic. §. sin autem aliquid sub condit. C. de caducis tollend. & docent Couar. q. pract. c.39 in fine, & Anton. Gomez 2 to. variar. c.11. num.26. Nec aliquo est cautũ iure, vt aliqua ex his cõditionibus retrotrahatur. Quæ sunt rõnes nu.15. adductæ ad probandũ debita conditionalia ex vltima voluntate non transire in fiscum. Cum ergo in omnibus his conditionibus, æquè procedant rationes illæ, idem in omnibus illis est censendũ. Et ita reliqui Doctores eo. nu.15. adducti tradidere indistinctè eam cõclusionem. Nec obstat §. Fiscus, adductus, pro hac limitatione. Quippe ibi nõ deciditur vlla legata cõditionalia pertinere ad fiscũ, nec de ipsis est verè sermo: sed tm̃ deciditur, cum legatum aliquod, cui aliquod onus, seu grauamen iniungitur, transit in fiscum teneri eum idem grauamẽ implere. Quando autem id legatum in fiscũ trãseat, nõ exprimitur ibi. Et ita glossa finalis ibi explicat casum, in quo fiscus succedit, qui est, si testator leget aliquid incapaci, cum grauamine dandi decem Titio, succedet fiscus in id legatum & tenebitur illa decem dare.

18 Hinc deducitur, si delinquẽs cuius bona publicãtur, sit substitutus alteri, & post cõdemnationẽ eueniat cõditio, seu tps substitutionis, non esse ea bona publicanda, quæ delinquẽs ratione illius substitutionis, cõsequitur. Quod ea bona reputentur futura Constat ex l. Substitutio.42. ff. de acquir. rerũ dom. ibi: Substitutio, quæ nondum competit, extra bona nostra est. Sic tradunt Bal. l. Ex facto §. finali. nu. vnico, vers.6. ff. de vulgari. Albericus de statutis, li.3. 12. q. n. vnico. Gigas de crimine læsæ maiest. q. in fine. Peregrinus de iure fisci. lib.5. tit.1. num.94. Farinacius eadem q.25. nu.144. Baiardus alios referens addit. ad Iulium Clarum lib.5. recept. quæst.78. nu.107.

19 Sed limitanda est conclusio, nisi id ius conditionale ex vltima voluntate descendens, sit passiuum, transit enim in fiscum. Constat ex l. Statius Florus 48. §. finali. ff. de iure fisci. & l. Ex facto §. Ex facto. ff. ad Trebel. vbi deciditur fiscum teneri soluere fideicõmissum conditionale, ad quod delinquens tenebatur, etsi conditio post cõdemnationem extiterit. Nec satisfacit solutio Iasonis l. Si quis arbitratu, nu. penultimo. ff. de verb. oblig. dicens eos textus loqui de fideicommisso puro, etsi id possit effici cõditionale, si fideicommissarius decedat ante condemnatũ. Quia optime Barbosa l. Si constante 25. §. final. nu.5. ff. solut. matrimon. ait esse falsam hanc interpretationem. Quod fideicommissum relictũ post alterius mortem est conditionale, probat aperte textus l. Hæres meus ff. de condit. & demonstrat. Et ideo hanc limitationem amplectuntur Alexander l. Si marito 32. in principio, nu.2. ff. solut. matrimon. Barbosa eodem numero 5. & 6.

20 Quod si cõditio illa legati aut hereditatis, impleatur ante condemnationẽ, confiscabũtur ea bona. Quia cũ in vltimis volũtatibus conditio non retrahatur, sed inspiciatur, quoad acquisitionẽ, tempus quo illa euenit, reputabuntur ac bona ante condemnationẽ acquisita, quæ omnia publicantur. Sic Vasquez 1.2. quæst.97. artic.5. disputat.169. cap.1. num.7. Et nemo de hoc dubitat. Quod tamen intellige iuxta sententiam nu.10. à nobis traditam, quando conditio euenit ante condemnationem iure factam, seu quando delictum nondum cessauit. Nam acquisita postquam delictum cessauit probanimus ibi non publicari. Item intellige, quando tempore euentus conditionis delinquens erat capax succedendi: si enim esset incapax, dicemus, num.34.

21 Secũda conclusio. Si ea iura, & debita conditionalia descendant ex contractu, etsi impleatur conditio post condemnationem, pertinent ad fiscum. Probatur ex l. Inter socerum 26. ad finem. ff. de pactis dotalibus vbi patet filiam dotans stipulatus est dotem sibi reddendã, si filia duranti eo matrimonio obiret, atq; eo duranti sunt postea bona patris publicata, & decidit textus filia postea obeunti ante eius matrimonii solutionem, & sic impleta stipulationis conditione post patris condemnationẽ, dotem ex ea stipulatione cõditionali debitam patri publicari. Et ratio est, quia in contractibus implementum conditionis retrotrahitur, ac est perinde, ac si tempore, quo apponitur, esset impleta. l. Potior 11. in principio. ff. qui potiores in pignore habeantur & l. Si filiusfamilias, in principio. ff. de verbor. obligat. Quare iudicandum est, ac si à principio ante condemnationem fuisset id ius perfectè acquisitum condemnato. l. Perinde. ff. Si certum petatur, vnde confiscabitur cum reliquis bonis per ipsum acquisitis. Præterea, quia iura cõditionalia ex contractibus cõsurgentia transmittuntur ad hæredes, vt expressè deciditur §. Ex conditionali, instit. de verborum obligat. Et ideo hanc conclusionem tenent Baldus. l. finali. num.13. C. de contrahent. & ibi Salicet. numero 7. quæst.5. Romanus triplici loco, Alexander Iacobinus, Imola Horoscius, Simancas, nu.11. Peregrinus num.77. Decianus. Quemada, Tello, Pinellus, Antonius Gomez vtroque loco. Menochius nu.26. Baiardus nu.105. Bossius, Farinacius nu.146. Hondedaus nu.72. Barbosa, Bossius Auendaño iunior, Azeuedo, Vasquez nu.5. Azor, vbi eos num.15. retuli.

22 Quidã limitant quando hæc iura conditionalia sunt, actiua, id est quæ debentur delinquẽti ratione alicuius contractus, & sic ea pertinebunt ad fiscum, etiamsi conditio eueniat post condemnationem: & sic intelligunt textum d. l. Inter socerum, allegatum numero præcedenti; secus de iuribus conditionalibus passiuis, id est, de iis,

quæ ex contractu aliquo conditionali debet cōdemnatus ea enim aiunt non transire in fiscum euenienti conditione post condemnationem. Ducuntur ex *l. Quoties 14. in fine ff. de nouat. ibi: Et ideo si forte persona promissoris pendente conditione fuerit deportata, Marcellus scribit nec existente quidem conditione vllam contingere nouationem, quoniam nunc cum existit conditio, non est persona, quæ obligetur.* Et ratio est, quia etsi in hæredem transeat omnia iura conditionalia actiua, & passiua defuncti, *§. Ex conditionalis instit. de verbo. oblig. l. vnica C. vt actiones ab hæred.* At cum dixerimus nu. 4. fiscum nō esse proprio hæredem, nil mirum si iura passiua conditionalia in eum non transeant. Secūdo, quia non debet quid incipere eo casu, quo finem accipere debet, *l. Titio cum moritur. ff. de vsufruct.* Sed si tpe delicti dies obligationis cœpisset, obligatio ipsa fuisset extincta in huius cōdenati psona, *l. Si debitori. 48. ff. de fideiussor.* Ergo eo tpe non dēt in eius persona initium accipere, vt ab eadē transseatur in fiscum. Et ideo ita tenent *Bar. d. l. quoties nu. 2. & l. certa forma. nu. 6. C. de iure fisci lib. 10. Aretin. cons. 110. nu. 3. ad fin. Iaf. alios referens l. si quis arbitratu nu. penul. ff. de verb. oblig. Loffredus cons. 33. nu. 5. Boerius cons. 1. nu. 8. Horoscius l. 3. §. si quis postea, nu. 3. ff quod qu sque iuris, Iulius Clarus lib. 5. receptarum. q. 78. nu. 23. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 87. & 88. & 89. Azebedo lib. 4. recopil. tit. 10. l. 3. nu. 13. in fine.*

23 At hæc limitatio displicet, & existimo etiam passiua condemnati iura ex conditionali contractu orta transire in fiscum. Quod ideo actiua transeant, quia conditio illa retrotrahitur, ad tempus quo contractus est initus. (Vt n. 21. diximus.) Ergo ob eandem rationem passiua quoque transibunt. Cum perinde sit in vtroque casu, ac si obligatio esset ante delictum contracta. Quare succedit regula textus in *l. Non possunt 11. ff. de iure fisci. ibi: Nō possunt illa bona ad fiscum pertinere nisi quæ creditoribus superfutura sunt. Id enim bonorum cuiusq; esse intelligitur, quod æri alieno super est.* Præterea, quia multo facilius iura passiua trāseunt in fiscum, quā actiua: quippe passiuū fideicommissi conditionale ius transit in fiscum, iuxta dicta nu. 19. Cum ius actiuum fideicommissi conditionalis non transeat, iuxta dicta n. 15. Cum ergo iura actiua ex contractu conditionali transeant in fiscum, a fortiori transibunt passiua. Item, quia bona acquiruntur fisco cum suo onere, *l. Ex facto, §. Ex facto. ff. ad Trebell.* Cum ergo bona condemnati sint subiecta æri alieno, transibunt in fiscum, cū onere ea soluendi: & ideo iura hæc passiua ex conditionali contractu debita a condemnato, transferentur in fiscum, tanquam in vniuersalē successorem. Tandem, quia creditores sub conditione suot veri creditores, *l. Creditores, ff. de verb. signif. l. It cui, 41. ff. de action. & oblig.* & tradit *Bar. communiter receptus l. 1. nu. 32. ff. si certum pet.* Ergo perinde ac fiscus tenetur ipsis satisfacere, sicut creditoribus absolutis. Cum vtrique sint veri creditores. Et ideo ita tenent *Bal. l. finali. nu. 15. C. de contrah. empt. & ibi Salcetus nu. 7. q. 5. &* optimè *Romanus, l. si marito 32. in principio nu. 24. ff. solu. matrim. & ibi Alexand. nu. 2. & addit. ad Bar. l. quoties, nu. 2 litera B. ff. de nouat. Barbosa l. Si constante 25. §. finali. nu. 5. ff. soluto matrim.* & in hanc partē inclinat, licet dubitans, *Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicat. nu. 14.*

24 Secundo alij limitant, vt debita ex contractu conditionali transeant in fiscum, impleta conditione post sententiam, quando conditio est casualis, vel mixta: secus quando est potestatiua. Et ratio est, quia conditio potestatiua nō retrotrahitur, sed in ea inspicitur tempus impletæ cōditionis, *l. Qui balneum. 9. in principio & l. potior 11. in princ. ff. qui potiores in pignore.* Ergo sicut hac ratione diximus nu. 15. debita conditionalia ex vltimis voluntatibus, non transire in fiscum, idem dicēdum est de debitis ex contractu sub hac conditione potestatiua. Et confirmatur quia cum hæc cōditio non retrotrahatur, sed vim habeat a tempore, quo euenit, erit perinde, ac si tempore, quo euenit, delinquens damnatus contraheret: cum autem tunc bona sua sint fisci, nequit ei suo contractu præiudicare. Et ideo ita sistinent *Bald. l. finali nu. 15. ver. Ego autem, C. de contrahend. empt. Alexan. l. si marito 32. in principio. nu. 2. ff. soluto matr. Antonius Gomez to. 3. variar. c. vltimo, nu. 2. ad finem. Emmanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verb. Confiscatio, nu. 164. & 165. Farinacius in sua practica, in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis, q. 25. n. 147. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. c. 1. nu. 5 & 6.*

25 Alijs displicet pdicta limitatio, atq; dicunt iura descendentia ex contractu sub conditione potestatiua inito, transire in fiscum. Sic *Chassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica 2. §. 2. in principio, nu. 24. limitatione 2. Baiardus addit. ad Iulium Clarum lib. 5. receps. q. 78. nu. 10. Barbosa dict. §. finali, nu. 6.* Atque ea ratione ducitur *Barbosa*, quia condemnatus non debet priuari ea potestate, quam antē sententiam habebat, & quæ ad fiscum non transijt *l. Cum pater §. Hæreditatem. ol. ff. de legat. 2.* Secundo, quia passiuum fideicommissi ius sub ea conditione potestatiua relicti, transit in fiscum, iuxta dicta nu. 19. Et tamen in vltimis voluntatib. implementum conditionis non retrotrahitur, iuxta dicta num. 15. Ergo huic translationi in fiscum non obstat, conditionem potestatiuam contractibus adiectam nō retrotrahi.

26 Sed res hæc est confusa, quod neutrius sententiæ authores distinguāt, an hæc iura sub conditione potestatiua delinquēti competentia, sint actiua, an potius passiua. Quod tamen distinguendum esse censeo. Si ergo sint actiua, vt quia tēpore habili, vt ante delictum, promiserat reo aliquid tertius sub conditione potestatiua, vt, Si hoc feceris, dabo tibi decem; & conditio non est impleta per ipsum reum tempore habili: difficultas est an hoc ius conditionale actiuum pendens ex eius conditionis potestatiuæ impleméto competens delinquēti, transeat in fiscum, ita vt fiscus eam conditionem implens acquirat rem promissam. Peculiaris autem dubitandi ratio est: quia non transeuntia in hæredes, nec in fiscum transeunt, iuxta dicta num. 5. At contractus sub hac conditione initus, & ius illius implendæ non transeunt in hæredes, sed sunt personalia & ipso, cui conditio imponitur, non implente, euanescunt: cum. n. sit conditio, debet verè, & in specifica forma impleri, nun autem fictè, vt quando impletur per hæredem, vt a contrario sensu colligitur ex *l. Si decem cum petiero. 48. ff. de verb. oblig.* Et citatis *Bartolo & multis alijs* tradit *Antonius Gomez tomo 2 variar. c. 11. nu. 36.* & multis Doctoribus citatis, & varijs textibus comprobans *Couar. quæst. practicis, c. 39. nu. 1. versi. Obstinuit tandem,* dicit hoc omnium ferè consensu receptum esse. Non ergo ius hoc transibit in fiscum. At existimo transire, quo conditionem potest fiscus implere ad eundem effectū, quem contrahentes intenderunt. Quod docent *Simancas de catholicis instit. tit. 9. nu. 11. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disput. 169. c. 1. num. 6. Azor tom. 1. instit. moralium, lib. 5. c. 7. q. 8.* Et quamuis ipsi non explicent, an loquantur de iure actiuo, an de passiuo, loquuntur apertè de actiuo: nam quando ius condemnati est passiuū, non ipsi condemnato incumbit onus implendæ illius conditionis, sed alteri cum illo contrahenti. Et in hoc casu est vera posterior sententia relata, num. præced. Ratio autē est, quia conditionis implendæ ius qualiscumque sit illa, transmittitur ad hæredes, quoties impleri per illos valet, in forma expressa, aut æquipollenti ad eundem effectum a contrahentibus intentum. Vt latissimè multis citatis, ac contrarijs respondens, probat *Couar. eo c. 39. a nu. 2. vsque in finem.*

27 Quando autem ius condēnati sub conditione potestatiuā est passiuum, vt si condemnatus, ante delictū, & subinde tempore habili inierat pactum, cum aliquo tertiu, Si hoc feceris, dabo tibi centum, & post delictum implet

implet ille tertius conditionem, difficultas est, an teneatur fiscus succedens in vniuersa illius delinquentis bona, hoc conditionale debitum soluere, atque sic hoc ius passiuum transeat in fiscum: sicut transeunt omnia iura passiua absoluta condemnati. Et quidem posterior sententia relata nu. 25. affirmat trãsire, & in hoc casu videtur loqui *Barbosa ibi relatus*, idque sua ratio probat. At potius placet prior sententia, num. 24. relata, quæ ait nõ transire in fiscum. Quippe id fortissimè probat ratio ibi adducta. Hoc tñ est limitandũ, nisi ex illius cõditionis implemento sit fiscus factus ditior. Vt quia inde in facultates delinquẽtis vtilitas redundauit; tunc. n. tenebitur fiscus, quatenus ditior est effectus. Sicut teneri illum ex omnibus contractibus post delictum à reo initis, inquantum ditior factus est, dicemus c. 22. nu. 68.

28 Alij limitant, vt fiscus teneatur ad iura passiua condẽnati, quando conditio extitit post agnita a fisco bona condemnati, secus quando ante ea agnita. Sic *Raynerius de Forliuio citatus a Doctoribus allegandis.* At merito hoc improbant *Bald. l. fin. nu. 15. C. de contrah. empt. & ibi Salic. n. 7. Alex. l. Si marito, 32. in princ. num. 2. ff. solut. matrim. Barbosa l. Si constante 25. §. fin. num. 7. ff. eod. tit.* Quia nil refert ad hoc, siue fiscus agnouerit bona, siue nõ, cũ sit illa apprehẽsurus, tanq̃ vniuersalis successor.

29 Tandem dicta hucusq; de contractu conditionali, sunt intelligenda, qñ conditio est de futuro; si. n. sit de præsenti, aut præterito, vt si hoc ita est, vel ita fuit, si res ita se habet, ac ponitur in conditione, transeunt ea bona in fiscum, si verò non ita se habeat, euanescit cõtractus tanquam deficienti conditione. Quia in priori casu acquirũtur statim bona, ac si contractus esset absolutus, *l. Cũ ad præsens, ff. Si certum petatur*, & ita fiscus tanquam in bona iam illi condemnato acquisita succedet. In posteriori autem, nil acquisitum est delinquenti, & subinde, nec fisco acquiritur. Et ita tradunt *Anton. Gomez. to. 2. variar. c. 11. nu. 38. corollario 5. & to. 3. c. vltimo, n. 2. Farinacius in sua practica, in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis, q. 24. n. 147. Bsardus addit. ad Iuliũ Clarum lib. 5. recept. q. 78. n. 106. Vasquez. 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. c. 1. n. 6.* Atque idem iure optimè dicit *Azebedo lib. 4. recopilat. tit. 10. l. 3. n. 144.* de legatis sub conditione de præsenti, aut præterito; ea enim confiscantur, existẽte ea conditione vera. Quod eadem sit ratio.

30 Ad argumẽta contraria n. 22. proposita rñdetur. Ad textũ *l. Quoties*, rñdet *Baldus l. fin. nu. 15. vers. Ego autẽ, C. de contrah. empt.* eum intelligi, quando conditio est potestatiua; & ita dicit ius sub ea condõne cõpetens delinquenti non transire in fiscum. Ad hunc intellectũ reprobat optimè *Barbosa l. Si constante, 25. §. fin. n. 6. ff. solut. matr.* tũ quia absq; fundamẽto, & quasi diuinando ait conditionẽ illã fuisse potestatiuam; tum ẽt quia verba dicti textus, in fine, magis indicant eã conditionem fuisse casualem. Alij explicant, vt intelligatur, qñ fiscus nondũ agnouerat bona, tpe quo cõdõ euenit. Sic *Raynerius relatus n. 28.* quẽ merito reprehendũt *Baldus, Salicetus. Alexãder, Barbosa ibidẽ relati*: tũ q̃a id diuinat; tum ẽt quia id nõ est in se verum, vt ibi probaui. Quare legitimus intellectus est, quẽ tradit *Salicetus l. fin. n. 7. ad finẽ, C. de contrah. empt. & Barbosa eod. §. vlt. num. 7. & 8.* vt in eo textu sit duplex quæstio. Prior est, an aduenieñte conditione inducatur obligatio. Posterior est an esto ea inducatur, ea sat sit ad nouationem inducẽdã, idest, ad transferendam primã actionem in aliam nouantẽ. Quoad priorem qõnem dicẽdum est, illam obligationem induci, & sic manere fiscum obligatũ ad iura conditionalia passiua condẽnati, vt nu. 23. probaui, nec hic textus contradicit. Quoad posteriorem autẽ, dicendum est eam non sufficere ad inducendam nouationem; & hoc est, qd ille textus decidit. Et ratio est huius discriminis; quia quamuis fiscus non sit propriè hæres, nec propriè condemnati personam repræsentet, est tamen propriè vniuersalis bonorum eius successor, (vt vtrumque nu. 4. probaui) quæ vniuersalis successio facit eum teneri ad omnes condẽnati obligationes; hæc tamen obligatio non erit sufficiens ad inducendam nouationem Quippe, vt vna obligatio in alteram transfundatur, & sic nouetur, oportet, vt illa, quæ nouatur, sit verificata in persona promissoris, aut veri hęredis repræsentantis eius personam, *l. Nouatio 24. ff. de nouationibus*, qualis non est fiscus. Ad rationem autem ibi allatam respondetur, non opus esse fiscum esse propriè hæredem, sed satis esse ad eam obligationem subeundam, vt sit vniuersalis successor. Ad secundam constat ex dictis n. 23. cum enim conditio illa retrotrahatur, est perinde, ac si esset tempore habili impleta, quo fuit apposita.

S V M M A R I V M.

An hæreticus sit capax successionis ex testamento, & ab intestato, & legatorum, & fideicommissorum, ita vt hęc nõ pertineant ad fiscum, nec teneatur ea restituere? Refertur duplex sententia, nu. 31. 32. & 33.

Traditur hæc regula, quando lex auferens hæreditatem, vocat ad eam hæredes ab intestato, impedit acquisitionem: secus si vocet fiscum, nu. 32.

Explicatur sententia Authoris, nu. 34.

An si hæreticus ille habeat filios, succedant auo paterno, quãuis pater viuat, nu. 35.

An hæreticus sit capax donationis, & ea sit donanti, an potius fisco reddenda, nu. 36.

An publicentur, quæ hæreticus labore, artificio, aut negociatione acquirit, nu. 37.

An relictũ donatũve sciẽter hæretico, pertineat ad fiscũ, n. 38.

An peccet sic donans, aut relinquens. nu. 39.

An hæreticus sit herum capax, postquam ab Inquisitoribus reconciliatus est, aut ad fidem rediit, nu. 40.

An hæreticus sit capax legati alimentorum nu. 41.

An alimenta alicui relicta publicentur, nu. 42. & 43.

Quid quando vsusfructus legatus resoluitur in alimẽta, & qñ nõ resoluitur, an cõfiscetur vsusfructus in eis inclusus, n. 44.

Quid si solus alicuius prædij vsusfructus legetur, nu. 45.

An debitum hæretico, siue ex contractu, siue ex vltima voluntate in singulos annos publicetur, nu. 46.

An hæreditas delata, nondum tamen adita ante crimen publicetur? Refertur quadam sententia, nu. 47.

Explicatur sententia Authoris, nu. 48. & 49.

An in fraudem creditorum possint repudiari hæreditas, legatum, & donatio, nu. 50.

An similiter liceat cedere, seu renũciare in fauorem alicuius, aut precio accepto repudiare, nu. 51.

An hæc repudiatio possit similiter fieri fisci in fraudem? Refertur quadam sententia, nu. 52.

Explicantur sententia Authoris, & textus l. in fraudem, ff. de iure fisci, nu. 53.

An peccet renuncians sic in fraudem, nu. 54.

An valeat remissio debiti, an potius id confiscetur, nu. 55.

31 QVæstio vltima. An hæreditas delata hæretico, nõdum tñ ab eo adita veniat in bonorũ confiscatione: possitq; ab eo in fisci fraudẽ repudiari? Quæstio hęc duplicem inuoluit difficultatem. Prior est, an hæreditas delata, & nondum adita, ad fiscum pertineat. Posterior, an ea possit in fisci præiudicium repudiari. Circa priorem difficultatem refert multum, an ea hęreditas deferatur hæretico postq̃ eo crimine irretitus est, an antea. Si priori mõ deferatur, pendet huius difficultatis solutio ex altera: nẽpe, ex capacitate, aut incapacitate hæretici ad succedendũ: nã si sit incapax, minime acqretur fisco vtpote quæ non est hæretici: si aũt sit capax, illamq; adeat, succedet fiscus, sicut in alia hęretici bona. Quidam sentiunt esse capacem, & verè acquirere eã hæreticum ante sñiam criminis declaratoriam, ac proinde tenentur dicere illã ab hæretico aditã confiscari. Probatur quia oẽs textus adduci soliti ad probandam hãc incapacitatẽ, eã non probant. Quippe adducitur *c. Excõicamus, el 1. §. Credentes, de hæret. quod trãscribitur auth. Credentes, C. de hæreticis*, vbi apertè dr̃ hæreticos

esse successionis cuiuslibet incapaces. Quod ad rē non facit; quia ibi est solū sermo de credentibus, defensoribus, receptatoribus, & fautoribus hereticorum, & hoc, qñ excōicatione notati fuerint, & contempserint intra annū satisfacere. Allegatur ēt *c. Si quis Episcopus, de heret.* quod ēt ad rem non facit, quia ibi solum imponitur pena Episcopis instituentibus hæreticos suos hæredes. Quæ prohibitio cum non sit generalis, non probat incapacitatem hereticorum ad succedendum alijs, atque esto esset generalis, eam non probaret. Quod nullū ibi addatur verbum gesta in contrarium irritans. Citatur etiam *c. In eos, de heretic.* vbi solis Episcopis & clericis, interdicitur aliquid hæreticis cōferre. Et *ibi gloss. verbo Nihil*, ait intelligi, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, cum textus nō distinguat. Quæ similiter prohibitio nec est generalis, nec contra gesta reddit irrita. Adducitur ēt *l. Manichaos 4. C. de heret.* ibi: *Ipses quoq; volumus amoueri ab omni liberalitate, & successione quolibet titulo venienti*. Sed hic textus non continet latā sniam, sed ferendam. Quia verbum, Amoueri, non importat sniam latam, iuxta veriorem sententiam, quam multis citatis sustinet contra alios *Tiraquellus l. Si vnquam, ver. Reuertatur, in noua editione, num. 172. & 173 C. de reuoc. donat.* Nec obstat etiam textus in *l. finali, C. de heret.* qa ibi solum extenditur *prior illa lex Manichaos*, vt habeat locum, etiam si hereditas, vel legatum, vel fideicōmissum obueniant hereticis ex testamento militis. Tandē solet probari argumento ducto ex crimine læsæ maiestatis humanæ, ob quod priuantur filij admittentium id crimē, omni successione materna, vel auita, vel proximorum, ac omni successione testamentaria, *l. Quisquis 5. §. Filij vero. C. ad leg. Iuliam maiestatis.* Quod a fortiori dicendum est de ipsius criminis reis. Cum ergo crimen lesæ maiestatis diuinæ sit simile, ac multo grauius, idem in hoc dicēdū erit. Quippe valet ab illo ad hoc argum. vt ex multis probabitur hoc 2. lib. c. 28. nu. 4. in rōne 2. Verum nec hoc argumentum concludit; quia in pœnis extēdendis id argumentū est inefficax. Vt eo. c. 28. nu. 5. in confirmatione, & ratione vltima ostendemus. Alia, quę de huius regni iure afferuntur, referemus nu. sequenti. Et ideo hanc sentētiam tenet *Imola, c. 2. n. 44. de testament.* vbi hęc ait; *Si hereticus instituatur hares, acquirit, etsi postea bona illa confiscentur.* Et *Leonardus lib. 1. de iustitia c. 19. dub. 5. n. 52.* vbi ait, si hæreticus hæres instituatur, aut legatarius, probabile esse non teneri eum ante sniam restituere, vel certè antequam Catholici heredes se opponant, etsi. n. ex rigore iuris videātur heretici teneri; at id ius tanquam valde durū ait nō eo esse rigore receptum. Idem tenet expressè *Molina to. 3. de iustit. disp. 658. num. 19. statim in principio*, vbi hæc ait; *Haretici neq; testari possunt, neq; haredes institui, aut accipere fideicommissum, aut legatum ex testamento, ēt militis, quod si aliquid antequam de haresi condemnentur, obtinuerint, aut ad illud ius habuerint, id totū amittunt fisco à puncto cōmissi delicti secuta sententia condemnatoria.* Idē satis apertè indicat *to. 1. de iust. disp. 154. col. 3. vers. c. Felicis*, vbi postq̃ *tota ea disput.* dixerat hereticos, & alios multos non posse institui hæredes, subdit hæc; *Quando autem in pœnam pro delicto imponitur, necessariā arbitror sententiā condemnatoriam, vt talis delinquens in cōscientia foro ab hereditate abstinere teneatur.* Idē videtur clarè sentire *Azor to. 1. instit. mor. li. 5. c. 8. q. 1.* vbi dicēs hæreticū a die cōmissi criminis nō posse rei sibi relictę, aut donatę dominium acquirere, subdit hęc; *Post criminis vero declaratione id quod testamēto habet acceptum, pertinet in foro conscientia ad legitimos haredes eius, qui ipsi legauit, quod vero donatione accepit, debet queque, vt sit tuta cōscientia, restituere ei qui donauit, vel eius haredibus.* Vbi clarè videtur sentire eum ante sniam non teneri restituere. Eiusdem sententię sunt apertè *Rojas in singularibus fidei, singulari 79. & Decianus in sua practica criminali, lib. 5. cap. 44. nu. 17.* vbi dicunt succedere fiscum in relicta hereticis: si enim essent incapaces, ac pro non scriptis haberentur relicta ipsis, non succederet in ea fiscus, vt num. sequenti probabitur.

32 Alij verò cēsent hereticos esse cuiuslibet successionis, & legati incapaces, ac proinde tenentur dicere eos in foro conscientiæ teneri ante omnem sniam restituere, sicut tenentur spurij & alij, qui non solum indigni, sed incapaces quoq; sunt: ĩcò vel maximè, quod dicūt hæc restituenda esse heredibus ab intestato, & nō fisco. Si. n. heretico acquirerentur, essent vtique fisci secuta sententia. Nam quę sunt heredibus ab intestato restituenda, hñr pro non scriptis, vt statim probabo: at si non essent scripta, nullum ius acquirerent heretici. Probatur autē hęc hereticorum incapacitas: quia quoties lex ob proprium instituti delictum, priuans illum hereditate, eā non applicat fisco, sed alijs heredibus, reddit illum incapacem, & eam institutionem tanquam non scriptam reputat. Si enim esset illius capax, non esset locus heredibus ab intestato, cum testamentum valuerit quoad eam institutionem, vel legatum, sed in pœnam succederet fiscus. Constat ex *l. 3. ff. de his qua pro non scriptis habentur*, ibi: *Pro non scripto est.* Et *l. 1. C. de hared. institut.* ibi: *Sed hareditas est in ea causa, ac si haredes scripti non fuissent.* Quippe incapax habetur pro mortuo *l. 1. §. Sed si patronus, ff. de coniung. cum emancip.* ibi: *Pro mortuo habetur.* Et hanc regulam tradunt *Bar. l. hareditas, nu. 3. C. de his quib. vt indign. & ibi Bald. nu. 6. Paulus nu. 5. Ias. nu. 10. & communis ibi. Idem Ias. l. 1. n. 3. C. de hared. institut. Socinus senior consi. 22. nu. 13. lib. 1. Hippolytus consil. 93. nu. 15. & 17. Gulielmus Benedictus c. Raynutius, verb. Mortuo itaq; testatore, el 1. n. 37. in fine, de testam. Couarr. 4. decret. 1. p. c. 8. §. 5. n. 9. in fine, Gregor. Lop. l. 2. verb. Nō puedan, tit. 2 p. 7. Bossius in sua practica, tit. de his quibus vt indignis bona auferūtur, n. 3. Menochius cōsi. 1 6. num. 1. vol. 2. & cons. 1128. n. 4. vol. 12. & cons. 101. nu. 36. vol. 1: Molina lib. 1. de primogen. c. 9. n. 26. & 27. Mores de maioratu in priori editione p. 1. q. 1. nu. 93. Ceruantes l. 4. Tauri n. 38. Farinacius in sua practica, in noua editione tom. 1. p. 1. titulo de delictis & pœnis, q. 25. nu. 139 Peregrinus de iure fisci, lib. 3. tit. 1. n. 2.* At hereditas heretico relicta aufertur ei, & applicatur heredib. ab intestato. Vt constat ex *l. finali regia tit. 7. par. 6.* ibi: *Esso mesmo seria si algun Christiano est ablecisse por su heredero a algun hereje, Moro, a Iudio, ca la tal heredad en que fuesse est ablecido alguno de stos, auerla bian los mas propinquos parientes del testador è non el Rey.* Et q̃uis de sola hereditate sit sermo, at succedit regula q̃ habetur *§. Legari instit. de legatis*, ibi; *Legari aūt illis solū potest, cum quibus testamēti factio est.* Id est, ijs qui possunt in testō heredes institui. Vt explicat *ibi glo. verb. Testamenti, ab omnibus recepta*, dicēs accipi in passiua significatione factionē testamēti. Atq; de hæreditate, & legato est sermo, q̃uis nō tā expressis verbis, *l. regia 4. tit. 26. p. 7.* ibi; *Otro si dezimos, que non le puede ser dexada manda en testamento de otro, nin ser est ablecido por heredero de otro, è aun dezimos, que non deue valer su testamento, nin donacion, nin vēdida que le fuisse hecha, nin la que el fiziesse a otro de lo suyo del dia que fuesse juzgado por hereje en adelante.* Vbi *Gregor. Lop. verbo, Por hereje*, ait; *Immo a die cōmissi criminis, iuxta ius canonicū, cui in hoc standū est.* Et loquēs de apostata decidit, *l. Regia 5. tit. 25. ead. p. 7.* ibi *Apostata nō pueda ser est ablecido por heredero de otros en ninguna manera è manda, o donacion que le ouiessen fecho, o que el fiziesse a otro, non valga desde a quel dia que apostato.* Vbi notāda sūt verbū, *Nō le puede*, positū in priori lege, & verbū, *Nō pueda*, positū in posteriori, q̃ actū reddūt prorsus irritū, & auferūt potestatē, atq; oēm obligationē ciuilē, & naturalē. Vt multis citatis ꝓbaui lib. 6. de matr. disp. 38 nu. 20. in tertia rōne, probans contra alios nil discriminis esse in hoc, siue textus dicat, non possit, aut non pōt. Atque ita huius sniæ sunt *Faber. §. Legari, nu. 2. vers. In fine ea glossa, instit. de legatis*, vbi hęc ait; *Si heretico legetur, ille non*

potest

poteſt capere, nec accipere, & ideo pro non ſcripto habetur. Sed ille qui nõ vindicat mortẽ defuncti accipit, ſed nõ capit quia non capit ad ſuum commodum, ſed fiſci: ipſe tamen accipit, & hæres remanet. Et Quemada late probans in ſuis q̃onib. fiſcalib. q. 18 per tot. vbi ait hæreticũ ante oẽm ſnĩã eſſe incapacẽ hęreditatis, & legati & hæc ſibi relicta acquiri alijs heredib. & bis ſe ita ꝓnũciaſſe, cũ eſſet iudex fiſci, ac vtramq; ſententiam fuiſſe confirmatam in ſupremo Inquiſitionis tribunali. Et Menochius, cõſ. 185. n. 14. vol. 2. vbi citato ẽpo Balneoregiẽſi in ſui quæſtionib. poſitis poſt iudiciale Inquiſitorum q. 17. tradit legatum relictũ hæretico, etſi occultus ſit, eſſe ipſo iure nullum: & num. 8. ait eum eſſe legati incapacem, ac legatum ei relictũ eſſe pro non ſcripto habendum, & conſil. 186. ſtatim ſequenti, in num. 14. ait hęreticum eſſe incapacem hæreditatis. Et Simancas de catholic. inſtitution. titulo 9. numero 124. ait hæreticum neque ex teſtamento, neque ab inteſtato aliquid capere poſſe, & idem eſſe in legatis, & fideicommiſſis, ſed ea omnia ad alios hæredes pertinere. Et Meres de maioratu, in priori editione, par. 1. q. 1. nu. 91. 92. & 93. vbi ait hæreticũ eſſe à die criminis, ante declarationem incapacem legati, & hæreditatis ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, atq; in hęc ſuccedere alios hæredes. Ex quo infert nu. 95. 96. & 98. maioratum. & meliorationem in fauorem hæretici facta, etſi non fuerit declaratus, eſſe inefficacia, tãquam facta in gratiam incapacis, & eius, cui nil acquiri poteſt à die criminis: & ideo ait proximiorẽ ſucceſſurum in eum maioratũ non eſſe qui alias ſuccedere deberet eo non delinquenti, ſed proximitatem ſpectãdam reſpectu illius, qui vltimo loco maioratũ obtinuit, cui delinquens ſuccedere debeat ſi capax eſſet: quippe hic tanquam incapax nullum gradum fecit: vt ibi latius probat, & à num. 100. late probat eandem incapacitatem in reis criminis læſæ maieſtatis humanæ. Et Auendaño Iunior, l. 4. Tauri, gloſſa 7. nu. 11. & Menochius conſ. 1128. nu. 4. & numer. 5. volum. 12. & Ceruantes in eadem l. 4. num. 38. & 39. dicunt hæreticum eſſet incapacem hæreditatis ex teſtamento, vel ab inteſtato, ac ſuccedere venientes ab inteſtato: & nu. 40. dicit Ceruantes hoc eſſe verum, etſi nõdum hæreticus dãnatus ſit nec eius hæreſis ſciatur, & num. 41. probat idẽ in crimine læſę maieſtatis humanæ. Et Azebedo lib. 8. recopil. tit. 3. l. 1. nu. 164. dicit inſtitutionem hæretici haberi pro non ſcripta, ac ſuccedere alios hęredes. Et Tello l. 4. Tauri, nu. 49. ait relictum hæretico haberi tanquã nõ ſcriptum. Et Vaſquez 1. 2. q. 9. 6. artic. 3. diſp 169. ca. 3. nu. trigeſimoſecũdo, ait hæreticum eſſe inhabilem ad hæreditatem acquirendam, etiam ſi occultus ſit. Et Azor tomo primo, inſtitutionum moralium, li quinto. cap. 8. quæſt. prima ait hæreticos à die commiſſi criminis eſſe inhabiles ad aliquid acquirendum, nec poſſe cuiuſcũque relicti in teſtamento dominium acquirere: & lib. 8 cap. 12. quæſt. 8. ait nequire à die cõmiſſi criminis acquirere ſibi obuenientia teſtamento, aut legato, aut fideicommiſſo, & addit vtroq; loco ea ad alios hæredes pertinere. Atque loquentes de reo criminis læſæ maieſtatis humanæ tradunt idem, dicentes eum eſſe incapacem ſuccedendi ex teſtamento, & ab inteſtato, Cepola conſi. ciuilẽ 58. numero 24. Gygas tractatu de crimine læſæ maieſtatis, libro ſecundo, titul. de pœnis committentium id crimen, tota q. 31. Quod idem (vt retuli) tradunt aliqui ex Doctorib. allegatis. Et idem Gygas ibidem, quæſt. 14. nu. 1. & Decianus in ſua practica lib. 7. cap. 40. nu. 26. dicunt hunc eſſe incapacem hæreditatis, vel legati, & hæc alijs hæredibus danda.

33 Ex quibus deducitur hæc omnia nõ publicari, nec ad fiſcum deuolui vtpote quæ hæretico nõ ſunt acquiſita. Quod etiam conſtat ex l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. habentur. ibi: Si in met allũ dãnato quid extra cauſam alimẽtorum relictũ fuerit, pro non ſcripto eſt nec ad fiſcũ pertinet. Atq; ita de hæreditate in teſtamẽto relicta hæretico, tradunt. Quemada, Simanc. n. 125. Meres, n. 93. & 99. Auẽdaño, Vaſquez, Menochius nu. 5. Azebedo, Azor q. 8. Ceruantes nu. pręcedenti allegati. Et de hæreditate ab inteſtato, tradunt Simãcas, Meres, Auendaño, Vaſquez ibid. Et de fideicommiſſo, quod hæretico relinquitur, tradũt Simancas, & Azor ibidem. Et de legato tradunt Faber, nu. præced. relatus Quemada, Simancas, Meres, Azor ibidẽ. Atq; in crimine læſæ maieſtatis tradit idẽ loquẽs de hæreditate, vel legato, Gygas ea. q. 14. n. 1. Et idẽ tradunt de bannito ſuccedendi incapaci, Paulus conſ. 212. nu. 1. vol. 2. & Farinacius alios allegãs in ſua practica, in nona editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis & pęnis, p. 25. num. 139.

34 Sed tenenda eſt prior ſententia relata nume. 31. ſi ſolum ius canonicum, & ciuile commune attendamus, quare vbi non fuerit ius regium reddens hæreticos incapaces, dicendum eſt cum ea ſententia eos eſſe capaces, nec teneri ante declaratoriam criminis ſententiam ea bona reſtituere, ſicut nec reliqua bona: ea autem ſecuta, pertinere ad fiſcum, ſicut & reliqua bona ab hæretico acquiſita: hæc enim acquiruntur hæretico. Quia ſatis eſt compertum ex ibi dictis, non reperiri textum ſtatuentem hanc incapacitatem. At attento Regio Caſtellæ iure eſt amplectenda poſterior ſentẽtia explicata numero præcedenti, vt ibi probaui. Et ideo ea hæreditas, vel legatum, vel fideicommiſſum relicta hæreticis, nõ acquirentur fiſco, nec ipſis hæreticis, ſed alijs hæredibus, etſi hæretici ea capiant, tenebuntur ante omnem ſententiam ea reſtituere alij hæredibus.

35 Quòd ſi quæras, an ſi hæreticus ille haberet filios, & poſt hæreſim patris illorum moriatur auus paternus, ſuccedant nepotes auo illo, quamuis adhuc ſuus pater hęreticus viuat. Et videtur pars negans. Quia ſuperſtite patre non ſuccedunt filij iure proprio; immo nec aliquo modo, ſed pater debet ſuccedere. Cum ergo pater ſit incapax, nec ipſi filij ſuccedere poterunt. Quam etiam partem probãt, quamuis pater hęreticus viuo auo obijſſet, ea quæ adducam hoc lib. 2. cap. 40. num. 3. Verum hæc quæſtio pendet ex illa, an filij hęreticorum capaces ſint ſuccedendi auis catholicis: nam ſi teneamus ſententiam dicentem eos eſſe incapaces, manifeſtũ eſt eos non poſſe auo ſuccedere ſiue pater eorum ſit ſuperſtes, ſiue obierit. At retenta noſtra ſententia, quam tuebimur hoc ſecundo libro, capite 19. num. 13. dicendum eſt eos ſuccedere auo illi catholico, quamuis pater eorum hæreticus adhuc viuat. Ratio eſt quia parẽte mortuo ſuccedunt nepotes iure proprio, & ex propria perſona, occupantur ius parentis: ac proinde incapacitas patris illis nocere nõ debet. Quod idem contingit, quãdo pater eſt ciuiliter mortuus, vt per deportationẽ, aut per alios modos, ob quos incapax ſucceſſionis redditur. Vt probat textus expreſſus lib. 1 §. finali, verſicul. Quidam habuit ff. de bonorum poſſeſſion. contra tabulas, ibi: Quidam filium habuit, & ex eo nepotem, filius emancipatus, vel in poteſtate manẽs deportatus eſt, quæritur an nepoti noceat? Et verius eſt, in vtroque caſu nepotem admittendum: deportatos enim mortuorum loco habendos. Idem etiam cõſtat ex l. Galus, §. Et quid ſi tantum, in fine ff. de liberis & poſthumis, ibi: Hæc oĩa admittẽda ſunt, vt ad ſimilitudinẽ mortis ceteri caſus admittendi ſint. Et notãt ibi oẽs ſcribẽtes, Idem etiam cõſtat, quia ſi pater catholicus profiteatur in ordine Minorũ, ac proinde effectus ſit ſuccedendi incapax, ſuccedent eius filij auo morienti, quamuis pater incapax naturaliter viuat. Ergo idẽ continget aduenienti quacunque alia parentis incapacitate, ob quã nõ incurrunt inhabilitatem ſuccedendi eius filij ob crimen paternum: cum eadẽ ſit ratio. Et ita tenent Simancas de catholicis inſtitution. titulo 29. numero 19 & expreſſius alios referens Menochus conſilio 1128. num. 8. & 9. volumine 12.

36 De donatione autem facta hæretico, Quemada in ſuis quæſtionibus fiſcalibus, quæſt. 18. & Azor to. 1. inſtitutionũ moralium, libro 5. capite 8. quæſtione 1. & lib. 8. c. 12. quæſt. 8. dicunt ſimiliter hęreticum eſſe incapacem à die commiſſi

missi criminis, atque ita res illi donataa non ad fiscum pertinere, sed donanti reddendas esse. Quod hæretico acquisitæ non fuerint. Sed existimo acquiri hæretico, nec teneri restituere ante sententiam, ac ea sequuta, res has ad fiscum pertinere. Quòd nullus sit textus iuris cōmunis hanc incapacitatem probans: (vt probaui num. 31.) nec etiam iuris regij. Nam duplex *lex regia citata numero 32.* quæ de donatione loquitur diuersimode loquitur de hæreditate vtens verbo, non potest, & non possit: descendens autem ad donationes, tantum dicit: *Non deue valer.* Quod similiter dicit de donationibus, quas facit hæreticus, & de alijs cōtractibus onerosis ab ipso initis, vt venditionibus: quæ tamen valent iuxta multo veriorem sententiam, quam tuebimur hoc secūdo libro, capite 2x. numero 50. ad eum effectū, ne donatarius, aut emptor teneatur in foro conscientiæ restituere, donec sententia criminis declaratoria accedat.

37 Similiter si hæreticus aliqua bona suo labore, artificio, aut negotiatione acquirat, pertinebunt lata sentē. ad fiscū. Quod huiusmodi acquisitionis capax sit. Atq; ita tradit *Meres de maioratu in priori edio. p. 1. q. 1. nu. 99.*

38 Demum tria circa hoc sunt obseruanda. Primum est dum diximus n. 3x. & 33. relicta hæretico nō publicari, sed pertinere ad alios legitimos relinquentis hæredes, id est intelligendum, quando relinquens fuit ignarus hæresis: nam si conscius esset, publicabuntur in pœnā relinquentis Sic tradunt *Simancas de inst. cath. tit. 46. n. 56. Azebed. l. 8 recop. tit. 3. l. 1. n. 168. Azor to. 1. inst. moralium, li. 5. c. 8. q. 1. & li. 8. c. 12 q. 8.* Qui vtroque loco idem dicit de scienter donatis hæretico. Quod fortius in nostra sententia procedit, cum nu. 36. diximus id quoq; esse verum in donatis ignoranter. Cū autem hoc in pœnam relinquentis sit statutū, vt relicta scienter in testamento hæreticis perueniant ad fiscum, nō obligat, donec iudex condemnet vt hæc bona restituātur fisco, ob malam testatores fidem in iudicium deductā, & ante sentētiam hæc erunt alijs heredibus reddēda. Sicut verior sententia tradit in tractatu de restitutione, donata ob causam turpem, aut spurio incapaci relicta, non tradenda fisco ante sententiam.

39 Hinc fit, peccare scienter relinquētem aliquid hæretico, nisi causa miserationis, quādo est vere pauper, ad inopiā subleuandā. Quia relinquit inhabili, & ideo in pœnā delicti applicatur fisco. Sic tradit *Azor to. 1. inst. moralium, lib. 5. cap. 8. q. 1.* addens tunc peccare, quando eum condemnandum certo nouit. Quam limitationē non approbo. Quippe culpa non pendet ex cōdemnatione futura, sed quia relinquit facto inhabili per iura. Atq; idem ait *Azor* de donanti scienter hæreticis. Sed cū n. 36. diximus eos esse donationis capaces, nō erit culpa ex hoc solo, nisi aliūde ex circunstantijs adiūctis id vitietur Excipe tamē nisi episcopi aut clerici sint qui donant. Quippe num. 31. probaui interdici id illis.

40 Secundum obseruādum est, dum diximus nu. 3x. & 34. hæreticos esse incapaces successionis ex testamento, & ab intestato, & legatorum, intelligi, donec per ecclesiam reconcilientur postea enim capaces sunt eorum, quæ in posterum obuenient, cassatis quæ antea obuenerant. Sic *Gregorius Lopez l. 5. verbo Se arrepienta, tit. 25. p. 7.* & illā legem decidentē apostatā etsi resipiscat, esse incapacē, explicat, nisi per inquisitores ad ecclesiæ gremium admittatur. Idem docet *Meres de maioratu, in 1. editione, par. 1. q. 1. nu 67.* Ante reconciliationem autem docet *Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 196. cap. 3. nu. xx.* eum non esse capacem, quamuis iam sit hæresim fassus, ac inquisitorum suffragijs ad reconciliationem admissus. Quod idē ait esse probabile *Simācas de inst. cath. t. 9. n. 125* quādo iam fassus erat hæresim, at nō erat calculis inquisitorum ad reconciliationem admissus: magis tamē [illegible] at in eam partem vt sit capax ex eo tempore, quo ad reconciliationem admissus est, etsi non sit reconciliatus, quamuis tandem dubius maneat. At in foro cōsciæ existimo eū esse capacē ex die, qua resipiscens ad fidem redijt, & ita hæreditatem eo tempore delatā, aut legatum, non esse restituenda nec ad fiscum postea pertinere. Quod hæ pœnę hæreticis imponātur: at hic ex tunc nō est hæreticus. Item quia nu. 10 probaui bona ex hoc tempore acquisita non publicari. Nec obstat *dicta lex regia 3.* qua loquitur de apostatia, quorum crimē est longe grauius, quam simplicis hæretici: quamobrem ad simplices hæreticos non est trahenda.

41 Vltimum, quamuis hæreticus sit aliorum legatorū incapax, est tn̄ capax legati alimētorū. Quia quantumuis incapax, est huius capax *l. 3. ff. de his quæ pro non scriptis habentur* ibi. *Si in metallum damnato quid extra causā alimentorū relictum fuerit, pro nō scripto est.* Vbi *gl. verbo Alimentorum,* ait in eā causam relictum valere. Atq; ita docent *Speculator tit. de exequutione snīæ § sequitur videre, nu. 11. vers. Praterea legatum alimentorū. Surdus alios referens de alimentis tit. 9. q. 33 n. 8. & duplicis seq. Molin. to. 1. de iustitia, disp. 154. col. 2. vers. de iure ciuili.*

42 Hinc fit alimenta non publicari. Quia cū sint personalia, nequeunt egredi personā, nec iura personalia trāseunt in fiscum. (Vt probaui nu 6.) Itē quia cū habeant certam, & determinatā causam, ei non applicantur, cui ea causa non conuenit. Item id constat ex *l. is cui 11. ff. de cib. & alim. leg.* ibi. *Is cui annua alimenta relicta fuerāt in metallū dānatus, indulgētia principis restitutus est, respōdi iū et pracedētiū annorum recte cepisse alimēta, & sequētiū ei deberi* Tandem, quia bona futura non veniunt in confiscatione, iuxta dicta ex oīum mēte nu. 8. At in alimētis relictis tot sunt legata, quot anni, & in princ. cuiuslibet anni cedit legatum, *l. Si cum præfinitione, ff. quando dies legati cedat.* Ergo confiscatio nō impedit legatariū capere alimenta post cōfiscationē cedētia. Atq; ita cōtra *Albertū de statutis, l. 3. q. 11. n. 3. vnico,* dicentē de stricto iure ea esse publicanda, tradūt *Frāc. Lucanus de priuileg. fisci, in 2. p principali tit. de publicatione bonorū, n. 5. Simanc de institu. cathol. tit. 9. n. 63. Iulius Clar. li. 5. receptarū q. 78. n. 23. in fi. Peregrinus alios referens de iure fisc. li. 5. tit. 1. n. 123 Boss. in sua practica tit. de bonor. publicatione n. 72. Farinacius in sua practica, in noua editio. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœn. q. 25. n. 145. Lara l. Si quis a liberis. §. Sed vtrū, n. 6. ff. de lib. agnosc & alios referēs Surd. de alimen. ti. 8. et priuileg. 59. n. 14. & tit. 9. priuileg. 33 n. 1* Atq. hoc ēt habere locū in crimine hæresis probant rōnes adductę: & docēt *Bursat. cōsi. 14. n. 28. vo. 1. & Surdus. ead. q. 33. n. 2*

43 Limita tn̄ vt intelligatur de alimentis, quæ in futurū debentur, propter quod post snīam cessit quæ. n. tpe sētentiæ cesserant, & sic tunc debita erant, publicabuntur inter alia bona. Quod ea sint iā bona præsentia & in ijs cessent oēs rationes nu. præced, consideratæ, impedientes hanc publicationē. Sic docet *Surdus eo priuileg. 59. nu. 21 in fi. &* 22. Atq. nec publicantur alimēta, quæ cesserunt postquam hic ab hæresi resipuit. Quippe reputātur bona futura, iuxta dicta nu. 10.

44 Atque nec publicatur legatum alimētorum implicitum sub noīe vsusfructus relictum vt cum vir filios habena relinquit vxori vsumfructū, id n. legatū restringitur ad alimenta: hæc ergo nō confiscabuntur modo explicito nu. præced. sicut contingit in alimentis expresse relictis. Quippe de eo vsufructu disponunt oīa iura, sicut de alimentis expresse legatis. Sic alios referēs tradit *Surdus de alimentis tit. 8 priuileg. 19. nu. 24.* At qn̄ nec expresse legantur alimenta, nec legatum vsusfructus in ea resoluitur, confiscato vsufructu delinquētis, non reseruabuntur ei alimenta Hoc est contra *Cyn. l. corruptionē 16. in fi. C. de vsufructu, & ibi Alber. nu. vn. ver. Item facit.* dicentes relinqui tūc alimenta in eo vsufructu inclusa. Sed hoc nullo iure probatur. Et ideo hanc snīam tenēt *Bald. l. corruptionem, n. 7. Surdus eo priuileg. 59. nu. 14. Peregrinus alios referens de iure fisci li. 5. tit. 1. nu. 122.*

45 Quando autem nec alimenta, nec vsusfructus leguntur, sed alicuius prædij fructus, hi confiscantur, omnino.

mino. Quod cessant rationes nu. 24. traditæ. Sic *Canalcanus de vsufructu mulieri relicto, nu. 339. Surdus eodem priuilegio 59. num. 25.*

46 Ex his fit plurimum referre ad confiscationē, an debitū hæretico in singulos annos, debeatur ex cōtractu, an ex vlt. voluntate: priori. n. casu confiscabitur totū debitum, etiā quod annis post publicationem obueniet. Quia tunc est vna, & perpetua obligatio, sicut annuo censu publicato publicantur omnes reditus etiā in posterum obuenturi, *l. Stichum* 16. *ff. de verb obl. l. Senatus, §. vlt. ff. de don. causa mortis.* Posteriori autē casu non publicantur reditus futurorum annorum iuxta dicta, nu. 41. Quia cēsentur plura legata, vt ibi explicui. Sic tradit *Simancas de cath. instit. tit.* 9. *n.* 135. & 136. Hoc tñ intellige, quādo hoc legatum annuum non reputaretur vnicum, sed plura legata, iuxta distinctionem tradita *l. Si cum præfinitione x. ff. Quando dies legati cedat,* quæ est vt si pro alimentis relinquatur, censeatur multiplex: si autem relinquens non relinquit pro alimentis, sed in plures pēsiones diuisit gratia exornandi hæredis, est vnicū legatum. Quare tunc confiscabitur in totum, sicut de debito ex contractu dixi. Quia eadem est ratio.

47 Hactenus egimus, qñ hæreditas defertur heretico post crimen commissum: superest tractandū de publicatione hæreditatis delatæ hæretico ante crimen, nōdum tñ ante illud aditæ. Atq. eadē est difficultas, qñ ea hęreditas referretur post delictum publicationi subiectum nō reddens delinquentem incapacem huius successionis. *Vasq. 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. c. 3. n. xx. in fi.* ait hæreditatē delatam ijs qui non redduntur incapaces ob id crimē, pertinere ad fiscū: idq; nulla rōne probat: at probari potest, quia actiones, & iura cōdemnati, cuius omnia bona publicantur, transeunt in fiscum. (Vt probaui, nu. x. & 3.) At delinquens habet ius ad eam hæreditatem.

48 At dicendū est eā hæreditatē minime publicari. Quia hæreditas delata, & nondū adita, nō transit ad hæredes *l. vnic. C. de ijs qui ante apertas tab. & l. vn. §. In nouissimis. C. de caducis toll.* Et rō est, quia cū delatæ hęreditatis ius, & dñium pēdeat ex hæredis cōsensu, & ille cōsensus fit personalis, vt notat, *Bar. l. Is pōt, n.* 14. *ver. Et per hoc dico, ff. de acq. her.* non pōt trāsire ad successores hæredis absque ipsius aditione. Nec ergo trāsibit ad fiscū, iuxta regulam, nu. 5. traditā. Et hinc soluitur fundamentū contrariæ sñiæ relatum nu. præced. haber. n. verum, qñ iura & actiones non sunt mere personalia, iuxta dicta nu. 6. Præterea, quia ius adeūdi nō dicitur esse in alicuius bonis, *l. Pretia rerum ff. ad l. Falcid.* nō ergo publicatus illius bonis publicabitur. Atq. ita docent *Decius cōs.* 445. *n.* 65. *in fi. & seq. vol.* 4. *& l.* 3. *toto §. illud quoq. ff. Quod quisq. iuris, Nellus latissime probans distīone aliorum recētā de bannitis* 1. *p.* 2. *temporis nu.* 30. *Gultel. Benedictus c. Raynutius, ver. Et vxorē, dec.* 5. *n.* 282. *Cepola cons.* 58. *ciuili, à nu.* 25. *ad* 28. *Gygas de crimine læsæ maiest. l.* 2. *tit. de pœn. cōmittentium id crimē, q.* 8. *n. vn. Zephalus consi.* 321. *an.* 34. *vol.* 3. *Tello l.* 4. *Tauri, n.* 49. 50. 63. *Decian. consi.* 18. *n.* 338. *vol.* 2. *Meres de maioratu, in priori edit. p.* 4. *q.* 23. *n.* 45. *Guttier. §. Sus n.* 49. *in fi. inst. de hæredū qualit. Peregrin. de iure fisc. li.* 5. *tit.* 1. *n.* 95. Et quāuis addat id limitandū iuxta dicta ab ipso, n. 84. nullā ibi limitationē apposuerat, sed quādam *Ruini* distīonem reprobarat *Farinacius in sua practi ca, in noua edit. to.* 1. *p.* 1. *tit. de delictis. & pœn. q.* 25. *n.* 141. *Vasq.* 1. 2. *q.* 96. *ar.* 5. *disp.* 172. *c.* 3. *n.* 16. Atque bene ait *Cepola eo. consi.* 58. *nu.* 28. in primo casu, quamuis hæreticus post commissum crimen adierit, nō successurum fiscū. Quia cum hæreticus sit adeundi incapax, iuxta dicta nu. 33, nullum ex ea aditione ius fisco comparari valet.

49 Est tamen hoc limitādum, nisi id adeundi ius tale sit vt ad hæredes extraneos transmittatur: tunc enim cessabunt rationes traditæ num. præcedenti, & id trāsibit ad fiscum. Sic tenent *Iason* dicens esse cōmune, *l. Si quis mihi bona § seruus municipum ad fi. ff. de acqui. hær. Iulius Clarus lib.* 5. *recep. quæst.* 78. *nu.* 25. Hoc autem euenit in hærede suo, qui ratione priuilegij fultatis hæreditatē sibi delatam, & nondum aditā trāsmittit in quocūq; hæredes, dummodo illā nō repudiarit, *l. Apud hostes, C. de suis, & leg. hæred. l. Si fratris, C. de iure delib.* Et ita optime ait *Menochius consil.* 77. *num.* 28. *vol.* 1. legitimam filij familias quando post obitum patris delinquit, etsi eam nondum petierit, publicari.

50 Posterior difficultas est, an delinquēs posset hæreditatē sibi delatā repudiare in fisci præiudicium? Præmittēdū est posse debitorē repudiare in creditorū præiudicio, & fraude, hæreditatem, & legatū, quāuis sit hæres suus, qualis est filiusfamilias: & quamuis eius bona sint affecta hypothecæ, & quāuis ob delictū sit sequuta cōdemnatio. Quæ omnia late probaui l. 6. de matri. disp. 4. nu. 8. Et vltra ibi allegatos late probat loquens de hęreditate, & legato, *Vasquez*, optimas rationes adduces 1. 2. *q.* 96. *a.* 5. *disp.* 172. *c.* 3. *n.* 13. *vsq. ad* 20. Imo & donatio nondū acceptata pōt in creditorū fraudē repudiari. Vt probat textus *l. Si sponsus. §. Si mortis. ff. de donat. inter vir. et vxor.* et tradūt *Tello l.* 4. *Tauri, n.* 52. *Vasq. 10. cap.* 3.

51 At non possent hæc repudiari in alicuius fauorem, seu clarius loquendo, non posset debitor credere legato aut renunciare hæreditati, vt vice ipsius alter, in cuius fauorē reuunciet, succedat, dādo illi suas vices, qui absque cessione hac nō esset successurus. Quia in ea cessione imbibitur tacita acceptatio, & proinde acquisitio. Quod probaui eadem disput. 4. in n. 17. contra alios ibi nu. 16. relatos. Et hanc meā sententiam vltra DD. quos eo. nu. 17. retuli, tenent *Tello* 4. *Taurinum.* 55. *Vasquez eodē ca.* 3. *nu.* 18. Aduertit autem optime *Tello ibi*, aliud esse, quando pretio aliquo accepto mera hæreditatis repudiatio fieret, & non in fauorem alicuius quasi ex ea ius succedendi assequatur, sed repudiatio se habeat tāquam remouens impedimentū, quo remoto alter succedit: tunc em valida est in creditorum præiudiciū: atq; illis solum ius ad pretium acceptum competit, quasi in bonis debitoris existens. Quia pretium illud nō efficit, vt repudiatio egrediatur veræ repudiationis terminos.

52 Sed difficultas est, an quæ diximus duplici num. præcedenti de repudiatione hæreditatis, & legati in præiudicium creditorum, possint etiam fieri in præiudiciū, & fraudem fisci? Quidam dicunt posse ante condemnationem fisco applicandam hæc repudiari, secus post: & ita conciliant duos textus qui secum pugnare videntur. Prior est *l. Cum quidam* x6 *ff. de iure fisci*, vbi expresse videtur hæc repudiatio approbari, ibi. *Cum quidam capitis reum emācipasset filium, vt hæreditatem adiret, rescriptum est, non videri in fraudem fisci factū, quod acquisitum non est.* Posterior est *l. In fraudem* 45. *ff. eodem tit.* vbi oppositū videtur dedici, ac hoc esse priuilegiū fisci, ibi. *In fraudē fisci non solū per donationē, sed quocunq; modo res alienata reuocatur: idéque iuris est, etsi nō quæratur: æque enim in omnib. fraus punitur.* Dicuntq; priorē intelligi ante delinquētis condemnationē, at posteriorē, post illā. Sic *glossa ea. l. Cū quidā verbo Hæredi atē, Raynerius, Albericus, Zasius*, vt eos refert *Tello l.* 4. *Taur.* 6, *idē tenēt Bossius in sua pract. tit. de bonorū publicatione, n.* x9 *ad finē, Pereg. alios referēs de iure fisci, l.* 5 *t.* 1. *n.* 190. *et dup. seq.*

53 At dicendum est nullo in hac re priuilegio gaudere fiscum, sed valere repudiationem in ipsius fraudē, perinde in aliorum creditorum. Quod probaui li. 6. de matrim. disput. 4. nu. 8. versic. Tertio alij temperāt, vbi aliquos authores retuli, & vltra illos, idem tenēt *Hannibal l. Post contractum, n.* 284. *ff. de donat. Plotus inter cōsi. criminalia Ziletti, to.* 1. *consi.* 150. *n.* 57. *Meres de maioratu, in priori edit. p.* 4. *q.* 23. *n.* 45. *&* 53. *Menoc. cōs.* 102. *n.* 4. *vo.* 1. Idē videtur clare tenere *Vasquez* 1. 2. *q.* 96. *ar.* 5. *disp.* 172. *c.* 3. *n.* 13. *et sequētib.* quia etsi quæstionē moueat expresse de repudiatione post delictū cōmissum, sed ante sententiā, at rationes quib. innititur, id probant in vtroque tēpore, & refert *Tello* pro se, qui in vtroq. tempore loquitur *l.* 4. *Tauri, n.* 63. *et* 64. *et ipsemet Vasq. ibi. n.* 14. *in fi.* dicit eum

eum, cuius bona sunt cōfiscata, posse hac repudiatione vti. Nec obstat textus *l. in fraudem* adductus nu. præced. in contrariū: quia omissis varijs solutionibus quas *Tel. lo ibi num. 64. & Vasq. ibi num. 22.* impugnant respondet *vterque Alciatum referens*, non esse in eo textu sermonē de renūciatione hęreditatis delatę reo, cuius bona publicantur, nec id significari in verbis illis *idemque iuris erit, etsi non quæratur*: sed lex illa solum loquitur de puniēda fraude facta fisco, alienando bona publicata: atque eandem fraudem esse putat, eodemque modo puniendam, siue alienatio fiat, ita vt trāsferatur dominiū in alterum, siue non transferatur, & ita prędicta verba intelligenda sunt, nempe *etsi non quæratur*, id est, etsi nō quęratur ius ei, cui in fisci fraudem res donantur. Sicut emphyteota eodem modo punitur alienando emphyteosim, siue alienatio valeat, siue non.

54 Sed dubitabis, an peccet hic repudians in fraudē fisci, quāuis valeat repudiatio? Ratio dubitandi est, quia eum peccare contra iustitiam repudiādo in aliorū creditorum fraudem, dixi late probans li. 6. de matr. disp. 4. nu. 9. quod idem vltra Doctores ibi allegatos sequitur *Vasq. 1. 2. q. 96. artic. 5. disp. 172. cap. 3. n. 15.* Sed sic distinguendum censeo: si sola bonorum publicatio facta sit, non peccat repudians. Quia fiscus non est creditor, nisi respectu bonorum, quę tunc habet, nec tenetur in eius commodū acquirere. Si verò erat damnatus aliqua pęna soluenda fisco, tunc peccaret repudiando, si alias nō esset illam pęnam soluendo. Quod tūc iam fiscus sit verus creditor, & reus teneatur lege iustitię eam pęnam instar aliorum debitorum soluere.

55 Tādē aliud dicēdū est de remissione debiti, ea. n. à fisco reuocabitur, instar aliarū donationū. Quia renūciare debitis, est ius iā acquisitū, ac propria bona remittere & donare. Et ita docet *Vasq. ea. disp. 172. c. 3. nu. 19.*

CAPVT XV.

De confiscatione peculiorum, ac legitimæ parentum, ob filijfamilias crimen.

SVMMARIVM.

Non procedit in filijs extra patriam potestatem constitutis, quoad hæc peculia publicanda, & quoties ea publicantur, idem fiet, et si filiusfamilias sit sacerdos, nu. 2.

Quot quęstiones disputandæ sunt, nu. 2.

An ob delictum filijfamilias publicetur peculium castrense, vel quasi castrense? Refertur quadam sententia, nu. 3.

Explicatur sententia Authoris, ac soluuntur contraria, nu. 4.

Quid si condemnatus ille filios haberet, nu. 5.

Post num. 5. inuenies alia summaria.

1 HAec quæstio quod attinet ad peculia publicanda, procedit in solis filijsfamilias: nam cum emancipati non habeant peculia. *l. fi. in fi. C. de inoff. testa.* de illis non procedit, sed omnia eorum bona publicabuntur, sicut cuiusuis patrisfamilias. Quod bene aduertit *Bernardus Diaz in pract. canon. in noua edit. c. 132. nu 6.* qui bene ēt *eo. nu. 6. in fi.* aduertit, casu quo hæc filiorum familias bona nō publicantur, nec publicari, etsi illi sacerdotes sint. Quia iuxta frequentissimam sententiam ordo sacer non liberat patria potestate.

2 Quadruplex quæstio disputāda est. Prima est, de cōfiscatione castrensis, aut quasi castrensis peculij ob crimen filij. Secunda de aduentitij peculij confiscatione. Tertia de peculij profectitij confiscatione. Vltima de legitimæ confiscatione.

3 Quæstio prima. An publicatis filijfamilias bonis ob eius delictum, publicetur castrense, aut quasi castrēse eius peculium? Duplex est sententia, prior asserit id confiscari. Ducitur potissimū, quia ideo statutū est *l. Filius 3. C. de bonis proscr.* peculium castrense non publicari ob filijfamilias delictum, quod tēpore illius textus filiusfamilias omnia patri acquirebat, vt cōstat ex *l. Placet 78. ff. de acq. her.* At fauore militię cōcessa fuit filijsfamilias libera ptās disponendi de peculio castrensi, vel quasi, ita tamen vt si non disponeret, sed ab intestato decederet, id peculiū ad patrē pertineret, non quasi hæreditas, nec quasi denuo acquisitū, sed quasi nunquā ab eius dominio profectū, *l. 1. §. fi. ff. de coll. bonor. et l. 1. et 2. ff. de castrēsi peculio.* Et ideo cū id peculiū esset patris, nō erat et ob alienū filijfamilias delictum auferēdum. Quippe id ꝙ nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non pōt, *regula id quod nostrum ff. de reg. iur.* At hoc hodie sublatum est & constitutum, vt peculij castrensis, aut quasi, filiusfamilias integrum dominiū habeat, & ipsi decedenti ab intestato pater non iam iure peculij, sed tāquā verus hæres succedat, *§. Si quis igitur, auth. de hæredib. ab intestato coll. 9. & auth. defuncto. C. ad Tertul.* Ergo cessat ea dispositio. Scdo, quia filiusfamilias habet liberam disponendi, & cōtrahendi in hoc peculio facultatē, instar patrisfamilias *l. 2. C. ad Maced. & l. 3. C. de castren. pecul. l. 12.* Ergo pōt id peculiū fisco obligare, & sic confiscabitur: cum fisco. n. quasi cōtrahitur, & bona in eum quasi ex contractu alienantur, *l. Imperatores 34. ff. de iure fisci:* ibi: *Ipse te huic pœnæ subdidisti* Tādem, quia alias nulla filijfamilias bona publicarentur cum aduētitia, & profectitia, & legitima non cōfiscētur. Vt mox dicemus. Et ideo hæc snia est valde probabilis, & eā sustinēt. *Romanus l. Si finita 15. §. Si de vectigalib. n. 15. ff. de damno infecto, & l. Si filiusfamilias 21. nu. 3. ff. eod. titu. vbi Ang. nu. 3. Decius l. 3. §. Filius, in noua edit. num. 4. ff. quod quisque iuris. Crotus* dicens forte hāc esse veriore sniam, *l. Frater à fratre, nu. 34. ff. de condic. indeb. Nellus tractatu bannitorum 1. p. 2. temporis, n. 25. Gygas tractat. de crimine læsæ maiest. l. 2. tit. de pœnis committentiū hoc crimē q. 12. n. 2. Iacob de Arenas, & Florianus. quos refert Pereg. de iure fisci. lib. 5. tit. 1. nu. 130.* & dicit forte hanc opinionem prequalituram pro fisco, *Ant. Gomez. to. 2. variarum. c. 15. n. 15. ad fin. Simancas de instit. cath. tit. 9. nu. 13. & duplici seq. Caldas l. si curatorem, verb. Læsis, n. 12. vers. sed in oppositū, C. de integ. rest. Azebedo lib. 8. recopil. titu. 3. l. 1. nu. 21. Cantera in suis quæst. crim. tit. de q̄nibus tangentibus punitionē delictorum, c. 1. nu. 40.* dicens hanc in pūcto iuris esse veriorem, & se credere fore vt in praxi seruetur, quamuis dicat in iudicando, & consulendo, nō recedēdum à contraria sentētia, quę communis est. *Valdes addit. ad Suarez, l. post rem iudicatam, notab. 13. nu. 2. versi. Sed in peculio castrensi ff. de re iud. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 5. c. 7. q. 8. & to. 2. lib. 2. c. 22. q. 8. Vasq. 1. p. q. 96. a. 5. disput. 169. cap. 1. nu. 9.*

4 Posterior sententia, (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait non publicari eiusmodi peculium castrense, vel quasi, ob filijfamilias delictū, sed deferri tunc patri, in patriæ potestatis solatium. Probatur ex *l. Si filius 3. C. de bonis proscr.* ibi: *Si filius tuus cū esset in potestate, in insulā deportari meruit, peculium eius neq; quod castris acquisiuit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet.* Nec obstat quod cōtrarii intēdunt, quod retulimus nu. præced. in prima ratione. Quia ratio huius dispositionis nō fuit, eo quod filiusfamilias non haberet in hoc peculio hæredem ab intestato. Quippe adhuc filio superstite, in quo casu nō est locus hæredi ab intestato defertur hoc peculiū patri in paternæ potestatis solatium, si bona filii familias publicentur. Secūdo, quia idē ius habet filiusfamilias in hoc peculio, quoad proprietatem, & vsūfructum, quod in aduentitiis, quoad proprietatem seruato patri vsufructu. Cum ergo hoc nec quoad proprietatē publicetur, vt fatentur aliqui ex Doctorib. contrarii, & probauimus num. 9. nec illud vllo modo publicabitur. Tertio, quia non obstant argumenta cōtraria adducta numero pręcedenti: nam ad primū iam respōsum est. Ad secūdum respondet optime *Io. Lupus rub. de don. inter virum, & vxorem, §. 66. nu. 25.* non omnem potentem alienare ex contractu, posse quoque alienare ex delicto. Vt constat in viro, qui potest omnia lucra

con-

constante matrimonio acquisita alienare ex contractu, nequit tñ ex delicto nisi suã partem. Et rõ est, quia obligatio ex delicto non hẽt consensum verum, sed fictum, innitentem ei principio, qui vult antecedẽs, vult consequens, cũ pœna delictũ sequatur, & ideo minus debilis est, quam obligatio ex contractu, quæ verum consensũ hẽt. Nec ẽt obstat vltimũ, nec.n. absurdũ est, nulla filijfamilias bona ob eius delictũ publicari. cum id permittat textus *d.l. si filius.* Et ideo hanc sniam sustinent *gl. 1. verb. Supplicij ff. de bonis dãnatorum. Speculator tit. de exequutione sniæ §. Sequitur videre, n. 11. & tit. de feud § quoniã, q. 40. n. 63. Azor in sum. tit. de bonis proscrip. n. 3. Cyn. d. l. si filius, nu. vnico, & ibi Pet. n. vni. Odofr. n. vn. Bar. nu. vni. Bal. nu. 1. Alber. n. vni. Salic. n. 1. & 2. Ang. n. 1. Fulg. nu. 2. & 3. Idem Bar. l. si filius 15. §. si de vectigalib. n. 1. et 13. ff. de dam. infect. & ibi Alex. nu. 49. Imola nu. 55. Zasius nu. 19. idẽ Bar. l. si filiusf. miles 21. n. vnico, ff. de dam. infecto, & ibi idem Imola nu. 4. idem Bald. l. exequutorẽ 32. in fi. vers. si vero fit castrẽse, C. de exequutione rei iud. Albe. de statutis li. 3. q. 2. nu. vnico & q. 24. nu. 4. Decius regula Ex pœnalib. 38. n. 3. ff. de reg. iur. Platea, l. Etsi instrumenta, n. 1. vers. item nota hic, C. de fide instru. lib. 10. Ananias c. 2. nu. 7. vers. extra glossam, de delictis puerorum. Iason l. seruum filij, in prin. n. 7. ff. de leg. 1. & §. actione autem, nu. 63. instit. de actionibus & l. 3. §. si filius meus, nume. primo ff. quod quisq. iuris & ibi Alex. n. 2. Iacobinus de S. Georgio ibi, in prima lect. n 2. & in 2. n. 1. Faber inst. de noxal. act. §. fi. n. 2. Ruinus consi. 24. n. 6. & 17. & consi. 25. n. 4. vol. 5. & consi. 11. n. 7. vol. 1. Ang. tracta. de maleficijs, verbo. Et eius bona publicamus, nu. 27. Parisius cons. 157. num. 36. vol. 4. Franciscus Lucanus tract. de fisco & eius priuilegijs, in 2. p. principali tit. de publ. bonor. nu. . Lud. Gomez §. actiones autẽ, nu. 13. inst. de actionib. Boerius decis. 7. n. vlt. Ioannes Lupus rub. de don. inter vir. & vxor. §. 66. n. 24. vers. Præsupposito sine veritatis præiudicio, Maranta in sua pract. p. 6. in vlt. actu, n. 36. Suarez l. post. rem iud. notab. 13. n. 2. ff. de re iud. Costa l. qui duos, §. cum in bello verbo patris, nu. 11. ff. de rebus dubijs, Bernardus Diaz in practica canonica in noua edit. c. 132. nu. 6. Couar. li. 2. variar. c. 8. nu. 7. versi. Hinc apparet, Protus inter consilia criminalia Ziletti, to. 1. consi. 130. nu. 16. Emanuel Suarez addit. ad Anton. Gomez 2. variar. c. 15. nu. 15. litera D. & in suo thesauro receptarũ snĩarum, verbo peculium, nu. 7. Bossius in sua practica tit. de bonor. publ. nu. 71. Iulius Clarus lib. 5. recep. sent. q. 78. nu. 13. Riminaldus l. 1. à nu. 476. C. qui admitti Horoscius, l. 3. §. si filius meus, verbo in magistratu, nu. 8 ff. quod quisque iuris, Menochius de recuperanda possessione remedio 9. nu. 70. decisio Capella Tolosana 120. n. 3. & 4. Meres de maioratu in priori editione, p. 4. q. 23. nu. 19. Ascanius Clemens de patria potestate c. 6. effectu 2. nu. 37. Dueñas regula 275. limit. 7. Conradus in sua pract. tit. de officio prætoris in causis ciuilib. rub. de exequutione sentẽtia, nu. 14. versic. quarto in peculio, & tit. de officio prætoris in causis criminalib. n. 3. vers. 4. similiter limita. Mendez l. cum oportet nu. 84. C. de bonis quę lib. Hondedaus conf. 93. nu. 37. vol. 1 Farinacius in sua pract. in noua edit. tomo 1. p. 1. tit. de delictis, & pen. q. 23. nu 12. & 13.* Et quamuis nu. 14. hoc limitet, nisi in crimine læsæ maiestatis, in quo etiam publicari tradit *Quemada in suis quæst. fiscal bus quæst. 19. ad fin.* non est admittenda hęc limitatio, sed cum alijs est absolute dicendum non publicari.

5 Quæ quidem snia est vere, etsi ille cõdemnatus filios habeat, nam adhuc pater iure peculij occupabit castrẽse, & quasi castrense, nec de illius condemnati filijs curabitur. Quia viuens heredem non habet, sed post solã mortem: tunc autem iã pater id filij peculium acquisiuit. Sic tradunt *Salicetus l. 3. n. 2. C. de bonis proscr. Alex. l. si in 15. § si de vectigalib. n. 49. vers. Adde quod glo. ff. de damno infect. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 130. vers. ampliatur.* Quamuis contrariu minus bene teneat *Bald. l. exequutorẽ n. 32. in fi. vers. si vero sit castrense, C. de exequutione* [illegible] dr ex *auth. bona damnatorum, C. de bonis proscrip.* [illegible] *dicitur* bona damnatorũ non fisco, sed descendentibus deferri. Qui textus nil probat, cum hodie sit correctus & deferantur fisco.

S V M M A R I V M.

An ob filij familias delictum, publicetur aduentitiũ eius peculium? Refertur quædam sententia, num. 6. 7. & 8.

Explicatur sententia Authoris, n. 9. & ibi in fine quid si hic filios habeat.

An saltem in Castellæ regno confiscetur tertia eorum bonorũ pars, de qua potest filius testari, nu. 10.

An confiscetur ob hæresim, aut crimẽ læsæ maiestatis filijfamilias, vsusfructus qui bonis eius aduẽtitijs cõpetit patri, n. 11.

An confiscetur ea aduentitia quando patris consensu ea filius administrat. aut facto compromisso iudicarunt arbitri administrationem esse filij num. 12.

Quid si alius tunc vsumfructũ illorum habeat: at sperat pater se habiturum num. 13.

Quid si ipse filius habeat eorum vsumfructum, nu. 14.

Soluuntur argumenta num. 15.

Post nu. 15. inuenies alia summaria.

6 QVæstio II. An ob filii familias delictum publicetur aduentitium eius peculium? Duplex est sent. Priori affirmat id publicari quoad proprietatem, reseruato patri vsufructu, quẽ in eo habebat. Ducitur ex *l. Si postulauerit §. Iubet. ff. ad l. Iuliam, de adulter.* ibi. *Publicamus in proprio cuius vsusfructus alienus est, nudã proprietatẽ.* Secundo, quia *l. Filius 3. C. de bon. proscript.* hãc publicationem interdicẽs, procedit stante iure antiquo quo attento omnia aduẽtitia filii bona acquirebãtur patri, *l. Placet ff. de acquir. heredit.* Nõ ergo hodie ea procedet, cũ aduẽtitiorum proprietas sit ipsius filii. *l. Cũ oportet, & l. finali C. de bonis quæ liber.* Sed erit locus regulæ generali tradite *eo §. Iubet.* Tertio, quia etsi is cui alienatio interdicitur, nequeat alienatione volũtaria vti: secus est de legali, & cõsequẽter necessaria, qualis est per delictum. Sicut si filius familias in religione profiteatur, pertinebunt ad illam aduentitia quoad proprietatẽ, reseruato patri vsufructu, *auth. Ingressi, C. de Sacros. Eccles.* Sicut etiam bona minoris, cui absque curatoris authoritate est alienatio vetita, publicantur ob eius delictum, *l. Clarum, C. de auth. præst.* Quod si respõdeas, huic alienationem in ipsius fauorẽ interdici, at filio familias in fauorem patris: & ideo iure optimo ob proprium delictũ priuatur ille fauore suo: iniquissime autem ob alienum filii delictum priuaretur pater fauore suo: cũ pęnæ solos suos authores tenere debeãt, *l. Sancimus. C. de pœnis.* Impugnatur hæc solutio eo quod alienatio aduẽtitiorũ interdicitur filio ob proprium ipsius fauorẽ, & non patris. Vt constat ex *l. Finali, §. Cuius autem, C. de bonis quæ liber.* vbi hæc alienatio interdicitur reddita ratione his verbis. *Melius enim est coarctare iuueniles, calores, ne cupidini dediti tristẽ exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimoniũ.* Quippe ea verba, *cupidini dediti* non possunt referri ad parẽtes, cũ ipsi non alienent victi ea cupidine, nec ipsis interdicatur hæc alienatio. Et ita *glo. ibi verbo Dediti, ait scilicet filij.* Atque si ea verba *damnũ sentiant*, referãtur ad parentes, manet nominatiuus ille absolutus. Et confirmatur, quia ex hac alienatione nullum damnum in patrẽ redundat, vtpote cui reseruatur vsusfructus, dum superstes fuerit, quem solum in filii bonis habebat: ac sola proprietas, quæ omnino filii erat publicatur. Et ideo hanc sententiã tuentur *R. pa. c. Sæpe nu. 76. q. 11. de rest. spoliat. Sylu. verbo Peculium 1. q. 3. vers. In aduẽtitio vero, Calaat l. Si curatorẽ, verbo Lasti, n. 112. vers. Sed in oppositum, & n. 152. ver. Sed in proposita specie, C. de in integrum restit. Valdes add. ad Suarez l. Post rem iudicatam notabili 13. nu. 2. ff. de re iud. versic. Ex quo sequitur.* Atque in crimine læsæ maiestatis publicari eã aduentitiorum proprietatem, tenet *Ludouicus Gomez §. Actiones autem, numer. 13. inst. tit. de action.* & loquens etiam de hæresi *Octauianus* latissime probans *decisione Pedemontana 94. à numer. 9. vsque in finem*, & concludit ita decidisse Senatum. Et loquens de sola hæresi, tenet

Siman-

Simancas de instit.cathol.tit.9.num.16.& 18. Et loquens de vtroque crimine. Azor to.1.inst.moralium,lib.5.cap.7.quæst.8. & de vtroque etiam videtur loqui idem tenens Vasquez 1.2.q.96.ar.5.disput.169.cap.1.nu.9. Quia etsi generaliter dicat aduentitia publicari: ratio tamen quam tradit, nempe, eo quod soluatur patria potestas, incidat clare illum loqui de solo duplici hoc crimine, ob quod soluitur. Quid autem hi sentiant de vsusfructus publicatione ob hæc crimina, dicemus hoc eodem cap.num.8.

7 Atque aliqui huius sentētiæ authores dicūt, quamuis contraria sentētia asserens aduentitiorū proprietatē nō publicari, esset verior; at in hoc Castellæ regno publicari tertiam illorū partē quoad proprietatem. Ducuntur autē quia potest filius familias attēto iure huius regni l.6.Tauri, hodie l.1.tit.8.lib.5.noua recopilat. testari de proprietate eius tertiæ partis. Ex quo deducitur Caldas ca.l. Si curatorem, verbo Lasis, nu.152.vers. Licet si patris, ad finem, posse quoque eum per cōtractum illam alienare. Sic tenent Caldas eo.n.152.ver. Sed in proposita specie, in fi. Valdes eo.n.2.vers. Nec obstat aliud fundamentum, in fi. Idem tradit Cantera, quamuis teneat contrariam sentētiam in alii duab. aduentitiorū patrib. de quib. nequit testari, in suis q. criminalibus, tit. de q. tangentibus punitionem delictorum, c.1.nu.39.

8 Alij vero eiusdem sententiæ authores volunt ob crimen læsæ maiestatis diuinæ, vel humanę publicari etiā vsumfructum, quē pater habet in his bonis aduētitijs. Ratio est, quia ob vtrumque crimen patitur filius maximā capitis diminutionē: at hac id ius patrię potestatis soluitur, vt cōstat ex §. Cum autem is. instit. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, ibi: Pari ratione et si quis in potestate parētis sit, in insulā deportatus fuerit, desinet esse in potestate parentis. Ergo & vsusfructus amittetur, vtpote qui ratione solius patriæ potestatis cōpetit patri. Sic tradūt loquētes de hęresi Simāncas de Cat.inst.tit.9 n.18. Molina tomo 1.de iust disput.229.in tertio modo liberationis à patria potestate, & disput.9.col.9. versi. idem Sayr. in claui regia.lib.9.c.7.nu.7.versic. E contra verò. Et loquentes de vtroq; crimine, tenent Azor tom.1. instit. moralium, lib.5.c.7.q.8.& li.8.c.12.q.15. Vasquez 1.2.q 96.a.5. disp.169.c.1.n.9. Et vidētur aperte loqui Simancas, Vasquez, & Azor, de vsufructu bonorum etiam acquisitorū ab ipso filio ante propriam hæresim. Sed Molina vtroque loco, & Sayr. distinguunt, dicentes vsumfructum bonorum, quæ filius ante propriā hæresim acquisierat, minime publicari, sed manere apud patrē, sicut ante id delictum erat, donec pater moriatur: secus autē de vsufructum bonorū, quæ filius post id delictum acquirit: is.n. cum ea proprietate confiscabitur. Ratio autē disparitatis est, quia etsi vsusfructus acquisitio pendeat à patria potestate, eius tamē semel acquisiti cōseruatio ab ea nō pēdet, sed soluta adhuc patria potestate, durat in patre, dū vixerit. Vt latius probabo li.7. huius tractatu, dum egero, an filio exēplo à patris potestate per religionis professionē extinguatur vsusfructus. quem pater habebat in bonis filij aduētitijs antea acquisitis. Et ideo quāuis per hęresim filij amittatur patria potestas, non cessabit vsusfructus antea à patre acquisitos in aduētitijs à filio nondum hęretico patris: cessabit autem seu verius loquendo, non acquiretur patri in aduētitijs post filij hęresim acquisitis: quamobrem hic solus posterior vsusfructus ad fiscum transibit. Atq; Molina ea.disp.9.col.9. versic. Idem, limitat priorem partem, nempe, vt vsusfructus bonorum, quæ filius nondum hęreticus acquisiuit maneat apud patrem, vt intelligatur nisi filius in hoc Regno Castellę, & Lusitano eximatur post hęresim à patris potestate per contractum matrimonij secutis Ecclesiæ benedictionibus. Nam sicut ex tunc vsusfructus ille bonorum antea acquisitorū debebat redire ad filiū, vt cōstat ex l.48.Tauri, hodie l.9.tit.1.lib.5.Recopil. ita ex tunc vsusfructus ille pertinebit ad fiscum.

9 Posterior sententia (quam probabiliorem credo, etsi prior sit satis probabilis) ait ob filij crimen non publicari ēt aduentitiorū proprietatem, sed ea manere apud patrem consolidatam cum ipsorum vsufructu ad patrē pertinenti. Sicut de castrensi peculio diximus n.4. Probatur ex l. si filius 3.C. de bonis proscrip. cuius verba retulimus nu.4. Sunt.n. ea verba illius ponderāda: Neq. quod in castris. Quippe particula neque, casus minus dubitabilis implicat. (Vt cū alijs probat Euerard. in suis topicis legalib. loco 110.) Nam cum fortius ius hēat filius in castrensi peculio, quā in aduentitijs: si illud ob filij crimē nō publicatur, sed reseruatur patri in paternę ptātis solatiū, à fortiori idem de his dicēdū erit. Nec hoc est correctum hodie, sicut nec quoad peculium castrense, esse correctū probaui, n.4. Scdo, quia alienatio eius proprietatis est interdicta filio absq; patris consensu: vt constat ex l.fi.§. Filius autem C. de bon. quæ lib. Et probaui late li.6. de matr. disp.39.n.7. Ergo nec delinquendo pōt eam alienare. Quia ea est regula, qui nequit alienare contrahendo in alterius præiudiciū, nequit ēt delinquēdo. Vt cum alijs probat Molin.li.4. de primog.c.vlt.n.8.& n.7. Et cōfirmatur, quia hæc prohibitio est in patris fauorē. Quod probatur ex ipsomet contextu illius, §. Filijs, autem, ibi.n. post interdictā filijs hanc alienationē, redditur rō prohibitionis, his verbis: Multus.n. est coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem exitū sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimoniū. Cum.n. sicut dictum est, parentes alere eos scđm leges, & naturā cōpleantur: quare ad venditionem rerū suarū prosilire desiderant? Vbi gl. vers. sentiant, ait: s. patres. Quod denotat rō subiūcta in eo textu, nempe, obligatio patris ad alēdos filios. Si.n. fauor paternus nō spectaretur, vana esset ea ratio: & ponitur interrogatiuè, q.d. teste gl. ibi ver. Desiderēt, non est rationi consonum, vt obligato patre ad filios alēdos, ipsi disponant de bonis aduētitijs. Quamobrem, in ijs verbis, Ne cupiditati dediti tristem exitum sentiant, supplendum est, si cupiditate ducti filij alienent, sentiant parētes tristem exitum. Id aūt ex ea alienatione, ēt reseruato patri vsufructu, damnum patri pullulat, vt non ita libera percipiēdi vsusfructus potestatem haberet: posset.n. extraneus rei dominus lites excitare circa rei administrationem, nempe an curam habeat pater rei administrādæ, ex qua percipitur vsusfructus, vt ita excolatur, vt nullū proprietarius detrimentum patiatur. Et ideo huic sniæ satisfauēt gl.l.1.ver. Suppl cij, ff. de bonis damnat. & Azor in summa.tit. de bonis proscr.n.3. vbi aiunt filio delinquēti non publicari eius peculium ēt castrense: quasi idē dicant de alijs peculiis. Et tenent Bart. l. si finita.15. §. si de vectigalibus: n.12.& 13.ff. de damno infecto, & ibi Alexā. nu.44. Imola nu.55 Zasius n.19. Paulus nu.7. Roman. nu.15. idem Bar. l. si quis in tantam, nu.11.& 12.C. Vnde vi. Bal. l. Exequutorum, num.52. in fi. vers. Si vero sit castrense.C. de exequut. rei iud. idem Imola l. si filius, 25. n.4. ff. de dam. infec. & ibi Angelus n.3. et tract. de maleficijs, ver. Et eius bona publicamus, n.27.& § actiones autem, n.13. ad finē, insti. de act. & ibi Ias. n.62.& 63.& l.3.§. si filius meus, n.1.ff. quod quisq. iuris Abbas cons.66.n.2.vol.2. Salic. l. Si filius 3.n.3.C. de bonis proscrip. & ibi Fulg.n.3. Faber §. fi. n.2. insti. de noxalib. Act. Albericus tractatu de statutis, li.3.q.12.n.1m. Curtius Senior consi.59.n 12. Chassanaeus in consuet. Burg. rub.2.§.2. in princip. o.nu.20. Cronus l Frater à fratre, n.37.ff. de condic. inde. Parisius cōsi.157.n.32.vol.4. Ruinus cons.117.n.6.& cons.109. in fi. vol 1.& cons.149.n.13.vol.3.& cōs.24.n.6.vol.5. Marianus Socinus iur. cōs.77.n.6.& 8.vol.2. Aymon cons.39 n.12.vol.1. Aiciat. cōs.6.n.12.to.1.li.2. Boerius decis.7.n.fi. Bernard. Diaz in sua pract. in noua edit.c.132.n.6. Gygas de crimine læsæ maiest. lib.2.tit. de pœnis committentium id crimē q.11.n.1. Rolādus consi.56. num.10. volum. Nellus tractatu de bannitis 1.p. secundi temporis, num.25. Franciscus Luca. tracta. de fisco par.2. principali, tit. de publicatione bonorum, n.3. decis. Capella Tolosana.120.nu.1. Rosella in sua summa, ver. peculium, n.12. Suarez l. Post rem iudicatam notabili 3.nu.5.ff. de re iud. Ant. Gom. tom.2. variar. cap 15. numer.14.

Marau-

Maranta in sua pract. p.6. in vltimo actu, nu.35. Riminaldus l.1. n.176 C. qui admitt. Ludou. Gomez. excipiens solum crimen læsæ maiestatis, *§. actiones autem, nu.13. instit. de actionib. Ascanius Clemens de patria potestate, c.6. effectu 2. n.36. & 37. Horoscius l.3. §. si filius meus, verb. in magistratu nu.8. ff. quod quisque iuris. Dueñas reg.275. limit.7. Bossius in sua pract. tit. de bonorũ publicatione, n.71. Iulius Clarus lib.5. receptarum q.78. nu.12. Peregrinus de iure fisci. lib.5. tit.1. nu.128. Hieronymus Gab. cons.123. nu.9. vol.1. Plotus inter consilia criminalia Zileti, to.2. cõs.130. nu.20. Pancirol. cons.181. n.12. vol.1. Menoch. de recuper. possess. remedio 9. nu.66. Cantera in suis quæst. criminal. in quæst. tangentib. punitionem delectorum, c.1. nu.39.* cum limitatione tamen explicata nu.7. *Hondedæus cons.91. nu.25. vol.1. Farinacius alios referens in sua practica, in priori editione, to.1. p.1. tit. de delictis, & pœnis, q.24. n.5. Mẽdez. l. cum oportet, n.85. & 92. in fi. C. de bon. quæ liber. Azebedo l.8. recop. tit.3. l.1. nu.212.* Quid autem dicendum sit, si hic filiusfamilias filios habeat, diximus nu. 5.

10 Atque hęc sententia ampliatur primo contra Doctores relatos n.7. vt nec proprietas tertię partis bonorum aduentitiorum, de qua potest libere filius in hoc regno testari, publicetur ob filij delictũ sed maneat penes patrem. Quia (vt probaui lib.6. de matrim. disp. 36. nu.9. verius est non esse integrum ei filio per viam cõtractus disponere de ea tertia bonorum parte, absque licentia patris habentis in ea vsumfructum: & ideo militãt rationes num. pręcedenti traditæ.

11 Quod autem tradunt Doctores nu.8. relati de confiscatione vsusfructus bonorum aduentitiorum, ob hęresim, aut crimen læsę maiestatis humanæ filii, non caret difficultate. Quippe *Octauianus decisione Pedemontana 94. à n.9 vsque ad finem*, dicens ita decidisse Senatum, affirmat vsumfructum aduentitiorum tunc non publicari, sed perseuerare apud patrem. Idẽ docet *Azebedo lib.8. recopil. tit.3. l.1 num.212.* Atque *Azor tom.2. instit. moral. lib.2. ca.22. q.7* concludit in hac re standum esse consuetudine recepta. Et *Farinacius in sua pract. in noua editione, tomo 1. p.1. tit. de delictis & pœnis, q.24. nu.9.* Dicit ob crimen læsæ maiestatis filii publicari proprietatem solam aduentitiorum. Et *Pancirol. cons.181. num.12. volum. 1.* ait eum vsumfructum non confiscari, quamuis filiusfamilias egrediatur ratione criminis à se admissi patriã potestatem. At hi Doctores non explicãt, an loquantur de vsufructu bonorum ante hæresim, aut post eam acquisitorum. Sed placet in hac difficultate distinctio quam ex *Molina & Sayro* retuli eodem nume.8. & limitatio prioris partis quã ibi quoque ex *Molina* retuli. Dum autem ibi dicitur vsumfructum aduentitiorum à filio acquisitorum post hæresim publicari, est intelligendum de bonis acquisitis durante hæresi: nam quę post quã resipuit, acquisiuit non publicari probaui capit. præcedenti numero decimo. Et saltem in omni sententia non publicantur bona post cõdemnationem ab eo acquisita, tanquam bona futura, vt ibi nume.9. probaui.

12 Ampliatur secundo nostra sententia, quãmuis filius cõsensu patris administret aduentitia: immo, etsi inter vtrumque compromisso facto iudicent arbitri posse filium liberè de eis bonis disponere, adhuc enim non publicabitur illorum proprietas. Sic *Abbas cõs.66. n.3. vol.2. Boerius decis.7. num.16. Baiardus addit. ad Iulium Clarum, lib.5. recept. q.78. nu.55.* Sed contra hoc sunt *Bartol. l. si finita.15. §. si de vectigalibus nu.13. in fin. ff. de damno infecto, & ibi Alexand. nu.51. Menoch. de recup. possess. remedio 9. n.90.* Et probant ex *l. cum & filij, C. Qui bonis cedere poss.* ibi: *Quod patre volente possidet*. Sed potius placet, quod priores Doctores dicunt, quia ea administrãdi potestas non extenditur ad alienationem ob delictũ. Vt dicemus num. 18. Et ita quamuis dubitans sustinet etiam *Farinac. ea q.24. nu.8.*

13 Ampliatur tertio, vt sit vera quamuis pater solam vsusfructus spem habeat, eo quod illa bona relicta sint filio, reseruãdo alteri vsumfructum. Nã eo vsufructuario mortuo deuoluetur vsusfructus ad patrem: & ideo illa spes paterna operabitur, ne integrum sit alio eã proprietatem absque patris consensu alienare & subinde, nec ex delicto alienabitur in fiscum. Atque hoc probatur ex *leg. finali, §. Filij autem, verbo Dumtaxat, C. de bonis quæ liber.* vbi prohibetur filio alienatio bonorum, in quibus pater habet vsumfructum, vel quid aliud: quę posteriora verba apponuntur ratione huius spei. Nec mirum hoc videri debet, cum spes hæc multos alios effectus operetur. Vt latissime probat *Tiraquel. post leges connubiales, à nu.34.* Et ita sustinent *Rum. consil.24. num.13. versic. Tertio prædicta, volum.5. Marianus Socinus Iunior consil.77. nu.13. & 14. vol.2. Menochius eodem remedio 9. nu.87. Farinacius eadem, q.24. nu.7.*

14 Immo, quidã ampliant, etiam si pater careat vsufructu eorum aduentitiorũ. Ducuntur quod peculium castrense, non publicatur, iuxta dicta numero 4. Cum tamen eius vsusfructus ad patrem non pertineat. Pręterea, quod filius familias nequeat de hoc peculio testari, *l. Penultima, C. Qui testam. facere possũt*. Cũ ergo hoc peculium nequeat ad hæredes extraneos trãsire, nec in fiscum quoque transibit, iuxta regulam traditam ca. præcedenti, num. 5. Item, quia ratio, ob quam aduentitiũ, non publicatur, non est prohibitio alienandi illud, aut de illo testandi, sed prærogatiua iure concessa patrię potestati, ob quam pręfertur fisco: quę ęque procedit in hoc casu. Et ideo ita tenẽt *Ruinus consil.24 n.7. vol.5. et Iulius Clarus*, dicens forte hoc esse verius, *lib.5. recept. q.78. n.12. & Marianus Soc. iun. cons. 7 à n.10. vsq; ad 12. volum.2.* dicit hoc esse satis probabile: quamuis nu.12. dicat se id non asserere tanquam rem carentem difficultate. Idem etiam tenet *Farinacius ea q.24. num 6.* At potius placet tunc confiscari. Quod in hoc casu essent rationes traditæ n.9. ad probandum aduentitia nõ publicari. Tunc enim non est interdicta alienatio fauore patris: ac potest huius ea aduentitia alienare per contractum; ac subinde ob delictum quoque. Nec obstant rõnes contrariæ. Nõ prior, eo quod id sit speciale in peculio castrensi, quia iure speciali sit filij. Nec etiam posterior, quia patria potestas solum impedit testari, & ideo cum non interdicat alijs modis alienare, nec etiam interdicet alienationem ex delicto. Et ideo hanc partem tuentur *Parisius latissime probans consil.157. à nu.11. vsque in fine, vol.4. Crottus l. Frater à fratre nu.35. ff. de condict. indebiti. Gygas de crimine læsæ maiestatis, lib.2. tit. de pœnis committentium id crimen. q.11. n.2. Mendez. l. Cum oportet, n.85. C. de bonis quæ lib.* Et inclinat valde *Menochius de recup. possess. remedio 9. à n.84. vsque ad 86* quamuis tandem cogitandum relinquat. Et *Pereg. de iure fisci, lib.5. tit.1. num.128.* dicit esse valde dubiam prædictam ampliationem, & forte non præualituram in crimine lęsæ maiestatis: & absque dubio in terminis *l. Quisquis, C. ad legem Iuliam maiestatis*. Et ideo optime concludit *Cald. l. Si curatorem, verb. Læsis, n.153. vers. Ex supradictis iam infertur, Cod. de in integrum restitut.* confiscari tunc ea aduẽtitia quoad proprietatem, & vsumfructũ. Quod idem hi D. allegati clare sentiunt, cum tunc concedant absolutam cõfiscationem, & vtrumque sit filij.

14 Ad argumenta cõtraria proposita nu.6. respondetur. Ad primum dic eam legem intelligi, nisi alienatio interdicta sit in fauorem tertij, vt esse alienationem proprietatis aduentitiorum probaui nu.9. Ad secundum constat ex dictis nu.9. in prima ratione. Ad tertium, negandum est posse alienari alienatione legali. Nec obstat exemplum de religione; quia id speciale est fauore professionis. Ad aliud exemplum de minori bene respondetur ibidem. Et ad replicam constat ex dictis eodem nu.9 in confirmatione secundæ rationis.

SVMMARIVM.

An ob filij delictum publicetur profectitium eius peculium? Referuntur probantia publicari, num. 16

Non publicatur & soluuntur contraria, nu. 17.

An id procedat, quamuis filius habeat potestatem donandi, ac dissipandi illius peculij, nu. 18.

Post nu. 18. inuenies omnia summaria, quæ desiderantur.

16 QVæstio tertia. An ob filijfamilias crimen publicetur profectitium eius peculium? Et videtur publicari. Quippe pater tenetur de peculio hoc pro inuasione & occupatione à filio facta, *l. in peculium. ff. de sent. & re iud. l. 3. §. idem scribit, ff. de peculio.*

17 At communis omnium sententia, ac verissima est, id non publicari. Constat ex *l. 3. §. sed verum ff. de minorib. & l. filius 3. C. de bon. proscrip.* prout eam n. 9. ponderaui. Et ratio est, quia id est patris quoad proprietatem, & vsumfructum, solaq. administratio est filij, *l. Certum, C. familia ercisc.* Ergo id tanquam alienum publicari non debet. Nec obstant textus in contrarium adducti. Quia respondetur cum *Menochio statim allegando* eos textus intelligi, quando filius in iudicio damnatur, vt certam quantitatem soluat, in quo dicitur quasi contraxisse, & sic est debitor. Et ideo hanc sententiam tuetur *Bart. l. si finita 15. §. si de vectigalibus, nu. 1. ff. de damno infecto & ibi Romanus, n. 15. Salic. in dict. l. si filius, nu. 4. Alberic. l. si postulauerit, § iubet, n. 5. ff. ad leg. Iul. de adu. Bal. l. exequutorem, n. 32. vers. Modo quare ff. de execut. rei iud. Angel. l. si filius, n. 2. ff. de damno infecto, et ibi Imola, in fi. Chassaneus in consuetudinib. Burgundiæ, rubr. 2. §. 2. in principio, nu. 2 Paris. cons. 157. nu. 36. vol. 4. Curt. senior cons. 59. nu. 12. Nellus tract. de bannitis, in 1. p. secundi temporis, nu. 25. Ascanius Clemens de patria potestate, c. 6. effectu 2. nu. 37. Marianus Socinus iunior cons. 77. n. 6. & 12. vol. 2. Bernar. Diaz in pract. cauen. ca. in noua edit. c. 132. n. 6. Boerius decis. 7. nu. vlt. Io. n. Lup. in rub. de donationib. inter vir. & vxorem, §. 66. nu. 24. vers. præsup. sito fine veritatis prædicto, Couar. 2. variar. c. 8. n. 7. ver. sic delinquente filio. Crottus l. Frater à fratre, n. 3. ff. de cōd. indeb. Gygas de crimine læsæ maiestatis, lib. 2. tit. de pœnis committentium id crimen q. 10. decisio capella Tolosana 120. nu. 4. Suarez l. post rem iudicatam, in ab. 13. num. 6. ff. de re iud. & ibi Valdes in addit. verb. in peculio profectitio. Dueñas regula 275. limit. 7. Anton. Gomez 2. variar. c. 15. nu. 16. Menochius de recuper. possess. remedio 9. n. 97. Caldas l. si curatorē verbo Lasis, nu. 118. in fine, & nu. 152. vers. Sed in proposita specie C. de in integrum restit. Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 80. Iul. Clarus, lib. 5. recep. q. 78. nu. 11. & Baiard. ibi in addit. nu. 49. Peregrinus de iure fisci, l. 5. tit. 1. nu. 125. Azebedo lib. 8. recop. tit. 3. l. 1. nu. 210. in fine. Cantera in suis q. criminalibus tit. de quæstionib. tangentibus punitionē delectorum c. 1. n. 39. Plotus inter consilia criminalia Ziletti, to. 1. cons. 130. nu. 20. Farinacius alios referens in sua practica in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis & pœnis q. 24. nu. 3. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 4. dub. 3. nu. 12. in fi. Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. c. 7. q. 8.*

18 Quod quidem est verum, quamuis filius haberet à patre concessam facultatē donandi, ac dissipandi eius peculii. Quia cum non sit donatio, non clauditur in donādi facultate. Nec in dissipādi potestate videtur tractatū de delicto. Sic *Angel. Imola, Ioan. Lup. Anton. Gomez decisio capel. Tolos. Caldas eod. nu. 118. Farinac nu. 4. Baiard. Pereg. nu. præced. relati.*

SVMMARIVM.

An ob filij delictum publicetur legitima ei debita in bonis parentum ad huc superstitum, n. 19.

Quid si pater assignasset, & tradidisset legitimam filio, nu. 20.

An postea obeuntib. parentibus ea legitima publicetur, nu. 21.

An publicentur alimenta debita filio à parentibus, & dari solita, numero 22.

19 QVæstio vltima. An ob filii delictum publicetur legitima ei in bonis parentum adhuc superstitum debita? Ratio dubitandi est quia filius est quasi dominus illius, & habet ius certū ad illam. At verissimum est, eam minime publicari. Quod non debeatur filio, dum parentes viuunt, *l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bon.* nec ius illud remotum filii ad parentum bona trāsfertur in fiscum. Id etiam constat ex *l. si qua pœna 7. ff. de his qui sui sui, vel alieni iuris,* vbi deciditur auo deportato nepotē successorium in legitimam, in quam filius deportati successurus erat. Ergo non publicatur. Et ita docent *Speculator, tit. de exequut. sententia. § sequitur videre, n. 11. Bal. l. 1. num. 4. in fi. C. de bonis libert. & ibi Salic. nu. 10. idem Bald. d. l. si qua pœna, num. 3. Alber. tract. de statutis, l. 3. q. 27. nu. vnic. Paul. cons. 212. nu. 1. volum. 2. Marianus Socinus iunior cons. 51. nu. 4. 5. & 6. volum. 1. Ruinus cons. 149. num. 15. volum. 3. Gygas tract. de crim. læsæ maiestat. lib. 2. tit. de pœnis committentium id crimen, tota q. 9. Cepola cōs. ciuili 58. num. 29. Guilielm. Benedictus ca. Raynutius, ver. Et vxorem, decis. 5. nu. 281. Curtius senior consil. 59. nu. 13. Cassanaeus in consuetud. Burgundiæ, rubr. 2. §. 2. in princip. n. 6. Nellus tractat. de bannitis 1. p. secundi temporis, n. 33. Couar. lib. 2. variar. c. 8. num. 7. vers. Sic delinquente filio. Franciscus Lucanus tract. de fisco, in 2. p. princ. tit. de publicatione bonorum, n. 2. Simancas de cathol. instit. tit. 9. num 79. Fabianus de Monte repetit. in authent. nouissima num. 261. C. de inoffic. testam. Padilla, l. 3. num. 33. & 34. C. de iuris & facti ignor. Bossius in sua pract. tit. de bonorum publicatione, nu. 27. Plotus inter consilia criminalia Ziletti, tomo 1. cons. 130. numero 55. Decian. cons. 64. nume. 45. vol. 3. Menoch. cons. 77. num. 27. & 28. volum. 1. de recuper. possess. remedio 9. nu. 176. Gutier. §. Sui, nu. 94. instit. de qualitat. hæredum, & differ. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 97. & 133. Azebedo lib. 4. recopil. tit. 10. lib. 3. nu. 145. Baiardus addit. ad Iulium Clarum lib. 5. quæst. 78. nu. 48. & alios referēs Farinacius in sua practica, in noua editione. tomo 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis, quæstione 24. nume. 16. Azor tomo 2. institut. moral. lib. 5. c. 7. quæst. 8. Vasquez 1. 2. quæstione 96. art. 5. disp. 169. cap. 2. num. 18.* Et neminem contradicentem inueni. Quippe falso in contrarium citatur *Cardinalis Clem. 2. in principio, numero 15. quæstione 7. de sent. & re iudic.* solum enim ait publicatis bonis ob crimen læsæ maiestatis parentum publicari legitimam in iis debitam filio. Quod verissimum est, quia computatur inter parentum bona. At hic de filii crimine agitur.

20 Quod ampliatur, vt sit verum, etiamsi pater legitimam filio assignasset, & tradidisset. Sic *allegans Alexādrum consi. 37. volum. 1. & Marianum Socinum iuniorem consil. 51. volum. 1.* tenet *Baiardus num. præcedenti allegatus,* ac nullā rationem assignat. At neuter doctor ab eo allegatus id dicit: & ideo satis dubia redditur hæc ampliatio. Cum enim ea traditione effectus sit filius legitimæ dominus, non est cur non publicetur. Et ita eam tunc publicandam credo.

21 Secundo ampliatur, vt nec mortuo post id filii delictum parente, publicetur ea legitima. Quia cū publicatio ad sola bona præsentia extendatur (vt probaui cap. præcedenti numero 8.) non comprehendet legitimam post delatam, sed inter bona futura computabitur, quę in confiscatione non clauduntur. Et ita docent *Speculator, Ruinus, Paulus, Gygas quæstione 18. num. 1. Guilelmus Benedictus Bossius Padilla Decian. nume. 46. Gutier. Plotus numero 57. Farinac. numero 19. Baiardus allegati, numero 19.* An verò publicetur filio delinquenti post patris obitum, antequam filius eam petat, diximus c. præcedenti, nu. 49. in fine.

22 Tandem, nec alimenta debita filio à parentibus, ac singulis annis dari solita, publicantur. Quod ea nō sint in filii bonis. Atque ita docent *Speculator. Curtius senior. Nellus, nu. 36. Gygas q. 9. in fine. Peregr. nu. 113. Baiardus, nu. 109. Azebedo relati, nu. 19.*

CAPVT XVI.

De vsusfructus confiscatione ob vsufructuarij delictum: & specialiter de vsufructu paterno in aduentitiis filii,& castrēsi,ac profectitio,legitima,& alimentis filiorum,ob crimen patris publicādis.

SVMMARIVM.

Peculium castrense, vel quasi, non publicatur ob paternum crimen, numero 1.
Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 2.
An ob vsufructuarij delictum publicetur vsusfructus? Refertur quædam sententia nu. 3.
Explicatur sententia Authoris. nu. 4.
Quid si delinquens grauatus sit eum vsumfructum alteri restituere, aut interdicta sit eius alienatio nu. 5.
An confiscentur alimenta inclusa in eo vsufructu, vel quando legatum vsusfructus resoluitur in alimenta? remissiuè. n. 6.
An confiscetur is vsusfructus, si delinquēs patiatur maximā, aut mediam capitis diminutionem, num. 7. & 8.
Post num. 8. inuenies alia summaria.

1 SVperiori capite egimus de confiscatione peculiorum, & legitimæ, ob ipsius filij delictum. In præsenti autem est sermo de ipsorum confiscatione ob ipsius patris crimen. Præmittitur autem disputatio generalis de vsusfructus confiscatione ob vsufructuarij delictū, eo quod ex illa pendeat, quid dicendum sit de peculiari vsufructu paterno in aduentitijs filijfamilias. Nec vlla est dubitatio de peculio castrensi, aut quasi: constat enim id minime ob paternū delictum publicari. Quippe cū sit filii quoad proprietatem, vsumfructum, & administrationem. Atque ita tāquam rem certam docēt *Albericus tractatu de statutis, l. 3 q. 12. n. vnico. Gygas de crimine læsæ maiestat. li. 2. tit. de pœnis committentium id crimen. q. 13. nu. 1. Nellus tractatu de bannitis 1. p. secundi tēporis, n. 26. Cantera in suis quæst. criminalibus, tit. de q. tāgentibus punitionem delictorum, c. 1. nu. 34. Arebedo d. l. 8. recop. tit. 3 l. 1. num. 207.*

2 Quadruplex ergo quæstio est disputanda. Prima de confiscatione vsusfructus ob vsufructuarij delictum. Secunda de confiscatione aduentitiorū ob patris delictum. Tertia de profectitij peculij confiscatione, ob idē delictum. Vltima de confiscatione legitimæ, & alimentorū, quæ filio debētur in ijs patris delinquentis bonis.

3 Quæstio prima. An ob vsufructuarii delictum confiscetur vsusfructus? Quidam confiscari negant, dicūtq; tunc cum proprietate consolidari. Ducuntur, quod nequiens alienare per contractum, & vltimam voluntatē nequit per delictū: & similiter, quod ad hæredes extraneos transire non potest, nec in fiscum transit. Iuxta d. c. 14. n. 5. At huiusmodi est vsusfructus, *§. Finitur inst. de vsuf ructu.* Secunda, quia bona futura non includuntur in confiscatione, iuxta d. ca. 14. nu. 8. At fructus cedētes post confiscationem, sunt bona futura. Et ideo hāc partem tuētur *Bal. l. 1. n. 4. C. de bon. libertor. & ibi Salicet. n. 9. vers. de vsufructu. Alex. conf. 23. nu. 14. vol. 1. Ber. Diaz in sua practica, in noua editione, c. 132. n. 4 Conradus in sua pract. tit. de publicatione bonorum, nu. 3, lim. t. 3.*

4 At dicendum est cōmoditatem illius vsusfructus cōfiscari, dum vsufructuarius ille debeat eo gaudere. Cōstat ex *l. si postulauerit, §. iubet, ff. ad leg. Iul. de adulter.* ibi *Proinde in communi parsem publicamus, in proprio, cuius vsusfructus alienus est, nudam proprietatem, in quo tantum vsumfructū habet reus, magis est, vt perceptio vsusfructus ad publicum incipiat pertinere.* Præterea, quia vsusfructus computatur inter huius delinquentis bona: & quamuis ipse vsusfructus formalis alienari nequeat, potest tamē eius commoditas: vt fatentur omnes. Ergo ob delictū alienari poterit, cum reliquis delinquentis bonis. Tandē, quia (vt optime ait *Anton. Gomez. statim referendus*) vsusfructus nō cedit denuo quolibet anno, instar annui alimentorum legati, sed plene cōpetit vsufructuario à tēpore cōfessionis, quamuis commoditas veniat quolibet anno soluenda: sicut in annuo censu contingit. Ergo sicut hic non computatur inter futura delinquentis bona, sed inter præsentia, & plenè cōfiscatur: ita & ille. Et ex his constat solutio ad contraria proposita n. præced. Et ideo hanc partem tuentur *Cynus l. corruptionem 16. in fi. C. de vsufruct. & ibi Alber. n. vnic. vers. item facit. & idē Alber. d. l. si postulauerit, §. iubet. n. 1. & Ang. n 1. idē Angel. d. eorum. nu. 3. ff. de damno infecto. Alex. l. si finita 15. §. si de vectigalibus nu. 51. ff. eo. tit. & ibi Romanus n. 12. Gygas de crimine læsæ maiest. li. 2. tit. de pœnis committentium id crimen, q. 19. n. 2. Chassanæus de consuetud. Burgundiæ, rubr. 2. § 2. in principio, nu 17. Nellus tract. de bannitis 1 p. secundi temporis, nu. 12. Franciscus Lucanus de priuilegiis fisci, in 2. p. principali, tit. de publicatione bonorū, n. 2. Ant. Gomez. to. 2. variar. c. 15. nu. 18. Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 19. Plotus inter consilia criminalia Zeliti to. 1. cōs. 130. n. 91. Farinacius in sua practica, in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis, q. 23. num. 150. Ioan. Garzia de expensis c. 10. n. 47. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. titu. 1. nu. 73. & 116. Surdus de alimentis, tit. 8. priuilegio 59. nu. 22. & 23. Vasquez, 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. c. 1. n. 10. Sayro in claui regia, l. 9. c. 7. nu. 7. Molina to. 1. de iustit. disp. 9. col. 7. vers. Ex dictis facilius.*

5 Atq; hæc sententia est vera, quamuis vsufructuarius ille delinquens sit grauatus, vt post mortem, aut certū aliquod tempus, vsumfructum illum alteri restituat: nā eo tempore, quo ipse delinquēs erat illo potitus, pertinebit ad fiscum. Iuxta decisionē *l. Statius. Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci.* Et tradunt *Simācas, & Vasquez, nu. præced. relati.* Quod si expresse interdicta sit vsusfructus alienatio, sic distinguendum est. Si est interdicta in fauorem aliorum, nō confiscabitur: secus si in solius delinquentis fauorem. (Vt in simili diximus c. 18. n. 5) Sic *Ioan. Garzia de expensis c. 10 n. vlt.* vbi tenet hanc posteriorem partem, nisi, in casu alienationis sit alius substitutus; tunc enim fisco, sed substituto locus erit.

6 Vtrum autem confiscentur alimenta inclusa in ipso vsufructu, aut ipse vsusfructus, quādo resoluitur in alimenta, diximus c. 14. nu. 43.

7 Limitatur tamen prædicta sent. vt ob vsufructuarij delictum publicetur vsusfructus, nisi delictum tale sit, vt ob illud patiatur delinquens maximam, aut mediam capitis diminutionem, tunc enim non confiscatur. sed consolidatur cum proprietate, & erit habentis proprietatē. Sic habetur *l. corruptionem 16. C. de vsufruct.* Et docent *Bald. ibi nu. 7. Alberic. l. si postulauerit, §. iubet, n. 5. ff. ad leg. Iuliam de adult. Alexander, Romanus, Plotus, Peregrinus vtroque loco, Surd. allegati n. 5.* Et quamuis pœnæ damnationis in metallū, & interdicti aqua, & igne, & deportationis per quas hęc diminutio inducebatur, nō sint hodie in vsu; at poterit hodie verificari, vt vsusfructus amittatur per maximā, aut mediam capitis diminutionem, si quis perpetuo in insulam exularet V. g. à *Oran*, vel damnaretur perpetuis triremibus, aut carceribus. Atque ita docent *alij citati Greg. Lop. l. 4. verb. Olabrando, & verb. à home libre, tit. 31. p. 7. Peregrinus de iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 16. Castillo de vsufructu li. 1. c. 66. num. 27.* vbi etiam aduertit in hoc Castellæ regno necessariū esse ad effectum vt ijs pœnis amittatur vsusfructus, auferri bona delinquenti per sententiam. Vt constat ex *l. regia 4. & 5. tit. 18. p. 4.*

8 Aduertunt tū optime *Molina to. 1. de iust. disp. 9. col. 7. vers. ex dictis facilius, & Rebellus de iust. p. 1. l. 1. q. 7. sect. 2. nu. 22.* in hoc Castellæ, & Lusitano regno (sitū in Lusitano, ait *Rebellus*, exceptantur tria crimina) vsumfructū pertinere ad fiscum, etiamsi delictum, & condemnatio sint talia de iure cōi in eis finiendum esset vsusfructus, tanquā per maximam, aut mediam capitis diminutionem, & rediturus esset ad proprietarium, iuxta textum d. l.

d.l.corruptionem, & §.Finitur, instit. de vsufruct. Quia in vtroque regno per has diminutiones nō amittitur vsusfructus. Et ratio est, quia (vt probat *idem Molina ca. disp. 9 col.5. vers. His ita constitutis*) ideo delinquens censebatur iure communi per eas diminutiones, ac naturaliter mortuus, & sic extinguebatur vsusfructus, ac redibat ad proprietatem: quia eo ipso omnibus bonis spoliabatur & pertinebant ad hæredes ab intestato, vel ad fiscum, si ob id delictum bona publicabantur Quod in vtroq; regno cessat: quia *l. Regia 4. Tauri hod. l 4. tit. 4. lib. 5. recopil. & iure regio Portugalliæ* permittitur his dispositio libera de suis bonis, etiam per vltimam voluntatem.

SVMMARIVM.

Proprietas aduentitiorum non publicatur ob paternum crimē, num.9.
Quid de vsufructu, quando pater eum remiserat, nu. 10.
Quid quando non remiserat? Referuntur variæ sententia, nu. 11.12.13. & 14.
Explicatur sententia Authoris, nu. 15.16.17.18. & 19.
Post nu. 19 inuenies alia summaria.

9 QVæstio secunda. An aduentitia filiifamilias confiscentur ob paternum delictum? Et quidē ea. quo ad proprietatem minime publicari est certū. Quia proprietas est filii. Et sic aduertunt *Nellus tractatu de bannitis, 1. p. secundi temporis, n. 26. Cantera in suis qu. criminalibus, in quæst. tangentib. punitionem delictum, c. 1. nu. 34. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 3. l. 1. nu. 208.*

10 Nec etiam quoad vsumfructū publicari, quoties pater ante delictum eum remiserat, est certum. Quod tēpore criminis iam extra paterna bona erat. Et ita docēt *Nellus ibidem nu. 27. Boer. decis. 7. n. 16. in fi. Gygas tract. de crimine lesæ maiest. lib. 1. tit. de pœnis committentium id crimen q. 19. num. 1.*

11 Quare difficultas eò pertinet, an vsusfructus hic publicetur, quando tempore delicta erat patris. Variæ sūt sentent. Prima absolute docet non publicari. Sic *Albert. tractat. de statutis l. 3. q. 12. num. vnico.*

12 Secunda sententia absolute docet eū publicari. Quia cum sit patris, non est cur non publicetur: sicut de vsufructu aliorum diximus n. 4. Atque ita se vidisse seruari testatur *Bar. l. 3. §. Sed vtrum, n. 5. ff. de minor.* & quāuis dubius, hanc sententiam videtur ipse sequi. Atq; communiter refertur ipsum *Bartolum* mansisse dubium in *l. si postulauerit, §. iube. n. vnico ff. ad leg. Iul. de adulter.* Sed falsò allegatur, quia non mansit dubius, sed quæstionē hanc mouit, ac solutionem remisit ad *l. si finita 15. §. si de vectigalib. ff. de damno infecto*, vbi nil prorsus dixit. Sed hanc sent. tuentur *Fulgosius dict. §. Sed vtrum, n. 9. Paulus d. §. si de vectigalibus in fi. l. 3. §. Actiones autem, nu. 61. instit. de action. Anton. Gomez 2. var. c. 15. num. 18.*

13 Tertia sententia sic distinguit. Aut eo delicto amittit pater patriam in filios potestatem, & tunc sola dimidia vsusfructus pars pertinet ad fiscum, reliqua autē dimidia consolidatur cum proprietate filii, & sic ipsius erit. Aut non amittit patriam potestatem, & tūc totus publicatur. Hæc posterior pars innititur rationi allatæ n. præced. Prior autem probatur, quia quoties pater facto suo amittit patriā potestatem, retinet dimidiā vsusfructus partem, & alia dimidia est filii, *l. cum oportet 6. §. sin autē vet. C. de bonis quæ liber.* Quia ratione *Bar. auth. Idem est princ p. n. 2. C. eod. tit. & multi alij* dicunt, patre professo retinere monasterium dimidiam vsusfructus partē, alteram autem esse filii. (Vt de hac quęstione tractantes decimus lib. 7.) Cū ergo in hoc casu pater facto suo, id est. delicto amittat patriā potestatē, dimidia pars vsusfructus erit filii cōfiscata, alia dimidia ad patrem pertinenti. Sic tuentur *Romanus l. si finita 15. §. Si de vectigalib. n. 12. ff. de damno infect. Crottus l. Frater à fratre, n. 59. ff. de condict. indeb. Gygas tractat. de crimine læsæ maiest. l. 2. tit. de pœnis committentium id crimen, q. 19. nu. 1. Nellus tract. de bannitis in 1. p. secundi temporis, nu. 27. Caldas l. si curatorem, verbo Læsis, nu. 152. in fi. C. de in integ. restit.*

14 Quarta sententia asserit totum delinquēti patre vsū confiscari quando ob id delictum non amittitur patria potestas, nil autem eius, quādo amittitur, sed totū pertinere ad filium, cuius est proprietas illorum aduentitiorum. Prior pars iā probata est. Posterior autem probatur, quia dimidia pars reseruata patri soluenti facto suo patriam potestatem est in præmiū facti laudabilis, quo filium emancipauit, & beneficii in ipsum per emācipationem collati. At in hoc casu est factum vituperabile: & nec pater, nec fiscus aliquo beneficio filium afficiūt: sed ille suam prauam voluntatem delinquendo exequi intendit: hic autem punire delictum paternum. Præterea, quia etiam dū laudabilis patris facto, vt eius professione, soluitur patria potestas, verius est totum, vsumfructū, qui erat patris, transire ad religionem. (Vt dicemus li. 7. tractantes de hac quæstione.) Quod principalis intentio patris profitentis nō fuerit beneficium conferre in filium. Ergo à fortiori in hoc casu dicendum est, nil eius vsusfructus deperdi patri, ob illud factum suum, nec ob id reseruari dimidiam partem patri sed alia rōne pertinebit totus ad filium, quia, nēpe, soluitur patria potestas, quę eius conseruandi vsusfructus fundamentum est. Et ideo hanc partem tuentur *Salicetus l. Si quis post hac 9. §. si quid etiam n. 4. C. de bonis proscrip.* licet tādem cogitandum relinquat *Alexander l. si finita 15. §. si de vectigalibus n. 45. & 51. ff. de damno infecto. Boerius decis. 7. nu. 4. Menoch. de recup. possess. remedio 9. n. 244. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 129.* Et posteriorē partem, nil de priori tractantes, tradunt etiā *Plotus inter cōsilia criminalia Ziletti, to. 1. consi. 130. nu. 24. & Quemada in suis q. fiscalibus, q. 19.* Quam etiam sententiam loquētes de vsufructuario in communi, tradidere *Baldus, & aly relati, nu. 7. & Farinacius in sua practica, tomo 1. par. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 24. nu. 33.*

15 Sed meam sententiam triplici explicabo conclusione. Prima sit. Quando ob delictum paternum nō amittitur patria potestas, confiscatur totus vsusfructus ab ipso habitus in eis filii aduentitiis. Hanc concedunt omnes sententiæ allegatæ triplici num. præcedēti: & ibi est probata.

16 Quare minus bene *Cantera in suis quæst. crim in q. tangentibus punitionem delictorum, c. 1. nu. 35.* dixit tunc solū vsumfructum acqui fiscum ante sententiam publicari. Ducitur autem, quia sola bona, quæ reus re vera habet, tempore sententiæ publicantur. at vsusfructus quamuis acquisitus patri sit à tempore, quo aduentitia filius cōparauit; at re vera, & cum effectu nō acquiritur, donec percipiatur, & cum hoc contingat post sententiā, non confiscabitur, sicut nec cetera bona post sententiam acquisita. At hoc improbatur ex iis, quæ diximus nu. 4. in vltima ratione, *allegato Antonio Gomez.*

17 Limitatur autem conclusio, vt totus ille vsusfructus publicetur pro eo solo tempore, quo apud patrem non delinquentem permanere debebat: sicut contingit in aliis vsufructuariis. Quod cum fiscus in solum patris ius succedat, non amplius quam ille ius acquirit. Quare si postea filius in hoc Castellano, aut Lusitano regnō matrimonium ineat sequutis Ecclesiæ benedictionibus, sicut ex tūc percipere debebat vsumfructum, & patri auferendus erat, ita ex tunc auferetur fisco, & pertinebit ad filium. Sicut ca. præcedenti num. 8. in fine, dixi in simili casu.

18 Secunda cōcl. Si ob patris hæresim bona eius publicantur, nil vsusfructus confiscabitur, sed totus ille consolidatus cum filii proprietate pertinebit in posterū ad filium Et in hac conuenimus cū quarta sent. relata nu. 14. Ratio huius præcisa nō est, (vt egregiè aduertit *Molina to. 1. de iust. disp. 9. col. 7. ver. Ab hac regula*) quod ob id crimē egrediatur filius patris potestatem. quia id (vt nos ēt aduertimus ca. præced. nu. 8.) tantū probaret de vsufructu aduentitiorum, quę post libertatem à patria potestate filius acquireret: non enim amittit pater ob

eam

cam exemptionem filii, vsumfructũ bonorum aduentitiorum antea acquisitorum. Sed præcisa ratio est, quia ita potenter iuris dispositione, *cap. 2. §. finali, de hæret. in 6.* ibi: *Cũ dignũ sit, vt propter tanti atrocitatem delicti, filij esse in parentum hæreticorum desierint potestate*, filius ob patris hæresim egreditur patriã potestatẽ, vt omnino, & quoad omnia sua bona maneat exẽptus. Et ideo hãc sent. tenent *Simancas de Cathol. inst. t. tit. 9. n. 81. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. c. 2. n. 18. vers. 8.* (quamuis enim hic non explicet se de hæresi loqui, refert, & sequitur *Simancas*, qui de paterna hæresi loquitur.) *Azor to. 1. instit. mor. lib. 5. c. 7. q. 8. & li. 8. c. 12. q. 15. Leon. l. 2. de iustit. c. 3. dub. 5. nu. 23. in fine. Cantera in suis q. crim. in q. taugentib. punitionem delictorum, c. 1. nu. 35. Rebellus de iust. p. 1. l. 1. q. 7. sect. 2. nu. 23. Sayro in claui regia, l. 9. c. 7. nu. 7. Molin. to. 1. de iust. disp. 9. col. 7. vers. Ab hac regula, disp. 229. in tertio modo qui filius a patria potestate liberatur.*

19 Vltima conclusio. Quando ob aliud patris crimen egreditur filius patriam potestatem, vt eo quod ob illud patiatur pater maximam, aut mediam capitis diminutionem, vt habetur *§. Cum autem is, & § Seruus pœna, instit. quib. modis ius patria potest. soluatur*, nõ amittit pr̃ vsumfructũ aduentitiorũ, quæ ante delictum filius cõparauit, sed eorum tm̃, quæ post delictum filius acquiret. (Vt constat ex dictis nu. præced.) Et ideo solus priorum bonorũ vsusfructus pertinebit ad fiscum, vtpotè qui erat proprius patris: at posteriorum, erit ipsius filii. Sic *Molina to. 1. de iustit. disp. 9. col. 7. vers. Ab hac regula.*

S V M M A R I V M.

An peculium profectitium filijfamilias publicetur ob patris crimen? Refertur quadam sententia, nu. 20.
Explicatur sententia authoris, & soluuntur contraria, nu. 21.
Quid si ob id crimen perdatur patria potestas, nu. 22.
Quid si crimen sit læsæ maiestatis, aut hæresis, nu. 23.
An id peculium ita reseruetur filijs, vt nec creditoribus patris sit eo soluendum, nu. 24.
Post nu. 24. inuenies alia summaria, quæ desiderantur.

20 QVæstio tertia. An ob patris crimẽ publicetur peculium profectitium filijfamilias? Duplex est sñia. Prior ait publicari. Ducitur, quod illud sit propriũ patris, & quoad dominiũ, & quoad vsumfructũ, *l. certum. C. Familiæ ercisc.* Secũdo ex *l. 1. §. Quamdiu seruus*, qui solet citari *§. Sed si alio, vers. Sed et si morte, ff. quando de peculio annalis sit*, ibi: *Sed et si morte patris, vel deportatione, sui iuris effectus fuerit filius, de peculio, intra annũ hæres patris, vel fiscus tenebitur.* Vbi deportatione patris dr̃ fiscum teneri soluere debita ex filii peculio. Ergo id publicatum est. Tertio, quia *l. 3. §. Sed vtrum, in fine ff. de minor.* cui contraria sñia innititur, eã non probat. Quia *ibi* non agit *Iurisconsultus* de publicatione bonorum ob crimen, sed de occupatione bonorũ ob debita: vt constat ex illis eius verbis, *Propter debitũ pecuniarium:* nec dicit fiscum tunc nõ lucrari peculium, sed decidit id separandũ, quod significat postea discutiẽdum esse, an ad fiscũ, an potius ad creditores pertineat. Et iõ hanc sententiam tuentur *Bald. l. Filius, num. 2. vers. sed quid è contra, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Viglius instit. quib. non est permissum facere testam. in princ. nu. 21. & Balduinus ibi, vers. Neque. Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 17. Caldas l. si curatorem, verb. Læsis, num. 119. in fi. C. de in integ. rest. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. c. 1. nu. 10. Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. c. 6. q. 8.*

21 Posterior sent. (cui tanq̃ probabiliori accedo, licet p̃cedẽs sit satis pbabilis) ait, id peculiũ minimè publicari, sed reseruari filio. Probatur ex *l. 3. §. Sed vtrũ, ad fin. ff. de minor.* ibi: *Licet aliquo casu peculiũ ad filiũ spectet, vt puta si patris eius bona a fisco propter debitum pecuniariũ occupata sunt: nam peculiũ eius ex constitutione D. Claudij separatur.* Vbi *gl. verb. Separatur*, ait, *vt saluum habeat filius.* Et rõ est, quia cũ filius in dicto peculio habeat administrationẽ, nõ debet illa priuari ob patris delictũ. Quippe ea priuatio est pęna. *l. Testam. Centurio. ff. de manumissi testam.* Nec obstat aduersariorũ solutio nu. p̃ced. relata. Quia (vt bñ ait *Cal. l. Si minorẽ, ver. Læsis, n. 119. C. de in integ. rest.*) hic textus est necessario intelligẽdus de condẽnatione ex delicto. Tũ quia facilius cõdonat princeps pœnam ob delictũ sibi debitam, q̃ debitum aliud pecuniariũ; in priori enĩ casu de lucro nõ cõparãdo agitur, in posteriori aũt, de propriis bonis amittẽdis. Tum ẽt, quia litera illius *§. Sed vtrũ*, iuxta veriorẽ lectiuã Florẽtinã non habet id verbũ, *pecuniariũ*, sed solum dicit *debitũ*, quod iuxta oẽs accipi ẽt põt pro debito ex delicto, *l. Si cui ex empto. 12. ff. de verb. sign.* imò, nec est legendũ, *debitũ*, sed delictum. (Vt probat *Bald. in Inst. f. 121.*) Nec alia solutio a cõtrariis data obest: quia clarè in eo *§. Sed vtrũ*, dr̃ id peculiũ spectare ad filiũ, vt cõstat ex eo verbo, *spectet*, quod cũ effectu est intelligendũ. Tandẽ, quia non obstat *dict. l. 1. §. Sed et si morte*, quã retuli n. præced. pro contraria sent. quia ibi nõ deciditur hoc peculium publicari, sed casu, quo publicetur, teneri fiscũ ad debitã. Et ideo hanc sñiam sustinent *gl. l. pen. verb. Patre. C. qui bonis cedere possunt, & ibi Bal. in fi. & eius additionator verbo Creditores. Sal. nu. 3. Bart. l. Si finita 15. §. Si de vectigalib. n. 12. ff. de dãno infecto. & ibi Alex. n. 44. Imola n. 55. Paul. n. 7. Rom. nu. 16. Alb. l. Si postulauerit. §. Iuber, nu. 5. ff. ad l. Iuliam de adul. Ang. tract. de malef. verb. Et eius bona public. nu. 27. & l. Si filius 3. in fi. C. de bonis proscript. & §. Actiones aũt, nu. 13. ad finẽ, inst. de act. vbi Ias. n. 64. idẽ Iason repet. l. Frater a fratre, n. 3. ff. de cond. indebiti, & ibi Crottus, n. 31. Bar. Soc. cons. 121. n. 2. vol. 4. Nellus tract. de bãnitis 1. p. secũdi tẽporis, n. 26. Icã. Lupus rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 66. n. 24. ver. Præsupposito in fi. veritatis præiudicio. Syl. in sum. verb. Peculiũ 1. q. 3. vers. In profectitio vero, Rosella verb. Peculiũ, n. 12. & ibi Ang. nu. 15. Tabiena ibi, q. 17. n. 18. in fi. Couar. l. 2. var. c. 8. n. 7. ver. Hinc apparet. Suar. l. Post rẽ iudicatã, notab. 13. n. 6. & 9. ff. de re iud. Ant. Gom. l. 2. var. c. 15. n. 16. Ducñas reg. 275. lim. 7. Plotus inter cõs. crim. Zilete, to. 1. cõs. 130. n. 23. Cantera in suis q̃stion. crim. tit. de q. tãgentib. punitionẽ delictorũ, c. 1. n. 36. Bossius in sua pract. tit. de bonorũ publicatione, n. 71. Iul. Clar. l. 5. recept. q. 78. n. 14. Pereg. de iure fisci, l. 5. t. 1. n. 126. Menoch. de recup. posses. remedio 9. n. 73. Dec. capel. Tolos. 120. n. 5. Meres de maior. in priori editione p. 4. q. 73. nu. 19.* vbi & alios refert *Fari. in sua pract. in nou. edit. to. 1. p. 1. q. 24. n. 26. Nau. l. 3. de rest. c. 2. p. 2. dub. 4. in noua edit. n. 79.* Eandẽ verè tenet *Azeued. l. 8. recopt. t. 3. l. 1. nu. 209.* quamuis enim videatur oppositã tenere, at hãc tenet cũ limitatione, quã nu. sequenti explicabimus, quã quoq; limitationẽ amplectuntur aliqui ex Doctoribus citatis pro hac sent. vt ibi referemus. Eandem quamuis dubius tenet *Gygas tract. de crimine læsæ maiest. l. 2. tit. de pœnis cõmittentium id crimen, q. 13. nu. 4.* in criminibus in quibus filii non puniuntur ob paternum delictum.

22 Limitatur primo hæc sñia, vt intelligatur, quando pater commisit tale delictum, ex quo non imponitur sibi pœna mortis naturalis, vel ciuilis, & per consequens nõ aufertur sibi patria potestas, nec filius efficitur sui iuris. Quia tunc peculium profectitium durat, & ideo nõ debet filio auferri per fiscum. Si vero tale sit patris delictũ, vt prædicta pœna ipsi imponatur, & sic cessat patria potestas, cõfiscabitur vtique. Quia tunc desinit esse peculiũ, *l. Finali, C. de inof. test.* Et affertur pro hac limitatione, *l. 1. §. Quãdiu seruus* seu vt alii referũt *§. Sed si alio, versic. Sed & si morte. ff. quando de peculio actio est annalis* cuius verba nu. 20. retuli. Sic tẽperat *Cynus l. Tria onera. ff. de excusat. tutor. Bal. l. Diximus. §. si pater, in fi. ff. eo. t. Alex. eo. §. Si de vectigalib. n. 45. & 46. Romanus, nu. 16.* (est aũt vterq; cautè legendus, quia errata est litera, vt bene aduertit *Ant. Gom. statim allegãd.*) *Imola ibi, n. 55. & Sua. n. 10. & 11. Azeued. & Cãtera vbi eos, n. p̃ced. allegaui.* Sed iure optimo hãc limitationẽ reprobat *Nellus, Ant. Gom. Plotus, n. 24. Pereg. præcita. alleg.* atq; ait eã esse valde dubiã *Menoch. de recuper. possess. remedio 9. nu. 85.* Atque *Peregrinus* conatur hanc sententiã esse *Fari. &*

Bal. & ideo dicēdum est, cum his authoribus, in neutro casu peculium hoc publicari. Quia ad publicationem nil prorsus refert, desinere esse peculium cessanti patria potestate: cū enim esset profectitium tempore, quo pater in id crimen lapsus est, id sufficit, ne ob id crimen publicetur. Nec obstat textus pro hac limitatione relatus: quia illi satisfactum est, num. præced. Et huic etiam parti videtur accedere *Farinacius eod. q. 24. nu. 28. in fin.*

23 Secundo limitatur, nisi crimen patris sit læsæ maiestatis, tunc enim id peculium profectitiū publicabitur. Sic *Imola, Alex. nu. 44. & 46. Peregrinus nu. præced. allegati. Gygas, & Cantera nu. 37.* loquens etiam in crimine hæresis, & *Azebedo* loquens in sola hæresi, vbi eos nu. 21. retuli. *Quemada in q. fiscalib. q. 19.* loquens in vtroque crimine. Nullus autem hoc probat, nisi *Cantera & Quemada*, eo quod per vtrumque crimen amittatur patria potestas. Quare limitatio hæc innititur limitationi præced. & ideo sicut illam reprobaui, ita & hanc reprobo, tanquam legitimo fundamento destitutam. Quare huic sententiæ fauent ceteri *DD. nu. 21. relati* qui absolute non stram sententiam sunt amplexi.

24 Tandem *Cantera nū. 38. & Azebedo vbi eos nu. 21. retuli*, asserunt hoc peculio satisfaciendū esse peculiarib. creditoribus: & vtetq; id satis confusè dicit. Sed clarè *Bal. l. Filius nu. 2. vers. sed quid è contra, ff. de his qui sunt sui. vel alie. iur.* ait separationē huius peculij iussam fieri, in textu *l. 3. §. Sed vtrum, ad fin. ff. de minorib.* quem textum nu. 21. pro nostra sent. retulimus, non fieri, vt filius id peculium lucretur, sed vt satisfaciat peculiaribus creditoribus, si illi præferuntur fisco. Ceterum filium præferri in hoc peculio creditoribus patris, satis innuit *glo. l. pen. verb. Patre C. qui bonis cedere, & ibi Bal. ad fin.* quamuis non clare suam sent. explicet. Et *idem Bal. l. ex quauis rim, nu. 30. vers. Respondeo bona, C. de exequut. rei iudic.* dicit in tam infelici confiscatione bonorum patris euentu, id profectitium reseruari filio ad alimenta, & sic clare innuit in illo præferri filium creditoribus patris. Et *Alex. l. si finita § 5. §. si de vectigalib. nu. 48. vers. Et ex hoc infert, ff. de damno infecto* ait valde stringi dictum *§. Sed vtrum* dicendo id peculium reseruari creditoribus, & ait potius esse ius filij in hoc peculio, quam patris. At prior sententia dicens præferri creditores patris, est verior, quam optimè explicat *Salicetus l. pen. nu. 3. C. qui bonis cedere*, dicens quando cetera patris bona non sufficiunt soluendo creditoribus paternis, satisfaciendum illis esse hoc peculio & ita illis non præferri filium: eo quod dominium eius peculij fit patris. Item, quia esse alienum minuit filiorum legitimam nedum hoc peculium Tandem, quod naturali æquitati dissonet, filium tractantē de lucro captando, præferri creditoribus tractantibus de damno vitando. Quare concludit sensum *prædicti §. Sed vtrum*, etiam esse, vt filius in hoc peculio præferatur fisco, & ideo non publicatur cum reliquis patris bonis. Quia fiscus tractat de lucro, at filius quasi de retinendo debito.

S V M M A R I V M.

An publicatis parentum bonis, reseruentur filijs legitima, & alimenta, num. 25.

Quid in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, num. 26.

An liceat filijs pauperibus surripere hac alimenta, nu. 27.

25 Quæstio vltima. An publicatis bonis ob patris crimē, publicentur etiam legitima, & alimenta debita filijs in ijs bonis? Hæc satis cōtroúersa est, vt pōt videri apud *Peregrinum de iure fisci, l. 5. tit. 1. a nu. 34. vsq; ad 44. & n. 75. & 76. & apud Farinac. in sua pract. in noua edit. to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis, q. 24. a n. 34. vsque ad 47.* Quibusdā negantib. At cōis, ac verior sīa est, extra crimē læsæ maiestatis, & hæresis, reseruari filijs ante bonorū publicationē natis alimenta. Vt multis citatis defendūt ibi *Peregrinus, & Bossius in sua practica, tit. de bonorū publicatione, nu. 8. Iulius Clarus l. 5. receptarū, q. 78. n. 26.* Atque extra hæc duo crimina sunt intelligendi *Dueñas regula 367. ampliatione 4. in fi. & Matienzo lib. 5. recop. ti. 8. lib. 8 glos. 1. nu. 21.* vbi tradunt fiscum bona publicantem teneri filios etiam spurios condemnati alere.

26 At quando ob hæresim publicantur, non tenetur filios fiscus alere, sed omnia prorsus parentum bona publicātur, nullis alimentis reseruatis, sed aliquādo ex quadā misericordia præstantur paruulis horum filiis. Quod quidam ob huius criminis atrocitatē institūme fit. Nā etsi parentes astringantur iure naturali ad filios alēdos, nō ob id impeditur, quin illis integrum sit bona omnia hypothecæ alicui subiicere per contractū, ac sæpe a creditoribus omnia vsurpantur, nō deductis filiorum alimentis. Ergo a fortiori id poterunt per delictum: prior enim obligatio ex propria parentum voluntate oritur: posterior autem ex legis præscripto ob bonum commune, vt tam atrocis supplicij timore arceantur parentes ab hoc delicto patrādo. Itē, quia *textus c. Vergentis de hæretis*, cortigendo in hoc ius ciuile, aufert omnino filiorū successionem in hæretici parentis bona, iubetque eis penitus exhæredatis omnia bona publicari. Atque ita docent *Imola Clem. pastoralis, n. 25. de sent. & re iudic. Ioan. Lupus ca. per vestras, notabili 3. §. 23. nu. 16. de donat. inter vir. & vxor.* & quamuis *§. 24. n. 9. & l. 77. Tauri in fine.* videatur contrarium dicere, remittit tamen se ad hunc locum. *Montaluus l. 9. verb. a toto tit. 5. lib. 3. fori. Castillo l. 77. Tauri, nu. 9. Gomez Arias l. 4. Tauri, n. 92. vbi Auendaño iunior glo. 7. nu. 9. Simancas de instit. cathol. ti. 29. nu. 12. Lara. l. si quis a libertis. §. si maior n. 16. ff. de liber. agnosc. Baeza de non melior. filiab. c. 15 nu. 25. 26. & 27. Rojas epitome successionum c. 7. nu. 23. & singular. 47. nu. 2. & 3. Peña in directorio Inquisitorum refert instructionem Hispalensem 2. p. in comment. 9. Cantera in suis quæst. crimina lib. tit. de q. tangentibus punitionem delictorum, c. 1. nu. 20. Bursatus cons. 289. nu. 22. vol. 3. Barbosa l. 1. p. 4. nu. 84. & 85. ff. soluto matrim.* Atque idem tradunt in crimine læsæ maiestatis humanæ, *Barbosa ibi, Peregrinus eod. tit. 1. nu. 24. in fin. Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, nu. 8. & tit. de crimine læsæ maiestatis nu. 134.*

27 Ex quo fit quod tradit *Guillelmus Benedictus ca. Raynutius verb. Et vxorem, decis. 5. nu. 286 de testam.* nempe, etsi in eo regno publicatis parentū bonis non reseruentur legitima, & alimenta filiis, integrum tamen esse illis in foro conscientiæ, si pauperes sint occulte rapere, nec teneri sic rapta restituere, & refert pro se *Guillelmum de Montelaudunsi*, intelligendum esse, quando extrema necessitate laborarent: in quo casu fas est a quocumq; furari cum omnia tunc sint communia. Ita docēt *Imola nu. præced. relatus Ioannes Lupus eo §. 23. nu. 16.*

CAPVT XVII.

De bonorum coniugum confiscatione, ob proprium, alteriusve coniugis delictum.

S V M M A R I V M.

Quot quæstiones disputandæ sunt, nu. 1.

Neutrius coniugis bona ob alterius delictum publicantur, n. 2.

Explicatur quæ sint bona vxoris non publicanda ob viri crimen: & an publicatis viri bonis, possit vxor propria authoritate ea capere, numero 3.

An arrha vxoris, aut quæ illi dantur in signum ineundi matrimonij, publicentur, nu. 4.

Dos non vere tradita, sed quam vir fatetur se recepisse, publicatur num. 5.

An fiscus possit opponere dotis non numeratæ exceptionem, n. 6

An dos hac ex sola viri confessione constans, quæ potest deduci aduersus creditores, & hæredes viri, ob lapsum fatalium, possit deduci contra fiscum, num. 7.

An dum fiscus nō soluit vxori dotem, teneatur eam alere, n. 8.

An viro vendente fundum dotalem, ex iurato vxoris consensu, & postea fisco eum vendicāti ob viri hæresim, liceat vxori eum a viro repetere, nu. 9.

An donatio propter nuptias facta a viro vxori, confiscetur ob viri delictum, num. 10.

Quid

Quid de quarta bonorum viri parte debita vxori inopi? Refertur quædam sent. & explicatur, an hæc deducenda sit ex toto bonorum corpore, instar æris alieni, nu. 11.
Explicatur sententia Authoris, nu. 12.
An ob viri delictum confiscentur donationes factæ vxori à consanguineis viri, nu. 13.
Quid de vestibus datis vxori à viro, nu. 14.
Quid de alijs donationib. factis vxori à viro inter viuos, n. 15.
Quid de donationib. causa mortis factis vxori, vel alijs, n. 16.
An dos vxoris nubentis scienter hæretico confiscetur, nu. 17. 18. & 19.
Et quid si virum hæreticum non denunciet, eo. nu. 17.
An hæc pœna extendatur ad reliqua vxoris nubentis scienter hæretico bona, nu. 20. 21. 22.
An vir Catholicus ducens scienter hæreticam, incurrat eandem pœnam? num. 23.
An vxor perdat dotē, eo quod virū hæreticū comitetur, n. 24.
Post nu. 24. inuenies alia summaria, quæ desiderantur.

1 DVplex quæstio est tractanda. Prior, de bonis vxoris publicandis ob viri delictum, & è contra. Posterior, an dos, & reliqua vxoris bona in viri præiudicium publicentur, ob vxoris crimen: & è contra, quæ bona viri ob ipsius viri crimen?

2 Quæstio prior. An dos, & reliqua vxoris bona publicentur ob viri delictum, & è contra bona viri ob vxoris crimen? Qua in re id certissimum est, neutrius coniugis bona publicari ob alterius delictum, sed sola coniugis delinquentis, reseruatis innocenti suis bonis. Quòd rōni dissonet, innocentē ob alterius crimē puniri, vbi id nō est iure expressū. Sicut expressū iure est puniri filios ob crimē læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ patris. At in hoc casu id nō est expressum imò contrarium, vt nu. sequenti videbimus. Et ideo succedit regula tradita in *l. Sācimus, C. de pœnis*, vt pœnæ solos delinquētes ligent.

3 Hinc deducitur nō confiscari ob qualecūq; viri delictum, dotem vxoris, nec parapherna, nec arrhas, nec sponsalitiā largitatem, quia ea est vxoris (quod quando contingat, non est huius loci, sed latè tractaui lib. 6. de matr. à disput. 18. vsq; ad 22.) nec medietatem lucrorū, quæ constante matrimonio acquisita sunt, in partibus illis, in quibus ea lucra inter coniuges diuiduntur: nec quæcunq; alia bona propria vxoris. Affirmant vniuersi ob rōnem nu. præcedēti traditam. Et de dote est textus *c. Decreuit, & de hæret. in 6. & l. si marito, in princ. ff. soluto matr.* Et de ea, ac omnib. bonis proprijs vxoris, *l. Si quis posthac 9. in princ. C. de bonis proscrip.* & de medietate lucrorū est *l. regia 77. Tauri, hodie l. 10. tit. 9. l. 5. recept.* vbi definitur medietatē horū lucrorū cōputandā esse vsque ad sniam criminis declaratoriā. Et de arrhis est textus *l. 8. tit. 10. p. 7.* Imò ipsa vxor pōt bonis viri publicatis, res suas propria authoritate capere. Vt constat ex *dict. l. Si quis posthac*, & aduertit *Ioannes Lupus rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. nu. 18. vers. Prædicta sunt intelligenda.*

4 Dum autem dicimus arrhas datas vxori à viro non confiscari ob viri delictum, intellige de arrhis, vt sunt in vsu apud Hispanos, quæ sunt donatio, q̄ facit spōsus sponsæ, aut vir vxori, in pmium dotis receptæ, aut nobilitatis, aut pudicitiæ sponsæ, quæ fit propria vxoris per matrimonij consummationem. Et explicui libro 6. de matr. disp. 22. nu. 18. Nam si sumantur, vt apud oēs sunt in vsu pro pignore, quod inter sponsos traditur in signū complendi matrimonii, (quod vulgo *dar señal* appellamus) sicut in alijs contractibus, dum inter partes conuenit de ipsis perficiendis, solet aliquid in signū perficiendi contractus tradi; non confiscantur semper, sed quando confiscantur, & aliquando non. Quia cum sequuto matrimonio (vt in hoc casu contingit) redeant huiusmodi arrhæ ad dantem, sintque omnino eius, vt constat ex *l. fin. C. de sponsal.* & probaui lib. 1. de matr. disp. 36. nu. 2. si vir eas dedit, confiscabuntur ob ipsius delictum, sicut res ipsius propriæ: secus autem si vxor eas dederit, tunc enim propter solum vxoris delictum confiscabuntur. Quod ex se est manifestum: & tradit *Cantera in suis q. crimin. in quæst. tangentibus punitionem delictorum, c. 1. nu. 29.*

5 Dotem etiam vxoris non publicari ob viri crimen, intelligitur de dote verè tradita, nec sufficit eam cōstare ex sola viri confessione in quouis instrumento facta. Vt expresse deciditur *l. Si quis posthac 9. in princip. C. de bonis proscrip. & l. 1. C. de dote cauta, non numerata.* Qualiter aūt dos hæc à viro asserta, sit probanda vt noceat creditoribus viri, & fisco, consulendi sunt *Couar. lib. 1. var. c. 7. n. 4. Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 68. Ant. Gom. l. 52. Tauri, nu. 25. Menochius de præsumptione lib. 3. præsumptione 12. nu. 68. & tota præsumpt. 13. Valascus consul. 6. to. 1. Molina to. 2. de iustitia disp. 439. in fine.*

6 Quare fiscus pōt aduersus vxorem illius cuius bona publicantur, vti exceptione dotis non numeratæ *dict. l. Si quis post hac, in principio.* Id tamen procedit fisco opponente intra terminum iure præscriptum ad exceptionem hanc opponendam. Sic tradunt *Couar. lib. 2. Variar. c. 7. nu. 6. vers. Quod præterea apparet, ad mediū Meliūt, Simācas de cathol. instit. tit. 9. n. 69. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. cap. 1. nume. 12.* Hoc autem tempus est annus continuus à morte (addit *Simancas*, vel à cōdemnatione viri.) Sic *Simancas, & Vasquez ibi.*

7 Vnde dos hæc ex viri confessione constans quæ pōt deduci aduersus creditores, & hæredes viri, ob lapsum fatalium, potest etiam deduci aduersus fiscum. Quod *allegans Bartolo, Alexand. Paulo, Natta, Rolando*, tradit *Peregrinus de iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 82.*

8 Secundò deducitur teneri fiscum alimenta præstare vxori, dū ipsi non soluit dotem: sicut teneretur extraneus hæres. Quod ea obligatio sit doti annexa. Sic tradunt *Bossius in sua practica, tit. de alimentis præstandis, nu. 2. Peregrinus eo. tit. ... nu. 82.*

9 Tertiò deducitur, si vir consensu vxoris iurato vendat fundum dotalem, & fiscus ob viri hæresim postea vendicet illum, integrum esse vxori illum à fisco repetere. Quia fiscus cum vxoris detrimēto locupletari non debet. Sic *Simancas eod. tit. 9. num. 75. Vasquez 1. 2. q. 69. art. 5. disp. 169. cap. 2. nu. 13.* Qui addit hoc limitandum, nisi ipsa iam conscia hæresis viri consensisset, tūc enim confiscabitur, sicut nu. 17. dicemus confiscari dotem, quando scienter hæretico nupsit: quia eadem est ratio. Sed de hac limitatione dicemus nu. 22.

10 Quartò deducitur, quid dicēdum de donatione propter nuptias facta vxori à viro. Eam non confiscari ob viri delictum tradunt *Simancas eodem titulo 9. numero 72. Plotus inter consilia criminalia Zileti, tomo primo, cōsil. 130. numero 48. Vasquez eodem cap. 2. numero decimosextio. Azor tomo primo institutionum moralium, lib. 5. c. 7 q. 8. vers. Ex his perspicitur.* Nec videntur eius noie intelligere arrhas, quæ apud Hispanos loco illius successere quia exprimūt *Simancas, & Vasquez*, nec arrhas nec donationem publicari. Et ratio est, quia inter vxoris bona numeratur. At *Cantera in suis quæst. crimin. in quæst. tangentibus punitionem delictorum, cap. 1. num. 30.* (& rectè quidem) ait loquendo de ea, quę verè dicitur donatio propter nuptias, seu ante nuptias, quæ est (vt dixi libro sexto, de matrimonio disput. 1. num. 1.) id qd confertur à viro, vel ab alio eius loco, pro matrimonij oneribus, ad similitudinem dotis, quæ confertur viro per vxorem, & sic appellatur dos *§. Est & aliud inst. de donat. l. Cum multa, C. de donat. ante nupt.* Eam nō confiscari ob vxoris delictum, at ob viri delictum publicari. Et ratio est, quia ea donatio redit ad virum soluto matrimonio, sicut dos vxoris ad vxorem, *cap. Finali. de donat. int. vir. & vxor.* Et ideo sicut proprium viri patrimonium publicabitur ob eius delictum, sic vxore delinquentis publicabitur eius dos. At donatio hæc iam in desuetudinem abijt (vt diximus eadem disp. 1. eodem n. 1.) & ideo non est, cur circa illam immoremur. Si tñ alicubi esset in vsu, publicaretur vtique ob viri crimen.

Quintò

11 Quinto deducitur, quid dicēdum de quarta bonorũ viri parte debita vxori inopi iuxta *Auth. præterea C. vnde vir, & l. regiam 7. tit. 13. p. 6.* Quidā sustinent eam nō publicari ob viri crimen, etiamsi sit læsæ maiest. Ducuntur primo, quia eam non publicari, deciditur *authe. bona damnatorum, C. de bonis proscr.* & quamuis videatur excipi crimen læsę maiestatis, nā postea sic concluditur, *In maiestatis vero crimine condemnatis veteres leges seruari iubemus*: at reuera non excipitur. Quod ille textus alia ibi disposuerit, nempe, bona non publicari, quādo delinquens habet ascendentes, aut descendentes, aut collaterales vsque ad certum gradū. quod aduersatur veterib. legibus, nempe, *l. Quisquis, C. ad l. Iuliam maiest.* vt explicat *gl. finalis in ead. auth.* vbi in omnium horum præiudicium decernitur bona committentis crimen læsæ maiestatis publicari. At ibi nil dicitur de quarta hac vxori debita, nec est alia lex eam publicari decernens. Ergo in ijs verbis non loquitur ea authentica de hac quarta, & sic firma manebit eius dispositio in illa, vt ob nullũ viri crimen publicetur. Præterea, quia hęc quarta est debita vxori inopi ex testamento, & ab intestato, & tanquam æs alienum extrahitur ex toto hæreditatis corpore, minuitq; filiorum legitimam. Vt optime tradunt *Segura, l. cohæredi, § cum filia, à nu. 210. vsque ad 215. ff. de vulgari, Gomez Arias, l. 23. Tauri, n. fi. & l. 3. nu. 20. Tello l. 25. Tauri, in fi. Angulo de meliorationib. l. 9. gl. 2 nu. 57. Escobar. tract. de ratiocinijs, comput. 1. nu. 15.* & inclinat *Greg. Lop. l. 7. verb. Fijos, tit. 13. parte 6.* Ergo sicut fiscus tenetur ad reliqua delinquentis debita, tenebitur etiam ad hoc, eo vel maxime, quod sit contractum a tempore matrimonij, ante viri lapsum in hæresim. Tādem, quia etsi ob hoc delictum paternum puniantur filij, ac legitima priuentur, *d. l. Quisquis § Filij* at nec ibi, nec alibi decernitur puniri vxorem auferendo illi hanc quartā. Et ideo hanc partē tenent *Barth. Socinus consi. 108. n. 1. volu. 1. & eod. consi. 121. vol. 4. Andreas Gail. in suis obseruationib. pract. l. 2. obseruat. 86 nu. vlt. Maiollus consi. 48. n. 11. Plot. inter cōsilia crim. Ziletti, to. 1. cōsi. 130. à n. 41. vsq. ad 48.* Limitant autē hoc *Barth. Soc. eo cōsi. 121 à nu. 30. & Plotus eo n. 46* nisi hęc mulier bis nupsisset, & à priori viro nollet hanc quartam exigere, tunc. n. nequiret ex bonis posterioris viri publicatis eam petere. Quia cum habeat ius exigendi à priori non dicitur pauper.

12 At *Pereg. de iu. fisc. l. 5. ti. 1. n. 46.* dicit publicari, ob illius loci statutū, & *n. 81* dici publicari ob fori cōsuetudinē; & proinde aperte sentit attento iure cōi veram esse præcedentem sniam. Et *Baiard. addit. ad Iul. Clarum, l. 5. receptarum, q. 78. n. 87.* dicit se nunquam vidisse praxi receptā eam sententiā. Et ideo existimo attento iure eam verā esse, quod probāt rationes allatæ nu. præced. Si tamē cōtrarium sit vsu receptum, id seruandum est.

13 Sexto deducitur, quid dicendum sit de donationib. factis vxori à viri consanguineis. Quidam dicunt eas ob viri delictū non publicandas, nisi donans explicuerit se ita donare, vt non vxori, sed viro acquirantur. Ita docēt *Simācas de insti. cath. ti. 9. n. 76. Peña in directorio Inquis. q. 3. cōment. 160. col. vlt. vers. neque propter hæresim. Vasq. 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. c. 2. nu. 13. in fi. Azebed. l. 8. recop. c. 3. l. 1. nu. 193. Sed idem met Azebed l. 5. recop. ti. 9. l. 11. n. 3. & Cantera in suis q. crim. q. tangentib. punitionē delictorũ, c. 1. n. 32.* ex professo tractant, qn̄ hæ donationes acquirātur vxori, & tunc dn̄t eas non publicari, secus qn̄ acquiruntur viro. Et ita est dicendum. Quādo antē vxori acquirantur, qn̄ viro, non est huius loci disputare; id late explicui l. 6. de matrim. dis. 26. per totam. Nō est tamen vera ea regula tradita a *Simancas, Peña, Vasq. Azebedo in priori loco*, vt non publicentur tanquam vere vxori acquisitæ, quoties nō exprimitur ita donari, vt viro acquirantur. Quia (vt constat ea dis. 26.) in multis casibus acquiruntur uiro, etsi id non exprimatur: immo in dubio acquiri viro, defendi cum alijs ibi nu. 11. & sic in hoc dubio publicabuntur ob viri delictum.

14 Septimo deducitur ob viri crimen publicari vestes pretiosas, seu festiuas, ab ipso viro datas vxori, non aūt viles seu quotidianas: & ē contra ob vxoris delictū publicari has, non autem illas. Sic *Baiard. addit. ad Iulium Clar. l. 5. receptarum q. 78. n. 61.* Ratio est, quia vestes pretiosæ sunt viri, at quotidianæ sunt vxoris. Atq; recte quidem dicit, quoties pretiosæ sunt viri, & quotidianæ vxoris. Quod quando contingat, non est huius loci, sed latè disputaui lib. 6. de matrim. tota disp. 25.

15 De alijs aūt donationib. factis per virū vxori, *Simancas de cath. insti. tit. 9. num. 10. & Vasq. 12. q. 96. art. 5. dis. 169. c. 1. n. 4. Azor to. 1. insti. moral. l. 5. c. 7. q. 8. vers. ex his perspicitur*, dicunt eas publicari. Quippe cu non sortiantur effectum suum, donec mors viri sequatur, computātur inter viri donantis bona, & ita sortiuntur vlt. voluntatis naturam. At quæcunque in vlt. voluntate relicta publicantur sequuto postea crimine. At *Pereg. de iure fisci, l. 5. tit. 1. n. 148.* alia distinctione vtitur, nempe, si vir tale commisit crimen, aduersus quod post mortem procedi potest, ac eius bona publicari, vtique ex donationes publicabuntur, secus autē non. Sed quamuis res hęc sit satis ambigua, verius est donationes has non publicari. Quod non in omnibus naturā vlt. voluntatis sortiantur, sed in multis differant. Atque ita probabimus c. seq. atq; DD. afferemus asserentes maioratum contractu reuocabili institutum, qualis est huiusmodi donatio, non reuocari ob postea sequutū institutoris delictum. Atque ita hanc partem tuentur *Bal. l. Exequutorem, nu. 30. C. de exequ. rei iudic. Ang. l. Si filius 3. in fi. C. de bonis proscrip. Plotus inter consilia crim. Ziletti, to. 1. cons. 130. n. 48.* dicēs id esse verum, quamuis sit crimen læsę maiest. in primo capite contra personam imperatoris. *Baiard. addit. ad Iulium Clarum l. 5. receptarum. q. 78. nu. 77. Cantera* limitans, nisi in fraudem fisci factę fuerint, in *suis q. criminalib. tit. de quæst. tangentib. punitionē delictorum, c. 1. nu. 31. & alij* quos hi referunt. An vero hę donationes confirmentur ea morte ciuili mariti, nō est huius loci. dixi de hoc in l. 6. de matrimon. disp. 10. nu. 5. & disp. 17. nu. 5.

16 De donationib. autem causa mortis, *Pereg. eo. tit. 1. n. 147.* vtitur ea dist. relata nu. præced. ac refert alios vtentes alia distōne. At verius est eas publicari. Quod inter vltimas voluntates reputentur. Sic docent *Simancas, n. 9. & Vasquez nu. præced. allegati.* Et amplius constabit ex dicendis c. seq. vbi maioratus institutos donatione causa mortis, probabimus publicari ob superueniens institutoris delictum. Quod si hæc donatio causa mortis sit inter coniuges, non publicabitur. Vt docent *Plotus inter consilia criminalia Ziletti, to. 1. consi. 130. nu. 25. & Baiardus addit. ad Iul. Clarum, lib. 5. receptarum, q. 78. nu. 76. & 77.* Atque *Plotus nu. 48* hoc extendit, etsi sit crimen læsę maiestatis in primo capite contra personam imperatoris. Atque de his donationibus dixi latius l. 6. de matri. disp. 10. nu. 5.

17 Tandē hucusque dicta de non publicandis vxoris bonis ob viri delictum, limitantur quantum ad vxoris dotem, nisi scienter viro hęretico nupserit, tunc. n. in delicti pœnam publicatur eius dos. Constat ex *c. Decreuit, de hæret. in 6.* ibi: *Nisi mulieres ipsæ, cum viris matrimonia contraxissent, quos hæreticos tunc esse sciebant.* Exigitur autem tempore contractus id sciuisse, vt constat ex ea particula, tunc, secus si postea scirent. Quia tunc non deliquerunt contrahendo. Et sic aduertunt *gl. finalis, ibi, & ibi Archid. in initio. Io. And. in fi. Dominicus in fi. Ancha. in fi. Frācıscus in fi. Peña in directorio Inquisitorum 3. par. commentario 160. col. 1. vers. in hac tractatione.* Hæc autē scientia hęresis viri non præsumitur, sed eius probatio incumbit fisco petenti ob eam publicari dotem vxoris. Et tradunt *glossa Dominicus, Frāncis. Peña ibidem.* Non tamen perdetur dos, etsi postquam vxor nouerit virum hæreticum, eum non denunciet. Quod nullibi hæc pœna sit statuta. Sic *Peña ibi, columna secunda, versicul. plus tamen dubitationis habet.*

Nec

18 Nec admittendũ est, quod dicit *Cantera in quæst. criminalib. in tit. de quæstionib. tangentib. punitionẽ delictorũ c.1.nu.24.* vt tunc tantum ob matrimonium scienter initum cum hęretico, publicetur dos, quando ea dos esset apud virum: nam si esset apud cognatum: aut aliã personam, nõ confiscaretur, donec vxor tanquam fautrix hæretici damnaretur. Quippe hęc limitatio caret fundamento: atque in omni euentu exigitur ad hanc dotis amissionem incurrendam, vt vxor hac pœna damnetur ob id matrimonij scienter initi cum hæretico crimen. Cum enim pœna sit, indiget iudicis sententia, vt incurratur: eo vel maxime, quod non imponatur ipso iure in eo textu. Quando autem damnatur, amittit dotem, siue vt hęretici fautrix damnetur, siue quod hæretico nupserit absque omni prorsus fauendi animo.

19 Alio etiam modo limitat *ibi. Cantera nu.23.* nempè, nisi dos vxori data sit cum grauamine, vt soluto matrimon. eam restituat tertio, vel danti, quando id grauamen apponi potest: tunc enim nõ confiscabitur. Quod verissimum est, quia esset in præiudicium tertij, cui restituenda esset. At tunc dum matrimoniũ cõstat, fruetur fiscus fructibus illius dotis. Vt de fideicommissis dicemus cap seq.

20 Sed dubiũ est, an hæc pœna extendatur quoq; ad reliqua vxoris bona, ita vt omnia illa publicentur ob initum scienter matrimoniũ cum viro hæretico. Et quidẽ si loquamur de arrhis & alijs donationibus factis a viro illo hæretico vxori, siue tempore, quo initũ est matrimonium, siue post, nullus dubitat ea omnia publicari. Quia facta sunt post viri hæresim. De quibus omnibus donationibus, & contractibus post hæresim factis, est latius infra agendum. Et ita bene *Cantera eod.c. 1.n.28.* ait hoc esse verum, etsi vxor nescierit virum esse hæreticum. Quia hæ donationes factæ sunt de bonis iam ad fiscum a tempore criminis pertinentibus.

21 Quare difficultas hæc procedit in bonis vxoris paraphernis, & in medietate lucrorũ ad se pertinenti ex ijs quę eo matrimonio constanti acquiruntur. *Vasquez 1. 2.q.96.art. disput.169.c.1.nu.13.* affirmat publicari: & loquitur de arrhis, & quibuscunq; alijs donationibus factis à viro vxori, esto posset illas donationes facere: quare idẽ assereret de paraphernis, ac medietate lucrorũ. Et *Simancas de cathol. instit. tit.9.nu.74.* ait medietatem illam lucrorum vxoris publicari in hoc casu. Quia (inquit) ea lucra turpia sunt, vtpotè procedentia ex matrimonio contra Ecclesiæ interdictum inito. Et *Cantera in suis q. crim. tit. de quæstionib. tangẽtib. punitionẽ delictorum, c.1.nu.23. in fi. & 24.* asserit parapherna, & omnia alia vxoris bona tũc publicari. Quia (inquit) si dos quæ amplioribus priuilegijs potitur, publicatur ob hoc delictum, iuxta *dictum cap. decreuit,* a fortiori publicabuntur omnia alia bona minori priuilegio fruentia. Idem videtur clarè tenere *Azebedo lib.8. recopilat. tit.2.n.193.* nam dicens, nec dotem, nec parapherna, nec alia vxoris bona publicari ob viri crimen, addit, nisi sciens nupsisset hæretico: quare clarè videtur sentire ea omnia perdi scienter nubẽdo. Et *numero sequenti* quærit, quid dicendum de dimidia lucrorum parte, & remittit se ad *Simancas proximè allegatum:* quare videtur cum illo sentire eam quoque publicari.

22 Verũ hæc extensio huius pœnæ, & ea quoque, quam retuli nu.9. in fine, displicet mihi. Quod sufficiens fundamentum non videam ad tam rigidam pœnã ad bona, quæ nullatenus dotalia sunt, extendendam: cum de solis dotalib. loquatur textus *dict. cap. Decreuit,* eã imponens. Atque si Pontifex vellet omnia vxoris bona tunc publicari, nõ sola dotalia exprimeret, sed omnia. Sicut *c. cum secundum leges, de hæret. in 6.* volẽs ob hæresim bona oĩa publicari, id expræssit. Præterea, quia durissimũ ac rõni dissonum videtur, eadem generali bonorũ publicatione qua hæreticus plectitur, puniri vxorem Catholicam, eo quod ipsi nupserit: cũ multo leuioris criminis hæc rea sit: nec textus aliquis sit eam generalem bonorũ publicationẽ, sed solius dotis indicẽs. Pręterea, quia male ducitur argumentũ ex maiori dotis priuilegio ad aliorum bonorũ amissionis pœnam, ex eo quod dos amittatur. Quia ea pœna soli doti statuta est, & fortè ea rõne, quia maiori priuilegio gaudebat, vt grauior esset pęna: quare non licet eã aggrauare extẽdendo ad aliorũ bonorũ amissionẽ. Tandem, quia in ea lucrorũ medietate acquirenda nil turpitudinis versatur, & ideo nõ est, cur publicetur: eo vel maximè, quod non omne turpe lucrũ publicetur, vt constat in lucro meretricio, sed id solũ, quod publicari est iure expressum. Sicut peccaret societatẽ bonorum scienter cum hæretico cõtrahens; at nemo diceret hác lucrorum partem publicari.

23 Quod si roges, an vir Catholicus scienter hæreticam ducens incurrat similem amissionis bonorum pęnam. Doctores extendentes pęnam statutam viris raptorib. fęminarum, ad fęminas virorum raptrices, quos retulimus lib.7. de matr. disp.10.nu.24. & extendentes pęnã vxoricidij ad viricidium, quos retulimus eodem lib.7. disput.16.nu.5. extendent quoque hanc pœnã ad virũ. Quia in vtroque casu eam extensionis rationẽ reddũt, quod sint correlatiua, & simile crimẽ perpetrent, ac iõ dispositum in vno, censendum est in altero etiam disponi. Verum cum ambobus locis allegatis, statim in numero sequenti eam extensionem reprobauerimus, est etiam in hoc casu reprobanda. Quia cum vir dotem nõ afferat, nequit commodè hæc pęna ad ipsum extendi. Præterea, quia cum longè grauiori infectionis periculo mulier hæretico nubens exponatur, quã vir hæreticã ducens; vrgentior ratio est imponendi priori delicto pęnam, quam posteriori, vt timore pęnæ id delictũ caueatur. Quare cum non sit eadem ratio, non est extendendum dispositum in vno correlatiuo ad aliud.

24 Tandem obseruandũ est dotem minimè amitti, eo quod mulier virum damnatum ab hæresim comitetur. Tũ quod nullibi ea pęna statuatur: tum etiam, quod nullius culpæ rea sit, comitando virum. Atque ita in simili, nempè, de vxore comitanti virum bannitum, testantur *Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, nu.75. in fin. Iulius Clarus in sua practica lib.5. recept. q.78.nu.15. Peregrinus de iure fisci, lib.5. tit.1.nu.83.*

S V M M A R I V M.

Quando soluto matrimonio vxor committit delictum confiscatione dignum, confiscatur dos cũ reliquis eius bonis: quando autem eo constanti, confiscantur reliqua bona, non autẽ dos, nisi in aliquibus specialibus delictis, nu.25. & 26.

An hoc sit hodie correctum per l.78. Tauri, nu.27.

An dote confiscata possit vir conueniri vltra quam facere potest, num.28.

An possit dos auferri pro quauis condemnatione pecuniaria ex delicto vxoris, nu.29.

Quid si id delictum non sit pœna mortis, dignum, nu.30.

An quando ob vxoris delictum, tota dos, aut pars vxori aufertur, auferatur viro sola proprietas, nu.31.

Quid si ex statuto, aut pacto, vir erat totam dotem, aut partẽ lucraturus, nu.32.

Quid si dans dotem stipulatus fuerit eam soluto matrimonio sibi reddendam, nu.33.

An teneatur vir vxorem alere, ablata sibi dote, nu.34.

25 QVæstio posterior. Quę vxoris bona ob eius delictũ publicentur? Qua in re multum distat, an confiscatio fiat ob vxoris delictum commissum constante matrimonio, an eo soluto. Nam in hoc posteriori casu confiscabitur dos, cum reliquis eius bonis. At in priori dos non confiscabitur, nisi in quinque casibus expressis in *l. Quinque leg. hac ff. de bonis damnat.* Qui sunt crimen læsæ maiestatis, violentiæ, parricidij, veneficij, & homicidij. Atque ita docent *Bart. l. Si constante 25. §. Finali, nu. vlt. ff. sol. matrim. & ibi Romanus n.7. Cumanus nu.5. Alberic. tractatu de statutis, lib.3.q.4.nu. vnic. Nellus tractatu de bannitis 1.p. secundi tẽporis, q.28. Ant. Com. 28.*

Tanti.

Tauri, nu. 5. Iulius Clarus in sua pract. l. 5. receptarum, q. 78. n. 14. Barbosa ea. l. Si constante. §. finali, statim in principio. At publicantur alia eius bona.

26 Quamuis autem in eo textu nõ numeretur hæresis: at a fortiori dicendum est ob vxoris heresim confiscari quoque ipsius dotem. Atque ita ad heresim extendunt eum textum, *Albericus eadem l. Quinque legibus, num. 1. Repertorium inquisitorum verbo Dotes. Ioannes Lupus lib. 78. Tauri, nu. 1. & ibi Castillo, nu. 2. Villadiego de hereticis, q. 15. nu. 9. Couar. 4. decretal. 2. p. cap. 7. §. 5. nu. 5. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 9. l. 11. glossa nu. 1. Azebedo eadem l. 11. statim in principio.*

27 Sed hodie decisio prędicti textus in *l. Quinq; legibus*, est correcta in hoc regno, per *l. 78. Tauri, hodie l. 11. tit. 9. lib. 5. recop. ibi: La muger durãte el matrimonio por delito, pueda perder en parte, ò en todo sus bienes dotales, ò de garãcia ò de otra calidad qualquiera que sean.* Et ita põt tota dos, aut eius pars confiscari quodius delictum publicationi subiectum. Et ita docent *Antonius Gomez ea. l. 78. Tauri, n. 5. Gomez Arias l. 76. Tauri, n. 1. Matienzo ea. l. 11. glossa 1. nu. 1.* Quamuis Ioan *Lupus ea. l. 78. nu. 1. & ibi. Cifuentes initio*, videantur contrarium sentire, dicentes eam legem cõcordare cum *d. l. Quinque leg. b.*

28 Saluas tamen habebit actiones vir contra fiscũ publicantem dotem, vt in id dũtaxat, quod facere potest, conueniatur. Qd non possit maius ius habere fiscus q̃ pars, a qua causam habet. Et ita tradũt *Simancas de institut. Cathol. tit. 9. nu. 12. Azebedo ea. l. vndecima nu. 2.*

29 Imò pro quauis condemnatione pecuniaria potest fieri ob quodius delictum ab vxore commissum, executio in dote ipsius. Vt probant ea verba *dicta leg. 78. Tauri, Por delito*, cum absque distinctione aliqua de delicto loquantur. Sic docent *Matienzo d. lib. 11. gloss. 1. nu. 2. Azebedo eadem l. 11. nu. 5.*

30 Atque hoc extendendum est, vt procedat, quamuis vxor delictum pœna mortis dignum non perpetrarit, sed alia mitiori Quia prædicta *lex regia* loquitur in vniuersum de delicto. Sic *Antonius Gomez lib. 78. Tauri, n. 6. Matienzo ea l. 11. glossa 1. nu. 4. Azebedo ea. l. 11 n. 4.*

31 Sed dubitatur, an quoties ob vxoris crimẽ tota dos, aut pars eius aufertur viro, auferatur, quoad solã proprietatem, an etiam quoad fructus? Videtur. n. fructus non auferendos. Quod hi ad virum pro sustinendis matrimonij oneribus pertineant. l. *Pro oneribus. C. de iure dotium. l. Dotis fructus ff. eodem tit. Ioannes Lupus rub. de donat. inter virum & vxorem. §. 66. num. 23. ad finẽ*, re hac latè disputata in eam partem inclinat, vt sola proprietas auferatur viro, & tandem cogitandum relinquit. Et *Barahona ibi in additionibus, litera H* ait intelligere *Ioannem Lupum* de fructibus, qui supersunt deductis matrimonij oneribus: & cõcludit eũ sic intellectum posse iure defendi: & tandem remittit se ad ea, quæ ipse notat in *additione finali ad glossam in c. Per vestras, in proœmio §. 20. de donat. inter vir. & vxor.* vbi ait esse satis dubiam hanc sententiam. Sed dicendum est ob vxoris delictũ auferri viro totam dotem, aut partem, iuxta delicti qualitatem, non tantum quoad proprietatem, sed etiam quoad fructus. Quia cum hæc non sit alienatio ex vxoris contractu, sed ex delicto, potest in ea viro pręiudicari. Atque ita docent *idem Ioannes Lupus l. 78. Tauri nu. 2. & ibi Castillo, nu. 2. Antonius Gomez, nu. 6. Plaza de delictis, lib. 1. cap. 2. num. 11. Matienzo alios referens ea. l. 11. glo. 1. nu. 4. Azebedo eadem l. 11. nu. 5.*

32 At hæc confiscatio, & dotis ablatio est dupliciter limitanda. Prius, nisi ex pacto, vel statuto, vir esset dotẽ, aut eius partẽ, soluto matrimonio lucraturus. Quippe tunc dos, aut ea pars salua ei maneret in tẽpus soluti matrimonij, quo accedente teneretur fiscus eam illi restituere; at eius fructib. potietur eo constanti: sicut in bonis restitutioni subiectis disponitur in *l. Statius Florus, § Cornelio Felici ff. de iure fisci. Sic Matienzo ea. l. 11. glo. 1. nu. 1. Azebedo ea l. 11, nu. 5. & 9.* Atque tunc non confiscari dotem, nil aliud explicãdo tradunt *Cifuentes l. 78. Tauri. nu. vnic. limitat. 1. Castillo ibi, nu. 3. Gomez Arias l. 76. Tauri nu. 3.* Quod quidem *allegatis Bartolo, Dyno, Alberico, Cumano, & Ruino*, sublimitat *Barbosa l. si constante 25. §. fin. nu. 1. ff. solut. matrim.* vt intelligatur cum hac distinctione si confiscatio fiat constanti matrimonio, nec delictum vxoris sit ex contentis in textu *l. quinque legib. ff. de bonis damnat* quorum meminimus num. 14. & 25. maritus lucrabitur dotẽ, iuxta pactũ, vel illius partẽ eam *l. sed si alia, in princ. ff de bonis damna.* Si verò fiat ex aliquo illorum delictorum, confiscabitur dos, nec ex eo pacto, vel statuto lucrabitur vir Ratio prioris partis est quia delictum vxoris minime viro nocere debet, cui ex pacto, vel statuto, ius ad dotem est quæsitum, l. *Si dotem 24. C. de iure dotium* Posterioris autem partis ratio est, quia cum illis delictis expressum iure sit dotem amitti, generale lucrandæ dotis pactum, aut statutum, nõ amplectũtur ea delicta. Quin immo (vt inquit *ibi Barbosa*) si in pacto id specialiter declararetur, non valeret: iuxta regul. textus in *l. ius publicum. ff. de pactis.* Et placet quidem, quamuis *Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 82. & 118.* absolute doceat, dote publicata posse virum deducere lucrum sibi pacto, aut statuto debitum. Et *Baiard. addit. ad Iulium Clarum, lib. 5. recept. q. 78. nu. 63. alios referens* dicat, stante illo pacto virum lucraturum dotem, nisi vxor ante id pactum esset heretica. Quia tunc tanquam initum post heresim non valeret.

33 Posterius limita, nisi dãs dotem stipulatus fuerit eam soluto matrimonio sibi reddendã: tunc enim non confiscabitur dos, sed eo soluto restituetur danti *l. 3. de iure. C. de iure dotium.* Sic *Cifuentes l. 78. Tauri, nu. vn. in limitatione 2.* & *ibi Antonius Gomez in fine. Matienzo eadem l. 11. glossa 2. nu. 1 Azebedo eadem l. 11. nu. 5.* At constanti matrimonio fruetur fiscus fructibus illius dotis. Vt diximus num. 31.

34 Vtrum autem teneatur vir alere vxorem, ablata sibi ob eius crimen dote, dixi libro 9. de matrimon. disputatione quinta, n. 10. teneri, & vltra Doctores ibi relatos, tenet *Castillo l. 78. Tauri in fine.*

CAPVT XVIII.

De confiscatione bonorum alienari prohibitorum, ac maioratuum, atque bonorum, quæ restitutioni aut fideicommisso subiecta sunt.

SVMMARIVM.

Prohibitio alienationis, quando sit tacita, & quando expressa: & an ex sola fideicommissi, aut maioratus institutione inducatur expressa num. 1.

Quãdo est sola tacita prohibitio, possunt ea bona alienari pro vita possessoris, aut tempore, quo eis frui debebat; secus autem quando est expressa: & tunc ea bona alienata possunt a sequenti vocato vendicari num. 2.

Hac prohibitio est aliquando in fauorem illius, cui alienatio interdicitur: & aliquando in aliorum fauorem, nu. 3.

Dupliciter agi de confiscatione potest, aut quoad solos fructus pro vita possessoris, aut quoad proprietatẽ in perpetuũ, nu. 4.

Quando prohibetur alienatio in solum fauorem illius, cui interdicitur, confiscantur in perpetuum ea bona ob possessoris delictum nu. 5.

An hoc habeat verum, non solum quando prohibitio est à lege, sed etiam quando est ab homine, nu. 6.

Quid si interdicens alienationem in illius fauorem, interdiceret transitum in fiscum, nu. 7.

An bona solum tacite alienari vetita, confiscentur saltem, quoad fructus ob delictum graue, nu. 8.

An obeunti fideicommissario dum viuit delinquens, maneant ea bona perpetuo apud fiscum, nu. 9.

An si in eo fideicommisso sit relicta vxor usufructuaria, gaudeat fiscus eo usufructu nu. 10.

An bona maioratus confiscentur perpetuo ob delictum possessoris, qui primus eius institutor nõ est, quando delictum non est sodomiae, nec læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, nu. 11.

An

An confiscentur, quoad fructus duranti possessoris vita, quando sola est tacita alienationis prohibitio, nu. 12.
Quid si ille delinquens nondum possidebat maioratum, nu. 13. Et ibi alia limitatio ponitur remissiuè.
Quid qñ in illis, aut quibuscunq; bonis alienari prohibitis, est expressa alienationis prohibitio? Refertur quædā opinio, n. 14.
Explicatur sententia Authoris, n. 15.
Improbatur quadam vtriusque sententia concordia, nu. 16.
An bona quoad vsumfructū confiscentur, quando est interdicta eorū diuisio, aut additū, velle in familia cōseruari, n. 17.
Quid, quando non sunt vetita alienari simpliciter, sed in quoddam personarum genus, nu. 18.
Quid in casibus contentis in quadam bulla Sixti V. nu. 19.
Quid quando prohibitio alienandi est irrita, nu. 20.
Quid quando id grauamen appositum est in legitima, num. 21. Et ibi remissiuè de Trebellianica confiscanda.
Quid si sit sola prohibitio alienandi per contractum, num. 22.
Quid si defecerint omnes, in quorum fauorem alienatio est interdicta num. 23.
An valeat clausula disponens, vt si possessor illorum bonorum incidat in crimen publicationem subiectū, transeant statim in sequentē vocatū: & impediatur hoc mō publicatio, n. 24.
An oporteat addere, vt transeāt antequam id delictum committatur, nu. 25.
Quid si clausula interdicat, nec vno momento bona illa posse in extraneum, aut in fiscum transire nu. 26.
Explicatur qualiter hac clausula non fit in fraudem fisci, nu. 27. Et ibi an valeat, si disponens sit ipse delinquens, disponatque ne bona possint in fiscum transire.
Quia si ea clausula apponatur in ipsorum delinquentium fauorem, nu. 28. *(nu. 29.*
Traditur cautela in his clausulis seruanda, ad vitandas lites,
An hac clausula operetur, vt statim, ac possessor incidit in hac crimina, teneatur ea bona sequenti vocato restituere, n. 30.
An publicentur bona alicui relicta, cum conditione restituendi si absque liberis decesserit, nu. 31.
An quādo bona alienari prohibita, nec publicata, quoad vsumfructum, veniunt ad filium delinquentis, acquirat pater vsumfructum in iis bonis, & generaliter quoties bona patri delinquenti ablata perueniunt ad filium, nu. 32.
Soluuntur argumenta, nu. 33.
Post numerum 33. inuenies alia summaria.

1 VT distincte in hac procedamus tria agēda sunt. Primū est, de cōfiscatione horum bonorū in generali, & maioratuū, ob alia crimina, q̃ læsæ maiest diuinę, aut humanæ, aut sodomiæ, cōmissa à maioratus possessore. Secundū, de confiscatione maioratuū, ob hæc possessoris crimina. Tertiū; de confiscatione maioratuum, ob hæc institutoris crimina. Ad quorū omniū intellectū. quatuor premittenda sunt. Primum est, duplex est alienādi prohibitio: quædā est expressa: quædā autem tacita. Dicitur expressa qñ disponens interdicit expressis verbis alienationem bonorū. Tacita autem, qñ non expressis verbis interdicit, sed ex sua dispositione, sequitur ea bona non posse alienari. Sicut relinquentes fidei commissum interdicit eo ipso tacite alienationem, non autē expresse Cuius rationē optime tradit *Molina l. 4. de primog. c. 1. n. 3.* alios referēs, nam etsi eo ipso, qđ quis fideicommissum relinquit, sint ea bona alienari prohibita non tamē alienationis interdictū inde consurgens est expresśū, cū nō tam ex verbo fideicōmissi, quam ex dñio ad vitā restricto quod solū grauatus restituere post vitā, acquirit, resultet. Et quāuis ex institutione expressa maioratus, videatur expressa alienationis prohibitio consurgere eo q; maioratus natura sit, vt bona alienari nequeāt: at dicendū, est cū *Molina eo n. 3.* solā tacitā cōsurgere. Rōnemq; reddit, quia nō est verū sub eo verbo claudi simplicē, & absolutā alienationis prohibitionē, sed solā limitatā, ne valeat possessor ea vltra vitā suam alienare & quāuis ꝓhibitio alienandi vltra vitā cōprehēdatur in eo verbo, est tñ tacita, resultatque non tam ex verbo maioratus, quā ex dominio restricto, quod ab institutore vnicuique ad illum vocato est concessum.

2 Secundū premittendū est. Inter alia discrimina inter expressā, & tacitam bonorū alienationē, q̃ ad præsens facit, ea est. Qñ est sola tacita cēsetur sola interdici perpetua dominij illorū alienatio, at manet ꝑmissa ad possessoris vitā aut quādiu bonis illis potiturus est: quare si alienēt, nequit alienatio reuocari nisi aduenientē morte, vel die, qua tenebatur possessor ea bona restituere. Vt notatur l. *Fin. C. cōmunia, de legatis.* At qñ est expressa, nequeūt ea bona ēt pro vita possessoris alienari: atq; si alienētur, possūt statim à sequēti vocato vindicari, non expectata morte possessoris, aut tēpore, quo dies fideicōmissi cedere debebat. Ita *Segura l. Cohæredi. §. Cū filię, nu. 268. ff. de vulgari, Molina, nu. praced. relatus, & latius alius allegās, l. 1. c. 16. n. 33. Peregrinus de iure fisci, l. 5. tit. 1. n. 102. Farinacius multos referens in sua pract. criminali, in nou. edit. to. 1. p. 1. tit. de delictis et pœnis, q. 25. n. 38 et 39.*

3 Tertiū præmittendū est. Dupliciter pōt alienari interdici, primo in fauorē solius cui ea interdicitur: secūdo in aliorum fauorem. Prius contingit, qñ interdicēs neminē substituit. Posterius aūt, qñ in casum alienationis, aut mortis, alium substituit. Sic *Farinacius eadem q. 25. nu. 46.* Similiter est in fauorem solius, cui ea Interdicitur, quando interdictum est intra solam minorem ætatem, timore fragilis iudicij ad alienandum. Quod bene tradunt *Natta cons. 528. n. 12. volum. 3. Menochius de recuperanda possessione, remedio 9. nn. 78. Surdus cons. 394. nn. 12. volum. 3. Cantera in suis quæst. criminalibus, quæstionib. tangentib. punitionem delictorum, cap. 1. nn. 43.*

4 Vltimum præmittendum est. Dupliciter possumus agere de confiscatione rei prohibitæ, alienari, nempe, aut de perpetua, quoad proprietatem, & fructus illius rei; aut de temporali quoad fructus, dum durat vita, aut tempus, quo ille delinquens eis potiturus erat.

5 His ergo ꝑmissis, constat apud oēs, qñ prohibitio est alienādi in solius fauorē, cui alienatio interdr̄, cōfiscari in perpetuū ob eius delictū res illas alienari prohibitas. Quia ob eius delictū amittitur fauor ille. Atque ita tradunt *Bart. l. Si finita 15. §. Si de vectigalibus, nu. 13. ff. de dāno infecto, & l. Si quis in tantam 7. nu. 12. C. vnde vi. Barth. Socinus cons. 266. n. 38. vol. 2. Alex. cons. 23. num. 6. ver. Quarto vol. 1. Natta cons 528. n. 11. in fi. & 12. vol. 3. Gygas tract. de crimine læsa maiest. tit. de pœnis cōmittētiū ed crimē q. 3. n. 2. Segura. d. §. Cū filia, n. 264. & 271. Tello l. 27. Tauri, n. 19 Bossius in sua prac. tit. de bonorū publicatione, nu. 41. Ant. Gabr. in suis cōmunib opin. l. 7. tit. de criminalib. cōcl. 14 n. 4. Molina lib. 4. de primogen. c. vlt. n. 5.* multos referēs, & dicēs passim scribentes hoc asserere. *Pereg. de iure fisci, l. 5. tit. 1. n. 99. Baiar. addit. ad Iuliū Clarū, l. 5. recept. q. 78. n. 42. Surdus cons. 394. n. 11 vers. Tertio dici potest, vol. 3. Menoch. de recuperanda possess. remedio 9. nu. 73. Farinac. alios referens dict. q. 25. n. 46. Cātera dicto c. 1. nu. 43. Ioannes GarZia de expensis c. 10. num. 48. Molina ex Societate Iesu, tom. 3 de iustitia, disp. 636. nu. 5.*

6 Quidā recentiores, quos tacito noīe refert *ibi Natta*, hoc limitant, vt intelligatur, qñ huiusmodi prohibitio est à lege, secus qñ est ab homine. Ducuntur autē, quia is cui lex in ipsius fauorē interdicit alienationē, amittit delinquendo beneficiū legis. *Auxilium 38. ff. de minoribus*, nam frustra legis auxilium inuocat, cōmittens in legem *c. Quia frustra, de vsuris*: quæ rō cessat, prohibitione manauit à solo homine: quippe delinquens nil in prohibentem agit. Verum iure optimo *Natta, & Surdus num. præcedenti relati* hanc limitationē impugnant, quia lex interdicens minoribus alienationē, non fauet eis in delictis iuxta *d. l. Auxilium*, & hoc in boni communis gratiam, ac delictorū odiū. Cum ergo cuiuslibet intersit puniri delicta ob easdem rōnes *l. Ita vulneratus. finem. ff. ad l. Aquiliam*, non est præsumendum disponentem in alicuius fauorem velle ei in delictis fauere.

7 Imò, etsi testator in ea prohibitione in fauorem solius delinquentis facta, nullo ei delinquenti dato substituto, prohiberet expresse transitū eorū bonorū in fiscum, eo delinquenti, non valeret prohibitio, vtpote delicto fauens.

fauens. Quod consonat ijs, quæ nu.28.dicemus. Et ita tradunt *Natianu.14.& Farinacius vbi eos num.5.retuli.*

8 Secundo constat etiam apud omnes, quando prohibitio alienationis est in fauorem aliorũ, & est solũ tacita, eo modo quem nu.1. explicuimus, nequaquam ob possessoris delictum, qui institutor nõ est, confiscari ea bona in perpetuũ, sed quoad solam vsusfructus cõmoditatem, qua fruetur fiscus duranti tempore, quo delinquens erat illa potiturus: & hoc tempore cessanti succedet omnino sequens vocatus. Constat ex *l.Statius Florus 48.§.Cornelio Felici, ff.de iure fisci,* vbi mater Cornelij Felicis instituta hæres, rogataque post mortem restituere filio damnata est, publicataque sunt eius bona: Cornelius intẽdebat se in illo fideicommisso proferendum fisco, & respondet *Iurisconsultus, sic. Sed si nondum dies fideicommissi venisset, quia posset prius ipse mori, vel etiam mater alias res acquirere, repulsus est interim à petitione. Vbi gl.fin.* ait, quia dicit interim posse illum matre naturaliter mortua, quo tempore ad fideicommissum vocabatur, id à fisco recuperare. Atque ita fatentur vniuersi Doctores tota hac quæstione citandi.

9 Atque si duranti naturali grauati vita obeatis, cui fideicommissum post illius mortem erat restituendum, id perpetuo apud fiscum remanebit. Constat ex ijs verbis *d.§.Cornelio Felici, Quia posset prius ipse mori;* q.d.& tunc nõ consequi fideicommissum, sed id apud fiscum debere manere. Et sic tradunt vniuersi, & specialiter *Peregrinus de iure fisci, lib.5.tit.1.num.69. Baiard. additio. ad Iul. Clarum, lib.5.q.78.num. 35.*

10 Limitant tamen, quod nu.8. diximus, vt vsusfructus delinquentis eo viuenti pertineat ad fiscũ, nisi vxor relicta esset à viro vsufructuaria: tunc.n. is vsusfructus ad vxorẽ pertineret, quamuis tempore quo relicta est, haberet ex eo matrimonio filios. Quia quamuis is vsusfructus fauore filiorum resoluatur in alimẽta sola, cum tñ in hoc casu peruenire debeat ad extraneum, nempe, fiscũ, & sic cesset filiorum fauor, vt verus vsusfructus ad vxorem pertinebit Sic *Hieron.Gabr.conf.184.nu.4.vol.1.Baiard.addit.ad Iul. Clarum, q.78.nu.34.* Quod vtiq; procedit, quando filius ille incidere in crimen confiscatione dignum, tũc.n. non confiscabitur ea pars, quæ detractis vxoris alimentis pertinere deberet ad filium, sed totus vsusfructus pertinebit in posterum ad matrem.

11 Hinc deducitur bona maioratuum non posse ob delictum possessoris, qui eius primus institutor non est, ita confiscari, vt in perpetuum apud fiscum permaneant. Constat ex dictis nu. 8. Cum huiusmodi bona sint saltem ex ipsa maioratus institutione tacite prohibita alienari, vt n.1.explicuimus Imò frequentissime addi solet expressa alienationis prohibitio. Et quidem si excipiantur tria crimina, nẽpe, sodomiæ, læsæ maiestatis diuinæ vel humanę, de quibus est specialiter agendũ in hac q.à n.34.tes est apud omnes comperta. Vt optime ait *Molina l.4.de primog.c.vlt.nu.1.* & latissime eam probat *vsque ad n.10.* Et ratio fundamentalis est, quia etsi possessor maioratus non solum vsumfructum, sed etiam dominium bonorum maioratus habeat, iuxta veriorem sententiam, at id dominium non est omnino absolutũ, sed dum viuit, ac cum onere, vt post eius obitum succedant alij vocati: ac proinde successores non à proximo possessore, sed ab institutore, à quo vocati sunt, eum maioratum accipiunt. Quamobrem delictum huius possessoris minime poterit nocere iuri per successores acquisito ad eum maioratum, post obitum possessoris, vt eo priuentur cõtra primi institutoris voluntatem. Dixi autem ob culpam possessoris, qui primus institutor non est, quia quando est primus institutor, dicemus à nu.59.

12 Gaudebit tñ fiscus commoditatibus, & fructibus omnibus, ac emolumentis, ex eo maioratum cõsurgentib. dum possessor ille viuit, & solum pertinebunt ad successorem à tempore mortis delinquentis huius possessoris. Quod fatentur vniuersi citandi pro vtraq; sententia n.14.& 15. qñ sola est tacita alienationis prohibitio,

13 Intellige tamen, quando is delinquens possidebat tempore condemnationis maioratum, si enim successio nondum ad eum delata sit, non gaudebit fiscus eius vsufructu Quia cum nondum delinquens compararit eius dominium, eo quod in maioratum non successerit, sicut eos fructus nullo alio modo poterat alienare, ita nec per delictum, transmittendo ad fiscum. Sic *Molina l.4.de primogen. cap.vlt.nu.24.* Aliam etiam limitationem apponemus, num.24.

14 Sed grauissima difficultas est, an qñ in quibuscunque bonis alienari vetitis, aut maioratib. est expressa alienationis prohibitio, hæc operetur, vt nec fructuum commoditates pertineant ad fiscum duranti possessoris delinquentis vita, sed statim pertineant ad sequentem vocatũ? Duplex est sent. Prior sustinet adhuc commoditates illas confiscari. Ducitur primo, quia possessor delinquens erat verus illorum fructuum dñs, duranti sua vita, poteratq; eos quolibet contractu libere alienare, nec successor ius vllum in eos habebat. Ergo cum oĩa delinquentis bona transeant in fiscum, hi quoque fructus transibunt. Secundo, quia ea alienationis prohibitio eo tantum intendit, ne successoribus præiudicetur. At ex hac publicatione fructuum in possessoris vita, nullum successoribus damnum imminet, vtpote qui illo viuenti eis potituri non erant. Tertio, *ex l.Statius Florus 48. Cornelio Felici.ff.de iust.fisc.* vbi vniuersaliter, & indistinctè decernitur bona fideicommisso subiecta publicari, quoad fructus, dũ delinquens vixerit. Nec vlla cõmoda differentiæ ratio assignari potest, quoad hũc effectum, inter expressam, & tacitam alienationis prohibitionẽ. Quarto, *ex l. Filiusfamilias 117. §. Diui, et 2.ff.de leg.1.* ibi: *Sed hac neque creditorib. neque fisco fraudi esse.* Vbi clare decernitur ex pressam testatoris prohibitionẽ non posse in creditorum, aut fisci fraudem cedere Nec valet solutio *glo.ibi, verb. Fisco,* vbi ait intelligi de creditorib. testatoris, & de fisco, quãdo testator ipsi ex vectigalibus aut ex alia cõe aliquid debebat. Quippe iuxta hanc solutionẽ est superflua fisci mentio, cũ in eo euentu, tãquam verus illius defuncti creditor, claudatur sub alijs creditorib. Quinto, quia quæuis alienationis prohibitio intelligitur de voluntaria, non autem de necessaria, *l.alienationis.ff.familiæ ercisc.* & ratio est, quia alienationes necessarias, vtpote à lege inductas, nullus priuatus impedire potest, vtpote qui impedire nequit leges habere locum in sua dispositione, *l.Nemo potest.ff.de leg.1.* At hæc fructuũ alienatio ob possessoris crimen est necessaria, non .n. ex delinquentis voluntate, sed ex legis dispositione consurgit. Vltimo, ex *l.Peto 71.§.Prædium ff.de leg.2.* ibi: *Prædium, quod nomine familiæ relinquitur si non voluntaria facta sit alienatio, sed bona hæredis veniant, tamdiu retinere emptor debet, quamdiu debitor haberet bonis nõ venditis post mortem eius non habiturus.* Vbi expressam alienationis prohibitionem deciditur non obstare necessariæ illorum venditioni, ad soluenda possessoris debita, dũ ille viuit. Ergo nec impediet cõfiscationem in illius vita. Et ideo pro hac snia est *Speculator, tit.de feud.§.quoniam in q.40.nu.63.* vbi loquens de feudo alienari prohibito, relans varijs sententijs, cõcludit eius fructus publicandos ob possessoris delictum, dum ille superstes fuerit. Atq; in proprijs terminis eã docent *Oldrad.conf.17.n.18 Rom.l.si constãte 2..§.si n.12.ff.solu. matr. Hipp.de Marsilijs, singu.314.n.4.Paul.eo §.Diui, n.11.* & ibi latissime probans, & soluens contraria, *Ruinus à nu.47.vsq; ad 50. Alciat.ibi, n.4.& 5.Bolog.n.88.* addẽs id nõ solum esse verum, qñ prohibitio alienationis sola simplicia verba haberet, sed alia quoque prægnantia, vt si prohibẽs adderet se velle, vt nullatenus ea bona ex sua familia exeant, vel vt nõ transeat in alienam personam. Quia ea verba nõ impediunt possessorem fieri illorum fructuũ dominum, ac posse libere de illis in sua vita disponere. Quamuis *idem Bolognetus ibidem num.104.* dubius maneat, quãdo hæc verba prægnantia adderentur. Eandẽ sententiam tenet *Rubeus conf.154.n.2.*

Gygas

Gygas tractat. de crim. læsa maiest. li. 2. tit. de pœnis committentiũ id crimen, q. 3. n. 4. Gregor. Lop. l. 6. verb. Que la non pudiesse, paulo post principium, tit. 11. par. 6. Antonius Gomez l. 40. Tauri, n. 91. vers. confirmatur etiam. Molina li. 1. de primogen. c. 20. n. 9. & li. 4. c. vltimo, nu. 11. Gama decis. 352. in fi. Molina nostra Societatis Iesu, to. 2. de iust. disp. 470. col. 9. vers. Id preterea, & to. 3. disp. 656. n. 6. Baiardus addit. ad Iulium Clarum, li. 5. q. 78. nu. 29. & Peregrin. re hac latè disputata, de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 101. concludit se in casu occurrenti defendisse hãc opinionem. Et videtur clarè tenere Ioan. Lupus c. per vestras, in proœmio, §. 38. nu. 4. 5. & 6. de donat. inter vir. & vxor. vbi absolutè ait confiscari fructus maioratus, ac pro se allegat Paul. d. §. Diui, qui loquitur etiam (vt proximè eum retuli) quando est expressa alienandi prohibitio. Atque indistinctè loquens de maioratu tenet Sayro in claui, regia, l. 9. c. 7. nu. 7. in fine.

15 Posterior snĩa (cui tanquam multo probabiliori adhæreo) sustinet eiusmodi fructus non publicari etiam duranti possessoris vita, sed statim ea bona cum fructibus pertinere ad sequẽtem vocatum. Probatur primo, quia fructuum cõmoditas in hac specie non est separata a rei dominio, sed cũ eo est annexa, & cõiuncta iuxta notata ad textum l. Et ex diuerso, §. Vbi autem, ff. de rei vendic. quare sicut rerum illarum dominium nequit ad fiscum trãsire ob expressæ prohibitionis alienandi vim, sed trãsit in alios vocatos; ita de fructib. dicendum est. Quare differentia, quam tradit hæc sententia inter expressam, & tacitã alienãdi prohibitionẽ, innititur huic fundamento, quod fructus in hac specie sequantur dominium, & cum tũc dominium illorum bonorum, neque at etiã ad vitam possessoris in aliũ transire, ita nec illi fructus, sed transibũt cum dominio bonorum ad sequentem vocatum. At quando est sola tacita prohibitio sicut dominiũ illorũ bonorum potest alienari in alium, ad tempus vitæ possessoris, iuxta discrimen, quod num. 2. tradidimus inter expressam, & tacitam alienãdi prohibitionem, ita & fructus possunt in alium transire, & proinde confiscabuntur pro tempore eius vitæ. Secundo, quia cum tacitæ alienandi prohibitioni cõsurgenti ex ipsa fideicõmissi, & maioratus institutione, addatur alia expressa, plus debet operari; atq; ideo nil mirum, si operetur, ne fructus possint a dominio separari ob bonorũ possessoris publicationem. Tertio, ex l. Imperator 12. & l. Rogo 21. ff. de fideicommissarijs libert. vbi Firmius legauit tres seruos Mutiano, hac lege, ne aliis seruirent, & sic perinde est, ac si eorum alienationem expresse interdiceret, postea autem bona eius legatarii publicata sunt; & decidunt illi textus eos seruos non venire ad fiscum, sed statim consequi libertatem, non aliter, quam si legatarius seruos illos voluntarie alienasset. Ergo bona expresse prohibita alienari, nullatenus transeunt in fiscum. Nec prodest solutio, quã tradunt aduersarii, nẽpe, in illis iurib. alienationem interdictam fuisse fauore ipsorum seruorum, ac facta alienatione relictam esse illis libertatẽ: & ideo nil mirum, si libertatem obtineat, siue alienatio necessaria, siue voluntaria illorũ contingat. Nec oportet naturalem legatarii mortem condemnati expectare, ne interim cõtingat seruum decedere, & illius morte legatum libertatis extingui. Nõ (inquã) solutio hæc satisfacit: nam ideo publicatione bonorum obtinetur libertas, ne serui illi contra testatoris voluntatẽ in alterius, nempe, fisci seruitutem incidant. Ergo pari modo ne bona in extraneam personã, qualis est fiscus, aduersus testatoris interdictũ transeant, pertinebũt sequuta publicatione ad alios vocatos. Hæc etiam sententia constabit magis ex solutione contrariarũ rationũ, quam nu. 33. ponemus. Et ideo pro hac sententia citantur cõmuniter Bar. d. l. Imperator, nu. vnico, & l. si finita 15. §. si de vectigalibus, n. 13. vers. Tertio obstat, ff. de dãno infecto, & l. si quis in tantam 7. nu. 12. C. vnde vi. Alex. d. §. si de vectigalibus, nu. 36. & ibi Romanus n. 21. Bal. l. Legatarius, in fi. ff. de excus. tutor. Barthol. Soc. cons. 266. nu. 38. vol. 2. & cons. 121. n. 22. vol. 4. Grammaticus decis. 105. n. 29. in fi. & dupl. seq. Gozadin. cons. 103. nu. 23. in init. Cæpola cons. ciuili 58. num. 3. Boerius decis. 178. nu. 6. Ruynus cons. 129. nu. 4. vol. 2. Chassanaus in consuetud. Burgundiæ, rubr. 2. §. 1. in principio, nu. 15. Hippolyt. de Marsilijs l. fin. nu. 194. ff. de iurisdict. omn. iudic. Cotta in memorabilibus iuris, verb. Confiscatio bonorum, in fi. & verbo Testamentum, in quo pater præterit filium bannitum, vers. Et ideo dicunt cõiter Doctores, Roland. cons. 101. num. 25. & 26. & cons. 57. nu. 8. vol. 1. Emmanuel Suarez in suo thesauro receptarum senten. litera A, verb. Alienari, nu. 160. & ibi Tobias Nonius cons. 97. nu. 5. vol. 1. Ioan. Garzia de expensis, c. 10. nu. 48. sed Doctores hi non satis explicant suam mentẽ, solum. n. dicunt bona expresse prohibita alienari in fauorem aliorum non publicari: & eodem modo loquuntur Petra de fideicommissis q. 8. nu. 114. & multis sequentib. Crassus de successione ex testamẽto, & ab intestato, statim in princ. §. 1. n. 16. Quare possunt explicari de confiscatione perpetua, atque adeo, vt non negent confiscationem fructuum durãti condemnati vita. Sed re vera Rolandus, & Petra, & Crassus, malè possunt ita declarari, quia referũt pro se Alexandrũ statim allegãdum, eiusq; fundamentis innituntur, qui præcipuus author huius snĩæ est. Atque in proprijs terminis hãc sententiam tuentur Alex. latissimè probans cons. 23. a n. 3. vsque in finem, vol. 1. Curtius iunior cons. 102. num. 10. & 11. Iason l. filiusfamilias 117. §. Diui, el 2. in 2. lectura, notab. 6. nu. 19. ff. de legat. 1. & ibi Ripa, nu. 47. idem Iason l. finali, §. Sed quia nostra, n. 1. notab. 1. C. communia de legatis. Marianus Socin. iunior d. §. Diui, n. 39. & ibi Ambros. de Opizonibus, n. 47. in fi. & 48. Idem Marian. Socin. iun. dicens esse communem sentẽtiam ferè omnium, cons. 49. a nu. 4. vsq; ad 9. vol. 3. Decius cons. 442. nu. 27. & 28. vol. 3. Ruynus cons. 193. nu. 4. vol. 2. & cons. 23. n. 15. vol. 5. & cons. 25. nu. 11. & cons. 50. n. 94. & 95. vol. 1. Hippolyt. de Marsilijs cons. 49. a n. 50. vsq; ad 56. Alciatus cons. 67. n. 1. & cons. 76. nu. 1. lib. 9. to. 3. Gratus cons. 21. n. 68. vol. 2. Berous in suis quæstion. familiaribus quæst. 41. nu. penult. & vltimo, & cons. 78. num. 12. vol. 1. Bernardus Diaz in sua practica, in noua editione, c. 132. nu. 4. in fine. Plotus inter consilia criminalia Zileti, to. 1. cons. 130. nu. 96. Iulius Clarus in sua practica, libro 5. receptar. sentent. q. 78. num. 10. Antonius Gabriel. in suis communibus opin. libro 7. tit. de criminalibus conclus. vigesimaquarta, numero 3. Bossius dicens sic, quotidie obseruari, repellique fiscum, in sua practica, tit. de bonorũ publicatione numero trigesimoquarto. Segura l. cohæredi §. Cum filia, a nu. 256. vsque ad 277. ff. de vulgari. Tello l. vigesimaquarta. Tauri, num. 19. Sarmiento libro sexto, selectarum capit. quarto, numero quinto, paulo ante versic. Nec obstat. Menochius cons. 104. numero quadragesimosecundo, volumine 1. Rimimaldus iun. cons. 131. num. 48. uolum. 2. & cons. 313. num. 80. volum. 3. Hieronymus Gabriel. dicens hodie hanc sententiã reputári verissimam, & esse receptissimam, totoq; orbe seruari, cons. 284. num. 2. & 3. & cons. 123. a numero 3. vsque ad 16. vol. 1. cons. 73. numero 1. vol. 2. Pancirolla cons. 181. numero 1. vol. 1. Betta cons. 39. numero 1. & sequentibus, vol. 1. Farinacius in sua practica, in noua editione, tomo 1. parte 1. tit. de delictis, & pœnis quæst. 25. nu. 35. dicens esse communissimam sententiam, ac vsu receptam. Atque eidem sententiæ mirum in modum fauent Cephalus cons. 264. numero 11. volum. 2. & Surdus decisione 254. numero 35. parte 1. multos allegans, vbi dicunt concurrenti expressa alienationis prohibitione, cum tacita iuris, auferri vniuersam alienandi facultatem, etiam in casibus alias permissis.

6 At Molina lib. 1. de primogen. c. 20. numero 10. & duplici sequenti, & li. 4. cap. vltimo, num. 11. & 12. nititur hãc sententiam cum priori concordare, vt prior velit solas vsusfructus commoditates transire in fiscum: posterior autem non transire verum vsusfructus ius; atque

ita eam differentiam constituit inter tacitam, & expressam alienandi prohibitionem, vt quando est sola tacita, ius vsusfructus transeat in fiscum; at quando est expressa, sola illius cōmoditas. Quippe translatio iuris vsusfructus est quædam alienationis species: secus de trāslatione solius commoditatis. Et fatetur *eod. cap. vltimo. n. 12.* parum distare inter vtrumque loquendi modum, quod attinet ad fisci vtilitatem, & damnum successorum in ea alienari prohibita, & esse quæstionē, quasi de nomine. Cum iuxta vtrumque loquēdi modum, eandem & integram fructuum illorū commoditatem percipiat fiscus solo eius possessoris vitæ tempore ac ea priuetur sequens vocatus. At hoc discrimen, concordiamq; impugnat *Molina è nostra Societate Iesu, to. 2. de iust. disp. 470. col. 9. versi. Id præterea, & tomo 3. disput. 6 6. num 6.* dicēs iuxta priorem opinionem, siue prohibitio alienationis sit expressa siue tacita, non transire in fiscum verum vsusfructus ius, sed solas illius commoditates. Quia ius vsusfructus est personale, nequitq; a vero dominio separari § *Finitur autem. inst. de vsufruct.* ac proinde esset alienatio dominij rei illius prohibitæ alienari hæc autē alienatio pugnat siue cum expressa, siue cum tacita alienandi, prohibitione. Ceterum quatenus *noster Molina*, ait pugnare cum tacita alienandi prohibitione translationem dominij eorū bonorum pro tempore vitæ possessoris, id non approbo. Quia numero secundo, probaui cum sola expressa pugnare; ac proinde optimè potest dici, quādo est sola tacita alienandi prohibitio, transire in fiscum dominium, ac ius vsusfructus illorum bonorum pro tempore vitæ possessoris, quale apud illū possessorem erat. Concordiam tamen illam, quam *prior Molina* tradit duplicis propositæ sententiæ, censeo omnino reijciē lam. Quia difficillimum est creditu, ne impossibile dicam, tot Doctores grauissimos in re tam trita, & vulgari, qualis est differentia inter ius vsusfructus, & eius commoditates, errasse, atque adeo institisse in quæstione de nomine, ac proposuisse multas rationes, soluisseque contrarias. Præterea, quia passim, & promiscue Doctores vtriusque sententiæ vtuntur vsufructu & eius cōmoditatibus, quasi quoad hanc confiscationem vsurpantes vsumfructum pro eius cōmoditate. Quare dum posterior sententia negat vsumfructum confiscari, quando est expressa alienationis prohibitio, re vera loquitur de vsusfructus commoditate. Vt optime annotat *Peregrinus de iure fisci, libro 5. tit. 1. numero 98. in fine.* Quod etiam inde concluditur; nam sustinet hæc posterior sententia, post cōdemnationem possessoris rei prohibitæ expresse alienari, eam deferri alijs vocatis; quod non contingeret si commoditates confiscarentur. Nec Doctores, quos pro se *prior Molina* affert, ad dicunt, nec aliquid iuuant.

17 Atque hæc posterior sententia, quam amplectimur, varijs modis ampliatur. Primo, vt habeat verū, etiam quādo vltra fideicommissum in quo est sola tacita prohibitio alienationis, interdiceretur exprese diuisio eorum bonorum. Quia huiusmodi prohibitio vim habet expressæ alienandi prohibitionis: diuisio enim appellatur alienatio, *l. si pupillorum 7 statim in principio. ff. de reb. eorum.* Et probat *Ruinus cons. 117. nu. 19. vol. 3.* Et quāuis de hac ampliatione dubitet *Peregrinus de iure fisci. lib. 5. tit. 1. nu. 98. vers. Quam tamen conclusionem,* at illam docet *Ruinus cons. 23. n. 15. lib. 5. Roland. cons. 54. a n. 5. vol. 1. Tobias Nonius cons. 97. a nu. 3. vol. 1. Farinacius in sua practica in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis & pœnis q. 25. nu. 31.* Atque idem est dicendum, quando nō est ita expressa alienandi prohibitio, sed post fideicommissū apposita est clausula. Quia volo bona perpetuo conseruari in familia, vel agnatione. Quippe ex ea clausula inducitur expressa alienationis prohibitio. Sic *Iulius Clarus in sua practica, lib. 5. receptar. q. 78. num. 10.*

18 Secundo ampliatur, vt habeat verum, quamuis non sit absolute alienādi prohibitio, sed extra certum personarum genus, vt extra familiam. Quod militēt rationes nu. 15. traditæ. Et quamuis *Imola l. si finita 15. §. si de vectigalibus, nu. 14 ff. de damno infecto*, teneat contrarium, dicit enim emphyteosim priuati prohibitam alienari in potentiorem, atque adeo in certum personarum genus transire in fiscum: eo quod ea prohibitio alienandi ita limitata non excludat alienationem legalem, qualis est hæc Et cōtrarium etiam tenet *Alexand. in addit. ad Bartolum authen. ingressi, litera C. verb. In Ecclesiam. C. de sacrosanct. Eccles. & Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, numero 42.* vacillat, nunc in vnam, nunc in alteram partem inclinans, & dicit contrarium posse optime defendi. At hanc ampliationem videntur tenere *Bar. l. si quis in tantam 7. nu. 11. C. vnde vi, Alexan. cons. 23. nu. 6. vol 1.* vbi dicunt prohibita alienari fauore tertij, vt dotem fauore mariti, aut fauore certi generis personarum, non transire in fiscum. Et consequenter omnes Doctores allegati num. 15 pro nostra principali sententia videntur tenere hanc ampliationem Quia omnes illi hos tanquam principales eius sententiæ authores referūt. Et ita *Bossius eo. nu. 42.* fatetur esse communem, ac praxi receptam & eam quoque tenent *Antonius Gabriel in suis communib. opin. lib. 7. tit. de criminalibus conclus. 24. in fine. Farinacius ead. q. 25. nu. 32.* dicēs ab ea minime recedendum esse, tanquam a communi, & recepta praxi.

19 Limitatur etiam prædicta sentētia aliquibus modis. Primo, vt non procedat in delictis comprehensis in bulla Sixti V. edita anno 1. eius Pontificatus contra bannitos, & quosdam facinorosos. Quia in ea bulla expresse dicit eorum delinquentium bona publicanda duranti eorum vita non obstantibus quibuscumque fideicommissis, substitutionibus, ac dispositionibus testatoris, sub quauis verborum forma etiam strictissimis clausulis, & cautelis concepta. Sic *Farinac. ead. q. 25. num. 39. in fine:* additque enim *Sfortias Oddo, cons. 53. a nu. 6. vsque in finem, volum. 1.* latissime id probanti, hoc nō extendi ad alia delicta non comprehensa in ea bulla.

20 Secundo limitatur, vt intelligatur, quoties alienationis prohibitio est valida. Quippe inualida nil operari potest. Sic *Farinacius ead. q. 25. nu. 48.*

21 Hinc deducitur, quando condemnatus est descendens, posse fiscum non obstanti alienationis prohibitione deducere illius legitimam. Quia in ea nullum grauamen apponi potuit: & ideo instar bonorum liberorum confiscabitur. Sic *Iulius Clarus dict. quest. 78. numero 10.* Et *multis alijs citatis Farinacius ead. quest. 25. num. 40.* qui videndus est *vsque ad nu. 45.* vbi late tractat, quando id onus legitimæ imponi valeat, & sic non confiscetur: & ibidem etiam disputat, quando Trebellianica publicetur.

22 Tertio limitatur, vt nō procedat quando prohibitio alienandi non est simplex, sed limitata ad contractus, vt quia disponens interdixit solam alienationem inter viuos, tunc enim ea bona ad fiscum transeūt. Atque ita docent *alijs citatis Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 98. in fine. Baiard. addit. ad Iulium Clarum, libro 5. quæstione 78. numero 45. Rimminaldus iunior cons 384. nu. 289. in fine, &* 290. addens transire ad fiscum cum sua causa, nempe, vt restituat sequenti vocato post condemnati mortem.

23 Vltimo limitatur, nisi omnes personæ, quarum causa interdicitur alienatio, defuerint, & sic fideicommissum sit in delinquentis persona extinguendum, tunc enim ea bona in fiscum transeunt. Quia cum iam nullus extet, cui bona restituenda sint, cessabit prohibitio cessante eius causa. Sic *Hippolytus de Marsilijs singulari 314. numero 3. Farinacius allegato Mandello ead. quæstione 25. num. 49.*

24 Quo aūt opinionum varietas euitetur, & fideicommissa quæcumque, & bona prohibita alienari, ac maioratus nō veniant ad fiscum aliquo modo, etiam quoad fru-

fructus, duráti possessoris vita, est optima cautela, vt testator, aut institutor illius maioratus, aut fideicómissi, disponat vt eo ipso, quod possessor tractauerit, aut statuerit de cómittendo delicto, cui annexa est bonorum publicatio, amittat eum maioratũ, aut fideicommissũ, & ad sequentem vocatũ transeat cum omnibus suis cómoditatibus: tũc enim nec commoditas maioratus ad fiscum pertinebit, sed a die commissi delicti ad sequentem successoré transibit. Quippe hoc nó fit in fraudem fisci, nec in vtilitatem possessoris delinquentis sed in familiæ cómodũ. Prætetea, quia in hoc casu fiscus a lucro captando excluditur, non autem a iure quæsito. Quare non obstat *l. filiusfamilias 117. §. Diui, el 2. ff. de legat.* 1. ibi: *Neque fisco fraudi esse.* Quia loquitur quádo fisco est ius quæsitũ. (Vt nu. 33. ostendemus.) Nec etiã obstat *l. finalis cum ibi notatis per Bar. ff. de stipulatione seruorum*, quia fateor nó debere esse in potestate delinquétis euadere pœnã; at testator, qui nó deliquit, pót id onus suis bonis adijcere, & aliũ fisco præferre. vt dicam n. 27. nec dolo videtur facere vtens iure suo. Atq; ita docent *Marianus Socin. iunior. conf. 49. nu. 2. vers. Aliquãdo & secundo, vol. 3. Alciat. d. §. Diui. nu. 6. in fin. & ibi Ruinus nu. 11. notab. 4. Bolognetus nu. 80. & 101. Hippol. de Marsilijs singulari 314. in fi. Rolan. conf. 56. nu. 11. vol. 1. Peralta l. 3. §. Qui fideicómissam, n. 127. ff. de hæredis. instit. Tello* latissime probans *l. 27. Tauri, nu. 18. & 19. idẽ Ruinus conf. 129. nu. 4. vol. 2. Bossius in sua pract. tit. de bonor. publicatione n. 30. Ant. Gomez. l. 40. Tauri nu. 91. col. penul. vers. Quod tamen singulariter limita. Molina lib. 4. de primog. ca. vlt. nu. 16. Peregrinus* re latissime disputata, *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 103. & 104.* vbi & alios refert, & dicit sic fuisse decisum in senatu. *Cantera in suis quæst. criminalibus tit. de quæ tangentib. punitione delictorum, c. 1. nu. 51. Metes de maioratu, in 1. edi. p. 4. q. 23. nu. 1. & 20. Menoc. conf. 91. n. 6. vol. 1. Riminald. iunior conf. 131. nu. 63. vol. 2.* & laté *conf. 193. a nu. 1. vol. 2. & conf. 50. nu. 95. vol. 1. Mazarius epitom. de fideicómissis, tota. q. 47. Petra de fideicommissis q. 8. nu. 111. Hieronymus Gabriel. cóf. 123. nu. 12. vol. 1. Pancirolla conf. 181. nu. 1. vol. 1. Sforsias Oddo consi. 53. a nu. 7. vsq; ad 14. vol. 1. Tobias Nonius conf. 97. nu. 2. vol. 1. Farinacius in sua pract. in noua editione, to. 1. p. 1. ti. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 23. & duplici sequẽti. Baiardus addit. ad Iuliũ Clarum, lib. 5. q. 78. nu. 38. Molina Societatis Iesu to. 3 de iust. disp. 656. nu. vt.* Vtrum autem hęc clausula apponi valeat, ac fiscus excludatur, quádo possessor maioratus incidit in crimen læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, vel sodomiæ, ob idque bona eius publicantur, dicemus nu. 45.

25 Subijcit autem *Molina to. cap. vltimo nu. 17.* opus esse ad fisci exclusionem, vt in prædicta clausula decernatur hanc maioratus amissionem, & trásitum in sequentem successorem, fore eo ipso, quod possessor tractauerit, aut statuerit de tali delicto perpetrando: secus si dicatur, vt à puncto commissi iam delicti transeat maioratus in sequentem successorem. Quippe cum a puncto commissi delicti ius in illorum bonorum commoditates fiscus acquisierit, non potest eo iure priuari. Sed iure optimo *Molina Societatis Iesu eadem disputat. 656. num. vltimo*, hanc limitationem reijcit, dicitque vtrouis modo adiecta clausula, excludi fiscum, & commoditates illas ad sequentem vocatum pertinere. Quia cum vtrouis modo facta sit dispositio ante commissum delictum, & consequenter ante vllum ius ad eas commoditates acquisitũ fisco, quamuis facta sit in tempus, quo delictũ committetur, & sub conditione si committatur, & in tépus, quo ius ad eas commoditates fisco acquireretur, nó præmissa huiusmodi dispositione, nil est, quod ius dispositionis valorem impediat. Nec enim fiscus statim commisso delicto acquiret ius in eas commoditates quádo iuxta instituentis dispositionem est præuentum, ne fiscus id ius acquirat. Hoc etiam aperte innuit *Anto. Gomez. nu. præcedenti relatus*, his enim verbis apposuit prædictam limitationem. *Præter quam si per disponentem sit dictum, quod facta, vel attentata alienatione, vel delicto, statim transeant bona in sequentem successorem. Quia tunc bona non transirent in fiscum etiam duranti vita condemnati, nec etiam, quoad commoditatem, & perceptionem fructuum.* Vbi notanda sunt ea verba, *Facta, vel attentata*: quibus aperte significat nil referre, siue institutor dicat, attentato delicto, quod contingit antequam committatur, siue dicat, commisso iam delicto.

26 Atque similiter excludetur fiscus, si institutor decernat ne bona illa etiam breui temporis momento penes aliũ à successore resideant, vel ne bona illa publicentur ob delictum, etiam quoad fructus duranti possessoris vita, sed statim ad sequentem successoré transeant. Sic *Ant. Gomez nu. 24. relatus.* Et probat ex *l. Imperator. ff. de fideicómiss. liberi.* vbi deciditur testatore legáti alicui seruos, ea lege, vt nulli alii seruiant, sed cótinuo penes legatariũ sint, eos non publicandos ob legatarii delictum, sed statim libertatem adepturos Et ad hoc ait commẽdari hunc textum à *Bartolo, Alexandro, & Segura*, quos ibi refert. Atque valere eam prohibitionem, quamuis expresse interdiceretur à disponẽti transitus eorũ bonorum in fiscũ, tenet *alijs relatis Farinacius ea quæst. 25. nu. 23. & 24.* Et probat eisdem rationibus num. vigesimo quarto allatis. Idem tradunt *Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, nu. 30. Tello l. 27. Tauri, nu. 19.*

27 Quod si opponas doctrinã *Bart. l. Post contractum 15. num. 9. ff. de donat. & Antonij Gabrielis in suis communibus opinionibus, li. 7. ti. de criminalibus, conclusione 24. numero septimo.* vbi tradunt prohibitionem in fraudẽ fisci non valere. Respondeo cum *Bossio eodem tit. de publicatione bonorum num. 30. Farinacio eadem quæst. 25. num. 26. Tobia Nonio conf. 97. num. 2 vol. 1.* doctrinam *Bartoli* accipiendam esse, quando disponens est ille, qui deliquit, aut delinquere cogitauit; vt aperte constat ex ipsis *Bartoli* verbis, ibi: *Non valet si quis dicat, Dono tibi si cótigerit bona mea publicari.* Tunc enim nó obstaret ea prohibitio confiscationi, vtpote in fisci fraudem facta: & quia in delinquentis potestate non est eam pœnam euadere. At secus est, quando disponens nó est qui deliquit, aut delinquere cogitauit sed in euẽtum delicti aliorum disponit: tunc enim non dicitur in fraudem fisci disponere, sed potius vt instituti delictum caueant: ac proinde hoc in publicam vtilitatem cedit.

28 Non valet autem prædicta clausula, si ea non in familiæ fauorem, sed possessoris maioratus delinquentis adiecta sit. Vt si institutor præciperet, nec momento commoditates maioratus ad fiscum pertinere, sed ad illius possessorem, quamuis delictum confiscatione dignum perpetraret, dispositio est nulla, & ideo ea non obstanti pertineret à die delicti ad fiscum, dum possessor ille viueret. Quippe cum per eam dispositionem, nec bonis maioratus, nec familiæ prospectum sit, sed soli delinquenti, id in fraudem fisci cedit, ad quod non se extendit facultas instituentis, *l. Filius familias. §. Diui, el 2. ff. de leg. 1.* Sic docent *Molina lib. 4. de primogen. cap. vltimo, n. 13. & duplici sequenti, & alter Molina tomo 3. de iustit. disp. 656. num sexto.*

29 Quare vt adhuc firmior sit prædicta clausula, ac vniuersæ difficultates cessẽt, quæ circa hoc moueri possent, cautela erit impetrare à principe confirmationẽ prædictæ clausulæ: vel vt disponens suam mentẽ declaret, dicens se eam prohibitionem principaliter apponere gratia conseruandi ea bona in sua familia, & non causa defraudãdi fisci. Sic *Mazarius de fideicommissis, q. 47. versi. Additũ tamen fuit. Farinacius eadẽ quæst. 25. nu. 29. & 30.*

30 Idem tamen obseruandũ est circa prædictam clausulam deferentem bona sequenti vocato, quádo possessor inciderit in crimen publicationis bonorum subiectum, transeant ea bona in sequentem vocatum non eo rigore, quem verba significant, accipiendam esse, vt statim commisso delicto teneatur possessor in foro conscientiæ a se abdicare eum maioratum, ac illum tradere

sequenti vocato. Quippe attenta institutoris mente, ea clausula est benignius interpretāda, nimirum, ne teneatur possessor ad id, donec sententia condemnatoria, aut declaratoria eius delicti sequatur. At ea clausula hoc operatur, vt lata sententia cōtra possessorem, dominium eorum bonorum retrotrahatur, ad illumque fructus illius maioratus pertineant a die commissi criminis, sicut ea clausula non apposita pertinere deberent ex tunc ad fiscum. Ratio autem sic interpretandæ mentis institutoris est, quia eam clausulam apposuit gratia soli familiæ prospiciendi, ne bona extra illam transeant, quod integre seruatur possessore retinenti maioratum, & eius fructus, donec criminis illius reus declaretur: cum enim solum spoliandus sit bonis maioratus, ac eius fructibus, sequuta prædicta sententia, institutor in eo solo euentu prouidit, præfatam clausulam apponendo, successor enim solum vocatur in possessoris defectum. Cum autem dicitur in ea clausula transiturum maioratum ipso facto, vel eo ipso a puncto attentati, vel commissi delicti, illud verbum non importat trāslationem dominij, sed ea bona peculiari ratione affecta esse & obligata successori, ita vt facta criminis declaratione dominium retrotrahatur. Atque hęc optime docet *Vasquez. t. 2. quæst. 96. art. 5. disputatione 169. cap. 4. num. 37. in fine, & 38.*

13 Quod si quæras, an relicta alicui cum conditione, vt si absque liberis decesserit, restituat alteri, confiscentur ob illius grauati delictum? Respondent confiscari *citato Balas, Gygas tractatu de crimine læsæ maiestatis, lib. 2. titul. de pœnis committentium id crimen quæst. 15. nu. vnico. & Baiardus citato Capitulo. addit. ad Iulium Clarum, libro 5. quæstione 78. nu. 31.* Quod intelligo duranti vita illius grauati sine filijs decedentis: cum sit fideicommissum, nec expressa alienandi prohibitio adsit: quia tunc tanquam deficienti conditione sunt restituenda illi tertio. Si autem decedit ille cum filijs, & sic impletur conditio, confiscabuntur in perpetuum, nisi quando ex peculiaribus coniecturis censentur vocati filij illi in conditione positi. Quia cum iuxta receptiorē sententiam non censeantur vocati, nisi peculiares coniecturæ aliud suadeant, nullum ius i(s) filijs ad ea bona comparatum est, & ideo sicut pater, poterat ea bona quocumque contractu alienare ita poterit delinquendo, in fiscum. Si vero peculiares coniecturæ suadeant eos filios esse vocatos, cōfiscabuntur ea bona solo tempore vitæ grauati, ac eo defuncto succedēt filij. Sicut de fideicommisso, in quo est sola tacita alienandi prohibitio diximus num. 12.

32 Demum id monuerim, quoties bona fideicommissi, maioratus, aut quouis modo alienari prohibita, nō publicantur quoad vsumfructum, sed statim transeunt ad sequentem vocatum, si sequens vocatus sit eius delinquentis filius, nequaquam acquiritur patri vsusfructus in iis bonis, iure patriæ potestatis. Sic *Paulus in authen. Excipitur, in principio, num. 6. C. de bonis quæ liberis, Angelus authent. idem est, statim in principio, C. eod. tit. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 105.* Qui hoc probat eo quod generale sit in iis, quæ patri ob eius delictū auferuntur, non quæri per filium patri vsumfructum. Vt tradunt *Bart. l. eum qui 3. in fine, ff. de interd. & relegat. Paulus & Angelus proxime allegat. Hieronymus Gabriel. consil. 118. nu. 12. vol. 1.*

33 Ad argumenta apposita numero 14. ad probandum bona prohibita expresse alienari, cōfiscari duranti possessoris vita, respondetur. Ad primum dic id verum esse, dum dominium permanebat apud illum, at cum statim ac condemnatur, censeatur vocatus sequens successor, ac dominium eorum bonorum in eum trāseat, nequeunt fructus in posterum percipiendi confiscari, sed erunt successoris, ac veri illorum bonorum domini. Ad secundum dic eam prohibitionem non tantum eo tendere, ne successoribus præiudicetur in fructibus percipiendis tempore vitæ delinquentis, sed ne etiam illis in dominio præiudicetur, quod censetur prohibens transferri in vocatū, statim ac sequitur cōdemnatio, & cū eo fructus in posterū percipiēdos. Ad tertiū cōstat ex dictis nu. 14. quippe is textus clare loquitur, quādo est sola tacita alienandi prohibitio. Rationem autem differentię inter tacitā, & expressam alienādi prohibitionem, satis declaraui nu. 15. Ad quartum dic eam solutionē glossæ ibi adductā esse bonam. Ad replicam dic cum *Bologneta eodem §. Diui, nu. 102. alios referēti* quamuis reuera fiscus in eo euentu nomine creditorum cōprehendatur fuisse tū opus illum explicare, eo quod potuerit ea confiscatio cōsurgere ex causa testamēti, in quo incapax fuit institutus, & poterat dubitari, an ea confiscatio consurgens simul cum alienationis prohibitione, impediretur ob eam prohibitionem: & adeo decidit textus nūquam eam prohibitionē præiudicare creditoribus prohibentis, nec fisco quacūque ex causa cōfiscet bona ob prohibētis delictū. Vel secundo respondet idē author, nil absurdi esse, si post expressionē generis explicetur species magis digna. Ad quintum dic cum *eodē Bologneto eodē §. Diui n. 84.* nullo sua prohibitione posse impedire alienationem necessariā, consurgentem ex facto, & ex causa ipsiusmet prohibentis, at posse eā quæ pendet ex causa, & ex facto eius, cui alienatio interdicitur. Quippe huius factū nequit successoribus præiudicare. Secundo etiam responderi potest, hanc alienationem in causa publicationis non reputari simpliciter necessariā, sed potius voluntariā (vt cum alijs late probat *Peura de fideicōmissis q. 3. a num. 114.*) Quia illa dicitur vere necessaria, quæ principium necessarium habuit: *teste Rimiualdo consi. 384. nu. 42. volum. 4.* At hæc habuit principium voluntarium, nempe, delictū, ob quod bona publicantur. Ad vltimū dic cum *Peregrino de iure fisci libro 5. tit. 1. nu. 101. in fine,* multum interesse inter causam creditorum, quæ de dāno vitando tractat & causam fisci lucrum intendentis: & ideo rationi dissonare, vt priuilegiū ea lege in creditorū fauorem inductū, extēdatur ad fiscum.

SVMMARIVM.

Tripliciter potest maioratus institui, nu. 34.

An bona maioratus confiscentur in perpetuum, ob crimen sodomiæ, læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, possessoris illius? Refertur quædam sententia, nu. 35.

Quando maioratus absque regio priuilegio instituitur, non publicatur in perpetuum ob hæc crimina, nu. 36.

Quid si ea bona donata sint a principe alicui, & eius descendentibus, iure maioratus, an publicentur ob crimen læsæ maiestatis humanæ, num. 37.

Quid si rex donasset ea hac lege, vt ob hoc crimen non publicentur, num. 38.

An publicentur tunc in perpetuum ob crimen hæresis, aut sodomiæ, num. 39.

Quid si ea bona donasset princeps sæcularis, & Pontifex eam confiscationis pœnam ob hæresim indiceret, nu. 40.

An confiscetur in perpetuum maioratus ob illa crimina tria, quando instituitur ex regio priuilegio, in quo apponitur clausula apponi solita in hoc regno, num. 41.

An confiscetur, quando institutor maioratus decerneret, vt ob ea crimina publicetur, nu. 42.

Quid si in eo priuilegio non apponatur clausula solita, nu. 43.

An valeat clausula in regio priuilegio apposita, vt nō publicetur causa illorū triū criminū: & an cēseantur hæc tria crimina, quādo est sola clausula generalis ne publicetur, n. 44.

An quando est clausula in priuilegio, vt ob hæc tria crimina publicetur, possit institutor hanc publicationē impedire, n. 45.

Quid quando maioratus non ex regia facultate instituitur, an possit institutor interdicere publicationem ob hæc tria crimina, nu. 46.

An confiscetur in perpetuum, quando instituitur ex tertia & quinta bonorum parte, in hoc regno, ex priuilegio l. 27. Tauri, si possessor incidat in hæc tria crimina, nu. 47.

Quid si hic maioratus instituatur etiam ex regio priuilegio, cum absque illo institui possit, nu. 48.

Quid si fixa tā parte vinculo maioratus absque regio priuilegio

suby-

subijcere posset, idq; impetratum est ad omnia bona vinculo illi subijcienda, an tunc maioratus confiscetur ob hæc crimina: an sola pars priuilegio indigens? Refertur opinio, nu. 49.

Explicatur sententia Authoris, nu. 50.

Quid si tunc profiteretur instituere se maioratum virtute illius priuilegij, num. 51.

An sanū sit consiliū ad vitādas opiniones, vt institutor profiteatur se velle vti vtraque facultate: et an sit consiliū, quādo instituit maiorat ū ex regio priuilegio, absq; quo non poterat in præiudicium descendentium, explicare se intendere solum vti reg o priuilegio, quoad excessum illum, nu. 52.

Quando maioratus est adeo antiquus, vt de eius institutione non constet, an confiscetur ob hæc tria crimina, nu. 53.

An regnum confiscetur ob hæresim, aut alia possessoris crimina, num. 54.

An si non aliter potest caueri malum publicum, possit Pontifex id regnum regi auferre: & similiter quoscumque maioratus ex bonis patrimonialibus institutos, nu. 55.

An ob crimen læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, possit domus maioratus dirui, aut solo æquari, nu. 56.

An quādo nō cōfiscatur maioratus in pertuū ob hæc crimina, cōfiscetur salē quoad fructus, durāte delinquētis vita, n. 57.

An quando ob hæc crimina confiscatur maioratus in perpetuum, maneant ea bona libera apud fiscum, nu. 58.

Post nu. 58. inuenies alia summaria quæ desiderantur.

34 Hvcusq; dictū est de bonorū maioratus publicatione ob varia possessoris eius delicta, præterquā delicta læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, vel sodomiæ; at qñ delicta sunt hæc, est grauissima difficultas, an bona maioratus cōfiscētur in perpetuū, & sint futura semper apud fiscū, exclusis vniuersis successoribus, ob hæc possessoris crimina, qui non est primus eius institutor. Peculiaremq; dubitādi ansam in his criminib. præbet clausula adijci solita in hoc Castellæ regno in facultatibus regijs institueñdi hos maioratus, q̄ habet, vt ob hæc possessoris crimina publicetur, ac in fiscū trāseat. Atq; vt difficultas hæc enodetur, oportet præmittere, posse quadrupliciter institui maioratum. Primò mō ex bonis patrimonialib. absq; vlla regia facultate, sed ex sola iuris cōis cōcessione, qua cuilibet integrū est de suis bonis disponere, eisq; adijcere quæcūq; iusta onera, eo quod nullos habet hæredes necessarios. Secundò modo, qñ ex regio priuilegio instituitur. Tertiò modo, ex cōcessione legis, vt in nostro Castellæ regno cōcessum est per *l. 27. Tauri, hod. e l 11. tit. 9. lib. 5. recopil.* cuilibet habenti descendentes instituere maioratum ex tertia & quinta bonorū parte, in fauorē cuiuslibet ex illis. Vltimò mō, quando maioratus est adeo antiquus, vt de eius institutionis initio, quale fuerit, non constet; aut ita vt initiū fuerit ex populi electione quales sunt maioratus regū.

35 *Simancas de catholicis instit. tit. 9. a num. 253. vsque ad n. 273. allegato Galindo,* latissimè probat ob hæresis crimē publicari in perpetuū bona maioratus, quouis mō prædictis instituti, eaq; exclusis omnib. successoribus mansura in perpetuū apud fiscū: & dicit, *n. 254.* hoc esse verū, quamuis in regia facultate dicatur ea non esse publicanda ob hæresim. Et ipsum oīno sequitur *Azor in to. 1. inst. mor. li. 8. c. 12. q. 7. & 13.* Huius sniæ fundamenta latissimè referūt, & soluunt Doctores allegādi, & ideo breuitati studens ea omitto: & duo sola pcipua afferā. Prius est, quia nemo potest aliquem in suo testō hæredē instituere contra legis dispositionē. At dispositio legis est, vt pp hæc crimina applicentur oīa delinquentis bona fisco. Posterius est, qa maioratus possessor nō est merus vsufructuarius sed verus maioratus bonorum dominus, iuxta veriorem sententiam. Ergo ob hæc eius delicta sunt hæc bona publicanda in perpetuum.

36 Prima tñ conclusio sit. Quando maioratus absq; regio priuilegio institutus est, sed ex solo iure cōi id permittenti non habentibus hæredes necessarios, nequeūt bona eius ob hæc tria possessoris crimina publicari in perpetuum. Ducor ex fundamento, quo id probaui numero vndecimo, quando possessor alia crimina commisit: quippe idem prorsus probat in his criminibus: & ex eo solutum manet vtrumq; contrariæ sniæ fundamentum. Publicantur. n. in perpetuum bona quorum delinquens est absolutus dñs, nec tenetur ea successoribus conseruare, qualia nō sunt bona maioratus: & ius ei sola priora bona publicanda decernit. Et idem probant *l. eorum, ff. ad leg. Iuliam maiestatis, & l. iure libertorum ff. de iure patron. & c. Felicis §. si qua vero feuda, de pœnis, in 6.* Et ideo hanc conclusionē tuetur *Greg. Lopez. lib. 6. verb. Que la non pudiesse, paulo post principiū, & q. 2. tit. 11. p. 6. Antonius Gomez. l. 40. Tauri n. 91. col. penul. ad finem. Tello l. 27. Tauri n. 29. Molina lib. 2 de primogen. c. 2. nu. 10 & lib. 4. cap. vltimo, a nu. 31. vsque ad 38. Meres latissimè probans de maioratu, in priori editione par. 4. q. 23. a numero 1. vsque ad 22. Cantera in suis quæstion. criminalibus, tit. de quæstionib. tangentibus punitionem delictorum, c. 1. numero 37. ad finem. Molina e Societate Iesu, tomo 3. de iustitia, disputatione 657. a numero 3. vsque in finem, & disputat. 582. num. 1. Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disputatione 169. cap. 4. a numero 30. vsque ad 41.* & idem tenet loquens de hæresi paterna, docens ob id non publicari bona maioratus, *Probus addit. ad Monachū, cap. cum secundum leges, numero 3. in fine, de hæret. in 6.* & loquens de crimine læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, tenet *Rimina'dus iunior consi. 384. num. 289.* Quod idem loquēs de crimine læsæ maiestatis humanæ tenet *Crassus de successione ex testamento, & ab intestato, statim in principio, §. 1. nu. 10.*

37 Excipiunt aliqui ab hac conclusione, quando bona sunt a principe donata alicui, & eius descendentibus, iure maioratus in perpetuū: tunc enim si quisquam ex maioratus possessoribus crimen læsę maiestatis in principem commiserit, sunt ea bona in perpetuum adijciēda fisco. Ducuntur primo ex quadam pragmatica Hērici, qui ita declarauit. Eius verba refert *vterque Molina statim allegandus.* Secundò, quod his donationib. iure maioratus a principe factis insit tacita conditio, vt illorū possessores seruiāt principi in bello, eique fideles sint. Quare rationi cōsonat, vt ob id crimen cuiuscumque possessoris, redeāt ad coronam regiam, quasi principe causa ingratitudinis reuocanti eam donationem. Nec obstat hoc reuocandæ donationis ius causa ingratitudinis competere soli donanti, & respectu solius primi donatarij. Vt constat ex *l. finali, C. de reuocat. donat. vbi cum glossa, verbo Instituere,* omnes scribentes id notant. Quippè donata a rege cēsentur a regia corona donati, in remunerationē obsequiorum illi exhibitorum: quare cū regia corona semper duret, dicitur ingratitudo cōmissa aduersus primum donantem. Cum etiam ex donatione iure maioratus cōcessa cēseantur tot donationes consurgere, quot sunt ad maioratum vocati, & vnusquisque censeatur immediatè a rege donationem accipere: vt optimè explicant *Suarez in quæstione maioratus a numero decimooctauo, & Gregorius Lopez. l. 25. verbo Omenaje titulo decimotertio, parte secunda;* censetur quilibet possessor huius criminis reus, donatarius regis donātis, ac illi ingratus, vt ratione ingratitudinis reuocetur donatio. Et ideo hāc sentētiam tuentur *Molina libro quarto de primogen. cap. vltimo, num. 46. 47. & 48. Vasquez 1. 2. quæstione 96. articulo quinto disput. 169. cap. quarto, numero vigesimooctauo. Molina Societatis Iesu, tomo tertio de iustit. disput. 663. numero primo.* Quam limitationem sublimitat *prior Molina eod. cap. vltimo, numero 46. in fine,* vt intelligatur in donationibus castrorum, vel oppidorum, vel aliarum similium rerum, siue titulo ducatus, marchionatus, aut comitatus: secus autem de aliis peculiarium rerum donationibus. Quippè de illis, nec pragmatica Henrici loquitur: nec illis videtur præcisa seruitiorum, ac fidelitatis necessitas exigi. Et idem apertè sentit *posterior Molina è Societate Iesu,* loquitur enim de bonis coronæ regiæ alicui dona-

tis; & ait idem de titulis docatus, marchionatus, aut comitatus a rege datis: quod dati censeantur cum illa seruitiorum, & fidelitatis conditione. Non tamen habet locum limitatio hęc, quando ea oppida, vel castra sunt a rege donata absque maioratus onere, & tanquam bona libera: quamuis enim donatarius instituerit postea ex his bonis absque regia facultate maioratum, non haberet naturam bonorum a rege donatorum. Vt optime considerat *Suarez in ea. q. maioratus n. 13.* Et ideo in his bonis non habebit locum hęc limitatio, & ideo non confiscabuntur in perpetuum ob id successorum crimē. Et ideo ita docet *prior Molina eod. c. vlt. nu. 48.* Quę quidem limitatio cum prędictis sublimitationibus satis mihi placet: quamuis probabile, sit in nullis his euentibus bona illa maioratus publicari in perpetuum. Atque ita *prior Molina eod. c. vlt. n. 42 in fine.* asserit se vidisse prędictam limitationem satis controuersam in litibus forensibus. Et *Gregor. Lopez lib 2. verbo Aianda, q. 2. tit. 2. p. 7.* tenet contra hanc limitationem, dicitque bona maioratus donata a rege, etiam titulo ducatus, marchionatus, aut comitatus, non publicari in perpetuum ob crimen lęsę maiestatis possessoris, sed quoad solas commoditates viuenti possessore, nisi rex dedisset iure feudi, quod in dubio non presumitur.

38 Sed circa hanc limitationem sunt tria obseruanda. Primum est, ea secundum aliquos est vera, quamuis rex ea castra, vel oppida iure maioratus donaret, ea lege, vt non publicentur ob crimen lęsę maiestatis possessoris, adhuc enim ob id crimen aiunt in perpetuum publicari. Quod non valeat conuentio inter donantem, & donatarium, vt donatio non valeat ratione ingratitudinis reuncari. Sic *Molina lib. 4. de primogen. cap. vltimo, nu. 69.* Ceterum iure optimo tunc non publicari docent *Vasquez 1. 2. quast. 96. art. 5. disp. 169. cap. 4. nu. 28. & alter Molina Societatis Iesu, tomo 3. de iust. disp. 660. num. 2.* qui optime fundamento contrario satisfacit dicens, si conditio esset, vt commoditas illorum bonorum manere deberet apud possessorem eius criminis reum conuentionem non valere, tanquam bonis moribus aduersam, ac præbentem delinquendi ansam; at vale re, nec bonis moribus aduersari, quando in familiæ innocentis bonum, ea bona a perpetua confiscatione excluduntur.

39 Secundum est, *Molina è Societate Iesu ead. disp. 660. num. 2. in fine,* anceps manet & aliorū iudicio remittit, num ob crimē hæresis. & sodomiæ possessoris maioratus, castra, & oppida iure maioratus a rege concessa publicentur in perpetuum, & in eam partem inclinat, vt in hoc Castellæ regno. sic publicentur. Quia in regijs priuilegijs concessis in hoc regno ad instituendos maioratus ex bonis patrimonialibus, ea solet adijci conditio, vt in perpetuum publicentur ob crimen læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, aut sodomiæ possessoris. Ergo fortiori ratione censenda sunt concedi bona coronę regiæ, iure maioratus, cum eadem conditione. At existimo non publicari in perpetuum, ob ea duo crimina. Quia cum in his criminibus non inueniatur ingratitudo aduersus regem donantem, nec infidelitas in obsequijs ipsi exhibendis, non militant rationes, ob quas n. trigesimoseptimo sustinui publicari ob læsæ maiestatis humanæ crimen.

40 Vltimum est, si donatio facta esset à principe sæculari, & Pontifex confiscationis pœnam indiceret ob hæresim possessoris, applicans ea bona Ecclesię prout integrum ei est, nō publicaretur maioratus ille in perpetuū, sed quoad solas commoditates viuēti possessore. Quippe respectu eius pœnę ita se haberet maioratus ille, ac si ex proprijs bonis institutus esset; nec ratio cōfiscationis indictę à principe sæculari militat in hoc euentu; nam princeps ideo suo fisco ea bona applicat, ob crimen lęsę maiestatis humanæ possessoris, quia potest donationē à semetipso factā reuocare ob possessoris ingratitudinem: quod locum non habet in pœna confiscationis a Pontifice imposita, si donatio bonorum sit a principe sæculari facta. Et ita docet *Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. c. 4. nu. 28. in fin. & 29.*

41 Secunda cōclusio. Quando maioratus regia facultate ex bonis patrimonialibus institutus est, & adijcitur clausula solita apponi in hoc regno in ea facultate, nēpè, vt ea bona publicentur ob crimen læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, aut sodomiæ possessoris, si hic in aliquod illorū incidat, cōfiscatur in perpetuum, nec ad alios vocatos transit. Quippe cum princeps eam facultatem cum hoc onere concedat, ea vtens in constituendo maioratu, censetur bona illius perpetuæ ob hęc crimina confiscationi subijcere. Atque ita docent *Molina lib. 2. de primogen. c. 2. n. 10. & cap. 12. n. 57. & li. 4. c. vltimo, nu. 63. Greg. Lopez l. 6. verb. Que la non judieße, q. 2. tit. 11. par. 6. Antonius Gomez l. 40. Tauri, nu. 91. colum. 4 & colum. vltima. Meres de maioratu, in priori editione, p. 4. q. 23. numero 23 Cantera in suis quest. ex criminalibus tit. de quastionibus tāgentibus pœnitentem aelictorum, cap. 1. num. 52. alter Molina Societatis Iesu, tomo 3. de iustitia, disput. 582. numero primo & disputa. 657. nu. 2. in initio.*

42 Immo idem probat *Meres eo. num. 23.* quando solus institutor maioratus decerneret bona illius ob hæc tria crimina publicari. Quod valde conducat ad coercendos successores ab his criminibus perpetrandis. Et placet mihi.

43 Sed specialis difficultas est de hac cōfiscatione, quādo ea clausula nō apponitur in regio priuilegio, nec in maioratus institutione. Videtur enim adhuc posse ea bona ex tribus his criminibus in perpetuum confiscari. Quia clausula nonssa cēsetur apposita, quoties ferè sem per apponi solet, *l. fin. C. de fideiussor.* & notant communiter scribentes, *c. cum M. de constitut.* Secundò quia cū hic maioratus ex regia facultate pendeat, censentur ea bona a Principe iure maioratus donata; hæc autem publicari ob hæc tria crimina in perpetuum dixi, n. 37. At dicendum est tunc non confiscari in perpetuum. Primò, quia ea communis regula vt clausula solita à Principe apponi, censeatur apposita, tunc habet verū, quando facultas expediri non solet absque ea, secus qū interdum cum ea, aliquando aūt absque ea expeditur, prout hic contingit, quamuis prior expediendi modus sit frequentior. Vt cum *Barrato, Balde, & alijs* probat *Molina de primogen. statim referendus.* Secundò, quia quod iuxta ipsius rei naturā, & iuris dispositionē omittitur, non est supplendum ac censendum apponi. At iuxta ipsius rei naturam, & iuris dispositionem, maioratus minimè ex his tribus criminibus in perpetuum publicatur. Tandem, quia ea regula, vt donatio facta, ex alicuius facultate cēseatur ab ipso fieri, intelligitur, quando res donata est ipsiusmet consentientis. Et ideo rationes in contrariū adductæ cessant. Atque hāc sententiam amplectitur *Molina libro 4. de primogen. cap. vltimo a numero 64. vsque ad 67.* quamuis eodem *num. 67.* aliquantulum trepidet, & dicat deliberādum amplius esse, cum casus cōtigerit, præsertim si de facultatibus recentioribus agatur. Quod liæ ounquam concedatur, nisi his criminibus exceptis, quare ex huius clausulæ omissione censentur suspectæ de falsitate, nisi ex deliberata Principis voluntate eam omissam esse constet. Nā deuiantia a communi stylo hanc suspicionem habent. Vt ex multis probat *Felinus cap. 1. a num. 16. de rescript.* Sed hanc partem absque hoc dubio sustinet *Antonius Gomez l. 40. Tauri, numero 91. colum. 5. Molina Societatis Iesu, tomo 3. de iustit. disp. 657. nu. 2. vers. Quando in facultate regia.* Quare audiendus non est *Cantera in suis quast. criminalibus, tit. de quast. tangentib. punitionem delictis, c. 1. nu. 52. vers. Quando dicitur,* vbi ait tunc non tantum publicari maioratum ob hæc crimina, sed ob quęcumque alia, ob quæ publicarentur bona libera. Duc-

tur

tur autem, quia quæ in ipso priuilegio non declarātur, remanent in dispositione iuris communis. Sed hæc ratio procederet si attento iure communi esset publicandus: cuius contrarium constat ex dictis.

44 Ex his deducitur primo valere clausulam in regio priuilegio appositam interdicentem publicari ob hæc tria crimina maioratum. Tū quia ob eam solam rationem confiscatur, quod princeps apponit clausulam in priuilegio, vt ob ea crimina cōfiscetur. Ergo integrū est principi confiscationem impedire aut non opponēdo clausulam, vt confiscetur, aut opponendo contrariam. Tū etiam, quia non impeditur confiscatio in delinquētis fauorem, sed totius familiæ innocentis. Et sic docēt *Molina lib.4.de primog.c.vlt.n.59. alter Molina Societatis Iesu, eadem disp.657.nu.2.verſ.quia ergo. Anto. Gomez l.40.Tauri nu.91.colum 4.Cantera eodem cap. 1.num.51.* Qui tamen addit, nō sat esse ad hoc clausulam generalem interdicentem publicari, nisi expressa horum trium criminum mentio fiat. At verius credo non opus esse ea specifica mentione. Quia iuxta dicta numero præcedenti exigitur specialis clausula, vt ob hęc tria crimina publicetur.

45 Secundo deducitur nō esse integrum institutori maioratus virtute clausulæ regiæ iubentis maioratū publicari ob hęc tria crimina, interdicere hāc publicatione, quacumque clausula eo tendenti apposita: quare non oberit huic publicationi clausula ab eo apposita, vt eo ipso, quod maioratus possessor tractauerit de aliquo horū criminum perpetrādo aut hora antecedenti trāseat ad vlterius vocatum. Quippe id esset regiam facultatem elidere, ac cōtra eam disponere. Et ita docet *Molina lib.2.de primogen.cap.12.nu.57.& lib.4.c.vltimo, n.63. alter Molina Societatis Iesu, ea.disp.657.nume.2.verſic.obſeruat vero.*

46 Quando autem primogenium non ex regia facultate instituitur, potest adijci prædicta clausula impediens confiscationem iuxta ea, quæ diximus nume. 14. & sequentibus, de confiscatione ob alia crimina. Et ita docent *Tello l.27.Tauri num.18.& 19. Meres de maioratu, in priori editione. p.4.q.23. numero 1. Molina libro 2. de primogen.capit.duodecimo, numero 58.Cantera dict.capit.1.numero 53.*

47 Tertia conclusio. Quando maioratus fit ex facultate legis, vt quia in hoc regno habens descendētes instituit maioratum ex tertia, & quinta bonorum suorū parte, prout illi permittitur *l.Regia 27. Tauri*, non publicatur in perpetuū ob hæc tria crimina. Quippe ex his criminibus solum sequitur perpetua confiscatio quando ex priuilegio regio instituitur maioratus, ratione clausulæ in eo concepte, vt ob illa publicaretur iuxta dicta n.42. Ergo cum ea non apponatur in lege permittente hanc maioratus institutionē, minime ex his tribus criminibus, publicabitur in perpetuum. Atque ita docent *Greg. Lopez l.6.verbo que la non pudieſſe, q.2.tit.1.p.6. Antonius Gomez l.40 Tauri, numero 91. columna penultima, in fine, & sequenti. Molina lib. secundo, de primog.c secundo, numero 10.iuncto numero 9.Cātera in ſuis quæſt.criminalibus, tit.de quæſt. tangentibus punitionem delictorum, c. 1. nu.53. Vaſquez l.1.quæſt.96.art.5.diſput.169.num. 39.in fine. Molina Societatis Iesu, tomo 3.de iuſtit.diſputat.582. numero ſecundo, verſ.Illud eſt, & diſp.657.numer.6. in ſolutione ad 2.*

48 Hinc deducitur, instituto maioratu ex regia facultate continenti clausulam, Vt ob hæc tria crimina in perpetuum publicetur, si maioratus ille poterat absque ea facultate institui, vt in casu explicato in numero præcedenti, eum non publicari in perpetuum ob hæc crimina. Quia in dubio, & quoties disponens non se restringit in sua dispositione ad potestatem ex priuilegio sibi cōpetentem, censetur disponere iuxta facultatem quæ maiorem actui firmitatē præbet. (Vt ex multis probabo li.septimo, huius tractatus in ca. de potestate vniēdi beneficia, quæ competit Episcopis.) Et in proprijs maioratus terminis, vltra authores citādos, tradit *Molina l.2.de primoge.c 2 n.13.in fine, & duplici ſequēti.* Cum ergo firmior sit maioratus hic, quoad euitandam confiscationis pœnam, si censeatur institui ex facultate iuris, quam si ex priuilegio, censendus erit quoad hunc effectum ex illa institutus. Quod & clarius constabit ex dicendis num sequentibus. Atque ita docēt *Gregor. Lopez.n.præcedenti relatus. Molina Societatis Iesu, tom.3.de iuſt.diſp.582. nu.2.verſ.Illud eſt obſeruandum.*

49 Sed difficultas est, quando solam eorum bonorum partem posset vinculo maioratus subijcere, absq; regio priuilegio institutor, idq; impetrauit, quo ex bonis omnibus illum institueret, atque in eo priuilegio continetur prædicta confiscationis ob illa tria crimina clausula: vt si habens descendentes potest in hoc regno ex tertia, & quinta bonorum parte, vel si solos ascendētes, ex tertia, absque eo priuilegio, & tunc institui ratione illius priuilegij, ex omnib. bonis, aut ex ampliori parte, quā poterat; an tunc ob hęc tria crimina publicetur totus maioratus, an potius ea sola pars, quæ regio priuilegio indigebat. *Antonius Gomez l.40. Tauri, n.91. ad finē,* sustinet totū maioratum in perpetuū publicari ob quoduis ex his delictis à quouis illius possessore commissum. Ducitur, quod institutor non sit visus tunc vti facultate iuris quā habebat, sed priuilegio regio; alias enim maioratus valore suo frustraretur; ac proinde vsus est illo cū conditionib. in eo contentis; non enim eas excludere potuit. Præterea, quia ex omnibus illis bonis per modū vnius institoit maioratus, ac subinde omnia illā admittūt eam nouam maioratus, qualitatē. Ergo & effectum eius qui est confiscationi subijci. Qualitas enim superueniens constituit rem diuersam, & efficit: vt amplius illa nequeat per se considerari.

50 Cæterum verius est quod alios peritissimos dicit *Antonius Gomez ibi* tenuisse, nempe, eum solum bonorum excessum, quę absq. regio priuilegio maioratui subijci nequibāt publicandum. Quod idem fere expresse tenet *Gregor. Lopez l.6.verbo. Que la non pudieſſe, quaſt.2.tit.1. part.6.& expreſſe Molina Societatis Ieſu, tomo 3.de iuſtit. diſputat.582.numero 3 verſicul. Illud eſt.* Ducor quia instituens maioratum, siue totum, siue solam partem valeat absque priuilegio instituere, censendus est nolle vti priuilegio, nisi quatenus ex illo redditur sua dispositio firmior; at quatenus redditur infirmior, censetur sola iuris vti. Et ratio est, quod petēs priuilegiū ad instituendum maioratum, id petat quo securius, & firmius illū instituat non vero ad infirmius, & inutilius sibi ac suis successoribus. Quod enim fauore alicuius introductur, non debet in eius odiū retorqueri. Vt docet regula iuris. Nec mirum est hoc, cum habens potestatem ordinariam, & delegatam ad aliquem actum, possit vtraq; simul, & altera pro parte, & altera pro alia parte vti cēseatur in dubio eam eligere, quæ firmitate actus vtilior est. Vt probabo lib.7. huius tractatus agens de potestate Episcopi ad vniendu beneficia. Cum ergo firmitati maioratus, & vt perpetua eius cōfiscatio vitetur, sit vtilius vti facultate iuris pro ea parte, ad quā illa sat est, cēsendus est illa vti, quoad hunc effectum sibi vtiliorem: & priuilegio, quoad effectus alios, in quib. vtilior est illius vsus. Nec obstant in cōtrarium adducta. Nā prius argumentum diluitur ex ratione proxime adducta. Ad posteriorem autem fateor omnia illa bona admisisse nouā maioratus qualitatem: consequentiam autem nego, Quippe non est effectus maioratus subijci confiscationi; sed est effectus priuilegij, quo non censetur institutor vti quoad hoc. & ita fateor qualitatem illam superuenientem efficere, ne amplius illa bona valeant per se considerari, quoad effectus necessario consurgentes ex maioratus institutione.

51 Immo, quamuis profiteretur instituēs se virtute eius priuilegij instituere maioratum, non tamen expresse aliam

riam iuris facultatem excludens, siue possit totum, siue solam partem absque priuilegio instituere, credo censeri ita illum eligere facultatẽ priuilegij, vt aliam non excludat; ac proinde cẽsendus est vti priuilegio solũ quatenus maiori sui actus firmitati deseruit. Quod nõ præsumatur velle illũ sibi at suæ familiæ nocere. Et hoc satis innuit *Greg. Lopez. vbi proxime allegatus*, ait. n. non publicari maioratũ quando institutor non se restrinxit in sua institutione ad priuilegiũ: quod in hoc casu cõtingit, cũ per ea verba nõ videatur excludere facultatẽ iuris, qualiter excluderet dicẽs se velle solo priuilegio vti.

52 Quo tamen opinionem varietas vitetur, sanum consilium est, vt qui regio priuilegio instituit maioratum, quem omnino, aut ex parte poterat absque eo instituere, protestetur in institutione se velle vti vtraque facultate, prout fuerit vtilius ad maiorem sui maioratus firmitatem. Sic docent *Gregor. Lopez libro sexto, verb. Que la non pudiessem, quæst. 2. tit. 1 t. p. 6. Molina l. 2. de primoge. cap. 2. num. 11. in fine. Molina Societatis Iesu, tomo 2. de iustitia disp. 582. nu. 2. vers. Illud est obseruandum.* Non tamen est cõsilium apponere clausulam solitam apponi, quando parẽtes vltra tertium, & quintũ instituunt maioratum ex regio priuilegio, absque quo non poterãt in præiudicium descendentium, quos habent, nimirum, se velle vti priuilegio regio, quoad solum illum excessum. Quia ea clausula potest valde nocere; nam si patentes vnicum filium habeant, cũ iuxta frequentissimam sententiam nequeant illi parẽtes grauamen vllum in tertia bonorum parte imponere, vtpote quæ inter descẽdentes est legitima, corrueret maioratus apposita ea clausula, Quoad tertiam bonorum partem. Atq; similiter ob eam clausulam corrueret maioratus, si quãuis multi descendentes adsint, non seruaret instituens ordinem vocationum præscriptum *l. regia 27. Tauri*, cũ solo eo ordine seruato concedatur ibi facultas instituẽdi maioratus ex tertia bonorum parte. Atqi ita docent *Molina eo. cap. 2. nu. 11. & alter Molina ea. disp. 582. nu. 1.*

53 Quarta conclusio. Quando maioratus est adeo antiquus, vt de eius institutione non constet, non confiscatur in perpetuũ ob hęc tria crimina. Quod potius præsumatur institutus vi iuris communis, quam priuilegij. (Vt late probant *Molina l. 2. de primog. c. 2. n. 18. & Molina Societatis Iesu ea. disp. 582. n. 3.*) At institutus ex iuris facultate non confiscatur in perpetuũ ob hæc crimina: vt probaui n. 47. Atque ita docent *Molina l. 4. de primogen. c. vltimo, n. 70. & alter Molina to. 3. de iust. disp. 657. nu. 2. versi. Quando non constat Vasq. 1. 2. q. 96. ar. 5. disput. 169. nu. 42.* Quod tamen optime limitat *Molina Societatis Iesu eodem to. 3. disput. 582. num. 3.* vt potius præsumatur institutio ex facultate iuris communis præter quam si constaret nõ posse quoad aliquid, deficiẽte regio priuilegio: quoad id enim ex illo institutus præsumeretur. Quoniam existenti immemoriali præscriptione, præsumuntur à principio interuenisse omnia necessaria ad titulum, & legitimam possessionem. Vt colligitur ex *cap. 1. de præscript. in 6. & capit. Super quibusdam. §. Præterea de verb. significat.*

54 Vltima conclusio. Non confiscatur regnum, ob hæresim, aut alia possessoris crimina: sed si eo propter illa crimina priuetur, deuoluitur ad sequẽtem successorem innocẽtem. Quia in prima populi electione omnes successores instituti sunt suo ordine legitimi hæredes regni: ac proinde nullus accipit regnum à possessore propinquo, sed ab ipso eligenti: quare eadem est ratio in regnis, ac in reliquis maioratibus. Atq; ita docẽt *Castro lib. 2. de iusta heret. punit. cap. 7. Decianus practica lib. 5. c. 44. nu. 28. vers. Si rex. Simãcas de cathol. instit. tit. 46. n. 75. Molina lib. 4. de primogen. cap. vltimo, nu. 37. Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 169. nu. 42. Azor to. 1. instit. moralium, l. 8. cap. 12. quæst. vltima.*

55 Si tamen nõ aliter communi reipublicæ bono consuli posset, nec damna ex regis hæresi in totum regnum pullulantia caueri valerent, integrũm esset Pontifici illud regnum auferre descendẽtibus catholicis illudque concedere regi catholico debellanti. Vt bene tradunt *Molina eodem ca. vltimo, numero 37. Vasquez eadem disp. 169. numero 43. Azor eadem quęst. vltima. Molina Societatis Iesu, tomo 1o de iustit. disputat. 620 numero 9. & disput. 657. nu. 4.* Qui in hoc posteriori loco optime addit idem contingere in maioratibus alijs institutis ex bonis patrimonialibus: si enim nõ aliter caueri posset damnũ publicum, quam priuando maioratu reum læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, & omnes eius successores innocentes, posset vtique rex eos omnes priuare. Quia bonum commune præponderat particulari illorum innocentiæ: at bene ait rarissime id contingere posse. Quippe non militat ratio, quæ in rege: illi enim priuari possunt à rege coerceri: hic autem superiore temporali caret, à quo coerceatur.

56 Ex dictis dissoluitur illa quæstio, an ob crimen læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ possit domus principalis maioratui subiecta solo æquari, vt fieri solet ob atrocia possessoris crimina, iuxta *c. Felicis, de pœnis, in sexto & l. 5. tit. 13. & l. 9. tit. 19. parte secunda*, imnio, & post ruinam solet arari, & sale seminari. Dicendum enim est, manifeste id fieri posse, quãdo bona maioratus publicantur in perpetuum ob hęc possessoris crimina secus autem est quãdo iuxta superius dicta nequeũt in perpetuum publicari. Quia (vt optimè docet *Barto. l. 1. §. Seruus, nu. primo ff. ad Senatusconf. Syllan.*) ob vnius delictum nequit dirui domus, in qua ius alijs competit. Atque ita docent *Greg. Lopez l. 6. verbo. Las casas, ti. 13. par. 2. Molina lib. 4. de primogen. cap. vltimo, nu. 75. alter Molina Societatis Iesu, tomo 3. de iust. disput. 657. num. 5.* Addit tamẽ vterq; *Molina* id male seruari. Quia in huiusmodi euidentibus, in aliorum exemplũ, & ob criminis atrocitatẽ solent iudices regnias vniuersa iuris trãsgredi. Sed optime ait *Molina Societatis Iesu*, id fieri non debere, nisi facta cõpensatione valoris domus maioratus ex alijs delinquentis bonis ad fiscum spectantibus! Atq; ita credo ob causas dictas posse domum illam dirui. Quod facta hac compensatione irrogetur modica iniuria successoribus maioratus, atque huic iniuriæ coactionis admittendi pretij pro domo præponderent bonum commune, & aliorum exemplum. Atque ratione boni cõmunis integrum est compellere ad res proprias vendendas. Vt ex multis probat *Couar. lib. tertio variar. cap. decimoquarto, numero octauo.*

57 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, in omnibus casibus, in quibus diximus non publicari maioratus ob crimen læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, vel sodomiæ professoris, consulto additum esse non confiscari in perpetuum: nam de fructibus illius publicandis pro vita possessoris, dicendum est eos confiscari, si non sit expressa alienationis prohibitio, sed sola tacita. Sicut generaliter diximus ob alia crimina, numero octauo, & sequentibus.

58 Posterius est. in omnibus casibus, in quibus huiusq; diximus bona maioratus publicari in perpetuũ ob possessoris crimen manent illa bona apud regem, vt bona libera à maioratus vinculo. Quippe variata persona variatur conditio rei. Vt constat ex *leg. 1. § final. iuncta glossa verbo Cum autem ff. de collat. bonor.* Atque ita docet *ex tatis Bartolo, & Baldo, Gregorius Lopez l. 6. verbo Que la non pudiesse, paulo post principium, titul. vi decimo, par. 6.* Atque inde rectè infert, si rex facta confiscatione donet ea bona successori titulo maioratus, vel ex sua natura erant talia, vt comitatus, marchionatus, vel ducatus, fore illa apud donatarium, tanquam nouum maioratum, & non vt antiquum.

SVM-

SVMMARIVM.

An ob institutoris maioratus delictum confiscetur maioratus in perpetuum? Refertur quadam sententia, nu.59.

Publicatur omnino ob hæc crimina, quando est institutus post ea admissa, num.60.

Quid si crimina non inducerent publicationem ipso iure, n.61.

Quid si lata est sententia, & ab ea appellatum, nu.62.

An institutus in vltima voluntate, vt testamento, codicillo, aut donatione causa mortis, publicetur ob superueniens possessoris delictum nu.63.

Quid si ante crimen institutus sit contractu irreuocabili inter viuos, nu.64.

Quid si erat institutus ex regio priuilegio cōtinente, vt ob sodomiam, crimen læsæ maiestatis, diuinæ, aut humanæ publicetur, nu.65.

Quid si ante crimen institutus erat contractu reuocabili inter viuos, num.66.

An si delinquens reuocet illum ante mortem, pertineant ea bona ad fiscum, nu.67.

An confiscetur tunc quoad fructus duranti vita institutoris, etiam si adsit clausula transferens ad sequentem vocatum statim ac possessor tentarit delinquere, aut sit interdicta alienatio, nu.68.

59 HActenus egimus qualiter publicentur bona ob crimina possessoris maioratus, qui eius institutor nō fuit: iam disputandū est, quādo crimen est ipsius institutoris. *Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 156.* ait maioratū confiscari in perpetuū ob institutoris hæresim, nisi forte tradiderit filio possessionē bonorum vel scripturam primogenii, vel sit cōtractu oneroso institutus ante institutoris hæresim: tunc enim ius alteri acquisitum ante delictū, nequit per fiscū auferri. Quare aperte sentit semper confiscari maioratū, nisi contractu irreuocabili sit institutus. Quippe in casib. solis, quos excipit, redditur maioratus irreuocabilis iuxta *l. regiam 44. Tauri.*

60 At sic distinguēdum est. Si maioratus post delictum admissum sit institutus, publicatur in perpetuum facta delicti declaratione. Ratio est manifesta, quia a die delicti erant bona fisco obligata, cui iuri acquisito nequit institutor præiudicare. Et ita docet dicens esse certum *Vasquez. 1.2.q.96.ar.5.disp.169.n.39.*

61 Quod tamē intellige in solis illis criminibus, ob quæ publicātur ipso iure bona: nā quando non ipso iure, solū data confiscationis sententia maioratus institutus irreuocabiliter admisso crimine ante cōfiscationis sntiam, non confiscabitur in perpetuū subsequuta postea confiscationis sententia. Sicut nec donatio medio illo tempore facta. Iuxta *l. post contractum 15. ff. de donat.* Ratio est, quia bona eius delinquentis nō sunt fisco obligata a die commissi criminis, nec cōfiscatio illa retrotrahitur ad eam diem. Vt dicemus hoc 2. l. c. 21. n. 33. ac proinde quicquid medio illo tempore gestū est, nō cedit in fisci præiudicium, cui nullum ius erat acquisitum. Sic docet *Molina Societatis Iesu to. 3. de iust. disp. 659 nu. 1.* At hoc debet intelligi, nisi ea institutio sit in fisci fraudē facta: sicut de aliis donationibus tunc factis dicemus eodem c. 21. nu. 25. eas posse à fisco reuocari sequuta sententia.

62 Quid autem si lata sententia, suspensaque per appellationem, is maioratus instituatur: dicendum est, sicut dicemus eodē c. 21. nu. 36. 37. de aliis donationib. tunc factis. Cum eadem prorsus ratio sit.

63 Secundo, si maioratus sit in aliqua vltima volūtate, vt testamento, codicillo donatione causa mortis confiscatur in perpetuum ob subsequens institutoris crimen, ob quod bona ipso iure publicētur. Quia cum ea bona nondū sint alicui obligata, fiscus ea auferens nulli præiudicat. Sic loquens de maioratu instituto in testamento, vel codicillo, docet *Molina li. 4. de primog. c. vlt. n. 20. & 21.* & loquens in omnibus his tribus euentibus docet *Molina Societatis Iesu tomo 3. de iust. disp. 659 num. 2.* Nam donatio causa mortis est similis testamento, & codicillis, & connumeratur inter vltimas voluntates, vt docet *Molina cum aliis lib. 1. de primog. c. 12. num. 10.* & in hoc casu consentit nobiscum *Simancas relatus nu. 59.* Et ob eandem rationem si bona non publicentur ipso iure, sed per sententiam, sequuta sententia reuocabit hunc maioratum fiscus. Quia ea bona sunt adhuc delinquentis, ac nulli obligata.

64 Tertiò, si maioratus sit institutus contractu irreuocabili inter viuos, ante institutoris delictum, non confiscatur in perpetuum. Quippe sicut institutor nequit contractu aliquo, aut alia ratione alienare ea bona, ita neque delicto. Præterea, quia donationes aliæ ante delictum factæ nequeunt a fisco reuocari, nisi in eius fraudem factæ sint *l. Post contractum 15. ff. de donat.* Sic tenent dicentes esse certissimum, *Molina libro quarto, de primogen. cap. vltimo, numero decimo octauo. Sarmiento libro 3. selectarum, cap. 4. numero 1. Antonius Gomez lib. 40. Tauri numero 91. columna 3. Vasquez 1.2. quæst. 96. ar. quinto, disputat. 169. numero trigesimonono, & disputat. 171. numero decimo septimo. Molina Societatis Iesu, tomo tertio, de iust. disput. 659. numero* 1. Et in hoc etiam casu consentit nobiscum *Simancas, numero 59 relatus.* Est tamen hoc intelligendum, si donatio illa fuit acceptata. Vt bene tradit *Vasquez, eo. numero decimoseptimo.* Quia ante acceptationem non est perfecta, nec irreuocabilis, nec rationem contractus habet.

65 Hoc autem tertium dictum est intelligendū, nisi maioratus ille institutus sit ex regio priuilegio continenti clausulā, vt confiscetur ob crimen læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, vel sodomiæ: tunc enim confiscabitur in perpetuum ob hæc delicta institutoris subsequentia; eodē prorsus modo, quo hucusque diximus confiscari ob quoduis delictum ex his commissum à quocunque possessore. Quippe eadem lege astrictus est ipse institutor maioratum eum possidens. Secus autem dicendum est, si tempore quo in hæc delicta incidit, nō possideret maioratum, sed successori tradidisset. Quia eius delictum nequit præiudicare successori qui iam verus dominus eius maioratus erat. Præterea, quia iam ille maioratus non erat inter delinquentis bona.

66 Vltimò si maioratus institutus sit contractu reuocabili inter viuos, non modica est difficultas, an confiscetur in perpetuum ob subsequens institutoris delictum *Simancas numero 59. relatus* censet sic confiscari. Quod huiusmodi contractus sit instar vltimę voluntatis, vtpotè qui potest ad libitum reuocari. At verius est non confiscari in perpetuum. Quia cum is contractus fuerit perfectus, ac validus, quamuis reuocabilis p institutorem tempore vitæ suæ, ius est successoribus, quāuis ab ipso institutore reuocabile, comparatum. Hoc aūt reuocandi ius est personale, ac proinde non transit in fiscum. Præterea, quia contractus hic non est verè vltima voluntas, sed tertiam quandam speciem constituit. (Vt latè probat *Molina lib. 1. de primogen. cap. 12. à nu. 9. vsque ad 17.*) Quare non vltimis voluntatibus, sed donationib. reuocabilibus inter viuos, quæ morte confirmātur, est assimilādus: quales sunt donatio inter patrem, & filium familias, & virum, & vxorem. At donatio facta per virū vxori, quamuis a viro sit reuocabilis, non pertinet ad fiscum, publicatis viri bonis ob subsequens viri delictum. (Vt probaui libro 6. de matrimon. disputat. 17. numero 5.) Ergo similiter maioratus hic non publicatur ob subsequens institutoris delictum. Et ita docent *Molina de primogen. lib. 4. cap. vltimo. nu. 23. Anton. Gomez l. 40 Tauri, numero 91 columna 3. Molina Societatis Iesu dicta disputat. 659. numero vltimo.* Quod tamen intelligendum est cum limitatione dicta num. præcedenti ob eandem rationem.

67 Subdit tamen *Molina Societatis Iesu eodem nu. vlt.* si delinquēs reuocet eū maioratum ante suam mortem, eo ipso ea bona ad fiscum pertinere. Idq. nulla ratione probat, sed allegat pro se *alterum Molinam, & Antonium Gomez n. præced. relatos.* At neuter id dicit, nec ita

senten-

vniuersaliter dictum approbo: sed sic distinguendum est. Si institutor reuocet maioratum ante sui criminis sententiam declaratoriam, ea bona ad fiscum pertinebunt, tanquam facta iam ipsius delinquentis, & nulli obligata. Secus autem si post sententiam reuocet. Quia in ea publicatione sola bona clauduntur, quæ tunc erãt delinquentis, nulli alij obligata: iuxta dicta nu. præcedenti. Quod etiam constat, quia donatio facta inter virum, & vxorem, cui hunc contractum assimilari diximus num. præcedenti, si publicatione bonorum viri facta reuocetur ab ipso viro, non pertinet ad fiscum. Vt probaui libro sexto, de matrim. disputatione 17. nu. 5.

68 Demũ id monuerim, casu quo nõ publicatur maioratus in perpetuũ ob institutoris delictũ, cõfiscabũtur fructus durãte vita ipsius, nisi apposita sit clausula interdicẽs expresse alienationẽ aut applicãs bona seqnẽti vocato, statim ac possessor attẽtauerit delinquere. Quippe in hoc duplici casu transit maioratus dominiũ ad sequentem vocatũ, ac dominium fructus sequẽtes erunt illius. Vt de reliquis possessoribus probaui à nu. decimoquinto, vsq; ad trigesimũ. Quia eadẽ est ratio, cũ nõ in fauorẽ delinquẽtis sed totius familiæ ea clausula adiecta sit, & toti familiæ sit ab institutionis pũcto ius acquisitum.

CAPVT XIX.

De confiscatione iuris patronatus, emphyteosis, ac feudi.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones sint disputanda, num. 1.

Ius patronatus nequiens ad hæredes extraneos transire, non publicatur, num. 2.

An publicetur damnãte iudice Ecclesiastico delinquentẽ, n. 3.

An publicetur directe, & per se ob iudicis laici sententiã, nu. 4.

An hoc publicanti omnia bona, publicetur indirecte ius patronatus? Refertur quædam sententia, nu. 5. & 6.

Explicatur an iuxta hanc sententiam possit iudex Ecclesiasticus post sententiam publicationis latam à iudice seculari, publicare ius patronatus, nu. 7.

An iuxta eandem sententiam publicetur per sententiam iudicis secularis quando publicantur castrum, & villes, cui est annexum, num. 8.

An retenta eadem sententia venditis omnibus bonis publicatis à iudice seculari, transeat in emptorẽ ius patronatus, n. 9.

Explicatur sententia Authoris, nu. 10. (natus, n. 11.

An valeat, quãdo in sñia iudicis secularis sit mẽtio iuris patro

An sit discrimen, tam in cõfiscatione, quam in venditione hæreditatis, si fiat mentio iuris patronatus, cum dictione, &, aut cum dictione, cum? Refertur, quædam sententia, nu. 12.

Explicatur sententia Authoris, nu. 13. (mobiliũ, u. 14.

Quid qñ cõfiscatio nõ est generalis, sed bonorũ mobiliũ, & im-

Quid si in fraudem expressum esses, vt id ius patronatus ad certum personarum genus deueniret, nu. 15.

An quoties ius patronatus publicatur, maneat Ecclesia libera, an potius ius præsentandi transeat in fiscum, nu. 16.

Quid si sint alij patroni, aut alij ad id vocati, nu. 17.

Post nu. 17. inuenies summaria, quæ desiderantur.

1 DVplex est tractanda quæstio. Prior de confiscatione iuris patronatus. Posterior de emphyteosis, & feudi confiscatione.

2 Quæstio prior. An ob patroni delictum publicetur ius patronatus Ecclesiasticum. Qua in re in tribus conueniunt Doctores. Primũ est, non subiacet confiscationi quando ex sua institutione nequit ad hæredes extraneos trãsire. Quod probat regula ab omnibus admissa, quam tradidimus hoc lib. c. 14. nu. 5. quæ est, Non trãseuntia ad hæredes extraneos, non transeunt in fiscum. Et in propriis terminis docent *Iulius Clarus in sua practica, lib. 5. q. 78. nu. 8. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 72. & 121.*

3 Secundum est, quãdo iudex Ecclesiasticus bona patroni confiscat, publicatur cũ illis ius patronatus, quod ad hæredes extraneos transire potest. Quod à cõtrario sensu colligitur ex *Clem. Pastoralis, §. rursus, de sent. & re iud.* Et id dicunt esse absq; controuersia *Lambertinus de iure patronatus, lib. 3. q. 8. ar. 8. n. 10. casu 1. Bernard. Diaz. in sua pract. in noua editione, c. 132. num. 5. Molina li. 1. de primog. c. 24. n. 16. Cautera in suis quæst. Criminalib. tit. de quæstionib. tangentib. punitionum delictorum, ca. 1. nu. 50.* Nec tũc spectatur an veniat principaliter ius patronatus in publicatione, an tantum accessorie, nec an exprimatur, nec ne, nec an sit generalis omnium bonorum publicatio, an particularis. Quia iudex Ecclesiasticus potest illud directe publicare, cum eius sit circa res spirituales iudicium. Atque ita aduertunt *Lambertinus, & Bernardus Diaz ibidem.*

4 Vltimum est, si sententia sit iudicis laici, nequit per se, & directe publicare ius patronatus nec eius cõfiscatio valeret. Quia cum sit quid spirituale, est extra iudicis laici iurisdictionem. Atque ita dicens esse omnium tradit *Lambertinus eod. art. 8. nu. 11.*

5 Difficultas autem eo pertinet, an quando ius patronatus eius est naturæ, vt ad hęredes extraneos trãsire valeat, & sentẽtia est iudicis laici omnia patroni bona publicans censeatur ius patronatus in eius existẽs publicari accessorie. Duplex est sententia. Prior negat. eo quod iudicis laici potestatẽ excedat disponere de re spirituali. Sic tradunt *glossa Clem. Pastoralis, verbo subiecta, de sẽten. & re iudicat. & ibi Imola nume. 72. & l. in insulam, in principio, num. 1. notabili 2. ff. de solut. matrimon. Arch. ca. Filijs 16. quæst. 7. numer. secundo, & ibi Bellamera numero 6. in fine. Cardinalis Clem. 2. quæst. 8. numero 8. de iure patron. Angelus de maleficijs, verbo, et eius bona publicamus, num. 15. Lambertinus eo. articul. 8. numero decimotertio, et decimoquarto, casu 4. & num. 21. casu 9. Felynus ca. Quanto, numero 3. de iudicijs. & ibi Barbatius numero decimoseptimo. Marianus Socinus iunior consilio 51. in fi. volum. 2. Francus ca. Felicius §. Nullus, numero secundo notab. 2. de pœnis in 6. Arch. eodem capit. Felicis, numero 4. notab. 10. Nellus de banniti 1. par. secundi temporis, numero 32. Gygas tractat. de crimine læsæ maiestatis, li. 2. tit. de pœnis cõmittentium id crimen, quæst. 4. numero 4. Costa c. si pater, par. 2, verbo Trebellianicæ numer. 7. de testam. in 6. Franc. Lucanus de priuilegio fisci, parte 2. principali, tit. de publicatione bonorum, num. 8. Matth. de Afflict. Præpositus. Albericus, Bertachinus, Socinus iunior Cœpola, Cõradus, Ferretus, Mantua, quos refert, & sequitur Farinac. in sua practic. in noua edit. tomo 1. par. 1. tit. de delictis et pœnis, quæst. 25. numero 151. Piot. inter consilia criminalia Zileti, to. 1. consi. 130. numero 18. Cautera in suis quæst. criminal. tit. de quæst. tangentibus punitionem delictorum capitu. 1. numero 49.* Atque videntur hanc sententiam amplecti *Chassanæus in consuetud. Burgundiæ, rub. 2. § 2. in princ. nu. 9. & Peregrinus de iure fisci, libro 5. titulo primo, numero 72.* Cum hanc referant in vltimo loco, etsi non decidant cui adhæreant.

6 Quidam autem ex his Doctoribus limitant, vt non publicetur in perpetuum, sed solo tẽpore, quo cõdemnatus illud habiturus erat. Sic dicens forsan ita esse, & alios alegans, tenet *Gygas ea. quæst. 4. nu. 4.* Sed id reprobat *Farinacius ea. quæstion. 25. numero. 154.* quia ratio ob quam non publicatur, est defectus iurisdictionis iudicis laici, quæ ratio æque in confiscatione perpetua, ac temporali limitatur.

7 Rursus alij ex his Doctoribus asserũt, quamuis per iudicis secularis cõfiscationem nequeat ius patronatus deperdi; at iudici Ecclesiastico integrum esse post iudicis laici sententiam de eo delicto, cõfiscari id ius patronatus, quando delicto est annexa publicatio omniũ bonorum cum infamia, indeque efficiendum, vt illo iudice extincto maneat Ecclesia libera. Sic *allegato Ant. tradunt Imola ea. Clem. Pastoralis, nu. 72. Lambertin. ea. q. 8. ar. 8. n. 15. casu 5.* At hoc dicunt intollerabile *Nellus alleg. n. 5. Farinac. ead. q. 25. n. 153.* Tum quia Episcopus nullã criminis laicorum cognitionẽ habet. Tum etiam quia

cum

cũ semel de delicto vnus iudex cognouerit, nequit amplius alius de eo cognoscere *l. licet. §.pen.ff.nauta,caup. stabul.* Vero vtriq. obiectioni satisfacit *Lambertinus ibi*, dicens iudicem. Ecclesiasticũ bene habere cognitionẽ criminis in laicum, cum eius naturæ est crimẽ, vt laicus retinere ius patronatus nequeat, quale est hoc ratione infamiæ annexæ:eo vel maxime, quod hæc cognitio iudicis Ecclesiastici fit ad complendam publicationis pœnã à iudice laico inflictã, eo quod illa ad ius patronatus exiẽdi nequibat, ratione defectus iurisdictionis in statuente. Atq; in hoc casu potest iudex Ecclesiasticus cognoscere, non obstanti præuia iudicis laici cognitione.

8 Tandem limitãt hi Doctores, vt intelligatur hęc sententia, nisi ius patronatus sit annexũ villæ aut castro illius delinquentis, cuius bona publicantur:tunc.n. censebitur ius patronatus publicatum. Sic *Gygas ea.q. 4. in fi. Lambertinus ea.q.8.ar.8.n.20.casu 8.Cesta eo.§.Trebellianica, num.8.Farinac.ea.quast.25.num.156.157.vbi tes retuli num.5.*

9 Hinc infert hęc sententia, sicut in confiscatione omnium bonorum facta per iudicem laicum nõ comprehenditur ius patronatus, iuxta dicta n.5. à fortiori illud non trãsire in emptorem, vẽditis à fisco i;s bonis. Quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat. *Regula Nemo plus, de regulis iuris, in 6 Sic Gygas ea.q.4.nu.5.Farinac.ea.q.25.num.155.*

10 Posterior sententia (cui tanquã probabiliori adhæreo) ait publicatis omnib. bonis, seu vniuersa delinquẽtis hæreditate per iudicẽ secularem, publicari quoq, indirecte, & accessorie ius patronatus. Quia etsi iudex laicus nequeat per se, et directe priuare iure patronatus potest tamen indirecte, & accessorie, publicando bona, quibus est annexum. Ita sustinẽt *glossa c.Filij, verbo Propinquis 16.q.7. Abbas c.cũ laici nu.3.& c.nobis, n.3. de iure patron.& c.Quãto, n.9.de iudicijs, vbi Dec.in noua edit. à n.35.vers.sed prima opinio. Alber.l.si postulauerit. §.iubet n.6.ff.ad l.Iuliam de adult. Rochus de Curte de iure patron.verbo ipse velis, q.29.n.69. Paulus de Citadinis in eodẽ tractat.p.9.q.20.n.28. Gulielmus Benedictus c.Raynutius, verbo. Et vxorẽ decis.5.n.280.de testam.Io. Lupus rubrica de donat.inter vir.& vxor.§.39.nu.7.vers.ad cuius confirmationem. Auferius de potestate seculari, in regula 4.fallẽtia 21. Iulius Clarus in pract.crimin.l. 5.q.78.n.8. Melina l.1.de primog.c.24.nu. 26. Perez lib. 1.ordinam.tit. 6.l.1. super verbo, si elque fuere, q.8. Surdus de alimentis tit. 9.q. 22.nu.28.* Subditque optime *Melina ee.nu.26.* absq; fundamento vllo Doctores allegatos, nu. 8. dixisse cõfiscatis villa, aut castro per iudicem seculatẽ, confiscari quoque ius patronatus, non autem publicatis omnibus bonis, aut vniuersitate hæreditatis.

11 Hæc autem sententia est intelligenda dummodo iudex laicus in cõfiscationis sententia non faciat iuris patronatus mẽtionem, sed in genere declaret omnia illius delinquenti bona ad fiscum pertinere: & tunc cum illis transibit accessorie ius Patronatus. Neque enim valeret sententia, quoad ius patronatus, si illius mẽtio fieret:eo quod iudex laicus iurisdictione careat. Sicut vẽdita bonorũ vniuersitate transit accessorie cum illa ius patronatus, non autẽ transiret facta illius mentione in venditione. Sic tradunt *Abbas cap.Quanto, nu.9.de iudicijs, & ibi Decius in noua editione, nu. 38. vers.predicta cõclu. Molina l.1.de primogen.c.24.nu.26. Peregrinus de iure fisci, lib.5.tit.1.num.72.in fine.*

12 Sed difficultas est circa hãc limitationem, an valeat confiscatio iuris patronatus, facta illius mentione cum hac propositione. cum, vt si dicat sententia iudicis laici sic, Publico vniuersa bona cum iure patronatus? Quidam in casu simili, nempe. venditionis hæreditatis, cui est annexum ius patronatus, aiunt non transire illud in venditorem, siue eius mentio fiat cum dictione, Cum, vt vendo bona cum iure patronatus, siue cum dictione Et, vt vẽdo bona, & ius patronatus. Ducitur, quod interdicta sit iuris patronatus vẽditio, *c. De iure, de iure patronatus*: atq; adeo transeat vẽdita bonorũ vniuersitate, quia tunc non venditur, sed transit in consequentiã, & accessorie. At cum in venditione exprimitur ius patronatus, iam non venit accessorie, sed perinde est, ac si hæreditas illa, & ius patronatus vendantur. Sic *Abbas c.Illud nu.4.de iure patron. Felinus c.Querelã, nu. 3.de simonia. Lambertinus de iure patron.lib.1.p.2.q.5.art.20. à nu.19. Spino Speculo testam. glossa 4.principali, nu.116.* Et videtur tenere *Guttierez de iuramento, 1.p.cap.42. nu.4.* Atq; ideo iuxta hanc sententiam dicendum est non valere cõfiscationem iuris patronatus, vtrouis modo fiat.

13 At probabilius est valere, quando cum dictione, Cũ; exprimitur, vt Publico omnia cum iure patronatus: secus quãdo cum dictione, Et, vt publico omnia bona, & ius patronatus. Ratio discriminis desumitur ex doctrina *Bartoli communiter recepta, auth. Ingressi, in noua editione numero 31.C.de sacrosanct. Eccles.* dicentes dictionem, Et, denatore vtrũque principaliter venire;at dictionẽ, Cum, venire accessorie. Cum ergo veniat ius patronatus accessorie, est sola expressio eius, quod tacite inest, & eo modo, quo inest, ac proinde nullum est vitium. Atque ideo tractantes de vẽditione hæreditatis, cui ius patronatus annectitur tradũt hanc distinctionem *Abbas cap.Querelam, n.6.de simon.& ibi Marianus Socinus Iunior num.12. Decius cap.Quanto in noua editione nu.40.de iud. Rochus de iure patron.verbo.Ipse velis, q. 25.nu.49.& 50. Greg. Lopez.l.8.verbo, De buelias, tit. 15. p. 1. Manuel 2.to.summa c.63.in fine.* Atq; *Nauar.lib.5. consil.in priore editi.tit.de rerum permutatione, cõs.vnico, nu.vnico;in posteriori autem tit.de iure patronatus, consi.3.n.vnico,* dicit valere, quando exprimitur cũ dictione, Cum, at dubiũ esse, quãdo exprimitur cum dictione, Et. Tradũt etiam *Angelus in summa, verbo Ius patronatus, numero 12.& ibi Syl quast.5.dict.4. Armilla numero sexto. Tabiena quast. 10.num.11. Aragon secunda, secunda quast.100.art.4.in fi.* Quamnis non desint dicentes vtrouis modo valere, inter quos est *Ananias eodem cap. Querelam n.9.* dicens explicari tunc dictionem, Et, vt sumatur pro Cũ. Sic ergo in præsenti dicendum est de confiscatione. Vt in proprijs terminis docet *Decius n.40.* Id tamen monuerim hanc distinctionem deseruire pro foro externo, in quo ex verbis præsumitur intentio. Quare si de intentione constaret, vtrouis modo se habeant verba, est standum illi in foro conscientiæ; atque adeo si animus esset vendẽdi iuris patronatus, non valeret, vtrouis modo se habeant verba: quod si nõ esset animus transferẽdi principaliter, sed accessorie, valeret. Quod optime docet *Syl.verbo Simonia, quast.12.dict.5.* Atq; idem est de cõfiscatione dicendum Sed vbi dubium est de intentione, standum est quoque in foro conscientiæ ea fori externi præsumptione deducta ex verbis:iuxta ea, quæ dixi lib. præcedenti cap. 10. numero 13.

14 Secundo intelligenda est nostra sententia principalis, quando confiscatio esset vniuersalis, nam si solum esset bonorũ mobilium, & immobilium non claudeeetur ius patronatus. Quod in tali publicatione nõ includantur iura, & actiones. (Vt probaui c.14.nu.2.) Atque ita tradunt *Marianus Socinus Iunior consi.51.n.4 volumine 2. Peregrinus de fiscis, lib 5.tit.1.nu.72.in fi. Baiardus addit.ad Iulium Clarum.lib.5 q.78.nu. 26.*

15 Tertiò intelligi debet, nisi in fundatione iuris patronatus expressum esset, vt in id agnati succedere debeant aut personæ conditionis certæ:cum enim tũc ad extraneos hæredes peruenire nequeat, nec ad fiscum peruenier: iuxta ea, quæ num.2. diximus. Etita docent *Marianus Socinus Iunior eo.consil.51.nu.3. Bernardus Diaz in sua practica, in noua editione, capit.132.numero quinto, Cãtera in suis q.criminal.bus, tit.de q.tangentibus punitionem delictorum, c.1.num 50.* Qui hoc intelligere videtur de confiscatione perpetua, secus de temporali, pro delinquentis vita: dicit.n.idem indicandum, ae de bonis onere restitutionis grauatis, & recte quidem dicit, nisi esset expressa alienationis prohibitio: hac autem existẽ-

ti,

ti, excluderetur quoque ea temporalis confiscatio. Vt late probaui c. præced. nu. 15.

16 Id demum est obseruandum, quoties ius patronatus publicatur, exercitium illius non trãsit in fiscum, nec in delinquẽtis hæredes, sed Ecclesia manet libera sub Episcopi potestate, ac ius illud extinguitur. Ita tradunt *Ioãnes Lupus rubrica de donation. inter vir. & uxor. §. 37. n. 7. versic. Ad hæc quod notauer. Rochus quem refert, ac sequitur Molina lib. 1. de primogen. cap. 24. num. 27. Bernad. Diaz, & Cantera relati num. praced. Simancas de cathol. inst. tit. 9. nu. 95. & 96. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. c. 2. nu. 19. versic. 11. Azor to. 1. inst. moral. l. 8. c. 12. q. 9.*

17 Hoc tamen dupliciter intelligerem, prius, nisi essent alij cõpatroni: tunc enim non maneret Ecclesia libera, sed ius præsentandi in illis maneret. Quia delictũ vnius nõ debet alijs nocere. Sic *Cantera ibidẽ.* Posterius, quãdo nullus ad id ius patronatus esset ab institutore vocatus, sed solo hæreditario iure esset ad patroni hæredes transiturum, ac reliqua eius bona, quibus est annexum: tunc enim sicut reliqua bona auferuntur in perpetuum hæredibus condemnati, sic auferetur ius patronatus, & manebit Ecclesia libera. At quãdo institutor vocaret alios successores in id ius patronatus, nõ maneret libera in perpetuum, sed duranti condemnati vita. Quia tunc non confiscari in perpetuum docẽt *Marianus Socin Iunior consil. 51. nu. 6. vol. 2. Gygas de crimine læsæ maiest. l. 2. tit. de pœnis committentiũ id crimen, q. 4. n. 4. Peregrinus de iure fisci, l. 5. tit. 1. nu. 72. Baiardus addit. ad Iulium Clarum, l. 5. q. 78. n. 26.* Et sic in proprij terminis videtur tenere *Cantera* (vt ex ipso notaui n. 15.) Atq; ea est disparitatis ratio, quia in priori casu nullũ ius habent hæredes ad id patronatus, cum ad illud vocati non sint: sed solum se habent ad illud, sicut ad reliqua delinquentis bona; ac proinde sicut ob id patroni delictum priuãtur his, priuabuntur etiam illo. At in posteriori casu habẽt ius succedendi post illius patroni vitam, ex institutoris vocatione, & hoc autẽ iure priuari non debent, nisi duranti eius vita. Sicut in reliquis bonis fideicommisso subiectis contingit.

SVMMARIVM.

Fundus, in quo est impositus census Ecclesia, publicatur ob domini delictum, nu. 18.

Explicatur quando emphyteosis, siue Ecclesiastica, siue secularis, ad hæredes extraneos transeat, num. 19.

Neutra confiscatur, quũ nõ transit ad hæredes extraneos, n. 20.

An confiscetur tunc emphyteosis secularis, duranti emphyteotæ vita, numero 21.

Quid si sit Ecclesiastica, num. 22.

Quid si esset specialis alienandi prohibitio, nu. 23.

An quem deueniat, quando non publicatur, nu. 24.

An publicetur secularis ad hæredes extraneos transient, n. 25.

An possit domino directo instanti cogi fiscus eam in personam non ita potentem alienare, nu. 26.

An teneatur domino directo ius suum integrum seruare, & ex illius venditione laudemium soluere, & eum volentem emere præferre, nu. 27.

An Ecclesiastica potens ad hæredes extraneos trãsire, publicetur? Refertur quadam sententia, ac explicatur, quid nomine emphyteosis Ecclesiastica intelligatur, num. 28.

Explicatur sententia Authoris, num. 29.

An hæc confiscetur irreuocabiliter, ita vt nequeat Ecclesia intra biennium reuocare? Refertur quadam sententia, n. 30.

Declaratur sententia Authoris, nu. 31.

An Ecclesia non reuocans intra biennium, possit contra eius temporis lapsum restitui, num. 32.

An melioramẽta facta in re emphyteotica pertineant ad emphyteotam, soluta emphyteosi, ac ob illius crimen publicentur: an potius pertineant ad dominum directum? Refertur quadam sententia, nu. 33.

Explicatur sententia Authoris nu. 34. & 35.

Qualis debeat esse culpa emphyteota, vt ob eã redeat emphyteosis ad dominũ directum cum omnibus melioramentis, n. 36.

An emphyteosis nominationis, publicetur, nu. 37.

An confiscetur dominium emphyteosis directum ob dominĩ delictum, num. 38.

Feudum quando confiscetur, num. 39.

18 QVæstio posterior. An emphyteosis, & feudũ à delinquenti possessa, publicentur inter reliqua eius bona. Et quidem incipiẽdo ab emphyteosi, res certa est fundũ debentem Ecclesiæ censum publicari ob dñi delictum, ac fiscum teneri ad reditus eius census Ecclesiæ soluendos. Quod census impositio nõ impediat potestatem transferendi dñij fundi illius. Atq; ita docẽt *Simãcas de cath. inst. tit. 9. n. 20. & 98. Vasq. 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. c. 1. nu. 10. in fi. Azor to. 1. inst. moral. l. 8. c. 12. q. 12.*

19 Difficultas autem est de fundo in emphyteosim dato ab Ecclesia, aut ab alio priuato huic delinquenti, an inter eius bona publicetur? Pręmittere breuissime oportet, quãdo emphyteosis ab Ecclesia alicui concessa trãseat in extraneos eius hæredes. De qua re late *Couar. lib. 2. var. c. 17. nu. 5. & Siman. de cath. inst. tit. 9. à nu. 99.* vbi duas referunt sententias, priorem dicentẽ posse ita concedi vt transeat ad hęredes extraneos: posteriorem verò id negantem. Sed optime vtramq; conciliant *Bartholomaus Soc. cõs. 266. n. 33. vol. 2. Ruynus cõs. 117. n. pen. & cõs. 155. n. 12. vol. 1. Bossius in sua pract. tit. de bonor. publicatione, n. 60. & 73. Simãc. eo. tit. 9. n. 102. & 103. Azor to. 1. inst. moral. li. 8. c. 12. q. 11.* vt prior sit vera, nẽpe, trãsire, quando est res illa in perpetuam emphyteosim data, seruatis vniuersis solemnitatib. iure peritis ad rei Ecclesiasticæ alienationem: posterior autem, quãdo ex solẽnitates nõ seruantur. Quia si adhibitis illis solemnitatibus potest in perpetuũ proprietas rei Ecclesiasticæ alienari, poterit à fortiori vtile eius dominium. De emphytheosi autem à priuato concessa, ait *Iulius Clarus in sua pract. lib. 4. §. Emphyteosi, q. 29. n. vn.* quando est concessa simpliciter, eam transire ad hęredes extraneos, nisi in concessione adijciantur verba, ex quib. conijciatur noluisse contrahentes eum transitum.

20 Prima cõclusio sit Emphyteosis siue ab Ecclesia, siue ab aliquo priuato accepta, quã ex sua institutione nequit trãsire ad hęredes extraneos, minime trãsit in fiscũ. Hęc ab vniuersis Doctorib. citandis asseritur tãquã indubitata. Quod regula vniuersalis tradita c. 14. n. 5. fit, vt nõ transeuntia ad hęredes extraneos, nec in fiscũ transeãt.

21 Sed duplex, difficultas est circa hanc conclusionem. Prior est, an commoditas huius emphyteosis non transeũtis ad hæredes extraneos, pertineat ad fiscũ, dũ emphyteota viuit? Et quidem quã emphyteosis est non ab Ecclesia, sed ab alio concessa, conueniunt communiter Doctores eã commoditatẽ pertinere ad fiscum deducta pensione soluenda habẽti dominiũ directum illius. Sicut contingit in alijs delinquentis bonis fideicõmisso subiectis. Quod nulla sit discriminis ratio in vtroq; casu, eo quod reus ille potiturus illa erat tempore vitæ suæ. Et ideo ita tenent *Nellus de bannitis 1. p. 2. temporis, nu. 24. Gygas de crimine læsæ maiest. l. 2. tit. de pœnis cõmittẽtium id crimen, q. 6. nu. vlt. Farinac. in sua pract. in noua editione to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 58. Molin. to. 2. de iust. disp. 481. col. 4. vers. primum, ac præcipuũ, & to. 3. disp. 656. nu. 3.* Idem sentit aperte *Peregrinus de iu. fisc li. 5. tit. 1. nu. 120.* Nã ait resolutionem huius pendere ex ijs, quę eodẽ tit. dixerat in materia feudi & fideicommissi, at *n. 115.* dixerat fructus feudi publicari durãte possidentis illud vita: & *n. 101.* dixerat idem de fideicõmisso. Quare minus bene *Vasq. 1. 2. q. 96. ar. 5. disput. 169. c. 3. nu. 26.* ait fructus nõ publicari, sed cõsolidari cũ dominio directo

22 At quando emphyteosis est ab Ecclesia accepta, est maior difficultas. *Nellus nu. præcedenti alleg.* etsi videatur de sola seculari emphyteosi loqui, at non ita se explicat, quin videatur etiã indistincte loqui. Et *Gygas, & Molina vtroq; loco ibi relati,* loquũtur de vtraq; indistincte: & *Farinac ibi quoque relatus* dicit in antiqua editione se hanc sñiam sustinuisse. Quippe nulla discriminis ratio inter vtramque assignari valeat. At probabilius est, nec fructus publicari, sed integre cũ emphyteosi redire ad

Eccle-

Ecclesiam habẽtem directũm illius dominium. Quod probatur ex *c. Felicis, vers. si qua vero feuda, de pœnis, in 6.* vbi textus loquens de reo læsæ maiestatis in Põtificẽ, sic ait. *Si qua vero feuda, locationes ab Ecclesiis obtinet, sint eo ipso iure priuatus, quæ liberè ad Ecclesiam reuertantur.* Vbi sub generico locationũ nomine comprehenditur emphyteosis tanquam species. At non liberè reuerteretur. si fiscus durãti cõdemnati vita potiretur fructibus, ac commoditatibus eius. Et ideo hanc partem tuentur *Ruinus cons. 117. ad fin. vol. 1. Hieron. Gabriel* latissimè probans, & multos allegãs, quos non affero, quia solum dicunt emphyteosim Ecclesiasticã non publicari quod optimè intelligi potest de confiscatione perpetua *consi. 73. à nu. 3. vsq; ad 10. vol. 2. Farinacius* rettactans sententiam, quam olim habuerat *ea. q. 25. in noua editione, nu. 58. vers. Verum.* Et quamuis *Ruinus ibi.* afferat, siue emphyteosis illa redeat statim ad Ecclesiam, siue ad alios ad illã vocatos: hoc non credo, quia id priuilegium in Ecclesiæ fauorem inductum extendi ad alios priuatos non debet: quare tunc fruetur fiscus illis fructibus, perinde ac fruitur in emphyteosi non Ecclesiastica. Quod ex verbis citatis *dict. cap. Felicis* colligitur apertè, ibi: *Libere ad Ecclesiam reuertantur.* Ergo solum id priuilegium est, quando emphyteosis ad Ecclesiam redit: quñ autem hoc contingat, dicetur num. sequenti.

23 Id demũ circa hanc difficultatem monuerim, si vltra tacitam legis prohibitionem alienandæ emphyteosis, esset specialis alia eius alienãdæ prohibitio, nõ pertineret ad fiscum i. fructus durãti delinquẽtis vita, sed ad sequentẽ successorem, siue sit emphyteosis Ecclesiastica, siue sæcularis. Quod constat ex dictis c. præcedenti, nu. 15. vbi cõtra alios ibi, n. 14. relatos sustinui hoc operari expressam alienandi prohibitionem Atque in proprijs terminis docent *Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, nu. 60. Hieronymus Gabriel cons. 73. nu. 11. vol. 2.* Quod extendi, & limitari debet prout extendimus, & limitauimus c. præcedenti, à nu. 18.

24 Posterior difficultas est. An emphyteosis nõ transiẽs ad hęredes extraneos, & ob id nõ publicata cũ reliquis delinquẽtis bonis, redeat semper ad dominũ directũ? Nã textu *c. Felicis, vers. Si qua vero, de pœnis, in 6.* expresse decernitur feuda, & locationes. in quibus clauditur emphyteosis, debere redire ad Ecclesiam. Ad id intelligi debet, quando non sunt alij ad eam vocati, & ita deuenire ad fiscũ perpetuo debebat; & ita similiter tunc emphyteosis sæcularis rediret ad dominum directũ. At si alij sunt vocati, vt si esset concessa pro illo reo, & suis filijs, aut alia persona, deueniret ad sequentem vocatũ. Quod nulla æquitas patiatur, vt quando emphyteosis qualiscũque non poterat vi inuestituræ deuenire ad fiscum, ob delinquentis crimen, spolientur illa ratione eius delicti, qui vi inuestituræ ad illam vocantur. Atq; ita docent *Ruinus cons. 25. n. 12. vol. 5. Molina, to. 2. de iustit. disput. 481. col. 3. conclus. 3. iuncta col. 4. vers. Dixi sine ea emphyteosis.* Qui optimè addit hoc intelligi, quando sequentes vocati sunt eius successionis capaces; quod si omnes illi sint succedendi incapaces. redire ad habentem dominium directum, & cum illo consolidari. Atq; *idem Molina ibi. colum. 5. versic. Additum est*, explicat hoc addi propter filios eius, qui commisit crimen læsæ maiestatis humanæ, qui etsi vocati sint, succedendi incapaces sunt in eam, si ex vltima voluntate sit instituta: & in regno Lusitano, quamuis ex donatione, aut alio contractu inter viuos; etsi iure communi, & Castellæ, solum sint incapaces, quãdo ex vltima voluntate. Quod etiam nos dicemus c. 29. nu. 11.

25 Secunda cõclusio. Si emphyteosis non sit Ecclesiastica, id est accepta ab Ecclesia, sed ab alijs, & possit ad hęredes extraneos transire, publicatur cum ceteris emphyteotę bonis, & fiscus erit deinceps emphyteota habẽos dominiũ directum. Quia quæ ad hęredes extraneos deuenire possunt, non existente alia speciali prohibitione possunt quoque ad fiscũ deuenire. Vt probaui c. 14. n. 5. Nec est aliqua specialis ratio hãc emphyteosim inter cõdemnati bona existentem excipiens Et ita docet *Bar. l. Si finita 15. §. Si de vectigalibus. n. 6. ff. de damno infecto et ibi Alex. n. 26. Imol. n. 54. idem Imol. c. Ex parte, nu. 22. de feudis. Bal. cons. 285. n. 1. vol. 1. Bartholomæus Socinus cõs. 121. nu. 18. vol. 4. & consi. 266 nu. 32. vol. 2. Ruinus cons. 117. nu. 1. & consi. 155. nu. 10. volu. 1. Beregius consi. 114. nu. 54. volu. 1. Anchar. in repetitione cap. Postulasti, nu. 55. q. 9. de foro compet. Bernard. Diaz in sua practica, in noua editione, c. 132. nu. 4. Bossius in sua practica. tit. de bonorum publicatione, n. 60. Quemada in suis quæst. fiscalib. q. 11. Iulius Clarus in sua practica l. 4. §. Emphyteosis, q. 19. n. vni. vers. Tu dic, Simancas de Cathol. inst. to. 9. n. 97. Plotus inter consilia criminalia Zileti, to. 1. consi. 130. nu. 67. Farinac. in sua practica, in noua editione, to. 1. part. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 59.* vbi & alios allegat. *Molina to. 2. de iust. disp. 481. colum. 2. concl. 1. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. c. 4. nu. 25. Azor to. 1. insti. moralium, lib. 8. c. 12. quæst. 11.* Quare minus bene *Cantera in suis q. criminalibus, tit. de quæst. tangentibus punitionem delictorum c. 1. n. 46.* ait hanc emphyteosim non transire in fiscum, sed cõsolidari dominium vtile cum proprietate nec esse in hoc discrimẽ inter emphyteosim Ecclesiasticã, & secularẽ. Ducitur quia neutra in potentiorẽ alienari potest. At facilis est solutio, nõ enim potest irreuocabiliter, nec aliquo modo per contractum; at potest per delictum, & tunc reuocabiliter, vt num. sequenti explicabimus.

26 Potest tamen cogi fiscus ad instantiã domini directi, vt eam alienet, & transferat in personam, quæ non ita potens, totq; priuilegijs gaudens sit. Quia cũ fiscus plurimis priuilegijs gaudeat, nec vnquã moriatur, aut deficiat. redderetur longe deterior domini directi absque sua culpa conditio in multis, perseueranti emphyteosi apud fiscum. Cum fiscus sit potentior non sola ipsius conueniẽdi difficultate, sed ob multa priuilegia, quibus gaudet: præsertim quia nũquam esset caducitatis spes, eo quod fisco competet restitutio in integrum: neq; ob successorum finem res illa ad dominum rediret, cum fiscus nunquam moriatur Pręterea, quia transitus in potẽtiorem est interdictus ob hoc domini damnũ. Vt tradũt *Doctores c. fi. de locato.* Atq; ita docẽt *Alo. Quemada & Mol. alleg. nu. præc. Gulielm. de Cuno relatus ab Alex.*

27 Insuper etsi maneat apud fiscum, tenetur fiscus integrum suũ ius domino seruare, quod habebat in emphyteosi, dum à delinquenti possidebatur. Quod in alterius locum succedens debeat eodem iure vti *Regula Is qui in ius, de regul. iuris, in 6.* Atque ita docent *Quemada, Simancas, Vasquez, & Azor allegati num. 24.* Quare bene ait *Quemada* teneri fiscum ad eius contractus vniuersas conditiones seruandas, & ad soluendam pretij decimam, quę laudemium dicitur, si fundum illum emphyteoticum alienarit, & ad præferendum dominum directum volentem id dominium vtile emere: & dicit se ita contra fiscum pronunciasse, ac eius sententiam confirmatam in supremo Inquisitionis Concilio. Atque satis fauet textus *l. finali. C. de locatione prædiorum lib. 11.*

28 Sed de emphyteosi Ecclesiastica est speciale dubium, an quoties potest transire in hęredes extraneos, publicetur ob emphyteotæ delictum? Nomine autẽ huius emphyteosis intelligitur illa. quæ accipitur ab Ecclesia, Xenodochijs, & locis pijs. Vt bene tradit *Plotus inter consilia criminalia Zileti, tom. 1. consil. 130. nu. 66.* Quidam publicari negant. Ducuntur autem, quod ea peruenienti ad fiscũ. reddetur conditio Ecclesiæ deterior. (Vt n. 26. explicuimus.) Præterea, quia hoc priuilegiũ indulgetur Ecclesiæ. *§. 1. vers. Si vero cõtigerit quãlibet rem, auth. de alienat. & emphyt.* Huius sententiæ sunt aperte *Bar. l. Si finita 11. §. Si de vectig. n. 6. ff. de dãno infecto. & ibi Alex. nu. 36. Bald. consil. 284. nu. 1. volum. 1. Imola cap. Ex parte, nu. 22. de feudis. Anchar. repetitione c. Postulasti, q. 6. n. 55. de foro competenti. Bernard. Diaz in sua pract. in noua edit.*

c.132.n.4. Nam posita distinctione in emphyteosi sæculari, an transeat, nec ne, in hæredes extraneos, & dicentes in priori casu publicari, secus in posteriori, dicunt postea absolutè Ecclesiasticam non publicari. Et in proprijs terminis tradunt *Romanus eo §. si de vectigalib. nu. 11. Beron. cons. 114. nu. 54. vol. 1. Iul. Clar. in sua practica, lib. 4. §. emphyteosis, q. 29. n. vnico, vers. Breuiter si emphyteosis, Molina to. 2. de iustit. disp. 481. col. 3. conclus. 2.*

29 Tertia tamen conclusio sit. Verius est eam publicari ob emphyteotæ delictum. Ducor, quod nullibi id Ecclesiæ priuilegiũ reperitur, vt hæc emphyteosis non publicetur. Nam textus, cui contrarij innituntur, qui n. præcedenti relatus est, potius hãc partem probat, nam cum decidat dari Ecclesiæ optionem, an velit confiscatione stare, ac habere fiscũ emphyteotam, an potius emphyteosim ad se reuocare, supponit planè eam ipso iure publicatam esse, aliàs inanis esset reuocationis concessio, sed vindicatio concederetur, nec limitaret, vt solo biennio reuocare posset. Quippe quando emphyteosis sæcularis non confiscatur, eo quod ad hæredes extraneos nõ transeat, potest absq; aliqua temporis limitatione tanquam indebitè a fisco occupata vindicari. Vt bene tradunt *Barthol. in §. si de vectigalibus n. 6. Rusnus cons. 155. nu. 11. in fine, & n. 12. vol. 1.* Cur ergo si Ecclesiastica non confiscaretur, limitandum esset Ecclesiæ biennium ad reuocationem? Præterea, quia non obstat ratio adducta nu. præcedenti, nempe, reddi conditionem Ecclesiæ deteriorem reditu huius emphyteosis in fiscum. Nam eadem ratio militat in emphyteosi sæculari: nec tamen ob id confiscatio impeditur: quia (vt diximus nu. 26.) id malum vitatur coacto fisco, vt eam transferat in personam priuatam. Quo medio Ecclesia quoque potest vti. Tandem, quia data contrariæ sententiæ veritate, non posset habere locum decisio textus pro ea allegati, cum sit iuris ciuilis disponentis expresse de re Ecclesiastica, nec fauorem continẽtis, sed potius odium, vtpote quod limitat tempus reuocandæ emphyteosis, quam iniustè fiscus vsurparat. Et ideo hanc sententiam tuentur *Barthol. Socin. cons. 266. nu. 32. in fi. vol. 2. Rusnus cons. 117. nu. 16. versi. Potest etiam, & cons. 155. n. 12. vol. 1. Chassanæus in consuetud. Burgundiæ rub. 2. §. 2. in principio, nu. 10. Gygas de crimine læsæ maiest. lib. 2. tit. de pœnis committentiũ id crimen q. 6. nu. 4. & 5. Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, n. 60. & 73. Quemada in suis quæst. fiscalib. q. 12. Ploins inter cõsilia criminalia Ziletti, to. 1. cõs. 130. nu. 66. & 72. Simancas de cathol. instit. in tit. 9. nu. 103. Farinacius in sua practica, in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. n. 56. vers. Sed qđ imo. Azor to. 1. inst. moral. li. 8. c. 12. q. 11.* Et apertè colligitur ex Doctoribus aliquibus allegandis nu. sequenti, qui ideo dicunt dari optionem Ecclesiæ ad reuocãdam emphyteosim intra biennium, quod ad hæredes extraneos non transeat, quasi supponentes transire perpetuo in fiscum, quando ad hæredes extraneos transit. At hæc sententia limitatur, quando confiscatio fita iudice Ecclesiastico, secus quando a sæculari. Sic *Gygas n. 6. Farinacius nu. 57. alios allegans. Franciscus Lucanus de iure fisci, p. 2. principali, tit. de publicatione bonorum, nu. 8.*

30 Sed graue dubiũ est, an Ecclesiæ optio detur reuocãdæ eius emphyteosis, sic cõfiscatæ, an potius debeat manere perpetuo apud fiscũ? Aliqui negant reuocandi facultatem, & aiũt perpetuo apud fiscum mansurã. Quia textus, *§. 1. vers. Si vero contigerit quamlibet rem, authen. de alien. & emphyteosi*, cui hæc reuocandi facultas innititur, procedit eo quod tũc non erat sancitũ posse emphyteosim Ecclesiasticam ad hæredes extraneos trãsire. Cũ ergo iam possit, cessat ea dispositio. Insuper ille textus de sola Ecclesia Constantinopolitana loquitur. Quare *Imol. l. si finita 1, §. si de vectigalibus, n. 54. ff. de damno infecto*, ait id priuilegium ad alias Ecclesias non extendi. Adde eum textum esse iuris ciuilis, & cũ specialiter circa res Ecclesiasticas disponat, non erit attendẽdus, tanquam mittẽs falcem in messes alienas. Iuxta notata in *c. Ecclesia, de constit.* Atque ideo hanc partẽ tenent *Bossius in sua practica tit. de bonorũ publicatione, n. 60.* & quãuis postea dubitet, cõcludit tamẽ hoc esse verius, & ita fuisse iudicatum Mediolani: atq; *n. 73.* tenet idem *Farinacius in sua practica, in noua editione, to. 1. p. 1. ti. de delictis & pœnis q. 25. n. 56. vers. Sed quod imò.* Et aperte vidẽtur eiusdem sententiæ *Bald. auth. ingressi, nu. 13. versic. Sed quid in emphyteos. C. de sacros. Eccles. Alex. consil. 23. nu. 4. vers. Tertio vol. 1. Bartholom. Socin. cons. 266. nu. 32. vers. Quarto hoc idẽ, vol. 2. Hippolytus de Marsilijs, consi. 49. nu. 53.* vbi dicunt emphyteosim Ecclesiasticam non confiscari cum effectu, sed dari Ecclesiæ optionem eius reuocandæ intra biẽnium, eo quod nequeat ad hęredes extraneos transire. Quare apertè videntur negare hanc facultatem, quando transit ad hæredes extraneos.

31 At verius est, dari optionem Ecclesiæ, vt intra biẽniũ deliberet, an malit reuocare, q̃ fiscũ habere emphyteotam. Ducor ex *dict. §. 1. vers. Si vero contigerit quamlibet rem*, vbi expresse hoc deciditur; nec potest hic textus intelligi de emphyteosi Ecclesiastica non transeunti ad hæredes extraneos. Cum enim illã non confiscari probauerimus, nu. 29. non est cur reuocanda sit. Et quamuis textus de sola Ecclesia Constantinopolitana loquatur, extenditur communiter ad cuiuscumque Ecclesiæ emphyteosim. Vt tradunt *Alex. l. si finita 15. §. si de vectigalibus, n. 36. ff. de damno infecto, & Iulius Clar. statim allegandus.* Idque optimè docet *Bald. auth. Nisi rogati, nu. 13. versi. Sed quæro quomodo potest esse, C. ad Trebell.* & id probat, quia quidquid in alicuius Ecclesiæ fauorem statuitur, intelligitur esse ius generale, nisi contrarium inueniatur expressum, *auth. de nõ alien. §. Hac ergo.* Nec obstat etiam esse ius disponens specialiter de Ecclesiis, cũ sit ciuile: quippe eius dispositio valet, quando priuilegium concedit Ecclesiis, quale est hoc. Vt tradunt cõiter *Doctores c. Ecclesia, de constit.* Et ideo sententiam hanc tuentur *Anton. cons. 61. nu. 4. Cardin. Clem. 2. verbo Inquisitoribus, nu 4. q. 7 de hæret. Baldus cons. 427. num. 2. vol. 3. & l. si quis presbyter 20. nu. 2. vers. Ex ista lege, C. de Episcop. & cleric. & ibi Salicet. ad finem. Imola c. ex parte, num. 22. de feudis. Rusnus consi. 155. num. 12. volum. 1. Beron. cons. 114. nu. 54. vol. 1. Iulius Clarus in sua practica, lib. 4. §. emphyteosis quæst. 29. num. vnico vers. Breuiter si emphyteosis. Quemada in suis quæst. fiscalib. q. 12. Simancas de Cathol. instit. tit. 9. nu. 104. & 105. Ploins inter consilia criminalia Zileti, to. 1. cons. 130. nu. 72. Hieronymus Gabriel. cons. 73. nu. 8. vol. 2. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disput. 169. c. 3. n. 23. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 8. c. 12. q. 11. Molina to. 2. de iustit. disput. 481. col. 3. conclus. 2.*

32 Quod si roges, an si id bienniũ labatur, possit Ecclesia aduersus illius lapsum restitui, & sic petere reuocationẽ? *Quemada in suis quæst. fiscalibus q. 13.* quãuis dubius, ac cogitandum relinquens, inclinat in partem negantem: & sic ait se audiuisse decisum in supremo Inquisitionis consilio. Ducitur, quia quando agitur de lucro captando, priuilegiatus non gaudet priuilegio cõtra pariter priuilegiatũ, *l. Verum 12. §. finali, ff. de minorib. & l. 2. C. de priuileg. fisci.* Atque ideo cũ æquè Ecclesia, & fiscus priuilegio minoris gaudeãt, nõ erit illi integrum hoc restitutionis priuilegio aduersus hunc vti. At dicendum est posse restitui. Probatur ex doctrina, quã tradũt *Bald. l. pupillorum 5. in fin. C. de repud. hæred. et ibi Alex. in fi. Romanus l. si insulam, nu. 45. ff. de verb. oblig. & singulari 94.* vbi dicũt monasterium institutũ sub conditione, vt intra annũ ædificet Xenodochium, substituto alio monasterio ob conditionem non impletã, posse non implens conditionem restitui aduersus termini lapsum contra monasterium substitutum. Et ratio est, quia minori competit restitutio aduersus conditionis à testatore iniunctæ omissionem. Vt constat ex *l. 3. §. Etsi hæres, ff. de minor.* Cum ergo Ecclesia priuilegio minoris vtatur *cap. 1. de restitut. in integrum*, poterit simi-

liter

liter restitui. Nec obstat fundamentum contrarium, nõ enim est par vtriusq; monasterij conditio: quia institutum non agit de lucro omnino captãdo, sed partim de damno amissionis lucri non acquisiti ob implendæ cõditionis negligentiam; at substitutum agit de lucro omnino captãdo ob instituti negligentiam. Atque similiter in nostro casu dispar est vtriusque priuilegiati causa nam Ecclesia agit de vitãdo damno amissionis suę emphyteosis, & translationis in fiscum potentiorem. At fiscus agit omnino de lucro captando. Quare hanc sententiam tradunt *Simancas eod. tit. 9. nu. 106. Vasquez eo. c. 3. nu. 23.* Et generaliter posse Ecclesiam contra fiscum restitui tradit *Sfortias Oddo de rest. in integrum, p. 1. q. 18. ar. 12. nu. 82. vbi alios refert.*

33 Sed adhuc est difficultas, an melioramẽta facta in re emphyteotica per illum delinquentem, pertineant ad Ecclesiam recuperantẽ emphyteosim à fisco, an potius ad fiscum cum reliquis delinquentis bonis? *Simãcas eodem tit. 9. nu. 107. & duobus sequentibus, Vasquez eod. cap. 3. num. 24. & Azor to. 1. institut. moral. lib. 8. c. 12. q. 11.* sic distingnunt. Si facta sint à delinquenti post lapsum in crimẽ, ob quod bona publicantur ipso iure, vt in hæresi contingit, precium illorum pertinebit ad fiscum, & proinde Ecclesia emphyteosim recuperans tenebitur id fisco soluere. Quod à die illius criminis maneant vniuersa delinquentis bona fisco obligata, inter quæ computantur labor, industria delinquentis, & expensæ in ijs meliorамentis apposita. At si ante lapsum in crimẽ facta sint, pertinebunt ad Ecclesiam, quæ nil pro eis tenebitur fisco soluere. Quippe contractus emphyteoticus ex sua natura ita celebratur; vt res data in emphyteosim maneat sẽper sub directo dãtis illã dominio, ad ipsumque pertineant omnia melioramẽta facta in ea ob id enim res magni momẽti datur pro parua annua pẽsione, quoad aliqua emolumẽta dominus directus percipiat, inter quę est hæc præcipua, vt ipsius sint melioramenta. Insuper id probat *Simancas eod. nu.* 109. quia passim tradũt Doctores emphyteosim amissam ob emphyteotæ delictum, redire ad dominum cum omnibus melioramentis. Hãc quoque posteriorem partem tuetur *Sacramento lib. 3. selectarum, c. 4. nu. 4.* vt explicabo num. sequenti.

34 Verum hæc sentẽtia, quoad priorem partem est certa, quoad posteriorẽ antem nõ caret difficultate. Quippe (vt optime ait *Sarmiento nu. præcedenti relatus*) quæstio hęc pendet ex alia, nempe, cuius sint melioramẽta facta in emphiteosi, quando ea absq; emphyteotæ culpa finitur, vt quia data est ad certum tẽpus, & illud est lapsum, aut alia ratione absque ea culpa. Nam tenẽdo pertinere ad dominum directum, est dicendum ea nõ publicari ob emphyteotæ crimẽ, sed domino cedere, & ideo dixi num. pręcedenti *Sarmiento* esse illius sentẽtiæ. Quia sustinet *ibi, à num. 1. vsque ad 5.* ea melioramenta pertinere ad dominum. At tenendo non pertinere, nisi ad emphyteotam, est dicendum æstimationẽ eorũ publicari, tanquã bona emphyteotę, sicut enã ea æstimatio pertineret ad hęrede eius. Atque cum sit communis hæc sententia (vt fatetur *ibi Sarmiento n. 1.* Et eã *allegatis Pinello Gama, Iulio Claro, Aluaro Valasco*, sustinet optime *Molina to. 2. de iust. disp. 463. concl. 2.* dicens finita emphyteosi absq; emphyteotæ culpa pertinere ad ipsũ ac eius hæredes etiam extraneos melioramẽta facta in emphyteosi, non quidem quoad dominium, nã sequũtur proprietatem, sed quoad æstimationẽ, siue emphyteosis sit sęcularis, siue Ecclesiastica, nisi aliud in emphyteosis institutionem conuentum sit, vel expensæ in re meliorata sint modicæ. Vt eum alijs limitat *Molina ea. disp. 463. col. 5. vers. Illud est obseruandũ*, vbi etiã tractat, quæ dicãtur modicę. Ideo retenta hac sentẽtia, quę verior est, dicendũ est pertinere ad fiscum æstimationem illorum melioramentorum, quando non sunt modicæ expensæ. Quia ea æstimatio est delinquentis, & ad eius hęredes pertinere deberet. Et ita docent *Car. d. Clem. 2. verbo Inquisitoribus n. 4. q. 7. Bernard. Diaz in sua practica, in noua editione, c. 132. nu. 4. Ioan. Garzia de expensis, c. 10. n. 51. Molina to. 2. de iustit. disput. 481. col. 3. conclus. 2.* Et optime ait *Bernardus Diaz ibi*, hoc procedere, etsi emphyteosis sit Ecclesiastica.

35 Quare conclusio siue emphyteosis, qualiscumque sit illa publicetur, siue non, æstimationem melioramentorum, quam num. pręcedenti diximus esse delinquentis, ac eius hęredum, semper publicari, & trãsire ad fiscum tanquam bona delinquentis. Differentia autẽ erit, quia quando emphyteosis ipsa confiscatur, transibunt in fiscum melioramenta cum illa, at data Ecclesię, quando erat Ecclesiastica, optione reuocãdę emphyteosis, cum meliorationibus intra biennium, soluendo fisco meliorationum ęstimationem: quando autem non confiscatur, sola melioramentorum æstimatio erit fisci, manentibus emphiteosi, & melioramentis apud dominum directum. Constat ex dictis nu. pręcedenti iuncto n. 31.

36 Nec huic sententiæ obstat, tunc amitti emphyteosim ob emphyteotę culpã, in quo casu debet redire ad dominum, cum omnibus melioramentis, nulla eorũ ęstimatione soluta. Quia nõ qualiscumque culpa hoc efficit, sed sola, quę aduersus leges, & pacta emphyteosis patratur: vt quia illius pensio non soluitur, aut alię eius conuentiones infringuntur. Vt optime tradũt *Sarmiento l. 3. selectarum, c. 4. n. 4. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. cap. 3. nu. 25. Molina to. 2. de iustit. disp. 481. colum. 3. conclus. 3. in fine.*

37 Quid autem dicẽdum sit de emphyteosi nominationis, consulantur *Caldas de nominatione emphyteotica, q. 5. Molina tomo 2. de iustit. disp. 481. col. penultima, a vers. Quoad emphiteoses.*

38 Quando delictum non est ipsius emphyteotę, sed habentis directum ipsius emphyteosis dominium: tunc id dominium confiscatur, emphyteota soluet pensionem fisco, ac illum tanquam emphyteosis dominum deinde recognoscet. Quod cũ ea emphyteosis sit in eius dominio, confiscatur cum eius bonis. Sic *Cãtera in suis quæst. criminalibus, tit. de quæstionib. tangentib. punitionem delictorum, c. 1. num. 46.*

39 Demum circa feudi confiscationem, multi Doctores quos refert *Farinacius in sua practica in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis quæst. 25. nu. 62.* breuissimè hoc resoluerunt, dicentes id non publicari. Atq; *Simancas de instit. cathol. titul. 9. nu.* 120. breuissimè dixit illud non publicari, nisi ita liberum sit. vt possit alienari. At longiori consideratione res hęc indiget. & quia rarò eueniet casus, nec feuda in hoc regno sunt in vsu, consulatur *Farinacius* qui eo loco multis allegatis hoc latissimè disputat.

CAPVT XX.

An bona Ecclesiarum, & clericorũ publicentur ob ipsius clerici crimen: & an hæretici damnati tanquã contumacis bona ita publicẽtur, vt si elapso anno cõpareat, non sit quoad bona audiendus, et publicatio extendatur ad bona sita extra publicãtis territorium, & ad quem fiscum ea pertineant.

SVMMARIVM.

Quot sint clericorum bona, nu. 1.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 2.

Refertur textus Clem. 2. de hæretic. vbi duplex actio excommunicationi subijcitur, nu. 3.

An cõmissarij Inquisitorũ, Episcoporũ, capitulorũ sede vacãte, illas actiones agẽtes incurrãt: et qui dicãtur cõmissarij, n. 4.

An includantur Inquisitores, nu. 5.

An includantur Episcopi, capitulum sede vacanti, habentes iurisdictionem quasi Episcopalem vicarij, nu. 6.

An exigatur extortio pecuniæ, qua concussio fit, ad hanc excõmunicationem incurrendam, nu. 7.

An exigatur extortio prætextu officij, nu. 8.
Nomine pecuniæ clauditur quodcumq; pecuniâ æstimabile, nu. 9.
Quid si extorqueatur mutuum, nu. 10.
An exigatur scienter applicari bona Ecclesiæ, & fisco, & quæ ignorantia excuset, nu. 11.
Exigitur ea bona esse Ecclesiarũ, nec satis est esse clericorũ, n. 12.
Quid si sint bona religiosi præfecti alicui Ecclesiæ, nu. 13.
Quid si sint alia religiosi bona, etiam ordinis Minorũ, nu. 14.
Exigitur publicationem hanc prætextu officij fieri, nu. 15.
An sufficiat attentare hanc publicationem, nu. 16.
An incurratur hæc censura applicando hæc bona sibi, aut fisco sæculari num. 17.
An possit inferior Pontifice absoluere ab excõmunicatione contra extorquentes pecuniam, non præmissa plenaria eius restitutione, & quæ dicatur realis restitutio num. 18.
Quid si absoluendus sit impotens ad restituendum, nu. 19.
An sit opus etiam restituere expensas, & pœnam, nu. 20.
An excommunicatio contra publicantes bona Ecclesiarum, petat præmitti eandem restitutionem, vt possit ab illa inferior absoluere, nu. 21.
Post num. 21. inuenies alia summaria.

1 QVadruplicia bona possũt à clericis possideri. Quędam sunt ipsius Ecclesiæ, vt domus prædia, & similia, ex quib. sępe reditus beneficij percipiũt. Alia sunt, quæ intuitu Ecclesiæ acquiruntur, vt fructus beneficiorum, aut quæ intuitu Ecclesię ipsis donantur. Alia sunt patrimonialia, vt quæ ex proprio patrimonio habent, aut propria industria, intuitu ve personæ cõparant. Tandem alia quasi patrimonialia, nempe, quæ nõ sunt beneficij fructus; at ratione alicuius ministerij Ecclesiastici obtinentur, vt pro sacris faciendis, concionibus, ministerio sacramentorum, sepeliendis defunctis, ministerio vicariæ ad tempus concessæ.

2 Quadruplex est tractanda quæstio. Prima, de bonis Ecclesiarum. Secunda, de bonis clericorum. Tertia, de bonis hæretici ob contumaciam damnati, restituendis sibi comparenti transacto anno, ac se purganti. Vltima, de confiscandis bonis delinquẽtis sius extra confiscantis territorium, & cuius fisci ea sint.

3 Quæstio prima. An ob clericorũ crimen bona Ecclesiæ publicẽtur? De hac re extat decretum in *Clem. 2. de hæret* his verbis. *Inquisitoribus & tam ipsorum, quàm Episcoporum seu capitulorum sede vacante, super hoc deputatis commissarijs quibuscumque, districtius iniungentes, ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob clericorum delictũ, prædicti occasione officij fisco etiam Ecclesiæ applicare. Quid si secus in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententia eos subiacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolui præter quam in mortis articulo, donec illis à quib. extorserint, plenè satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis priuilegijs pactis aut remissionibus super hoc valituris.* Vbi duplex actio excõmunicationi subijcitur: prior est pecuniæ extortio: posterior, bona Ecclesiæ applicare fisco ob clericorum delicta. De vtraque est seorsum agendum.

4 Sed prius circa vtrãq; actionem dubitatur, quæ personæ illas agentes includantur? Et quidem compertum est includi vniuersos Inquisitorum, Episcoporum, aut capitulorum sede vacanti cõmissarios ad negocia Inquisitionis. Quod vniuersi hi in textu exprimãtur. Nomine verò commissariorum intelliguntur vicarii eorũ. Atque ita docent *glo. ibi, verb. ipsorum. D. Antoa 3. p. tit. 24. c. 5. Syluest. verb. excommunicatio 9. casu 41. n. 81. Tabiena verb. excommunicatio 5. casu 4. q. 16. nu. 18. Nauar. summa. c. 27. Hispanè nu. 143. & Latinè num. 142. Suarez to. 5. in 3. p. disp. 23. sect. 5. n. 24.* Quod est verum, siue sint vicarii siue eorum substituti. Vt tradunt *glossa, D. Antoninus, Tabiena, Syluest. Suarez ibidem.* Atque bene addit *Suarez* esse hoc verum, quamuis delegatio sit ad tempus, vel ad peculiarẽ causam. Quippe omnes hi dicuntur propriissime commissarii.

5 Sed dubium est, an comprehẽdantur Inquisitores? Solum *Cardinalem ead. Clem. 2. verb. Inquisitoribus, n. 1. opposit. 1.* inueni hoc disputantem, & dicit hoc pendere ex contextu literæ, qui anceps est; nam si clausula incipiat, *Inquisitoribus, & tam ipsorum & c.* constat inquisitores claudi. Si verò incipiat: *Et tam ipsorum*, constat eos non claudi; vt rectè ait *Cardinal. ibidem*, qui dicit communiorem, & veriorem intellectum esse, vt incipiat *Inquisitoribus*, atque communiter Doctores in summam redigentes cõtenta in eo textu, includunt Inquisitores, ac eorum commissarios in hac excommunicatione. Ita *glo. ibi in positione casus, in not ab. 2. Imola ibi statim in principio. Bonifacius statim in principio, D. Antonin. Sylvester. Tabiena, Nauar. allegati nu. præcedenti. Caiet. in summa, verb. excommunicatio c. 4. Rosella verb. excõmunicatio 1. casu 5. Armilla verb. excommunicatio, inter casus excommunicationis, casu 20. n. vnico. Angelus verbo excommunicatio 7. casu 42. nu. vnico.* Atque idem tenent *Anchar. ea. Clem. 2. num. 5. notabili 3. & ibi Bonifacius nu. 41. in fine. Suarez citatus num. præcedenti.* Et ita tenendus est, nec enim facile à tam communi sententia est recedendum, nullo authore existenti pro contraria; si enim aliquem inuenissem, illi facile adhærerẽ. Nam viso literę contextu potest æquè bene, immo, & melius, legi illud verbum, *Inquisitoribus* cum clausula præcedenti, in qua præscribitur ætas creandis Inquisitoribus, vt sic incipiat clausula ab iis verbis: *Et tam ipsorum*; atque in editione Gregoriana nouiter correcta ita se habet. Nã clausula præcedẽs finitur in verbo, *Inquisitoribus.* Et ibi apponitur punctus, ac litera maiuscula incipit statim, *Et tam ipsorum.* Et eodẽ prorsus modo in editione antiqua ponitur. Quare saltem est dubium iuris in quo euentu nõ est censenda excommunicatio lata. Et late probaui lib. præcedenti c. 10. num. 56.

6 Episcopi autem minime includuntur. Quippe nulla ipsorum mentio ibi fit, forte ipsorum dignitati deferẽdo *c. 2. de offic. deleg. in 6.* nec potest dici eos claudi nomine Inquisitorum, cum soleãt Episcopi nominati specificè in reliquis ad Inquisitorum officium pertinentibus, eo vel maximè, quod textus exprimat cõmissarios Inquisitorum, & Episcoporum: quod nõ fieret, si Episcopi nomine Inquisitorum clauderẽtur. Et ita docent *glo. ead. Clem. 2. verb. Commissarijs, & ibi Imola nu. 5. Card. ibi, verb. Inquisitoribus nu. 1. in oppos. 1. Bonifacius ibi à n. 41. vsque ad 46. D. Antonin. Angel. Syluest. Suarez relati n. 4.* Quare minus bene *Gulielmus relatus à Bonifacio* dixit Episcopo claudi, eo quod plus delinquant. At id arguit eos ita delinquẽdo, alta pœna plectendos, non autem excommunicatione, quæ in solis casibus iure expressis incurritur. Atque similiter est dicendũ non claudi capitulum sede vacanti. Quia de solis ipsius vicarijs textus meminit. Ita *Bonifacius ibidem*. Atque similiter non clauduntur prælati iurisdictione quasi Episcopali gaudentes in propria diœcesi, nec credo claudi ipsorum vicarios, seu commissarios ad peragenda Inquisitionis negocia in sua dięcesi. Quia etsi nomine vicariorum Episcopi videantur claudi, vt pote qui sunt similiter vicarii iurisdictionis Episcopalis, at cum materia sit odiosa, & de his nulla mentio fiat, cum tamen textus mentionẽ fecerit vicariorum capituli sede vacante, qui similiter sunt vicarii iurisdictionis Episcopalis, nõ est ea excommunicatio ad hos extendenda.

7 Deueniendo ad explicandas actiones, ob quas hęc excommunicatio incurritur: Prior est, pecunię extortio quibusuis modis illicitis prętextu officii. Quare vt sit causa huius censurę, debet aliquibus circumstantiis vestiri. Prima est, vt illicitè extorqueatur pecunia: quare secus, si licitè. Quod omnes fatentur & ex textu, & ex se est apertum. Secunda est, vt re vera sit extorta pecunia, nam si spõte via muneris offeratur pecunia, vel aliquid aliud, non est locus huic censurę. Sic *Armilla, verbo excõmunicatio, inter casus excommunicationis, casu 20. num. vnico. Suarez tomo 5. in 3. par. disput. 21. 23. Molore 5. nu. 25.*

num.25. bene addens id esse verum, etsi norit Inquisitor, aut commissarius sibi offerri prætextu officij. Nec sat est ad hãc censuram, si timore vexationis, aut rigoris Inquisitoris offeretur. Quippe exigitur concussionis crimen, quod teste *Sylu.verb.Concussio, q.1.nu.2.* est, cũ qui in officio constitutus extorquet aliquid à subditis, metum inferens, aut debitum exequi nũ data pecunia recusans, quod in hoc casu non contingit. Ita *Bonifacius ead.Clem.2.nu.49.* Et fauent *gloss. ibi verb.Officij, et ibi Imola nu.6. Anchar.nu.5.notab 3. Cardin.ibi verb.Inquisitoribus, nu.1.in 2.oppositione,* dicunt enim peccatum ibi punitum esse crimen concussionis.

8 · Vltima est, vt sit extortio prætextu officij Inquisitionis, quare alio prætextu facta non subiacet huic pœnæ. Quia hæc conditio expresse petitur *in ead.Clem.2.* Et ita tradunt *gl.ibi verb. Prætextu, Imola n.5. Bonifacius n.48. Cardin.verb.Inquisitorib. statim in principio, notab.1. D. Antonin.3.p.tit.24.c.8. Angel.verb. excõmunicatio 7. casu 42.nu.vnico. Tabiena verbo excommunicatio 5. casu 4. q.17.nu.18. Sylu.verb.excommunicatio 9.casu 42.nu.81. Suarez relatus nu.præcedenti.*

9 Quamuis autẽ textu de sola pecuniæ extortione loquatur, clauditur nomine pecuniæ quodcumq; pecunia æstimabile. Quia id omne pecunia existimatur et satis est ad concussionis crimen. Et ita docẽt *glo.ibi, verbo Pecuniam, Imola nu.6. Bonifacius nu.63.& 64. Cardinalis ibi, verbo Inquisitoribus statim in principio notab.2. D. Anton. Angel Sylu. Tabiena, Suarez citati nu.præcedẽti. Caiet.summa, verbo excõmunicatio c.4. & ibi Armilla inter casus excommunicationis, casu 20.nu.vnico. Nauar. summa, c.27. Hispana, nu 143.& Latina num.142.*

10 · Hinc deducitur ob solius mutui extortionem nõ incurri hanc censuram. Quod illud pecunia æstimabile non sit, nec pecunia simpliciter extorqueatur: vtpote quæ est reddenda, at si postea nõ reddatur, sed prorsus vsurpetur tanquam re vera data, incurretur hæc censura. Quia ex tunc est vera pecuniæ extortio. Quę optime docet *Suarez ibidem.*

11 Posterior actio, ob quã hæc excõmunicatio incurritur, est applicare bona Ecclesiarum fisco, etiã Ecclesię, ob clericorum delictum. Ad quam primo exigitur hãc actionẽ fieri scienter. Sic enim explicatur in textu. Quare excusat quæcunque ignorãtia, dummodo non sit adeo crassa, vt sit ingens temeritas, nec sit affectata. Vt probaui lib.9.de matrim disput.32.nu.39. & 40.

12 Secundo exigitur, talia bona esse Ecclesiarũ, nec textus loquitur de bonis clericorum. Vt ex cõtextu liquet. (Quæ autem dicantur bona Ecclesiarum, dixi nu.1.) Et ita docent *glossa ead.Clem.2.verb. Ecclesiarum, Imola n.7. Bonifacius nu.67. Cardin. ibi, verbo Inquisitoribus, nu.2. q.3. D. Anton. Sylu. Tabiena allegati, nu.8. Suarez to.5.in 3.p.disp.23.sectione 5.nu 26.*

13 Hinc deducitur esse locum huic excommunicationi, si hi applicarent fisco bona acquisita à professo aliquo præfecto alicui Ecclesiæ, etsi intuitu personę ea comparasset. Quia cum sibi ob professionẽ acquirere nequeat, Ecclesiæ acquirit, *cap. vnico 18.q 1. ita glossa. Cardin.q 4. Imola, Bonifacius nu.71. vbi allegati sunt nu.præcedenti.*

14 Atque idem crederem, si alia religiosorum bona, qui ordinis Minorum non sunt, & proinde monasterio acquirunt, publicarentur ob religiosi delictum, vt libri, vestes. Quia cum ea bona sint monasterij, publicarentur vtique bona Ecclesiæ. Sic clare sentiunt *Simancas de cathol.instit.tit.9.nu.88. & Azor to.1.instit.moralium, lib.8. cap.12.quæst.14.* aiunt enim non esse locum huic censurę, si ob fratris Franciscani delictum hæc eius bona publicarentur. Quia cum monasterium sit habendi proprij incapax, etiam in communi, hæc nõ sunt bona Ecclesiæ. Ex quo infert *ibi Azor allegato, Simancas eo. num. 88.* bona huius monachi esse ob eius hęresim publicanda. Quod nullatenus credo, nec id dicit *Simancas*, sed publicantem non incurrere hanc censuram, ob rationem tradiam. Quia cum nec ea bona sint ipsius monachi, eo quod sit proprij habendi incapax, non est cur ob ipsius delictum sint publicanda.

15 Tertio exigitur, vt prætextu officij, id est, occasione officii hęc bona fisco applicent. Sic enim dicit textus, & docet *Suarez allegatus num.11.*

16 · Quarto exigitur fieri re vera applicationem. Quamuis enim textus non dicat, ne applicent; sed *ne attentent applicare;* quod verbum importare videtur quamcunq; inchoationem, vel adhibitionem cuiuscũque medij ad hanc applicationẽ, etiam si conatus fine effectu frustretur; id enim est attentare. At re vera non est hic eorum verborum sensus, sed vtitur textus terminis attẽtationis eo quod cũ ea publicatio sit irrita, dicetur potius attentata, quam facta. Quare huiusmodi personę non incurrent hanc censuram, nisi quatenus ex parte sua est, applicent; quod eueniet, vel si cum effectu faciant hæc bona fisco applicari, vel si sententiam proferant ea bona fisco applicantem, Vt hęc omnia docẽt optime *Suarez tomo 5.in 3.p.disput.23.sectione 5.num.26.*

17 Vltimo exigitur ea bona fisco applicari, ac proinde non esse locum huic cẽsurę, si ea bona sibi, vel alijs applicent. Sic *Suarez eod. nu 26.* nec explicat, cui fisco applicanda sint ea bona. Ducitur, quia textus solius applicationis fisco meminit idque forsan, quia frequentius, & maiori colore fieri poterat. Verũ existimo esse, locum siue vtriuis fisco, siue sibi siue alijs applicent. Quia textus nõ solius fisci meminit, sed huiusmodi verbis vtitur, *Fisco etiã Ecclesiæ applicare.* Quæ dictio implicatiua ẽt implicat, multo magis eã prohibitionem esse applicãdi fisco seculari, aut sibi, aut alijs. Atque ita docent *gloss. ibi verbo Ecclesiæ, Imola num.7. Cardinalis verbo Inquisitoribus, nu.1 notab.5. D. Ant. Syl. Angel. ibi eos allegaui nu.8. Rosella verbo Excommunicatio 1.casu.*

18 Demum superest tractãdum de vtriusque excommunicationis absolutione. Et de priori lata cõtra pecuniarum extortione, cõstat eam nõ esse simpliciter reseruatam, sed eius absolutionẽ permitti, cum quadã cõditione. ibi. *A qua non possint absolui, præterquam in mortis art. donec illis à quib. extorserint, plene satisfecerint de pecunijs sic extortis nullis remissionib. sup hoc valituris.* Quare etsi in alijs casibus censeatur parti satisfactũ, qualitercũq; cũ ea conueniatur, ac ei placeat, *l.1.ff.qui satisdare cogãtur, l.Si rem, §.Omnes.ff.de pignoratitia actione;* at vt possit inferior Põtifice absolutionẽ huius excõmunicationis impertiri, id nõ sufficit, sed oportet antea cum effectu impleri hãc conditionem. Sic tradũt *Bonifacius ea. Clem.2.n.99. Suarez 5.to.in 3.p.disp.23.sect.5.n. 27.* Atq; textus in *ea.Clem.* petit plenam satisfactionem, id est, vsque ad vnũ denariũ. Vt *allegato Matthæo* tradit *ibi Cardinalis verbo Inquisitoribus, n.1. oppositione 5.* Erit aũt satisfactio realis, quando persona, cui restituendum est, longe distat, & pęnitens deponit pecuniã restituẽdam. Vt bene docet *Enriquez l.13.de excommun.c.28.num.4.*

19· Sed difficultas est, an restituendi impotentia excuset ad eum effectum, vt possit inferior ab hac excommunicatione absoluere, absq; reali satisfactione, sed sola restituendi cautione sibi possibili tradita? Negat *Suarez nu. præcedenti relatus.* Quia hoc in mortis articulo exigitur ad absolutionem hãc rite concedendã, & tamen in illo textu solus mortis articulus excipitur. Ergo illo articulo excepto est necessaria realis satisfactio; alias excommunicatio manet Pontifici reseruata. Verum existimo id intelligendum esse, si hi extorquentes sint satisfaciendo; quare quando paupertas excusat, poterunt ab inferiori absolui. Nec obstat illa articuli mortis exceptio: tũ quia tacere intelligebatur. & ideo eius expressio nil operatur: tum etiam quia in eo non præmissa hac reali satisfactione, nec excusante paupertate, valeret vtique hæc absolutio, cum in eo articulo illa non petatur; at extra illum ea non valeret. Et ideo hanc partem sustinent *glossa ea. Clemen. 2. verbo Satisfecerint, & ibi*

Imola nu.7. et Cardinalis in 1. eppos nu.5. Bonifacius n. 92. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 8. Syl. verb. Excommunicatio 9. casu 42. nu. 81. Tabiena verb. excommunicatio 5. casu 4. q. 17. nu. 18. Nauar. sum. c. 27. Hispana, nu. 143. Lat. nu. 142. Atque sunt alij casus similes, vbi idem tradunt Doctores. Nã in Motu proprio Clem. VIII. de largitione munerum interdicta religiosis, sic dicitur de recipientibus munera ab illis: *Restitutione ipsa realiter non facta, neq; etiam in foro cõscientia absolui possint.* Et tñ *Sosa in eius expositione n. 95* dicit intelligi, quãdo moraliter possunt restituere. Et Gregor. XIII in suo Motu proprio de datis, & acceptis pro iustitia, vel gratia, sic ait. *Nec quisquã admittatur ad absolutionis gratiam, nisi prius erogatum esset pauperibus quãtum ille dedisset, vel recepisset.* Et tñ *Nauar. in commento illius n. 38.* ait posse hos absolui, quãdo impotentia restituendi excusaret, sicut ab alijs restituẽdis excusat: iuxta (inquit, tradita à nobis, *in summa c. 17. n. 56.* vbi idem *Nauar.* ait posse absolui restitutione non præmissa, nõ solum, qui nullo modo potest, sed etiã qui cõmode nequit eo quod periculum vitæ, famę aut magni bonorum detrimẽti imminet. Et *Molina to. 1. de iust. disput. 92. col. 3. vers. Pœna,* explicans eũdem Motum proprium, dicit intelligẽdum, qñ per absoluendũ stat quominus restituatur. Pręterea, quia *Trid. sess. 25. de reform. c. 12.* sic ait. *Detrahentes decimas excõmunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione sequuta absoluãtur.* Et tñ *Nauar. summa Lat. c. 17. nu. 59. Molina to. 3. de iust. in posteriori parte, disp. 756. in fi. & Manuel in 1. ta. summa, in 2. editione, c. 87. nu. 8. Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 20. n. 1. in commento litera R.* dicunt intelligi, quãdo impotentia commodæ restitutionis nõ excusat. Quamuis minus bene *Nauar. li. 4. de restit. c. 4. in nona editione, dubio 13. n. 67.* contradicat nolens hoc admittere, nisi quãdo hi ratione impotentiæ essent absque culpa excõmunicati. Atq; *Henriquez eod. c. 18. nu. 4. in initio,* ait cõcessam absoluendi facultatem delegato, & exprimẽdo ne absoluat, nisi præmissa integra, & reali satisfactione, posse exerceri quando reus satisfacere nequit.

20 Cum tamẽ textus solam pecuniæ extortæ restitutionem præmitti iubeat, nõ exigitur præmitti restitutionẽ expensarum, quas extorquens tenetur restituere ei, cui extorsit. Sic *Bonifacius ead. Clem. 2. nu. 90.* Nec à fortiori exigitur solutio quadrupli, quod in pęnam huius concussionis statutũ est *cap. Quoniam, in fine, d. 18.* Quia nec debetur ante condemnationem; nec in *ead. Clem. 2.* hæc solutio exigitur. Ita *glossa ibi, verb. Officij. & ibi Imola n. 6. Ancharan. num. 5. notabili 3. Nauar. summa, ca. 27. Hispana nu. 143. Latina nu. 142.*

21 Tãdem posterior excõmunicatio statuta in ea. Clem. 2. contra applicãtes bona Ecclesiarum fisco, non reseruatur, nec ad eius absolutionẽ exigitur ibi præmitti hãc restitutionem. Quia verba in limitatione potestatis absoluendi ibi posita, loquũtur aperte in sola priori excõmunicatione; cũ loquantur de pecunia extorta reddẽda. Sic tenent *Bonifacius ibi n. 93. Suarez to. 4. in 3. p. disp. 23. sectione 5. num. 27.*

S V M M A R I V M.

An patrimonialia clerici bona publicẽtur ob eius delictũ, n. 22.
Quid de quasi patrimonialibus, num. 23.
Quid de acquisitis ratione beneficij, attento solo iure canonico, num. 24.
Quid vsu seruetur, specialiter in hoc regno, num. 25.
Cui fisco applicantur bona clerici ob hæresim publicata, n. 26.
Post num. 26. inuenies alia summaria.

22 QVæstio secunda. An ob clerici hæresim sint eius bona publicanda? Et quidẽ si de patrimonialibus loquamur, constat ea publicari. Quia nullibi reperitur id interdictũ, & textu dicentes bona clericorum applicanda esse Ecclesijs, non de his bonis loquuntur; immo de his testari permittũt *c. Quia nos de testam.* sed loquũtur de acquisitis intuitu Ecclesiæ. (Vt nu. 24. dicemus.) Item, quia hæc transeunt ad quoscumq; clerici successores. Atq; ita *Couar. 2. var. c. 9. nu. 12. in initio, & multis alijs citatis Peña in directorio Inquisitorum 3. p. commentario 161. Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 92.* docent.

23 Atque idem dicendum est de bonis eius quasi patrimonialibus (quæ qualia sint, explicui sup. c. 1.) Ratio est, quia de his etiam libere possunt testari clerici, & ea ad quoscumque eorum successores transeunt. Vt multis citatis tradit *Couar. c. 1. num. 11. de testam.* probans nullum esse in hoc discrimen inter Episcopos, & alios clericos. Quare iuxta regulam traditam ca. 14. nu. 5. transibũt ea in fiscum.

24 Tota autem difficultas est de bonis clericorũ acquisitis ratione beneficij Ecclesiastici. Quia extat textus *ca. excommunicamus, el 1. §. damnati vero de hæret.* vbi horũ bonorũ publicatio interdicitur, ibi: *Bona huiusmodi dãnatorum, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici applicẽtur Ecclesijs, à quibus stipendia receperunt.* Vbi *glos. verbo Stipendia,* ait, si plura stipendia habuerint, ea diuidẽda pro rata inter Ecclesias, à quibus habent. Idq; notãt Doctores *c. relatũ, el 2. & c. quia nos, & c. requisisti, de testam.* Quia hi textu disponunt interdictũ esse quibusuis clericis testari de his bonis, sed ea post illorum obitũ cedere Ecclesijs. Quare iuxta regulam traditam, c. 14. nu. 5. non transibunt in fiscum. Quare etsi *Peña relatus n. 22.* statuat discrimen inter acquisita ex beneficio simplici, vt illa omnino confiscentur, vbi ius commune non est vsu abrogatum, eo quod clerici sint illorum domini, & inter acquisita ex beneficijs curatis, aut Episcopatu, dicatque hæc nõ publicari, nisi quoad portionem ad eorum sustentationem necessariam; eo quod huius solius sint veri domini. At dicendum est attento iure communi, nulla ex his bonis publicari. Quia textus *d. cap. excõmunicamus, & alij relati* loquuntur indistinctè de bonis intuitu Ecclesiæ à clerico acquisitis. Et *Couar. lib. 2. var. c. 9. nu. 11. in fi.* indistinctè ait bona clerici hæretici ex beneficio acquisita pertinere ad Ecclesiam. Et *c. cũ in officijs, n. 6. de testam. alijs multis citatis,* cõtra alios, quos ibi refert probat nullum esse inter hos clericos beneficiarios discrimẽ, sed omnibus illis interdictum esse de huiusmodi bonis testari. Atq; ideo cum huiusmodi bona nequeant in hæredes transire, nequibunt quoque in fiscum, iuxta regulam traditam ca. 14. n. 5. Quare optime *Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 4. n. 97. in fi.* dicit bona intuitu Ecclesiæ acquisita à clericis, quæ in extraneos hæredes deuolui nequeunt, non transire in fiscum. Et huic fundamento innititur hæc bona non confiscari, nũ vero defectui dominij. Quia quoscunque clericos & Episcopos esse suorum redituum veros dominos, sustinet communior, ac verior opinio.

25 Ex quo deducitur hæc clericorum bona publicari in ijs locis, in quibus vsu legitimo est inductũ (vt in regno hoc Castellæ, & aliquibus alijs) vt de his valeant libere testari, & in ea succedãt quicumq; hæredes, ac in alia patrimonialia clericorum bona. Et ita docent *Simãcas de cathol. instit. tit. 9. n. 90. Peña nu. praced. relatus Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 169. c. 2. n. 19. vers. 9. Azor t. 1. instit. moral. li. 8. c. 12. q. 14.* Est autem prædicta consuetudo legitime præscripta in hoc Castellæ regno, vt solis Episcopis interdicta sit potestas testandi de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, & in ea succedit camera Apostolica, at reliqui beneficia qualiacumq; habentes, possunt testari de acquisitis ex beneficijs, & in ea nõ succedit Ecclesia, sed eorum heredes. Vt habetur *lib. 5. recopil. regia tit. 8. lib. 13.* & testatur *Couar.* defendens cum alijs prædictam consuetudinem *c. cum in officijs, nu. 9. de testam.*

26 Id demũ monuerim, quamuis attento iure bona clericorum publicata, sint deferenda fisco Ecclesiæ, vt cũtra alios relatis alijs probat *Couar. 2. variar. c. 9. n. 12* at vsu Castellæ obtẽtum est, vt bona clericorum, siue mobilia, siue immobilia, quę ob ipsorum hæresim publicãtur, applicentur fisco sæculari. Quam praxim testatur, & approbat *ibi Couar. alios referens.*

SVM-

S V M M A R I V M.

An publicatis hæretici absentis bonis, ob eius contumaciam sit circa illa audiendus si post annum compareat? Refertur quadam sententia, nu. 27.

Explicatur sententia Authoris, nu. 28.

An minor restituatur aduersus huius anni lapsum, vt post audiatur, quo ad bona, nu. 29.

Post num. 29. inuenies alia summaria, quæ desiderantur.

27 QVæstio III. An quando bona ob contumaciã hæretici absentis publicantur, ita elapso anno trãseat sententia in rem iudicatam, vt comparens postea nõ audiendus sit circa illa, nec ea recuperet, etsi nõ damnetur tanquam hæreticus? Quidam dicunt hunc audiendum esse, quoad bona publicata, non alíter, quã si intra annum comparuisset, sicut est audiendus circa pœnam corporalem, quamuis statua eius esset combusta, & subinde bona esse illi restituenda, si auditus non conuincatur de hæresi. Dicuntur, quia textus in *l. finali, ff. de acquirendis reis* decidens bona non restitui contumaci non comparenti intra annum, loquitur de bonis ipsi ablatis in contumaciæ pęnam: cum enim ea contumacia incurratur non comparendo intra annum, nisi ea transacto anno purgetur, probando legitimum non cõparendi impedimentum, sortitur ea pœna suum effectum: nec eo anno transacto auditur contumax suam innocentiam probare nitens, quo ea bona sibi restituãtur. At in hæresi non publicantur bona in contumaciæ pœnam, sed in ipsius hęresis supplicium, & publicatio est pœnam ipsam cõsequens. Non ergo trãsibit, quoad hanc bonorum publicationem, sententia illa in rẽ iudicatam, sed quocunque tempore contumax compareat, erit audiendus, illaque sibi restituentur, hæresi nõ probata. Et ita docet *Scaccia de iudicijs lib. 1. c. 98. nu. 34.*

28 At dicẽdum est eum nequaquam illa recuperaturũ, nisi postea comparens innocentiam suam planè ostenderit, aut iustum impedimentum non comparendi intra annum. Probatur ex *l. finali, ff. de requirendis reis*, ibi: *Mandatis cauetur intra annum requirendorum bona obsignari, vt si redierint, & se purgauerint, rem suã integrã habeant. Si neque redierint, neque qui se defendãt, habuerint, tunc post annum bona in fiscum cogantur.* Et hãc partem apertè probat *lex regia 3. ti. 10. li. 4. recopil.* ibi: *Y passado el dicho año, no si auiendo dentro del presentado, ni prendido el tal acusado, se execute luego la sentencia en las penas de dineros, e de bienes, assien las que se aplicaren a la nuestra camara y fisco, como en las que se aplicaren a la parte, y no pueda en quanto a ellas ser odio, aunque passado al dicho año se presente.* Et ideo sic tradunt *Simancas de Cath. instit. tit. 2. in fi. Peña in directorio Inquisit. 3 p. commentario 49. col. 3. vers. aduenientes. Flaminius Cartarius de exequutione sententia contumacialis, c. 1. nu. 278.*

29 At minor potest beneficio restitutionis in integrum implorato, restitui aduersus huius anni lapsum, vt etiã quoad pœnas pecuniarias audiatur. Vt latè probãt soluentes contraria, *Boerius decisione 63. per totam, Olanus in concordia iuris, litera A. numero 12. Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 6. §. 1. a numero 24. Azebedo lib. 4. recopil. tit. 10. lib. 3. a num. 6. Guttierez quæst. practicis, lib. 3. quæstio 34. a nu. 7.* Quamuis minus bene hanc restitutionem negent *Auendaño responso 15. nu. 7.* & *Villalobos in antinomia iuris, litera A, a num. 7.*

S V M M A R I V M.

An quando bona hæreticorum sunt in alio territorio, claudãtur in confiscatione iudicis diuersi territorij nu. 30.

Quando dicatur fieri confiscatio iure communi, & quando speciali, num. 31.

Quando fit iure speciali, an veniat in confiscatione facta à iudice diuersi territorij, nu. 32.

Quis iudex debeat confiscationem exequi, quando bona sunt in diuersis territorijs, nu. 33.

Quando sunt diuersi fisci, ad quem pertineant bona, nu. 34.

30 QVæstio vltima. An bona hæreticorum sita in alio territorio, quam iudicis confiscantis, publicentur; & ad quem fiscum ea bona pertineãt, qñ sunt diuersi fisci? Communis sententia sic distinguit. Aut fit confiscatio iure communi, aut speciali; quando fit priori modo, extenditur confiscatio ad bona etiam extra territorium sita. Ita *Bart. l. Cunctos populos nu. 51. versi. In secundo casu, C. de summa Trinit. & allegatis Ioanne Andrea, & Alberico Nellus de bannitis 1. par. secundi tẽporis quæst. 17. & allegatis Angelo, Gygante Conrado Capola, Romano, Ploto, Zephalo, Farinacius in sua practica, in noua editione, tomo 1. parte 1 tit. de delictis, & pœnis, quæst. 25. num. 100. Claperius in decisionibus, seu centurijs causarum fiscalium, causa 41. quæst. vnic. num. 3. & alios allegans Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 138. Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, nu. 62. Iulius Clarus in practica, lib. 5. quæst. 78. nu. 27.*

31 Dicitur autem iure communi fieri publicatio, non quod in vtroque territorio vigeat eadem lex à diuersis principibus lata, sed quando lata est à superiori, vtriusque territorij, vt in crimine hæresis; & ideo fiscus capiet illa bona, vbique sita sint. Quippe ea sententia ius facit apud omnes. Sic relatis *Ioanne Andrea, & alijs*, tenet *Peregrinus eodem nu. 138.*

32 Quando vero cõfiscatio fit iure speciali seu municipali, varios casus distinguũt Doctores. Cõsulantur *Farinac. ea. q. 25. à n. 94. vsque ad 100. Peregrinus eodem tit. 1. a nu. 134. Bossius à nu. 62. Iulius Clarus dicto. nu. 27.*

23 Quod si q̃ras, quis iudex confiscationem exequuturus sit? Dic quando bona sunt in eodem iudicis confiscantis territorio, psuminet exequuturũ; quando autẽ sunt in alieno territorio quamuis sententia publicationis ferẽda sit à iudice territorij, in quo delictũ est commissum, apprehensionem tamen bonorum, ac subinde confiscationis exequutionem debere fieri à iudice loci, vbi bona sunt sita. Vt tradunt Doctores per illũ textum *l. A diuo Pio. §. 1 ff. de re iudic. & argumento textus, l. Cũ vnus, §. finali. ff. de bonis auth. iudic. possidendis.* Requisito iudice illius territorij, per iudicem, qui sentẽtiam tulit. Ita *Bossius eodem tit. de bonorum publicatione, nu. 62. Peregrinus eodem tit. 1. numero 134. Farinacius eadem quæst. 25. nu. 95.* dicens nullum contradicere.

34 Atque vbi diuersi sunt fisci, quælibet bona pertinent ad fiscũ, vbi sunt sita, *l. Quicunque, §. Vniuersi, vers. Quod si fecerint*, ibi: *In cuius territorio est, C. de hæreticis.* Ita alios allegans, & dicens communem, cõtra alios, quos ibi refert *Farinacius ea. quæst. 23. nu. 101. & Iulius Clarus dict. 78. nu. 27.* Et vterque cum alijs limitat, dummodo dominus secundi territorij habeat etiã ius confiscandi. Sublimitant etiam *Farinacius, nu. 108. & Peregrinus eodem tit. 1. nu. 141.* vt bona pertineant ad fiscum loci, in quo sita sunt, qñ sunt immobilia: nam quando sunt mobilia, pertinent semper ad fiscum loci, in quo fit confiscatio. Quod mobilia concernant personã damnati, nec territorio adhæreant, & circumscribantur.

C A P V T XXI.

Quando ob delictum bona non publicantur ipso iure, sed per sententiam publicanda sunt, qualiter valeant alienationes interim factæ, ita vt nec lata sententia integrum sit fisco eas reuocare.

S V M M A R I V M.

Proponitur textus, l. Post contractum. ff. de donat. explicandus, num. 1.

Non datur reuocatio ratione fraudis, quando nec omnia bona, nec pars publicantur, nu. 2.

Triplex est crimen nu. 3.

Potest alienatio fieri bona fide, aut in fraudem, nu. 4.

Ex quibus coniecturis fraus præsumatur, à num. 5. vsq; ad 22.

Quoties alia cõiectura capi põt, non est fraudis capienda, n. 23.

Quot huius alienationis tempora sint spectanda, nu. 24.

Reuo-

Reuocantur a fisco omnes alienationes, quouis tempore factæ in fraudem, nu. 15.
An sint ipso iure irritæ, nu. 26.
An reuocentur nulla sequuta sententia, aut ea absoluenti, n. 27.
An sequuta sententia possit fiscus apprehendere bona in fraudē alienata, & quid, quando est simulata alienatio, nu. 28.
An exigatur recipientem esse fraudis participem, nu. 29.
Quando præsumatur possessor ille particeps fraudis, nu. 30.
An alienatio facta ante delictum, non in fisci fraudem, possit reuocari num. 31.
Quid si post delictū, nondū tamen sequuta sententia fiat, n. 32.
Improbatur sñia dicens has alienationes esse reuocabiles, n. 33.
Quid si lis pendeat in contumacia delinquentis, nu. 34.
Quid si alienatio sit rei irreuocabilis, vt libertatis, nu. 35.
Quid si fiat post sententiam, siue in rem iudicatam transierit, siue ab ea sit appellatum, nu. 36.
Quid si delinquens obeat intra appellandi tempus, nu. 37.
An reuocetur tanquam attentata, an potius ratione fraudis præsumptæ? Refertur quadam sententia, nu. 38.
Explicatio sententiæ Authoris, nu. 39.
Quid si alienatio sit facta pro causa necessaria, vt alimētis, aut litium expensis, nu. 40.
An fructus illius rei alienatæ reuocet fiscus, numero 41.

1 TOta hæc quæstio versatur circa intellectum textus in *l. post contractum* 15. *ff. de donat.* ibi: *Post contractum capitale crimen donationes facta valent, constitutione Diuorum Seueri, & Antonini, nisi cōdemnatio sequuta sit.* Cui consonat *l. regia 2. tit. 4. p. 5.* ibi: *Mas si alguno fuesse acusado de yerro, maguer fuesse a tal, que siyendo prouado, deue morir por ello ó ser desterrado por siempre, dezimos, que la donation que fiziesse fasta el dia que diesse la sententia contra el, que valdria, como quier que si fuesse fecha despues de la sententia, non seria valedera.*

2 Quo quæstio hæc enodetur, debet præmitti primo, intelligi textū, quando crimen est tale, vt ob ipsum publicatio bonorū, aut partis illorum competat fisco; quādo enim crimen non est eiusmodi, nulla reuocādi actio datur fisco ratione fraudis, nec textus de eiusmodi crimine loquitur. Quod constat ex illis verbis, *l. post contractum,* ibi: *Capitale crimen* Et ita tradunt *Bar. allegato Iacobo de Arenas ea. l. post contractum in initio, & in fi. & ibi Paul. nu. 2. vers. tertius est, Montepicus nu. 6. in fi. Alciat. in initio. Hannibal in initio, Greg. Lop. l. 2. verbo Deue morir, tit. 4. p. 5. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 153.*

3 Secundo præmitto triplex esse huiusmodi criminum genus. Primum est ob quod nec crimina publicātur ipso iure, sed per sententiam, nec bonorum administratio interdicitur. Secundū est, ob quod bona non publicantur ipso iure, at interdicitur administratio a tempore commissi delicti. Tertium est, ob quod bona publicantur ipso iure. De solis ergo criminibus primi generis est præsens quæstio. De alijs autem agetur cap. seq.

4 Tertio pōt hmōi alienatio, bono animo, & syncero fieri, aut gratia fisci defraudandi, ne bonis illis fruatur.

5 Cum autem fraus tanquā delictum nō præsumatur, *l. meritò. ff. pro socio,* atq; in solo aīo consistat, ex solis cōiecturis, elicienda est. Sex aūt potissimum coniecturæ illius assignari solent. Prima est, cum delinquens alienauit oīa bona sua. Hanc tradunt *Bar. l. post contractum, n. 2. ff. de donat. & ibi Cumanus n. 3. Montepicus n. 22. Rom. n. 2. in fi. Albe. in fi. Imola n. 1. Alciat. n. 40. Bald. auth. Sed iam necesse, q. 2. C. de don. ante nup. Ang. l. si quis post hac 9. n. 3. C. de bonis proscr. & ibi Fulg. n. 7. Sali. in prin. n. 6. Dec. cons. 235. n. 2. vol. 2. Ant. Gom. to. 3. variar. c. vlt. nu. 4. casu 2. Boss. in sua pract. ti. de bonor. publicatione, nu. 45. Simancas de cath. inst. ti. 9. n. 56. Pereg. de iure fisci, l. 5. t. 1. n. 156.* Atque idem tradūt de maioris partis bonorum alienatione *Bal. Dec. Montepic. nu. 43. Alciat. Ant. Gom. Pereg. ibid.* Idem dicūt, qn̄ est donatio meliorum bonorū *Decius Ful. Cuman. Ant. Gomez, Pereg. ibid.* Idem de venditione oīum bonorum tradunt *Bart. Salic. Rom. Alciat. Imola, Montepicus nu. 35. Bossius ibid. Barbatius eddit. ad Bart. ea. l. post contractum, nu. 2. litera C. & Alex. ibi litera D.* Quod intellige, nisi venditio fieret iusto pretio, tunc enim cessaret hæc fraudis suspicio. Sic *Imola, Romanus, Montepicus n. 44. Alciat. Barbat. Alex. Bossius ibid.* Vel si paulo minori pretio fiat. Vt bene tradunt *Imola ibi, & Montepicus n. 44.* At quo tūc fraudis suspicio cesset, oportet pretiū à venditore nō occultari, sed palā esse. Ita *Romanus, Imola, Alex. Barbat. Montepicus, nu. 44. Boss. ibid.*

6 Amplia: vt autē hæc coniectura, vt verū habeat, quāuis in hac alienatione iuramentū interueniat quod iuramentū non operetur in tertij præiudiciū. Vt notatur *c. quamuis pactum de pact. in 6.* Sic *Pereg. eo. tit. 1. nu. 156.* vbi etiā citatis *Bartolo, & alijs,* ampliat, etiamsi nō vnica vice simul sed pluribus seorsum ea alienatio sit facta.

7 Verum sola hæc bonorum omniū donatio, aut alia eorū alienatio ante delictū facta, nō est sufficiens fraudis cōiectura: sed fisco aliam quoque coniecturam probare incumbit. Vt si tēpore illo haberet donās, aut alienans inimicitias capitales, ob quod est verisimile ipsum cogitasse de eo delicto cōmittendo, & timore pœnæ iacturæ bonorum ea alienasse: secus si inimicitiæ alienationē sequātur. Ita *Bar. ea l. post contractū, n. 2. & ibi Montepicus nu. 35. Salic. d. l. si quis post hac in princ. nu. 6. Ant. Gomez d. c. vlt. n. 4. post 6. casum, Bossius eo. tit. de bonor. publicatione, nu. 45. Pereg. eo. tit. 1. nu. 155. & 156. in initio.*

8 Sed quid si his inimicitijs præcedētibus alienationē, nō sequatur ea in cōtinēti, sed ex interuallo. *Bossius eo. n. 45.* ait nil referre vtrouis mō alienatio sequatur, ad hāc fraudis suspicionē capiendā. At melius distinguit *Montepicus ea. l. post contractū, nu. 36. & 37.* si inimicitiæ alienationē præcedentes durent vsq; ad delicti tēpus, capietur eadē fraudis præsumptio, secus si iam cessarāt. Quia cū effectus sit ex sua causa spectandus, *l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio* & causa præsumendæ fraudis sint eę inimicitiæ, illis solis durantib. durabit hæc præsumptio.

9 Secūda fraudis cōiectura est, quādo donatio, vel venditio fit cōiunctæ personę. Quippe præsumitur delinquētē velle potius in coniunctū, quā in extraneum, hęc bona transferri, & sic id facere, ne ad fiscum perueniāt. Sic *Bar. ea. l. post contractū, n. 3. Cumanus n. 3. Rom. n. 4. Montepicus nu. 45. Dec. eod. consi. 235. nu. 2. Ant. Gomez eo. cap. vlt. nu. 4. casu 2. Bossius eo. tit. de bonorū publicatione, n. 46. Mascardus de probat. conclus. 815. n. 10. Peregrinus eod. ti. 1. n. 169.* vbi idem dicit cū *Montepico, & Alciat. nu. 42.* quādo ea alienatio fieret in amicum, addit tamen, modo nō sit vulgaris amicitia, & in hoc plurimum versari iudicis arbitrium. Et *Alciatus nu. 41.* limitat id in venditione, aut in alio cōtractu oneroso, vt tunc temporis habeat verum, quādo agitur de rebus, quas creditur probabiliter cōiunctos illos nosse: quod secus contingit cōmuniter in delictis Nam qn̄ non pręsumitur eos nosse, vt contractus onerosus quasi cum extraneo celebratus.

10 Ampliaturque hæc cōiectura, quamuis non sit donatio omnium, vel maioris partis bonorū, sed rei particularis. Vt bene tradunt *Bar. Rom. Cumanus, Salicet. Montepicus nu. 45 Alciatus, Bossius, nu. 47. Anto Gomez, Peregr. ibid.* Quia coniectura hæc non ex bonorum quātitate sed ex cōiunctione desumitur: & ideo ad eam capiendam sola coniunctio spectatur.

11 Sicut autē diximus in præcedenti coniectura, eā non sufficere ad fraudem probandam, ita de hac dicendum est, oportere quoq; probari intercessisse inimicitias capitales tpe illius alienationis. Quia cum ratio cōiūctionis sæpe inducat ad donādū, & possit tunc alia coniectura, quam fraudis capi, nō est fraus pręsumenda. *Sic Bar. ea. l. post contractum, nu. 3. Imola ibi. nu. 1. in fi. & 2. Montepicus, nu. 46. Salic. d. l. si quis post hac in princ. nu. 6. Dec. eod. consi. 235. n. 3. Ant. Gomez eo. nu. 4. post 6. casum, Boss. cōsi. 46. Pereg. eo. nu. 169 Mascard. ea. concl. 815. nu. 12.*

12 Tertia fraudis coniectura est, quando post alienationem reperitur delinquens possidere, & fructus rei alienatę percipere, quāuis per clausulam constituti, vel aliū

actum

actum fictum, exprimat se in alterum trãsferre possessioné, & nomine illius possidere. Quia vt præsumptio fraudis cesset, exigitur traditio vera, & corporalis. Ita *Bart. ea. l. post contractum, nu. 4. & ibi Alber. num. 6. Rom. nu. 5. Alciatus nu. 44. & 45. Montepicus, num. 47. Decius eod. consi. 235. nu. 2. Ant. Gomez eo. cap. vlt. nu. 4. in 3. casu Bossius eod. tit. de bonorum publicatione, nu. 48. Peregrinus eod. tit. 1. num. 60. Simancas de Cathol. instit. ti. 9. num. 56. Mascardus ea. conclus. 815. nu. 48. & duplici sequenti.*

13 Quin imò in hoc casu nõ præsumitur in solam fraudé alienatio facta, sed simulata. Vt cum aliis bene tradunt *Boss. & Pereg. ibid.* Atq; optimè ait *Bossius*, esse latũ discrimen, si solum in fraudem dicatur fieri, an potius simulata. Quia in priori casu, cũ alienatio valeat mero iure (vt dicemus nu. 26.) nequibit ab ipso alienãti euadente incolumi reuocari. At cum in posteriori non valeat, põt vtique. Aliud etiam discrimen traditur nu. 28.

14 Hæc auté coniectura cessat, quando alienans reseruasset sibi illius rei vsumfructum. Quia tũc præsumitur retenta possessio ratione sui vsusfructus recipiendi. Ita *Montepicus ibi. nu. 47. Alciatus, n. 44. Pereg. nu. 160. Mascardus, n. 55.* Quod bene intelligunt *Mõtepicus, & Alciatus ibid.* quando venditor haberet pretiũ solius proprietatis, tunc enim retinendo possessionem, & percipiendo fructus nõ esset simulationis, aut fraudis indicium: secus si integrum vtriusque pretium percepisset. Nec enim præsumi valet, nuda proprietate contentum esse, qui plenum vtriusque pretium soluit.

15 Cessabit similiter hæc præsumptio, quando emptor obiisset relicto hærede minori, aut minus sagace. Quod præsumeretur retenta possessio ob hæredis imbecillitatem. Ita *Bartolus Alciatus nu. 46. Montepicus, Mascardus, nu. 53. Pereg. ibid.* Atque idem dicit *Alciatus* quando breui spatio mansit proprietas apud alienantem.

16 Et sicut diximus duplicem coniecturam præcedentem non sufficere absque alio adminiculo: ita nec hãc solam satis esse dicendum est, nisi alia coniectura probetur, vt præcessisse inimicitias. Hoc est contra *Montepicum ea. l. post contractum, nu. 49.* dicentem fortè hanc coniecturam satis esse. At eam non satis esse tradunt *Salicetus d. l. si quis post hac, in principio, nu. 6. Antonius Gomez d. cap. vlt. nu. 4. post 6. casum. Peregrinus d. tit. 1. nu. 160. in fi. Mascardus, nu. 51.*

17 Quarta fraudis cõiectura est, si ea alienatio sit clãdestina. Sic *Bar. ea. l. post contractum, nu. 7. Rom. nu. 7. Imola nu. 3. Cumanus, n. 3. Montepicus, n. 54. Alciatus, n. 47. Salicetus eodem, n. 6. Decius eodem, nu. 2. Bossius eodem tit. de bonorum publicatione, nu. 51. Antonius Gomez eodem cap. vlt. nu. 4. in casu 4. Peregrinus eodem tit. 1. num. 162. Mascardus eadem conclusione 815. nu. 53.* Sed nec hæc sola satis est, sed alia quoq; cõiectura est necessario ad fraudem probandam, vt præcessisse inimicitias. Quippè ob alios fines potest clam fieri. Ita *Bart. Salicet. Montepicus, nu. 55. Alciatus, nu. 48. Boss. Pereg. Ant. Gomez post 6. casum, Mascardus, nu. 53.*

18 Quinta coniectura est, qñ facta alienatione sequitur in continenti delictum. Quia ex actuum propinquitate fraus pſumitur, *l. si vẽtri, §. fi. ff. de priuileg. cred. ibi: Si modo nõ post aliquod interuallũ id factũ sit.* Sic *Bart. ead. post contractũ, nu. 8. Cuman. n. 3. Alciatus, nu. 52. Montepicus, nu. 56. Decius eodem consi. 132. nu. 2. Baldus auth. Sed cum necesse, q. 2. C. de donat. ante nupt. Cynus l. si quis posthac 9. nu. 3. q. 2. C. de bonis damnat. & ibi Ang. nu. 3. Fulg. nu. 7. Albericus, n. 5. & 6. Salicet. in princ. nu. 6. Bossius eo. tit. de bonorum publicatione, num. 51. Pereg. eod. tit. 1. 163. Ant. Gomez eo. c. vlt. n. 4. casu 5. Simancas de cath. inst. ti. 9. nu. 56. Mascard. ea. cõcl. 815. n. 34.* Relinquitur aũt arbitrio iudicis, qñ dicatur delictum fieri in continẽti. Vt bene tradunt *Decius eod. n. 2. Montepicus, nu. 62. Alciat. nu. 53. Pereg. n. 163.* Sed neq; hęc sola cõiectura satis est, nisi rixæ, aut inimicitiæ præcedãt. Ita *Salicetus eod. n. 6. Mõtepicus eod. nu. 56. Ant. Gomez eod. c. vlt. nu. 4. post 6. casum Bossius eod. n. 51. Pereg. eod. nu. 163.* Immo pſumptio efficaciter operabitur, quamuis inimicitiæ non præcessent, nisi casus postea sequutus tam inopinatus sit, vt ex se indicet illum alienationis tempore præuisum nõ esse. Vt si ex inopinata rixa postea cõtingenti accidat. Sic *Bart. ea. l. Post contractum, nu. 8. Montepicus eo. nu. 56.*

19 Sed aduersus hãc coniecturã nõ leuis est difficultas; q̃a (vt videbimus nu. 32. & 33.) alienationes factæ post delictum vsq. ad sñiam, ita valent, vt non reuocari valeãt; cũ tamẽ factæ in fraudẽ reuocẽtur. Ergo non præsumitur fraus ex alienatione post delictũ cõmissum facta; & p̃inde à fortiori, nec ex facta ante delictũ, quãuis in continenti delictum sequatur. Respondetur tunc tẽporis non pſumi fraudẽ ex alienatione post crimen facta quãdo ita occultũ fuit, vt delinquens nõ habuerit verisimilẽ incurrẽdæ pœnæ metũ: secus si nõ ita occultũ fuerit, vt si in delicto deprehensus est. Atq; latũ discrimẽ est, quando proxime ante delictum alienatio fit, aut quãdo post: nã priori casu, etsi delictũ postea occulte fiat, potuit delinquẽs iure optimo timere pęnam, ac eius timore duci ad bona alienanda; eo quod incertus esset, an ita occultũ foret delictũ, ac ipse putabat. At posteriori casu, cum iam viderit delictum fuisse occultũ, nec in illo se deprehensum, non est cur præsumendum sit, illũ timore pęnę alienasse. Sic respondẽt *Montepicus l. Post cõtractum 15. n. 61. ff. de dona. & ibi Alciatus, n. 56.*

20 Hinc deducitur esse minus verũ, quod aliqui tradũt, nẽpe, alienationem factã post delicti accusationẽ præsumi semper in dubio fraduleutã. Hi sũt *Cynus l. Si quis posthac 9. n. 2. q. 1. C. de bonis damnat. & ibi Fulgosius, n. 5. Salicetus in princip. n. 8. & 9. Albericus d. l. Post cõtractũ, n. 3. ad fi.* Hoc (inquam) est minus verum, quia (vt videbimus n. 33.) alienatio post litis cõtestationem facta, dũmõ sententia nõ sit sequuta, valet irreuocabiliter, quod vtique falsum esset, si præsumeretur in dubio fraudulẽta. Quare dicendum est, vt tunc præsumatur fraudulenta, oportere delictũ ita manifestũ esse, vt merito delinquẽs timere possit fore, vt probetur, & sic dãnetur. Qđ optime tradũt *Ang. d. l. Si quis posthac, nu. 3. Montepicus ea. l. Post contractum, n. 84. Decius cons. 235. nu. 4. vol. 2.*

21 Vltima cõiectura est. Quando alienatio facta est sub conditione, si contingat bona ob alienãtis delictum publicari. Cũ enim valor suspendatur vsque ad eum euentum, est manifesta fraus, ne ad fiscũ bona perueniãt. Et ideo hanc coniecturam tradunt *Bart. ea. l. Post cõtractũ, n. 9. Alciatus, n. 63. Cumanus, n. 3. Decius eo cõsi. 235. n. 2. Ant. Gomez dicto c. vltimo, nu. 4. casu 6. & omnes.*

22 Cum autem in his sex casibus enumeratis nõ sit certa fraus, sed ex cõiecturis deducatur, cessabit eius præsumptio: quoties ex causa necessitatis fit alienatio. Hæc enĩ potius ex ea causa, quã fraudis fieri pręsumitur. Vt si fiat pro collocãdis filiis, & filiabus in matrimonium, pro remunerandis beneficiis. Ita *Angel. d. l. Si quis post hac n. 3. Fulg. ibi n. 5. et 6. Mõtepic. d. l. Post contractũ, n. 10 Dec. d. 235. n. 4. Pereg. de iure fisci, l. 5. tit. 1. n. 58. in fi. Bossius in sua pract. tit. de bonorũ publicatione, n. 145. in fi.* additq; bene idẽ esse dicendũ, etsi sit omniũ bonorũ alienatio.

23 Immo quoties ex circũstantiis concurrentibus potest alia præsumptio quã fraudis capi, ea est capiẽda, ne delictum præsumatur. *l. Quoties, §. Qui dolo, ff. de preb. l. Merito, ff. pro socio.* Et fatentur omnes.

24 Tandem præmittendum est, quinque tẽpora spectanda esse in quibus hæc alienatio potest fieri. Primum est, ante delictũ. Secundum post delictũ, ante illius accusationẽ. Tertiũ, post illius accusationẽ, ante litis contestationem. Quartũ, post litis cõtestationem, ante tñ iudicis sententiam. Vltimum post illius sententiam. Sic cõsiderant Doctores allegati in *d. l. Post contractũ.* Cæterũ quia ferè oẽs idem dicunt in secundo, tertio & quarto tẽpore, possunt illa tria reduci ad vnũ, & sic tria tẽpora sunt spectãda. Primum est, ante delictũ. Secũdum, post illud, vsque ad iudicis sententiam. Vltimum post sententiam.

His

minantem, non reuocabuntur tñ fructus ante sententiam, ab illarũ possessoribus percepti. Quia cũ alienatio valuerit, ac verum dominium in possessorem trãsierit, nec fiscus ante ius aliquod acquisierit in rem alienatam, possessor acquiret fructus. Id enim est discrimen inter bona, quę publicantur ipso iure, & quæ per solam sententiam: vt in priori casu publicetur res cum fructibus à die criminis perceptis, eo modo quo explicabimus c. 23. In posteriori autẽ soli fructus post sententiã percepti publicabuntur. Atque ita tradunt *Card. Clem. Constitutionem. §. Ceterum, ad finem, de elect. Angelus de maleficijs. verb. Et eius bona publicamus, nu. 24. Felinus c. de quarta, nu 31. vers. Nihilominus, de prascr. & c. Rodulphus n. 38. limitatione 3. de rescr. Gulielmus Benedictus c. Raynutius, verbo. Et vxorem, decisione 5. nu. 176. de testam. Montepicus d. l. post contractum, nu. 104. et ibi Hannibal nu. 358. Ludouicus Gomez c. 1. n. 9. de rescrip. n. 9. Couar. 4. Decret. 2 p. c. 6. §. 8. nu. 6. in fine, & n. 7. Pereg. de iure fisc. l. 5. to. 1. nu. 174.* Quod quidem limitatur, quãdo bona alicuius publicantur ob sententiam, secus autem quando bona fiscus aufert alicui, tanquam indigno: tunc enim aufert cum omnibus fructib. perceptis. Ita *allegato Salicero* tenet *Peregrinus ibi.* Item limitandum est, nisi tempore sententiæ confiscantis, sint fructus pendẽtes. Quia tunc tanquam pars fundi, confiscantur cum ipso. Sic *Montepicus ibi. nu. 102. Peregrinus ibidem.*

CAPVT XXII.

Qualiter hæreticus, & alij, quorum bona publicantur ipso iure, perdat eorum dominium à tempore criminis: & ea sint ante sententiam fisco restituenda; & alienãdo peccent, nec valeant alienationes, etiam quando non ipso iure publicantur, at est interdicta administratio, & qualiter fiscus teneatur creditoribus.

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio disputanda sit, nu. 1.
An hæretici, & alij, quorũ bona publicantur ipso iure, amittat eorum dominium, idque in fiscum transeat? Refertur sententia, num 2.
Explicatio sententia Authoris, nu. 3. & 4.
Soluuntur argumenta, nu. 5.
Post nu. 5. inuenientur alia summaria.

1 QVadruplex est quæstio disputãda. Prima, de amissione dominij. Secunda, de restituendi obligatione. Tertia, de prohibitione alienationis, & eius valore. Vltima, de obligatione fisci erga creditores, quorum bona publicantur.

2 Quæstio prima. An hæretici. & alij quorũ bona ipso iure publicantur, amittant bonorum suorũ dominiũ à die commissi criminis, idque in fiscum trãseat? Duplex est sententia. Prior ait id à die comissi criminis deperdi, ac in fiscum trãsferri. Ducitur primo, quod rei vendicatio soli domino cõpetat. *l. in rem. ff. de re. vend.* At inducta publicatione bonorũ, datur post sentẽtiam criminis declaratoriã vindicatio bonorum delinquentis fisco à die cõmissi criminis: vt in crimine læsæ maiestatis deducitur ex *l. finali, ff. ad leg. Iuliam maiestatis*, ibi: *Extinguitur crimen mortalitate, nisi quis forte maiestatis crimine reus fuerit. Nam nisi hoc crimen à successoribus purgetur, hæreditas fisco vindicatur.* Secundo ex *l. regia 4. tit. secunde parte 7.* ibi: *Camaguer fuesso en tenencia delos bienes perdido auiaya el señorio por sumaldad, e era ya de camara del Rey.* Tertio quia sequuta sententia huiusmodi criminum declaratoria, rescindũtur omnes alienationes cum fructib. inde perceptis à possessore quod vtique fieri non posset, nisi delinquens perdidisset dominium à die criminis, idque esset fisci. Et ideo hãc huius rescissionis rationem tradidit *l. regia in 2. argumento allata.* Quarto probatur ex *c. cum secundũ leges, de hæret. in 6.* ibi: *Bona hæreticorũ ipso iure decernimus cõfiscata, cõfiscationis tñ huiusmodi executio, vel bonorũ ipsorum occupatio, fieri non dẽt per principes, aut alios dominos tẽpales, antequã per epm loci, vel aliã personam Ecclesiasticã, quæ super hoc habeat ptãtem, sñia super eodẽ crimine fuerit promulgata.* Vbi aperte per priora illa verba, *sint ipso iure cõfiscata*, denotatur perdi dñium ab hęretico, & id trãsire in fiscum. Nil. n. aliud significat bona esse ipso iure confiscata, quam ipsius iuris potestate nulla expectata iudicis sñia, esse fisco applicata. Si. n. hæreticus maneret adhuc dominus, non dicerentur ipso iure confiscata, sed cõfiscanda per sententiam. Et cõfirmatur, quia pontifex *c. c. cum secũdum leges*, pręmiserat iure ciuili publicari bona ob incestas nuptias, & deferẽtes arma Saracenis, & omnes hos perdere dominium bonorũ suorum, & inde arguit, vt multo fortius id in hæresi cõtingat, & bona hæretici sint ipso iure cõfiscata. Ergo aperte sentit hęreticos perdere dominium. Et secũdo cõfirmatur, quia si dominium apud hæreticos maneret, frustraneum esset addere, nõ posse ea bona à fisco auferri ante sñiam. Quia manifestum est, dum dominiũ alicuius rei retinetur non posse eã domino auferri, donec per sñiam priuetur. Tãdem, quia cum priuatio huius dominij sit pęna priuatiua, ac nulla delinquẽtis actione, indigens, incurritur ante omnẽ iudicis sñiam Et ideo hanc sustinẽt *Bar. l. Imperator 43. in fi. ff. de iure fisci, & l. si debitor. 7. in fi. ff. quæ in fraud. cred. et l. post cõtractũ 15. n. 12. ff. de don. Abb. c. delicti nu. 12. de arbitris. Arch. ca. Felicis, nu. 13. de pęnis, in 6. & ibi Io. And. nu. 4. Dominicus ibi in prin. n. 8. Francus ibi §, Nullus nu. 3. Anch. c. cum sedm leges, ante n. 1. de hæret. in 6. & c. si. nu. 2. notab. 6. de prascr. in 6. Fel. c. Rodulphus n. 38. limit. 3. de rescrip. et c. fi. statim in princ. de hæret. Salic. l. si quis posthac 9 in princip. nu. 6. in fi. C. de bonis damnat. Angelus de maleficijs verbo. Et eius bona publicamus, n. 15. Montepicus ea. l. post. contractum, nu. 69. et ibi Hannibal n. 222. Alciat. n. u. 18. Rosella in sum. ver. assassinus n. 1 & ibi Tabiena q. vnica, n. 4. & ver. Hæreticus, q. 4. nu. 5. Castro l. 2. de lege pœnali c. 10. paulo ante primam rõnem, & li. 2. de iust. hæret. punitione, c. 6. in initio, Repert. inquisit. verbo bona hæreticorum, in initio, & ver. dominiũ. in initio. Conrad. de contractib. tract. 1. q. 7. concl. 2. et 3. Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 3. in fi. Metina de restit. q. 1. §. post. rer. dom. ver. ad propositum ergo, Greg. Lop. l. 4. ver. Non deue valer. to. 2. p. 7. Rol. consi. 8. n. 7. & consi. 63. n. 75. vol. 3. Couar. 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 8. in fi. & 9. Ant. Gom. to. 3. var. c. 2. n. 3. vers. vnum tamẽ est, & n. 4. Tello l. 4. Tauri n. 44. ver. primum quod Boss. in sua pract. tit. de bonor. publicatione n. 26. Pereg. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 166. Menoch. consilio 186. nu. 8. vol. 2. Bursat. consi. 7. nu. 30. vol. 1. Surdus de alimentis tit. 9. q. 32. num. 5. & tit. 8. priuilegio 59. num. 7. & 8. Meros de maioratu in priori editione par. 4. quæst. 23. nu. 66. Cãtera in suis quæstionibus criminalibus, tit. ac quæstionibus tangentib. punitionem delictorum, cap. 1. n. 16. Farinacius in sua pract. in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 13. Quesada in suis quæst. fiscalib. q. 7. ad finem, Gail tractatu de pace publica, li. 1. c. 19. num. 18. Valentia 1. 2. disput. 7. q. 5. puncto 6. q. 3. colum. 16. versiculo Ex quo deinde, & 2. 2. disp. 1. quæst. 12. puncto 2. ad finem. Leonard lib. 2. de iusti. c. 29. dub. 8. num. 64. Sayr. in claui regia lib. 3. c. 9. num. 30. Aragon 2. 2. q. 11. artic. 3. fol. 344. col. 2. in fi. §. iam dicendum nobis erit. Salon 2. 2. q. 62. ar. 3. controu. 1. post 3. conclusionem paulo ante solutionem ad argumenta. Azor tomo 1. instit. moralium, lib. 5. cap. 7. q. 2. & l. 8. cap. 12. quæstione 2.* Quæ sententia est valde probabilis, & eam etiam tenet *Paramus de origine inquisitionis, li. 3. q. 9. num. 198.*

3 posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait omnes hos retinere rerum suarum dominium, donec per sententiam declarẽtur. Probatur primo ex *l. quæsitũ est 15. ff qui & à quib.* ibi: *Quęsitũ est an is, qui maiestatis crimine reus factus est, manumittere possit: qm ante*

dam-

damnationem dominus est. Secundo, quia nullibi deciditur, reos horum criminũ priuari statim dominio bonorum, & hac pœna plecti: & rescissio cõtractuũ à die criminis facienda post sñiam, potest optime defendi concesso hoc dominio, vt constabit ex argumentorum solutione: Ergo nullius momenti est hæc dominij priuatio, & ideo non est cur eam imponamus. Quamobrem hanc sustinent *Archidiaconus, c. cum secundum leges, nu. 6. de hæreticis, in 6. Victoria relectione priori de Indis insulanis, n. 14. Simancas de cathol. instit. tit. 9. n. 173. 187 & à nu. 229. vsq; ad 234. Corduba in suo quæstionario, l. 1. q. 36. in fi. Bartholom. à Medina 1. 2. q. 96. art. 4. in solutione ad 3. Bañes* dicens esse communem *Thomistarũ 2. 2. q. 12. art. 2. dubio unico, circa solutionem ad 3. principales, cõcl. vltima. Ludou. Lop. 1. p. instruct. conscien. c. 112. cõclus. 4. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 170. toto c. 2. Molina to. 1. de iust. Disp. 95. col. 1. vers. Dubium uero est vtrum. Manuel 1. to. summæ, in 2. editione, c. 1 0. n. 2. Henriquez li. 3. de excommun. c. 56. n. 2. paulo ante fi. Stephanus de Auila de cẽsuris 1. p. dubio 7. colum. 3.* Atq; posse vtramq; sententiam defendi, tradit *Sotus l. 1. de iustit. q. 6 art. 6. post 4. conclus.*

4 Quamuis autem fiscus nõ comparet dominium verum illorum bonorum ante sententiam, sed illud apud delinquentem maneat, at secundum quid delinquẽs amittit dominium, nempe in debito, & sub conditione, proferatur sentẽtia sicut nec bona amittit, nisi hoc modo: & sic secundum quid comparat illud fiscus. Sæpe enim dominus alicuius rei dici solent, qui habet ius ad rem consequendam. Qui enim actionem ad rem recuperandã habet, rẽ ipsam habere videtur, *l. qui actionem, ff. de regul. iur.* Ita docent *Simancas eo. tit. 9. nu. 241. Molina nu. præced. relatus.*

5 Ad argumenta prioris sententiæ relata nu. 2. respondetur. Ad primum dic eam nõ esse proprie vindicationem, sed ita appellari, quia quodammodo, & secũdum quid comparat fiscus illorum bonorum dominium. Vt num. præcedenti explicuimus. Ad secundum dic, illam legem regiam intelligi de dominio secundum quid, & imperfecto. Vel potest responderi cũ *Vasquez 1. 2. q 96. art. 5. disp. 170. c. 4. n. 24.* illam legem non imponere pœnam reis lęsæ maiestatis, vt bonorum dominium amittant, sed solius rescissionis contractum à die patrati criminis pœnam statuit: rationẽ aũt huius reddit, quia ex tunc amittunt dominium: quare in ea ratione reddenda non habet vim legis, sed author illius sequutus est priorem sententiam. Ad tertium dic non esse eam eiusmodi rescissionis rationem, sed quia à tempore cõmissi delicti sunt bona cum fructibus fisco obligata. Vt latius explicabimus nu. 33. Ad quartũ dic bona hæreticorum esse ipso iure à die patrati criminis publicata, nil aliud esse, quã ex tunc esse ipso iure fisco obligata, ita vt lata sententia retrotrahatur confiscatio ad illam diẽ. Quod quidem non tollit hæreticũ manere interim bonorum suorum dominum. Ad priorem confirmationem dic intelligi eas leges, idq; decretum Pontificium de dominio, secundum quid, & imperfecto, quod ad fiscũ transire diximus numero præcedenti. Ad posteriorem dic non esse frustraneũ id additum: tum quia non constat sed sub iudice est an amittatur dominium: tum ẽt ne fiscus existimaret sibi integrum esse ea bona vsurpare, tãquam ipso iure confiscata. Ad vltimũ dic eam doctrinã tradentem pœnas priuatiuas nulla exequutione indigentes incurri ante iudicis sententiã non esse veram semper. Vt probani lib. 9. de matrimon. dispnt. 30. nu. 2. Insuper quãuis semper esset vera, at hęc dominij priuatio non est huiusmodi: nam quamuis secũdum se nõ indigeat exequutione, at quia illam consequitur bona illa esse fisco deferẽda, iam exposceret exequutionem.

S V M M A R I V M.

An hæretici, & alij, quorũ bona publicantur ipso iure, teneantur ante iudicis sententiam restituere, bona fisco? Refertur quædam sententia, num. 6.

Explicatur sententia authoris, num. 7.

An lata sententia teneantur bona offerre fisco, antequam ab ipsis exigantur, nu. 8.

Quid iudice præcipiente in sententia bona reddi fisco, & quãdo id præcipi soleat, nu. 9.

Quid si hæreticus post sententiam non occultet bona, nec interrogatus neget, sed fisci incursa non capiantur, nu. 10.

Quid si ea occultet, num. 11.

An idem dicendum sit de hæreticorum successoribus, vel alio modo bona eorum possidentibus, nu. 12.

Quid si ea bona iam non extent apud illos possessores, nu. 13.

An si delictum sit notorium, teneantur hi in foro conscientiæ bona fisco tradere, ante quam sententia accedat? Refertur quædam sententia, nu. 14.

Explicatur sententia Authoris num. 15.

An sufficiat ad hoc delinquentẽ fassum esse suum crimẽ, n. 16.

An fiscus vsurpans bona hæretici notorij, nondum lata sententia, teneatur restituere? Refertur quædam sententia, nu. 17.

Declaratur sententia Authoris, nu. 18.

An dicente decreto bona confiscari ipso iure, absque alia declaratione, sit opus sententia? Refertur opinio, num. 19.

Explicatur quid author sentiat, num. 20.

An si rogati in iudicio crimen negent, teneantur bona fisco restituere? Refertur opinio, nu. 21.

Proponitur sententia Authoris, nu. 22.

Quid si iniustè appellarunt, & sententia rescindatur, nu. 23.

An liceat tunc fisco via compensationis eripere ea bona, n. 24.

An negans teneatur restituere petentis rescissionem iudi, aut alterius contractus, nu. 25.

Verba ipso iure, vel ipso facto, quid operentur, nu. 26.

An exigatur tunc sententia condemnante, an potius sat sit declarante delictum, nu. 27.

An efficiant posse procedi contra hæredes delinquentis, nu. 28.

Quid distet inter pœnam ipso iure incursam, & incurrendam per sententiam, quoad fructus, nu. 29.

Satisfit argumentis, numero 30.

Post num. 30. inuenies alia summaria.

6 QVæstio secunda. An hæretici, & alij, quorũ bona ipso iure publicantur, teneantur nulla expectata iudicis sñia restituere fisco ea bona? Duplex est sententia. Prior sustinet eos teneri. Ducitur ex cap. 2. de præscriptio. in 6. vbi dr̃ hæredes hæretici non posse bona eius pręscribere, si hæresis conscij fuerint, quasi ex tunc in mala fide fuerint constituti. At si à restituendi obligatione liberi essent, nõ dicerentur habere malã fidem. Secundo quod lex humana potestate infligendæ pœnę obligantis ante omnẽ iudicis sñiam potiatur. Vt fatetur cõis sñia in tractatu de legibus. At nullis expressioribus verbis potest hæc obligatio significari, q̃ decernẽdo bona esse ipso iure, vel ipso facto confiscata. Et confirmatur, quia aliàs carerent prorsus effectu illa verba, ipso iure, & ipso facto. Quippe eis nõ adiectis deberetur similiter pœna post iudicis sñiam, & nõ antea. Tertio, quia à die cõmissi criminis priuatur hæreticus dominio bonorũ & transfertur in fiscũ. Ergo iniustè retinet inuito vero dño. Tandem quia aduersarij concedunt solam sñiam criminis declaratoriã sufficere, vt teneantur hi bona fisco restituere. quæ ob id solũ est proferenda, vt de crimine illo constet. At hęretico magis cõstat de suo crimine, statim ac id patrauit, quã sibi, & alijs, per eam sententiam. Quippe euidenter nouit se illud cõmisisse: cũ tñ sñia possit multis rõnibus falli. Ergo non est cur in foro conscientiæ desideretur ea sñia ad hanc restitutionem. Et ideo hanc sententiam tuẽtur *Abbas cap. Dilecti, numero duodecimo de arbitrijs, & c. 1. numero vndecimo de constitut. & ibi Alex. de Neuo, numero 52. Felynus nu. 44. & 45. & cap. Rodulphus, numero 35. limitatione 3. de rescrip. Ludouicus Gomez. capit. 1. numero 9. de rescript. in 6. Marianus Socinus senior cap. Iudæi, el 2. numero 14. de Iudæis. Gulielmus Benedictus c. Raynutius, verbo. Et vxorem, decisione 5. num. 276. de testamen. Antonius Gomez, tomo 3. variarum, c. 2. numero 3.*

in fi. Castro lib. 2. de lege pœnali per multa capita, & maxime c. 10. & 11. & li. 2. de iust. hæret. punit. c. 5. & 6. Pro eadem sententia sunt multi quos refert, & sequitur *Tiraq. l. si vnquam, verb. Reuertatur, nu. 268. in noua editione,* qui tradunt, cum quid sit ipso iure, statim esse fructus restituendos nulla sententia expectata, nec petitione, aut litis contestatione.

7 Posterior sententia (cui tanquam longe probabiliori adhæreo) sustinet minime teneri hos ante iudicis sententiā ad ea bona restituenda fisco. Quā quidem latissime tradunt *Sotus, Simancas, & Molina statim allegādi;* & ideo vna, vel altera ratione contentus ero. Est igitur ratio, quia quamuis lex humana possit pœnam imponere ipso facto soluendam in foro conscientiæ, ante iudicis sententiam: at si ea pœna esset priuatio omniū bonorū, adeo rigida est, vt nō posset lex ad eius solutionem obligare ante sniam, quippe id nimium, atq; adeo iniustū videretur. Ergo vt iusta, & proportionata sit, oportet verba illa, ipso iure, et ipso facto, ita intelligere vt aliquem alium effectum habeant, præterquā obligādi ad solutionem pœnæ ante sententiam. Secundo, quia cum lex fragilitati humanæ accommodata, & possibilis esse debeat, non est rationi consentaneū, vt ipsemet reus sit suæ pœnæ, ac grauissime exequutor sed satis est illam sibi impositam pati. Quare esto lex eo modo pœnā pecuniariam indicere posset, vt reus sit illius exequutor, nulla expectata sententia, credendum tamen est, nō sic indici, nisi manifestissimis verbis id exprimatur: qualia nō sunt, ipso iure, vel ipso facto, cū alij effectibus deseruire valeant, quos à nu. 26. explicabimus. Et ideo hanc sententiam tuentur *Decius ca. 1. in prima lectura, in noua editione post quintam conclusionem, nu. 73. de constitutione Alexand. l. si quis maior nume. 13. C. de transactione, & ibi Pallida, num. 58. Adrianus quodlibeto 6. art. 1. litera L. columna 3. Rosella in summa. verbo Assassinus, nume. 1. & ibi Tabiena q. vnica, numero 2. & 3. Syluest. ibi numero vltimo, & verbo Hæresis 1. quæstione 8. nume. 13. versic. Pro his tamen notandum. Caietanus 2. 2. quæstione 62. art. 3. in fine. Victoria relectione priori de indis insulanis, nume. 14. Sotus libro 1. de iustitia, quæstione 6. art. 6. conclus. 1. Medina de restitutione, q. 1. § Post rerum dominium, versic. Ad propositum igitur redeundo. Nauar. summa, c. 23. n. 66. Couar. 4. decret. 2. par. c. 6. § 8 nu. 10. Corduba in suo quæstionario, libro 1. quæstione 36. in 1. opinione,* quā in fine quæstionis dicit esset valde probabile, & forsan verā. *Minchaca lib. 1. de successionum progressu, in præfatione, n. 98. versic. Simillimum est, in fine, & lib. 1. controuersiarū illustrium, c. 28. num. 14. Simancas de cathol. instit. tit. 9. à numero 161. vsque ad 252. Peña in directorio Inquisitorum. 3. par. commento 158. Petrus de Couarrunias de remedio lusorum 3. p. c. 21. Anton. Gomez. to. 3. variar. c. vlt. nume. 3. Matienzo lib. 1. recopil. tit. 2. l. 2. glossa 5. nu. 4. & tit. 8. l. 6. glossa 8. nu. 8. & tit. 9. libro 10. glo. 3. num 2. & glossa 4. nu. 1. & tit. 11. l. 5. glossa 1. nu. 2. & 3. Azebedo li. 2. recopil. tit. 1. rubr. numero 24. & lib. 8. tit. 3. l. 1. n. 189. Angel. in summa, verbo Pœna, nu. 3. Cantera in suis quæst. criminalibus, tit. de quæstionibus tangentibus punitionem delictorum, c. 1. nu. 16. & 17. Molina to. 1. de iustit. disput. 63. col. 7. versic. Contrariam sententiam. Villagut de extensione legū, tit. de extensione legum pœnalium inflictarum hæreticis ad eorum filios nu. 122. Henriquez li. 13. de excommunic. ca. 36. nu. 2. paulo ante finem. Valentia 1. 2. disp. 7. q. 5. puncto 6. q. 3. col. 16. vers. Ex quo deinde, & 2. 2. disp. 1. q. 11. puncto 2. ad fin. Salon 2. 2. q. 62. art. 3. controuersia 1. post conclusionē, paulo ante solutionem argumentorum. Vasquez 1. 2. q 96. ar. 5. disp. 170. toto cap. 3. Azor to. 1. instit moral. lib. 5. ca. 7. q. 1. & 3. & l. 8. c. 12. q. 3. Bañes 2. 2. q. 12. art. 2. dubio vnic. circa solutionem ad 3. principale, in 1. conclus. Aragon 2. 2. q. 11. ar. 3. fol. 347. §. His suppositis. Sosa in expositione Motus proprij Clemet. VIII. de largitione munerum interdicta religiosis, n. 102. Sayro in claui, regia lib. 3. c. 9. n. 30. Leonardus lib, 2. de iust. c. 29. dub. 8. nu. 64. Emmanuel Sà in summa, verbo Fiscus, nu. 4. Philiarcus de offic. sacerd. to. 2. p. 2. lib. 6. c. 12. paulo post princip.*

8 Immo etiam sequuta sententia declaratoria, siue cōdemnatoria, nō tenentur hi bona offerre fisco, sed tantum tenentur non resistere, vt bona ab eis exigantur, & sententia mandetur exequutioni, quam & ipsi non tenentur aduersus se ipsos exequi. Quia sententia non cōdemnat hos, vt bona tradat, sed dat fisco ea capiēdi actionem. Durissimumque est quempiam suæ pœnæ exequutorem constituere. Sic *Adrianus quodlibeto 6. art. 1. litera L corollar. 4. Nauar. Padilla num. præcedenti relati. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. § 8. num. 10. corollar. 2. Minchaca libro 1. controuers. illustrium, c. 28. nu. 24. Simancas de catholicis institut. tit. 9. numero 184. & 209. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 8 l. 6 gl. 8. num. 8. Azebedo lib. 2. recopil. tit. 1. rubrica, nu. 24. in fine. Molina to. 1. de iustit. disp. 66. col. 3. versic Addit optime & disput. 95. col. 14. versic. ad 2. principale. Henriquez lib. 13 de excommunicat. c. 36. num. 2. in commento litera l. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 5. c. 8. q. 4. lib. 8. ca. 12. q. 4. Philiarcus de officio Sacerdotis, to. 2. par. 2. l. 6. c. 22. col. 3. vers. Sed dubium est.* Quare minus bene *Corduba in suo quæstionario, libro primo, quæstione 36. columna secunda, notabili secundo,* ait facta criminis declaratione teneri hæreticos offerre bona fisco nō petenti. Et sic venit intelligendus *Vasquez 1. 2. quæstione 96. articul. 5. disputatione 172. c. 2. nu. 11.* vbi ait delinquentes hos teneri post sententiam omnia detegere, intellige, si interrogentur.

9 Hoc tamen est temperandum, nisi iudex in sentētia præcipiat reum exequi, vt cum iudex ipsum cōdemnat ad aliquos nūmos soluendos: secus quādo ad solam pœnam damnat. Sic *Nauar. Couar. Simancas, Henriquez num. præcedenti relati Molina ea. disp. 95 in fine.* Addunt autē bene *Couar. & Molina ibidem,* iudices condēnantes ad bonorum omnium, vel partis eorum amissionē, non solitos esse damnare ad solutionem, sed simpliciter vti cōdemnatione bonorum, vel partis, ea fisco adiudicantes; at vbi fit cōdemnatio ad rationem alicuius mulctæ pecuniariæ, tunc etiam solere condemnare ad eius solutionem.

10 Hinc deducitur, si hæreticus post sententiam nō occultet bona, nec interrogatus neget, sed negligētia fisci aliqua eorum non compareāt, minime illum teneri ea restituere. Quod suum non sit ea tradere, nec nō interrogatus ea manifestare Sic *Bañes 2. 2. q. 62. art. 3. dub. 2.* Quod intelligo, nisi per edicta, vel alio modo petat fiscus ea bona. Quia id est interrogare.

11 Quod si hic occultet aliqua bona, ait *Bañes ibidem,* omnes eū ad illa restituenda obligare. Idem docet *Aragon 2. 2. q. 62. ar. 3. fol. 128. col. 2.* Sed *Azor to 1. institut. moral. lib. 5. c. 8 q. 4. in fine.* videtur sentire id esse verum, quādo fiscus edictis, vel alio modo petit; ait enim, peccare hæreticum occultando bona, quādo fiscus ea tradi sibi curat, vel repetit. Et ratio est, quia si non tenetur tradere bona, sed potest expectare, vt ab eo exigātur (vt diximus num. 8.) non est cur occultando peccet, dum non exigūntur. At bene dixere *Bañes, & Aragon* aliud .n. est occultare bona habēdo se mere negatiue, quod est non manifestare, seu non exhibere bona, quod meram negationem importat; & hoc nulla est culpa, dum fiscus non petit: aliud autem est, occultare bona positiue, quod est data opera abscōdere illa, & hoc est peccatum. Nam occultans priori modo nō impedit ius fisci, cum negatiue se habeat, nec teneatur ad positiuam manifestandi actionem, aut ad tradendum. At posteriori modo impedit id fisci ius.

12 Secundo deducitur similiter successores in ea hæreticorum bona, posse illa retinere, etiā damnatis hæreticis, dum fiscus ab eis non petit edictis publicis, aut alio modo: at eo petenti teneri restituere. Constat ex dictis triplici numero præcedenti. Atque ita docēt *Molina to. 1. de iust. disput. 66. col. 4. immediate ante 2. conclusionem,*

&

& disp.95.col.13.vers. Ad 2.principale, et Azor nu.præcedenti relatus.

13 Quod tamē intellige, si ea bona apud possessores extent, aut si non extent, recepere mala fide, nempe, conscij hæresis, alienantium. Nam si bona fide recepere & res non extet solum tenētur reddere fisco, quatenus ex eis facti sunt locupletiores, sicut de omni possessore bonæ fidei dicemus late ca sequenti Id etiam limitādum est iuxta dicenda n.73. vbi agemus de ijs, qui titulo emptionis, permutationis, aut alio simili recepere.

14 Quidam retenta hac sententia, vt fiscus non habeat ius, vt sibi hæc bona restituantur ante sententiam, limitant vt non liceat fisco ante sententiam ea occupare, vt intelligatur, nisi delictum sit notorium. Quia vt hęretici teneātur hæc bona restituere, solum exigitur sententia declarans crimen, vt de illo constet Ergo quādo crimen est adeo notorium, vt nulla tergiuersatione celari possit. hæc non est expectanda Insuper, quia euidentia criminis commissi non indiget clamore accusatoris *ca. euidentia, de accusat.* Ita tradūt *Abbas ca. cum non ab homine nu.29. de iudicijs Felinus cap.1 num.45. de constit. & c. Rodulphus, nu.37. limit.1. de rescript. Dominic. c. cum secundum leges. §. confiscationis n.2. de heret. in 6. Ludouic. Gom. c.1. nu 7. de rescrip nu 6. Castro lib.2. de lege penali, c.10. in 2. principali argumēto pro sua opinione. Villagut de extensione legum, tit. de extēsione legum penalium infictarum hæreticis ad eorum filios, n.122. Gregor. Lop. l.4. verb. El señorio, ad medium, tit.2 p.7.*

15 At nullatenus hoc est admittendum, sed dicendum est exigi adhuc iudicis sententiam. Quippe non est verum sententiam declaratoriam solū exigi, vt constet de crimine: sed exigitur, vt per iudicem, tāquam per causam particularem auditis delinquentis defensionibus, pœna legis vniuersalis applicetur huic casui, quo suum effectum sortiatur. Præterea caute dicitur *ec. c. euidētia*, nō esse opus accusatore in delicto euidenti, eo quod ipsummet se ostendat. At iudicis sententia est semper necessaria, vt aduertit *ibi gloss. finalis cōmuniter recepta*. Et ideo ita sustinent *Rosell. in summa. verb. Assasinus, n.1. & ibi Sylvest. q. vltima Tabiena q. vnica, nu.3. Sotus libro 1. de iustitia, q.6. art.6. post 3. conclusionem, vers Quapropter. Angelus verb. Pœna, nu.3. Simancas de instit. cathol. tit.9. n.165. & 166. Aragon 2.2. q.11. art.3. fol.348. col.2. in solut. ad 3. & 4. Azor to.1. instit. moral. lib.5. c.7. q 3. paulo post medium. Molina to. de iustit. disp.95. col. antepenultima, in solutione ad 2. principale. Vasquez 1.2. q.96. articulo 5. disputatione 170. c.4. nu.14. Scaccia l.1. de iudicijs, c.98. numero 10.*

16 *Azor* autem *ibidem* ait prædictam limitationem esse veram, si reus suum crimen in iudicio fassus sit. tunc. n. ait ius esse fisco vsurpādi ea bona; & refert pro se *Ioannem à Medina*. Sed falso allegatur *Medina* nec limitatio est vera. Quippe vniuersi huius sententiæ Doctores petunt sententiam criminis declaratoriam. & antea non concedunt fisco ius capiendi bona, nec ipsis reis imponunt obligationem ea tradendi.

17 Hinc deducitur, quid dicendum sit de doctrina quā tradit *Castro libro secundo, de lege pœnali, c.10. in 3. principali argumento pro sua sententia*, vbi ait fiscum occupātem bona hæretici, quādo crimē ita euidens est, vt nulla tergiuersatione occultari possit, peccare quidem cōtra præceptum *ca. Cum secundum leges, de hæreticis in 6.* vbi iubetur bona non occupare ante sententiam; non tamen teneri ea restituere. Idque probat *ex regula, Quod à quoquam ff. de regul. iur.* ibi: *Quod à quoquam pœna nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.* Cum ergo fiscus ea bona ab hæretico in iustā delicti pœnam eripuerit, non tenebitur eadem illi restituere. Atque eidem sententiæ fauet *Sotus li.1. de iustitia, quæstione 6. art. 6. immediate, ante quintam conclusionem*, vbi ait fiscum bona hæretici eripientem teneri restituere, si ipse solus crimen nosset, quod probare nequiret, nec infamia notatum esset. Quare à contrario sensu liberat eum restituendi onere quando crimen probare potest.

18 Sed dicendū est teneri restituere. Quia iure illa vsurpandi caret ante declaratoriam iudicis sentētiā. Vt cōstat ex *eo. cap. Cum secundum leges*. Præterea quia vsque tunc reus habet dominium, aut saltem iustā bonorum possessionem. Ergo ijs priuans tenetur illi restituere. Tandem quia ad compensationem iustam, nō satis est esse probabile reū teneri restituere, sed opus est id luce meridiana clarius esse, vt tradunt omnes in tractatu de furto. At hos reos teneri ante iudicis sententiā restituere vix est probabile, nedum certum: & demus id esse probabilius, non est tamē luce meridiana clarius. Ergo talis compensatio est cōtra iustitiam. Nec obstat regula iuris in cōtrarium allata, quia intelligitur de exactis nomine pęnæ, iuxta iuris ordinem & subinde post latam sententiam. Quippe alias hoc absurdū esset admittendum, vt quilibet priuatus vsurpās quæ iudicis sententia essent sibi in pęnā applicanda, non teneretur restituere. Est enim ea regula statuta aduersus existimātes nil nomine pęnæ posse tuta conscientia accipi. Et ideo ita tenent *Simancas de cathol. institut. tit.9 à num.175. vsque ad 178. Aragon 2.2. quæst. 11. art.3. fol.348. colu.2. in solutione ad 4. Molina to.1. de iustit. disput.95. colu. antepenultima in solutione ad 3. Vasquez 1.2. q.96 articul.5. disputat.170. cap.4. numer.15. Emmanuel Sà in summa, verbo Fiscus, num. secundo.*

19 Secundo alij limitant principalem sententiam, vt intelligatur, nisi quando pęna imponitur ipso iure, vel ipso facto, addēdo vt nulla opus sit declaratione. Sicut in hoc regno Castellæ additur circa cōfiscationem bonorum sodomitæ: vt constat ex *l. regia 1. titul.21. libro 8. recopil.* ibi: *Assi mismo aya perdido por esse mismo hecho y derecho, y sin otra declaracion alguna todos sus bienes.* Quia alias nil operarentur ea verba. Itē quia cū sola criminis declaratio exigatur ad hanc pœnā incurrenda, illa per legē exclusa, erit locus huic confiscationi ac reus tenebitur ante omnē sententiam ea bona restituere. Sic docent *Syl. verbo Assasinus, in fine, & ibi Tabiena q. vnica n.3. Azor to.1. instit. moralium. lib 5 c.7. q.6.* Et in simili docent alij, cū enim motus proprius Pij V. statuat pœnam priuationis officiorum ipso facto absque alia declaratione dicunt, nullam exigi sententiam, vt sint in foro cōscientiæ dimittenda. Hi sunt *Manuel in eo motu proprio, n.31. statim in principio, & n.32. Sardus in cōpendio priuilegiorū mendicantium. verbo Ingressus monasteriorū monialiū, n.10. vers. Notandum est an committēs, & vers. Idem dicendum esse.* Et potest tandem probari, quia cū ea, ipso iure, & ipso facto importēt, vt sola declaratio criminis exigatur, absque alia declaratione pęnę essent vtique superflua verba addita, absque alia declaratione, si intelligerentur de sola pœnæ declaratione.

20 Verum mihi probabilius est, desiderari adhuc aliquē iudicis actum ad eam pœnā incurrendam, nempe, declaratoriam eius criminis sententiā. Atque ita ea verba, absque alia declaratione, sunt intelligenda de pęnę declaratione. Ducor, quia *Extrauagant. Ambitiosæ, de rebus ecclesiæ non alienandis*, habentur multo rigidiora verba contra alienantes bona ecclesiæ absque debitis solemnitatibus, ibi: *Ipso facto beneficijs priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeātur, & libere conferri possint.* Et tū adhuc est satis probabile, & meo iudicio probabilius, requiri declaratoriā criminis sententiā: atque ea verba, *absque alia declaratione*, intelligi de sola pęnę declaratione. Quod bene tradūt *Conar. 4. Decret. 2. p. c.6. §.8. n.10. Mexia in tax. panis concl.6. nu.136. Lud. Lop. 1. p. instruct. conscientiæ c.296. f.383. Graffis 1. decis. l.2. c.11 n.41. Enriq. l.13. de excom. c.56. n.3. Manuel li.1. sum. in 2. edit. c.195. n.3.* Et in hanc partē magis inclinat *Sotus lib.1. de iustit. q. sexta, art. sexto, in fine.* Præterea quia *libr.5. tit.11. lib.5. recopil. regia* habētur hæc verba, *Por esse mismo hecho, sin preceder à ello, ò para*

An exigatur extortio prætextu officij, nu. 8.
Nomine pecuniæ clauditur quodcũq; pecunia æstimabile, nu. 9.
Quid si extorqueatur mutuum, nu. 10.
An exigatur scienter applicari bona Ecclesiæ, & fisco, & quæ ignorantia excuset, nu. 11.
Exigitur ea bona esse Ecclesiarũ, nec satis est esse clericorũ, n. 12.
Quid si sint bona religiosi præfecti alicuius Ecclesiæ, nu. 13.
Quid si sint alia religiosi bona, etiam ordinis Minorũ, nu. 14.
Exigitur publicationem hanc prætextu officij fieri, nu. 15.
An sufficiat attentare hanc publicationem, nu. 16.
An incurratur hæc censura applicando hæc bona sibi, aut fisco seculari num. 17.
An possit inferior Pontifice absoluere ab excõmunicatione contra extorquentes pecuniam, non præmissa plena eius restitutione, & quæ dicatur realis restitutio num. 18.
Quid si absoluendus sit impotens ad restituendum, nu. 19.
An sit opus etiam restituere expensas, & pœnam, nu. 20.
An excommunicatio contra publicantes bona Ecclesiarum, petat præmitti eãdem restitutionem, vt possit ab illa inferior absoluere, nu. 21.
Post num. 21. inuenies alia summaria.

1 QVadruplicia bona possũt à clericis possideri. Quędam sunt ipsius Ecclesiæ, vt domus prædia. & similia, ex quib. sępe reditus beneficij percipiũt. Alia sunt, quæ intuitu Ecclesiæ acquiruntur, vt fructus beneficiorum, aut quæ intuitu Ecclesię ipsis donantur. Alia sunt patrimonialia, vt quæ ex proprio patrimonio habent, aut propria industria, intuitiue personæ cõparant. Tandem alia quasi patrimonialia, nempe, quæ nõ sunt beneficij fructus; at ratione alicuius ministerij Ecclesiastici obtinentur, vt pro sacris faciendis, concionibus, ministerio sacramentorum, sepeliendis defunctis, ministerio vicariæ ad tempus concessæ.

2 Quadruplex est tractanda quæstio. Prima, de bonis Ecclesiarum. Secunda, de bonis clericorum. Tertia, de bonis hæretici ob contumaciam damnati, restituendis sibi comparenti transacto anno, ac se purganti. Vltima, de confiscandis bonis delinquẽtis sitis extra confiscantis territorium, & cuius fisci ea sint.

3 Quæstio prima. An ob clericorũ crimen bona Ecclesiæ publicẽtur? De hac re extat decretum in *Clem. 2. de hæret* his verbis. *Inquisitoribus & tam ipsorum, quàm Episcoporum seu capitulorum sede vacante, super hoc deputatis commissarijs quibuscumque, districtius iniungentes, ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob clericorum delictũ, prædicti occasione officij fisco etiam Ecclesiæ applicare. Quid si secus in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sentẽtia eos subiacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolui præter quam in mortis articulo, donec illis à quib. extorserint, plenè satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis priuilegijs pactis aut remissionibus super hoc valituris.* Vbi duplex actio excõmunicationi subijcitur: prior est pecuniæ extortio: posterior, bona Ecclesiæ applicare fisco ob clericorum delicta. De vtraque est seorsum agendum.

4 Sed prius circa vtrãq; actionem dubitatur, quæ personæ illas agentes includantur? Et quidem compertum est includi vniuersos Inquisitorum, Episcoporum, aut capitulorum sede vacanti cõmissarius ad negocia Inquisitionis. Quod vniuersi hi in textu exprimãtur. Nomine verò commissariorum intelliguntur vicarii eorũ. Atque ita docent *glo. ibi, verb. ipsorum. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 6. Syluest. verb. excommunicatio 9. casu 42. n. 81. Tabiena verb. excommunicatio 5. casu 4. q. 16. nu. 18. Nauar. summa, c. 27. Hispanè nu. 143. & Latinè num. 142. Suarez to. 5. in 3. p. disp. 23. sect. 5. n. 24.* Quod est verum, siue sint vicarii siue eorum substituti. Vt tradunt *glossa, D. Antoninus, Tabiena, Syluest. Suarez ibidem.* Atque bene addit *Suarez* esse hoc verum, quamuis delegatio sit ad tempus, vel ad peculiarẽ causam. Quippe omnes hi dicuntur propriissime commissarii.

5 Sed dubium est, an comprehẽdantur Inquisitores? Solum *Cardinalem ead. Clem. 2. verb. Inquisitoribus. n. 1. opposit. 1.* inueni hoc disputantem, & dicit hoc pendere ex contextu literæ, qui anceps est; nam si clausula incipiat, *Inquisitoribus, & tam ipsorum & c.* constat inquisitores claudi. Si verò incipiat: *Et tam ipsorum*, constat eos non claudi; vt rectè ait *Cardinal. ibidem*, qui dicit communiorem, & veriorem intellectum esse, vt incipiat *Inquisitoribus*, atque communiter Doctores in summam redigentes cõtenta in ex textu, includunt Inquisitores, ac eorum commissarios in hac excommunicatione. Ita *glo. ibi in positione casus, in notab. 2. Imola ibi statim in principio, Bonifacius statim in principio, D. Antonin. Syluester. Tabiena, Nauar. allegati nu. præcedenti. Caiet. in summa, verb. excommunicatio c. 4. Rosella verb. excõmunicatio 1. casu 5. Armilla verb. excommunicatio, inter casus excommunicationis. casu 20. n. vnico. Angelus verbo excommunicatio 7. casu 42. nu. vnico.* Atque idem tenent *Anchar. ea. Clem. 2. num. 5. notabili 3. & ibi Bonifacius nu. 41. in fine. Suarez citatus num. præcedenti.* Et ita tenendus est, nec enim facile à tam communi sententia est recedendum, nullo authore existenti pro contraria; si enim aliquem inuenissem, illi facile adhærerẽ. Nam viso literę contextu potest æquè bene, immo, & melius, legi illud verbum, *Inquisitoribus* cum clausula præcedenti, in qua præscribitur ætas creandis Inquisitoribus, vt sic incipiat clausula ab iis verbis: *Et tam ipsorum*; atque in editione Gregoriana nouiter correcta ita se habet. Nã clausula præcedẽs finitur in verbo, *Inquisitoribus.* Et ibi apponitur punctus, ac litera maiuscula incipit statim, *Et tam ipsorum.* Et eodẽ prorsus modo in editione antiqua ponitur. Quare saltem est dubium iuris in quo euentu nõ est censenda excommunicatio lata. Itlate probaui lib. præcedenti c. 10. num. 56.

6 Episcopi autem minime includuntur. Quippe nulla ipsorum mentio ibi fit, forte ipsorum dignitati deferẽdo *c. 2. de offic. deleg. in 6.* nec potest dici eos claudi nomine Inquisitorum, cum soleãt Episcopi nominari specificè in reliquis ad Inquisitorum officium pertinentibus, eo vel maximè, quod textus exprimat cõmissarios Inquisitorum, & Episcoporum: quod nõ fieret, si Episcopi nomine Inquisitorum clauderẽtur. Et ita docent *glo. ead. Clem. 2. verb. Commissarijs, & ibi Imola num. 5. Card. ibi, verb. Inquisitoribus nu. 1. in oppos. 1. Bonifacius ibi à n. 41. vsque ad 46. D. Antonin. Angel. Syluest. Suarez relati n. 4.* Quare minus bene *Gullielmus relatus à Bonifacio* dixit Episcopo claudi, eo quod plus delinquant. At id arguit eos ita delinquẽdo, alia pœna plectendos, non autem excommunicatione, quæ in solis casibus iure expressis incurritur. Atque similiter est dicendũ non claudi capitulum sede vacante, Quia de solis ipsius vicarijs textus meminit. Ita *Bonifacius ibidem.* Atque similiter non clauduntur prælati iurisdictione quasi Episcopali gaudentes in propria diœcesi, nec credo claudi ipsorum vicarios, seu commissarios ad peragenda Inquisitionis negocia in sua dięcesi. Quia etsi nomine vicariorum Episcopi videantur claudi, vt pote qui sunt similiter vicarii iurisdictionis Episcopalis, at cum materia sit odiosa, & de his nulla mentio fiat, cum tamen textus mentionẽ fecerit vicariorum capituli sede vacante, qui similiter sunt vicarii iurisdictionis Episcopalis, nõ est ea excommunicatio ad hos extendenda.

7 Deueniendo ad explicandas actiones, ob quas hęc excommunicatio incurritur: Prior est, pecunię extortio quibusuis modis illicitis prętextu officii. Quare vt sit causa huius censurę, debet aliquibus circumstantiis vestiri. Prima est, vt illicitè extorqueatur pecunia; quare secus, si licitè. Quod omnes fatentur & ex textu, & ex se est apertum. Secunda est, vt re vera sit extorta pecunia, nam si spõte via muneris offeratur pecunia, vel aliquid aliud, non est locus huic censurę. Sic *Armilla, verbo excõmunicatio, inter casus excommunicationis, casu 20. num. vnico. Suarez tomo 5. in 3. par. disput. 23. sect. 5. nu. 25.*

num.25. bene addens id esse verum, etsi norit Inquisitor, aut commissarius sibi offerri prætextu officij. Nec sat est ad hãc censuram, si timore vexationis, aut rigoris Inquisitoris offeretur. Quippe exigitur concussionis crimen, quod teste *Sylu.verb.Concussio, q.1.nu.2.* est, cũ qui in officio constitutus extorquet aliquid à subditis, metum inferens, aut debitum exequi nõ data pecunia recusans, quod in hoc casu non contingit. Ita *Bonifacius ead.Clem.2.nu.49.* Et fauent *gloss. ibi.verb.Officij, et ibi Imola nu.6. Anchar.nu.5.notab.3. Cardin.ibi verb.Inquisitoribus, nu.1.in 2.oppositione,* dicunt enim peccatum ibi punitum esse crimen concussionis.

8 Vltima est, vt sit extortio prætextu officij Inquisitionis, quare alio prætextu facta non subiacet huic pœnæ. Quia hæc conditio expresse petitur *in ead.Clem.2.* Et ita tradunt *gl.ibi verb. Prætextu, Imola n.5. Bonifacius n.48. Cardin. verb. Inquisitorib. statim in principio, notab.1. D. Antonin.3.p.tit.24.c.8. Angel.verb. excõmunicatio 7. casu 42.nu.vnico. Tabiena verbo excommunicatio 5. casu 4. q.17.nu.18. Sylu.verb. excommunicatio 9.casu 42.nu.81. Suarez relatus nu.præcedenti.*

9 Quamuis autẽ textu de sola pecuniæ extortione loquatur, clauditur nomine pecuniæ quodcumq; pecunia æstimabile. Quia id omne pecunia existimatur et satis est ad concussionis crimen. Et ita docẽt *glo.ibi, verbo Pecuniam, Imola nu.6. Bonifacius nu.63.& 64. Cardinalis ibi, verbo Inquisitoribus statim in principio notab.2. D. Anton. Angel Sylu. Tabiena, Suarez citati nu.præcedẽti. Caiet.summa, verbo excõmunicatio c.4. & ibi Armilla inter casus excommunicationis, casu 20.nu.vnico. Nauar. summa, c.27. Hispana, nu 143.& Latina num.142.*

10 Hinc deducitur ob solius mutui extortionem nõ incurri hanc censuram. Quod illud pecunia æstimabile non sit, nec pecunia simpliciter extorqueatur, vtpote quæ est reddenda, at si postea nõ reddatur, sed prorsus vsurpetur tanquam re vera data, incurretur hæc censura. Quia ex tunc est vera pecuniæ extortio. Quę optime docet *Suarez, ibidem.*

11 Posterior actio, ob quã hæc excõmunicatio incurritur, est applicare bona Ecclesiarum fisco, etiã Ecclesię, ob clericorum delictum. Ad quam primo exigitur hãc actionẽ fieri scienter. Sic enim explicatur in textu. Quare excusat quæcunque ignorãtia, dummodo non sit adeo crassa, vt sit ingens temeritas, nec sit affectata. Vt probaui lib.9.de matrim disput.32.nu.39. & 40.

12 Secundo exigitur, talia bona esse Ecclesiarũ, nec textus loquitur de bonis clericorum. Vt ex cõtextu liquet. (Quæ autem dicantur bona Ecclesiarum, dixi nu.1.) Et ita docent *glossa ead.Clem.2.verb. Ecclesiarum, Imola n.7. Bonifacius nu.67. Cardin. ibi, verbo Inquisitoribus, nu.2. q.3. D. Anton. Sylu. Tabiena allegati, nu.8. Suarez to.5.in 3.p.disp.23.sectione 5.nu 26.*

13 Hinc deducitur esse locum huic excommunicationi, si hi applicarent fisco bona acquisita à professo aliquo præfecto alicui Ecclesiæ, etsi intuitu personę ea comparasset. Quia cum sibi ob professionẽ acquirere nequeat, Ecclesiæ acquirit, *cap. vnico 18.q.1.ita glossa. Cardin.q.4. Imola, Bonifacius nu.71.vbi allegati sunt nu.præcedenti.*

14 Atque idem crederem, si alia religiosorum bona, qui ordinis Minorum non sunt, & proinde monasterio acquirunt, publicarentur ob religiosi delictum, vt libri, vestes. Quia cum ea bona sint monasterij, publicarentur vtique bona Ecclesiæ. Sic clare sentiunt *Simancas de cathol.instit.tit.9.nu.88. & Azor to.1.instit.moralium, lib.8. cap.12.quæst.14.* aiunt enim non esse locum huic censurę, si ob fratris Franciscani delictum hæc eius bona publicarentur. Quia cum monasterium sit habendi proprij incapax, etiam in communi, hæc nõ sunt bona Ecclesiæ. Ex quo infert *ibi Azor allegato, Simancas to.*[illegible]*num.88.* bona huius monachi esse ob eius hęresim publicanda. Quod nullatenus credo, nec id dicit *Simancas*, sed publicantem non incurrere hanc censuram, ob rationem traditam. Quia cum nec ea bona sint ipsius monachi, eo quod sit proprij habendi incapax, non est cur ob ipsius delictum sint publicanda.

15 Tertio exigitur, vt prætextu officij, id est, occasione officii hęc bona fisco applicent. Sic enim dicit textus, & docet *Suarez allegatus num.12.*

16 Quarto exigitur fieri re vera applicationem. Quamuis enim textus non dicat, ne applicent; sed *ne attentent applicare;* quod verbum importare videtur quamcunq; inchoationem, vel adhibitionem cuiuscũque medij ad hanc applicationẽ, etiam si conatus suo effectu frustretur; id enim est attentare. At re vera non est hic eorum verborum sensus, sed vtitur textus terminis attẽtationis eo quod cũ ea publicatio sit irrita, dicetur potius attentata, quam facta. Quare huiusmodi personę non incurrent hanc censuram, nisi quatenus ex parte sua est, applicent; quod eueniet, vel si cum effectu faciant hæc bona fisco applicari, vel si sententiam proferant ea bona fisco applicantem, Vt hęc omnia docẽt optime *Suarez tomo 5.in 3.p.disput.23.sectione 5.num.26.*

17 Vltimo exigitur ea bona fisco applicari, ac proinde non esse locum huic cẽsurę, si ea bona sibi, vel alijs applicent. Sic *Suarez eod. nu 26.* nec explicat, cui fisco applicanda sint ea bona. Ducitur, quia textus solius applicationis fisco meminit, idque forsan, quia frequentius, & maiori colore fieri poterat. Verũ existimo esse, locum siue vtrius fisco, siue sibi siue alijs applicent. Quia textus nõ solius fisci meminit, sed huiusmodi verbis vtitur, *Fisco etiã Ecclesiæ applicare.* Quæ dictio implicatiua ẽt implicat, multo magis eã prohibitionem esse applicãdi fisco seculari, aut sibi, aut alijs. Atque ita docent *gloss. ibi verbo Ecclesiæ, Imola num.7. Cardinalis verbo Inquisitoribus, nu.1.notab.5. D. Ant. Syl. Angel. vbi eos allegaui nu.8. Rosella verbo Excommunicatio 1.casu.*

18 Demum superest tractãdum de vtriusque excommunicationis absolutione. Et de priori lata cõtra pecuniarum extortione, cõstat eam nõ esse simpliciter reseruatam, sed eius absolutionẽ permitti, cum quadã cõditione. ibi. *A qua non possint absolui, præterquam in mortis art. donec illis à quib. extorserint, plene satisfecerint de pecunijs sic extortis nullis remissionib. sup hoc valituris.* Quare etsi in alijs casibus censeatur parti satisfactũ, qualitercũq; cũ ea conueniatur, ac ei placeat, *l.1.ff. qui satisdare cogantur, l.Si rem, §.Omnes.ff.de pignoratitia actione;* at vt possit inferior Põtifice absolutionẽ huius excõmunicationis impertiri, id nõ sufficit, sed oportet antea cum effectu impleri hãc conditionem. Sic tradũt *Bonifacius ea. Clem.2.n.99. Suarez 5.to.in 3.p.disp.23.sect.5.n.27.* Atq; textus in *ea.Clem.* petit plenam satisfactionem, idest, vsque ad vnũ denariũ. Vt *allegato Matthæo* tradit *ibi Cardinalis verbo Inquisitoribus, n.1. oppositione 5.* Erit aũt satisfactio realis, quando persona, cui restituendum est, longe distat, & pęnitens deponit pecuniã restituẽdam. Vt bene docet *Enriquez l.13.de excommun.c.28.num.4.*

19 Sed difficultas est, an restituendi impotentia excuset ad eum effectum, vt possit inferior ab hac excommunicatione absoluere, absq; reali satisfactione, sed sola restituendi cautione sibi possibili tradita? Negat *Suarez nu. præcedenti relatus.* Quia hoc in mortis articulo exigitur ad absolutionem hãc rite concedendã, & tamen in illo textu solus mortis articulus excipitur. Ergo illo articulo excepto est necessaria realis satisfactio; alias excommunicatio manet Pontifici reseruata. Verum existimo id intelligendum esse, si hi extorquentes sint satisfaciendo; quare quando paupertas excusat, poterunt ab inferiori absolui. Nec obstat illa articuli mortis exceptio: tũ quia tacere intelligebatur, & ideo eius expressio nil operatur: tum etiam quia in eo non præmissa hac reali satisfactione, nec excusante paupertate, valeret vtique hæc absolutio, cum in eo articulo illa non petatur; at extra illum ea non valeret. Et ideo hanc partem sustinent *glossa ea. Clemen. 2. verbo Satisfecerint, & ibi*

S V M M A R I V M.

An publicatis hæretici absentis bonis, ob eius contumaciam sit circa illa audiendus si post annum compareat? Refertur quadam sententia, nu.27.

Explicatur sententia Authoris, nu.28.

An minor restituatur aduersus huius anni lapsum, vt post audiatur, quo ad bona, nu.29.

Post num 29. inuenies alia summaria, qua desiderantur.

27 QVæstio III. An quando bona ob contumaciã hęretici absentis publicantur, ita elapso anno trãseat sententia in rem iudicatam, vt comparens postea nõ audiendus sit circa illa, nec ea recuperet, etsi nõ damnetur tanquam hæreticus? Quidam dicunt huoc audiendum esse, quoad bona publicata, non aliter, quã si intra anoum comparuisset, sicut est audiendus circa pœnam corporalem, quamuis statua eius esset combusta, & subinde bona esse illi restituenda, si auditus non conuincatur de hæresi. Ducuntur, quia textus in *l.finali, ff.de acquirendis reis* decidens bona non restitui contumaci non comparenti intra annum, loquitur de bonis ipsi ablatis io contumaciæ pęnam: cum enim ea contumacia incurratur non comparendo intra anoum, nisi ea transacto anno purgetur, probando legitimum non cõparendi impedimentum, sortitur ea pœna suum effectum: nec eo anno transacto auditur contumax suam innocentiam probare nitens, quo ea bona sibi restituãtur. At in hæresi non publicantur bona in contumaciæ pœnam, sed in ipsius hęresis supplicium, & publicatio est pœnam ipsam cõsequens. Non ergo trãsibit, quoad hanc bonorum publicationem, sententia illa in rẽ iudicatam, sed quocunque tempore contumax comparear, erit audiendus, illaque sibi restituentur, hæresi nõ probata. Et ita docet *Scaccia de iudicijs lib.1.c.98.nu.34.*

28 At dicẽdum est eum nequaquam illa recuperaturũ, nisi postea comparens ionocentiam suam planè ostenderit, aut iustum impedimentum non comparendi intra annum. Probatur ex *l.finali, ff.de requirendis reis*, ibi: *Mandatis cauetur intra annum requirendorum bona obsignari, vt si redierint, & se purgauerint, rem suã integrã habeant. Si neque redierint, neque qui se defendãt, habuerint, tunc post annum bona in fiscum cogantur.* Et hãc partem apertè probat *lex regia 3.ti.10.li.4.recopil.* ibi: *Y passado el dicho año, no se auiendo dentro del presentado, ni prendido el tal acusado, se execute luego la sentencia en las penas de dineros, o de bienes, assien las que se aplicaren a la nuestra camara y fisco, como en las que se aplicaren a la parte, y no pueda en quanto a ellas ser oido, aunque passado el dicho año se presente.* Et ideo sic tradunt *Simancas de Cath.instit.tit.2.in fi. Peña in directorio Inquisit.3 p.commentario 49.col.3. vers.aduertente. Flaminius Cartarius de exequutione sententia contumacialis, c.1.nu.278.*

29 At minor potest beneficio restitutionis in integrum implorato, restitui aduersus huius anni lapsum, vt etiã quoad pœoas pecuniarias audiatur. Vt latè probãt soluentes contraria, *Boerius decisione 63.per totam, Olanus in concordia iuris, litera A, numero 12. Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 6.§.1.a numero 24. Azebedo lib.4.recopil.tit.10. lib.3. a num.6. Gutierez quæst.practicis, lib.3. quæstio 34.a nu.7.* Quamuis minus bene hanc restitutionem negent *Auendaño responso 15.nu.7.* & *Villalobos in antinomia iuris, litera A, à num.7.*

S V M M A R I V M.

An quando bona hæreticorum sunt in alio territorio, claudãtur in confiscatione iudicis diuersi territorij nu.30.

Quando dicatur fieri confiscatio iure communi, & quando speciali, num.31.

Quando fit iure speciali, an veniat in confiscatione facta à iudice diuersi territorij, nu.32.

Quis iudex debeat confiscationem exequi, quando bona sunt in diuersis territorijs, nu.33.

Quando sunt diuersi fisci, ad quem pertineant bona, nu.34.

30 QVæstio vltima. An bona hæreticorum sita in alio territorio, quam iudicis confiscantis, publicentur; & ad quem fiscum ea bona pertineãt, qñ sunt diuersi fisci? Communis sententia sic distinguit. Aut fit coofiscatio iure communi, aut speciali; quando fit priori modo, extenditur confiscatio ad bona etiam extra territorium sita. Ita *Bart.l.Cunctos populos nu.51.versi. In secundo casu, C. de summa Trinit. & allegatis Ioanne Andrea, & Alberico Nellus de bannitis 1.par.secundi tẽporis quæst.17. & allegatis Angelo, Gygante Conrado Capola, Romano, Ploto, Zephalo, Farinacius in sua practica, in noua editione, tomo 1. parte 1 tit.de delictis, & pœnis, quæst.25. num.100. Claperius in decisionibus, seu centurijs causarum fiscalium, causa 41. quæst.vnic.num.3. & alios allegans Peregrinus de iure fisci, lib.5.tit.1.nu.138. Bossius in sua practica, tit. de bonorum publicatione, nu.62. Iulius Clarus in practica, lib.5.quæst.78.nu.27.*

31 Dicitur autem iure communi fieri publicatio, non quod in vtroque territorio vigeat eadem lex à diuersis principibus lata, sed quando lata est à superiori, vtriusque territorij, vt in crimine hæresis; & ideo fiscus capiet illa bona, vbique sita sint. Quippe ea sententia ius facit apud omnes. Sic relatis *Ioanne Andrea, & alijs*, tenet *Peregrinus eodem nu.138.*

32 Quando vero cõfiscatio fit iure speciali seu municipali, varios casus distinguũt Doctores. Cõsulantur *Farinac.ea.q.25.à n.94. vsque ad 100. Peregrinus eodem tit.1.a nu.134. Bossius à nu.62. Iulius Clarus dicto. nu.27.*

23 Quod si q̃ras, quis iudex confiscationem exequuturus sit? Dic quando bona sunt in eodem iudicis confiscaotis territorio, ipsummet exequuturũ; quando autẽ sunt in alieno territorio quamuis sententia publicationis ferẽda sit à iudice territorij, in quo delictũ est commissum, apprehensionem tamen bonorum, ac subinde coofiscationis exequutionem debere fieri à iudice loci, vbi bona sunt sita. Vt tradunt Doctores per illũ textum *l. A diuo Pio.§.1 ff. de re iudic. & argumentu textus, l.Cũ vnus, §.finali.ff.de bonis auth.iudic.possidendis.* Requisito iudice illius territorij, per iudicem, qui sentẽtiam tulit. Ita *Bossius eodem tit.de bonorum publicatione, nu.62. Peregrinus eodem tit.1. numero 134. Farinacius eadem quæst.25.nu.95.* dicens nullum contradicere.

34 Atque vbi diuersi sunt fisci, quælibet bona pertinent ad fiscũ, vbi sunt sita, *l.Quicunque, §. Vniuersi, vers. Quod si fecerint*, ibi: *In cuius territorio est, C.de hæreticis.* Ita alios allegans, & dicens communem, cõtra alios, quos ibi refert *Farinacius ea.quæst.25.nu.101. & Iulius Clarus dict.78. nu.27.* Et vterque cum alijs limitat, dummodo dominus secundi territorij habeat etiã ius confiscandi. Sublimitant etiam *Farinacius, nu 108. & Peregrinus eodem tit.1. nu.141.* vt bona pertineant ad fiscum loci, in quo sita sunt, qñ sunt immobilia: nam quando sunt mobilia, pertineot semper ad fiscum loci, in quo fit confiscatio. Quod mobilia concernant personã damnati, nec territorio adhæreant, & circumscribantur.

C A P V T XXI.

Quando ob delictum bona non publicantur ipso iure, sed per sententiam publicanda sunt, qualiter valeant alienationes interim factæ, ita vt nec lata sententia integrum sit fisco eas reuocare.

S V M M A R I V M.

Proponitur textus, l. Post contractum. ff. de donat. explicandus, num.1.

Non datur reuocatio ratione fraudis, quando nec omnia bona, nec pars publicantur, nu.2.

Triplex est crimen, nu.3.

Potest alienatio fieri bona fide, aut in fraudem, nu.4.

Ex quibus coniecturis fraus præsumatur, à num.5. vsq; ad 22.

Quoties alia cõiectura capi põt, non est fraudis capienda, n.23.

Quot huius alienationis tempora sint spectanda, nu.24.

Reno-

Reuocantur a fisco omnes alienationes, quouis tempore factæ in fraudem, nu. 25.
An sint ipso iure irritæ, nu. 26.
An reuocentur nulla sequuta sententia, aut ea absolutoria, n. 27.
An sequuta sententia possit fiscus apprehendere bona in fraudē alienata, & quid, quando est simulata alienatio, nu. 28.
An exigatur recipientem esse fraudis participem, nu. 29.
Quando præsumatur possessor ille particeps fraudis, nu. 30.
An alienatio facta ante delictum, non in fisci fraudem, possit reuocari num. 31.
Quid si post delictū, nondū tamen sequuta sententia fiat, n. 32.
Improbatur sñia dicens has alienationes esse reuocabiles, n. 33.
Quid si lis pendeat in contumacia delinquentis, nu. 34.
Quid si alienatio sit rei irreuocabilis, vt libertatis, nu. 35.
Quid si fiat post sententiam, siue in rem iudicatam transierit, siue ab ea sit appellatum, nu. 36.
Quid si delinquens obeat intra appellandi tempus, nu. 37.
An reuocetur tanquam attentata, an potius ratione fraudis præsumptæ? Referitur quædam sententia, nu. 38.
Explicatio sententiæ Authoris, nu. 39.
Quid si alienatio sit facta pro causa necessaria, vt alimētis, aut litium expensis, nu. 40.
An fructus illius rei alienatæ reuocet fiscus, numero 41.

1 TOta hæc quæstio versatur circa intellectum textus in *l. post contractum* 15. *ff. de donat.* ibi: *Post contractum capitale crimen donationes factæ valent, constitutione Diuorum Seueri, & Antonini, nisi cōdemnatio sequuta sit.* Cui consonat *l. regia 2. tit. 4. p. 5.* ibi: *Mas si alguna fuesse acusado de yerro, maguer fuesse a tal, que si vendo prouado, deue morir por ello o ser desterrado por siempre, dezimos, que la donacion que fiziesse fasta el dia que diesse la sentencia contra el, que valdria, como quier que si fuesse fecha despues de la sententia, non seria valedera.*

2 Quo quæstio hæc enodetur, debet præmitti primo, intelligi textū, quando crimen est tale, vt ob ipsum publicatio bonorū, aut partis illorum competat fisco: quādo enim crimen non est eiusmodi, nulla reuocādi actio datur fisco ratione fraudis, nec textus de eiusmodi crimine loquitur. Quod constat ex illis verbi, *l. post contractum*, ibi: *Capitale crimen.* Et ita tradunt *Bar. allegato Iacobo de Arenas ea. l. post contractum in initio, & in fi. & ibi Paul. nu. 2. vers. tertius est, Montepicus nu. 6. in fi. Alciat. in initio. Hannibal in initio, Greg. Lop. l. 2. verbo Deue morir, tit. 4. p. 5. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 153.*

3 Secundo præmitto triplex esse huiusmodi criminum genus. Primum est ob quod nec crimina publicātur ipso iure, sed per sententiam, nec bonorum administratio interdicitur. Secundū est, ob quod bona non publicantur ipso iure, at interdicitur administratio a tempore commissi delicti. Tertium est, ob quod bona publicantur ipso iure. De solis ergo criminibus primi generis est præsens quæstio. De alijs autem agetur cap. seq.

4 Tertio pōt hmōi alienatio, bono animo, & syncero fieri, aut gratia fisci defraudandi, ne bonis illis fruatur.

5 Cum autem fraus tanquā delictum nō præsumatur, *l. merito. ff. pro socio*, atq; in solo aīo consistat, ex solis cōiecturis, elicienda est. Sex aūt potissimum coniecturæ illius assignari solent. Prima est, cum delinquens alienauit oīa bona sua. Hanc tradunt *Bar. l. post contractum, n. 2. ff. de donat. & ibi Cumanus n. 3. Montepicus n. 22. Rom. n. 2. in fi. Albe. in fi. Imola n. 1. Alciat. n. 40. Bald. auth. Sed iam necesse, q. 2. C. de don. ante nup. Ang. l. si quis post hac 9. n. 3. C. de bonis prosc. & ibi Fulg. n. 7. Sali. in prin. n. 6. Dec. conf. 235. n. 2. vol. 2. Ant. Gom. to. 3. variar. c. vlt. nu. 4. casu 1. Boss. in sua pract. ti. de bonor. publicatione, nu. 45. Simancas de cath. inst. ti. 9. n. 56. Pereg. de iure fisci, l. 5. t. 1. n. 156.* Atque idem tradūt de maioris partis bonorum alienatione *Bal. Dec. Montepic. nu. 43. Alciat. Ant. Gom. Pereg. ibid.* Idem dicūt, qñ est donatio meliorum bonorū *Decius Ful. Cuman. Ant. Gomez, Pereg. ibid.* Idem de venditione oīum bonorum tradunt *Bart. Salic. Rom. Alciat. Imola, Montepicus nu. 35. Bossius ibid. Barbatius addit. ad Bart. ea l. post contractum, nu. 2. litera C. & Alex. ibi litera D.* Quod intellige, nisi venditio fieret iusto pretio, tunc enim cessaret hæc fraudis suspicio. Sic *Imola, Romanus, Montepicus n. 44. Alciat. Barbat. Alex. Bossius ibid.* Vel si paulo minori pretio fiat. Vt bene tradunt *Imola ibi, & Montepicus n. 44.* At quo tūc fraudis suspicio cesset, oporter pretiū à venditore nō occultari, sed palā esse. Ita *Romanus, Imola, Alex. Barbat. Montepicus, nu. 44. Boss. ibid.*

6 Ampliatur autē hæc coniectura, vt verū habeat, quāuis in hac alienatione iuramentū interueniat quod iuramentū non operetur in tertij præiudiciū. Vt notatur *c. quamuis pactum de pact. in 6.* Sic *Pereg. eo. tit. 1. nu. 156.* vbi etiā citatis *Bartolo, & alijs*, ampliat, etiamsi nō vnica vice simul sed pluribus seorsum ea alienatio sit facta.

7 Verum sola hæc bonorum omniū donatio, aut alia eorū alienatio ante delictū facta, nō est sufficiens fraudis cōiectura: sed fisco aliam quoque coniecturam probare incumbit. Vt si tēpore illo haberet donās, aut alienans inimicitias capitales, ob quod est verisimile ipsum cogitasse de eo delicto cōmittendo, & timore pœnæ iacturæ bonorum ea alienasse: secus si inimicitiæ alienationē sequātur. Ita *Bar. ea l. post contractū, n. 2. & ibi Montepicus nu. 35. Salic. d. l. si quis post hac, in princ. nu. 6. Ant. Gomez d. c. vlt. n. 4. post 6. casum, Bossius eo. tit. de bonor. publicatione, nu. 45. Pereg. eo. tit. 1. nu. 155. & 156. in initio.*

8 Sed quid si his inimicitijs præcedētibus alienationē, nō sequatur ea in cōtinēti, sed ex interuallo. *Bossius eo. n. 45.* ait nil referre vtrouis mō alienatio sequatur, ad hāc fraudis suspicionē capiendā. At melius distinguit *Montepicus ea. l. post contractū, nu. 36. & 37.* si inimicitiæ alienationē præcedentes durent vsq; ad delicti tēpus, capietur eadē fraudis præsumptio, secus si iam cessatāt. Quia cū effectus sit ex sua causa spectandus, *l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio* & causa presumendæ fraudis sint eę inimicitiæ, illis solis durantib. durabit hæc præsumptio.

9 Secūda fraudis cōiectura est, quādo donatio, vel venditio fit cōiunctæ personę. Quippe præsumitur delinquētē velle potius in coniunctū, quā in extraneum, hęc bona transferri, & sic id facere, ne ad fiscum perueniāt. Sic *Bar. ea. l. post contractū, n. 3. Cumanus n. 3. Rom. n. 4. Montepicus nu. 45. Dec. eod. consi. 239. nu. 2. Ant. Gomez eo. cap. vlt. nu. 4. casu 2. Bossius eo. tit. de bonorū publicatione, n. 46. Mascardus de probat. conclus. 815. n. 10. Peregrinus eod. tit. n. 169.* vbi idem dicit cū *Montepico, & Alciat. nu. 42.* quādo ea alienatio fieret in amicum, addit tamen, modo nō sit vulgaris amicitia, & in hoc plurimum versari iudicis arbitrium. Et *Alciatus nu. 41.* limitat id in venditione, aut in alio cōtractu oneroso, vt tunc temporis habeat verum, quādo agitur de rebus, quas creditur probabiliter cōiunctos illos nosse: quod secus contingit cōmuniter in delictis. Nam qñ non pręsumitur eos nosse, vī contractus onerosus quasi cum extraneo celebratus.

10 Ampliaturque hæc cōiectura, quamuis non sit donatio omnium, vel maioris partis bonorū, sed rei particularis. Vt bene tradunt *Bar. Rom. Cumanus, Salicet. Montepicus nu. 45. Alciatus, Bossius, nu. 47. Anto. Gomez. Peregr. ibid.* Quia coniectura hæc non ex bonorum quātitate sed ex cōiunctione desumitur: & ideo ad eam capiendam sola coniunctio spectatur.

11 Sicut antē diximus in præcedenti coniectura, eā non sufficere ad fraudem probandam, ita de hac dicendum est, oportere quoq; probari intercessisse inimicitias capitales tpe illius alienationis. Quia cum ratio cōiūctionis sæpe inducat ad donādū, & possit tunc alia coniectura, quam fraudis capi, nō est fraus pręsumenda. Sic *Bar. ea. l. post contractum, nu. 3. Imola ibi. nu. 1. in fi. & 2. Montepicus, nu. 46. Salic. d. l. si quis post hac in princ. nu. 6. Dec. eod. consi. 235. n. 3. Ant. Gomez eo. nu. 4. post 6. casum, Boss. cōsi. 46. Pereg. eo. nu. 169. Mascard. ea. concl. 815. nu. 12.*

12 Tertia fraudis coniectura est, quando post alienationem reperitur delinquens possidere, & fructus rei alienatę percipere, quāuis per clausulam constituti, vel aliū

actum

actum fictum, exprimat se in alterum trāsferre possessioné, & nomine illius possidere. Quia vt præsumptio fraudis cesset, exigitur traditio vera, & corporalis. Ita *Bart. ea. l. post contractum, nu. 4. & ibi Alber. num. 6. Rom. nu. 5. Alciatus nu. 44. & 45. Montepicus, num. 47. Decius eod. consi. 235. nu. 2. Ant. Gomez eo. cap. vlt. nu. 4. in 5. casu Bossius eod. tit. de bonorum publicatione, nu. 48. Peregrinus eod. tit. 1. num. 60. Simancas de Cathol. instit. ti. 9. num. 56. Mascardus ea. conclus. 815. nu. 48. & duplici sequenti.*

13 Quin imò in hoc casu nō præsumitur in solam fraudē alienatio facta, sed simulata. Vt cum aliis bene tradunt *Boss. & Pereg. ibid.* Atq; optimè ait *Bossius*, esse latū discrimen, si solum in fraudem dicatur fieri, an potius simulata. Quia in priori casu, cū alienatio valeat mero iure (vt dicemus nu. 26.) nequibit ab ipso alienāti euadente incolumi reuocari. At cum in posteriori non valeat, pōt vtique. Aliud etiam discrimen tradetur nu. 28.

14 Hæc autē coniectura cessat, quando alienans reseruasset sibi illius rei vsumfructum. Quia tūc præsumitur retenta possessio ratione sui vsusfructus recipiendi. Ita *Montepicus ibi, nu. 47. Alciatus, n. 44. Pereg. nu. 160. Mascardus, n. 55.* Quod bene intelligunt *Mōtepicus, & Alciatus ibid.* quando venditor haberet pretiū solius proprietatis, tunc enim retinendo possessionem, & percipiendo fructus nō esset simulationis, aut fraudis indicium: secus si integrum vtriusque pretium percepisset. Nec enim præsumi valet, nuda proprietate contentum esse, qui plenum vtriusque pretium soluit.

15 Cessabit similiter hæc præsumptio, quando emptor obiisset relicto hærede minori, aut minus sagace. Quod præsumeretur retenta possessio ob hæredis imbecillitatem. Ita *Bartolus Alciatus nu. 46. Montepicus, Mascardus, nu. 53. Pereg. ibid.* Atque idem dicit *Alciatus* quando breui spatio mansit proprietas apud alienantem.

16 Et sicut diximus duplicem coniecturam præcedentem non sufficere absque alio adminiculo: ita nec hāc solam satis esse dicendum est, nisi alia coniectura probetur, vt præcessisse inimicitias. Hoc est contra *Montepicum ea. l. post contractum, nu. 49.* dicentem fortè hanc coniecturam satis esse. At eam non satis esse tradunt *Salicetus d. l. si quis post hac, in principio, nu. 6. Antonius Gomez d. cap. vlt. nu. 4. post 6. casum. Peregrinus d. tit. 1. nu. 160. in fi. Mascardus, nu. 51.*

17 Quarta fraudis cōiectura est, si ea alienatio sit clādestina. Sic *Bar. ea. l. post contractum, nu. 7. Rom. nu. 7. Imola nu. 3. Cumanus, n. 3. Montepicus, n. 54. Alciatus, n. 47. Salicetus eodem, n. 6. Decius eodem, nu. 2. Bossius eodem tit. de bonorum publicatione, nu. 51. Antonius Gomez eodem cap. vlt. nu. 4. in casu 4. Peregrinus eodem tit. 1. num. 162. Mascardus eadem conclusione 815. nu. 53.* Sed nec hæc sola satis est, sed alia quoq; cōiectura est necessario ad fraudem probandam, vt præcessisse inimicitias. Quippè ob alios fines potest clam fieri. Ita *Bart. Salicet. Montepicus, nu. 55. Alciatus, nu. 48. Boss. Pereg. Ant. Gomez post 6. casum, Mascardus, nu. 53.*

18 Quinta coniectura est, qñ facta alienatione sequitur in continenti delictum. Quia ex actuum propinquitate fraus pſumitur, *l. si vētri, §. fi. ff. de priuileg. cred. ibi: Si modo nō post aliquod interuallū id factū sit.* Sic *Bart. ea. l. post contractū, nu. 8. Cuman. n. 3. Alciatus, nu. 52. Montepicus, nu. 56. Decius eodem consi. 152. nu. 2. Baldus auth. Sed iam necesse, q. 2. C. de donat. ante nupt. Cynus l. si quis posthac 9. nu. 3. q. 2. C. de bonis damnat. & ibi Aug. nu. 3. Fulg. nu. 7. Albericus, n. 5. & 6. Salicet. in princ. nu. 6. Bossius eo. tit. de bonorum publicatione, num. 51. Pereg. eod. tit. 1. 163. Ant. Gomez eo. c. vlt. n. 4. casu 5. Simancas de cath. inst. ti. 9. nu. 56. Mascard. ea. cōcl. 815. n. 54.* Relinquitur aūt arbitrio iudicis, qñ dicatur delictum fieri in continēti. Vt bene tradunt *Decius eod. n. 2. Montepicus, nu. 62. Alciat. nu. 53. Pereg. n. 163.* Sed neq; hęc sola cōiectura satis est, nisi rixæ, aut inimicitiæ præcedāt. Ita *Salicetus eod. n. 6. Mōtepicus eod. nu. 56. Ant. Gomez eod. c. vlt. nu. 4. post 6. casum Bossius eod. n. 51. Pereg. eod. nu. 163.* Immo pſumptio efficaciter operabitur, quamuis inimicitiæ non præcesserint, nisi casus postea sequutus tam inopinatus sit, vt ex se indicet illum alienationis tempore præuisum nō esse. Vt si ex inopinata rixa postea cōtingenti accidat. Sic *Bart. ea. l. Post contractum, nu. 8. Montepicus eo. nu. 56.*

19 Sed aduersus hāc coniecturā nō leuis est difficultas; qa (vt videbimus nu. 32. & 33.) alienationes factæ post delictum vsq ad sniam, ita valent, vt non reuocari valeāt; cū tamē factæ in fraudē reuocētur. Ergo non præsumitur fraus ex alienatione post delictū cōmissum facta; & pinde à fortiori, nec ex facta ante delictū, quāuis in continenti delictum sequatur. Respondetur tunc tēporis non pſumi fraudē ex alienatione post crimen facta quādo ita occultū fuit, vt delinquens nō habuerit verisimilē incurrēdæ pœnæ metū: secus si nō ita occultū fuerit, vt si in delicto deprehensus est. Atq; latū discrimē est, quando proxime ante delictum alienatio fit, aut quādo post: nā priori casu, etsi delictū postea occulte fiat, potuit delinquēs iure optimo timere pęnam, ac eius timore duci ad bona alienanda; eo quod incertus esset, an ita occultū foret delictū, ac ipse putabat. At posteriori casu, cum iam viderit delictum fuisse occultū, nec in illo se deprehensum, non est cur præsumendum sit, illū timore pęnę alienasse. Sic respondēt *Montepicus l. Post cōtractum 15. n. 61. ff. de dona. & ibi Alciatus, n. 56.*

20 Hinc deducitur esse minus verū, quod aliqui tradūt, nēpe, alienationem factā post delicti accusationē præsumi semper in dubio fradulentā. Hi sūt *Cynus l. Si quis posthac 9. n. 2. q. 1. C. de bonis damnat. & ibi Fulgosius, n. 5. Salicetus in princip. n. 8. & 9. Albericus d. l. Post cōtractū, n. 3. ad fi.* Hoc (inquam) est minus verum, quia (vt videbimus n. 33.) alienatio post litis cōtestationem facta, dūmō sententia nō sit sequuta, valet irreuocabiliter, quod vtique falsum esset, si præsumeretur in dubio fraudulēta. Quare dicendum est, vt tunc præsumatus fraudulenta, oportere delictū ita manifestū esse, vt merito delinquēs timere possit fore, vt probetur, & sic dānetur. Qđ optime tradūt *Ang. d. l. Si quis posthac, nu. 3. Montepicus ea. l. Post contractum, n. 84. Decius cons. 235. nu. 4. vol. 2.*

21 Vltima cōiectura est. Quando alienatio facta est sub conditione, si contingat bona ob alienātis delictum publicari. Cū enim valor suspendatur vsque ad eum euentum, est manifesta fraus, ne ad fiscū bona perueniāt. Et ideo hanc coniecturam tradunt *Bart. ea. l. Post cōtractū, n. 9. Alciatus, n. 63. Cumanus, n. 3. Decius eo cōsi. 235. n. 2. Ant. Gomez dicto c. vltimo, nu. 4. casu. 6. & omnes.*

22 Cum autem in his sex casibus enumeratis nō sit certa fraus, sed ex cōiecturis deducatur, cessabit eius præsumptio: quoties ex causa necessitatis fit alienatio. Hæc enī potius ex ea causa, quā fraudis fieri pręsumitur. Vt si fiat pro collocādis filiis, & filiabus in matrimonium. pro remunerandis beneficiis. Ita *Angel. d. l. Si quis post hac n. 3. Fulg. ibi n. 5. et 6. Mōtepic. ead. l. Post contractū, n. 10 Dec. d. 235. n. 4. Pereg. de iure fisci, l. 5. tit. 1. n. 58. in fi. Bossius in sua pract. tit. de bonorū publicatione, n. 145. in fi.* additq; bene idē esse dicendū, etsi sit omniū bonorū alienatio.

23 Immo quoties ex circūstantiis concurrentibus potest alia præsumptio quā fraudis capi, ea est capiēda, ne delictum præsumatur. *l. Quoties, §. Qui dolo, ff. de prob. l. Meruto, ff. pro socio.* Et fatentur omnes.

24 Tandem præmittendum est, quinque tēpora spectanda esse in quibus hæc alienatio potest fieri. Primum est, ante delictū. Secundum post delictū, ante illius accusationē. Tertiū, post illius accusationē, ante litis contestationem. Quartū, post litis cōtestationem, ante tñ iudicis sententiam. Vltimum post illius sententiam. Sic cōsiderant Doctores allegati in *d. l. Post contractū*, Cæterū quia ferè oēs idem dicunt in secundo, tertio & quarto tēpore, possunt illa tria reduci ad vnū, & sic tria tēpora sunt spectāda. Primum est, ante delictū. Secūdum, post illud, vsque ad iudicis sententiam. Vltimum post sententiam.

His

minantem, non reuocabuntur tñ fructus ante sententiam, ab illarũ possessoribus percepti. Quia cũ alienatio valuerit, ac verum dominium in possessorem trãsierit, nec fiscus ante ius aliquod acquisierit in rem alienatam, possessor acquiret fructus. Id enim est discrimen inter bona, quę publicantur ipso iure, & quæ per solam sententiam: vt in priori casu publicetur res cum fructibus à die criminis perceptis, eo modo quo explicabimus c. 23. In posteriori autẽ soli fructus post sententiã percepti publicabuntur. Atque ita tradunt *Card. Clem. Constitutionem. §. Ceterum, ad finem, de elect. Angelus de maleficijs, verb. El eius bona publicamus, nu. 24. Felinus c. de quorta, nu 31. vers. Nihilominus, de praescr. & c. Rodulphus n. 38. limitatione 3. de rescr. Guilielmus Benedictus c. Raynutius, verbo. Et vxorem, decisione 5. nu. 276. de testam. Montepicus d. l. post contractum, nu. 104. et ibi Hannibal nu. 358. Ludouicus Gomez c. 1. n. 9. de rescrip. n. 9. Couar. 4. Decret. 2 p. c. 6. §. 8. nu. 6. in fine, & n. 7. Pereg. de iure fisc. l. 5. to. 1. nu. 174.* Quod quidem limitatur, quãdo bona alicuius publicantur ob sententiam, secus autem quando bona fiscus aufert alicui, tanquam indigno: tunc enim aufert cum omnibus fructib. perceptis. Ita *allegato Salicetio* tenet *Peregrinus ibi.* Item limitandum est, nisi tempore sententiæ confiscantis, sint fructus pendẽtes. Quia tunc tanquam pars fundi, confiscantur cum ipso. Sic *Montepicus ibi. nu. 102. Peregrinus ibidem.*

CAPVT XXII.

Qualiter hæreticus, & alij, quorum bona publicantur ipso iure, perdat eorum dominium à tempore criminis: & ea sint ante sententiam fisco restituenda; & alienãdo peccent, nec valeant alienationes, etiam quando non ipso iure publicantur, at est interdicta administratio, & qualiter fiscus teneatur creditoribus.

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio disputanda sit, nu. 1.

An hæreticus, & alij, quorũ bona publicantur ipso iure, amittat eorum dominium, idque in fiscum transeat? Refertur sententia, num 2.

Explicatio sententia Authoris, nu. 3. & 4.

Soluuntur argumenta, nu. 5.

Post nu. 5. inuenientur alia summaria.

1 QVadruplex est quæstio disputãda. Prima, de amissione dominij. Secunda, de restituendi obligatione. Tertia, de prohibitione alienationis, & eius valore. Vltima, de obligatione fisci erga creditores, quorum bona publicantur.

2 Quæstio prima. An hæretici. & alij quorũ bona ipso iure publicantur, amittant bonorum suorũ dominiũ à die commissi criminis, idque in fiscum trãseat? Duplex est sententia. Prior ait id à die comissi criminis deperdi, ac in fiscum trãsferri. Ducitur primo, quod rei vendicatio soli domino cõpetat. *l. in rem. ff. de re. vend.* At inducta publicatione bonorũ, datur post sentẽtiam criminis declaratoriã vindicatio bonorum delinquentis fisco à die cõmissi criminis: vt in crimine læsæ maiestatis deducitur ex *l. finali, ff. ad leg. Iuliam maiestatis*, ibi: *Extinguitur crimen mortalitate, nisi quis forte maiestatis crimine reus fuerit. Nam nisi hoc crimen à successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur.* Secundo ex *l. regia 4. tit. secundo parte 7.* ibi: *Camaguer fuesso eu tenencia de los bienes perdido auiaya el señorio por sumaldad, e era ya de camara del Rey.* Tertio quia sequuta sententia huiusmodi criminum declaratoria, rescindũtur omnes alienationes cum fructib. inde perceptis à possessore quod vtique fieri non posset, nisi delinquens perdidisset dominium à die criminis, idque esset fisci. Et ideo hãc huius rescissionis rationem tradidit *l. regia in 2. argumento* allata Quarto probatur ex *c. cum secundũ leges, de heret. in 6.* ibi: *Bona hæreticorũ ipso iure decernimus cõfiscata, cõfiscationis tñ huiusmodi exequutio, vel bonorũ ipsorum occupatio, fieri non dẽt per principes, aut alios dominos tpales, antequã per epm loci, vel aliã personam Ecclesiasticã, que super hoc habeat ptãtem, sñia super eodẽ crimine fuerit promulgata.* Vbi aperte per ptiora illa verba, *fint ipso iure cõfiscata,* denotatur per dñium ab heretico, & id trãsire in fiscum. Nil. n. aliud significat bona esse ipso iure confiscata, quam ipsius iuris potestate nulla expectata iudicis sñia, esse fisco applicata. Si. n. hæreticus maneret adhuc dominus, non dicerentur ipso iure confiscata, sed cõfiscanda per sententiam. Et cõfirmatur, quia pontifex *in c. cum secũdum leges,* pręmiserat iure ciuili publicari bona ob incestas nuptias, & deferẽtes arma Saracenis, & omnes hos perdere dominium bonorũ suorum, & inde arguit, vt multo fortius id in hæresi cõtingat, & bona hæretici sint ipso iure cõfiscata. Ergo aperte sentit hęreticos perdere dominium. Et secũdo cõfirmatur, quia si dominium apud hæreticos maneret, frustraneum esset addere, nõ posse ea bona à fisco auferri ante sñiam. Quia manifestum est. dum dominiũ alicuius rei retinetur non posse eã domino auferri, donec per sñiam priuetur. Tãdem, quia cum priuatio huius dominij sit pęna priuatiua, ac nulla delinquẽtis actione, indigens, incurritur ante omnẽ iudicis sñiam Et ideo hanc sustinẽt *Bar. l. Imperator 43. in fi. ff. de iure fisci, & l. si debitor. 7. in fi. ff. que in fraud. cred. et l. post cõtractũ 15. n. 12. ff. de don. Abb. c. delicti nu. 12. de arbitris. Arch. ca. Felicis, nu. 13. de pęnis, in 6. & ibi Io. And. nu. 4. Dominicus ibi in prin. n. 8. Francus ibi §, Nullus nu. 3. Anch. c. cum secũdũ leges, ante n. 1. de heres. in 6. & c. fi. nu. 5. notab. 6. de praescr. in 6. Fel. c. Rodulphus n. 38. limit. 3. de rescrip. et c. fi. statim in princ. de heret. Salic. l. si quis posthac 9 in princip. nu. 6. in fi. C. d. bonis damnat. Angelus de maleficijs verbo. Et eius bona publicamus, n. 15. Montepicus eo. l. post. contractum; nu. 69. et ibi Hannibal n. 222. Alciat. nu. 18. Rosella in sum. ver. assessinus n. 1 & ibi Tabiena q. vnica, n. 4. & ver. Hareticus, q. 4. nu. 5. Castro l. 2. de lege pœnali c. 10. paulo ante primam rõnem, & li. 2. de iust. heret. punitione, c. 6. in initio, Repert. inquisit. verbo bona hæreticorum, in initio, & ver. dominiũ. in initio. Conrad. de contractib. tract. 1. q. 7. concl. 2. et 3. Caiet. 22. q. 62. ar. 3. in fi. Metina de restit. q. 1. §. post. rer. dom. ver. ad propositum ergo, Greg. Lop. l. 4. ver. Non deue valer. to. 2. p. 7. Rol. consi. 8. n. 7. & consi. 63. n. 75. vol. 3. Couar. 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 8. in fi. & 9. Ant. Gom. to. 3. var. c. 2. n. 3. vers. vnum tamẽ est, & n. 4. Tello l. 4. Tauri n. 44. ver. primum quod Boss. in sua pract. tit. de bonor. publicatione n. 26. Pereg. de iure fisci, lib. 5. tit. 2. nu. 166. Menoch. consilio 186. nu. 8. vol. 2. Bursat. consi. 7. nu. 30. vol. 1. Surdus de alimentis tit. 9. q. 35. num. 5. & tit. 8. priuilegio 59. num. 7. & 8. Meres de maioratu in priori editione par. 4. quæst. 23. nu. 66. Cãtera in suis quæstionibus criminalibus, tit. de quæstionibus tangentib. punitionem delictorum, cap. 1. n. 16. Farinacius in sua pract. in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 13. Quemada in suis quæst. fiscalib. q. 7. ad finem, Gail tractatu de pace publica, li. 1. c. 19. num. 18. Valentia 2. 2. disput. 7. q. 5. puncto 6. q. 3. colum. 16. versiculo Ex quo deinde, & 2. 2. disp. 1. quæst. 12. puncto 2. ad finem. Leonard lib. 2. de iusti. c. 29. dub. 8. num. 64. Sayr. in claui regia lib. 3. c. 9. num. 30. Aragon 2. 2. q. 11. artic. 3. fol. 344. col. 2. in fi. §. iam dicendum nobis erit. Salon 2. 2. q. 62. ar. 3. controu. 1. post 3. conclusionem, paulo ante solutionem ad argumenta. Azor tomo 1. instit. moralium, lib. 5. cap. 7. q. 2. & l. 8. cap. 12. quæstione 2.* Quæ sententia est valde probabilis, & eam etiam tenet *Paramus de origine inquisitionis, li. 3. q. 9. num. 198.*

3 posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait omnes hos retinere rerum suarum dominium, donec per sententiam declarẽtur. Probatur primo ex *l. quæsitũ est 15. ff qui & à quib.* ibi: *Quæsitũ est an is, qui maiestatis crimine reus factus est, manumittere possit: qm ante* dam-

damnationem dominus est. Secundo, quia nullibi decidirur, reos horum criminũ priuari statim dominio bonorum, & hac pœna plecti: & rescissio cõtractuũ à die criminis facienda post sniam, potest optime defendi concesso hoc dominio, vt constabit ex argumentorum solutione. Ergo nullius momenti est hæc dominij priuatio, & ideo non est cur eam imponamus. Quamobrem hanc sustinent *Archidiaconus, c. cum secundum leges, nu. 6. de hereticis, in 6. Victoria relectione priori de Indis insulanis, n. 14. Simancas de cathol. instit. tit. 9. n. 173. 187 & à nu. 229. vsq; ad 234. Corduba in suo quæstionario, l. 1. q. 36. in fi. Bartholom. à Medina 1. 2. q. 96. art. 4. in solutione ad 3. Bañes* dicens esse communem *Thomistarũ 2. 2. q. 12. art. 2. dubio vnico, circa solutionem ad 3. principales, cõcl. vltima. Ludou. Lop. 1. p. instruct. conscien. c. 112. cõclus. 4. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 170. toto c. 2. Molina to. 1. de iust. D. sp. 95. col. 1. vers. Dubium vero est vtrum. Manuel 1. to. summa, in 2. editione, c. 1 0. n. 2. Henriquez li. 3. de excommun. c. 56. n. 2. paulo ante fi. Stephanus de Auila de cẽsuris 1. p. dubio 7. colum. 3.* Atq; posse vtramq; sententiam defendi, tradit *Sotus l. 1. de iustit. q. 6 art. 6. post 4. conclus.*

4 Quamuis autem fiscus nõ comparet dominium verum illorum bonorum ante sententiam, sed illud apud delinquentem maneat, at secundum quid delinquẽs amittit dominium, nempe in debito, & sub conditione, proferatur sententia sicut nec bona amittit, nisi hoc modo: & sic secundum quid comparat illud fiscus. Sæpe enim dominus alicuius rei dici solent, qui habet ius ad rem consequendam. Qui enim actionem ad rem recuperandã habet, rẽ ipsam habere videtur, *l. qui actionem, ff. de regul. iur.* Ita docent *Simancas eo. tit. 9. nu. 241. Molina nu. præced. relatus.*

5 Ad argumenta prioris sententiæ relata nu. 2. respondetur. Ad primum dic eam nõ esse proprie vindicationem, sed ita appellari, quia quodammodo, & secũdum quid comparat fiscus illorum bonorum dominium. Vt num. præcedenti explicuimus. Ad secundum dic, illam legem regiam intelligi de dominio secundum quid, & imperfecto. Vel potest responderi cũ *Vasquez 1. 2. q 96. art. 5. disp. 170. c. 4. n. 24.* illam legem non imponere pœnam reis lęsæ maiestatis, vt bonorum dominium amittant, sed solius rescissionis contractum à die patrati criminis pœnam statuit: rationẽ aũt huius reddit, quia ex tunc amittunt dominium: quare in ea ratione reddenda non habet vim legis, sed author illius sequutus est priorem sententiam. Ad tertium dic non esse eam eiusmodi rescissionis rationem, sed quia à tempore cõmissi delicti sunt bona cum fructibus fisco obligata. Vt latius explicabimus nu. 33. Ad quartũ dic bona hæreticorum esse ipso iure à die patrati criminis publicata, nil aliud esse, quã ex tunc esse ipso iure fisco obligata, ita vt lata sententia retrotrahatur confiscatio ad illam diẽ. Quod quidem non tollit hæreticũ manere interim bonorum suorum dominum. Ad priorem confirmationem dic intelligi eas leges, idq; decretum Pontificium de dominio, secundum quid, & imperfecto, quod ad fiscũ transire diximus numero præcedenti. Ad posteriorem dic non esse frustraneũ id additum: tum quia non constat sed sub iudice est an amittatur dominium: tum ẽt ne fiscus existimaret sibi integrum esse ea bona vsurpare, tãquam ipso iure confiscata. Ad vltimũ dic eam doctrinã tradentem pœnas priuatiuas nulla exequutione indigentes incurri ante iudicis sententiã non esse veram semper. Vt probaui lib. 9. de matrimon. disput. 30. nu. 2. Insuper quãuis semper esset vera, at hęc dominij priuatio non est huiusmodi: nam quamuis secũdum se nõ indigeat exequutione, at quia illam consequitur bona illa esse fisco deferẽda, iam exposceret exequutionem.

SVMMARIVM.

An heretici, & alij, quorũ bona publicantur ipso iure, teneantur ante iudicis sententiam restituere, bona fisco? Refertur quadam sententia, num. 6.

Explicatur sententia authoris, num. 7.

An lata sententia teneantur bona offerre fisco, antequam ab ipsis exigantur, nu. 8.

Quid iudice præcipiente in sententia bona reddi fisco, & quãdo id præcipi soleat, nu. 9.

Quid si hæreticus post sententiam non occultet bona, nec interrogatus neget, sed fisci incursa non capiantur, nu. 10.

Quid si ea occultet, num. 11.

An idem dicendum sit de hæreticorum successoribus, vel alio modo bona eorum possidentibus, nu. 12.

Quid si ea bona iam non extent apud illos possessores, nu. 13.

An si delictum sit notorium, teneantur hi in foro conscientia bona fisco tradere, ante quam sententia accedat? Refertur quædam sententia, nu. 14.

Explicatur sententia Authoris num. 15.

An sufficiat ad hoc delinquentẽ fassum esse suum crimẽ, n. 16.

An fiscus vsurpans bona hæretici notorij, nondum lata sententia, teneatur restituere? Refertur quædam sententia, nu. 17.

Declaratur sententia Authoris, nu. 18.

An dicente decreto bona confiscari ipso iure, absque alia declaratione, sit opus sententia? Refertur opinio, num. 19.

Explicatur quid author sentiat, num. 20.

An si rogati in iudicio crimen negent, teneantur bona fisco restituere? Refertur opinio, nu. 21.

Proponitur sententia Authoris, nu. 22.

Quid si iniustè appellarunt, & sententia rescindatur, nu. 23.

An liceat tunc fisco via compensationis eripere ea bona, n. 24.

An negans teneatur restituere petente rescissionem ludi, aut alterius contractus, nu. 25.

Verba ipso iure, vel ipso facto, quid operentur, nu. 26.

An exigatur tunc sententia condemnans, an potius sat sit declarans delictum, nu. 27.

An efficiant posse procedi contra hæredes delinquentis, nu. 28.

Quid distet inter pœnam ipso iure incursam, & incurrendam per sententiam, quoad fructus, nu. 29.

Satisfit argumentis, numero 30.

Post num. 30. inuenies alia summaria.

6 QVæstio secunda. An hæretici, & alij, quorũ bona ipso iure publicantur, teneantur nulla expectata iudicis snia restituere fisco ea bona? Duplex est sententia. Prior sustinet eos teneri. Ducitur ex cap. 2. de præscriptio. in 6. vbi dr̃ hæredes hæretici non posse bona eius pręscribere, si hæresis conscij fuerint, quasi ex tunc in mala fide fuerint constituti. At si à restituendi obligatione liberi essent, nõ dicerentur habere malã fidem. Secundo quod lex humana potestate infligendæ pœnę obligantis ante omnẽ iudicis sniam ponatur. Vt fatetur cõis snia in tractatu de legibus. At nullis expressioribus verbis potest hæc obligatio significari, q̃ decernẽdo bona esse ipso iure, vel ipso facto confiscata. Et confirmatur, quia aliàs carerent prorsus effectu illa verba, ipso iure, & ipso facto. Quippe eis nõ adiectis deberetur similiter pœna post iudicis sniam, & nõ antea. Tertio, quia à die cõmissi criminis priuatur hæreticus dominio bonorũ & transfertur in fiscũ. Ergo iniustè retinet inuito vero dño. Tandem quia aduersarij concedunt solam sniam criminis declaratoriã sufficere, vt teneantur hi bona fisco restituere. quæ ob id solũ est proferenda, vt de crimine illo constet. At hęretico magis cõstat de suo crimine, statim ac id patrauit, quã sibi, & alijs, per eam sententiam. Quippe euidenter nouit se illud cõmisisse: cũ tñ snia possit multis rõnibus falli. Ergo non est cur in foro conscientiæ desideretur ea snia ad hanc restitutionem. Et ideo hanc sententiam tuẽtur *Abbas cap. Dilecti, numero duodecimo de arbitrijs, & c. 1. numero vndecimo de constitut. & ibi Alex. de Neuo, numero 52. Felynus nu. 44. & 45. & cap. Rodulphus, numero 38. limitatione 3. de rescrip. Ludouicus Gomez. capi. 1. numero 9. de rescript. in 6. Marianus Socinus senior cap. Iudæi, el 2. numero 14. de Iudæis. Gulielmus Benedictus c. Raynutius, verbo. Et vxorem, decisione 5. num. 276. de testamen. Antonius Gomez, tomo 3. variarum, c. 2. numero 3.*

in fi. Castro lib.2.de lege pœnali per multa capita, & maxime c.10.& 11.& li.2.de iust.hæret.punit.c.5.& 6. Pro eadem sententia sunt multi quos refert, & sequitur Tiraq. l.si vnquam, verb. Reuertatur, nu 268.in noua editione, qui tradunt, cum quid sit ipso iure, statim esse fructus restituendos nulla sententia expectata, nec petitione, aut litis contestatione.

7 Posterior sententia (cui tanquam longe probabiliori adhæreo) sustinet minime teneri hos ante iudicis sententiã ad ea bona restituenda fisco. Quã quidem latissime tradunt Sotus, Simancas, & Molina statim allegãdi; & ideo vna, vel altera ratione contentus ero. Est igitur ratio, quia quamuis lex humana possit pœnam imponere ipso facto soluendam in foro conscientiæ, ante iudicis sententiam: at si ea pœna esset priuatio omniũ bonorũ, adeo rigida est, vt nõ posset lex ad eius solutionem obligare ante sñiam, quippe id nimium, atq; adeo iniustũ videretur. Ergo vt iusta, & proportionata sit, oportet verba illa, ipso iure, et ipso facto, ita intelligere vt aliquem alium effectum habeant, præterquã obligãdi ad solutionem pœnæ ante sententiam. Secundo, quia cum lex fragilitati humanæ accommodata, & possibilis esse debeat, non est rationi consentaneũ, vt ipsemet reus sit suæ pœnæ, ac grauissime exequutor sed satis est illam sibi impositam pati. Quare esto lex eo modo pœnã pecuniariam indicere posset, vt reus sit illius exequutor, nulla expectata sententia, credendum tamen est, nõ sic indici, nisi manifestissimis verbis id exprimatur: qualia nõ sunt, ipso iure, vel ipso facto, cũ alij effectibus deseruire valeant, quos à nu. 26.explicabimus. Et ideo hanc sententiam tuentur Decius ca.1 in prima lectura, in noua editione post quintam conclusionem, in n.73.de constitutione Alexand.l.si quis maior nume. 13.C.de transactione, & ibi Pallida, num.58. Adrianus quodlibeto 6.art.1.litera L. columna 3. Rosella in summa. verbo Assassinus.nume.1.& ibi Tabiena q.vnica, numero 2.& 3. Syluest.ibi numero vltimo, & verbo Hæresis 1.quæstione 8.nume. 13.versic. Pro his tamen notandum. Caietanus 2.2 quæstione 62.art.3.in fine. Victoria relectione priori de indis insulanis, nume.14. Sotus libro 1.de iustitia, quæstione 6.art.6.conclus.1. Medina de restitutione, q.1.§ Post rerum dominium, versic. Ad propositum igitur redeundo. Nauar. summa, c.23.n.66. Couar.4.decret.2.par.c.6.§.8 nu.10. Corduba in suo quæstionario, libro 1.quæstione 36.in 1.opinione, quã in fine quæstionis dicit esset valde probabile, & forsan verã. Minchaca lib.1.de successionum progressu, in præfatione, n.98. versic. Simillimum est, in fine, & lib.1.controuersiarũ illustrium, c.28.num.14. Simancas de cathol.instit tit.9.à numero 161.vsque ad 252. Peña in directorio Inquisitorum.3. par. commento 158. Petrus de Couarrubias de remedio lusorum 3.p.c.21. Anton. Gomez. to.3.variar.c.vlt.nume.3. Matienzo lib.1.recopil.tit.2.l.2. glossa 5.nu.4.& tit.8. l.6. glossa 8.nu.8.& tit.9.libro 10.glo.3.num 2.& glossa 4.nu. 1.& tit.11.l.5.glossa 1.nu.2.& 3. Azebedo li.2.recopil.tit. 1.rubr.numero 24.& lib.8.tit.3.l.1.n.189. Angel.in summa, verbo Pœna, nu.3. Canicra in suis quæst.criminalibus, tit.de quæstionibus tangentibus punitionem delictorum, c.1. nu.16.& 17. Molina to.1.de iustit.disput.63.col.7. versic. Contrariam sententiam. Villagut de extensione legũ.tit.de extensione legum pœnalium inflictarum hæreticis ad eorum filios nu.122. Henriquez li.13.de excommunic.ca.36.nu.2. paulo ante finem. Valentia 1.2.disp.7.q.5.puncto 6.q.3.col. 16.vers. Ex quo deinde, & 2.2.disp.1.q.11.puncto 2.ad fin. Salon 2.2.q.62.art.3.controuersia 1.post conclusionẽ, paulo ante solutionem argumentorum. Vasquez 1.2.q 96.ar.5. disp.170.toto cap.3. Azor to.1.instit moral.lib.5.ca.7.q.1. & 3.& l.8.c.12.q.3. Bañes 2.2.q.12.art.2.dubio vnic.circa solutionem ad 3.principale, in 1. conclus. Aragon 2.2.q. 11.ar.3.fol.347.§. His suppositis. Sosa in expositione Motus proprij Clemet.VIII. de largitione munerum interdicta religiosis, n.102. Sayro in claui, regia lib.3.c.9.n.30. Leonardus lib.2.de iust.c.29.dub.8.nu.64. Emmanuel Sa in summa, verbo Fiscus, nu.4. Philiarcus de offic. sacerd. to.2.p.2. lib.6.c.12. paulo post princip.

8 Immo etiam sequuta sententia declaratoria, siue cõdemnatoria, nõ tenentur hi bona offerre fisco, sed tantum tenentur non resistere, vt bona ab eis exigantur, & sententia mandetur exequutioni, quam & ipsi non tenentur aduersus se ipsos exequi. Quia sententia non cõdemnat hos, vt bona tradat, sed dat fisco ea capiẽdi actionem. Durissimumque est quempiam suæ pœnæ exequutorem constituere. Sic Adrianus quodlibeto 6.art.1. litera L corollar.4. Nauar. Padilla num.præcedenti relati. Couar.4.decret.2.p.c.6.§.8.num.10.corollar.2. Minchaca libro 1.controuers.illustrium, c.28.nu.14. Simancas de catholicis institut.tit.9.numero 184.& 209. Matienzo lib.5. recopil. nu.8.l.6 gl.8.num. 8. Azebedo lib.2.recopil.tit.1. rubrica, nu.24.in fine. Molina to.1.de iustit.disp.66.col.3. versic Addit optime & disput.95.col.14.versic.ad 2.principale. Henriquez lib.13 de excommunicat.c.36.num.2.in commento litera l. Azor to.1.instit.moralium, lib.5.c.8.q. 4.lib.8.ca.12.q.4. Philiarcus de officio Sacerdotis, to.2.par. 2.l.6.c.22.col.3.vers. Sed dubium est. Quare minus bene Corduba in suo quæstionario, libro primo, quæstione 36.columna secunda, notabili secundo, ait facta criminis declaratione teneri hæreticos offerre bona fisco nõ petenti. Et sic venit intelligendus Vasquez 1. 2. quæstione 96.articul. 5. disputatione 172.c.2.nu.11. vbi ait delinquentes hos teneri post sententiam omnia detegere, intellige, si interrogentur.

9 Hoc tamen est temperandum, nisi iudex in sentẽtia præcipiat reum exequi, vt cum iudex ipsum cõdemnat ad aliquos nũmos soluendos: secus quãdo ab solam pœnam damnat. Sic Nauar. Couar. Simancas, Henriquez num.præcedenti relati Molina ea.disp.95 in fine. Addunt autẽ bene Couar. & Molina ibidem, iudices condẽnantes ad bonorum omnium, vel partis eorum amissioné, non solitos esse damnare ad solutionem, sed simpliciter vti cõdemnatione bonorum, vel partis, ea fisco adiudicantes; at vbi fit cõdemnatio ad rationem alicuius mulctæ pecuniariæ, tunc etiam solere condemnare ad eius solutionem.

10 Hinc deducitur, si hæreticus post sententiam nõ occultet bona, nec interrogatus neget, sed negligẽtia fisci aliqua eorum non compareãt, minime illum teneri ea restituere. Quod suum non sit ea tradere, nec nõ interrogatus ea manifestare Sic Bañes 2.2.q.62.art.3.dub.2. Quod intelligo, nisi per edicta, vel alio modo petat fiscus ea bona. Quia id est interrogare.

11 Quod si hic occultet aliqua bona, ait Bañes ibidem, omnes eũ ad illa restituenda obligare. Idem docet Aragon 2.2.q.62.ar.3.fol.128.col.2. Sed Azor to 1.institut. moral.lib.5.c.8 q.4.in fine. videtur sentire id esse verum, quãdo fiscus edictis, vel alio modo petit; ait enim, peccare hæreticum occultando bona, quãdo fiscus ea tradi sibi curat, vel repetit. Et ratio est, quia si non tenetur tradere bona, sed potest expectare, vt ab eo exigãtur (vt diximus num.8.) non est cur occultando peccet, dum non exiguntur. At bene dixere Bañes, & Aragon aliud .n. est occultare bona habẽdo se mere negatiue, quod est non manifestare, seu non exhibere bona, quod meram negationem importat; & hoc nulla est culpa, dum fiscus non petit: aliud autem est, occultare bona positiue, quod est data opera abscõdere illa, & hoc est peccatum. Nam occultans priori modo nõ impedit ius fisci, cum negatiue se habeat nec teneatur ad positiuam manifestandi actionem, aut ad tradendum. At posteriori modo impedit id fisci ius.

12 Secundo deducitur similiter successores in ea hæreticorum bona, posse illa retinere, etiã damnatis hæreticis, dum fiscus ab eis non petit edictis publicis, aut alio modo: at eo petenti teneri restituere. Constat ex dictis triplici numero præcedenti. Atque ita docet Molina to. 1. de iust.disput.66.col.4.immediate ante 2. conclusionem,

&

& disp.95.col.13.vers. Ad 2.principale, et Azor nu.praecedenti relatus.

13 Quod tamẽ intellige, si ea bona apud possessores extent, aut si non extent, recepere mala fide, nempe, conscij hæresis, alienantium. Nam si bona fide recepere & res non extet solum tenẽtur reddere fisco, quatenus ex eis facti sunt locupletiores, sicut de omni possessore bonæ fidei dicemus late ca. sequenti. Id etiam limitãdum est iuxta dicenda n.73. vbi agemus de ijs, qui titulo emptionis, permutationis, aut alio simili recepere.

14 Quidam retenta hac sententia, vt fiscus non habeat ius, vt sibi hæc bona restituantur ante sententiam, limitant vt non liceat fisco ante sententiam ea occupare, vt intelligatur, nisi delictum sit notorium. Quia vt hæretici teneãtur hæc bona restituere, solum exigitur sententia declarans crimen, vt de illo constet. Ergo quãdo crimen est adeo notorium, vt nulla tergiuersatione celari possit, hæc non est expectanda. Insuper, quia euidentia criminis commissi non indiget clamore accusatoris *ca. euidentia, de accusat.* Ita tradũt *Abbas ca. cum non ab homine nu.29. de iudicijs. Felinus cap.1. num.15. de constit. & c. Rodulphus, nu.37. lim.1. de rescript. Dominic. c. cum secundum leges. §. confiscationis n.2. de heret. in 6. Ludouic. Gom. c.1. nu 7. de rescrip nu.6. Castro lib.2. de lege penali, c.10. in 2. principali argumẽto pro sua opinione. Villagut de extensione legum, tit. de extẽsione legum pœnalium in filios hæreticorum ad eorum filios, n.122. Gregor. Lop. l.4. verb. El señorio, ad medium, tit.2 p.7.*

15 At nullatenus hoc est admittendum, sed dicendum est exigi adhuc iudicis sententiam. Quippe non est verum sententiam declaratoriam solũ exigi, vt constet de crimine: sed exigitur, vt per iudicem, tãquam per causam particularem auditis delinquentis defensionibus, pœna legis vniuersalis applicetur huic casui, quo suum effectum sortiatur. Præterea caute dicitur *eo. c. euidẽtia*, nõ esse opus accusatore in delicto euidenti, eo quod ipsum met se ostendat. At iudicis sententia est semper necessaria, vt aduertit *ibi glos. finalis cõmuniter recepta.* Et ideo ita sustinent *Rosell. in summa. verb. Assasinus, n.1. & ibi Syluest. q. vltima. Tabiena q. vnica, nu.3. Sotus libro 1. de iustitia, q.6. art.6. post 3. conclusionem, vers. Quapropter. Angelus verb. Pœna, nu.3. Simancas de instit. cathol. tit.9. n.165. & 166. Aragon 2.2. q.11. art.3. fol.348. col.2. in solut. ad 3. & 4. Azor to.1. instit. moral. lib.5. c.7. q.3. paulo post medium. Molina to. de iustit. disp.95. col. antepenultima, in solutione ad 2. principale. Vasquez 1.2. q.96. articulo 5. disputatione 170. c.4. nu.14. Scaccia l.1. de iudicijs, c.98. numero 10.*

16 *Azor* autem *ibidem* ait prædictam limitationem esse veram, si reus suum crimen in iudicio fassus sit. tunc. n. ait ius esse fisco vsurpãdi ea bona; & refert pro se *Ioannem à Metina.* Sed falso allegatur *Metina* nec limitatio est vera. Quippe vniuersi huius sententiæ Doctores petunt sententiam criminis declaratoriam. & antea non concedunt fisco ius capiendi bona, nec ipsis reis imponunt obligationem ea tradendi.

17 Hinc deducitur, quid dicendum sit de doctrina quã tradit *Castro libro secundo, de lege pœnali, c.10. in 3. principali argumento pro sua sententia*, vbi ait fiscum occupãtem bona hæretici, quãdo crimẽ ita euidens est, vt nulla tergiuersatione occultari possit, peccare quidem cõtra præceptum *ca. Cum secundum leges, de hæreticis in 6.* vbi iubetur bona non occupare ante sententiam; non tamen teneri ea restituere. Idque probat *ex regula, Quod à quoquam ff. de regul. iur.* ibi: *Quod à quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.* Cum ergo fiscus ea bona ab hæretico in iustã delicti pœnam eripuerit, non tenebitur eadem illi restituere. Atque eidem sententiæ fauet *Sotus li.1. de iustitia, quæstione 6. art. 6. immediate, ante quintam conclusionem*, vbi ait fiscum bona hæretici eripientem teneri restituere, si ipse solus crimen nosset, quod probare nequiret, nec infa-

mia notatum esset. Quare à contrario sensu liberat eum restituendi onere quando crimen probare potest.

18 Sed dicendũ est teneri restituere. Quia iure illa vsurpandi caret ante declaratoriam iudicis sentẽtiã. Vt cõstat ex *eo. cap. Cum secundum leges.* Præterea quia vsque tunc reus habet dominium, aut saltem iustã bonorum possessionem. Ergo ijs priuans tenetur illi restituere. Tandem quia ad compensationem iustam, nõ satis est esse probabile reũ teneri restituere, sed opus est id luce meridiana clarius esse, vt tradunt omnes in tractatu de furto. At hos reos teneri ante iudicis sententiã restituere vix est probabile, nedum certum: & demus id esse probabilius, non est tamẽ luce meridiana clarius. Ergo talis compensatio est cõtra iustitiam. Nec obstat regula iuris in cõtrarium allata, quia intelligitur de exactis nomine pœnæ, iuxta iuris ordinem & subinde post latam sententiam. Quippe alias hoc absurdũ esset admittendum, vt quilibet priuatus vsurpãs quæ iudicis sententia essent sibi in pœnã applicanda, non teneretur restituere. Est enim ea regula statuta aduersus existimãtes nil nomine pœnæ posse tuta conscientia accipi. Et ideo ita tenent *Simancas de cathol. institut. titul.9 à num.175. vsque ad 178. Aragon 2.2. quæst. 11. art.3. fol.348. colu.2. in solutione ad 4. Molina to.1. de iustit. disput.95. colu. antepenultima in solutione ad 3. Vasquez 1.2. q.96 articul.5. disputat.170. cap.4. numer.15. Emmanuel Sà in summa, verbo Fiscus, num. secundo.*

19 Secundo alij limitant principalem sententiam, vt intelligatur, nisi quando pœna imponitur ipso iure, vel ipso facto, addẽdo vt nulla opus sit declaratione. Sicut in hoc regno Castellæ additur circa cõfiscationem bonorum sodomitæ: vt constat ex *l. regia 1. titul.21. libro 8. recopil.* ibi: *Assi mismo aya perdido por esse mismo hecho y derecho, y sin otra declaracion alguna todos sus bienes.* Quia alias nil operarentur ea verba. Itẽ quia cũ sola criminis declaratio exigatur ad hanc pœnã incurrenda, illa per legẽ exclusa, erit locus huic confiscationi ac reus tenebitur ante omnẽ sententiam ea bona restituere. Sic docent *Syl. verbo Assasinus, in fine, & ibi Tabiena q. vnica n.3. Azor to.1. instit. moralium, lib 5 c.7. q.6.* Et in simili docent alij. cũ enim motus proprius Pij V. statuat pœnam priuationis officiorum ipso facto absque alia declaratione dicunt, nullam exigi sententiam, vt sint in foro cõscientiæ dimittenda. Hi sunt *Manuel in eo motu proprio, n.31. statim in principio, & n.32. Surdus in cõpendio priuilegiorũ mendicantium, verbo Ingressus monasteriorũ monialiũ, n.10. vers. Notandum est an committẽs, & vers. Idem dicendum esse.* Et potest tandem probari, quia cũ ea, ipso iure, & ipso facto importẽt, vt sola declaratio criminis exigatur, absque alia declaratione pœnæ essent vtique superflua verba addita, absque alia declaratione, si intelligerentur de sola pœnæ declaratione.

20 Verum mihi probabilius est, desiderari adhuc aliquẽ iudicis actum ad eam pœnã incurrendam, nempe, declaratoriam eius criminis sententiã. Atque ita ea verba, absque alia declaratione, sunt intelligenda de pœnæ declaratione. Ducor, quia *Extrauagant. Ambitiosæ, de rebus ecclesiæ non alienandis*, habentur multo rigidiora veba contra alienantes bona ecclesiæ absque debitis solemnitatibus, ibi: *Ipso facto beneficijs priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeãtur, & libere conferri possint.* Et tñ adhuc est satis probabile, & meo iudicio probabilius, requiri declaratoriã criminis sententiã: atque ea verba, *absque alia declaratione*, intelligi de sola pœnæ declaratione. Quod bene tradũt *Couar. 4. Decret. 2. p. c.6. §.8. n.10. Mexia in tax. panis concl.6. nu.136. Lud. Lop. 1. p. instruct. conscientiæ c.296. f.380. Graffis 1. decis. l.2. c.11 n.41. Enriq. l.13. de excom. c.56. n.3. Manuel li.1. sum. in 2. edit. c.195. n.3.* Et in hanc partẽ magis inclinat *Sotus lib.1. de iustit. q. sexta, art. sexto, in fine.* Præterea quia *libr.5. tit.11. lib.5. recopil. regia* habẽtur hæc verba, *Por esse mismo hecho, sin preceder à ello, ò para*

ello, otro conoscimiento de causa, ni otra sententia, ni declaracion alguna, ayan perdidos las mercadurias. Et tamē *Azebedo ibi, nu. 1. Matienzo ibi, glo. 1. n. 4.* dicunt adhuc exigi sententiam. Præterea, quia non potest negari rem hanc esse dubiam. At in dubio non est interpretandū voluisse legislatorem obligare ad pœnam ante omnē iudicis sententiam. Vt bene docent *Nauar. summa Hispana, ca. 28. additione ad nu. 66. c. 23. Simancas de instit. cathol. tit. 9. n. 227.* quod maximè est verum, quando est dubium iuris, quale est hoc. Immo optime *Molina to. 1. de iust. disp. 96. col. penult. vers. Quod dictum est*, doceat pęnas amissionis officiorū ipso iure, & ipso facto statutas exigere iudicis sententiā, nisi verba luce clariora importātia nullam exigi sententiā addantur. Nec obstant contraria, quia huiusmodi leges non excludūt omnem iudicis declarationem, sed solam penæ: & quamuis per verba ipso iure, & ipso facto, esset satis exclusa declaratio pœnę, non ob id sunt superflua ea verba, absq; alia declaratione, quia adduntur ad maiorē eorum verborum declarationem. Nec nouum est verba in decretis multiplicari ad maiorem declarationē. Vt in simili docet *Couar. l. 2. variar. c. 5. nu. 9.* vbi apponens exceptionem, de qua ibi tractat, esse inutilem, & nil operari, cū adhuc ea nō expressa casus ille exceptus non clauderetur in concessione: respondet satis esse poni ad maiorē declarationē. Et in proprijs terminis sodomię exigi sententiam iudicis, non obstante rigore verborum *d. l. regia 1. tit. 21.* tradunt *Azebedo ead. l. 1. nu. 70. Ant. Gomez to. 3. variar. c. vlt. nu. 3. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 170. ca. 4. nu. 24. & 25.*

21 Tandem alij limitant, nisi ij delinquentes rogati legitime, à iudice negent delictum: tūc enim quamuis liberi euadant, tenebuntur pęnam hanc restituere, & sic fisco tradere bona, & hoc quidem, quamuis pœna nō esset ipso iure imposita. Ducuntur quod iniuste tunc impediant pęnam fisco, vel alij applicandā, & debitā per sententiam. Et confirmatur, quia iniuste impediēs rem non debitam, vt legatū, quod testator volebat alteri relinquere, tenetur restituere, iuxta vniuersorum sententiam: ergo à fortiori quādo res est debita. Et ideo ita sustinent *Sotus lib. 1. de iust. q. 9. art. 6. immediate ante 5. conclus. Castro de lege pœnali l. 2. c. 11. § ex his, Molina to. 1. de iust. disp. 95. col. penul. vers. Duo sunt hoc loco.*

22 At contrariam sententiam multis Doctoribus relatis sustinui lib. 10. de matrimonio, disp. 8. n. 14. & vltra Doctores ibi relatos, eam tenent *Azor to. 1. instit. moral. li. 5. c. 8. q. 5. & l. 8. c. 12. q. 5. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 175. c. 12. nu. 13. & 14. Carbon. de restit. q. 31. conclus. 5.* Quia tunc iniuste impediēs tenetur restituere, quando cōtra commutatiuam iustitiam delinquit in ordine ad illum cui ipso non impediente, erat lucrum deferendum. Vt contingit in eo qui vi, aut dolo impedit legatum alicui relinquendum. At reus negans iniuste delictum nō delinquit in commutatiuam iustitiam in ordine ad eum, cui erat pęna applicanda: nec vllam ei iniuriā irrogat, vtpote qui illius emolumentum non impedit directe. Quippe non astringitur ad veritatem fatendā ob vtilitatem illius, cui pęna est applicanda, sed propter solam publicam iustitiam, quæ ad criminum punitionē attendit. Et subinde solā iustitiam reipublicæ, & iudici debitam violat: iudicium enim est institutum ad hoc, & nō ad ditādos aliquos ex pęnis inpositis, sed hoc per accidens se habet. Et confirmatur, quia hac ratione ducti probauimus libro præcedenti, cap. 6. n. 5. nec Episcopū prauo exemplo dantem furti causam, nec confessorem omittentem obligare ad restitutionē, teneri restituere: quia etsi peccent in officium; at non tenentur ex officio in ordine ad eos, quibus hęc damna inferuntur: sed in ordine ad spirituale ouium, & pœnitentis bonum: quare non peccant contra iustitiam cōmutatiuam debitam damnificatis.

23 Immo id verum existimò, quamuis hi iustè damnati appellarent ex causa falsa, aut falsis testibus se tuendo, tenerentur enim actori expēsas litis restituere, nec prosequi litē, sed omittere, vt ex vere allegatis feratur sententia, eo quod lis sit iniusta. Pęnam vero minime tenebuntur restituere, si iudex appellationis reuocaret priorem sententiam. Quod probaui libro 10. de matrim. disp. 8. num. 14.

24 Hinc deducitur minus vere dixisse *Molin. to. 1. de iust. disp 95. col. pen. vers. Duo sunt hoc loco*, integrum esse fisco cui constaret reos hos iuridice interrogatos negasse verum crimen, vti compēsatione bonorum, quæ lata sententia erant sibi applicanda: aut esto pęna nō ipso iure incurreretur, erant sibi in pęnam applicanda, eo quod reus ius suum iniuste impedierit. Verū hoc nullatenus est admittendū. Quia etsi sit probabilis sententia relata n. 21. dicens hunc reum teneri illam pęnam restituere, & esto esset probabilior quam contraria relata n. 22. at id non sat est ad iustam compensationē, ad quam vniuersi Doctores petunt debitum esse luce meridiana clarius, quale non est hoc sed valde dubium, ac frequētior sententia optimis rationibus ducta id negat. (Vt diximus nu. 21.) Præterea, quia cum rei ea bona possideant, non sunt in dubio illis spoliandi.

25 In hoc tamen casu tenebitur reus veritatem nagans restituere, nimirum, si ageretur in iudicio contra reum ad alicuius contractus concessam legibus rescissionem, vt ludi vltra quantitatem permissam, vel alias illiciti, vel gesti à minori; si enim reus iuridice rogatus negaret & ob id actor nō recuperaret illud ludi lucrum sibi per sententiam reddendum, aut minor iure suo destitueretur; teneretur reus restituere omne emolumentū, quod inde actor cōsequi debebat. Quia suum ius in sui vtilitatem institutum reus iniuste impediuit. Et sic docet optime *Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 175. c. 2. in fine.*

26 Demum si quæras quem effectum habeant ea verba apposita in lege, Ipso facto, vel ipso iure, sint bona cōfiscata, aut omittātur bona. Dic varios habere. Primus est, quia licet in hoc conueniant pęna per iudicem imponēda, & imposita ipso iure, vel ipso facto, vt neutra ad sui solutionem obliget ante iudicis sentētiam; at imposita ipso iure, aut ipso facto, statim ac per iudicē pronunciatur sententia, retrotrahitur ad omnia bona quæ habuit reus à die commissi criminis, & reuocantur omnes contractus, siue gratuiti, siue onerosi, a die criminis per delinquentem initi. (Vt à nume. 35. declarabimus) At pęna a iudice ferenda nō retrotrahitur, nec reuocabuntur alienationes ante sententiam factæ nisi constet eas alienationes in fraudem esse factas. Vt explicui ca. præced. nu. 25. & 32.

27 Secundus effectus est, quādo pœna est per iudicē imponenda, exigitur sententia cōdemnans ad illam, & eā declarans. Quod non sit per legem eo ipso imposita; sed quamuis per illam statuta sit, refertur ad iudicē, præcipiendo illi eam imponere. At quādo imponitur ipso iure, vel facto, non exigitur sententia illam declarans aut ad eam condemnās, sed satis est sententia criminis declaratoria, id est, quæ declaret hunc esse illius criminis reum. Constat ex *c. cum secundum leges, de heret. in 6.* ibi; *Confiscationis executio non fiat donec sentētia fuerit promulgata super crimine.* Et ratio est quia pœna incurritur ipso iure, ac cōmittitur crimē, ac proinde declarato crimine illico succedit. Et ita docēt *Alex. l. si quis maior. n. 13. C. de transact. Felin. c. Rodulp. n. 15. de rescr. Domin. eo. c. cū secundū l. § confiscationis nu. 1.* Et multi alij, quos refert, & sequitur *Tiraq. l. si vnquā verb. reuertatur, in noua edit. n. 400. C. de reuoc. don. Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. § 8. n. 18. vers. Secundo. Ang. in summa verb. Pœna, n. 3. Sylu. verbo Assassinus, q. vltima, & ibi Tabiena q. vnica, num. 2. Sotus l. 1. de iustit. q. 6. art. 6. conclus. 3 & ad 7. Bossius in sua practica, tit. de hereticis, nu. 16. Peregrinus de iure fisci, libro 5. titulo 1. numero 172. Azebedo libro 4. recopil. titulo 4. li. 1. numero 61. & 62. & libro 8. titul. 3. lib. 1. nume. 186. Ma-*

tienzo

tienz. lib. 5. recop. tit. 1 c. l. 5. glo. 1. n. 2. Stoccia li. 1. de iudicijs, c. 98. nu. 10. & 11. Philiarcus de officio sacerd. to. 2. p. 2. li. 6. c. 22. in solutione ad 3. & passim Doctores. Et quiuis *Simancas de cathol. inst. tit. 9. n. 153. et Vasquez 1. 2 q. 95. art. 5. disputat. 170. c. 4. nu. 3.* asserant nunquam sniam esse tã breuem, vt solum crimen declaret, nec reũ condemnet, & videri tũc esse irritam, vtpote quę nec condemnationẽ, nec absolutionẽ continet, *l. Præses, C. de sent. & interloq. om. ibi: Præses, prouinciæ non ignorat definitiuam senten. quę condem rationem, vel absolutionẽ non continet, pro iusta nõ haberi.* At *Simãcas ibi. n. 164. & Vasquez n. 14.* aiũt includi tacite in hac snia criminis declaratoria, cui est ipso iure imposita pęna condemnationẽ ad illã, ob rõnẽ traditã. Et iõ hoc satis est ad eius valorẽ.

58 Tertius effectus est, quoties bona sunt ipso iure cõfiscata, possunt hæredes delinquentis conueniri ad bona fisco tradenda, quãuis ille lite non contestata obierit, *l. cõmissa, ff. de public. & vectig.* At si pęna non sit ipso iure imposita, & lis non sit contestata ante delinquẽtis obitum, hæredes ad pęnam illius delicti conueniri nequeunt. Vt habetur *l. ex iudiciorũ ff. de accusat. & l. vnica, C. ex delict. defunct. in quantum hæred. teneantur.* Et ratio est quia in priori casu manent bona realiter obligata fisco, quare ratione illius obligationis, cum qua ad hæredes transeunt, datur cõtra illos actio. At in posteriori nulla est realis bonorum obligatio ad pœnã, nec fiscus habet bona delinquentis obligata ante sententiã condemnatoriam. Vt late alijs allegatis probat *Farinacius in sua practica, in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. n. 190. vsq. ad fi.* Et cum crimẽ sit personale, & subinde solam delinquentis personam sequatur non datur actio, ratione rei, nec ratione personæ contra hæredes. Sic *Arch. cap. cum secundum leges, ante n. 1. de hæret. in 6. Ant. Gomez. to. 3. variar. c. vlt. n. 2. Simancas de cath. inst. tit. 9. n. 186. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 170. c. 4. nu. 22.*

29 Vltimus effectus est circa fructus restituendos. De quo diximus c. præced. nu. vlt.

30 Ad argumenta contrariæ sententię relata num 6. respondetur. Ad primũ dic cum *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. num. 10.* peculiare esse in casu hæresis desiderari eius ignorantiam in hæredibus, vt bona defuncti pręscribãtur, quare *10. c. 2.* appellatur scientia hæresis, mala fides respectu præscriptionis: non aũt eo quod hæredes iniuste, & mala fide retineant ea bona ante sententiam. Ad secundum, negatur ea verba esse expressa, ac eorum intellectum, tradidimus nu. 5. in solutione ad 4. Ad confirmationem cõstat ex dictis à n. 26. vsq; ad 29. vbi eorum verborum effectus expositi sunt. Ad tertiũ constat ex dictis nu. 3. vbi probauimus non transire dominium in fiscum, atq; esto dicamus cum contraria sentẽtia illud transire, dicendum est manere iustam bonorũ illorum possessionem apud hæreticũ, quia priuandus non est ante sententiam. Ad vltimum constat ex dictis n. 15. vbi probatum est, eam sententiam declaratoriam non desiderari ad eum solum effectũ, vt de crimine constet.

SVMMARIVM.

Quando alienationes factæ ante delictum ab his, quorum bona ipso iure publicantur, vel quib. alienatio, & administratio interdicitur, reuocentur, num. 31.

Circa alienatione factas post delictam reuocãdas, est idem dicendum de ijs, quorum bona publicantur ipso iure, ac de ijs, quibus administratio interdicitur, nu. 32.

Bona ob his alienata à die commissi criminis pertinent ad fiscum, & retrotrahitur confiscatio, num. 33.

An intelligatur hoc à solo tẽpore, quo delictũ prodijt in actũ externum, & quamuis eo medio tẽpore cessarit hæresis, nu. 34.

Quid si reus condemnetur, eo quod in purgatione defecerit, aut contumax sit. nu. 35.

An reuocentur hi contractus non obstante bona fide possessoris per quotcumque manus transierint, nu. 36.

Quid si possessores bona illi præscripserint: & an inueniatur præscriptione, adhuc superstite hæretico, nu. 37.

Quantum tempus præscriptio hæc petat? Refertur duplex sententia, nu. 38. & 39.

Explicatur sententia Authoris, nu. 40.

Declarantur conditiones petita ad hanc præscriptionem, n. 41.

An præscribi possit actio procedendi contra hæreticum defunctum, & vt filij euadant alias pœnas, præter bonorum confiscationem, nu. 42.

An reuocentur alienationes factæ à viro, de parte lucrorũ constante matrimonio acquisitorum quæ ad vxorem hæreticã pertinet, quando hæresim ignorauit, & cui incumbat probare fraudem, nu. 43.

An hoc procedat etiam in contractibus gratuitis, nu. 44.

Quid si vir conscius fuerit hæresis vxoris, nu. 45.

An vir, cuius bona ob hæresim publicata sunt, possit recõciliatus ecclesiæ alienare dimidiam lucrum vxoris pertẽ, n. 46.

An alienationes factæ ab hæretico reuocentur, quãdo possessor est bonæ fidei oriẽtis ex pacto publico. nu. 47.

An contractus gesti ab hæretico ante sententiam, valeant mero iure? Refertur duplex sententia, nu. 48. & 49.

Explicatur sententia Authoris, nu. 50.

Quid distet inter vtrumque dicendi modum, nu. 51.

An tertius ille possessor conscius delicti patrati tempore alienationis, teneatur ea bona tradere fisco ante sententiam, n. 52.

An fiscus publicans bona delinquentis aut in alicuius bona succedens teneatur stare locatione per eum facta, num. 53.

An alienatione necessaria facta ab hæreticis reuocentur à fisco? Refertur quædam sententia, nu. 54.

Explicatur sententia authoris, num. 55.

Declarantur quæ sint alienationes necessariæ, nu. 56.

An sint huiusmodi alienationes necessariæ, quæ dantur pro dotandis filiabus, nu. 57.

An peccent alienando bona ante sententiam? Refertur quędam sententia, num. 58.

Explicatur sententia Authoris à nu. 59. vsque ad 65. & qualiter non sit culpa contra legem venire, quando non dirigitur ad personas, sed ad actus, num. 59.

An emens ab hæretico peccet, nu. 66.

An fiscus vindicans res has alienatas, teneatur possessori pretium soluere? Refertur quædam sententia, nu. 67.

Explicatur sententia authoris, & quando pretium dicatur esse in bonis delinquentis, & conuersum in vtilitatem à nu. 68. vsque ad 71.

Cui incũbat probare pretiũ esse conuersũ in vtilitatem, n. 72.

An possideates bona hęreticorum iussi per edicta, teneantur ea declarare, nu. 73.

Post nu. 73. inuenies summaria reliqua quæ deficiant.

31 QVæstio tertia. An qñ bona publicantur ipso iure ob delictum, vt ob hæresim contingit, aut saltẽ à die cõmissi criminis, interdicitur administratio delinquentibus valeant alienationes ab eis factæ, siue titulo oneroso, siue lucratiuo? Et quidem alienationes quouis titulo factæ ante delictum commissum, dummodo in fraudẽ fisci non fiant, valent, nec postea à fisco reuocari valent. Quia ante delictum nil iuris in ea bona fiscus acquisiuit. Quod si in fraudẽ sint factæ, valebunt mero iure; at sequuta sententia poterit fiscus reuocare. Sicut in alijs delictis, ob quæ confiscãda sunt bona per iudicis sententiã diximus cap. præcedẽti, nu. 25 & 26. Quia cum sola fraus absq; alio iure in bona, præbeat reuocationis casũ, vtraq; delicta sunt eiusdem rationis quoad illam. Et ita docet *Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 56.*

32 Quare difficultas hæc procedit de solis alienationib. post delictum factis. Atq; loquendo de delictis, ob quæ non publicantur bona ipso iure, sed à tempore delicti commissi, interdicitur administratio; de quib. tractatur in *l. Quæsitum, ff. qui & à quibus, & l. ex iudiciorũ, versic. Adeo ff. de accusat.* est idem prorsus dicendũ quo ad reuocationẽ, quod dicemus de delictis ob quæ bona publicantur ipso iure. Vt bene tradũt *Bart. l. post contractũ 15. nu. 12. ff. de donat. & ibi Montepicus nu. 73. Alciat. nu. 18. Salicetus l. si quis post hac 9. in principio, nu. 7. C. de bonis damnat. Tabiena in summa, verb. Assassinus, q. vnic. n. 4. Gregor. Lopez l. 2. verb. Valdria, tit. 4. p. 5. Antoninus Gomez to. 3. var. c. vlt. n. 4. Peregrinus de iure fisci, l. 5. ti. 1. n. 175.*

n.175. Bossius in sua pract. tit. de bonorũ publicatione, n.76.

33 Loquendo igitur de hæresi, & de alijs delictis, ob quæ bona ipso iure publicantur, certissimũ est, sententiam latam contra huiusmodi delinquẽtes retrotrahi ad diem cõmissi delicti, ita vt omnia bona, quę tẽpore delicti habebant, ad quemcũq; quocũq; titulo peruenerint, pertineant ad fiscum. Quare fiscus rescindit omnes cõtractus, siue titulo oneroso, siue lucratiuo, siue causa dotis, ab illa die ab huiusmodi delinquentibus initos. Ratio huius diuersa redditur iuxta diuersas sententias: nã sustinendo sñiam nu. 2. relatam, ratio est, quia ex die cõmissi delicti amisere hi dominiũ omnium bonorũ suorum, idq; fiscus comparauit, cui dominio nulla alienatio postmodũ facta potest preiudicare. At retenta nostra relata nu. 3. & 4. dicenti non amitti dominium, ratio est, quia qñ pœna imponitur ipso iure alicui delicto comparat fiscus à die illius delicti patrati, ius, & hypothecam in omnia delinquentis bona, ideo cũ eo onere transeunt ad quemcunq; quouis titulo possidentem cui iuri ex tunc acquisito per fiscum, nullus contractus postea initus obstare valet. Sicut nec cuiusuis hypothecæ onus alicui rei adiectũ impeditur per quamcunq; illius rei alienationẽ. Et ita docet *gl. 1. post contractũ 15. verb. crimen & ibi Bartholomaus, nu. 11.* Idque ab vniuersis vtriusq; iuris Doctorib. & Theologis est receptissimũ.

34 Intellige tamen à die commissi criminis prodeuntis in actum externum, quantumuis occultum. Vt optime ait *Sotus li. 1. de iustit. q. 6. art. 6. con. cl. 4.* Quia cum per actum internum nullæ pœnæ incurrantur, sed bene per externum quantumuis occultum: (vt probauimus hoc libro c. 8. num. 1. & 6.) contractus initi ab hæretico antequam internã hæresim, verbo, facto vel signo aliquo, sufficientib. vt sit hæreticus externus, manifestet, reputantur ac initi ante delictum; vtpote qui vere ante delictum publicationi subiectum, & ante ius comparatũ à fisco in ea bona sunt initi: cum autem crimen publicationi subijciatur ex puncto, quo hæresis in actum externum, quantumuis occultum prodit, ex tunc ius comparat fiscus in ea bona, & ideo contractus ex tunc initos reuocat. Atque sustinendo sententiam, quam hoc libro cap. 14. num. 10. tenuimus, nempe, non publicari bona acquisita post delictum, tempore quo ab illo etiam ante sententiã resipuit, contractus circa bona tunc acquisita non subijcientur huic rescissioni. Et ideo caute *Bursatus cons. 259. nu. 10. vol. 3.* ait omnes contractus ab hęretico initos à die commissi criminis omni tempore, quo in hæresi perseuerauit, esse nullius valoris.

35 Præterea intellige, nisi reus damnetur in contumacia, vel eo quod in purgatione defecerit; tũc enim non publicãtur bona à die, qua testes deponunt illum in hęresim incidisse, sed à die, qua defecit in purgatione, vel damnatur tanquam contumax. Quod ex tunc tantum hæreticus esse præsumatur. Ita tradit late probãs *Quemada in suis quæstionibus tota q. 8.* & ipsum sequitur *Simancas de cathol. inst. tit. 9. nu. 26.*

36 Et quamuis qñ bona non publicantur ipso iure, sed per sñiam publicanda sunt, non reuocentur contractus onerosi ante sñiam initi, nisi probetur mala fides emptoris. (vt probaui capite præced. nu. 29.) At quando confiscantur ipso iure, reuocantur non obstãti bona fide possessoris per quotcumq; manus transierint ea bona. Quia in priori casu nullũ ius, aut hypothecã acquirit fiscus in ea bona ante sententiã, quæ tamen acquirit in posteriori. Ita docent *Archid. c. 2. leges, nu. 2. de hæret. in 6. & ibi Dominicus in principio, n. vlt. Angelus l. si quis post hac nu. 4. C. de bonis damnat. & ibi Fulgosius num. 10. Montepicus l. post contractum 15. n. 69. ff. de donat. Repertorium inquisitorum uerbo Alienatio, paulo post principium. Bossius in sua practica tit. de bonorum publicatione, nu. 76. & 77. Scaccia de iudicijs lib. 1. c. 98. nu. 15. Gregor. Lopez l. 4. verbo Non deue, tit. 2. p. 7. Surdus decis. 247. n. 12. Peñ. in directorio inquisitorum 2. p. in glos. Archidiaconi super 6. Decret. tit. de hæret. c. cum secundum leges, nu. 11.* Et omnes Doctores; quos num. 61. referam, dicentes peccare hæreticos alienando titulo oneroso quando recipiens est hęresis ignarus: nã in damno emptoris bonæ fidei fundãtur, quod passurus est fisco vindicanti ea bona, post hæresim alienantis detectam.

37 Limitanda tamen est hæc sententia primo, vt rescindantur omnes contractus post hæresim initi, & fiscus ea bona à quibuscumq; possessoribus auferat, nisi possessores illi bona præscripserint. Quod apud omnes cõstat. Et habetur expresse *c. fi. de præscript. in 6. vers. si post mortem.* Et quidem si adhuc hæreticus viuit, cum contra ipsum proceditur nulla præscriptione iuuari possũt possessores eorum bonorum. Quod à cõtrario sensu ex *eo. c. finali,* constat quod post hæretici mortem concedit eam pręscriptionem. Et tradunt *Ioan. Andr. ibi, n. 3. & ibi Anchar. notabili 7. n. 3. Dominicus ibi §. si post. mortem, nu. 2. oppos. 1. Villadiego de hæreticis q. 22. nu. 3.*

38 Quando autem contra hæreticũ defunctum proceditur, dissident Doctores circa tempus petitum ad hãc præscriptionem. Quibusdam quinquenniũ placet. Quia sic deciditur, *l. 2. C. de apostatis, & l. regia 7. tit. 25. p. 7.* Et tradunt *gloss. l. Manichęos, verb. Subire c. de hęret. Bart. d. l. 2. nu. vnico. Romanus singulari 431. de crimine, quod in noua editione est 436.* Et alii, quos refert *Farinacius in sua practica in noua editione to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 158.*

39 Alij sic distinguunt, si bona illa sint applicanda fisco sæculari, præscribuntur quinquennio, & ita intelliguntur leges allegatæ numero pręcedenti, si vero fisco ecclesiastico, exigũtur quadraginta anni, iuxta textum *d. c. finali.* Ita tradunt *Abbas c. cum nobis nu. 8. de præscript. & ibi Felinus nu. 11. Francus eod. c. fi. nu. 2. Carrerius tractatu de hęreticis, §. Expeditio processu hæreticorum, nu. 33. in fi. Poncin. tractatu de lamijs nu. 76. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 16. Gregor. Lop. l. 7. verb. Dende en adelante, tit. 25. p. 7. Anton. Gomez. to. 3. var. c. vlt. nu. 5. ad fi. Quemada in suis q. fiscalibus quæst. 16. concl. 2. et 3.* subdit *Couar.* hoc procedere quando bona sunt fisco sæculari applicãda, etsi possessores habuerint scientiam hęresis, & sic malam fidem. Quia cum non teneantur ante sententiam hæresis declaratoriam ea bona fisco restituere, hęc mala fides est solum speculatiua: quamuis iure canonico attento fateatur hanc malam fidẽ obstare præscriptioni huic, quando ea bona sunt fisco ecclesię applicanda.

40 At dicendum est in vtroque casu exigi quadraginta annos ad hanc pręscriptionẽ, qui ab hæretici obitu sũt cõputãdi. Quia sic indistincte deciditur *c. finali, vers. Si mortem præscrip. in 6.* ibi: *Si post mortem hæreticorum, qui dum viuerent catholici putabantur, bona ipsorum à catholicis eorũ filijs vel nepotibus, vel extraneis quibuscũq; spatio quadraginta annorũ fuerint bona fide possessa: sancimus eos super bonis hmõi, etiamsi ad Romanã peruenire debeant ecclesiam, in hoc casu non esse vlterius molestandos, quãquã illi, quorum bona fuerant nũc deteguntur hæretici extitisse.* Et cum hmõi crimen sit ecclesiasticũ, est in illo stãdum iure ecclesiastico, & ius ciuile seruabitur in alijs criminibus sæcularibus, ob quæ publicantur bona ipso iure: vt in crimine lęsæ maiestatis humanæ, & sodomiæ. Præterea quia (vt optime ait *Molina statim allegãdus*) quãuis hodie fisco sæculari applicẽtur hęc hæreticorum bona: at id euenit ex Pontificum concessione, & ideo eodem mõ sunt pręscribẽda, quo pręscriberẽtur applicanda fisco ecclesiastico, nempe quadraginta annis, cum fiscus sæcularis gerat vices ecclesiastici. Et id eo pro hac sententia sunt Doctores quidam absolute petentes quadragenatium spatium ad hanc præscriptionẽ. Hi sunt *glo. eo. c. fin. verb. Hæretici Ioan. Andr. ibi n. 5. Dominicus ibi §. si post mortem, nu. 4. Villadiego de hæret. q. 22. nu. 3. Repertorium inquisitorum verbo Præscriptio vers. Sed super præscriptione. Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. c. 7. in fi. & li. 8. c. 12. q. 16.* Et in proprijs terminis tradunt *Ant. Gom. sibi contrarius to. 3. var. c. 1. n. 81. Rojas de hæreticis p. 1. n. 496. Simancas de cathol. instit. tit. 18. nu. 14. & tit. 19. num. 133.*

vbi

vbi addit, etsi quadam inquisitorum instructione cautum olim erat, etiam transacto quadragenario tempore integrum esse procedere ad publicãda ea bona, eam esse iam abrogatam, & ad ius canonicum redactam. Et *nu.*134. dicit sententiam nu. præced. relatam petentem solum quinquennium esse a tribunalib. explosam. *Peña in directorio inquisit. 3. p. commẽtario 92. col. 2. a vers. Hac tamen distinctione. Farinacius in pract. criminali, in noua edit. to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 163. & tit. de inquisitione q. 10. nu. 82. Molina tomo 1. de insti. disp. 73. col. antepen. versic. Hinc infert. Et Couar. nu. præced. relatus* fatetur in his Hispaniæ regnis seruari ius canonicum, etiam si bona fisco sæculari applicentur. Vt habet prima instructio Hispalensis cap. 20.

41 Petuntur autem ad hanc præscriptionem in *eo c. fin.* aliquæ conditiones, vltra hoc quadragenarium tẽpus. Prima est, vt hæretici, quorum bona præscribũtur, fuerint tempore suæ vitæ reputati catholici. Sic clare dicit textus, & docent *glossa ibi verbo Putabuntur, & ibi Dominicus, §. si post mortem, n. 4. Repert. inquisitorum verb. præscriptio, vers. sed super præscriptione,* & addit tunc non reputari catholicos quando tempore mortis erant damnati aut diffamati, aut saltem suspecti de hæresi. Atque *in vers. exigitur quarto, & versi. sequenti,* addit, si non reputabuntur tunc catholici, etsi quadragænaria præscriptio locum non habeat; at centenariam locum habere, dummodo concurrant reliquæ conditiones in eo textu petitæ. Secunda conditio est, vt possidentes eo spatio sint catholici: vt expresse id petit textus ille. Quare si hæretici sint, nullo tempore præscribent. Vt tradit *ibi glossa verbo catholicis, ab omnibus recepta.* Tertia, vt bona fide possideant ea bona. Est autem hęc bona fides, quando recipiens putabat catholicum esse eum, à quo bona illa accepit. Et tradunt ibi *gl. verbo bona fide & ibi Dominicus, §. si post mortem, nu. 4. Peña eo. commento 92. col. 2. versic. Filij vero. Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 5. c. 7. in fi. & lib. 8. c. 12. q. 16.* Quamuis enim hæc sit mala fides solum speculatiua, cum possidentes ea bona cum hæresis scientia, ante delicti sententiam declaratoriam, minimè peccẽt: at ius canonicum præscriptionem huiusmodi indicens voluit expresse bonam hanc fidem. Vt bene obseruat *Couar. 4 decret. 2. par. c. 6. §. 8. num. 16.* Quarta conditio est, vt toto eo quadragenario tempore non detegatur hæresis, nam si antea detegatur, quamuis sententia declaratoria non sit pronunciata, non haberet locum hæc præscriptio, si cum possessoribus esset litigatum, aut eis scientibus probatum crimen: tunc enim ea mala fides præscriptionem interrũperet. Sic *Ioan. Aud. eo. cap. fin. nu. 5. & ibi Francus nu. 7. Dominicus ibi. §. si post mortem, nu. 4.* Et ita *Peña proxime relatus* ait, si intra id tempus possidentes norint hæresim defuncti, interrumpi præscriptionem.

42 Demum circa hanc præscriptionem id monuerim, nullo temporis spatio præscribi actiones procedendi contra ipsum hæreticum defunctum, ad eius memoriã damnandam, & statuam comburendam. Quia textus *eo. cap. fin.* indicens hanc præscriptionem intelligeretur quoad sola bona. Et ita *alijs citatis* tradunt *Couar. 4. Decret. 2. par. c. 6. §. 8. nu. 16. Simancas de Cathol. institut. tit. 18. nu. 42. Peña dicto commento 92. col. 3. versic. in qua difficultate, qui col. 4. vers.* Et *ex hoc c.* optime hinc infert filios bona fide possidentes eo quadragenario spatio, non euadere alias pœnas, præter confiscationem, vt infamiam, inhabilitatem ad officia, & beneficia, &c.

43 Secundo limitatur principalis sententia, vt reuocentur alienationes, nisi factæ sint à viro, ex parte lucrorũ acquisitorũ constanti matrimonio, quæ ad vxorẽ hæreticam pertinebat, quando tempore alienationis non norat vxoris hæresim. Quippe hæ sequuta vxoris condemnatione non reuocabuntur. Ratio est, quia *l. regia 5. titulo nono, libro quinto, recopilat.* concessa est viro administratio, & alienatio horum bonorum, quando nõ est facta in vxoris fraudem: quo iure non debet priuari ob ignoratam à se vxoris hæresim. Item quia *l. regia 77. Tauri, quæ hodie est l. 10. tit. 9. lib. 5. recopil.* deciditur sequuta sñia declaratoria eius criminis, confiscandam esse partem lucrorum vxoris delinquentis; & hanc partem intelligendã esse, quæ acquisita fuerit vsque ad tẽpus sñiæ latæ. Cum ergo ea pars possit auferri, & minui vsque ad sñiam, conceditur viro vsque tunc administratio: & subinde non reuocabuntur alienationes. Et ita sustinet tanquam probabile *Simancas de catholicis instit. tit. 9. n. 83.* Et docẽt *Matienzo lib. 5. recop. tit. 9. lib. 5. glos. 6. nu. 2. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disput. 169. c. 2. nu. 14.* Alienationem autem esse factam in fraudem, incũbit fisco probare. Quia *lex illa regia 5.* transfert onus probandi in dicẽtes alienationem factam esse in fraudem, ibi: *Saluo si fuere prouado que se hizo cautelosamente por defraudar, o damnificar a su mugier.* Sub qua quidem regula clauditur etiam fiscus: tum quia in vxoris ius succedit: tum etiam quia nisi excipiatur, vtitur iure priuatorum: *regula Qui iure, ff. de reg. iur.* Ita *Simancas ibi. nu. 84. & 85. Vasquez eodem capite 2. nu. 15.*

44 Sed an hoc procedat in solis contractibus onerosis, an etiã in gratuitis, vt donationibus? *Simancas eod. tit. 9. n. 86. & Vasquez eod. c. 2. nu. 15. & 16.* dicunt non procedere in cõtractibus gratuitis, sed in solis onerosis. Qd *lex illa regia 5.* solam facultatem alienandi contractib. onerosis viro concedat: vt multi alij doctores nostri regni testantur. At hoc non est ita expeditum, quin alij afferant concedi quoque facultatem donandi. Ac proinde iuxta horum sententiam, idem erit dicendum de contractibus gratuitis. Sed placet media sententia, quã amplectuntur *Molina lib. 2. de primog. cap. 10 à num. 65. Ioannes Garcia de expensis cap. 13. nu. 18. & de coniugali. acquæstu, nu. 65.* dicens esse receptissimam à Doctorib. Hispanis. *Burgos de Paz iunior in suis quæst. ciuilibus q. 9. num. 23. Guttierez in suis pract. lib. 2. q. 121. per totam. Molina Societatis Iesu tomo 2. de iust. disp. 275. col. antepen. vers. Media tamen,* quæ ait posse eum donationes moderatas ex iusta causa facere, non tamen excessiuas. Quod ipsi latius probant. Et ideo retenta hac sñia, erit idem dicẽdum de his donationibus moderatis factis à viro, quod de contractibus onerosis diximus.

45 Quando autẽ vir est conscius hæresis vxoris, dicunt *Simancas eo. tit. 9. n. 81. & Vasquez eod. c. 2. n. 14.* reuocari alienationes à fisco, eodem modo quo reuocarentur si ab vxore hæretica, post viri obitum, ac commisso iam crimine factæ essent. Quare ait *Vasquez* sequuta confiscationis sententia, quemcumque possidentem ea bona etiam titulo oneroso, teneri in foro conscientiæ ea bona restituere fisco. Et neuter suæ sententiæ rationem tradit: nec ego iam inuenio. Quia ignorantia hæresis nullam alienationi vim tribuit vt ea non reuocetur sequuta sententia postmodum, sed sola eorum bonorum administratio concessa viro ante declaratoriam criminis sententiam, qua eum priuari propter scientiam hæresis vxoris, nullo iure cauetur. Quam ob rem melius dixit *Matienzo lib. 5. recop. tit. 5. glos. 6. nu. 2.* præsumi eã alienationem tunc fieri in fisci fraudem, quando vir hæresim vxoris norat, & ideo hac ratione eam à fisco reuocari. Ex quo ego colligo non reuocari, quando constat eam non esse factam in fraudem.

46 Idem demum obseruant *Simancas eodem tit. 9. n. 87.* dicẽs id esse probabile, & *Azebedo lib. 5. recop. tit. 9. l. 5. n. 17. & Vasquez eod. c. 2. nu. 16.* non posse virum hæreticum, cuius bona ob hæresim publicata sunt, reconciliatum postea ecclesię, alienare dimidiam lucrorũ vxoris partẽ. Quod societas illa sit per publicationem bonorum viri soluta, & culpa sua vir ad inopiam peruenerit. At non video qua ratione, & quo iure sit ea societas soluta: cum nullibi hæc pœna ob viri hæresim decreta sit, vt nec postea reconciliatus ecclesiæ possit bona administrare: nec ea administratione priuatur, eo quod

culpa

Reuocantur a fisco omnes alienationes, quouis tempore facta in fraudem, nu. 25.
An fint ipso iure irrita, nu. 26.
An reuocentur nulla sequuta sententia, aut ea absoluente, n. 27.
An sequuta sententia possit fiscus apprehendere bona in fraudē alienata, & quid, quando est simulata alienatio, nu. 28.
An exigatur recipientem esse fraudis participem, nu. 29.
Quando præsumatur possessor ille particeps fraudis, nu. 30.
An alienatio facta ante delictum, non in fisci fraudem, possit reuocari num. 31.
Quid si post delictū, nondū tamen sequuta sententia fiat, n. 32.
Improbatur sñia dicens has alienationes esse reuocabiles, n. 33.
Quid si lis pendeat in contumacia delinquentis, nu. 34.
Quid si alienatio sit rei irreuocabilis, vt libertatis, nu. 35.
Quid si fiat post sententiam, siue in rem iudicatam transierit, siue ab ea sit appellatum, nu. 36.
Quid si delinquens obeat intra appellandi tempus, nu. 37.
An reuocetur tanquam attentata, an potius ratione fraudis præsumpta? Refertur quadam sententia, nu. 38.
Explicatio sententiæ Authoris, nu. 39.
Quid si alienatio sit facta pro causa necessaria, vt alimētis, aut litium expensis, nu. 40.
An fructus illius rei alienatæ reuocet fiscus, numero 41.

1 TOta hæc quæstio versatur circa intellectum textus in *l. post contractum* 15. *ff de donat.* ibi: *Post contractum capitale crimen donationes facta valent, constitutione Diuorum Seueri, & Antonini, nisi cōdemnatio sequuta sit.* Cui consonat *l. regia 2. tit. 4. p. 5.* ibi: *Mas si alguno fuesso acusado de yerro, maguer fuesse a tal, que seyendo prouado, deue morir pro ello o ser desterrado por siempre, dezimos, que la donacion que fiziesse fasta el dia que diesse la sententia contra el, que valdria, como quier que si fuesse fecha despues de la sententia, non seria valedera.*

2 Quo quæstio hæc enodetur, debet præmitti primo, intelligi textū, quando crimen est tale, vt ob ipsum publicatio bonorū, aut partis illorum competat fisco; quādo enim crimen non est eiusmodi, nulla reuocādi actio datur fisco ratione fraudis, nec textus de eiusmodi crimine loquitur. Quod constat ex illis verbi, *l. post contractum*, ibi: *Capitale crimen.* Et ita tradunt *Bar. allegato Iacobo de Arenas ea. l. post contractum in initio, & in fi. & ibi Paul. nu. 2. vers. tertius est, Montepicus nu. 6. in fi. Alciat. in initio. Hannibal in initio, Greg. Lop. l. 2. verbo Deue morir, tit. 4. p. 5. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 153.*

3 Secundo præmitto triplex esse huiusmodi crimioum genus. Primum est ob quod nec crimina publicātur ipso iure, sed per sententiam, nec bonorum administratio interdicitur. Secundū est, ob quod bona non publicantur ipso iure, at interdicitur administratio a tempore commissi delicti. Tertium est, ob quod bona publicantur ipso iure. De solis ergo criminibos primi generis est præsens quæstio. De alijs autem agetur cap. seq.

4 Tertio pōt hmōi alienatio, bono animo, & syocern fieri, aut gratia fisci defraudandi, ne bonis illis fruatur.

5 Cum autem fraus tanquā delictum nō præsumatur, *l. meritò. ff. pro socio*, atq; in solo aīo consistat, ex solis cōiecturis, elicienda est. Sex aūt potissimum coniecturæ illius assignari solent. Prima est, cum delinquens alienauit oīa bona sua. Hanc tradunt *Bar. l. post contractum, n. 2. ff. de donat. & ibi Cumanus n. 3. Montepicus n. 22. Rom. n. 2. in fi. Albe. in fi. Imola n. 1. Alciat. n. 40. Bald. auth. Sed iam necesse, q. 2. C. de don. ante nup. Aug. l. si quis post hac 9. n. 3. C. de bonis prosc. & ibi Fulg. n. 7. Salic. in prin. n. 6. Dec. consi. 235. n. 2. vol. 2. Ant. Gom. to. 3. variar. c. vlt. nu. 4. casu 1. Boss. in sua pract. ti. de bonor. publicatione, nu. 45. Simancas de cath. inst. ti. 9. n. 56. Pereg. de iure fisci, l. 5. t. 1. n. 156.* Atque idem tradūt de maioris partis bonorum alienatione *Bal. Dec. Montepic. nu. 43. Alciat. Ant. Gom. Pereg. ibid.* Idem dicūt, qñ est donatio meliorum bonorū *Decius Ful. Cuman. Ant. Gomez, Pereg. ibid.* Idem de venditione oīum bonorum tradunt *Bart. Salic. Rom. Alciat. Imola, Montepicus nu. 35. Bossius ibid. Barbatius addit. ad Bar. ea l. post contractum, nu. 2. litera C. & Alex. ibi litera D.* Quod intellige, nisi venditio fieret iusto pretio, tunc enim cessaret hæc fraudis suspicio. Sic *Imola, Romanus, Montepicus n. 44. Alciat. Barbat. Alex. Bossius ibid.* Vel si paulo minori pretio fiat. Vt bene tradunt *Imola ibi, & Montepicus n. 44.* At quo tūc fraudis suspicio cesset, oportet pretiū à venditore nō occultari, sed palā esse. Ita *Romanus, Imola, Alex. Barbat. Montepicus, nu. 44. Boss. ibid.*

6 Ampliatur autē hæc coniectura, vt verū habeat, quāuis in hac alienatione iuramentū interueniat quod iuramentū nun operetur in tertij præiudiciū. Vt notatur *c quamuis pactum de pact. in 6.* Sic *Pereg. eo. tit. 1. nu. 156.* vbi etiā citatis *Bartolo, & alijs*, ampliat, etiamsi nō vnica vice simul sed pluribus seorsum ea alienatio sit facta.

7 Verum sola hæc bonorum omniū donatio, aut alia eorū alienatio ante delictū facta, nō est sufficiens fraudis cōiectura: sed fisco aliam quoque coniecturam probare incumbit. Vt si tēpore illo haberet donās, aut alienans inimicitias capitales, ob quod est verisimile ipsum cogitasse de eo delicto cōmittendo, & timore pœnæ iacturæ bonorum ea alienasse: secus si inimicitiæ alienationē sequātur. Ita *Bar. ea l. post contractū, n. 2. & ibi Montepicus nu. 35. Salic. d. l. si quis post hac, in princ. nu. 6. Ant. Gomez. d. c. vlt. n. 4. post 6. casum, Bossius eo. tit. de bonor. publicatione, nu. 45. Pereg. eo. tit. 1. nu. 155. & 156. in initio.*

8 Sed quid si his inimicitijs præcedētibus alienationē, nō sequatur ea in cōtinēti, sed ex interuallo. *Bossius eo. n. 45.* ait nil referre vtrouis mō alienatio sequatur, ad hāc fraudis suspicionē capiendā. At melius distinguit *Montepicus ea. l. post contractū, nu. 36. & 37.* si inimicitiæ alienationē præcedentes durent vsq; ad delicti tēpus, capietur eadē fraudis præsumptio, secus si iam cessarāt. Quia cū effectus sit ex sua causa spectandus, *l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio* & causa præsumendæ fraudis sint eæ inimicitiæ, illis solis durantib. durabit hæc præsumptio.

9 Secūda fraudis cōiectura est, quādo donatio, vel venditio fit cōiunctæ personę. Quippe præsumitur delinquētē velle potius in coniunctū, quā in extraneum, hęc bona transferri, & sic id facere, ne ad fiscum peruentāt. Sic *Bar. ea. l. post contractū, n. 3. Cumanus n. 3. Rom. n. 4. Montepicus nu. 45. Dec. eod. consi. 235. nu. 2. Ant. Gomez eo. cap. vlt. nu. 4. casu 2. Bossius eo. tit. de bonorū publicatione, n. 46. Mascardus de probat. conclus. 815. n. 10. Peregrinus eod. tit. 1. n. 169.* vbi idem dicit cū *Montepico, & Alciat. nu. 42.* quādo ea alienatio fieret in amicum, addit tamen, modo nō sit vulgaris amicitia, & in hoc plurimum versari iudicis arbitrium. Et *Alciatus nu. 41.* limitat id in venditione, aut in alio cōtractu oneroso, vt tunc temporis habeat verum, quādo agitur de rebus, quas creditur probabiliter cōiunctos illos nosse: quod secus contingit cōmuniter in delictis Nam qñ non pręsumitur eos nosse, vt contractus onerosus quasi cum extraneo celebratus.

10 Ampliaturque hæc cōiectura, quamuis non sit donatio omnium, vel maioris partis bonorū, sed rei particularis. Vt bene tradunt *Bar. Rom. Cumanus, Salicet. Montepicus nu. 45 Alciatus. Bossius, nu. 47. Anto Gomez. Peregr. ibid.* Quia coniectora hæc non ex bonorum quātitate sed ex cōiunctione desumitur: & ideo ad eam capiendam sola coniunctio spectatur.

11 Sicut autē diximus in præcedenti coniectura, eā non sufficere ad fraudem probandam, ita de hac dicendum est, oportere quoq; probari intercessisse inimicitias capitales tpe illius alienationis. Quia cum ratio cōiūctionis sæpe inducat ad donādū, & possit tuoc alia coniectura, qoam fraudis capi, nō est fraus pręsumenda. Sic *Bar. ea. l. post contractum, nu. 3. Imola ibi. nu. 1 in fi. & 2. Montepicus, nu. 46. Salic. d. l. si quis post hac in princ. nu. 6. Dec. eod. consi. 235. n. 3. Ant. Gomez eo. nu. 4. post 6. casum, Boss. cōsi. 46. Pereg. eo. nu. 169. Mascard. ea. concl. 815. nu. 12.*

12 Tertia fraudis coniectura est, quando post alienationem reperitur delinquens possidere, & fructus rei alienatę percipere, quāuis per clausulam constituti, vel aliū

actum

actum fictum, exprimat se in alterum trāsferre possessionē, & nomine illius possidere. Quia vt præsumptio fraudis cesset, exigitur traditio vera, & corporalis. Ita Bart. ea. l. post contractum, nu. 4. & ibi Alber. num. 6. Rom. nu. 5. Alciatus nu. 44. & 45. Montepicus, num. 47. Decius eod. consi. 235. nu. 2. Ant. Gomez eo. cap. vlt. nu. 4. in 3. casu Bossius eod. tit. de bonorum publicatione, nu. 48. Peregrinus eod. tit. 1. num. 60. Simancas de Cathol. instit. ti. 9. num. 56. Mascardus ea. conclus. 815. nu. 48. & duplici sequenti.

13 Quin imò in hoc casu nō præsumitur in solam fraudē alienatio facta, sed simulata. Vt cum aliis bene tradunt Boss. & Pereg. ibid. Atq; optimè ait Bossius, esse latū discrimen, si solum in fraudem dicatur fieri, an potius simulata. Quia in priori casu, cū alienatio valeat mero iure (vt dicemus nu. 26.) nequibit ab ipso alienāti euadente incolumi reuocari. At cum in posteriori non valeat, pōt vtique. Aliud etiam discrimen tradetur nu. 28.

14 Hæc autē coniectura cessat, quando alienans reseruasset sibi illius rei vsumfructum. Quia tūc præsumitur retenta possessio ratione sui vsusfructus recipiendi. Ita Montepicus ibi. nu. 47. Alciatus, n. 44. Pereg. nu. 160. Mascardus, n. 55. Quod bene intelligunt Mōtepicus, & Alciatus ibid. quando venditor haberet pretiū solius proprietatis, tunc enim retinendo possessionem, & percipiendo fructus nō esset simulationis, aut fraudis indicium: secus si integrum vtriusque pretium percepisset. Nec enim præsumi valet, nuda proprietate contentum esse, qui plenum vtriusque pretium soluit.

15 Cessabit similiter hæc præsumptio, quando emptor obiisset relicto hærede minori, aut minus sagace. Quod præsumeretur retenta possessio ob hæredis imbecillitatem. Ita Bartolus Alciatus nu. 46. Montepicus, Mascardus, nu. 53. Pereg. ibid. Atque idem dicit Alciatus quando breui spatio mansit proprietas apud alienantem.

16 Et sicut diximus duplicem coniecturam præcedentem non sufficere absque alio adminiculo: ita nec hāc solam satis esse dicendum est, nisi alia coniectura probetur, vt præcessisse inimicitias. Hoc est contra Montepicum ea. l. post contractum, nu. 49. dicentem fortè hanc coniecturam satis esse. At eam non satis esse tradunt Saliceus d. l. si quis post hac, in principio, nu. 6. Antonius Gomez d. cap. vlt. nu. 4. post 6. casum. Peregrinus d. tit. 1. nu. 160. in fi. Mascardus, nu. 51.

17 Quarta fraudis cōiectura est, si ea alienatio sit clādestina. Sic Bar. ea. l. post contractum, nu. 7. Rom. nu. 7. Imola nu. 3. Cumanus, n. 3. Montepicus, n. 54. Alciatus, n. 47. Saliceus eodem, n. 6. Decius eodem, nu. 2. Bossius eodem tit. de bonorum publicatione, nu. 51. Antonius Gomez eodem cap. vlt. nu. 4. in casu 4. Peregrinus eodem tit. 1. num. 162. Mascardus eadem conclusione 815. nu. 53. Sed nec hæc sola satis est, sed alia quoq; cōiectura est necessario ad fraudem probandam, vt præcessisse inimicitias. Quippè ob alios fines potest clam fieri. Ita Bart. Salicet. Montepicus, nu. 55. Alciatus, nu. 48. Boss. Pereg. Ant. Gomez post 6. casum, Mascardus, nu. 53.

18 Quinta coniectura est, qñ facta alienatione sequitur in continenti delictum. Quia ex actuum propinquitate fraus p̄sumitur, l. si vēri, §. fi. ff. de priuileg. cred. ibi: Si modo nō post aliquod interuallū id factū sit. Sic Bart. ea. l. post contractū, nu. 8. Cuman. n. 3. Alciatus, nu. 52. Montepicus, nu. 56. Decius eodem consi. 232. nu. 2. Baldus auth. Sed iam necesse, q. 2. C. de donat. ante nupt. Cynus l. si quis posthac 9. nu. 3. q. 2. C. de bonis damnat. & ibi Ang. nu. 3. Fulg. nu. 7. Albericus, n. 5. & 6. Salicet. in princ. nu. 6. Bossius eo. tit. de bonorum publicatione, num. 51. Pereg. eod. tit. 1. 163. Ant. Gomez eo. c. vlt. n. 4. casu 5. Simancas de cath. inst. ti. 9. nu. 56. Mascard. ea. cōcl. 815. n. 34. Relinquitur aūt arbitrio iudicis, qñ dicatur delictum fieri in continēti. Vt bene tradunt Decius eod n. 2. Montepicus, nu. 62. Alciat. nu. 53. Pereg. n. 163. Sed neq; hęc sola cōiectura satis est, nisi rixæ, aut inimicitiæ præcedāt. Ita Saliceus eod. n. 6. Mōtepicus eod. nu. 56. Ant. Gomez eod. c. vlt. nu. 4. post 6. casum Bossius eod. n. 51. Pereg. eod. nu. 163. Immo p̄sumptio efficaciter operabitur, quamuis inimicitiæ non præcesserint, nisi casus postea sequutus tam inopinatus sit, vt ex se indicet illum alienationis tempore præuisum nō esse. Vt si ex inopinata rixa postea cōtingenti accidat. Sic Bart. ea. l. Post contractum, nu. 8. Montepicus eo. nu. 56.

19 Sed aduersus hāc coniecturā nō leuis est difficultas; q͞a (vt videbimus nu. 32. & 33.) alienationes factæ post delictum vsq. ad sn̄iam, ita valent, vt non reuocari valeāt; cū tamē factæ in fraudē reuocētur. Ergo non præsumitur fraus ex alienatione post delictū cōmissum facta; & p̄inde à fortiori, nec ex facta ante delictū, quāuis in continenti delictum sequatur. Respondetur tunc tēporis non p̄sumi fraudē ex alienatione post crimen facta quādo ita occultū fuit, vt delinquens nō habuerit verisimilē incurrēdæ pœnæ metū: secus si nō ita occultū fuerit, vt si in delicto deprehensus est. Atq; latū discrimē est, quando proxime ante delictum alienatio fit, aut quādo post: nā priori casu, etsi delictū postea occulte fiat, potuit delinquēs iure optimo timere pęnam, ac eius timore duci ad bona alienanda; eo quod incertus esset, an ita occultū foret delictū, ac ipse putabat. At posteriori casu, cum iam viderit delictum fuisse occultū, nec in illo se deprehensum, non est cur præsumendum sit, illū timore pęnę alienasse. Sic respondēt Montepicus l. Post cōtractum 15. n. 61. ff. de donat. & ibi Alciatus, n. 56.

20 Hinc deducitur esse minus verū, quod aliqui tradūt, nēpe, alienationem factā post delicti accusationē præsumi semper in dubio fradulentā. Hi sūt Cynus l. Si quis posthac 9. n. 2. q. 1. C. de bonis damnat. & ibi Fulgosius, n. 5. Saliceus in princip. n. 8. & 9. Albericus d. l. Post cōtractū, n. 3. ad fi. Hoc (inquam) est minus verum, quia (vt videbimus n. 33.) alienatio post litis cōtestationem facta, dū mō sententia nō sit sequuta, valet irreuocabiliter, quod vtique falsum esset, si præsumeretur in dubio fraudulēta. Quare dicendum est, vt tunc præsumatur fraudulenta, oportere delictū ita manifestū esse, vt merito delinquēs timere possit fore, vt probetur, & sic dānetur. Q͞d optime tradūt Ang. d. l. Si quis posthac, nu. 3. Montepicus ea. l. Post contractum, n. 84. Decius cons. 235. nu. 4. vol. 2.

21 Vltima cōiectura est. Quando alienatio facta est sub conditione, si contingat bona ob alienātis delictum publicari. Cū enim valor suspendatur vsque ad eum euentum, est manifesta fraus, ne ad fiscū bona perueniāt. Et ideo hanc coniecturam tradunt Bart. ea. l. Post cōtractū, n. 9. Alciatus, n. 63. Cumanus, n. 3. Decius eo cōsi. 235. n. 2. Ant. Gomez dicto c. vltimo, nu. 4. casu. 6. & omnes.

22 Cum autem in his sex casibus enumeratis nō sit certa fraus, sed ex cōiecturis deducatur, cessabit eius præsumptio: quoties ex causa necessitatis fit alienatio Hæc enī potius ex ea causa, quā fraudis fieri præsumitur. Vt si fiat pro collocādis filiis, & filiabus in matrimonium. pro remunerandis beneficiis. Ita Angel. d. l. Si quis post hac n. 3. Fulg. ibi n. 5. et 6. Mōtepic. d. l. Post contractū, n. 10 Dec. d. 235. n. 4. Pereg. de iure fisci, l. 5. tit. 1. n. 58. in fi. Bossius in sua pract. tit. de bonorū publicatione, n. 145. in fi. additq; bene idē esse dicendū, etsi sit omniū bonorū alienatio.

23 Immo quoties ex circūstantiis concurrentibus potest alia præsumptio quā fraudis capi, ea est capiēda, ne delictum præsumatur. l. Quoties, § Qui dolo, ff. de prob. l. Merito, ff. pro socio. Et fatentur omnes.

24 Tandem præmittendum est, quinque tēpora spectanda esse in quibus hæc alienatio potest fieri. Primum est, ante delictū Secundum post delictū, ante illius accusationē. Tertiū, post illius accusationē, ante litis contestationem Quartū, post litis cōtestationem, ante tñ iudicis sententiam. Vltimum post illius sententiam. Sic cōsiderant Doctores allegati in d. l. Post contractū, Cæterū quia ferè oēs idem dicunt in secundo, tertio & quarto tēpore, possunt illa tria reduci ad vnū, & sic tria tēpora sunt spectāda. Primum est, ante delictū Secūdum, post illud, vsque ad iudicis sententiam. Vltimum post sententiam.

His

25 His præmissis, fit prima conclusio. Quæcunque alienationes quocunque ex temporibus dictis factas in fisci fraudem, integrum est fisco latn confiscationis sententia reuocare. Constat ex *l. In fraudē. ff. de iure fisci*, ibi: *In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocunque modo res alienatæ reuocantur.* Et *l. Si aliquis 7. ff. de donat. causa mortis*. Et tradunt *glos. l. Si quis posthac, verbo Reatus. C. de bonis damnat. & ibi Cynus nu. 3. q. 2. Angel. nu. 3. Fulgos. nu. 7. Bar. l. Post contractum 15. nu. 1. ff. de donat. & Alberic. nu. 3. in fi. 4. & 5. Alciat. nu. 35. Decius cons. 235. n. 1. vol. 2. Gregor. Lopez l. 2. in fin. ti. 4. p. 5. Tabiena in summa, verbo Assassinus, q. vnica nu. 4. Bossius in sua practica, ti. de bonorum public. nu. 44. & 48. Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 153. Scaccia tractat. de iudicijs, lib. 1. c. 98. nu. 22. Valquez t. 2. q. 96. art. 5. disp. 171. cap. 1. n. 2.* Quamuis non desint contradicētes. Nam *Salicetus d. l. Si quis posthac, in principio, nu. 6.* conatur probare non posse à fisco reuocari donationes ante delictum factas in eius fraudem. Et eius sententiam dicit *Montepicus d. l. Post contractum, nu. 18.* esse in puncto iuris veriorē. Atque eam satis confuse amplectitur *Hannibal ibi, à nu. 33.* Sed non est recedendum à conclusione posita, ac communiter recepta.

26 Dixi autem eas alienationes reuocandas, & non esse irritas ipso iure. Quia cùm per delicta, de quibus est in præsenti sermo, nō sint bona publicata ipso iure, nec sit interdicta bonorum administratio delinquenti, nō est cur ratione intentę fraudis in fiscum, sint eo ipso irritæ, sed datur actio fisco reuocationis petendæ. Quod sonāt verba textus *l. In fraudem, allata n. præcedenti*, quæ non dicūt has alienationes esse irritas, sed reuocādas. Et tradunt *Bartol. ea. l. Post contractum, ante numerum 1. & ibi Imola nu. 1. Hannibal nu. 16. Alciatus nu. 28. Montepicus nu. 11. Angel. d. l. Si quis posthac, nu. 3. Tabiena, Bossius n. præced. allegati. Cardinalis Tuschus in suis practicis conclusionibus, to. 4. conel. 482. n. 2. & 3.* Quare meritò *Bartolus ibidē* carpit *Cynum* dicentē huiusmodi alienationes nō valere, mero iure. Potestque eius sententia probari *ex l. Si aliquis 7. ff. de donat. causa mortis*, ibi: *Quamuis cætera donationes sine suspicione pœnæ factæ valeant.* Ergo à contrario sensu nō valebunt, quando in fraudem, & metu pœnę. Sed facile respondetur intelligi nō valere cū effectu, & irreuocabiliter. Quia detecta fraude reuocātur.

27 Hinc deducitur primò, si nō sequatur sententia cōdemnans, sed absoluēs, aut nulla, alienationes minimē reuocari. Quia valent mero iure, donec per sententiā reuocētur. Ita *Aug. d. l. Si quis posthac, n. 3. et ibi Mōtepicus n. 77.*

28 Secundo deducitur nō posse fiscum sequuta sententia criminis cōdemnatoria apprehendere bona hæc in eius fraudem alienata. Quia cū alienationes valuerint, ac subinde dominium sit translatum in eorum bonorum possessores, debet procedi non via executiua, sed ordinaria contra illos, intentando actiones reuocatorias. Ita *Hannibal ea. l. Post contractum. n. 16. & ibi Montepicus nu. 50. Cardinalis Tuschus ea. conclus. 482. nu. 3. 6. & 7.* At diuersum esset, quando alienatio non in fraudem, sed simulata esset. Quia cum sit prorsus nulla, manent ea bona in delinquentis dominio; quare poterit fiscus ea cum alijs bonis apprehendere. Sic *Montepicus eo. nu. 50. Cardinalis Tuschus ea. conclus. 472. nu. 1.*

29 Id tamen monuerim, latū esse discrimen inter alienationes in fisci fraudē factas titulo oneroso & lucratiuo. Quia qn titulo lucratiuo, non indiget reuocatio, vt recipiens rē illā fuerit particeps fraudis, sed satis est alienātis fraus. At qn oneroso, vt emptionis, cōmutationis, &c. indiget vt accipiēs fuerit fraudis particeps, alias nō erit illi locus. Vt constat ex *l. Ait prætor. §. Si quis particeps. ff. quæ in fraudē credit.* Ratio discriminis est, quia in cōtractu lucratiuo, vt in donatione, agit donatarius de solo lucro captando, & ideo non exigitur ad reuocationem participatio eius in fraude. At in contractu oneroso eo petitur, quod in eo agatur de damno vitando. Sic tradunt *Bart. d. l. Post contractum, n. 3. ff. de donat. & ibi Imola nu. 3. Montepicus n. 38. Alciatus nu. 35. Decius consi. 235. nu. 4. volum. 2. Angelus l. Si quis posthac, num. 4. C. de bonis damna. & ibi Salicetus in principio, num. 6. versic. sed aut tunc; & omnes.*

30 Præsumitur autem doli particeps, quando contractus fuit data opera clam initus. Argumento ex *l. fi. cum ibi notatis. ff. de ritu nuptia.* Hoc est contra *Bart. d. l. post contractum n. 7.* dicentem ex hoc non præsumi fraudis participationem, & ideo incumbere fisco id probare. Sed contra illum tenent *Alex. ibi, in addi. litera G. & ibi Imola nu. 3. Montepicus nu. 53. Pereg. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 162.* Insuper præsumitur fraudis particeps, si sit coniunctus alienanti. Quod præsumatur scire facta sibi coniuncti. *l. fi. de tutela, C. de in integ. resti.* Sic *Bar. Salicet. Montepicus, nu. 26.* addens dicendum idem, si fit amicus, vbi eos allegaui nu. praced. Sed intellige, quando non est vulgaris amicitia. (Vt in simili diximus n. 9.) Atque intelligo has coniecturas sufficere quando sufficienter ex eis alienantis fraus colligitur. Quod qnādo contingat, diximus à nu. 5. vsque ad 22. quia si ex eis non satis præsumetur fraus alienantis nec a fortiori præsumetur fraus illius in quem res titulo oneroso alienatæ sunt. Insuper ex pretij paruitate, quo res empta est, præsumetur hæc fraudis participatio. Vt rectè tradit *Pereg. eo. ti. n. 157.* Non tamen præsumetur hæc participatio ex delicto statim post alienationem sequuto, eo quod potuit id ab emptore ignorari. Sic *Bart. ibid. nu. 8. Montepicus num. 61.* Nec etiam præsumetur ex omnium bonorum emptione, nisi aliqua alia coniectura concurrat. Vt rectè tradit *Montepicus ibi. nu. 38.* Quare minus bene *Ant. Gomez. to. 3. variar. c. vlt. n. 4.* inquit in omnibus casibus, in quibus diximus à n. 5. vsque ad 22. præsumi fraudem in alienāte, præsumi quoque in recipiente, titulo etiam oneroso; & ideo in neutro requiri tunc fraudis probationem. Sed conuincitur ex dictis, aliquas enim ex illis coniecturis probauimus non sufficere ad hanc fraudis participationē præsumendam.

31 Secunda conclusio sit. Quęcunque alienatio, siue titulo oneroso, siue lucratiuo ante delictū facta à delinquentibus, quibus ob delictū non interdicitur administratio, nec bona publicātur ipso iure valet irreuocabiliter, quando in fisci fraudem non fit; atq; adeo, nec sequuta snia reuocabitur à fisco. Constat ex *l. si quis posthac 15. si quis etiam. C. de bonis damnat.* ibi: *Si quid ei in emācipatos liberos ante tempus criminis. ac reatus, patrem contulisse claruerit, integrū eisdem citra inquietudinē reseruetur. Et l. reg. 2. tit. 4. par. 5. in fi.* ibi: *Otro si dezimos, que si fuesse la donacion en antes que se buuisse ferbo el yerro, qua maguer que le acusassen despues, e lo diessen por cōtra el que valdria la donacion.* Et rō est, quia ante delictū nulla obligatio personalis, aut realis erat acquisita, qua nixus possit reuocare. Item, quia futuri creditores nequeunt reuocare alienatā à debitorib. ante debitum contractū, cū tamen agant de damno vitando nedū fiscus, qui de lucro captando agit. Et ideo hanc conclusionem firmant vniuersi Doctores allegandi.

32 Tertia conclusio, Idem prorsus est dicendū de alienationibus factis ab huiusmodi delinquentibus, nō in fisci fraudem, post delictum cōmissum, quamuis accusatio, & litis cōtestatio alienationem præcedant, dummodo sententia non sit sequuta, valent enim irreuocabiliter, siue titulo gratuito, siue oneroso sint factæ, atq; adeo sequuta sententia fiscus eas nō reuocabit. Probatur ex *l. post cōtractum 15. ff. de don. & l. regia 2. tit. 4. par. 5.* quarum verba retuli num. primo, vbi exprese dicitur valere donationes post crimen factas, dūmodo sententia non sit sequuta. Et ratio est, quia ob huiusmodi delicta nō aufertur ante sententiam administratio bonorum, *l. Aufertur. ff. de iure fisci.* Item, quia pro delicto, & eius pœna, non sunt tacitè bona obligata fisco. Vt constat ex *l. res vxoris, C. de don. inter vir. & vxor. l. 1. C. de pœnis fiscalibus*, vbi id obseruat cōmuniter Doctores, sed

est

est solum ius contra delinquentis personam, quod non sequitur eos, in quos eius bona alienata sunt *l.fi.§.fi.ff. de contrah.empt.* Hęc conclusio est contra *glo. l.ex iudiciorum 20.ver.aliunare.ff.de accusat.* vbi ait valere has alienationes post delictum factas, ante litis tamen contestationem secus post. Ducitur, quod a die litis contestatæ bona fiunt litigiosa, & subinde nulla alienatio valet, *l.fi.C.de litig.* At hęc ratio confunditur: quia cum non de bonis, sed de crimine litigium fit, nequeūt bona dici litigiosa. Et ideo hanc conclusionem sustinent *Bart. ea.l. post contractum, n.12.13. & 14.& ibi Imola n.1. Cumanus num.2. Montepicus nu.84. Salicet.l.si quis posthac 9.in princ.n.8.C.de bon.damnat.& ibi Ang.nu.3. Ant.Gomez to.3.var.c.vlt.nu.4. Pereg.de iure fisci, lib.5.tit.1.nu.178. & duplici seq. Flores de Mena in suis q.varijs, lib.1.ca.13. num.14. Scaccia lib.1.de iudicijs, cap.98.nu.21.*

33 Hinc deducitur minus bene *Odofredū l.qui pœna versic. sed nec rei.ff. de manum.* asserere alienationes has factas ante delicti sententiam, non esse omnino firmas, sed valorem earum suspendi, vsque ad sententiam: ac proinde illa absoluentu manere validas, condemnanti autem, esse irritas. Quam sententiam omnes Doctores allegati nu. præced. impugnant, & specialiter *Alciatus ea.l.post contractum nu.2.* Quia illa lex decidit donationes post delictum factas valere, dūmodo sententia non sit sequuta. At non vere valerent si valor suspenderetur vsque ad sententiam: nec id præteriti temporis participium, *Nisi condemnatio sequuta sit*, bene conueniret. Itē, quia quamuis respectu delinquentis sit tempus delicti spectandum, *l.1.ff.de pœnis*, at quoad id, quod pecuniariter tertij interest, solum sententiæ tempus inspicitur, *l. penult.ff. si ex noxa, cau.agatur.* Tandem, quia *l.regia 2. tit.4.par.5.* videtur expresse approbare hanc partem. Vt tradit ibi *Greg. Lop. verbo que diessen.*

34 Sed hęc conclusio limitatur primo, nisi lis pēdeat in contumacia rei. Quia reo contumaci est interdicta alienandi potestas, ne hoc prætextu possit fuga eius instrui, *l.fi.ff.de requirendis reis.* Ita *Salicetus, Ang. Montepicus nu.83. vbi eos nu.62.retuli.*

35 Secundo limitatur, nisi alienatio sit rei irreuocabilis, qualis est libertas seruo concessa, ea enim ipso iure non valebit à principio: vt *l.quis pœna.ff.qui & a quibus.* Et ratio est, quia libertas semel cōcessa reuocari nequit *§.Semel.inst.qui manumittere non possunt.* Ita *Bar. ead.post cōtractum, num. 12.& ibi Albericus num.vltimo, Hannibal nu.7.vsque ad 12. Alciatus num. 17. Tabiena in summa, verbo assassinus.q.vnica, nu.4.* Sed vt hæc limitatio sit vera est intelligenda, quando ea libertas concederetur in fraudem fisci, tunc enim quamuis alias alienationes valere ipso iure dixerimus nu.26. at speciale est in libertate vt ipso iure non valeat. Nec absurdum est, vt libertas quæ alias est valde fauorabilis, sit in hoc deterioris cōditionis. Quia cum aliæ alienationes factæ in fisci fraudem, reuocari valent post sententiam, cauebitur fisci damnum hac reuocatione: at quia statutum est libertatis concessionem esse irreuocabilem, similiter statutum est eam esse irritam a principio, si in fisci fraudem fiat, ne ius fisci defraudetur. Et in hoc casu loquitur *d.l.qui pœna*, vt constat ex illis verbis. *Futurum prospiceret.* Quod si non in fraudem concedatur, valet vtique eius concessio ante delictum facta, instar aliarum alienationū. Quippe cessat prædicta discriminis ratio: cum nec aliæ alienationes tunc factæ, non in fraudem fisci, nequeant quoque sequuta sententia rescindi. Vt probaui nu.31. Et ideo ita docet *Alexan.addit.ad Bartolum, ea.l. post contractum, nu.1.a.litera O. Imola eadem l.nu.4. Cumanus nu.1. Romanus nu.12. Montepicus nu.82. Salicetus l. siquis posthac, in princip.n.8.in fi.& 9.C.de bonis dānat.*

36 Quarta conclusio. Si eiusmodi alienationes fiāt lata delicti sententia, si ea transijt in rem iudicatam & tunc iuxta omnes non valent. Idque constat ex *l.post contractum 15.ff.de donat.& l.regia 2.tit.4.p.5.* Si vero sentētia sit per appellationem suspēsa, valent alienationes interim factæ; at confirmata priori sentētia reuocātur. Ratio prioris partis est, quia cū prior sententia per appellationē suspendatur, non censetur interdicta administratio delinquendi, donec illa confirmetur. Præterea, quia cum verba cum effectu sint intelligenda, nō dicitur lata sententia condemnatoria; quod vtraq; lex citata exigit, ne alienationes valeant, dum illa non sortitur suum effectum, sed appellatione suspenditur. De ratione autem posterioris partis dicemus n.38.& 39. Et docent omnes Doctores ibi allegādi; et *Scaccia l.1.de iudicijs, c.98.n.21.*

37 Atque idem dicendum est, quamuis delinquens ille obeat intra appellandi tempus, nec appellarit, si eius hęredes appelleut, *l.3.C. Si pendenti appellat.* Ita *Hannibal alios referens ea.l. Post contractum, nu.298.& 299.*

38 De ratione autem, cur sequuta sententia confirmāri reuocentur alienationes pendenti appellatione factę, non constat inter Doctores. Quidā eas per viam attētati reuocandas implorato solum officio iudicis existimant; quod pendenti appellatione nil sit innouandum, & omnia innouata pendenti ea reuocātur postea *l.Chirographi 58.§. finali.ff. de administrat. tutor.* vbi pupillus authoritate tutoris emit fundū ab eo, qui sententia iudicis erat ademptis bonis relegatus, pēdebatq; appellatio; & decidit textus confirmata priori sententia adimendum pupillo fundum, & teneri ei tutorem scienter ementem. Nec mirum debet esse hoc, quia non solū respectu iudicis, sed respectu etiā partis datur attētatum. Vt late *Lancellotus de attentatis 1.part.toto cap.1.* Et ideo hanc partem sustinēt *glossa ea.l. Chirographis, verbo Ablatus, & ibi Bartolus num.2. Albericus num. 3. Idem Bartol.dict.l.Post contractum, nu.15.& ibi Montepicus n. 86. Hannibal nu.300. Salicetus d.l.Si quis post hac, in principio nu.9. Antonius Gomez tomo 3.variar.ca.vltimo, nu.4. Peregrinus de iure fisci, libr.5.tit.1.nu.181.* Quare dicunt *Montepicus, & Peregrinus ibidem* non esset discutiendū ad hae reuocatione, an hæ alienationes fuerint factæ in fraudē fisci, sicut contingit in alienationib. ante delictū factis, ad quarū reuocationē est fraus à fisco probāda.

39 At alij melius censent hanc reuocationem non fieri per modū attentati, & quasi rei innouatę pendenti appellatione, sed quia factæ post latam sententiam præsumuntur fieri in fraudem fisci, ne confirmata priori sententia capiat ea bona. Ducuntur, quia pendenti appellatione non interdicitur litigantibus efficere, quod pēdenti lite, ante sententiam facere poterant, *l. Postquam §.paule post principiū.ff.vt legatorum seruandorū causa caueatur.* At pendenti causa ante sententiam poterat fieri alienatio, cessanti fisci fraude, & ob folā hanc fraudem reuocabitur. Ergo idem est sequuta sententia, dum per appellationem est suspensa. Nec obstat *l. Chirographis. §. vltimo* cui contraria sententia innititur; non enim reuocatur ibi alienatio, eo quod facta sit pendenti appellatione, sed ratione fraudis præsūptæ, qua ratione idem fieret, etsi alienatio ante sententiam facta esset. Et ideo hanc partem sustinent *Imola ea.l. Post cōtractum, in fine, & ibi Romanus nu. vltimo Barbatius ibi addit.ad Bart. n. 15.litera P. Cumanus d.l.Chirographis.§.Vltimo, n.4. Flores de Mena in suis varijs q.l.b.1.cap.13.nu.15.& 16.*

40 Temperanda tamē est conclusio, quoad reuocationem, vt nō intelligatur de alienatione pro alimētis necessarijs, & litis expensis. Quippe hęc tanquam necessaria potest irreuocabiliter quocunq; tēpore fieri, donec sententia in rē iudicatam trāsiret, aut ab appellationis iudice sit confirmata. Quod tradit *Montepicus ea.l. Post contractum, num.89.& 90. Hannibal.ibi.nu.316.* Et constabit amplius ex dicendis cap. sequenti, à num. 55. vbi etiam, quādo bona publicantur ipso iure, dicemus hāc alienationem fieri posse, et explicabimus, quando dicatur alienatio necessaria.

41 Demum id monuerim, quamuis res alienatæ in fraudem fisci reuocentur, semper post sententiam condemnan-

minantem, non reuocabuntur tñ fructus ante sententiam, ab illarũ possessoribus percepti. Quia cũ alienatio valuerit, ac verum dominium in possessorem trãsierit, nec fiscus ante ius aliquod acquisierit in rem alienatam, possessor acquiret fructus. Id enim est discrimen inter bona, quę publicantur ipso iure, & quæ per solam sententiam: vt in priori casu publicetur res cum fructibus à die criminis perceptis, eo modo quo explicabimus c. 23. In posteriori autẽ soli fructus post sententiã percepti publicabuntur. Atque ita tradunt *Card. Clem. Constitutionem. §. Ceterum, ad finem, de elect. Angelus de maleficijs, verb. El eius bona publicamus, nu. 24. Felinus c. de quarta, nu. 31. vers. Nihilominus, de præscr. & c. Rodulphus n. 38. limitatione 3. de rescr. Guilselmus Benedictus c. Raynutius, verbo. Et vxorem, decisione 5. nu. 276. de testam. Montepicus d. l. post contractum, nu. 104. et ibi Haunibal nu. 358. Ludouicus Gomez c. 1. n. 9. de rescrip. n. 9. Couar. 4. Decret. 2 p. c. 6. §. 8. nu. 6. in fine, & n. 7. Pereg. de iure fisc. l. 5 to. 1. nu. 174.* Quod quidem limitatur, quãdo bona alicuius publicantur ob sententiam, secus autem quando bona fiscus aufert alicui, tanquam indigno: tunc enim aufert cum omnibus fructib. perceptis. Ita *allegato Salicoto* tenet *Peregrinus ibi.* Item limitandum est, nisi tempore sententiæ confiscantis, sint fructus pendẽtes. Quia tunc tanquam pars fundi, confiscantur cum ipso. Sic *Montepicus ibi. nu. 102. Peregrinus ibidem.*

CAPVT XXII.

Qualiter hæreticus, & alij, quorum bona publicantur ipso iure, perdat eorum dominium à tempore criminis: & ea sint ante sententiam fisco restituenda; & alienãdo peccent, nec valeant alienationes, etiam quando non ipso iure publicantur, at est interdicta administratio, & qualiter fiscus teneatur creditoribus.

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstiõ disputanda sit, nu. 1.

An hæreticus, & alij, quorũ bona publicantur ipso iure, amittat eorum dominium, idque in fiscum transeat? Refertur sententia, num. 2.

Explicatio sententiæ Authoris, nu. 3. & 4.

Soluuntur argumenta, nu. 5.

Post nu. 5. inuenientur alia summaria.

1 QVadruplex est quæstio disputãda. Prima, de amissione dominij. Secunda, de restituendi obligatione. Tertia, de prohibitione alienationis, & eius valore. Vltima, de obligatione fisci erga creditores, quorum bona publicantur.

2 Quæstio prima. An hæretici. & alij quorũ bona ipso iure publicantur, amittant bonorum suorũ dominiũ à die commissi criminis, idque in fiscum trãseat? Duplex est sententia. Prior ait id à die comissi criminis deperdi, ac in fiscum trãsferri. Ducitur primo, quod rei vendicatio soli domino cõpetat. *l. in rem. ff. de re. vend.* At inducta publicatione bonorũ, datur post sentẽtiam criminis declaratoriã vindicatio bonorum delinquentis fisco à die cõmissi criminis: vt in crimine læsæ maiestatis deducitur ex *l. finali, ff. ad leg. Iuliam maiestatis,* ibi: *Extinguitur crimen mortalitate, nisi quis forte maiestatis crimine reus fuerit. Nam nisi hoc crimen à successoribus purgetur, hæreditas fisco vindicatur.* Secundo ex *l. regia 4. tit. secundo parte 7.* ibi: *Camaguer fuesse en senencia delos bienes perdido auiaya el señorio por sumaldad, e era ya de camara del Rey.* Tertio quia sequuta sententia huiusmodi criminum declaratoria, rescindũtur omnes alienationes cum fructib. inde perceptis à possessore quod vtique fieri non posset, nisi delinquens perdidisset dominium à die criminis, idque esset fisci. Et ideo hãc huius rescissionis rationem tradidit *l. regia in 2. argumento allata* Quarto probatur ex *c. cum secundũ leges, de hæret. in 6.* ibi: *Bona hæreticorũ ipso iure decernimus cõfiscata, cõfiscationis tñ huiusmodi exequutio, vel bonorũ ipsorum occupatio, fieri non dẽt per principes, aut alios dominos tpales, antequã per epm loci, vel aliã personam Ecclesiasticã, quæ super hoc habeat ptãtem, sñia super eodẽ crimine fuerit promulgata.* Vbi aperte per priora illa verba, *sint ipso iure cõfiscata,* denotatur per dñium ab hęretico, & id trãsire in fiscum. Nil. n. aliud significat bona esse ipso iure confiscata, quam ipsius iuris potestate nulla expectata iudicis sñia, esse fisco applicata. Si. n. hæreticus maneret adhuc dominus, non dicerentur ipso iure confiscata, sed cõfiscanda per sententiam. Et cõfirmatur, quia pontifex eo. *c. cum secũdum leges,* pręmiserat iure ciuili publicari bona ob incestas nuptias, & deferẽtes arma Saracenis, & omnes hos perdere dominium bonorũ suorum, & inde arguit, vt multo fortius id in hæresi cõtingat, & bona hæretici sint ipso iure cõfiscata. Ergo aperte sentit hęreticos perdere dominium. Et secũdo cõfirmatur, quia si dominium apud hæreticos maneret, frustraneum esset addere, nõ posse ea bona à fisco auferri ante sñiam. Quia manifestum est. dum dominiũ alicuius rei retinetur non posse eã domino auferri, donec per sñiam priuetur. Tãdem, quia cum priuatio huius dominij sit pęna priuatiua, ac nulla delinquẽtis actione, indigens, incurritur ante omnẽ iudicis sñiam Et ideo hanc sustinẽt *Bar. l. Imperator 43. in fi. ff. de iure fisci, & l. si debitor. 7. in fi. ff. quæ in fraud. cred. et l. post cõtractũ 15. n. 12. ff. de don. Abb. c. delicti nu. 12. de arbitris. Arch. ca. Felicis, nu. 13. de pęnis, in 6. & ibi lo. And. nu. 4. Dominicus ibi in prin. n. 8. Francus ibi §, Nullus nu. 3. Anch. c. cum sedm leges, ante n. 1. de hæret. in 6. & c. fi. nu. 2. notab. 6. de præscr. in 6. Fel. c. Rodulphus n. 38. limit. 3. de rescrip. et c. fi. statim in princ. de hæret. Salic. l. si quis posthac 9 in princip. nu. 6. in fi. C. d. bonis damnat. Angelus de maleficijs verbo Et eius bona publicamus, n. 15. Montepicus ea. l. post. contractum, nu. 69. et ibi Hannibal n. 222. Alciat. nu. 18. Rosella in sum. ver. assassinus n. 1 & ibi Tabiena q. vnica, n. 4. & ver. Hæreticus, q. 4. nu. 5. Castro l. 2. de lege pœnali c. 10. paulo ante primam rõnem, & li. 2. de iust. hæret. punitione, c. 6. in initio, Repert. inquisit. verbo bona hæreticorum, in initio, & ver. dominiũ. in initio. Conrad. de contractib. tract. 1. q. 7. concl. 2. et 3. Caiet. 22. q. 62. ar. 3. in fi. Metina de restit. q. 1. §. post. rer. dom. ver. ad propositum ergo, Greg. Lop. l. 4. ver. Non deue valer. to. 2. p. 7. Rol. consi. 8. n. 7. & consi. 63. n. 75, vol. 3. Couar. 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 8. in fi. & 9. Ant. Gom. to. 3. var. c. 2. n. 3. vers. vnum tamẽ est, & n. 4. Tello l. 4. Tauri n. 44. ver. primum quod Boss. in sua pract. tit. de bonor. publicatione n. 26. Pereg. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 166. Menoch. consilio 186. nu. 8. vol. 2. Bursat. consi. 7. nu. 30. vol. 1. Surdus de alimentis tit. 9. q. 32. num. 5. & tit. 8. priuilegio 59. num. 7. & 8. Aceres de maioratu in priori editione p. 4. quæst. 23. nu. 66. Cãtera in suis quæstionibus criminalibus, tit. de quæstionibus tangentib. punitionem delictorum, cap. 1. n. 16. Farinacius in sua pract. in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 13. Quemada in suis quæst. fiscalib. q. 7. ad finem, Gail tractatu de pace publica, li. 1. c. 19. num. 18. Valentia 1. 2. disput. 7. q. 5. puncto 6. q. 3. colum. 16. versiculo Ex quo deinde, & 2. 2. disp. 1. quæst. 12. puncto 2. ad finem. Leonard lib. 2. de insti. c. 29. dub. 8. num. 64. Sayr. in claui regia lib. 3. c. 9. num. 30. Aragon 2. 2. q. 11. artic. 3. fol. 344. col. 2. in fi. §. tam dicendum nobis erit, Salon 2. 2. q. 62. ar. 3. contron. 1. post 3. conclusionem, paulo ante solutionem ad argumenta. Azor tomo 1. instit. moralium, lib. 5. cap. 7. q. 2. & l. 8. cap. 12. quæstione 2.* Quæ sententia est valde probabilis, & eam etiam tenet *Paramus de origine inquisitionis, li. 3. q. 9. num. 198.*

3 posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait omnes hos retinere rerum suarum dominium, donec per sententiam declarẽtur. Probatur primo ex *l. quæsitũ est 15. ff qui & à quib.* ibi: *Quęsitũ est an is, qui maiestatis crimine reus factus est, manumittere possit: qm ante*

dam-

damnationem dominus est. Secundo, quia nullibi deciditur, reos horum criminũ priuari statim dominio bonorum, & hac pœna plecti: & rescissio cõtractuũ à die criminis facienda post sñiam, potest optime defendi concesso hoc dominio, vt constabit ex argumentorum solutione. Ergo nullius momenti est hæc dominij priuatio, & ideo non est cur eam imponamus. Quamobrem hanc sustinent *Archidiaconus, c. eum secundum leges, nu. 6. de hereticis, in 6. Victoria relectione priori de Indis insulanis, n. 14. Simancas de cathol. instit. tit. 9. n. 173. 187 & à nu. 229. vsq; ad 234. Corduba in suo quæstionario, l. 1. q. 36. in fi. Bartholom. à Metina 1. 2. q. 96. art. 4. in solutione ad 3. Bañes* dicens esse communem *Thomistarũ 2. 2. q. 12. art. 2. dubio vnico, circa solutionem ad 3. principales, cõcl. vltima. Ludou. Lop. 1. p. instruct. conscien. c. 112. cõclus. 4. Vasquez, 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 170. toto c. 3. Molina to. 1. de iust. Disp. 95. col. 1. vers. Dubium vero est vtrum. Manuel 1. to. summe, in 2. editione, c. 1 0. n. 3. Henriquez li. 3. de excommun. c. 56. n. 2. paulo ante fi. Stephanus de Auila de cẽsuris 1. p. dubio 7. colum. 3.* Atq; posse vtramq; sententiam defendi, tradit *Sotus l. 1. de iustit. q. 6. art. 6. post 4. conclus.*

4 Quamuis autem fiscus nõ comparet dominium verum illorum bonorum ante sententiam, sed illud apud delinquentem maneat, at secundum quid delinquẽs amittit dominium, nempe in debito, & sub conditione, proferatur sentẽtia sicut nec bona amittit, nisi hoc modo: & sic secundum quid comparat illud fiscus. Sæpe enim dominus alicuius rei dici solent, qui habet ius ad rem consequendam. Qui enim actionem ad rem recuperandã habet, rẽ ipsam habere videtur, *l. qui actionem, ff. de regul. iur.* Ita docent *Simancas eo. tit. 9. nu. 241. Molina nu. præced. relatus.*

5 Ad argumenta prioris sententiæ relata nu. 2. respondetur. Ad primum dic eam nõ esse proprie vindicationem, sed ita appellari, quia quodammodo, & secũdum quid comparat fiscus illorum bonorum dominium. Vt num. præcedenti explicuimus. Ad secundum dic, illam legem regiam intelligi de dominio secundum quid, & imperfecto. Vel potest responderi cũ *Vasquez. 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 170. c. 4. n. 24.* illam legem non imponere pœnam reis læsæ maiestatis, vt bonorum dominium amittant, sed solius rescissionis contractum à die patrati criminis pœnam statuit: rationẽ aũt huius reddit, quia ex tunc amittunt dominium: quare in ea ratione reddenda non habet vim legis, sed author illius sequutus est priorem sententiam. Ad tertium dic non esse eam einsmodi rescissionis rationem, sed quia à tempore cõmissi delicti sunt bona cum fructibus fisco obligata. Vt latius explicabimus nu. 33. Ad quartũ dic bona hæreticorum esse ipso iure à die patrati criminis publicata, nil aliud esse, quã ex tunc esse ipso iure fisco obligata, ita vt lata sententia retrotrahatur confiscatio ad illam diẽ. Quod quidem non tollit hæreticũ manere interim bonorum suorum dominum. Ad priorem confirmationem dic intelligi eas leges, idq; decretum Pontificium de dominio, secundum quid, & imperfecto, quod ad fiscũ transire diximus numero præcedenti. Ad posteriorem dic non esse frustraneũ id additum: tum quia non constat sed sub iudice est an amittatur dominium: tum ẽt ne fiscus existimaret sibi integrum esse ea bona vsurpare, tãquam ipso iure confiscata. Ad vltimũ dic eam doctrinã tradentem pœnas priuatiuas nulla exequutione indigentes incurri ante iudicis sententiã non esse veram semper. Vt probaui lib. 9. de matrimon. disput. 30. nu. 2. Insuper quãuis semper esset vera, at hęc dominij priuatio non est huiusmodi: nam quamuis secũdum se nõ indigeat exequutione, at quia illan consequitur bona illa esse fisco deferẽda, iam exposceret exequutionem.

S V M M A R I V M.

An heretice, & alij, quorũ bona publicantur ipso iure, teneantur ante iudicis sententiam restituere, bona fisco? Refertur quadam sententia, num. 6.

Explicatur sententia authoris, num. 7.

An lata sententia teneantur bona offerre fisco, antequam ab ipsis exigantur, nu. 8.

Quid iudice præcipiente in sententia bona reddi fisco, & quãdo id præcipi soleat, nu. 9.

Quid si hæreticus post sententiam non occultet bona, nec interrogatus neget, sed fisci incuria non capiantur, nu. 10.

Quid si ea occultet, num. 11.

An idem dicendum sit de hæreticorum successoribus, vel alio modo bona eorum possidentibus, nu. 12.

Quid si ea bona iam non extent apud illos possessores, nu. 13.

An si delictum sit notorium, teneantur hi in foro conscientia bona fisco tradere, ante quam sententia accedat? Refertur quedam sententia, nu. 14.

Explicatur sententia Authoris num. 15.

An sufficiat ad hoc delinquentẽ fassum esse suum crimẽ, n. 16.

An fiscus vsurpans bona hæretici notorij, nondum lata sententia, teneatur restituere? Refertur quadam sententia, nu. 17.

Declaratur sententia Authoris. nu. 18.

An dicente decreto bona confiscari ipso iure, absque alia declaratione, sit opus sententia? Refertur opinio, num. 19.

Explicatur quid author sentiat, num. 20.

An si rogati in iudicio crimen negent, teneantur bona fisco restituere? Refertur opinio, nu. 21.

Proponitur sententia Authoris, nu. 22.

Quid si iniustè appellarunt, & sententia rescindatur, nu. 23.

An liceat tunc fisco via compensationis eripere ea bona, n. 24.

An negans teneatur restituere petenti rescissionem ludi, aut alterius contractus, nu. 25.

Verba ipso iure, vel ipso facto, quid operentur, nu. 26.

An exigatur tunc sententia condemnans, an potius sat sit declarans delictum, nu. 27.

An efficiens posse procedi contra hæredes delinquentis, nu. 28.

Quid distet inter pœnam ipso iure incursam, & incurrendam per sententiam, quoad fructus, nu. 29.

Satisfit argumentis, numero 30.

Post num. 30. inuenies alia summaria.

6 QVæstio secunda. An hæretici, & alij, quorũ bona ipso iure publicantur, teneantur nulla expectata iudicis sñia restituere fisco ea bona? Duplex est sententia. Prior sustinet eos teneri. Ducitur ex cap. 2. de præscriptio. in 6. vbi dr̃ hæredes hæretici non posse bona eius pręscribere, si hæresis conscij fuerint, quasi ex tunc in mala fide fuerint constituti. At si à restituendi obligatione liberi essent, nõ dicerentur habere malã fidem. Secundo quod lex humana potestate infligendæ pœnę obligantis ante omnẽ iudicis sñiam ponatur. Vt fatetur cõis sñia in tractatu de legibus. At nullis expressioribus verbis potest hæc obligatio significari, q̃ decernẽdo bona esse ipso iure, vel ipso facto confiscata. Et confirmatur, quia aliàs carerent prorsus effectu illa verba, ipso iure, & ipso facto. Quippe eis nõ adiectis deberetur similiter pœna post iudicis sñiam, & nõ antea. Tertio, quia à die cõmissi criminis priuatur hæreticus dominio bonorũ & transfertur in fiscũ. Ergo iniustẽ retinet inuito vero dño. Tandem quia aduersarij concedunt solam sñiam criminis declaratoriã sufficere, vt teneantur hi bona fisco restituere. quæ ob id solũ est proferenda, vt de crimine illo constet. At hęretico magis cõstat de suo crimine, statim ac id patrauit, quã sibi, & alijs, per eam sententiam. Quippe euidenter nouit se illud cõmisisse: cũ tñ sñia possit multis rõnibus falli. Ergo non est cur in foro conscientiæ desideretur ea sñia ad hanc restitutionem. Et ideo hanc sententiam tuẽtur *Abbas cap. Dilecti, numero duodecimo de arbitrijs, & c. 1. numero vndecimo de constitut. & ibi Alex. de Neuo, numero 52. Felynus nu. 44. & 45. & cap. Rodulphus, numero 38. limitatione 3. de rescript. Ludouicus Gomez. capit. 1. numero 9. de rescript. in 6. Marianus Socinus senior cap. Iudæi, el 2. numero 14. de Iudæis. Gulielmus Benedictus c. Raynutius, verbo. Et vxorem, decisione 5. num. 276. de testamen. Antonius Gomez, tomo 3. variarum, c. 2. numero 3.*

in fi. Castro lib. 2. de lege pœnali per multa capita, & maxime c. 10. & 11. & li. 2. de iust. hæret. punit. c. 5. & 6. Pro eadem sententia sunt multi quos refert, & sequitur *Tiraq. l. si vnquam, verb. Reuertatur, nu. 268. in noua editione*, qui tradunt, cum quid sit ipso iure, statim esse fructus restituendos nulla sententia expectata, nec petitione, aut litis contestatione.

7 Posterior sententia (cui tanquam longe probabiliori adhæreo) sustinet minime teneri hos ante iudicis sententiā ad ea bona restituenda fisco. Quā quidem latissime tradunt *Sotus, Simancas, & Molina statim allegādi*; & ideo vna, vel altera ratione contentus ero. Est igitur ratio, quia quamuis lex humana possit pœnam imponere ipso facto soluendam in foro conscientiæ, ante iudicis sententiam: at si ea pœna esset priuatio omniū bonorū, adeo rigida est, vt nō posset lex ad eius solutionem obligare ante sniam, quippe id nimium, atq; adeo iniustū videretur. Ergo vt iusta, & proportionata sit, oportet verba illa, ipso iure, et ipso facto, ita intelligere vt aliquem alium effectum habeant, præterquā obligādi ad solutionem pœnæ ante sententiam. Secundo, quia cum lex fragilitati humanæ accommodata, & possibilis esse debeat, non est rationi consentaneū, vt ipsemet reus sit suæ pœnæ, ac grauissime exequutor sed satis est illam sibi impositam pati. Quare esto lex eo modo pœnā pecuniariam indicere posset, vt reus sit illius exequutor, nulla expectata sententia, credendum tamen est, nō sic indici, nisi manifestissimis verbis id exprimatur: qualia nō sunt, ipso iure, vel ipso facto, cū alij effectibus deseruire valeant, quos à nu. 26. explicabimus. Et ideo hanc sententiam tuentur *Decius ca. 1. in prima lectura, in noua editione post quintam conclusionem, nu. 73. de constitutione Alexand. l. si quis maior nume. 13. C. de transactione, & ibi Paulida, num. 58. Adrianus quodlibeto 6. art. 1. litera L. columna 3. Rosella in summa. verbo Assassinus, nume. 1. & ibi Tabiena q. vnica, numero 2. & 3. Syluest. ibi numero vltimo, & verbo Hæresis 1. quæstione 8. nume. 13. versic. Pro his tamen notandum. Caietanus 2. 2. quæstione 62. art. 3. in fine. Victoria relectione priori de indis insulanis, nume. 14. Sotus libro 1. de iustitia, quæstione 6. art. 6. conclus. 1. Medina de restitutione, q. 1. §. Post rerum dominium, versic. Ad propositum igitur redeundo. Nauar. summa, c. 23. n. 66. Couar. 4. decret. 2. par. c. 6. §. 8. nu. 10. Corduba in suo quæstionario, libro 1. quæstione 36. in 1. opinione*, quā in fine quæstionis dicit esset valde probabile, & forsan verā. *Munchaca lib. 1. de successionum progressu, in præfatione, n. 98. versic. Simillimum est, in fine, & lib. 1. controuersiarū illustrium, c. 28. num. 14. Simancas de cathol. instit. tit. 9. à numero 161. vsque ad 252. Peña in directorio Inquisitorum. 3. par. commento 158. Petrus de Conarruuias de remedio lusorum 3. p. c. 21. Anton. Gomez. to. 3. variar. c. vlt. nume. 3. Matienzo lib. 1. recopil. tit. 2. l. 2. glossa 5. nu. 4. & tit. 8. l. 6. glossa 8. nu. 8. & tit. 9. libro 10. glo. 3. num. 2. & glossa 4. nu. 1. & tit. 11. l. 5. glossa 1. nu. 2. & 3. Azebedo li. 2. recopil. tit. 1. rubr. numero 24. & lib. 8. tit. 3. l. 1. n. 189. Angel. in summa, verbo Pœna, nu. 3. Cantera in suis quæst. criminalibus, tit. de quæstionibus tangentibus punitionem delictorum, c. 1. nu. 16. & 17. Molina to. 1. de iustit. disput. 63. col. 7. versic. Contrariam sententiam. Villagut de extensione legū, tit. de extensione legum pœnalium inflictarum hæreticis ad eorum filios nu. 122. Henriquez li. 13. de excommunic. ca. 56. nu. 2. paulo ante finem. Valentia 1. 2. disp. 7. q. 5. puncto 6. q. 3. col. 16. vers. Ex quo deinde, & 2. 2. disp. 1. q. 11. puncto 2. ad fin. Salon 2. 2. q. 62. art. 3. controuersia 1. post conclusionē, paulo ante solutionem argumentorum. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 170. toto cap. 3. Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. ca. 7. q. 1. & 3. & l. 8. c. 12. q. 3. Bañes 2. 2. q. 12. art. 2. dubio vnic. circa solutionem ad 3. principale, in 1. conclus. Aragon 2. 2. q. 11. ar. 3. fol. 347. §. His suppositis. Sosa in expositione Motus proprij Clemet. VIII. de largitione munerum interdicta religiosis, n. 102. Sayro in claui regia lib. 3. c. 9. n. 30. Leonardus lib. 2. de iust. c. 29. dub. 8. nu. 64. Emmanuel Sà in summa, verbo Fiscus, nu. 4. Philiarcus de offic. sacerd. to. 2. p. 2. lib. 6. c. 12. paulo post princip.*

8 Immo etiam sequuta sententia declaratoria, siue cōdemnatoria, nō tenentur hi bona offerre fisco, sed tantum tenentur non resistere, vt bona ab eis exigantur, & sententia mandetur exequutioni, quam & ipsi non tenentur aduersus se ipsos exequi. Quia sententia non cōdemnat hos, vt bona tradat, sed dat fisco ea capiēdi actionem. Durissimumque est quempiam suæ pœnæ exequutorem constituere. Sic *Adrianus quodlibeto 6. art. 1. litera L corollar. 4. Nauar. Padilla num. præcedenti relati. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. num. 10. corollar. 2. Munchaca libro 1. controuers. illustrium, c. 28. nu. 14. Simancas de catholicis institut. tit. 9. numero 184. & 209. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 8. l. 6. gl. 8. num. 8. Azebedo lib. 2. recopil. tit. 1. rubrica, nu. 24. in fine. Molina to. 1. de iustit. disp. 66. col. 3. versic Addit optime & disput. 95. col. 14. versic. ad 2. principale. Henriquez lib. 13. de excommunicat. c. 56. num. 2. in commento litera l. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 5. c. 8. q. 4. lib. 8. ca. 12. q. 4. Philiarcus de officio Sacerdotis, to. 2. par. 2. l. 6. c. 22. col. 3. vers. Sed dubium est.* Quare minus bene *Corduba in suo quæstionario, libro primo, quæstione 36. columna secunda, notabili secundo*, ait facta criminis declaratione teneri hæreticos offerre bona fisco nō petenti. Et sic venit intelligendus *Vasquez 1. 2. quæstione 96. articul. 5. disputatione 172. c. 2. nu. 11.* vbi ait delinquentes hos teneri post sententiam omnia detegere, intellige, si interrogentur.

9 Hoc tamen est temperandum, nisi iudex in sentētia præcipiat reum exequi, vt cum iudex ipsum cōdemnat ad aliquos nūmos soluendos: secus quādo ad solam pœnam damnat. Sic *Nauar. Conar. Simancas, Henriquez, num. præcedenti relati Molina ea. disp. 95 in fine.* Addunt autē bene *Couar. & Molina ibidem*, iudices condēnantes ad bonorum omnium, vel partis eorum amissionē, non solitos esse damnare ad solutionem, sed simpliciter vti cōdemnatione bonorum, vel partis, ea fisco adiudicantes; at vbi fit cōdemnatio ad rationem alicuius mulctæ pecuniariæ, tunc etiam solere condemnare ad eius solutionem.

10 Hinc deducitur, si hæreticus post sententiam nō occulter bona, nec interrogatus neget, sed negligētia fisci aliqua eorum non compareāt, minime illum teneri ea restituere. Quod finum non sit ea tradere, nec nō interrogatus ea manifestare Sic *Bañes 2. 2. q. 62. art. 3. dub. 2.* Quod intelligo, nisi per edicta, vel alio modo petat fiscus ea bona. Quia id est interrogare.

11 Quod si hic occultet aliqua bona, ait *Bañes ibidem*, omnes eū ad illa restituenda obligare. Idem docet *Aragon 2. 2. q. 62. ar. 3. fol. 228. col. 2.* Sed *Azor to. 1. institut. moral. lib. 5. c. 8. q. 4. in fine.* videtur sentire id esse verum, quādo fiscus edictis, vel alio modo petit; ait enim, peccare hæreticum occultando bona, quādo fiscus ea tradi sibi curat, vel reperit. Et ratio est, quia si non tenetur tradere bona, sed potest expectare, vt ab eo exigātur (vt diximus num. 8.) non est cur occultando peccet, dum non exiguntur. At bene dixere *Bañes, & Aragon* aliud. n. est occultare bona habēdo se mere negatiue, quod est non manifestare, seu non exhibere bona, quod meram negationem importat; & hoc nulla est culpa, dum fiscus non petit: aliud autem est, occultare bona positiue, quod est data opera abscōdere illa, & hoc est peccatum. Nam occultans priori modo nō impedit ius fisci, cum negatiue se habeat, nec teneatur ad positiuam manifestandi actionem, aut ad tradendum. At posteriori modo impedit id fisci ius.

12 Secundo deducitur similiter successores in ea hæreticorum bona, posse illa retinere, etiā damnatis hæreticis, dum fiscus ab eis non petit edictis publicis, aut alio modo: at eo petenti teneri restituere. Constat ex dictis triplici numero præcedenti. Atque ita docet *Molina to. 1. de iust. disput. 66. col. 4. immediate ante 2. conclusionem,*

&

& disp. 95. col. 13. vers. Ad 2. principale, et Azor nu. praecedenti relatus.

13 Quod tamē intellige, si ea bona apud possessores extent, aut si non extent, recepere mala fide, nempe, conscij hæresis, alienantium. Nam si bona fide recepere & res non extet solum tenētur reddere fisco, quatenus ex eis facti sunt locupletiores, sicut de omni possessore bonæ fidei dicemus late ca. sequenti. Id etiam limitādum est iuxta dicenda n. 73. vbi agemus de ijs, qui titulo emptionis, permutationis, aut alio simili recepere.

14 Quidam retenta hac sententia, vt fiscus non habeat ius, vt sibi hæc bona restituantur ante sententiam, limitant vt non liceat fisco ante sententiam ea occupare, vt intelligatur, nisi delictum sit notorium. Quia vt hæretici teneātur hæc bona restituere, solum exigitur sententia declarans crimen, vt de illo constet. Ergo quādo crimen est adeo notorium, vt nulla tergiuersatione celari possit, hæc non est expectanda. Insuper, quia euidentia criminis commissi non indiget clamore accusatoris *ca. euidentia, de accusat.* Ita tradūt *Abbas ca. cum non ab homine nu. 29. de iudicijs. Felinus cap. 1. num. 45. de constit. & c. Rodulphus, nu. 37. limit. 1. de rescript. Dominic. c. cum secundum leges §. confiscationis n. 2. de heret. in 6. Ludouic. Gem. c. 1. nu. 7. de rescrip. nu. 6. Castro lib. 2. de lege penali, c. 10. in 2. principali argumēto pro sua opinione. Villagut de extensione legum, tit. de extēsione legum penalium infectarum hæreticis ad eorum filios, n. 122. Gregor. Lop. l. 4. verb. El señorio, ad medium, tit. 2 p. 7.*

15 At nullatenus hoc est admittendum, sed dicendum est exigi adhuc iudicis sententiam. Quippe non est verum sententiam declaratoriam solū exigi, vt constet de crimine: sed exigitur, vt per iudicem, tāquam per causam particularem auditis delinquentis defensionibus, pœna legis vniuersalis applicetur huic casui, quo suum effectum sortiatur. Præterea cautè dicitur *eo. c. euidētia,* nō esse opus accusatore in delicto euidenti, eo quod ipsummet se ostendat. At iudicis sententia est semper necessaria, vt aduertit *ibi gloss. finalis communiter recepta.* Et ideo ita sustinent *Rosell. in summa. verb. Assasinus, n. 1. & ibi Sylvest. q. vltima. Tabiena q. vnica, nu. 3. Soto libro 1. de iustitia, q. 6. art. 6. post 3. conclusionem, vers. Quapropter. Angelus verb. Pœna, nu. 3. Simancas de instit. cathol. tit. 9. n. 165. & 166. Aragon 2. 2. q. 11. art. 3. fol. 348. col. 2. in solut. ad 3. & 4. Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. c. 7. q. 3. paulo post medium. Molina to. de iustit. disp. 95. col. antepenultima, in solutione ad 2. principale. Vasquez 1. 2. q. 96. articulo 5. disputatione 170. c. 4. nu. 14. Seaccia l. 1. de iudicijs, c. 98. numero 10.*

16 *Azor* autem *ibidem* ait prædictam limitationem esse veram, si reus suum crimen in iudicio fassus sit. tunc. n. ait ius esse fisco vsurpādi ea bona; & refert pro se *Ioannem à Metina.* Sed falso allegatur *Metina* nec limitatio est vera. Quippe vniuersi huius sententiæ Doctores petunt sententiam criminis declaratoriam. & antea non concedunt fisco ius capiendi bona, nec ipsis reis imponunt obligationem ea tradendi.

17 Hinc deducitur, quid dicendum sit de doctrina quā tradit *Castro libro secundo, de lege pœnali, c. 10. in 3. principali argumento pro sua sententia.* vbi ait fiscum occupātem bona hæretici, quādo crimē ita euidens est, vt nulla tergiuersatione occultari possit, peccare quidem cōtra præceptum *ca. Cum secundum leges, de hæreticis in 6.* vbi iubetur bona non occupare ante sententiam; non tamen teneri ea restituere. Idque probat *ex regul. 1. Quod à quoquam ff. de regul. iur.* ibi: *Quod à quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.* Cum ergo fiscus ea bona ab hæretico in iustā delicti pœnam eripuerit, non tenebitur eadem illi restituere. Atque eidem sententiæ fauet *Sotus li. 1. de iustitia, quæstione 6. art. 6. immediate, ante quintam conclusionem,* vbi ait fiscum bona hæretici eripientem teneri restituere, si ipse solus crimen nosset, quod probare nequiret, nec infamia notatum esset. Quare à contrario sensu liberat eum restituendi onere quando crimen probare potest.

18 Sed dicendū est teneri restituere. Quia iure illa vsurpandi caret ante declaratoriam iudicis sentētiā. Vt cōstat ex *eo. cap. Cum secundum leges.* Præterea quia vsque tunc reus habet dominium, aut saltem iustā bonorum possessionem. Ergo ijs priuans tenetur illi restituere. Tandem quia ad compensationem iustam, nō satis est esse probabile reū teneri restituere, sed opus est id luce meridiana clarius esse, vt tradunt omnes in tractatu de furto. At hos reos teneri ante iudicis sententiā restituere vix est probabile, nedum certum: & demus id esse probabilius, non est tamē luce meridiana clarius. Ergo talis compensatio est cōtra iustitiam. Nec obstat regula iuris in cōtrarium allata, quia intelligitur de exactis nomine pęnæ, iuxta iuris ordinem & subinde post latam sententiam. Quippe alias hoc absurdū esset admittendum, vt quilibet priuatus vsurpās quæ iudicis sententia essent sibi in pęnā applicanda, non teneretur restituere. Est enim ea regula statuta aduersus existimātes nil nomine pęnæ posse tuta conscientia accipi. Et ideo ita tenent *Simancas de cathol. institut. titul. 9. à num. 175. vsque ad 178. Aragon 2. 2. quæst. 11. art. 3. fol. 348. colu. 2. in solutione ad 4. Molina to. 1. de iustit. disput. 95. colu. antepenultima in solutione ad 3. Vasquez 1. 2. q. 96 articul. 5. disputat. 170. cap. 4. numer. 15. Emmanuel Sà in summa, verbo Fiscus, num. secundo.*

19 Secundo alij limitant principalem sententiam, vt intelligatur, nisi quando pęna imponitur ipso iure, vel ipso facto, addēdo vt nulla opus sit declaratione. Sicut in hoc regno Castellæ additur circa cōfiscationem bonorum sodomitæ: vt constat ex *l. regia 1. titul. 21. libro 8. recopil.* ibi: *Assi mismo aya perdido por esse mismo hecho y derecho, y sin otra declaracion alguna todos sus bienes.* Quia alias nil operarentur ea verba. Itē quia cū sola criminis declaratio exigatur ad hanc pœnā incurrendam, illa per legē exclusa, erit locus huic confiscationi ac reus tenebitur ante omnē sententiam ea bona restituere. Sic docent *Syl. verbo Assasinus, in fine, & ibi Tabiena q. vnica n. 3. Azor to. 1. instit. moralium lib. 5. c. 7. q. 6.* Et in simili docent alij. cū enim motus proprius Pij V. statuat pœnam priuationis officiorum ipso facto absque alia declaratione dicunt, nullam exigi sententiam, vt sint in foro cōscientiæ dimittenda. Hi sunt *Manuel in eo motu proprio, n. 31. statim in principio, & n. 32. Surdus in cōpendio priuilegiorū mendicantium. verbo Ingressus monasteriorū monialiū, n. 10. vers. Notandum est an committētes, & vers. Idem dicendum esse.* Et potest tandem probari, quia cū ea, ipso iure, & ipso facto importēt, vt sola declaratio criminis exigatur, absque alia declaratione pęnę essent vtique superflua verba addita, absque alia declaratione, si intelligerentur de sola pœnæ declaratione.

20 Verum mihi probabilius est, desiderari adhuc aliquē iudicis actum ad eam pœnā incurrendam, nempe, declaratoriam eius criminis sententiā. Atque ita ea verba, absque alia declaratione, sunt intelligenda de pęnę declaratione. Ducor, quia *Extrauagant. Ambitiosæ, de rebus ecclesiæ non alienandis,* habentur multo rigidiora verba contra alienatores bona ecclesiæ absque debitis solemnitatibus, ibi: *Ipso facto beneficijs priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, & libere conferri possint.* Et tn̄ adhuc est satis probabile, & meo iudicio probabilius, requiri declaratoriā criminis sententiā: atque ea verba, *absque alia declaratione,* intelligi de sola pęnę declaratione. Quod bene tradūt *Couar. 4. Decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 10. Mexia in taxa panis concl. 6. nu. 136. Lud. Lop. 1. p. instruct. conscientiæ c. 196. f. 580. Graffis 1. decis. l. 2. c. 11. n. 41. Enriq. l. 13. de excom. c. 56. n. 3. Manuel li. 1. sum. in 2. edit. c. 195. n. 3.* Et in hanc partē magis inclinat *Sotus lib. 1. de iustit. q. sexta, art. sexto, in fine.* Præterea quia *libr. 5. tit. 11. lib. 5. recopil. regia* habētur hæc verba, *Por esse mismo hecho, sin preceder à ello, ò para ello,*

ello, otro conoscimento de causa, ni otra sentẽtia, ni declaraciõ alguna, ayan perdidos las mercadurias. Et tamẽ *Azebedo ibi. nu. 1. Matienzo ibi glo. 1. n. 4.* dicunt adhuc exigi sententiam. Præterea, quia non potest negari rem hanc esse dubiam. At in dubio non est interpretandũ voluisse legislatorem obligare ad pœnam ante omnẽ iudicis sententiam. Vt bene docent *Nauar. summa Hispana, ea. 28. additione ad nu. 66. c. 23. Simancas de institu. cathol. tit. 9. n. 217.* quod maximè est verum, quando est dubium iuris, quale est hoc. Immo optime *Molina to. 1. de iust. disp. 96. col. penult. vers. Quod dictum est,* docet pœnas amissionis officiorũ ipso iure, & ipso facto statuas exigere iudicis sententiã, nisi verba luce clariora importãtia nullam exigi sententiã addantur. Nec obstant contraria, quia huiusmodi leges non excludũt omnem iudicis declarationem, sed solam pœnæ: & quamuis per verba ipso iure, & ipso facto, esset satis exclusa declaratio pœnę, non ob id sunt superflua ea verba, absq; alia declaratione, quia adduntur ad maiorẽ eorum verborum declarationem. Nec nouum est verba in decretis multiplicari ad maiorem declarationẽ. Vt in simili docet *Couar. l. 2. variar. c. 5. nu. 9.* vbi apponens exceptionem, de qua ibi tractat, esse inutilem, & nil operari, cũ adhuc ea nõ expressa casus ille exceptus non clauderetur in concessione: respondet satis esse poni ad maiorẽ declarationẽ. Et in proprijs terminis sodomię exigi sententiam iudicis, non obstante rigore verborum *d. l. regia 1. tit. 21.* tradunt *Azebedo ead. l. 1. nu. 70. Ant. Gomez to. 3. variar. c. vlt. nu. 3. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 170. ca. 4. nu. 24. & 25.*

21 Tandem alij limitant, nisi ij delinquentes rogati legitime, à iudice negent delictum tũc enim quamuis liberi euadant, tenebuntur pęnam hanc restituere, & sic fisco tradere bona, & hoc quidem, quamuis pœna nõ esset ipso iure imposita. Ducuntur quod iniuste tunc impediant pęnam fisco, vel alij applicandã, & debitã per sententiam. Et confirmatur, quia iniuste impediẽs testam non debitam, vt legatũ, quod testator volebat alteri relinquere, tenetur restituere, iuxta vniuersorum sententiam: ergo à fortiori quã do res est debita. Et ideo ita sustinent *Sotus lib. 1. de iust. q. 9. art. 6. immediate ante 5. cõclus. Castro de lege pœnali l. 2. c. 12. § ex his, Molina to. 1. de iust. disp. 95. col. penul. vers. Duo sunt hoc loco.*

22 At contrariam sententiam multis Doctoribus relatis sustinui lib. 10. de matrimonio, disp. 8. n. 14. & vltra Doctores ibi relatos, eam tenent *Azor to. 1. instit. moral. li. 5. c. 8. q. 5. & l. 8. c. 12. q. 5. Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp 175. c. 12. nu. 13. & 14. Carbon. de restit. q. 31. conclus. 5.* Quia tunc iniuste impediẽs tenetur restituere, quando cõtra commutatiuam iustitiam delinquit in ordine ad illum cui ipso non impediente, erat lucrum deferendum. Vt contingit in eo qui vi, aut dolo impedit legatum alicui relinquendum. At reus negans iniuste delictum nõ delinquit in commutatiuam iustitiam in ordine ad eum, cui erat pęna applicanda: nec vllam ei iniuriã irrogat, vtpote qui illius emolumentum non impedit directè. Quippe non astringitur ad veritatem fatendã ob vtilitatem illius, cui pęna est applicanda, sed propter solam publicam iustitiam, quæ ad criminum punitionẽ attendit. Et subinde solã iustitiam reipublicæ, & iudici debitam violat: iudicium enim est institutum ad hoc, & nõ ad ditãdos aliquos ex pœnis impositis, sed hoc per accidens se habet. Et confirmatur, quia hac ratione ducti probauimus libro præcedenti, cap. 6. n. 5. nec Episcopũ prauo exemplo damnum furti causam, nec confessorem omittentem obligare ad restitutionẽ, teneri restituere: quia etsi peccent in officium; at non tenentur ex officio in ordine ad eos, quibus hęc damna inferuntur: sed in ordine ad spirituale omnium, & pœnitentis bonum: quare non peccant contra iustitiam cõmutatiuam debitam damnificatis.

23 Immo id verum existimõ, quamuis hi iustè damnati appellarent ex causa falsa, aut falsis testibus se tuendo, tenerentur enim actori expẽsas litis restituere, nec prosequi litẽ, sed omittere, vt ex vere allegatis fatatur sententia, eo quod lis sit iniusta. Pęnam vero minime tenebuntur restituere, si ex appellationis reuocarit priorem sententiam. Quod probaui libro 10. de matrim. disp. 8. num. 14.

24 Hinc deducitur minus vere dixisse *Molin. to. 1. de iust. disp. 95. col. pen. vers. Duo sunt hoc loco,* integrum esse fisco cui constaret reos hos iuridice interrogatos negasse verum crimen, vti compẽsatione bonorum, quæ lata sententia erant sibi applicanda: aut esto pęna nõ ipso iure incurreretur, erant sibi in pęnam applicanda, eo quod reus ius suum iniuste impedierit. Verũ hoc nullatenus est admittendũ. Quia etsi sit probabilis sententia relata n. 21. dicens hunc reum teneri illam pęnam restituere, & esto esset probabilior quam contraria relata n. 22. at id non sat est ad iustam compensationẽ, ad quam vniuersi Doctores petunt debitum esse luce meridiana clarius, quale non est hoc sed valde dubium, ac frequẽtior sententia oppositis rationibus ducta id negat. (Vt diximus nu. 22.) Præterea, quia cum rei ea bona possideant, non sunt in dubio illis spoliandi.

25 In hoc tamen casu tenebitur reus veritatem nagans restituere, nimirum, si ageretur in iudicio contra reum ad alicuius contractus concessam legibus rescissionem, vt ludi vltra quantitatem permissam, vel alias illiciti, vel gesti à minori; si enim reus iuridice rogatus negaret & ob id actor nõ recuperaret illud ludi lucrum sibi per sententiam reddendum, aut minor iure suo destitueretur; teneretur reus restituere omne emolumentũ, quod inde actor cõsequi debebat. Quia suum ius in sui vtilitatem institutum reus iniuste impediuit. Et sic docet optime *Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 175. c. 2. in fine.*

26 Demum si quæras quem effectum habeant ea verba apposita in lege, Ipso facto, vel ipso iure, sint bona cõfiscata, aut omittãtur bona. Dic varios habere. Primus est, quia licet in hoc conueniant pęna per iudicem imponẽda, & imposita ipso iure, vel ipso facto, vt neutra ad sui solutionem obliget ante iudicis sententiã: at imposita ipso iure, aut ipso facto, statim ac per iudicẽ pronunciatur sententia, retrotrahitur ad omnia bona quæ habuit reus à die commissi criminis, & reuocantur omnes contractus, siue gratuiti, siue onerosi, à die criminis per delinquentem initi. (Vt à nume. 31. declarabimus) At pęna à iudice ferenda nõ retrotrahitur, nec reuocabuntur alienationes ante sententiam factæ nisi constet eas alienationes in fraudem esse factas. Vt explicui ca. præced. nu. 25. & 32.

27 Secundus effectus est, quãdo pœna est per iudicẽ imponenda, exigitur sententia cõdemnans ad illam, & eã declarans. Quod non fit per legem eo ipso imposita; sed quamuis per illam statuta sit, refertur ad iudicẽ, præcipiendo illi eam imponere. At quãdo imponitur ipso iure, vel facto, non exigitur sententia illam declarans aut ad eam condemnãs, sed satis est sententia criminis declaratoria, id est, quæ declaret hunc esse illius criminis reum. Constat ex *c. cum secundum leges, de heret. in 6. ibi; Confiscationis executio non fiat donec sentẽtia fuerit promulgata super crimine.* Et ratio est quia pœna incurritur ipso iure, ac cõmittitur crimẽ, ac proinde declarato crimine illico succedit. Et ita docẽt *Alex. l. si quis maior. n. 13. C. de transact. Felin. c. Rodulp. n. 15. de rescr. Domin. eo. c. cũ secundũ l. § confiscationis nu. 1.* Et multi alij, quos refert, & sequitur *Tiraq. l. si vnquã verb. reuertatur, in noua edit. n. 400. C. de reuoc. don. Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. § 8. n. 18. vers. Secundo. Ang. in summa verb. Pœna, n. 3. Sylu. verbo Assassinus, q. vltima, & ibi Tabiena q. vnica, num. 2. Sotus l. 1. de iustit. q. 6. art. 6. conclus. 3. & ad 7. Bossius in sua practica, tit. de hæreticis, nu. 26. Peregrinus de iure fisci, libro 5. titulo 1. numero 172. Azebedo libro 4. recopil. titulo 4. li. 1. numero 61. & 62. & libro 8. titul. 3. lib. 1. nume. 186. Matienzo*

tiam. e lib. 5. recop. tit. 1 1. l. 5. glo. 1. n. 2. Scaccia li. 1. de iudicijs, c. 98. nu. 10. & 11. Philiarcus de officio sacerd. to. 2. p. 2. li. 6. c. 22. in solutione a 13. & passim Doctores. Et quamuis *Simancas de cathol. instit. tit. 9. n. 153. et Vasquez 1. 2. q. 95. art. 5. disputat. 170. c. 4. nu. 3.* asserant nunquam sniam esse tā breuem, vt solum crimen declaret, nec rei condemnet, & videri tūc esse irritam, vtpote quę nec condemnationē, nec absolutionē continet, *l. Præses, C. de sent. & interlocut.* ibi: *Præses, prouinciæ non ignerat definitiuam senten. quæ condem natioaem, vel absolutionē non continet, pro iusti nō haberi.* At *Simācas ibi. n. 164. & Vasquez a 14.* aiūt includi tacite in hac snia criminis declaratoria, cui est ipso iure imposita pęna condemnationē ad illā, ob rōnē traditā. Et iō hoc satis est ad eius valorē.

28 Tertius effectus est, quoties bona sunt ipso iure cōfiscata, possunt heredes delinquentis conueniri ad bona fisco tradenda, quāuis ille lite non contestata obierit, *l. cōmissa, ff. de public. & vectig.* At si pęna non sit ipso iure imposita, & lis non sit contestata ante delinquētis obitum, heredes ad pęnam illius delicti conueniri nequeunt. Vt habetur *l. ex iudiciorū ff. de accusat. & l. vnica, C. ex delict. defunct. inquantum heredes teneantur.* Et ratio est quia in priori casu manent bona realiter obligata fisco, quare ratione illius obligationis, cum qua ad hæredes transeunt, datur cōtra illos actio. At in posteriori nulla est realis bonorum obligatio ad pœnā, nec fiscus habet bona delinquentis obligata ante sententiā condemnatoriam. Vt late alijs allegatis probat *Farinacius in sua practica, in noua editione, to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. n. 190. vsq. in fi.* Et cum crimē sit personale, & subinde solam delinquentis personam sequatur non datur actio, ratione rei, nec ratione personæ contra hæredes. Sic *Archi. cap. cum secundum leges, oaten. 1. de heret. in 6. Ant. Gomez, to. 3. variar. c. vlt. n. 2. Simancas de cath. inst. tit. 9. n. 186. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 170. c. 4. nu. 22.*

29 Vltimus effectus est circa fructus restituendos. De quo diximus c. præced. nu. vlt.

30 Ad argumenta contrariæ sententię relata num 6. respondetur. Ad primū dic cum *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. num. 10.* peculiare esse in casu heresis desiderari eius ignorantiam in heredibus, vt bona defuncti pręscribātur, quare *ea. c. 2.* appellatur scientia heresis, mala fides respectu præscriptionis: non autē eo quod hæredes iniuste, & mala fide retineant ea bona ante sententiam. Ad secundum, negatur ea verba esse expressa, ac eorum intellectum, tradidimus nu. 5. in solutione ad 4. Ad confirmationem cōstat ex dictis à n. 26 vsq; ad 29. vbi eorum verborum effectus expositi sunt. Ad tertiū constat ex dictis nu. 3. vbi probauimus non transire dominium in fiscum, atq; esto dicamus cum contraria sentētia illud transire, dicendum est manere iustam bonorū illorum possessionem apud hæreticū, quia priuandus non est ante sententiam. Ad vltimum constat ex dictis n. 15. vbi probatum est, eam sententiam declaratoriam non desiderari ad eum solum effectū, vt de crimine constet.

S V M M A R I V M.

Quando alienationes factæ ante delictum ab his, quorum bona ipso iure publicantur, vel quib. alienatio, & administratio interdicitur, reuocentur, num. 31.

Circa alienationes factas post delictum reuocādas, est idem dicendum de ijs, quorum bona publicantur ipso iure, ac de ijs, quibus administratio interdicitur, nu. 32.

Bona ab his alienata à die commissi criminis pertinent ad fiscum, & retrotrahitur confiscatio, num. 33.

An intelligatur hoc à solo tēpore, quo delictū prodijt in actū externum, & quamuis eo medio tēpore cessaris hæresis, nu. 34.

Quid si reus condemnetur, eo quod in purgatione defecerit, aut contumax sit nu. 35.

An reuocentur hi contractus non obstante bona fide possessoris per quæcumque manus transierint, nu. 36.

Quid si possessores bona illa præscripserint: & an inueniatur præscriptione, adhuc superstite hæretico, nu. 37.

Quantum tempus præscriptio hæc postat? Refertur duplex sententia, nu. 38. & 39.

Explicatur sententia Authoris, nu. 40.

Declarantur conditiones petita ad hanc præscriptionem, n. 41.

An præscribi possit actio procedendi contra hæreticum defunctum, & vt filij euadant alias pœnas, præter bonorum confiscationem, nu. 42.

An reuocentur alienationes factæ à viro, de parte lucrorū constante matrimonio acquisitorum quæ ad vxorem hæreticā pertinet, quæ ante hæresim ignorauit, & cui incumbat probare fraudem, nu. 43.

An hoc procedat etiam in contractibus gratuitis, nu. 44.

Quid si vir conscius fuerit hæresis vxoris, nu. 45.

An vir, cuius bona ob hæresim publicata sunt, possit recōciliatus ecclesiæ alienare dimidiam lucrum vxoris pertē, n. 46.

An alienationes factæ ab hæretico reuocentur, quādo possessor est bonæ fidei oriens ex pacto publico, nu. 47.

An contractus gesti ab hæretico ante sententiam, valeant mero iure? Refertur duplex sententia, nu. 48. & 49.

Explicatur sententia Authoris, nu. 50.

Quid distet inter vtrumque dicendi modum, nu. 51.

An tertius ille possessor conscius delicti patrati tempore alienationis, teneatur ea bona tradere fisco ante sententiam, n. 52.

An fiscus publicans bona delinquentis aut in alicuius bona succedens teneatur stare locatione per eum facta, num. 53.

An alienatione necessariæ factæ ab hæreticis reuocentur à fisco? Refertur quædam sententia, nu. 54.

Explicatur sententia authoris, num. 55.

Declarantur quæ sint alienationes necessariæ, nu. 56.

An sint huiusmodi alienationes necessariæ, quæ dantur pro dotandis filiabus, nu. 57.

An peccet alienando bona ante sententiam? Refertur quędam sententia, num. 58.

Explicatur sententia Authoris à nu. 59. vsque ad 65. & qualiter non sit culpæ contra legem venire, quando non dirigitur ad personas, sed ad actus, num. 59.

An emens ab hæretico peccet, nu. 66.

An fiscus vindicans res has alienatas, teneatur possessori pretium soluere? Refertur quædam sententia, nu. 67.

Explicatur sententia authoris, & quando pretium dicatur esse in bonis delinquentis, & conuersum in vtilitatem à nu. 68. vsque ad 71.

Cui incūbat probare pretiū esse conuersū in vtilitatem, n. 72.

An possidentes bona hæreticorum iussi per edicta, teneantur ea declarare, nu. 73.

Post nu. 73. inuenies summaria reliqua quæ deficiunt.

31 QVæstio tertia. An qñ bona publicantur ipso iure ob delictum, vt ob hæresim contingit, aut saltē à die cōmissi criminis, interdicitur administratio delinquentibus valeant alienationes ab eis factæ, siue titulo oneroso, siue lucratiuo? Et quidem alienationes quouis titulo factæ ante delictum commissum, dummodo in fraudē fisci non fiant, valent, nec postea à fisco reuocari valent. Quia ante delictum nil iuris in ea bona fiscus acquisiuit. Quod si in fraudē sint factæ, valebunt mero iure; at sequuta sententia poterit fiscus reuocare. Sicut in alijs delictis, ob quæ confiscāda sunt bona per iudicis sententiā diximus cap. præcedēti, nu. 25 & 26. Quia cum sola fraus absq; alio iure in bona, præbeat reuocationis casū, vtraq; delicta sunt eiusdem rationis quoad illam. Et ita docet *Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 56.*

32 Quare difficultas hæc procedit de solis alienationib. post delictum factis. Atq; loquendo de delictis, ob quæ non publicantur bona ipso iure, sed à tempore delicti commissi, interdicitur administratio; de quib. tractatur in *l. Quæsitum, ff. qui & à quibus, & l. ex iudiciorū, versic. Adeo ff. de accusat.* est idem prorsus dicendū quo ad reuocationē, quod dicemus de delictis ob quæ bona publicantur ipso iure. Vt bene tradūt *Bart. l. post contractū 15. nu. 12. ff. de donat. & ibi Menocchius nu. 73. Alciat. nu. 18. Salicetus l. si quis post hac 9. in principio, nu. 7. C. de bonis damnat. Tabiena in summa, verb. Assassinus, q. vnic. n. 4. Gregor. Lopez l. 2. verb. Valdria, tit. 4. p. 5. Antoninus Gomez to. 3. var. c. vlt. n. 4. Peregrinus de iure fisci, l. 5. ti. 2.*

 n. 175.

n.175. Bossius in sua pract. tit. de bonorũ publicatione. n.76.

33 Loquendo igitur de hæresi, & de alijs delictis, ob quæ bona ipso iure publicantur, certissimũ est, sententiam latam contra huiusmodi delinquẽtes retrotrahi ad diem cõmissi delicti, ita vt omnia bona, quę tẽpore delicti habebant, ad quemcũq; quocũq; titulo peruenerint, pertineant ad fiscum. Quare fiscus rescindit omnes cõtractus, siue titulo oneroso, siue lucratiuo, siue causa dotis, ab illa die ab huiusmodi delinquentibus initos. Ratio huius diuersa redditur iuxta diuersas sententias: nã sustinendo sñiam nu. 2. relatam, ratio est, quia ex die cõmissi delicti amisere hi dominiũ omnium bonorũ suorum, idq; fiscus comparauit, cui dominio nulla alienatio postmodũ facta potest preiudicare. At retenta nostra relata nu. 3. & 4 dicenti non amitti dominium, ratio est, quia qñ pœna imponitur ipso iure alicui delicto comparat fiscus à die illius delicti patrati, ius, & hypothecam in omnia delinquentis bona, ideo cũ eo onere transeunt ad quemcunq; quouis titulo possidentem cui iuri ex tunc acquisito per fiscum, nullus contractus postea initus obstare valet. Sicut nec cuiusuis hypothecæ onus alicui rei adiectũ impeditur per quamcunq; illius rei alienationẽ. Et ita docet *gl. l. post contractũ 15. verb. crimen & ibi Bartholomæus, nu.* 11. Idque ab vniuersis vtriusq; iuris Doctorib & Theologis est receptissimũ.

34 Intellige tamen à die commissi criminis prodeuntis in actum externum, quantumuis occultum. Vt optime ait *Sotus li. 1. de iustit. q.6. art.6. concl.4.* Quia cum per actum internum nullæ pœnæ incurrantur, sed bene per externum quantumuis occultum: (vt probauimus hoc libro c.8. num.1. & 6.) contractus initi ab hæretico antequam internã hæresim, verbo, facto vel signo aliquo, sufficientib. vt sit hæreticus externus, manifestet, reputantur ac initi ante delictum; vtpote qui vere ante delictum publicationi subiectum, & ante ius comparatũ à fisco in ea bona sunt initi: cum autem crimen publicationi subijciatur ex puncto, quo hæresis in actum externum, quantumuis occultum prodit, ex tunc ius comparat fiscus in ea bona, & ideo contractus ex tunc initos reuocat. Atque sustinendo sententiam, quam hoc libro cap. 14. num. 10. tenuimus, nempe, non publicari bona acquisita post delictum, tempore quo ab illo etiam ante sententiã resipuit, contractus circa bona tunc acquisita non subijcientur huic rescissioni. Et ideo caute *Bursatus conf. 259. nu. 10. vol. 3.* ait omnes contractus ab hęretico initos à die commissi criminis omni tempore, quo in hæresi perseuerauit, esse nullius valoris.

35 Præterea intellige, nisi reus damnetur in contumacia, vel eo quod in purgatione defecerit; tũc enim non publicãtur bona à die, qua testes deponunt illum in hęresim incidisse, sed à die, qua defecit in purgatione, vel damnatur tanquam contumax. Quod ex tunc tantum hæreticus esse præsumatur. Ita tradit late probãs *Quemada in suis questionibus tota q. 8.* & ipsum sequitur *Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 26.*

36 Et quamuis qñ bona non publicantur ipso iure, sed per sñiam publicanda sunt, non reuocentur contractus onerosi ante sñiam initi, nisi probetur mala fides emptoris. (vt probaui capite præced. nu. 29.) At quando confiscantur ipso iure, reuocantur non obstãti bona fide possessoris per quotcumq; manus transierint ea bona. Quia in priori casu nullũ ius, aut hypothecã acquirit fiscus in ea bona ante sententiã, quæ tamen acquirit in posteriori. Ita docent *Archid. c. 2. leges, nu. 2 de haret. in 6. & ibi Dominicus in principio, n. vlt. Angelus l. si quis post hac nu.4. C. de bonis damnat. & ibi Fulgosius num. 10. Montepicus l. post contractum 15. n.69. ff. de donat. Repertorium inquisitorum verbo Alienatio, paulo post principium. Bossius in sua practica tit. de bonorum publicatione, nu.76. & 77. Scaccia de iudicijs lib.1. c.98. nu. 15. Gregor. Lopez l. 4. verbo Non deue, in fi. tit. 2. p.7. Surdus dec. s. 247. n. 12. Peñ in directorio inquisitorum 2. p. in gloss. Archidiaconi super 6. Decret. tit. de haret. c. cum secundum leges, nu. 11.*

Et omnes Doctores; quos num. 61. referam, dicentes peccare hæreticos alienando titulo oneroso quando recipiens est hęresis ignarus: nã in damno emptoris bonæ fidei fundãtur, quod passurus est fisco vindicanti ea bona, post hæresim alienantis detectam.

37 Limitanda tamen est hæc sententia primo, vt rescindantur omnes contractus post hæresim initi, & fiscus ea bona à quibuscumq; possessoribus auferat, nisi possessores illi bona præscripserint. Quod apud omnes cõstat. Et habetur expresse *c. fi. de præscrip. in 6. vers. si post mortem.* Et quidem si adhuc hæreticus viuit, cum contra ipsum proceditur nulla præscriptione iuuari posũt possessores eorum bonorum. Quod à cõtrario sensu ex *eo. c. finali*, constat quod post hæretici mortem concedit eam prescriptionem. Et tradunt *Ioan. Andr. ibi, n.3. & ibi Anchar. notabili 7. n.3. Dominicus ibi §. si post. mortem, nu. 3. oppos. 1. Villadiego de hæreticis q.22. nu.3.*

38 Quando autem contra hæreticũ defunctum proceditur, dissident Doctores circa tempus petitum ad hãc præscriptionem. Quibusdam quinquenniũ placet. Quia sic deciditur, *l. 2. C. de apostatis, & l. regia 7. tit. 25. p.7.* Et tradunt *gloss. l. Manichęos. verb. Subire c. de hęret. Bart. d. l. 2. nu. vnico. Romanus singulari 431. de crimine, quod in noua editione est 436.* Et alij, quos refert *Farinacius in sua practica in noua editione to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. 25. nu. 158.*

39 Alij sic distinguunt. si bona illa sint applicanda fisco sæculari, præscribuntur quinquennio, & ita intelliguntur leges allegatæ numero pręcedenti, si vero fisco ecclesiastico, exigũtur quadraginta anni, iuxta textum *d. c. finali.* Ita tradunt *Abbas c. cum nobis nu.8. de præscript. & ibi Felinus nu. 11. Francus eod. c. fi. nu.2. Carrerius tractatu de hęreticis, §. Expedito processu hæreticorum, nu. 33. in fi. Ponc in tractatu de lamijs nu. 76. Couar. 4. decret. 2. p. c.6. §.8. n.15. Gregor. Lop. l.7. verb. Dende en adelante, tit. 25. p.7. Anton. Gomez. to. 3. var. c. vlt. nu. 5. in fi. Quemada in suis q. fiscalibus quæst. 16. concl. 2. et 3.* subdit *Couar.* hoc procedere quando bona sunt fisco sæculari applicãda, etsi possessores habuerint scientiam hęresis, & sic malam fidem. Quia cum non teneantur ante sententiam hæresis declaratoriam ea bona fisco restituere, hęc mala fides est solum speculatiua: quamuis iure canonico attento fateatur hanc malam fidẽ obstare præscriptioni huic, quando ea bona sunt fisco ecclesię applicanda.

40 At dicendum est in vtroque casu exigi quadraginta annos ad hanc pręscriptionẽ, qui ab hæretici obitu sũt cõputãdi. Quia sic indistincte deciditur *c. finali, vers. Si mortem præscrip. in 6.* ibi: *Si post mortem hæreticorum, qui dum viuerent catholici putabantur, bona ipsorum à catholicis eorũ filijs, vel nepotibus, vel extraneis quibuscũq; spatio quadraginta annorũ fuerint bona fide possessa: sancimus eos super bonis hmõi, etiamsi ad Romanã peruenire debeant ecclesiam, in hoc casu non esse vlterius molestandos, quãquã illi, quorum bona fuerant nũc deregantur hæreticos extitisse.* Et cum hmõi crimen sit ecclesiasticũ, est in illo stãdum iure ecclesiastico, & ius ciuile seruabitur in alijs criminibus sæcularibus, ob quæ publicantur bona ipso iure: vt in crimine lęsæ maiestatis humanæ, & sodomiæ. Præterea quia (vt optime ait *Molina statim allegãdus*) quãuis hodie fisco sæculari applicẽtur hęc hæreticorum bona: at id euenit ex Pontificum concessione. & ideo eodem mõ sunt pręscribẽda, quo pręscriberẽtur applicanda fisco ecclesiastico, nempe quadraginta annis, cum fiscus sæcularis gerat vices ecclesiastici. Et ideo pro hac sentẽtia sunt Doctores quidam absolutè petentes quadragenarium spatium ad hanc præscriptionẽ. Hi sunt *glo. eo. c. fin. verb. Hæretici Ioan. Andr. ibi n.5. Dominicus ibi §. si post mortem, nu.4. Villadiego de hæret. q.22. nu.3. Repertorium inquisitorum verbo Præscriptio vers. Sed super præscriptione. Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. c.7. in fi. & li.8. c.12. q.16.* Et in proprijs terminis tradunt *Ant. Gom. sibi contrarius to. 3. var. c.1. n.81. Rojas de hæreticis p.1. n.496. Simancas de cathol. instit. tit. 18. nu. 14. & tit. 19. num. 133.*

vbi

vbi addit, etsi quadam inquisitorum instructione cautum olim erat, etiam transacto quadragenario tempore integrum esse procedere ad publicãda ea bona, eam esse iam abrogatam, & ad ius canonicum redactam. Et *nu.* 134. dicit sententiam nu. præced, relatam petentem solum quinquennium esse a tribunalib. explosam. *Peña in directorio inquisit. 3. p. commẽtario 9x. col. 2. a vers. Hac tamen distinctione. Farinacius in pract. criminali, in noua edit. to. 1. p. 1. tit. de delictis, & pœnis q. x5. nu. 163. & tit. de inquisitione q. 10. nu. 8x. Molina tomo 1. de insti. disp. 73. col. antepen. versic. Hinc infert. Et Couar. nu. praced. relatus* fatetur in his Hispaniæ regnis seruari ius canonicum, etiam si bona fisco sæculari applicentur. Vt habet prima instructio Hispalensis cap. 20.

41 Petuntur autem ad hanc præscriptionem in *eo c. fin.* aliquæ conditiones, vltra hoc quadragenarium tẽpus. Prima est, vt hæretici, quorum bona præscribũtur, fuerint tempore suæ vitæ reputati catholici. Sic clare dicit textus, & docent *glossa ibi verbo Putabuntur, & ibi Dominicus, §. si post mortem, n. 4. Repert. inquisitorum verb. præscriptio, vers. sed super præscriptione,* & addit tunc non reputari catholicos quando tempore mortis erant damnati aut diffamati, aut saltem suspecti de hæresi. Atque *in vers. exigitur quarto, & versi. sequenti,* addit, si non reputabuntur tunc catholici, etsi quadragænaria præscriptio locum non habeat; at centenariam locum habere, dummodo concurrant reliquæ conditiones in eo textu petitæ. Secunda conditio est, vt possidentes eo spatio sint catholici: vt expresse id petit textus ille. Quare si hęretici sint, nullo tempore præscribent. Vt tradit *ibi glossa verbo catholicis, ab omnibus recepta.* Tertia, vt bona fide possideant ea bona. Est autem hęc bona fides, quando recipiens putabat catholicum esse eum, à quo bona illa accepit. Et tradunt ibi *gl. verbo bona fide & ibi Dominicus, §. si post mortem, nu. 4. Peña eo. commento 92. col. x. versic. Filij vero. Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 5. c. 7. in fi. & lib. 8. c. 1x. q. 16.* Quamuis enim hæc sit mala fides solum speculatiua, cum possidentes ea bona cum hæresis scientia, ante delicti sententiam declaratoriam, minimè peccẽt: at ius canonicum præscriptionem huiusmodi indicens voluit expresse bonam hanc fidem. Vt bene obseruat *Couar. 4 decret. x. par. c. 6. §. 8. num. 16.* Quarta conditio est, vt toto eo quadragenario tempore non detegatur hæresis, nam si antea detegatur, quamuis sententia declaratoria non sit pronunciata, non haberet locum hæc præscriptio, si cum possessoribus esset litigatum, aut eis scientibus probatum crimen: tunc enim ea mala fides præscriptionem interrũperet. Sic *Ioan. And. eo. cap. fin. nu. 5. & ibi Francus nu. 7. Dominicus ibi, §. si post mortem, nu. 2.* Et ita *Peña proxime relatus* ait, si intra id tempus possidentes norint hæresim defuncti, interrumpi præscriptionem.

4x Demum circa hanc præscriptionem id monuerim, nullo temporis spatio præscribi actiones procedendi contra ipsum hæreticum defunctum, ad eius memoriã damnandam, & statuam comburendam. Quia textus *eo. cap. fin.* indicens hanc præscriptionem intelligeretur quoad sola bona. Et ita *alijs citatis* tradunt *Couar. 4. Decret. 2. par. c. 6. §. 8. nu. 16. Simancas de Cathol. institut. tit. 18. nu. 42. Peña dicto commento 92. col. 3. versic. in qua difficultate, qui col. 4. vers.* Et *ex hoc c.* optime hinc infert filios bona fide possidentes eo quadragenario spatio, non euadere alias pœnas, præter confiscationem, vt infamiam, inhabilitatem ad officia, & beneficia, &c.

43 Secundo limitatur principalis sententia, vt reuocentur alienationes, nisi factæ sint à viro, ex parte lucrorũ acquisitorũ constanti matrimonio, quæ ad vxorẽ hæreticam pertinebat, quando tempore alienationis non norat vxoris hæresim. Quippe hæ sequuta vxoris condemnatione non reuocabuntur. Ratio est, quia *l. regia 5. titulo nono, libro quinto, recopilat.* concessa est viro administratio, & alienatio horum bonorum, quando nõ est facta in vxoris fraudem: quo iure non debet priuari ob ignoratam à se vxoris hæresim. Item quia *l. regia 77. Tauri, quæ hodie est l. 10. tit. 9. lib. 5. recopil.* deciditur sequuta snĩa declaratoria eius criminis, confiscandam esse partem lucrorum vxoris delinquentis, & hanc partem intelligendã esse, quæ acquisita fuerit vsque ad tẽpus snĩæ latæ. Cum ergo ea pars possit auferri, & minui vsque ad snĩam, conceditur viro vsque tunc administratio: & subinde non reuocabuntur alienationes. Et ita sustinet tanquam probabile *Simancas de catholicis instit. tit. 9. n. 83.* Et docẽt *Matienzo lib. 5. recop. tit. 9. lib. 5. glos. 6. nu 2. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disput. 169. c. 2. nu. 14.* Alienationem autem esse factam in fraudem, incũbit fisco probare. Quia *lex illa regia 5.* transfert onus probandi in dicẽtes alienationem factam esse in fraudem, ibi: *Saluo si fuere prouado que se hizo cautelosamente por defraudar, o dammificar a su mugier.* Sub qua quidem regula clauditur etiam fiscus: tum quia in vxoris ius succedit: tum etiam quia nisi excipiatur, vtitur iure priuatorum: *regula Qui ius, ff. de reg. iur.* Ita *Simancas ibi. nu. 84 & 85. Vasquez eodem capite 2. nu. 15.*

44 Sed an hoc procedat in solis contractibus onerosis, an etiã in gratuitis, vt donationibus? *Simancas eod. tit. 9. n. 86. & Vasquez eod. c. 2. nu. 15. & 16.* dicunt non procedere in cõtractibus gratuitis, sed in solis onerosis. Quia *lex illa regia 5.* solam facultatem alienandi contractib onerosis viro concedat: vt multi alij doctores nostri regni testantur. At hoc non est ita expeditum, quin alij asserant concedi quoque facultatem donandi. Ac proinde iuxta horum sententiam, idem erit dicendum de contractibus gratuitis. Sed placet media sententia, quã amplectuntur *Molina lib. x. de primog. cap. 10 à num. 65. Ioannes Garcia de expensis cap. 13. nu. 18. & de coniugali acquæstu, nu. 65.* dicens esse receptissimam à Doctorib. Hispanis. *Burgos de Paz iunior in suis quæst. ciuilibus q. 9. num. 23. Gutierez in suis pract. lib. x. q. 121. per totam. Molina Societatis Iesu tomo 2. de iust. disp. 275. col. antepen. vers. Media tamen,* quæ ait posse eum donationes moderatas ex iusta causa facere, non tamen excessiuas. Quod ipsi latius probant. Et ideo retenta hac snĩa, erit idem dicẽdum de his donationibus moderatis factis à viro, quod de contractibus onerosis diximus.

45 Quando autẽ vir est conscius hæresis vxoris, dicunt *Simancas eo. tit. 9. n. 82. & Vasquez eod. c. x. n. 14.* reuocari alienationes à fisco, eodem modo quo reuocarentur si ab vxore hæretica, post viri obitum, ac commisso iam crimine factæ essent. Quare ait *Vasquez* sequuta confiscationis sententia, quemcumque possidentem ea bona etiam titulo oneroso, teneri in foro conscientiæ ea bona restituere fisco. Et neuter suæ sententiæ rationem tradit: nec ego iam inuenio. Quia ignorantia hæresis nullam alienationi vim tribuit vt ea non reuocetur sequuta sententia postmodum, sed sola eorum bonorum administratio concessa viro ante declaratoriam criminis sententiam, qua eum priuari propter scientiam hæresis vxoris, nullo iure cauetur. Quam ob rem melius dixit *Matienzo lib. 5. recop. tit. 5. glos. 6. nu. 2.* præsumi eã alienationem tunc fieri in fisci fraudem, quando vir hæresim vxoris norat, & ideo hac ratione eam à fisco reuocari. Ex quo ego colligo non reuocari, quando constat eam non esse factam in fraudem.

46 Idem demum obseruant *Simancas eodem tit. 9. n. 87.* dicẽs id esse probabile, & *Azebedo lib. 5. recop. tit. 9. l. 5. n. 17. & Vasquez eod. c. 2. nu. 16.* non posse virum hæreticum, cuius bona ob hæresim publicata sunt, reconciliatum postea ecclesię, alienare dimidiam lucrorũ vxoris partẽ. Quod societas illa sit per publicationem bonorum viri soluta, & culpa sua vir ad inopiam peruenerit. At non video qua ratione, & quo iure sit ea societas soluta: cum nullibi hæc pœna ob viri hæresim decreta sit, vt nec postea reconciliatus ecclesiæ possit bona administrare: nec ea administratione priuatur, eo quod

culpa

culpa sua patrimonium perdiderit. Præterea quia nemo dubitabit, bona à viro reconciliato parta esse cum vxore diuidenda. Nõ ergo est societas dissoluta, & subinde nec bonorum administratio viro interdicta.

47 Vltimo limitatur principalis sñia, vt alienationes factæ ab hæretico, & alijs, quorum bona publicātur ipso iure, à fisco reuocentur, nisi tertius possessor possideret bona fide oriētu ex pacto publico, puta principis, vel officialis, qui sententiā absoluentem tulisset: nã si postea detegeretur ille hæreticus, aut alterius criminis subiecti publicationi ipso iure reus, alienationes factæ post absolutionem, & ante processus renouationem, ita firmæ essent, vt reuocari nequirent. Ita *Bossius in sua pract. ca. tit. de bonorum publicatione, nu. 76.* dicens ita fuisse pronunciatum Mediolani, *Scaccia l. 1. de iudicijs. cap. 98. nu. 17.*

48 Demum superest quadruplex difficultas. Prima est, an contractus gesti ab hæretico, antequam damnetur, valeant? Quidam valere negant. Ducuntur quia cum careat dominio suorũ bonorum, id in alium transferre nequit. Secũdo quia *Ex iudiciorũ, vers. Adeo, ff. de accus.* sic dicitur. *Ex quo quis aliquod ex his causis crimen cõtraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eũ posse.* Et *l. Donationes in concubinã, 6. in fi. ff. de donat.* ibi: *Rata donationes esse non possunt post crimen perduellionis.* Et *l. regia 4. tit. 2. par. 7.* ibi: *Vendida, nin donacion, nin cābio, ni enagenamiento que ouiesse fecho de sus bienes, el qui fuesse juzgado por traydor, desde el dia que començo a andare en la traycion, hasta el dia que dieron la sentencia contra el. non deue valer en ninguna manera. Camaguer fuesse en tenēcia de los bienes à la sazon que los enagenaua, perdido auia el señorio por su maldad.* Huius sñiæ sunt. *Arch. c. fi. nu. 2. notabili 6, de pręscriptionib. in 6. Decius cõs. 135. nu. 5. vol. 2. Sylu. verbo Heresis, 1. q. 8 a. 14. vers. Vade dona 10. Montepicus, l. Post cõtractum, 15. nu. 69 ff. de donat. Tabiena in summa, verbo Assasians, q. vnica, n. 4. Repertorium, inquisitorum, verbo Alienatio initio & vers. Item alienatio. Sotus l. 1. de iust. q. 6. a. 6. concl. 4. Victoria relectione priori de Indis initio, nu. 13. Bossius in sua pract. tit. de bonorum publ. nu 76. Tello l. 4. Tauri nu. 44. in fine. Simancas de cathol. instit. tit. 9. nu. 25. Peregrinus de iure fisci, libro 5. tit. 1. nu. 165. Peñ. in directorio inquisitorum, in 2 p. in glos. Archi. super 6 Decret. tit. de heret. c. Cum secundum l. nu. 7. Bursatus cons 289. nu. 10. vol. 3. Surdus decisione 247. nu. 9. & 10. Azebedo l. 8. recop. l. tom. 3. l. 1. nu. 187. & 188. Aragon 2. 2. q. 11. a. 3. f. 347. col 2. vers. Iafero secundo.*

49 Alij vero dicunt tunc fore irritas has alienationes, quando timetur publicatio delicti, ac sententia: secus quando ita occultum est, vt hęc minime timeantur. Ita quidam recētiores, quos tacito nomine refert *Vasquez nu. sequenti citandus.*

50 At verius existimo has alienationes valere mero iure; dicũtur aũt nõ valere, ac esse nullius momēti, quatenus in fisci præiudiciũ cederēt, perinde enim eas retractare põt, ac si factæ nõ essent. Et ita explicādi sunt textus allegati nu 48 pro prima sentētia: & forsan hoc volunt Doctores ibi relati. Ducor, quod hæretici, & alij, quorum bona ipso iure publicantur, sint veri suorũ bonorum domini: iuxta veriorem sententiam, quam nu. tertio defendimus: & esto amplecteremur contrariam dicentem eos non esse veros dominos, retinent tamen legitimam bonorũ suorum administrationem, donec damnentur: at hæ alienationes ad administrationē pertinent. Nec alicuius est momēti distinctio inter hæc delicta quādo timetur, aut non timetur publicatio, quam recentiores nu præced. relati tradunt. Quia iura has alienationes interdicentia, inter neutrum casum distinguũt. Ergo vel in vtroque vel in neutro est dicendũ eas esse irritas. Præterea, quia si dicant eas esse irritas ratione priuationis dominij, id vtiq; in vtroque casu eādem irritationem prubat. Quod si dicas rõnem esse, eo quod dolus dederit causam contractui, qñ prædictus timor subest hęc ratio nõ innititur prohibitioni alienādi, sed est quædam ratio vniuersis contractibus communis: nec ea probaret vniuersas alienationes esse irritas, sed solas titulo oneroso factas. Et ideo hanc sententiam tradunt *Bañes 2. 2. q. 12. art. 2 col. penul. in solutione ad 4. Vasquez 1. 2. q. 69. art. 5. disput. 171. c. 2. nu. 9. & sequentibus. Azor tomo 1. institut. moralium, lib. 5. cap 7. quæst. 7. in fine.* Quod idem satis aperte indicat *Molina tomo 1. de iustit. disput. 95. col. 10. vers. Licet autem hæreticus,* vbi ait, has alienationes esse nullius momenti, ad effectum vt fiscus non occupet omnia bona alienata. Quicquid tamen in hoc sit, id tamen est dicēdum, vt hę alienationes valeant ad eum effectum, vt possessor, quantumuis conscius hæresis alienantis, non teneatur in foro conscientiæ res illas restituere fiscu. Quia nec hæreticus ad id tenebatur. Vt probauimus, nu. 7 & dicemus nu. 52.

51 Plurimum autem distat, vno, vel altero modo loqui: (vt bene ait *Vasquez eodem nu. 9.*) quia si dicamus alienationes esse ipso iure irritas, tertius ille possessor non fieret dominus fructuum ex ijs bonis acquisitorum: cum ex alienatione illa nullum ius in ea bona compararit. Secus autē si dicamus irritandas. Quia tunc comparat idem ius, quod hęretius habebat: ac proinde sicut hæreticus non tenetur ea bona restituere, donec condemnetur, ita & tertius ille possessor.

52 Ex his deducitur primo. tertium illum possessorem, quamuis tempore alienationis fuerit conscius delicti patrati, non teneri ea bona restituere, siue titulo oneroso, siue gratuito ea acceperit. Quia cum acquirat idem ius, quod hęreticus in ea habebat. sicut non tenetur hic ea ante sententiam fiscu restituere, ita nec ille.

53 Secundo deducitur solutio illius quęstionis, an fiscus publicans bona delinquentis teneatur stare locatione per ipsum facta? Qua in re communiter sic distinguitur si publicatio sit alicuius rei particularis, vt fundi nõ tenetur fiscus stare locatione, & ita potest expellere inquilinum: secus si confiscatio sit vniuersalis. Quia tunc reputatur vt vniuersalis successor. Et iuxta hanc distinctionem intelligitur textus *l. si fundus, 56 ff. locati.* Et tradũt *Bald. ibi, ante nu. 1. notab. 2. in p. & l. Diuortio, 8. in princ. nu. vasco, vers. Quare de fisco ff. soluto matrimo. vbi & Ias. nu. 36. Antonius Gomez tomo 2. var. c 3. nu. 10. in fine. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 74. Azeb. lib. 5. recopil. tit. 9. l. 10. aum. 16.* & idem dicit *Anton. Gomez* quando confiscatio esset alicuius quotæ bonorum, tũc enim ait teneri eum stare locatione, veluti quando in vniuersa bona succedit. Deinde limitat *Anton. Gomez,* vt teneatur fiscus vniuersaliter succedens stare locatione quando bona non publicantur ipso iure, sed per sententiam, secus quando ipso iure. Quam distinctionem intelligit *Azeuedo eo. numero decimosexto,* quando locatio facta esset post delictum commissum: nam quando ante illud est facta, dicit teneri fiscum indistincte stare locatione. Quia potuit iuste fieri & nullum ius in ea bona habebat fiscus. Et id mihi placet.

54 Secunda difficultas est. An alienationes necessariæ possint fieri ab hæretico, & alijs, quorum bona publicantur ipso iure, & quibus interdicta est administratio à tēpore delicti, ita vt fiscus nequeat eas reuocare? Aliqui id cõcedũt, qñ administratio est interdicta: at negant quando bona publicantur ipso iure. Ducũtur, quia cum a die commissi criminis transferatur dominium in fiscũ, quando bona ipso iure publicantur, iam ea bona ex tunc non sunt hæretici: ac proinde nequibit ex eis, tanquam ex bonis alienis se alere. Item, quia hæreticorum filijs denegantur alimenta ob crimen paternum. Ergo à fortiori ipsi hęretico. Sic videtur tenere *Bartol. l. post contractum 15. nu. 12. ff. de donat.* cum enim duplex membrum posuisset, prius quando bona non publicantur ipso iure, sed sola administratio interdicitur: posterius, quando publicentur ipso iure concessit in priori membro has alienationes necessarias, & ita videtur negari in posteriori. Et eodem modo loquuntur

Roma-

Romanus ibi.n.10.Cumanus statim in princ.Salic.l.si quis post hæc 9.in princ.n.6.in fi.& 7.C.de bonis damnat.Tabiena in summa,ver.assassians q.vnic.n.4. Atque in proprijs terminis docent. *Alciat.ea.l.post contractũ nu.19.& Quemada in suis quæst.fiscalib.q.7.ad fin.*

55 At dicendum est, posse eas alienationes ab omnibus his fieri. Quia interdicta alienatione nõ censetur interdicta necessaria,sed voluntaria, *l.alienationes,13.fin.famil.erciscun.ibi: Alienationes post iudicium accep um interdicta sunt,duntaxat voluntaria,& l.Pero,71.§ prędiũ ff. de leg 2.ibi: Si non voluntaria.* Nec obstant in contrariũ adducta. Quia esto cõcedamus trãsferri statim dñiũ in fiscum,transfertur vtique cum hoc onere, vt dum sñia declaratoria criminis nõ fertur: integrũ sit his criminosis has alienationes necessarias facere, nec illis, nec eorum filijs denegantur alimenta, nisi post sententiam sequutam. Et ideo posse has alienationes ab his fieri, tradunt *Montepicus ea.l post cõtractum n.72. & ibi Hannibal,nu.263. Ang.in sua summa,verbo pœna,nu.3. Syluest. verbo heresis,1.quest.8.num.14.versic. vnde donatio. Couar.4.Decret.2.p.cap.6.§.3.nu.9. Victoria relectione priori de Indis insulanis, nu.15.Sotus lib.1.de iust.q.6.art.6.conclus.4. Ant.Gomez, tomo 3.var.c.vlt.nu.4. Peregrinus de iure fisci,lib.1.tit.1.nu.166.& 167.Bossius in sua practica, tit.de bonorum publicatione,num.77.Simãcas de cath.instit.tit.9.num.33.& sequentib. Villagut de extensione legũ, tit.de extensione legum pœnalium inflictarum hereticis, ad corũ filios,nu.133.Corduba in suo quæstionario, lib.1.q.36. col.2.notab.2.vers.quod si crimẽ. Angles Floribus,2.p quęstione de restitutione legis pęnalis,in princ conclus.6. Molina tomo 1.de iust.disput.95.col.10.versi licet autem hereticus,& col.11.vers.ex dictis,Bañes 2.2.q.12.artic.2.col. antep.corol.1.Aragon 2.2.quæst.12.artic.3.fol.348.col.1. versic.& si quis obijciat.Scaccia libro 1.de indicijs c.98.numero 16.Vasquez 1.2.quæst.96. artic.5.disputatione 171.c. 2.numero1. Azor tomo1.instit.moralium l.5.cap.7. quæst. 7.* Quamobrem optime dicunt *Couar.& Molina ibidẽ,* has alienationes necessarias, vtpote quæ sunt legitime factæ,non posse à fisco reuocari.

56 Computantur autem alienationes necessariæ, si hæreticus soluat debita suis debitoribus, *l. sed nec illud.ff. de solut.ibi: Sed nec illud prohibitũ dicitur,ne à reo creditori soluatur.* Ita *Montepic.n.76.Simanc.n.33.Pereg.n.179. Ant.Gomez,Scaccia,Corduba, vbi eos num.præced.retuli.* Quod rectè intelligit *Quemada quæst. fiscalibus,quæst.7.* Quando fiscus eis creditorib. soluere tenebatur. Quando autẽ id contingat, dicemus à num.74. Et ratio est, quia in hoc euẽtu res fisci agitur, & ad quam iure naturę tenetur delinquens. Itẽ quando res aliquæ alienãtur ad alendum se. Ita *Bartol. Salic.Cumanus,Tabiena allegati,n.54. Montepicus,n.72.Hannibal, Ang.Sylu.Victoria,Sotus,Couar.Ant.Gomez, Bossius,Simancas,num.35. Cord.Scaccia, Angles,Villagut, Molina vtroque loco Vasquez, Azor, Bañes, Aragon,n.præced allegati.Greg.Lop. l.2.verbo Valdria tit.4.par.5.* Atque idem est dicendum de alienatione pro sustentanda familia. Vt bene tradũt *Hannibal, Simancas, Bañes, Aragon, Scaccia,Vasquez, Molina ea.colum.11.versi.ex dictis, Azor ibidem.* Quare idem est dicendum de alienatione pro valetudine suorum, aut sua, & pro funere. Ita *Simancas,num.37.* Et rõ est, quia vsque ad sententiam criminis declaratoriam ius habet hęreticus se, & suam familiam alẽdi. Hæc autem nomine alimẽtorum clauduntur. Præterea quando alienatio est pro causa defendenda. Vt pro aduocatis scripturis, ac alijs litis expẽsis. Quia ne reus defensione destituatur, expẽsæ litis sunt ex eius bonis deducẽdę. Ita *Bart. Montepicus,nu.72. Hannibal, Salicetus,Cumanus,Tabiena Greg.Lopez Bossius, Peregrinus, n.279.in fi.* Quod intelligitur de expẽsis litis circa id crimẽ. Vt bene *Salicet. ibid.* Idemque est dicendum de expensis liti pro tuendis rebus suis. Quia hoc in fisci vtilitatem cedit. Tandem idem est dicẽdum de alienatione pro reparandis, ac conseruandis bonis. Quia cedit in fisci vtilitatem. Ita *Simancas nu.36. Antonius Gomez,& Scaccia ibidem.*

57 Inter has alienationes necessarias computat *Peregrinus eodem titulo 1.num.177.* quod pro dotandis delinquentis filiabus consumitur. Quia ad has dotes ait fiscum teneri. At iure optimo id negant *Montepicus ea.l. Post contractum num.74.Bossius eodem titulo,de bonorum publicatione, num.77.* Et optimè concludit *Montepicus num.75.* nõ reputari alienationem necessariam factam pro quibuscumque alijs causis necessarijs. Quia ad nullas alias præter declaratas, nu.præced. tenetur fiscus ea bona vindicans.

58 Tertia difficultas est. An hæreticis & alijs, quorum bona ipso iure publicantur, liceat ante sententiam ea alienare? Quidam id absolutè damnant. Quod illis alienatio interdicta sit, vt constat ex legibus allegatis, num.48. Præterea quia fit absque fisci consensu, qui verum eorum bonorum dominium a die delicti comparauit. Demum, quia cum eo delicto cognito fiscus sit reuocaturus prædictas alienationes, hæreticus alienando peccabit, vtpotè qui est huius damni accipientibus pullulaturi causa. Ita tradunt *Ioannes à Medina de restit. q.1.§. Post rerum dominium, vers. Ad propositum igitur.Sayro in claui reg a,lib...cap.9.nu.30. Angles Floribus, 2.par. quæst.de restitut. legis pœnalis, in princ.conclus.2.* limitatque conclusione 4.nisi inde non sequatur detrimentum fisco. Quia tota (inquit) prohibitionis huius ratio est, id fisci detrimentum.

59 At dicendum est, nullatenus eos alienando peccare, si ita caute alienẽt, vt nullum damni periculum immineat eis, in quos alienãt. Ducor, qđ quadruplici ex causa posset culpa in his alienationibus oriri. Prima est, legum prohibitio. At ex hac non consurgit culpa in hoc casu. (Quia vt optimè obseruat *Vasquez 1. 2. quæst.96. art.5.disput. 171.capite 2.nu.13.*) quando verba legis potius feruntur in actum quam in personam, non interdicitur actus tanquã peccatum, sed potius lex disponere videtur circa firmitatem & robur ipsius actus. Vt cõtingit in legib. interdicentibus actum absq; iuris solemnitatibus, vt testm minus solemne, non dirigendo prohibitionem ad personas: non erit enim culpa eum suis solemnitatib. omissis facere, sed firmitate carebit actus ille. Sed tunc tantum ad culpam obligabit quando prohibitio dirigitur ad personas. Et hoc est quod dicũt *Bars. & multi alij, quos referam capit.5.quinti, numero* 164. nempe, duplex esse ius, quoddam quod non assistit contractui, nec tamen illi resistit: id est, quod illum nec fouet nec prohibet: aliud vero quod illi resistit interdicens illum fieri. At leges omnes numero quadragesimo octauo relatę hanc alienationem interdicentes non referuntur ad personas, interdicendo ipsis alienationes, sed ad ipsasmet alienationes, destituẽdo illas firmitate irreuocabili, & sic ius non assistit illis, nec tamẽ resistit, vt in testamento minus solemni euenit. Ergo ex hac causa non consurget culpa. Secunda causa esse potest, ratio dominij fisci in ea bona, absq; cuius consensu fit alienatio. Sed nec ex hac causa consurgit culpa; tum quia verius est, hæreticos manere dominos vsque ad sententiam (vt numero tertio diximus) tum etiam; quia esto dicamus amitti dominium, non tamen amittitur administratio, quæ satis est ad liberandas culpa alienationes. Tertia causa est, damnũ imminens possessori, in quem fit alienatio. Et quidem quãdo eius damni periculum est, fateor esse culpã, & ideo dixi licere has alienationes, cum hoc temperamẽto vt damnum proximi vitetur. Vltima causa est, damnum fisci. At ex hac non consurgit culpa: quia cum fisco integrum ius maneat reuocandi alienationes sequuta sententia, ac si factæ non essent, nõ infertur damnum fisco. Adde hos non esse fisci procuratores, vt teneantur ipsi conseruare bona; sed solum tenẽtur nil in eius fraudem moliri,

& vbi

& vbi damnati fuerint, ei reddere bona. Et ideo hanc sententiam sustinent *Adrian. quodlibet 6. art. 1. litera L, post 3. corollarium, vers. circa hoc nota, Ang. in summa. ver. pœna, nu. 3. Syluest. verb. hæresis 1. q. 8. n. 14. vers. vnde donatio. Victoria relectione priori de Indis insulanis, nu. 17. & 18. Nauar. sum. Hispana c. 28. additione ad nu. 96. cap 23. Couar. 4. Decret. 2. p. c. 6. § 8. nu. 9. Ant. Gomez tomo 3. variar. cap. vlt. nu. 3. Simancas de instit. cathol. tit. 9. nu. 28. Corduba in suo quæstionario lib. 1. q. 36. col. 2. notab. 1. Villagut de extēsione legum, id. de extensione legum pœnalium institutarum hæreticis ad eorum filios. nu. 131. Bañes 1 2. q. 12. art. 2. colum. antepen. corol. 3. Aragon 2. 2. q. 11. art. 2. fol. 348 col. 1. versi. Et si quis obijciat. Molina to. 1. de iust. disp. 95. col. 12. vers. tertium est. Azor tom. 1. institutionum lib. 9. c. 7. q. 7. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 171. cap. 1. nu. 1. Manuel 1. tom. summa, in 1. edit. c. 150. nu. 3. Lud. Lop. 1. par. instruct. consc. c. 112. conclus. 4.*

60 Atque quando in his alienationibus non cauetur damnum tertio imminens, est culpa lethalis. Vt cōstabit ex ratione tradenda num. sequenti. Et tradunt *Ang. Sylu. Villagut, Molina relati, nu. præced.*

61 Hinc deducitur primo huius culpæ reos esse si titulo oneroso, vt vendendo, tradendo in dotem. &c. alienēt, quando probabile periculum est, fore vt crimen ad forum externum deducatur, idque rei vitium non manifestatur tertio possessori, in quē alienatio fit: secus autē, quando aut id periculum non subest, aut vitium manifestatur illi tertio. Ratio est quia cessantibus his conditionibus, decipiunt recipientem, tradendo rem vitiosam, cum periculo amittendi rem, & pretium: at cum ea fraus cesset, aut quando non est id periculū, aut possessori illi tertio est cognitum, cessabit quoque culpa. Atque ita docent *Adrianus, Ang. Syluest. Victoria, Nauar. Couar. Ant. Gomez, Villagut, Cordub. Molina, Azor, Vasquez, Bañes Manuel, Ludouicus Lopez ibidem, vbi eos num. 59. retuli.* Inter hos contractus onerosos enumerat *Molina* commutationem. At melius *Azor* ait non peccare commutando, quando commutatio fit cum aliis eiusdem æstimationis bonis. Quia nō infertur dānum fisco, vtpote qui rem æqualis æstimationis acquirit, nec commutanti: nam damnato hæretico, vel non spoliabitur re, quam in commutationem accepit, vel si spolietur, reddetur sibi res quam tradidit. Quod si adhuc periculum aliquod subsit, culpa erit. Vt de contractu gratuito dicemus, nu. 63.

62 Secundo deducitur, publicos hæreticos in Septentrionalibus regionibus habitantes, minime peccare celebrando huiusmodi contractus cum catholicis. Quia timendum non est fore vt fiscus ea bona repetat, cum nec per iudicis sententiam soleat ibi ea pœna executioni mandari. Præterea quia catholicos non latet se cum hæreticis contrahere. Ita tradunt *Victoria, & Molina relati, num. 59. Valentia 2. 2. disput. 1. q. 11. puncto 3. col. 6. versic. in Germania. Ludouicus Lopez relatus, numero quinquagesimonono.*

63 Tertio deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an peccent hi alienando titulo gratioso. aut lucratiuo, vt donando, mutuo dando, locando, nō seruatis cōditionibus, numero sexagesimoprimo traditis. Quidā eos peccare affirmant. Sic vltra *Ioannem a Medina, & Sayro, quos n. 58. retuli,* tradūt *Ledesma 2. p. 4. q. 15. art. 5. paulo post principium Valentia 1. 2. disp 7. q. 5. puncto. 6. q. 3. versi. ex quo deinde consequitur.* Et dubitat *Simancas de cathol. instit. tit. 9. n. 28.* At verius est hos culpæ immunes esse. Quia ante latam sñiam non priuatur iustu rerum suarū vsu, qualis est hic: nec inde accipientib. dānum oritur, quippe qui tanquam bonæ fidei possessores, tantum tenentur reddere fisco, quod apud ipsos extiterit, aut id in quo ex illius rei consumptione locupletiores euasere. Ita *Ang. Syluest. Victoria, nu. 16. Molina, versic. secundum est, Antonius Gomez Lud. Lopez, Azor, Bañes corol. 2. Vasq. num. 2. Corduba, vbi eos num. 59. retuli.* Erit autem (vt optime ait *Molina ibidē*) vera prior sententia, in duplici casu. Prior est, si ea donatio fiat in fisci fraudem. Quia agitur directè contra fisci ius, & quidem absque iusta causa. Posterior est, si probabiliter credatur ex repentina horum bonorum per fiscum repetitione, deducto crimine ad forū externum, de quo est probabilis timor. fore vt alicuius damni emergentis iactura donatarijs, aut mutuatarijs sequatur, præter acceptorum restitutionem. Quod quidem raro admodum euenturum dicit bene *Molina ibidem.*

64 Quarto deducunt aliqui, nec hæreticū peccare vendendo bona, si penes se retineat pretium emptori reddendū, si crimen detectum fuerit. Quia tunc nullū emptori periculū imminet. Sic *Adrianus, & Corduba allegati, nu. 59.* Sed id reprobat *Angles Florib. 2. p. q. de restitutione legis pœnalis, in princ. conclus. 5.* Quia non modicum damnum emptor patietur, nam cogetur magna molestia, & sumptib. probare pretiū ab hæretico retineri, & hoc non probato, causa cadet. Et ideo melius *Ang. Syluest. & Villagut, n. 59. relati,* hanc limitationem aliter apposuere, nimirū, vt tunc nō peccent hi vendēdo quando alia bona non publicanda habent, quibus emptori satisfaciant. Quippe aliis habitis dānū cessat.

65 Quinto deducūt alii, nec hos peccare vendendo bona ad vitæ necessaria sibi, vel suis cōparanda. Quia huiusmodi alienatio non nocet emptori, eo quod detecto crimine reuocari nequeat. Vt diximus, num. 55. Neque etiam nocet fisco, vtpote qui bona occupans tenetur hus alere, donec damnentur. Ita docent limitātes regulam traditam, vt peccet hæreticus vendendo bona publicāda, *Angelus, Syluest. Victoria, Sotus, Antonius Gomez, Couar. Peregrinus. Bañes, Aragon, Molina, Azor, Villagut, Vasquez, vbi eos, n. 59. allegaui.* Ceterū etsi verū sit, integrū esse hæretico ob causam hanc necessariam bona alienare, & eam alienationem nō posse à fisco reuocari. non tamē credo id posse fieri in emptoris præiudicium, in quod vtique cederet. non detegendo ei vitium rei illius venditæ, quando timetur deductio criminis ad forum externum. Quia quantumcunque alienatio sit necessaria non modicum damnum patietur emptor crimine detecto: incumbet enim sibi probare. pretium illud conuersum esse in eas alienationes necessarias, atq; nō modicis sumptibus, & molestiis grauabitur, quo rem sibi venditam, & à fisco vindicatam recuperet. Sicut ergo non licet hæretico, vt se alat, rem aliā vitiosam tacito vitio vendere ita nec tacito hoc, quod detecto nullus emere auderet. aut saltem multo minori pretio emeret, ne personam ita potentem, ac tot priuilegijs munitam conuenire cogatur, qualis est fiscus, gratia rei sibi venditæ recuperandæ. Quare nullatenus est hæc limitatio regulæ traditæ, vt non liceat rem tacito vitio alienare. Sed dicendum est culpam in ea alienatione non detegendo hoc vitium reperiri.

66 Demum ex his infert *Angles Floribus 2. par. quæst. de restitutione legis pœnalis, in principio, post 2. conclusionem,* peccare emptorem cōscium hæresis, vtpote qui emendo cooperatur peccato hæretici vendentis. Quod *in 4. conclusione* limitat, nisi emens, aut dono accipiens, secretam reddendi fisco cautionem præstet, vbi bona publicata fuerint. Sed dicēdum est. nec etiam peccare, nec opus esse ea cautione. Quia si ipse hæreticus non peccat vendendo emptori conscio eius vitij, vt ex fere omniū mente probaui, nu. 59. & 60. nedum emens culpa vacabit: nec fisco damnum pullulat, quippe qui crimine detecto alienationem reuocabit.

67 Vltima difficultas est. An fiscus vindicans à tertio possessore res alienatas ab hæreticis vel ab alijs, quorū bona ipso iure publicantur, post crimen patratum, refundere ipsi pretium, quo rem illam emerat, teneatur? Quidam semper obligant fiscum ad id pretium refundendum. Ducuntur, quod textus decidentes non restituendum pretium à reuocantibus alienationem, lo-

quuntur

quuntur de creditorib. agentib. de dãno vitando, quod ex illa alienatione in eorum fraudem facta, ipsis redũdat. At fiscus reuocans tractat de solo lucro captando: & ideo quamuis dicamus eum comparasse à tempore delicti verum illarum rerum alienatarum dominium, nequibit rem illam vindicare tanquam verus dominus nisi restituto pretio emptori. Id.n. ius rei suę reuocandę nõ restituto pretio, quando absque veri domini consensu est alienata, *l. in ciuilem, C. de furtis*, competit soli domino agenti de damno vitando. Secundo, quia patronus reuocãs alienata in sui fraudem per liberũ, tenetur indistincte refundere pretium, *l. 1. §. si quis in fraudem, ff. si quid in fraudem patroni*. Et ideo hanc partem sustinẽt *Cyn. l. me numisse, in fi. C. ad l. Iul. maiest. Rom. l. post cõtractum, 15. nu. 3. ff. de donat. & ibi Imola, n. 1. Alciatus* alios referens ac latissime probans, *ibid. à nu. 21. vsque ad 27.*

68 At dicendum est, nullatenus astringi fiscum ad reddendum id pretium, nisi ipsum, vel aliud loco eius reperiatur tempore publicationis in bonum delinquentium bonis, ea enim sola pars restituenda erit, ne fiscus rem, & totum eius pretium, aut eius partem, cum emptoris iactura habeat. Quod aliquibus textibus nitũtur aliqui Doctores huius sententiæ probare. Vt *l. cuius rei 47. & l. emptor 65. ff. de rei vendic.* Sed melius probatur hac rõne quod ius fisci antiquius sit iure emptoris: illud. n. à tempore commissi delicti ortum est, at hoc à tempore vẽditionis post commissum delictum celebratæ. Ergo illud non debet esse peioris conditionis hoc, vt emptori satis fiat de pretio nullatenus reperto inter delinquẽtis bona in pretium iuris fisci, cui tẽpore delicti res illa integra competebat. Et confirmatur, quia contractus posteriores quantumcũque bona fide initi nequeunt iuri antiquiori præiudicare. Si quis enim bona fide rẽ alienam, aut alteri obligatam emat, emptio illa in nihilo præiudicabit vero domino, aut hypothecã habenti. Cũ ergo fiscus à tempore patrati criminis habeat eorũ bonorum dominiũ, iuxta vnam sntiam: aut iuxta omnes illa bona sibi speciali nexu obligata, vt detecto crimine possit omnia occupare, venditio illa nullatenus ei iuri nocebit: ac proinde minime tenebitur fiscus ad pretiũ refundendum, nisi quatenus id, vel pars eius, reperitur in bonis delinquentis. Et ex his constat solutio ad contraria. Et ideo hanc partẽ sustinent *Bar. l. si debitor, 7. in fine. ff. quæ in fraudem credit. Ioannes Andreas, cap. cum secundum leges, in fine de hæret. in 6. & ibi Anchar. ante nu. 1. Dominicus ib., in principio, numero vltimo, & ibi Franc. nu. 9. idem Anchar. cap. fi. num. 2. notabili 6. de præscript. in 6. Cuman. l. Chirographis, 38. finali, nu. secundo. ff. de administr. tut. Montepicus l. post contractum, 15. n. 70. ff. de donat. Repertorium inquisitorum, verbo alienatio, paulo post princip. & vers. item quando, & vers. item alienatio. Angelus in summa, verbo pœna, nu. 3. Syluest. verbo hæresis, 1. q. 8. nu. 14. versic. Vnde donatio. Conradus de contractibus, tractatu 1. quæstione 7. cõclusione 2. Sotus lib. 1. de iustitia, quæst. 6. art. 6. conclusio. 4. Gregorius Lopez libro 4. verbo Non deue valer, titulo 2. parte 7. Couar. 4. Decret. 2. parte, capite 6. §. 8. nu. 9. Bossius in sua practica. titu. de bonorum publicatione, nu. 77. Ant. Gomez tomo 3. variarum. cap. 2. Corduba in suo quæstionario, libro 2. quæstione 36. col. 2. notab. 2. Simancas de catholicis instit. titu. 9. à num. 27. vsque ad 38. Bursatus consi. 289. nu. 11. vol. 3. Scaccia de iudic. libro 1. cap. 98. nu. 16. Peña in directorio inquisitorum 2. par. in gl. Archidiaconi, super 6. Decret. cap. cum secundum leges, de hæret. n. 7. Quemada in sui quæst. fiscalib. q. 7. Decianus in practica criminali, lib. 5. cap. 44. nu. 4. Aceros de maioratu, in priori editione par. 4. q. 23. nu. 71. Villagut de extensione legum, tit. de extensione legum pœnalium inflictarum hæreticis ad eorum filios nu. 132. Pereg. de iure fisci, l. 5. tit. 1. nu. 173. Aragon 2. 2. q. 11. art. 3. fol. 347 col. 2. vers. infero tertio, Molina to. 1. de iust. disp. 95. col. 10. vers. licet autem hæreticus, Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 7. q. vlt. Vasq. 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 192. c. 2. nu. 7. & 8.*

69 Quidam temperant, vt fiscus teneatur refundere pretium apertum in bonis delinquentis, nisi emptor conscius fuerit criminis venditoris, tunc enim tanquã fraudem eius participans, priuabitur omnino sui prætij recuperatione. Sic *Scaccia eo nu. 16. & 23. Andreas Gail. de pace publica lib. 1. cap. 19. num. 12.* Verum cum nullo iure inueniatur hæc pœna statuta emptori, illam non credo. Et ita contrariũ sustinẽt *Montepicus ea. l. Post cõtractum, num. 42. Bossius eodem nume. 77.* Et clare etiam *Alciatus d. l. Post cõtractum, nu. 23.* ait enim sententiam *Bartoli*, quam nos amplectimur, & numero præcedenti retulimus, procedere, quando emptor conscius fuit, & ita sentit tunc restituẽdum ei prætium, quatenus in bonis delinquentis repertũ fuerit. In eãdem partem inclinat *Vasquez eadem disp. 172. ca. 2. nu. 8.* ait enim se non videre, cur emptor nullam culpam emendo patrans, quantumuis hæresim nutrit, id prætiũ amittere debeat: nisi forte (inquit) q a præsumitur aliqua culpa eius quãdo contraxit vt paulatim ea bona occultarentur, ne fiscus ea apprehẽderet. Quicquid tamen in hoc sit, fatẽdum est non priuandum emptorem prætio, donec condemnetur. Quia priuatio hæc est in fraudis pænam.

70 Dicitur autem pretium esse in bonis delinquentis, quando vel apud ipsum extat, eo quod nondum sit cũsumptum, vel si non extet, versum est in vtilitatem ipsius, quia scilicet eo ditior effectus est, eaque vtilitas in fiscum redundat: quippe qui locupletiorem delinquentis substantiam occupabit. Vt optime explicant. *Simãcas eodem tit. 9. num. 31. Vasquez eodem ca. 2. num. 7.* Hoc autem contingit, si deliquens se, vel suam familiam pecunia illa mutuo, vel in rei vẽditæ prætium accepta aluerit. Quia est alienatio necessaria, ad quã fiscus occupans bona tenebatur, dum sententia non est subsequuta. Ita *Simancas num. 34. & 35. Scaccia nu. 16. Villagut, Azor allegati nu. 68.* Et idem eadem ratione est dicẽdũ, si ea pecunia sit expensa in valetudinem suam, vel familiæ, vel in eius funus. Ita *Simãcas n. 37. Azor ibidem.* Similiter si ea pecunia delinquens res suas meliores effecerit. Nam ea melioratio in fisci vtilitatem cedit. *Simancas, nu. 32.* Idẽ est, si eã delinquẽs creditoribus suis soluerit. *Simancas nu. 33. Scaccia eo num. 16. Quemada ea q. 7.* bene limitans, quando fiscus tenebatur eis creditoribus satisfacere. Quia tunc agitur negotium fisci, quale non ageretur soluẽdo alijs. Idem est, si horreum necessariũ, vel quidpiam simile, delinquẽs eis pecunijs ædificarit, aut ædificium ruinam minãs refecerit. Si oliueta restaurarit, si vites ppagarit, arbusta coluerit, seminaria fecerit, flumina congestis aggeribus auerterit. Quippe omnia hæc in re familiaris publicãdæ, & subinde fisci vtilitatẽ emergũt. Ita *Simancas nu. 36. & Azor ibi.* Ibidẽ est, si pecunia illa redemit censũ aut censum, vel aliã rem emit, quæ in bonis delinquentis reperiuntur *Simancas nu. 32. Scaccia, Quemada, Villagut ibid.* Et denique vt omnia vnico verbo complectar quãdo prætiũ illud versum fuit in vtilitatẽ bonorũ delinquẽtis, atque illa vtilitas ad fiscum cum bonis defertur. Ita *Couarr. Repertorium Inquisitorum, & Quemada relati, nu. sexagesimo octauo.*

71 Quidam hanc vtilitatem extendunt, vt censeatur prętium in bonis delinquentis extare, quando in res necessarias, aut vtiles versum est, quamuis postea res ipsę casu perierint. Exempli causa, si delinquẽs frumentum mutuo acceperat ad familiam alendam, & id in horreo positum perijt, vel ijs pecunijs, emit seruum necessariũ, aut æquũ, qui postea periere: atque ita dicũt in hoc casu esse prætium emptori restituendum, tanquam existens inter delinquentis bona. Sic tradunt *Simancas eod. tit. 9. nu. 38. Azor d. ca. 7. quæst. vltim. ad finem.* Sed *Vasquez dicta disputat. 172. cap. 2. numer. 9. & 10.* hoc reprobat dicens multo probabilius esse in hoc euentu non esse prætium emptori restituẽdum, sed tunc tantum, quando extat actu in bonis ipsius delinquentis, eo modo quo o. u. præced. explicuimus. Atque ita ait vt prætium dicatur extare,

79 Vsque adeo autem tenetur fiscus ad hæc debita soluenda, vt sicut fideiussori conuento a creditore est integrum excipere nondum principalis debitoris bona excussa esse, iuxta *authen.præsenti, C.de pignor.* ita eadẽ exceptio competit fideiussorib. illius cõdemnati aduersus fiscum, possunt enim petere excuti prius bona a fisco publicata. Quia cum succedat in bona principalis debitoris, succedit etiam in id onus, quo affecta sunt. Sic multis Doctoribus allegatis probat idem *Farinacius ead.quæst.25.num.171.*

80 Atque quoties viæ exequutiuæ esset locus aduersus condemnatum, est quoque eidem locus contra fiscum eius bona occupantem. Quod cõstat ex ratione proxime allegata. Et tradunt *Rolandus cons.31.n.36.vol.1. Iason*, vt eum refert & sequitur *Dueñas regul.277. ampliatione 4. Parlador de rebus quotidianis, l.2.c.fi.p.4.§.2.n.2.*

81 Debet quoque creditoribus illis, præuio solo debitorum summario examine, & sola veritate inspecta, nec expectata sentẽtia diffinitiua, soluere. Vt probat textus *l.Si quis posthac 9.in princip. C.de bon.damn.* ibi: *Si quis posthac stylum proscriptionis exceperit, vxore eius res proprias, ex quocũque titulo sibi quæsitas, veluti manu iniecta mox vindicet; aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat.* Ea.n. particula, *statim*, summariam cognitionem importat, *l.Res momentaneæ, C.vnde vi.* Sic tradunt *Bar. l.res quæ, §.Res aũt nu.vnico ff.de iure fisci. Bal.c.quoniam contra, nu.27.de probat. Paulus l.si marito 32. in principio nu.2 ff.solut.matrim. Salicetus d.l.si quis posthac, in principio.nu.1.in fine*, dicens iudices cõtrarium agentes maximum animarum suarum detrimẽtum pati *Ioannes de Amicis consil 68.nu.8. Gomez. Arias l.76 Tauri, nu.3. Iulius Clar.in sua practica, lib.5.q.78.nu.28. & ibi Baiardus in addit.nu.162. Peregrinus de iure fisci, lib.5.tit.1.nu.54. vers.Creditorum autem. Farinacius in sua practica, in noua editione, to.1 p.1.tit.de delictis, & pœnis, q.25.nu.176.*

82 Quod si petas, an instantia cœpta contra delinquentem, sit prosequenda contra fiscũ, coram eodem iudice? Quæstio est difficilis, varijsque opinionibus implexa, quam optime, & latissime discutit *Barbosa l.Si constante 25.§.finali, à nu.decimoquinto, vsque in finem, ff.solut.matrimon.* Et ideo breuiter dico veriorem sententiam esse, eam instantiam minime prosequendam esse contra fiscum, sed ea prorsus pereunti, nouam contra illum inchoandam, coram eius iudice. Huius sententiæ multos authores refert ibi *Barbosa nu.17.* & tandem *num.19.* illam approbat, solumque differt in ratione eius tradenda. Communiter enim confugitur ad speciale fisci priuilegium in hoc. At *Barbosa* nititur hoc priuilegium impugnare, dicitq. rationem legitimam esse, quod sola repræsentatio personę defuncti in hęrede, efficiat vt instantia cœpta contra defunctum transeat aduersus hęredem. At cum fiscus non sit proprie hæres, & subinde nec proprie repræsentet personam cõdemnati, (vt probaui cap.14.num.quarto) inde est, vt instantia noua sit contra fiscum, tãquam contra nouũ reum inchoanda.

83 Ex quo fit, vt quamuis hæres teneatur conficere inuentarium, & eo non confecto astringatur ad debita soluenda vltra hæreditatis vires: at quia fiscus non est proprie hæres, nec tenetur inuentarium conficere, nec eo nõ confecto astringitur vltra bonorũ publicatorum vires. Ita docent *Gulielmus Benedictus c.Raynutius, verb. Et vxorem decisione 5.nu.288.de testament. Bossius in sua practica, tit.de bonorum publicatione, nu.13. Iulius Clar.in sua practica, libro 5.q.78.num.30. Peregrinus de iure fisci, lib.5.tit.1.nu.64. Zauallos in suis communib.opin.tom.3.q.822.nu.13. Farinacius multos referens d. q.25.nu.13. & duplici sequenti.*

84 Ex dictis infertur primo, si bona tutoris, vel curatoris confiscentur, esse exigendam rationẽ tutelæ, & curæ a fisco: debet enim onera hæc, sicut alia dãnati subire. Et ita deciditur expresse *lege Si tutor reipublicæ 9. ad fin. ff.de tutel.& rationibus distrahendis.* Et docent *Simancas de cathol.institut.tit.9.nu.123. Vasquez 1.2.q.96.art.5.disput.169.cap.2.num.21.*

85 Secũdo infertur, condemnatum publicatis eius bonis priuari actione aduersus suos debitores. Quippe cũ in omnia sua iura actiua succedat fiscus, ei cõpetit aduersus eos actio, *lib.2.C.ad l.Iuliam, de vi publica. & l.Si debitori deportato, ff.de fideiuss.* Atq; cũ similiter passiua cõdemnati iura transeant in fiscũ, debitores cõdemnati liberantur soluendo fisco. Et ita cũ *Bar. Decio, & alijs*, sustinẽt *Peregrinus dicto tit.1.n.54. Bossius in sua practica, titul. Debitores an delinquenti soluere possint, num.tertio.*

86 Tertio infertur, facta bonorũ confiscatione ita debita transire in fiscum, vt in posterum nulla supersit actio creditoribus condemnati cõtra ipsum condemnatum, sed tota prorsus in fiscum transfertur: qui pro eorum debitorũ solutione conueniendus est: adeo vt quamuis damnatus postea pinguiorem fortunã adipiscatur, non tenetur ad ea debita. Cõstat ex *l.1.C.de fideiussor.* ibi: *Si Lysias adempta parte bonorum exulare iussus est, non nisi pro parte quam retinuit, creditoribus obligatus est.* Et *l.Si debitori 48.in principio, ff.de fideiuss.* ibi: *Si debitori deportatio irrogata est, non posse pro eo fideiussorem accipi, scribit Iulianus: quasi tota obligatio contra eum extincta sit.* Atq; ita docent *Baldus l.Si marito 32.in fine principij, ff.soluto matrimonio, & ibi Angelus nu.1. Alex.nu.4. Chassanæus in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica 2.§.1.num.33. Bossius in sua practica, titu.de proclamatione, nu.14. Plotus inter consilia criminalia Ziletti, tomo 1.consil.130.num 83. Quemada in suis quæst.fiscalibus, quæst.20.ad finem. Peregrinus de iure fisci, lib.5.tit.1.num.55. Farinacius alios referens in sua practica, in noua editione, tomo 1.part.1.tit.de delictis, & pœnis, quæst.25.num.177. Simancas de cath.institut.tit.9. nu.122. Vasquez dict.disput.169.cap.2.nu.10.*

87 Quod quidem adeo verum est, vt nec naturaliter, ac proinde nec in foro conscientiæ, teneatur postea condemnatus hic ad ea debita persoluenda. Quia textus numero præcedenti relati liberant condemnatum hac obligatione, et totam illam in fiscum transferunt. Quare cum nec in pœnam id statuant, nec falsæ præsumptioni innitantur, est eorum decisio in vtroque foro seruanda. (Vt constat ex regula tradita libr. præcedenti capitul. decimo, numero vndecimo.) Atque ita contra *Glossam l.Vbicunque 61.verbo Fideiussorem. ff de fideiussor.* dicentem manere hunc naturaliter obligatum, instar cedentis bonis tradunt *Glossa l.Si debitori 48.verbo Fideiussorem, & verbo Toto ff. de fideiussor. Bart. ea.l. Vbicunque, num 5.& ibi Paulus nu secundo. Idem Bart.l. Quoties 14. nu.3.ff. de nouationibus, & l.Finali statim in principio, oppositione 1.ff.de duobus reis, & l.inter eos 52.ia fi ff.de fideiussor. Dynus* vt eum refert, & sequitur *Baldus l. Si vero, in principio nu.2.vers.Extra quæro vtrum, ff.qui satisdare cogan. & l.Tam mandatori nu.2. C.de non nu.pecunia. Chassanæus dicto §.1.nu. 33. Peregrinus eodem tit.1.nu.55. Surdus de alimentis tit.8.priuilegio 59.nu.10. Baiardus alios referens addit. ad practicam Iulij Clari lib.5.q.78.nu.155.*

88 Id etiam est verum, quamuis ex beneficio principis cõdemnatus hic ad pristinum statum restituatur, dummodo ei non restituantur bona, secus si ei restituantur. Quia actiones passiuæ debitoris transierant in fiscum per confiscationẽ: & ideo quod bona illa vsurpet fiscus. Ergo dũ hæc non restituuntur condemnato, manet eadem obligatio apud fiscum. Ita *Baldus l.Si marito 32.in fine principij, ff.solut.matrim. & ibi Angelus nu.1. Alex. num.quarto. Bossius in sua pract.tit.de proclamatione, num.decimoquinto, in principio, & in fi. Sfortias Oddo de rest.in integrum, p.2.quæst.97.art.2.num.decimo tertio. Farinacius ea.quæst.25.nu.179.* Quia *nu.180.multis alijs citatis* probat idem dicendum esse, si restituatur ad aliquam quotam illorum partem, tenebitur enim pro rata illius partis ad debita priora: secus ait, si ad rem solã particularẽ restituatur. Quod idem ait *Simancas eod.tit.9.* [illegible] 2.

1 QVæstio hęc grauissima est, petit enim qualiter possessor bonæ, & malæ fidei, teneatur fructus ex re aliena perceptos restituere. Quam & textuum inter se contrarietas, & opinionum diuersitas difficillimam reddit. Et ideo qua claritate potuero, illam enodabo quæstionibus agitatis. Et quamuis recto ordine seruato, prima esse deberet, quis dicatur, bonæ, & malę fidei possessor: quia tamẽ diuersimode hi iudicantur quoad præscriptionem, & quoad fructus acquirẽdos, oportet præmittere quæstiones, quæ ad fructus pertinent. Sex ergo quæstiones disputandæ sunt. Prima est, qualiter in genere teneatur possessor bonæ fidei restituere. Secunda, qualiter teneatur hic ad fructus perceptos. Tertia, qualiter eos restituere teneatur possessor malę fidei. Quarta, de possessore bonæ fidei vno tẽpore, vel quoad vnam personam, vel quoad vnum ius; at malæ alio tẽpore, vel quoad alterã personam alterumve ius. Quinta, qualis dicatur possessor bonæ, & malæ fidei, & vter horum censeatur qui dubius est. Vltima, qualiter confiscẽtur fructus à bonæ, vel malæ fidei possessore percepti ex re habita ab hæretico, vel alijs, quorum bona ipso iure publicantur.

2 Quæstio prima. Qualiter in genere possidẽs bona fide rem alienam, teneatur eam restituere? Conueniunt vniuersi teneri rem illam apud se extãtem integre domino restituere, vbi rem alienam esse norit, nullum ab eo pretium exigendo, quo bona fide illam à latrone emerat. Quia cum rem esse alienam norit, nullum eius retinendæ, aut pretij à vero domino, sed à latrone exigendi ius habet. Habetur expresse *l. 2. C. de furtis, & l. Si mancipium 23. C. de rei vindicat.* Dum dixi autẽ conuenire omnes, intelligo quoad hoc, vt res sit restituenda, nullo exacto pretio à vero domino. Nam non modica est controuersia, an possit reddi latroni ad recuperandum pretium, an potius sit reddenda vero Domino. De qua in tractatu de restitutione.

3 Difficultas autem est qñ bona fide res illa est cõsumpta. *Adrianus 4. tractatu de restitut. quæst. Vtrum in foro animæ teneatur homo refundere quantum sua culpa leuissima, vel leui alterum læsit,* in secundo præsupposito ait, credentem iusta ignorantia rem esse suam, quę verè nõ erat, non minus teneri restituere, si eam destruat, vel alteri donet, quam si alienam scienter destruxisset vel, donasset. Sed postea *§. penultimo*, id videtur limitare, atque ita explicare, vt à sententia nostra numero sequenti explicanda nil discedat. Eiusdem sententię sunt *Tabiena, & Armilla* in doctrina, quam ex ipsis referemus, num. 65.

4 Verum regula certissima est hæc. Possessor bonæ fidei, si res apud illum non extat, nullatenus tenetur restituere, nisi quatenus ex illa factus est locupletior, qualitercũque illam cõsumpserit, quare si in nihilo factus est locupletior, nil prorsus tenetur restituere. Constat ex *l. Item veniunt 22. §. Præter hæc, ff. de petit. hered.* ibi: *Eos autẽ qui iustas causas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, vsque eo dumtaxat quo locupletiores ex ea re facti essent, condemnandos esse.* Idem habetur *l. Sed si lege 28. §. Item si rem distraxerit: & lege Si rem & pretium 15. & l. sequenti, ff. eodem titulo, & lege, Nã hoc natura 14. ff. de condictione indebiti, & l. reg. a 4. titulo decimoquarto, par. 6.* Et rõ est, quia *teste D. Thoma 2. 2. quæst. 62. articulo sexto, ab omnibus recepto*, obligatio restituẽdi ex solo duplici capite oritur, nẽpe, ex iniusta acceptione, cuius nomine intelligitur quælibet actio iniustè nocens proximo, vt cõbustio segetũ alienarum. Vel rõne rei acceptæ idest, apud ipsum extantis. At hic possessor bonæ fidei non tenetur ratione iniustę acceptionis, vtpote qui in bona fide fuit, & eandem rem bona fide consumpsit: nec ratione rei acceptę: cum nec ipsa res nec aliquid ex illa in suis bonis perseueret, quãdo inde non euasit locupletior. Ergo tunc ad nihilum tenetur. Quando autem ex illa est factus locupletior, id in quo est factus locupletior, dr̃ ex re aliena extare, nec in eo censetur res illa aliena consumpta. Vt optime docet *Baldus l. Vbi adhuc 29. ad finem, versic. item per glossam, C. de iure dotium.* Et constat ex *l. idem seruãdum 78. ff. de legat. 2.* ibi. *Non enim absumitur quod in corpore patrimonij retinetur.* Quare id in quo factus est locupletior, tenebitur rõne rei acceptæ restituere. Et ideo hãc regulã tradunt *glossa ex leg. item veniunt, verb. Facti* dicens nullam esse in iure ea veriorẽ. *Angelus leg. insulam, §. Fructus, num. 1. ff. soluto matrim. Astensis 1. par. suæ summæ, lib. 1. tit. 33. art. 5. quæstiuncula 6. Maior in 4. distinct. 15. quæst. 26. ad finem, versic. Si secundum. Angel. in summa, verb. Furtum, num. 25. Syluest. verb. Restitutio 3 quæst. 6. dicto 2. versic. Et sexto. Caietanus 2. 2. quæstione 62. art. sexto, columna 2. vers. Ad euidentiam huius, & in summa, verbo Restitutio cap. 1. ad finem, & ibi Armilla num. 14. Victoria de iure belli, numero 33. Sotus lib. 4. de iustitia, q. 7. artic. 2. colum. 4. Ioannes a Medina de restitutione, quæstione 10. versic. Si autem secundus. Nauar. summa Latina, & Hispana, cap. 17. numero 9. Couarr. regula Peccatũ 3. p. in initio, nu. 3. conclusione 2. Martinus a Ledesma 2. p 4. q. 28. artic. 6. col. 3. Corduba summa, q. 109. & in suo quæst. l. 1. q. 39. punct. 1. vers. Igitur quoad primũ punctum. Pedraza in summa, præcepto 7. f. 66. Bartholomæus à Medina lib. 1. summa, c. 14. §. 30. ad finem, in regula 6. Angles Florib. 2. p. tractat. de restitut. quæst. Quis teneatur ad restitutionẽ, ar. 1. statim ante 1. difficultatem. Ludou. Lop. 1. p. instruct. conscientia, c. 95. in initio. Rebel. de iust. p. 1. lib. 2. q. 3. num. 1. & 2. Nauarra lib. 3. de restitut. c. 4. in noua editione, par. 3. dubio 1. numero 146. Philiarcus de officio sacerdotis tomo 2. par. secunda libro 6. cap. 17. versic. Illi autem omnes, & versic. Sed vt exemplis. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 6. puncto 3. paulo post principium, & col. 3. versi. Quinto quod attinet. Molina tomo 1. de iustit. disp. 36. colum. 3. conclusione 2. & disputat. 246. columna 4. versic. In priori euentu, & to. 2. disput. 569. columna 4. versic. Quando aliquid, & tomo 3. in par. posteriori, disputat. 71. numero 1. Vega 1. tomo summæ, capit. 60. casu 11. & 12. Leonardus libro 2. de iustit. cap. 14. dubio 1. numero 7. Manuel 2. tomo summæ, cap. 42 numero primo Salon 2. 2. q. 62. ar. 6. controuersia 2. in fine, & ibi Aragon paulo post principium. Bañes eodem art. 6. dubio 3. Sayro in claui regia, lib. 10. tractatu 2. cap. 2. numero 9. & 10. Petrus de Ledesma 2. tomo summæ, tractatu 3. cap. 14. post quartam conclusionem, dubio 3. dicto 1. & 2. Toledo lib. 5. summa, cap. 17. numero 10. Vasquez 1. 2. quæstione 96. artic. 5. disput. 172. cap. 1. numero tertio & quarto.* Atque omnes Doctores, quos numero 77. referemus, dicentes possessorem bonæ fidei non teneri ex fructibus consumptis restituere, nisi quatenus eis locupletior euasit: omnes enim illi huic regulæ innituntur.

5 Et quamuis aliqui ex prædictis authoribus hãc regulam limitare videantur, vt non teneatur possessor bonę fidei ad alienã rem consumptam, aut amissam restituẽdam, nisi quatenus ditior ex illa euasit, vt intelligatur, nisi culpa sua sit amissa, aut destructa. Ita *Sotus, Martinus de Ledesma allegati num. præcedenti. Rosella in summa, verbo Restitutio 7. numero 19. Nauar. summa, cap. 17. numero 7. Valentia eodem puncto 3. columna quarta, paulo ante versiculum. Controuersum est. Philiarcus eodem cap. 17. ad finem.* Immo *Sotus, Martinus de Ledesma, Valẽtia*, dicunt hunc non teneri, quando absque magna eius culpa res illa perijt. At tanquam certissimum est tenẽdum, nil prorsus teneri restituere, nisi quatenus est factus locupletior, quantamcumque culpam in eius rei amissione, aut destructione perpetrarit. Ratio est quod nulla culpa, quãtumuis grauis, obligationem restituẽdi inducat, nisi sit contra iustitiam. At cum possessor bonæ fidei existimet rem illam esse suam, nullus iniustitiæ reus est, sed solius prodigalitatis, rem illam comburendo, & qualitercumque male destruendo: quare nec tenetur ratione iniustæ acceptionis, vtpote qui

nullam iniustitiam admisit, nec rōne rei acceptæ, cum illam ita destruxerit, vt locupletior non euaserit. Atque ita docent *Martinus de Ledesma 2.p.4.q.18.ar.6.colum. antepenultima in fine, & sequēti. Nauar. lib.4. de restitut. c.1. in noua editione dubio 3.nu.7. in fine, & lib.3.c.4.p.3. dubio 1.nu.147. Sayro in clauiregia, lib.10. tractatu 2.c. 2.nu.4. Molina tom.1. de iustit. disput.246. col.4. versi. In priori euentu, & tomo 3. in p. posteriori disput.720. numero vltimo. Leonardus lib.2. de iustit. c.14. dubio 1.num.7. Rebellus de iustitia p.1. lib.2. quæstione 4. numero 13.* Atque idem videntur tenere alij Doctores, qui indistinctè tradunt possessorem bonæ fidei nō teneri restituere, si res apud illum pereat. Hi sunt *Maior in 4. dist.15.q.26. ad finem. Angelus in summa, verb. Restitutio 1. verb. Emens, numero 4. Syluest. verb. Restitutio 3.q.7. dicto 3. Tabiena verbo Restitutio, q.24.nu.25. Toledo libro 5 summæ c.17. numero 8.*

6 Quare audiendus non est *Syluester in summa, verbo Bellum 1.q.9. dicto 3.* vbi ait subditos de belli iustitia dubios, quamuis pugnando non peccent ratione obediētię eos excusantis, at cognita postea belli iniustitia teneri resarcire omnia dāna & ea quæ cōsumpsere, etsi locupletiores nō euaserint. Sed iure optimo contrarium tenent *Victoria de iure belli, num.33. Sotus lib.4 de iustitia, q.7. art.2. colum.6. versic. Horum instar. Martinus à Ledesma 2.par.4. quæst.18. art.6. columna 5. Molina tomo 1. de iustit. disputat.113. columna vltima vers. Dubium est, & to.3. in par. posteriori disput.720. num 3. Bañes 2.2. quæst.40. articulo 1. dubio septimo, conclusione 4. Salon secunda secundæ quæstione 62. artic.6. controuersia 3. ad ad finem, versic. Primum igitur, Rebellus de iustitia, par.1. libro 2. quæst.4. numero 14. Sayro in claui regia eod. cap.2. numero quinto,* qui omnes dicunt, quoties milites excusantur à culpa, eo quod bona fide credūt sibi licere pugnare, excusari quoque à restitutione omnium destructorum, & consumptorum, nisi quatenus ex illis sunt facti locupletiores. Idque cōstat ex regula tradita n.4. Si autem subditi illi adhuc non obstanti obedientia principis manerent dubii practicè de belli iustitia, scilicet, an licitè pugnent, tunc tenerentur restituere omnia dāna, & quæcumque consumpta etsi ditiores non euaserint. Quia ratione illius conscientiæ dubiæ adhuc perseuerantis, minime liberantur culpa iniustitiæ belli. Et ita docet *Victoria ibidem,* & sic explicat *Syluestrum:* & verè in hos casu loquitur *Syluester;* dicit enim teneri, quando semper dubius permansit, eo quod fuit possessor malæ fidei. At falso ait tunc obedientiam excusare à culpa.

7 Ceterum tunc possessor bonæ fidei dr̄ fieri ex re aliena consumpta locupletior, quando occasione illius rei sic cōsumptæ patrimonium suum est aliquo modo auctum, vt quia sumptus aliquos alioqnin ex suo patrimonio facturus oon fecit: aut aliquid lucrifecit illius rei occasione. Quod si patrimonium non creuit, nec illius rei occasione aliquid lucri fecit, non dicitur fieri locupletior. Quare si occasione illius rei bona fide cōsumptæ, lautius, aut splēdidius vixit, quam eam non expēdens victurus erat, nō dr̄ fieri ex illa ditior, quia patrimonium suum non est auctum. Quod vniuersi *Doctores, nu.4. allegati* fatentur. Et optime explicuit *Iurisconsultus l. Sed & si lege 28. §. Quod autem quis ex hæreditate, ff. de petit. hæred.* ibi: *Vt si quid lautius contēplatione hæreditatis impēdit, in hoc nō videatur factus locupletior; in statutis vero suis sumptibus videatur factus locupletior; vtique enim etsi non tam laute erogasset, aliquid tunc ad victum quotidianū erogasset.* Quod exemplis his fit apertius. Si quis bona fide lautissimis cibis furtiuis vesceretur, aut splendidissimas vestes furtiuas indueret, q̄ alias cōmunibus cibis, aut vestibus vsurus erat, non dr̄ effectus ditior in toto illo epularū, aut vestium valore, sed in eo solo pretio, quod communia vestes, & epulæ valent, quibus vsurus erat. Quia ijs solis expensis occasione illius rei bona fide consumptæ pepercit, atque in his solis reperitur suum patrimonium auctum. Similiter si occasione illius rei eleemosynam, aut donationem fecit, aut lusit, perdiditque, alias nil donatione, eleemosyna, aut ludo expensurus, in nihilo dicitur factus locupletior: si autem aliquid ex suo patrimonio in eleemosyna, in donatione, aut in ludo expensurus erat, at non tantum, quantum expendit, in eis solis alias expendendis dicitur locupletior, idque solum restituere tenetur. Similiter possidens bona fide equum furtiuum, si equestris iter agat; alioquin pedestris acturus, non teneretur pretium locationis equi restituere, quia in eo ditior nō est factus, vtpote qui nil in equo locando impensurus erat. Hæc exempla communiter adhibentur a Doctoribus num.4. relatis.

8 Sunt autem aliqua circa prædictam regulam, & eius exempla obseruanda. Primo obserua regulam intelligi, quando non ratione industriæ, sed occasione illius rei, est ille ditior effectus. Si enim ratione solius industriæ, non tenebitur lucrū illud restituere. Quia sua industria sibi soli prodesse debet. Sic *Sotus & Martinus de Ledes. allegati n.4.* Quod si totum lucrum non respondeat industriæ, sed sola pars in reliqua parte, quam occasione rei alienæ acquisiuit, dicetur fieri locupletior.

9 Secundo obserua circa exemplum itineris acti equo alieno a bono fidei possessore, alias pedestri ituro, adductum numero septimo, quamuis pretium locationis equi non teneatur restituere, vtpote qui in eo non est factus locupletior: at si plures dies consumpturus esset in eo itinere pedestri, & ideo plures in quotidiano victu expensas facturus, teneri eum restituere id plus consumendum, deductis expensis cum mula factis. Quia cū occasione bestiæ alienæ id non expenderit, alias expensurus, dicitur in eo factus ditior.

10 Tertio obserua ad dispiciēdum id in quo sit aucta patrimonium occasione rei alienæ bona fide consumptæ, vt id sit à bonæ fidei possessore restituendum, debere spectari exitū, idest, punctū quo cessat bona fides. Nam si ea durante id quoque patrimonii augmentum ex re aliena habitum, est ita expensum, vt quādo bona fides cessat, non inueniatur auctum patrimonium, non dicetur factus locupletior, nec tenebitur id restituere. Exempli gratia, vendidit quispiam equū alienum sibi donatum a non domino, at habuit bonam fidem, manifeste fit in eo pretio locupletior: at si durāte bona fide id quoque pretium inutiliter expendit, aut lautius viuendo, aut ludis, aut eleemosynis, quos sumptus nō erat facturus carens illo pretio; aut si erat aliquos facturus, non tātos, in nihilo aut in illa quaotitate sola alias expendenda, dicetur factus ditior: & ita ad nihilum, si in nihilo, aut ad eam solam quantitatem alias expendendam, restituenda tenetur. Et ratio est, quia cū similiter id rei alienæ pretium, idve augmentum patrimonij, sic comparatum quoque booa fide, idem iudicium habēdum est de illo, quod de re aliena expēsa bona fide. Atque in hoc nullus ex authoribus numero quarto, relatis dubitat, quamuis non ita clarè id explicent. At id notarunt *Aragon 2.2. quæstione 62. artic.6. dubio 1. columna 3. in solutione ad 1. Leonardus libro secūdo, de iustitia, capite quarto, dubio primo, num.5. Sayro in clauiregia, lib. decimo, tractatu secundo, cap. secundo. numero decimoquarto in fine. Molina tomo tertio de iustitia, 2. parte disput.718. numero secundo. Rebellus de iustitia, par.1. libro 2. quæst.3. numero tertio, in initio.* Qui *eodem numero tertio, versiculo Sed quid si eiusdem.* optime impugnat aliquos, quos tacito nomine refert, qui aiunt possessorē bonæ fidei censeri ditiorem factum ex pretio rei alienæ quando illud diu retinuit, secus si paulo post consumpserit. Quia non est maior ratio de re furtiua donata retēta diu, aut breui, quam de pretio sic retento, vt fiat, vel nō fiat ditior. At si rem donatam diu retineret, ac postea bona fide consumeret, nil alioquin de suo patrimonio consum-

pturus,

pitus, non diceretur factus ditior, nec teneretur restituere. Ergo idem est de pretio dicendum.

11 Et similiter si postquam nouit rem esse alienam, & eius fructus ad dominum pertinere ignoret, inuincibiliter se teneri restituere id, in quo factus est ditior, idq; bona fide consumat, ita vt cum cessat talis ignorantia, nil plus habeat in bonis, quam habuisset carens illa re, & fructibus, nil tenetur restituere. Quia cum cessat bona fides, non reperitur ditior. Ita *Molina tomo 3. de iustit. parte 2. disp. 718. nu. 2.*

12 Quartò obserua, cõsulto dicere Doctores prædictos ad dispiciendũ an possessor bonę fidei sit ditior factus, spectandum esse an lucrum occasione illius rei alienæ sit acquisitum, nec ne: nam si per accidens alia peculiari ratione patrimonium auctum, aut diminutum sit, id minimè attendi debet. Exẽpli gratia, inuitatus ad splẽdidam cœnam lusit, ac perdidit, eo quod in ea domo se cum aliis amicis inuenit, alias non lusurus; aut intẽperate edit, & ideo in grauem morbum incidit, ac in medicinis multa insumpsit, dicetur adhuc fieri locupletior in sumptibus cœnæ vilioris domi faciẽdis. Quia etsi alia ratione sit valde imminutum patrimonium, ea tamen diminutio non ex re aliena consumpta, sed ex ludo, vel intemperantia prouenit. Secus autem si occasione illius precii cœnæ vilioris domi faciendæ, quod lucratus est, lusit, alias non lusurus, idque perdidit: tunc enim non dicetur in eo factus ditior.

13 Quinto obserua circa exemplum vestis preciosæ cõsumptæ bona fide, adductum numero septimo, dum dicitur solũ restituẽdum precium vestis vilioris, quam alias possessor bonæ fidei induturus erat intelligi, quãdo vestis illa est prorsus consumpta: nam si adhuc extet, aut si iam vsu antiquata, est vendita, non solũ precium vilioris vestis est restituendum, sed etiam vestis illa apud possessorem bonæ fidei extans, aut precium quo venit. Quoniam si res illa extat apud possessorem, est aliena: si autem vendita est, possessor fuit in eo pretio effectus locupletior.

14 Vltimo obserua, dum hucusque diximus augmentũ patrimonii ex re aliena à possessore bonę fidei habitũ, esse restituẽdum, intelligi quoad id duntaxat, quod rei alienæ cõsumptæ, aut vsus eius bona fide habiti valorẽ adæquat. verbi gratia. Inuitatus quispiã edit bona fide legumina furtiua, quibus satiatus abstinuit à splendidis cibis domi edendis, non tenetur valorem huius splendidę cœnæ alias consumendæ, sed solum illorum leguminum, domino restituere. Quia non tenetur plus restituere, quam ex re furtiua participauit possessor malæ fidei, nedum bonæ, cum restitutio ad æqualitatem reducat. Præterea, quia ideo re consumpta est restituẽdum à possessore bonæ fidei, id in quo ditior euasit, quia res illa manet in eo, tanquam in suo effectu, nec dicitur consumpta, sed extare. (Vt num. 4. probaui.) At non dicitur res extare in ampliori valore, quam illa habebat. Et ita tradũt *Nauar. lib. 3. de restit. c. 4. in noua editione p. 3. dub. 2. n. 149. & 150. Rebellus de iustit. p. 1. lib. 2. quæst. 3. num. 3. Molina tomo 3. de iustitia par. 2. disp. 718. numero 2.*

15 Ex dictis deducitur primo, non esse verum quod tradit *glossa §. penultimo, verb. Locupletior, instit. quib. alienare non licet*, vbi ait tunc dici aliquẽ ditiorẽ effectum, quando non fit pauperior. Nam si hæc doctrina esset vera, quamuis possessor bonæ fidei non inueniret ex re aliena consumpta auctum suum patrimoniũ, dũmodo id non diminutum inueniret, teneretur restituere, tanquam ditior effectus. Quod destruit omnia ex communi sententia dicta numero septimo. Et possessor bonæ fidei cogeretur absque sua culpa pati sui patrimonii iacturam, restituendo illi rem bona fide consumptam. Præterea falsa esset regula ex mente fere omnium tradita numero quarto, vt restitutionis obligatio ex sola duplici radice cõsurgat, nempe, iniustæ acceptionis, aut rei acceptæ: cum hic bonæ fidei possessor, qui nec iniustè accepit, nec aliquid rei acceptæ apud se habet, cogatur restituere. Nec obstat *textus l. In pupillo 47. ff. de solut.* qui glossæ opinionẽ probare videtur, ibi: *Nam hoc ipso quod non est pauperior, factus locupletior est.* Nã bene intelligunt hũc textum *glossa ibi verbo. Non est pauperior, & Decius regula. l. in pœnalibus, ad finem ff. de regulis iur. Ludouicus Gomez §. Actiones, n. 21. instit. de actionibus*, vt non factus sit pauperior, scilicet, soluendo, & faciendo id, ad quod tenetur. Cũ enim id ex suo patrimonio soluere teneretur, dicitur factus locupletior, quia id in suo patrimonio inuenit, alias non inuenturus.

16 Secũdo deducitur, quid in ea quæstione sentiendum sit, an si bona fide quispiam à non domino rem emat, atque eadem bona fide duranti vendat æquali, aut maiori pretio, alteri, aut postea minori pretio eandem rem à suo emptore redimat, supposito hæc omnia iuste fieri, eo quod fiant intra latitudinem iusti pretii, supremi, medii, & infimi, aut re plus, minusve valenti, ob temporũ varietatem, teneatur postea veritatis conscius restituere aliquid vero domino, aut suo emptori. Et quidem prius dicamus de obligatione erga suum emptorem: deinde autem de obligatione erga verum dominum. Triplex est sententia circa obligationem respectu sui emptoris. Prima sustinet venditorem hunc æquali, aut minori pretio vendentem, ad nihilum restituẽdum teneri. Ducitur, quod hic nõ teneatur ratione iniustę acceptionis, nec ratione rei acceptę. Cum enim bona fide vendiderit, fuit prorsus iniustitiæ immunis: & cũ nec rem illam apud se habeat, nec aliquid nomine eius, vtpotè qui in nihilo ex ea venditione locupletior euasit, non habet apud se rem alienam. Quod si dicas illũ habere apud se pretiũ rei alienę, quod loco illius succedit, nõ est verum in vniuersum succedere pretium loco rei, sed in solis vniuersalibus iudiciis id verũ habere probabimus numero vigesimo quinto. Et confirmatur, quia regula numero 4. tradita stat pro hoc venditore: cũ enim sit possessor bonæ fidei, & in nihilo sit factus locupletior, ad nihilum tenebitur. Huius sententiæ videntur quidam Doctores vniuersaliter tradentes, & indistinctè, & hunc vẽditorem ad nihilum restituendum obligari, (Dico autẽ videri huius sententiæ, & non esse absolutè; quia possunt intelligi, vt ad nihilum restituendũ teneatur respectu veri dñi illius rei vẽditæ, & hoc probat eorum ratio: quæ est, hunc possessorem non habere rem, nec ex illa factum locupletiorem. At quæstio præsens est, an teneatur emptorẽ suum immunẽ reddere, restituendo ei pretiũ.) (Hi sunt *Gabriel 4. d. 15. quæst. 3. artic. 3. dubio quinto, propositione 2. versic. Dicitur nec percepros, Angelus summa, verbo Restitutio 1. verbo Emẽs, numero 4. Syluest. verbo Restitutio 3. quæst. 7. dicto 3. Tabiena verbo Restitutio. quæst. 24. numero 25. Caietan. 2. 2. quæst. 62. artic. 6. columna 2. versic. Ad euidentiam huius, & in summa verbo Restitutio, cap. 1. ad fin. versic. Aduerte circa hanc regulam* qui in hoc posteriori loco expressius est pro hac sententia, ait enim solum illum teneri, apud quem res est, *Couar. regula Peccatum 3. par. initio, nu. 3. versic. Quarto. Ioãnes à Medina de restitutione q. 10. colum. 3. versic. Si autem secundus emptor. Pedraza summa, præcepto 7. fol. 69. Barthol. à Medina lib. 1. summa, c. 14. §. 30. vbi de iis quæ restituenda sunt in reg. 2. Angles Florib. 2. p. q. Quis teneatur ad restitutionem, art. 1. statim ante primã difficultatẽ, in fin. Graffiis 1. p. decisionum l. 2. c. 130. num. 4. Nauarra lib. 3. de restit. c. 4. in noua editione par. 3. dubio 1. nu. 146. versi. Atque similiter. Leonard. lib. 2. de iustit. cap. 14. dubio 1. nu. 4.* Atque in propriis terminis eam sustinent dicentes venditorem hunc nil teneri suo emptori restituere, *Nauar. summa Latina, & Hispana cap. 17. nu. 8. Plotarcus de officio Sacerdotis, tomo 2. par. 2. lib. 6. cap. 18. colum. 3. versic. Alterum in quo. Ludouicus Lopez 1. p. instructorii conscientiæ c. 94. ad finẽ, & lib. 1. de contractib. cap. 3. colum. 2. versic. Inter tam dub. a*: atque

duplicem adhibet limitationē in vtroq; loco; prior est, nisi scripto venditor stipulatus sit se seruaturum indēnē emptorem: posterior est, nisi cedere ei actionem erga latronē, aut anteriorem venditorē, esset frustraneū: eo quod ille sit pauper, aut absens. Et hanc sententiam dicit probabilē *Valentia*, & valde probabilē *Sayro num. sequenti allegandi, & nu.* 18. Addit autem *Nauar. summa Hispana, c. 17. num.* 8. teneri hunc venditorē in foro externo de euictione suo emptori, & ita via euictionis cogendū in foro externo ad reddendum emptori totum precium. Et *c. 28. addit. ad eundem, nu. 8 c. 17.* quærit cur non teneatur ad euictionē in foro conscientiæ, sed in solo externo: & respondet, eo quod à culpa liber fuerit, nec ditior factus: quæ bona fides nō præsumitur in foro externo contra euictionis naturā. Atque *summa Lat. eina, eod. c. 17. n. 8.* Et *Philiarcus ac Ludouicus Lop. proximè allegati*, aiunt hunc teneri solum in foro conscientiæ ad cedendam suo emptori de euictione actionē, quam habet aduersus eū, à quo bona fide emit, quia in ea sola factus est locupletior. Atque hac sola cessione illum satisfacere, probāt ex *l. In creditore 38. ff. de euictionibus*, vbi asseritur creditorem accipientem bona fide à non domino rem alienam in pignus, idque postea vendentem pro suo debito, si postea pignus à vero domino euincatur, satisfare eum suo creditori, actionem cedēdo, quam habet aduersus debitorem, qui sibi in pignus rem illam tradiderat.

27 Secunda sntia sustinet, teneri eum rescindere cōtractum cum suo emptore, tradendo ei precium, & recuperādo rem venditam, vt vero domino tradatur. Ducitur, quod venditor teneatur emptori de euictione, nec possit illum ad alium ablegare, cum quo ei negocium nō fuit: sed integrum est emptori nolle cessione actionis in furē, aut alium anteriorem venditorem, cogereque immediatum venditorem ad soluendum sibi totū interesse. Vt constat ex *l. Ex empto. ff. de actionib. empti*, ibi: *Euictionis nomine venditorē obligat, & l. sed vbi 16. ff. de minoribus*, ibi: *Sed vbi restitutio datur, posterior emptor reuerti ad authorem suum poterit: per plures quoque personas si emptio ambulauerit, idē iuris erit.* Secundo ex *l. Si rem, 29 ff. de euiction.* ibi: *Si rem quam mihi alienam vendideras, à domino redemerim, falsum esse quod Nerua respōdisset, posse te à me preciū consequi ex vendito agentem, quasi habere mihi rem licere, Celsus filius aiebat.* Si ergo venditor nequit recuperare preciū ab emptore soluenti id vero domino eo quod rē alienam esse norit, tenebitur vtique venditor, si sibi id preciū emptor dedisset, restituere illi preciū seruando ipsum indemnem, vt res domino reddatur. Tertio, quia cessio actionis in furē, vel alium non verum dominum, à quo venditor illam emit, sæpè erit nullius momēti: aut quia ille non comparet, aut pauper est, aut obiit. Quarto, quia hæc actio euictionis cōcessa huic emptori in suum immediatum venditorem, non procedit in solo foro externo, sed in vtroque. Quippe id ex ipsamet cōtractus natura cōsurgit, vtpote quæ ipso iure naturæ æqualitatē inter ipsos cōtrahentes postulat. At magna esset inæqualitas, si vēditor accipiens precium securum nō teneatur securam facere venditionem, atque ea nō existenti secura, reddere preciū suo emptori. Et cōfirmatur, quia cum leges actionem euictionis concedentes non innitantur falsę præsumptioni, sed soli contractus æqualitati, nec sint in pœnam, dispositio earum procedit in vtroq; foro. Iuxta ea quæ diximus lib. 1. huius tractatus cap. 10. nu. 11. Et rursus cōfirmatur (quia vt optime ait *Rebellus de iust. p. 1. lib. 2. q. 3. nu. 5. vers. Atque hinc etiam*) obligatio hæc reddendi immunis huius emptoris à damno, si res illa euincatur à domino, aut ei res sua restituatur, nō oritur ratione iniustæ acceptionis; nullam enim iniustitiā admisit vendens bona fide, nec etiā ratione rei acceptæ: cum res non perseueret apud hūc venditorem; sed oritur ex ipsomet vēditionis contractu, cui inest ex ipsius natura, ac iuris dispositione, obligatio euictionis id est, reddendi immunis emptoris, si res vendita euincatur. Quare regula tradita nu. 4. vt nemo teneatur restituere, nisi ratione iniustæ acceptionis, aut rei acceptæ; & si bona fide consumpserit, non teneatur nisi quatenus est factus locupletior, intelligitur, nisi aliunde ex contractu oriatur obligatio. Sicut qui carēs omni culpa Theologica amittit culpa, quam Iurisperiti leuem vocant, rem sibi commodatam, tenetur domino eam reddere; quamuis nullam iniustitiam commiserit, nec rem apud se habeat, nec ditior effectus sit. Cuius ratio est, quia huiusmodi contractus eam habet imbibitam conditionem. Nec obstat *l. In creditore, allegata, num. præcedenti pro contraria sententia*, quia ibi solum est sermo de creditore, qui seruatis omnibus iure in eo ei re quisitis, pignus in sui debiti securitatem sibi traditum vendidit, vt ex precio sibi satisfaceret pro debito, atque significauit emptori se non vendere rem illam vt suam, sed vt pignus sibi traditum. Quare si postea pignus euincatur, probāte alio rem esse suam, & non debitoris, qui illam dedit in pignus creditori, creditor qui illam vt in pignus acceptam vendidit, non tenetur de euictione, sed satisfacit cedendo emptori actionem pignoratitiā, quam aduersus debitorem habet, qua mediante competit emptori aduersus eū debitorem actio de euictione rei sibi venditæ. Si vero creditor non solo creditoris titulo rem vendidisset, sed domini, non significando emptori se vendere eam vt pignus, teneatur emptori de euictione, nec liberatur cedendo ipsi actionem, quam ipse in suum debitorem habet, aut in alium anteriorem eius rei venditorem. Nam qui titulo dominij rem vendit, tenetur rem venditā facere omnino securam. Quod optime cum aliis explicat *Molina to. 2. de iustitia, disp. 538. col. 19. versi. Superest explicemus.* Et ideo hanc sententiam tuentur *Aragon 2. 2. q. 62. art. 6. dubio 1. col. 3. Salon eod. art. 6. controuersia 2. Naua. lib. 3. de restitut. cap. 4. in noua editione, parte 3. dubio quinto, num. 163. Sayro in claui regia lib. 10. tractat. 2. cap. 2. num. decimotertio.*

28 Tertia sententia (cui tanquā probabiliori adhæreo) est media inter duas propositas, sic distinguēs, si periculum subsit emptori, vt ad notitiam domini veniat, & sic res illa a domino euincenda sit, tenetur ille bonæ fidei venditor pretium suo emptori restituere, ac contractu rescisso rem illā alienam domino reddere. Si autē nullum huius damni emptori periculum immineat, liber est vēditor ab hac obligatione. Priorē partem probant rationes adductæ num. præcedenti; nam in hac parte cum illa conuenimus sententia. Et ex ibi dictis solutæ manent rationes primæ sententiæ adductæ nu. 16. contrarium probātes. Posterior autem pars probatur, quia erga emptorem sola est obligatio reddendi eum a damno imminenti ex re aliena vēdita immunem. At in hoc casu nullum ei damnū imminet, cum nec verus dominus sit rem illam petiturus, nec ipse eam teneatur restituere excusanti eum ignorantia, qua rem esse alienam ignorat. Et ideo hanc sententiam tuentur *Sotus lib. 4 de iust. q. 7. ar. 2. col. 5. Mart. de Ledes. 2. p. 4. q. 18. art. 6. col. 4. Valentia 2, 2. disp. 5. q. 6. puncto 3. ad finem. Leonardus l. 2. de iust. c. 14. dub. 5. nu. 26. iuncto nu. 29. Rebel. de iust. par. 2. lib. 9. q. 18. sectione 1. nu. 12. & 13. Vega 1. to. sum. c. 60. casu 14. & 15. Molina*, etsi nō ita clare *to. 2 de iust. disp. 380. columna 4 vers. Quando venditor* Et expresse *tom. 3. ..u2. disp. 271. nu. 6. concl. 3. & nu. 7. & 10.* Eiusdem sententiæ videtur expresse *Toledo lib. 5. summa. cap. 17. num. ..* vbi ait teneri hunc venditorem ad seruādum suum emptorem indemnem, & restituere ei pretium, si forte res illi ablata fuerit. Eiusdem videtur *Mercado lib. 6. de contractibus, c. 14. ad finem*, vbi dicit teneri hunc paratum esse ad restituendum pretium suo emptori, si res ab eo petita fuerit. Eiusdē videtur *Bañes 2 2 q 62. dubio 2. conclus. 1.* vbi ait teneri hūc vitare sui emptoris damnum, reddēdo ei precium, si periculum subsit, vt verus dominus

inue-

inueniat rem apud emptorem. *Et Petrus de Ledesma 2. tomo sum. tract. 8. ca. 14. post 4. conclusionē, dubio 2.* vbi ait, hunc teneri omnino ad vitandum sui emptoris dānum. Quare (vt optime ait *Molina vtroque loco citato*) si res illa vendita esset iam bona fide cōsumpta ab emptore, venditor ad nihilum teneretur illi. Quippe tunc suus emptor nullum patitur damnum, cum tanquam bonę fidei possessor non teneatur vero domino, nisi quatenus ex re illa euasit locupletior, qualis non euasit, vtpote qui iusto emit pretio.

19 Atque quamuis Doctores prædicti non explicēt hoc, dicendum est similiter teneri hunc venditorem rescindere contractum cum emptore, eique reddere pretiū, si periculum adsit fore vt emptor norit rem esse alienam. Quia cū tūc teneatur eam vero dño restituere, damnū patietur non reddito pretio. Quod si credatur, empto rem adhuc rem illam non restituturū, iniustitia huius emptoris releuat venditorē. Quia adhuc patitur damnum, cum teneatur semper eam restituere, & illa obligario ad eius emptoris hæredes transeat.

20 Quod si quæras an sit venditor postea annotescat rē esse alienā, id ignoranti emptore, teneatur dño dominū, aut emptorem suum monere. Ita distinguendum est, si venditori bonæ fidei immineat damnum ex ea monitione, quia nequibit à suo anteriori vēditore pretiū recuperare, quod ei bona fide dedit, neutrum tenetur admonere, quia cum nec rem alienam habeat, nec alicui sit in iusta damni causa, nō tenetur eā iacturam sui pretij amittendi pati, admonendo dominum, vt rem suā recuperet. Si vero absq; suo damno possit, tenetur sola charitatis lege. Quippe ratio proposita suadet, nullā esse iustitiæ obligationē. Est autem charitatis, eiusenim lex obligat ad damnum proximi vitādum, quod absq; proprio caueri potest. Sic *Leon ardus l. 2. de iustit. c. 14. dub. 5. nu. 30.* Similiter tenetur ex charitate admonere primū malæ fidei possessorem, & in defectum primi, sequentes malæ fidei possessores, vt restituant integre domino rei & curare vt id opere præstēt, media ad id omnia necessaria adhibēdo, qualia adhibere teneretur ex charitate, quicumq; alius id sciens. Vt optime docet *Molina tom. 3. de iustit. par. 2. disput. 721. n. 7.* Quod intellige, si sit spes vt illi restituant, nec ei periculum immineat sui pretij amittendi iuxta proxime dicta.

21 Quod si iterū quæras, an si emptor hic posterior sciēs rem esse alienam restituat eam vero domino, nō admonendo suum venditorem bonæ fidei, an teneatur vēditor illi pretium restituere. Distinguit *idem Leonardus eo. dubio 5. nu. 28.* si ex illa restitutione accelerata in incurrat damnum venditor, nō valens recuperare pretium à suo anteriori vēditore, quod vtique recuperaret, & res domino restitueretur, non tenetur suum hunc emptorem seruare indemnem, restituēdo ei pretium. Quia vt petat pretium, tenebatur suo venditori rem reddere, vt reciperet pretium à suo anteriori venditore. Si vero nō fuit causa eius damni, quia adhuc nō recuperaret pretium, tenetur vtique. Quia nulla est causa excusans. Verum in vtroque casu existimo teneri pretium reddere suo emptori. Quia non video, cur lege iustitiæ teneatur prius suum venditorem admonere, sed sola charitatis, quando aduerteret sic posse vitare id illius damnum amittendi pretij. Atqi lege iustitiæ tenebatur rem vero domino restituere.

22 Demum prædictam tertiam sententiam, quā amplexi sumus numero 18. limitat *Rebellus de iustitia p. 2. lib. 9. quæst. 18. sectione 1. nu. 11.* dicens intelligi, quādo pretium extat apud venditorem bonæ fidei, tunc enim ait, teneri hunc illud restituere suo emptori, ad seruandum eum indemnem, si periculum sit, vt dominus id sciat, ac rem illam emincat. Quod si pretium nō extet sed taliter sit consumptum, vt ex eo non sit factus locupletior, dicit certum esse, eum non teneri ad seruādum suum emptorem indemnem. Quia cum sit possessor bonæ fidei, nec in aliquo sit effectus ex re aliena locupletior, ad nil restituendum tenetur iuxta regulam numē. quarto traditam. Verū limitatio hæc displicet. Quia leges obligātes venditorem ad euictionem, non respiciunt an vēditor pretium retineat an ex illo sit factus locupletior: nec obligatio hæc consurgit ex ratione iniustæ acceptionis aut rei acceptæ, sed ex natura ipsa, & æqualitate cōtractus, quæ petunt emptorem esse à suo vēditore seruandum indemnē. Sicut ex *ipsomet Rebello* probauimus nu. 17. At idem damnum patitur emptor, siue pretium extet, siue consumptum sit. At si res ipsa vendita esset iam consumpta, verum est, venditorem esse liberum ab hac obligatione. Sicut diximus num. 18. in fine.

23 Iuxta hæc decidi debet, quid dicendum de ementi, bona fide rē falsam pro vera, aut aurichalcum pro auro, qui eadem bona fide duranti, vendidit illam eodem pretio *Nauar. summa Latina, cap. 17. nu. 8.* retulit quosdam opponere sententiæ ipsius, quam n. 16. retulimus, vendentem hunc teneri suo emptori restituere pretium illius rei veræ. Et respōdet diuersam esse rationem inter hunc, & vēdentem res alienas bona fide, quod ille tradat rem habentem intrinsecum defectum, & falsam et communiter sit in culpa aliqua, accipiendo, vel dando illam rem, ac proinde tenetur restituere, hic autem cōmuniter culpa caret, nec res ab eo tradita habet intrinsecū defectum. At si neuter esset in culpa, ait posse dici neutrum teneri restituere. Quia vterque bona fide vēdidit, nec ex re illa factus est locupletior. Idem prorsus ait *Philiarcus de officio sacerdotis, tomo 2. part. 2. lib. 6. cap. 18. columna 3. versic. Alterum in quo.* Et idē videtur *eidē Nauarr. summa Latina, capitu'. 17. numero 167.* vbi cum *Hispana eodem num.* dixisset hunc teneri restituere, addidit *Latinè*, saltem si fuerit in culpa accipiendo falsum pro vero auro. Et fauent *Angelus in summa, verbo Falsarius, numero 4. & ibi Syluest. quæst. 6 numero est tuo. Armilla numero 9.* vbi dicitur accipientem bona fide pecuniam falsam pro vera, & sciēter dantē alij teneri restituere, vbi à cōtrario sensu videntur contrarium asserere quando ignoranter, & bona fide dedit alij. Cæterum dicendum est teneri hūc restituere, & rescindere cōtractum cū suo emptore. Quod probant rationes omnes num. decimo septimo adductæ. Præterea quia bona fide emens rem maiori iusto pretio atqi eodem vendēs, tenetur suo emptori illum pretij excessum restituere. Quia me deceptū esse, nullum mihi ius tribuit decipiēdi alterū. Quod si bona fide decipiam, excusabor quidē à culpa: at non à damno resarciendo, cū fraudis cōscius fuero. Atqui ita docent *Sotus libro quarto, de iustitia, quæst. septima, articulo secundo, columna sexta. Martinus de Ledesma 2. p. tr. 4. quæstion. 18. articulo sexto columna 6. Rebellus de iustitia part. 2. lib. 9. quæst. 18. sectione 1. nu. 12. Leonardus lib. 2. de iust tia, ca. 14. dubio 5. nume. 26. Aragon 2. 2. quæst. 62. ar. 6. dubio 2. columna 3. & ibi Salon cōtrouersia secunda, & ibi Bañes dubio secundo.*

24 Hactenus egimus de obligatione, quam respectu sui emptoris habet emens bona fide rem alienā, qui vendidit eadem fide. Superest agēdum de obligatione, quā habet respectu veri domini illius rei. Et quidem triplex potest esse casus. Primus est quando vēdidit eodē pretio, quo emerat. Secundus, quando ampliori. Tertius, quando rem illam venditā eodem pretio redemit minori. De quibus casibus est seorsum agendum. Circa primum casum quando eodem pretio vēdidit est grauis difficultas, an si vero domino res sua non restituatur, teneatur hic pretium illud ei restituere? Duplex est sententia. Prior asserit teneri hunc pretium illud vero rei domino restituere. Decitur primo, quod hic venditor non compararit eius pretij dominium, tum ex sui emptoris intentione, quę fuit transferre dominium ex suppositione, quod ipse acquirat dominium rei sibi vēditæ, quod tamen non comparauit, cum non esset venditoris, tum etiā ex contractus natura, per quem dominium

nium transferri nequit, vtpote qui est irritus, tanquam rei alienæ venditio. Ergo tenetur id pretium, tanquam alienum, vero domino restituere. Et confirmatur, quia pretium succedit loco rei, *l. si & rem, & pretium 25. ff. de pet. hered.* ibi: *Potest existimari in locum hereditariæ rei venditæ pretium eiusq; successisse.* Ergo id pretium est alienum, sicut & ipsa res eo vendita: & ideo tenetur id restituere ratione rei acceptæ, ac si rem alienam apud se haberet. in quo euētu nil prorsus refert, siue locupletior effectus sit, siue non. Secundo, quia hic bonæ fidei venditor est in toto illo pretio factus locupletior, vtpote qui pretij, quo a latrone rem illam comparaverat, nam fecerat iacturam, tenebaturq; veritatis conscius rem vero domino, nullum ab eo exigendo pretium restituere. Ergo tenetur id totum vero domino restituere. Et ideo hanc sententiam tuentur *Aragon 2.2. quæst. 62. art. 6. dubio 1. colu. 3. Et ibi Bañes relato Peña dubio secundo, conclusione 3. & ibi Salon controuersia 2. Petrus de Ledesma secunda tomo summæ, tractatu 8. cap. 14. post 4 conclusionem, dubio secundo, Sayro in claui regia, lib. 10. tractatu 2. cap. 2. num. 13. & 14. Vasquez, secunda secundæ quæstione 96. articulo quinto, disput. 172. capite primo numero quarto,* dicens omnes in hoc conuenire. Addit autem *Petrus de Ledesma* si dominus non compareat, esse restituendum pretium illud pauperibus. Addit etiam *Aragon eodem dubio primo, in solutio ie ad primum, & Sayro eod. numero decimoquarto,* si pretium illud iam sit ab hoc bonæ fidei venditore consumptum, eatenus teneri eam restituere, quatenus ex illo est factus locupletior.

25 Posterior sententia (cui adhæreo) ait hunc venditorē nil prorsus teneri vero rei domino restituere. Ducor, quod venditio rei alienæ sit valida, ac effectus aliquos habeat. Vt cōstat ex *l. rem alienam 28. ff. de contrah. emp. & ex multis alijs legibus*. Et inter alios habet hunc effectū, vt venditor teneatur emptori de euictione, & omnibus damnis inde subsequutis. Atque dominium pretij transit in venditorem. Vt expresse colligitur ex *l. si ea pecunia. C. de rei vendicatione, & l. 1. & penultim. C. si quis alteri, vel sibi, & l. 49. titul. 5. par. 5.* Et de iure id expresse definitur *l. qui vas 49. §. vlt. ff. de furtis*, ibi: *Cum fur rem furtiuā vendidisset, eique nūmos pretij dominus rei per vim extorsisset, furtum eorū nummorum fecisse, recte resp onsum est.* Cum ergo furtum si rei alienæ inuito domino vsurpatio, manifeste sequitur furem effectum esse illorū bonorum dominū. Quod expressius itaum ait idē textus reddens rōnem eius quod dixerat ibi. *Quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuū non esse nemini dubiū est.* Et quāuis venditor non transferat dñium rei illius alienæ venditæ in emptorē, at dñium pretij transfertur in venditorem. Vt expresse habetur *l. exempto 11. in si principij, ff. de actionib. empti & vēditi & ibi gl. ver. eu ētionis, & ver. Facere.* Id etiā constat ex *l. 1. in prima differētia inter emptionem, & commutationem, ff. de rerum permutat.* quæ est, vt in venditione possit esse claudicatio. Nam vendens nō semper facit rem emptoris, vt in venditione rei alienæ contingit at emptor semper facit pretium venditoris. In permutatione autem, aut vtriusque dominium, aut neutrius transferri debet. Atque hæc omnia recte cū alijs tradit *Molina to. 2. de iust. disp. 327. 330. & 338. & to. 3. in 2. p. disputat. 721. num. estano.* Secundo, quia non est vniuersaliter verū, succedere pretium loco rei: id enim in solis vniuersalibus iudicijs verum habet, cuiusmodi sunt hæreditas, fideicommissum vniuersale, & dos, *l. Item videndum, §. finali, & l. sequen. ff. de petitio hered. & l. 1. ff. de fideicommiss hæreditatis petit.* quæ iudicia vniuersalia dicuntur, eo quod vnius iuris petitione plures res cēsentur peti simul, etsi nominatim singulæ non exprimantur. Quare vocat eas *Iurisconsultus*. actiones de vniuersitate *l. 1. ff. de rei vēdicatio.* At singulæ iudiciū seu particulare, seu speciale nominatur, cum est de re singulari, vel ex singulari contractu petita. Vt in mandato, cōmodato, deposito apparet, *l. pro socio, ff. pro socio.* Denique iudicium generale dicitur, cum est de petitione generis, vt est iudicium negotiorum gestorum, tutelæ, & similia, *eadem l. pro socio.* In his ergo solis iudicijs vniuersalib. succedit pretium loco rei. Constat ex iuib. adductis probantibus nō transferri dominium rei alienæ venditæ in emptorem: at transferri dominiū pretij in venditorē. Quod non contingeret si pretium succederet loco rei. Et ita notāt *glo. l. si & rem & pretium, 25. verb. quia potest, ff. de pet. hered. & ibi Bar. in fine, & omnes Scribentes.* Tertio, quia si venditor bonæ fidei, ea durāte, rem eandem vendidisset latroni eodem pretio, non teneretur id pretium vero rei domino restituere, eum illud sit idem, quod prius dedit. Ergo nec tenebitur restituere, si cuidam tertio vendat. Quippe pretium illud eiusdem rationis esse videtur, siue recuperatum sit a latrone, siue ab alio tertio acceptum. Quarto, quia nil tenetur domino ratione iniustæ acceptionis, cum totum bona fide factum sit, nec ratione rei acceptæ. cum iam distraxerit, nec pretium loco illius succedat. (vt nuper probaui,) nec moraliter aliquid illius rei, aut æquiualens maneat in bonis vēditoris, cum ratione illius nullatenus sit auctum suum patrimonium, & subinde nec factus locupletior. Et confirmatur, quia illa pretii recuperatio ex venditione, potius fuit ad indemnitatē seruandam, quam ad vtilitatem consequendam, quamuis indirecte, & per accidens, ac præter intentionē, ac opinionem venditoris bona fide, sequuta sit in ea vtilitas, vt a domino postea comparenti nequeat res pretio illi nō restituto vindicari. At principale intentum est semper spectandum *l. Rogasti, in princ. l. si quis nec causam, ff si cer. pet. l. si quid donationis causa, ff. de contrah. empt.* Quod tanti momenti est, vt inde inferat alios referens, *Tiraq. l. si vnquam, ver. donatione largitus, n. 4. C. de reuoc. donat.* venditā re minori pretio animo vendēdi, & si remissio illa pretij sit donatio, ac quingētos aureos excedat, eam nō indigere insinuatione. eo quod principale soliū vendendi propositū spectari debeatq; a tamen indigeret, si principale propositū esset donandi. Et hinc manent soluta cōtraria fundamenta. Et ideo huius sententiæ sunt clare *omnes Doctores allegati, num. 16.* quos retuli asserere indistincte hunc bonę fidei possessorem ad nil restituendum obligari. Atque in propriis terminis tradunt *Gabriel 4. di. 5. q. 3. art. 3. dubio quinto, propositione 2. vers. dicitur nec percepror. Angelus in summa, verbo Restitutio 1. verbo emens, num. quarto. Syluest. verbo restitutio, 3. quæ. 7. dicto tertio. Tabiena verbo restitu io, quæst. 24. num. vigesimo quinto. Sotus lib. 4. de iustit. quæst. 7. articulo secundo columna 5. Martinus de Ledesma 2. par. 4 quæst. 18. artic. 6. colum. 4. Toledo lib. 5. summæ, c. 17. num. 8. Valentia 2. 2. disput. 5. q. 6. puncto 3. ad fin. Rebellus de iustitia par. 1. lib. 2. q. 3. nu. 3. versic. Atque hinc etiam & par. 2. lib. 9. quæst. 18. sectione 1. nu. 9. Nauarra lib. de restit. cap. 6. in noua editione par. 3. dubio 5. nu. 163. Philiarcus de officio sacerdotis tomo 2. p. 2. lib. 6. c. 18. colum. 3. versi. Alterum in quo Leonardus lib. 2. de iustit. c. 14. dub. 1. nu. 4. & dubio 5. nu. 29. Molina tomo 3. de iustit. par. 2. disput. 721. num. 6. & duplici sequenti. Vega 1. tomo sum. c. 60. casu 14. & 15.* Et dicit esse satis probabilem *Pet. de Ledesma relatus nu. præced. pro contraria sententia.*

26 Si tamen bona fide quis emerat rem alienam, & bona fide commutet pro alia, tenetur conscius veritatis rescindere commutationem, vt rem vero domino restituat: quod si id fieri nequeat, tenetur rem illam, quam loco commutationis habet restituere vero domino rei commutatæ pro illa. Ratio est, quia (vt probaui nu. præcedenti) non fit verus dominus rei illius in commutationem acceptæ: ac proinde tenetur ratione rei acceptę quamuis locupletior non euaserit. Quare iure optimo dicit *Salon 2. 2. q. 62. artic. sexto, controuersia 2.* hoc esse ex omnium consensu.

27 In secundo casu, nempe quando hic bonæ fidei venditor distraxit rem illam alienā auctiori pretio, at iusto, graue

graue dubium est, an illud pretij augmentum teneatur vero rei domino restituere. Quidã cēsent id pretij augmentum non esse restituendum vero domino, etsi res sua ei non restituatur. Ducuntur quod id nō sit fructus rei alienæ, sed industriæ illam ementis iuste vno pretio minori & vendītis etiā iuste alio maiore pretio. At fructus in dustriæ spectat ad possessorem, & non ad dominum. Vt nu. 8. diximus. Et cōfirmatur, quia si res illa restitueretur postea vero domino, seruando illum omnino indemnem, prædictum augmentum pretij non esset vero domino restituēdum, cum ei plene, & ad æqualitatem sit restitutū reddita ei re sua. Ergo id pretij augmentum non est fructus rei sed industriæ, alias cederet domino rei. Secundo, quia si venditor hic vēderet rem illam minori pretio, et postea res illa à domino vindicetur, non teneretur rei dominus, nec alius à fure ei restituere id pretij decrementū: vt ex se constat. Nec etiam ipse fur, quia iuste maiori illo pretio vendiderat, & folū tenetur de euictione, quantum sua eius, qui ita à fure emerat interterat rem non esse alienam: siue antē ea res esse aliena, siue non, eodem pretio esset tunc illam venditurus. At durum valde est, vt hic bonæ fidei emptori nullus damnum decremēti pretij teneatur resarcire, actia possit negotiando amittere: at ipse teneatur augmetū pretij restituere, atq; adeo nequeat lucrari negotiando. Tandem, quia vēditor hic tenetur suo emptori de euictione, illum omnino indemnem seruando, cū iactura pretij, quo illam rem bona fide cōparauit. (Vt n. 18. probaui.) At rationi dissonat hūc ei iacturæ expositum esse & lucrum teneri restituere. Hanc sententiam sustinet *Molina to. 3. de iusti. par. 2. disput. 121. nu.* 10. qui rōnes omnes prædictas affert ad id probādum. Eandē tenet *Ludouicus Lopez 1. p. instructorij cōscientia, c. 239. col. 3. vers. preterea ne quid intactū*: vbi hoc limitat, vt intelligatur, quando hic bonæ fidei vēditor erat pretio, quo illam rem emit, negotiaturus, & plus, aut tātum, quantum est id pretij augmentum acquisiturus, tūc enim vt in sua bona fide seruetur indemnis, nō tenetur id restituere: secus autem si non erat lucraturus.

28 At verius existimo, id pretij augmentum esse vero domino restituendum: (intellige iuxta dicta nume. 8. deducto industriæ valore, quāuis enim Doctores allegandi non apponant hanc limitationē, at est necessario apponenda, iuxta ibi tradita, & nullus illorum eam negaret) Ducit, quod res illa id augmētum vere valuerit. alias pretium iniustum, & consequenter emptori restituendum, ergo id augmentum est vere fructus rei alienæ, & consequenter domino illius cedere debet, cū eo possessor hic bonæ fidei sit effectus locupletior. Quod si quid industria etiam cooperatur, fateor deducendū industriæ illius pretiū. Præterea hoc amplius probabitur quod textu numero sequenti. Nec rationes contrariæ me mouent. Nam ad primam cōstat ex dictis. Et ad cōfirmationem constabit ex dicendis numero sequenti. Ad secundam, nego furem non teneri totum pretium suo emptori reddere. Quia tenetur omnino rescindere contractum pretio restituto, vtpote qui nullam illius retinendi iustam causam habet, nisi velis dicere tum ex furto lucraturum. Ad tertiam dico id non esse absurdū quia ex natura contractus tenetur suo emptori de euictione, q̄ obligatio in nihilo potest vero domino præiudicare. Atq; ideo hanc sententiam sustinent *Gabriel, Angelus, Syluester, Sotus, Martinus à Ledesma, Rebellus vtroque loco, Leonardus vtroque loco, Nauar. vbi alleg. sūe numero 25. Rosella verbo restitutio 7. numero 19. Ioannes à Medina de restit. quæst* 10. *columna tertia, versicul. Si autem secundus emptor. Couar. regula peccatum 3. par. in initio, nu. 4. vers. 4. Bartholomæus à Medina lib. 1. summa, c. 14. §. 30. vbi de ijs quæ restituenda sunt, in regula 2. Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. controuersia 2. Graff. 1. p. decisionum li. 2. c. 103. num. 4. Ludouicus Lopez mutans sententiam lib. 1. de contractibus col. 3. versic. præterea ne quid intactum. Molina to. 2. de iustitia disput. 350. columna 4. versic. Quando venditor Sayro in claui regali. 10. tract. 2. c. 2. n. 13. Vega 1. tomo summa cap. 60. casu* 14. & 15. Atque idem apperte colligitur ex *Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. columna 2. vers. Ad euidentiā huius*, dicens. n. hūc nil teneri restituere, quādo æquali pretio vendidit, eam reddit rationem, quod non euaserit locupletior. vbi aperte eum teneri indicat ad excessum pretij, in quo locupletior fit.

29 Tandem in vltimo casu, nempe, quādo possessor bonę fidei rē sibi donatam à non domino vendidit bona fide, & postea eadem fide duranti redemit minori pretio, iuste tamen an hic possessor bonę fidei teneatur nō solam illam rem alienā à se possessam restituere sed etiā illum pretij excessum, quem ex venditione habuit *Molina to. 3. de iustitia part. 2. disput. 121. nu.* 10. ait furē vendentem rem furtiuā, & postea iuste minori pretio redimentē non teneri excessum illū pretij domino restituere, sed satisfacere reddendo ei rem suā non deterioratā, & fructus ex ea debitos. Ducitur, quod ille pretij excessus sit industriæ furis fructus, & nō rei. Insuper, quia restitutionis est reducere rem ad æqualitatem, at seruatur æqualitas prædicto modo, non restituto illo pretij excessu. At dicendum est, teneri quoque excessum illū pretij. deducta suæ industriæ mercede, restituere vero domino, simul cum re illa. Quod est conforme dictis numero præcedenti, & authores ibi citati tenentur hoc dicere. Et in proprijs terminis docet *Rebellus de iusti. ia parte prima, libro secundo, quæstione quinta, numero vndecimo*. Et ratio est, quia id lucrum nō est solius industriæ fructus, & in eo euasit possessor hic locupletior. Vt numero pręcedēti probaui. Insuper probatur ex *lege, Si & rem, & pretiū. 25. ff. de petit. hæredit.* vbi quæritur, an si bonę fidei possessor habeat, quia eādem rē redemit, vbi *Glossam statim in principio* explicat, id est, partem pretij, eo quod rē viliori pretio redemerit, teneatur illā augmenti pretij partem domino restituere. Et cōcludit sic textus. *Oportet igitur possessorem. & rem restituere petitori, & quod ex vēditione eius rei lucratus est.* Quod si dicas cum *Molina ibidem*, hunc textū non probare hanc partem: quia loquitur in hęrede vēdenti rē hæreditatis credenti hæreditatē ad se pertinere: in quo casu est specialis ratio. Quia (vt numero vigesimo quinto probaui) pretiū succedit loco rei in hęreditate, illiq; accrescit tāquam hæreditariū, & ideo debetur vero hæredi: quod secus euenit in nostro casu. Fateor ex hac parte non videri probari nostrū intentum; at re bene inspecta, probat vtiq;. Quia si ille pretij excesfu nō ex re hæreditaria prouenirer, sed solius industriæ fructus esset manifestū est eum nō succedere loco hæreditatis, nec illi accrescere, & subinde nec vero hæredi deberi, sed esse possessoris. Quia possessor bonæ fidei hereditatis alienæ tātum tenetur restituere quantum ex illa alienata euasit locupletior, *l. Virū 26. in principio, & ex l. Sed & si lege 28. §. Item si rem. ff. de petit. hæred.* Ergo censet textus esse excessum illum, fructum rei alienæ, & nō solius industriæ, & ideo possessorem teneri illum restituere, tanquā factum in illo locupletiorē. Quę ratio militat omnino in nostro casu. Et confirmatur ex ratione decisionis illius quam tradit *Paulus eadem lege Si & rem, & pretium, numero primo*, his verbis. *Quia sicut bona fidei possessor non debet esse in damno, restituendo vltra quam factus sit locupletior, ita nō debet esse in lucro.* Quę ratio est vniuersalis omnibus casibus, in quibus ex re aliena lucratur, deducto suæ industrię pretio.

30 Tertio ex principali regula tradita numero 4. deducitur, si rē fortiuam, quisquam possessam à se bona fide donet, alias nil donaturus, quamuis non efficiatur ditior, & ideo nec tenetur illam restituere, vtpote qui nil in suo patrimonio auxit, at si donatarius correspōdens obligationis antidotali, quidquam in remuneratione ei tribuat, censeri in hoc in remunerationem accepto factum locupletiorem, ac proinde id esse vero domino testi-

restituendum. At nō censetur factus ditior ex eo solum quod donatarium ad antidora obligarit. Ratio prioris partis est, quia occasione rei alienæ, remunerationē illam acquisiuit, & est instar contractus permutationis. Posterioris autem partis ea est ratio, quod nil acquisitū sit cum ea obligatio antidotalis nō obliget præcise donatarium, sed eius vrbanitati relinquitur, velit remunerare, nec ne. Vtrumq; expresse habetur *l. Sed & si, l. 28. §. Consuluit. ff. de petit. hæred.* ibi: *Nec si donauerint, locupletiores facti videbūtur, quamuis ad remunerandum sibi, naturaliter aliquē obligauerunt: planè si acceperunt ad cēdum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt: velut quod dam genus hoc esse permutationis.* Atq; vtrumq; docent *Berous c. Gratias, nu. 47. in fi. de restit. spoliat. Molina to. 1. de iustit. disput. 145. col. 4. versic. Ex eo quod.* Hoc autem intelligo, quamuis id in remunerationē acceptum excedat valorem rei furtiuæ donatæ, ille. n. excessus cedit domino rei sicut nu. præcedēti diximus de maioris pretij excessu. Quod etiā cōstat ex ratione in textu adducta, nempe, quod sit quasi quædam permutatio, & ideo excessus ille est effectus rei alienæ, præter quam si industriæ huius donantis aliquid debeatur. Et quamuis textus loquatur in possessore rei hæreditariæ, & eodem modo loquantur doctores prædicti: at ratio tradita in textu, & ab illis, est generalis. Si enim (vt textus & ipsi aiunt,) ex ea remuneratione censetur possessor bonæ fidei effectus locupletior, id in cuiusque rei alienæ possessore bonæ fidei, procedet similiter, & proinde tenebitur illi restituere, iuxta regulam nu. 4. traditam.

31 Quarto deducitur, si possessor bonæ fidei rem vendat eodē pretio, apposita pœna non soluenti termino præciso, si iuste apponatur, atque emptor pœnam illam soluat ratione tarditatis solutionis, teneri eū possessorem restituere vero domino eam pœnā sibi solutam: vtpote qui in ea est factus locupletior. Cōstat ex *l. Verum autem 26. in fi. ff. de petit. hæred.* ibi: *Proinde si non solū pretiū, sed etiam pœnam pretio tardius soluto percepit pœnā et, quia locupletior in totū factus est, debere venire.* Et quamuis textus loquatur in venditione rei hæreditariæ, at cū ratio sit generalis, extendendus est ad omnem bonæ fidei possessorem: vt nu. præcedenti ponderaui. Atq; hoc est intelligendum deducto industriæ pretio venditoris eam pœnam apponentis.

32 Quod si tamē quispiam bona fide credens ad se delatam hæreditatem, antequā illius possessionem occuparet, expendat latius res suas cōtemplatione illius, nequit ex hæreditate, cuius postea possessionem occupat, detrahere, quod plus ex suis bonis expēdit, quam alioquin foret expēsurus. Quoniam etsi occasione hæreditatis bona fide expēderit, ac prouidens videatur posse detrahere ampliores illas expensas ex suo patrimonio factas occasione illius, vtpote qui in ijs rebus hæreditarijs nō factus est ditior, quoad has expensas; at hoc spectandū non est. Quia cum nondum possideret, non expendit, vt bonę fidei possessor rei alienę, nec ex illa expendit, cum nondum illā haberet; & ideo ex suis bonis cēsetur expēdisse. Habetur expresse *l. Sed et si lege 28. §. Si quis re. ff. de petit. hæred.* & tradit *Molina to. 1. de iustitia, disputat. 146. columna quarta, versicul. Si tamen.* Atq; cum eadem prorsus ratio militet in quibuscūque alijs rebus, quas bonæ fidei possessor putabat ad se peruenturas, idem de illis dicendum est.

33 Quinto deducitur, quid dicēdum sit de ea limitatione, quam quidam adhibent regulæ generali traditę n. 4. vt possessor bonę fidei teneatur restituere, quatenus ex re aliena consumpta locupletior euasit: dicunt enim eam in solis rebus non vnico vsu consumptibilibus intelligi, ac proinde si quis bona fide à latrone res vnico vsu consūptibiles, quę sunt materia mutui, vt pecuniç, frumētum, ordeum, vinum, cibi, & c. furtiuas acceptiat, & durant bona fide eas consumat, dicūt eum non teneri restituere, quantumuis ex eis locupletior euaserit nisi latro ex earum rerū donatione redda tur impotens ad restituendum. Ducuntur, quod ipse verus dominus nō habeat ius perendi à latrone ipsas numero res, si cōsumptę iam sint, sed similes, vel eiusdem pretij. At similes, vel eiusdem pretij manent apud latronem, quib. restituat, cum non sit redditus impotens ad restituēdum. Ergo recipiens ab illo non tenebitur restituere, quāuis locupletior factus sit, sed poterit dominū remittere ad latronē, vt ab ipso recuperet res sibi furto ablatas. Secūdo, quia latro poterat donare aliā pecuniam, vel aliud frumentum, cuius erat dominus. Ergo & hæc, quando sunt furtiua. Quia non magis restitutioni obnoxia sūt hæc furtiua, quam quæ erant propria. Tandē, quia hic possessor nō tenetur ratione iniustę acceptionis, vtpote qui bona fide accepit, ac consumpsit; nec ratione rei acceptę: quia iam consumpsit. Ita docent *Bañez 1. 2 q. 62. art. 6. dubio 3. concl. 4. Salon eod. art. 6. controuersia 3. conclus. 4. Petrus de Ledesma 2. tom. summæ, tract. 8. c. 14. post 4. cōclusionem. dub. 3. dicto 4.* dicens ita tenere cōmuniter Thomistas. Atq; id esse probabile ait *Manuel 2. to. summæ, c. 42. nu. 2.* Quare *Bañes eodem dubio 3. in solutione ad 3.* dicit edentē bona fide cibos furtiuos, non teneri restituere id in quo locupletior euasit, nimirum quæ domi expensurus erat, nisi fur redditus sit impotens ad restituendum. Et videtur tenere *Emmanuel Sá summa, verbo restitutio etiam, nu. 7.* vbi ait recipientem bona fide pecuniam, aut frumentū a fure, non teneri restituere, quando mixta sunt cū alijs furis rebus, aut sunt consumpta bona fide.

34 Verum hæc limitatio omnino mihi displicet; & ideo dicendum est, etiam in his vnico vsu consumptibilibus teneri bonæ fidei possessorem ea à latrone accipientem, ac bona fide consumētem restituere quatenus ex eis ditior factus est. Ducor primo, quia *Caiet. Victoria, Armilla, Soto, Martinus de Ledesma, Nauarra, Pedraza, Nauarra, Toledo, Valentia, Ludouicus Lopez, Philiarcus, Vega, Sayro, Manuel allegati, nu. 4 & Molina to. 1. de iusti. p. tr. 2. disput. 719. num primo,* dum dicunt possessorem bonæ fidei teneri restituere, quatenus ex re consumpta est factus ditior, afferunt exemplum in eo, qui inuitatus edit bona fide cibos furtiuos: idque exemplum est vulgatissimum, & communiter ab omnibus adhibetur. Et ideo sentiunt eam regulam procedere etiam in cōsumptibilibus vnico vsu. Secundo quia certissimum est dominium harum rerum vsu consumptibilium, quādiu consumptæ non sunt, nec taliter cū rebus proprijs mixtæ, vt discerni nequeant, minime transire in latronem, sed manere apud verum dominum. Atque ideo quamdiu fructus fundi alieni, qui res vnico vsu consumptibiles sunt, extant, datur domino rei vēdicatio, nec potest eorum possessor æstimationē inuito domino soluere. Vt bene tradunt *Bart. l. & ex diuerso. §. Vbi autem, nu. 8. & 9 ff. de rei vendic. Ant. c. Grauis, n. vltimo de restit. spol. & ibi Abbas nu. vlt. Anch. n. 15. Berous num. vlt.* & tantū quando consumpti sunt, admittunt æstimationē soluendam esse. Cum ergo fur nō sit harum rerum dominus, minime transfert dominium in accipientem bona fide. Quia qui dominus non, est transferre dominium nequit. Vt expresse habetur *l. Traditio 20. ff. de acquiren. rerum dom. Traditio nihil amplius transferre debet, vel potest, ad eum qui accepit, quā est apud tū, qui tradit. Si igitur quis dominiū in fundo habuerit id tradendo transfert, si non habuit, ad eum qui accipit, nil transfert.* Ergo res illas bona fide à fure accipiēs tenetur perinde ratione rei alienæ acceptę, ac si fundum alienū bona fide accepisset. At accipiens hunc tenetur oīno extantem restituere, & cōsumptū, quatenus est ditior factus, siue fur sit potēs, siue impotens ad restituēdum. Ergo idem prorsus dicēdum est de accipienti bona fide res illas vnico vsu consumptibiles. Tertio, quia nō transferri dñium harū rerum in furē, vel accipientē ab eo constat ex *l. Rogasti 11. ad fin. ff. si cert. pet.* ibi: *Fugitiuus ante, vel alius seruus contra*

tra voluntatem domini credendo, non facit accipiẽtis: quid ergo? Vnde ari nummi possunt, si extẽt: aut si dolo malo desinant possideri, ad ex b. naũ agi. Et *l. Nã & si fur 14. statim in princ. ff. eo. tit.* ibi: *Nam etsi fur nummos credẽdi aio dedi, accipientis nõ facit.* Atq; ideo *Gabr. 4. d. 15. q. 3. art. 3. dub. 5. propositione 3. vers. ex illis, Ang. sũma, ver. furtũ nu. 25. Sylu. verò restitutio 3. q. 6. d. & 2. vers. ex sexto tenetur participãs, Io. à Medina de restit. q. 10. immediatè ante §. Occurrit hic casus Couar. Regula peccatum 2. par. in initio, num. 2. Nauarra li. 3. de restit. c. 4. in nova editione p. 3. dub. 6. nu. 169. dub. 7. nu. 173. in initio. Sayro in claui reg. lib. 10. tracta. 2. c. 3. num. 9. Molina tomo 2. de iusti. disput. 330. col. 1. ver. contrarium tamen, & to. 2. p. 2. disp. 721. n. 1. in fine* dicunt nequaquam transferri dominiũ earum rerum in furem, vel accipientẽ ab eo, ac proinde accipientem à fure teneri eas restituere, ratione rei acceptę, instar accipientis domum alienam, quãuis fur non reddatur impotens ad restituẽdum. Atque *Couar.* ait contrarium esse falsissimum. Atque tunc solum est verum non teneri accipientem à fure manenti potẽti ad restituendum, quãdo fur effectus fuerat earum rerũ dominus per commixtionem talẽ cum rebus proprijs, vt discerni nequeât, iuxta *l. si alieni nummi, ff. de solut.* Vt bene tradũt *Gabriel, Syluester, Ioãnes à Medina, & Nauarra, eo. nu. 173.* Ex omnibus ergo adductis colligitur possessorem hunc bonæ fidei rerum vsu vnico consumptibilium furtiuarum nõ effici verum illarum dominum, ac subinde teneri ratione rei acceptę ad restituẽdas illas extantes vero domino; at si consumptæ sint bona fide, ad restituẽdum id quod loco illarum substituitur, nempe, id in quo factus est locupletior. Atq; nil prorsus refert ad eximendum illum hac obligatione, mãsisse furem potentem ad restituendum: sicut prorsus contingit in accipiente, & consumẽte bona fide res alias non cõsumptibiles vnico vsu. Quippe neutrorũ trãsfertur dominium. Esset autem maxima differentia inter vtraq; si res illæ vsu consumptibiles cõmixtæ essent cum rebus furis, ita vt discerni non possent. Quia cum tũc fur fieret illarum rerũ dominus, transferret vere dominium in accipientem, siue bona, siue mala fide accipiat, ac proinde hic accipiens vtpote qui rem alienam nõ possidet, non tenetur restituere, quãdo fur manet potẽs ad restituendum. Vt proxime diximus. At si res non sint vnico vsu consumptibiles, vt vestis, equus, &c. Cum nullatenus atro efficiatur dominus illarum, non transfert dominiũ in accipientem: ac subinde bona fide accipiẽs tenetur illas extantes restituere, quod si cõsumptæ sint, tenetur quatenus ex eis locupletior euasit, quantumuis fur maneret potens restituere, si vere non restituat. Nã in omnibus his casib. tenetur fur in priori loco restituere. Vt bene ait *Molina 3. tom. de iustit. part. 2. disput. 719. num. 1.* Nec obstat rationes contrariæ num. præcedenti adductæ. Nam prima tãtum probat rebus illis cõsumptis non manere ius domino ad petendas easdẽ res, sed similes: eo quod impossibilium nulla est obligatio. At manet ius petendi à possessore bonæ fidei id in quo ditior euasit. Atq; si argumentum vim vllam haberet, idẽ vtique probaret in alijs non vnico vsu consumptibilib. Si quis enim bona fide equum furtiuũ acciperet & ille perijt, non est ius domino petendi eiusdem equi, sed solius æstimationis petendæ, quæ potest reddi à latrone manenti potente ad restituendum: atque ita concluderetur illum bonę fidei possessorem non teneri restituere quatenus ditior factus est ex equo consumpto. Nec obstat etiam secunda ratio. Quia à veritate prorsus deuiat, pecuniam furtiuam non esse magis obnoxiã restitutioni quam aliam latronis propriam. Quippe illa est obnoxia, tãquam propria veri domini, & ita dum immixta manet, prępferretur in ea quibusuis creditoribus, quod secus contingit in propria latronis pecunia. Ad vltimum constat ex dictis.

35 Hinc deducitur optimę respondisse *Nauarram* cuidam cõscientiæ quæstioni, de qua se cõsultum testatur. *lib. 3. de restit. cap. 4. in noua editione part. 3. dubio 6. n. 171.* quæ est. Quidã quingentis aureis furtiuis vendidit bona fide equum, atque iis nondum commixtis cum suis pecunijs conscius fuit furti; ait enim bene *Nauarra ibi* teneri illum integros quingentos aureos restituere, nõ minus, quã si alienum equum bona fide emisset, & adhuc extaret; secus (inquit) si iam taliter cõmixti essẽt cũ suis, vt discerni nequirẽt. Quia cũ per commixtionem factus sit eorum dominus, nõ tenetur ratione rei acceptæ, vtpote qui rem alienam nõ habet nec factus est ex ea locupletior, tantum enim dedit, quãtum accepit, nec ratione iniustæ acceptionis; cum bona fide acceperit. Quæ omnia constant ex dictis nu. præcedenti.

36 Tãdem difficultas est, quid præsumatur in dubio, an possessor rei alienæ bona fide cõsumptæ, euaserit ex ea locupletior? Quidam existimant præsumi locupletiorẽ effectum. Quod nemo præsumatur res suas iactare, aut vane consumere, *l. Cũ de indebito, ff. de probat.* Cum ergo ille existimaret res illas esse suas, non præsumitur inutiliter cõsumpsisse sed in rem suam, ac proinde ditior effectus. Ita tenent Glossa quamuis sub obscure loquens, *l. Virũ 26. verbo Consumpsisset. ff. de petitione hæred. & ibi Angelus n. 4. idem Angelus l. Illud §. Prædo in fi. & l. Sed etsi lege, §. Quod autem, n. 1. ff. eodẽ tit. Anchar. consi. 5. nu. 5. Paulus cons. 247. In causa, quæ vertitur n. 6. in fine, vol. 1. Decius regula. Ex pœnalibus, nu. 5. versi. Dicis tamen, ff. de regulis iuris, & l. Certi condictio, §. Quoniam, n. 3. ff. de sententia, & re iudic. Felinus c. De quarta n. 31. restrictione 2. paulo post principium de præscription. Ruinus cons. 24. in fi. vol. 1. et cons. 29. in fi. vol. 2. Bartolomæus Socinus consi. 159. nu. 19. versic. Cum ergo vol. 2. Beroius cap. Grauis, nu. 47. in fi. de rest. spoliat. Gregor. Lop. l. 4. verbo Dellas. in fi. tit. 14. p. 6. Cæsar Vrsillus addit. ad Matthæum de Afflictis, decisione Neapolitana 240. nu. 5.*

37 Sed probabilius reputo eum non præsumi ditiorem. Ducor, quia vt ditior factus sit, nõ satis est illas res alienas cõsumptas esse in possessoris vtilitatem, potuere enim sic consumi, viuendo lautius, & splendidius, quam rebus illis non habitis vita transigeretur; & tunc cum in nihilo reperiatur auctum possessoris patrimonium, cessante bona fide; non dicetur factus locupletior. Vt expresse habetur, *l. Sed etsi lege 28. §. Si quis re sua, ff. de petit. hæred.* Atq; cũ frequentius cõtingat viuere lautius, existimando se amplius habere, id merito præsumetur; & sic non ditior effectus. Et hinc constat solutio rationis contrariæ. Præterea quia cum ille possideat potior est eius conditio in dubio. Non ergo existente re dubia est constringẽdus restituere, vt cõstringeretur, si præsumeretur ditior effectus. Et ideo hanc partẽ sustinẽt *Angelus sibi contrarius consil. 132. super primo puncto num. 2. in fine, & consi. 160. Domina Catherina in fine.* (Ita est in mea editione, nam varie citantur hęc consilia.) *Alex.* dicet aliquantulũ dubius *l. Mulier 22. §. Cum proponeretur in fine, ff. ad Trebellianũ. Ruinus sibi contrarius, consi. 204. nu. 15. vol. 1. Iason l. Nesennius 41. §. Fundum, nu. 4. ff. de sentent. et re iudic. Curtius Senior consil. 71. Princeps defunctus, num. 11. conclusione 7. Curtius Iunior consil. 6. nu. 26. in fine Fulgosius l. Sed etsi lege,* quã legis simul cum *l. At vbi defectus 21. §. Quod autem num. 1. ff. de petit. hæred. Ludouicus Gomez §. Actiones, n. 21. instit. de action. Additionator ad Baldũ de præscript. p. 4. quarta partis principalis, q. 35. ad finẽ. Menoch. de recup. possessione, remedio 15. num. 587. Cardin. Tuschus in suis concl. practicis, to. 4. cõcl. 492. nu. 78. in fine. Rebellus de iustit. a p. 1. lib. 2. quæst. 3. in fine.*

38 Ex quo deducitur, ad probandum hunc possessorem ex re aliena consumpta euasisse locupletiorem, non satis esse probare rem illam expensam in eius vtilitatem; sed vlterius probãdum esse, vtilitatem illam in eius patrimonio permansisse, ita vt tempore, quo bona fides cessat, inueniatur patrimonium ratione illius rei alienæ auctum. Constat ex ratione priori, & textu adductis n.

præ-

præcedenti. Et docent *Angelus co. conf. 160. in fi. Iason, Curtius senior; Ludouic. Gomez ibid. relati. Card. Tuschus eadem conclus. 490. nu. 6.*

39 Quare in hoc dubio, an extiterit locupletior, in neutro foro est obligandus restituere. Quia in neutro foro tenetur restituere, nisi quatenus est factus locupletior & cum in foro externo talis non præsumatur, standum est in foro conscientiæ hac fori externi præsumptione, dum contrarium in illo non constat. Vt probaui l. præcedenti cap. 10. num. 13.

SVMMARIVM.

An quoad obligationē restituendi fructus bona fide ex re aliena perceptos sit idem iudicandum in foro interno, & externo, nu. 40.
An stet aliquem effici verum alicuius rei dominum, & teneri illā restituere, & cui usui dominium hoc deseruiat, nu 41.
An possit dari bona fides absque titulo, nu 42.
An quando bona fides procedit ex facti ignorantia, præsumatur in dubio, quamuis titulus desit, nu 43.
Quid quando procedit ex iuris ignorātia? Refertur quadā sētā n. 44.
Explicatur sententia Authoris, nu. 45.
Fructus mera industria, ut sunt rerum usu cōsumptibiliū, sunt cuiusque possessoris, etiam malæ fidei. Et an seminans malæ fide triticum furtiuum, teneatur eius fructus restituere, nu 46. & 47.
Quid & quotuplex sint fructus, nu. 48.
In dubio, an magis natura, an magis industria operetur, an censendi sint fructus naturales, an potius industriales, nu. 49.
Quid si nec iudex, nec vir prudens id discernere possit, nu. 50.
An iuxta diuersā prudentiarū vsū iudicetur utrum plus operetur, n. 51.
An sit admittend. fructus ciuiles, & qui sint illi, nu. 52.
An reducantur ad fructus naturales, an ad industriales, nu 53.
Disputatur de aliquibus fructibus in particulari, an naturales, an industriales sint à nu. 54. vsque ad 59.
Operæ seruorum, & partus ancillarum, inter quos fructus numerentur, numero 60
Qui dicantur fructus percipiendi, & qui percepti, ad effectum ut eos lucrari possessor bonæ fidei valeat, nu 61.
Proponūtur textus iuris ciuis reddētes dubiā quæstionem, an attento illo possessor bonæ fidei faciat suos fructus ex re aliena perceptos, n. 62
Referuntur varia sententia, à nu 63. vsque ad 67.
Explicatur sententia Authoris, nu 68.
Quid si titulus sit inualidus, & iure reprobatus, nu 69.
Quid si possessor bonæ fidei, nec seminauit, nec seminare fecit, nu. 70.
An possessor bonæ fidei faciat suos fructus ciuiles, nu 71.
Improbantur Theologi dicentes fructus semper esse veri domini n 72.
Fructus siue naturales, siue industriales, si adhuc extēt, sūt restituendi à quouis possessore bonæ fidei n. 73. Et ibi explicatur, qua actione possint peti. Et qd si fructus illi sint cū alijs eiusdē possessoris cōmixti.
In dubio, an consumpti sint, cui probandi onus incumbat, nu. 74.
An possessor bonæ fidei teneatur fructus naturales consumptos restituere, nu. 75.
Quid de industrialibus? Refertur quadam sententia, nu. 76.
Explicatur sententia Authoris, nu 77.
Quid si fructus illi in tertium possessorem transierint, nu 78
An sit deducendus valor laboris, & industriæ, & expensarum, & an in his computanda sint peccata, quæ obiere. Et qualiter computētur quando pars fructuum consumpta est, num. 79. Et ibi remissiuè de fructibus meliorationum perceptis bona fide.
Quid attēto iure regio dicēdū sit de his fructibus, quoad dominiū, & restitutionē & explicatur l. regia 39. tit. 28. p 3. à n 80. vsq ad 86
An fructus illi præscribantur triennio, nu 87.
Quomodo præscribi possint fructus, quorū dominiū acquirit possessori, n 88.
An exigatur integrū triennium de momento ad momentum, nu. 89.
An bona mobilia, & fructus beneficij, præscribantur triennio, etiam contra Ecclesiam Romanam, nu. 90.
An hæc præscriptio exigat toto illo triennio fructus extare? Refertur quadam sententia, nu. 91.
Explicatur sententia Authoris, nu. 92.
An desideretur titulus in has præscriptione? Refertur opinio, n 93.
Explicatur sententia Authoris, nu. 94.
An præscripto fundo præscribantur quoq; fructus, etsi proxime percepti sint, nu 95.
Soluuntur argumenta, nu. 96.
Post num 96. sunt alia summaria.

40 QVæstio secunda. Qualiter possessor bonæ fidei teneatur ad fructus ex re aliena perceptos restituendos. Ad quæstionis huius enodationem oportet quædā fundamenta præmittere. Primum est. Quamuis quidā Doctores existiment diuersum esse censendum in foro externo, & interno, quoad horum fructuum restituēdorum de obligationem. Hi videntur esse *Ang. in summa, verbo fructus, nu. 1. Et ibi Syluest. q. 1. num. 2.* aiunt enim varias esse distinctiones circa hoc, quoad forum externum attinet, quæ foro conscientiæ non deseruiunt. Atque tenent expresse *Tabiena in summa, verbo. restitutio, q. 11. nu. 12. & ibi Armil. nu. 24. Nauarra lib. 3. de restitut. cap. 4. in noua editione. par. 3. dub. 3. num. 131. Ludou. Lopez. 1. instruct. conscientiæ cap. 246. col. 2. versi. sed iam his præmissis.* At dicendum est, idem prorsus censeri in vtroque foro, in hoc possessore bonæ fidei, quoad obligationem, aut de obligatione restituēdi fructus. Quia leges de fructibus ab hoc acquirendis, aut non acquirendis, tractantes sunt iustissimę, nec pręsumptioni innituntur. At quando forum externum nō fundatur in falsa pręsumptione, est idem in vtroque foro seruandum. Vt probaui lib. pręcedenti, c. 10. nu 11. Et ideo hanc partem sustinent *Couar. regula peccatum, 3. par. in initio, nu. 1. versic. sed tamen. Vasquez 1. 2. q. 69. art. 5. disp. 172. cap. 1. nu. 2.*

1 Secundum fundamētum. Stat quempiam effici verum alicuius rei dominum, & tamen teneri illam restituere. Cōstat, quia possidens rem subiectam restitutioni certo tempore, vt fideicommissum, fit verus illius rei dñs ante aduentum diei restitutionis. Vt probat *Bald. l. voluntas, nu. 10. C. de fideicom.* Et possessor maioratus fit verus illius dominus: cum tñ sit restituendus post illius obitum. Quod ex textibus, & Doctoribus probat *Molina lib. 1. de primog. cap. 19. à nu. 4.* Quod etiam cōstat ex *l. si duobus, 3. §. sed quia, C. communia delegatis,* vbi de re obligata restitutioni, sic dr: *Rem quam in suis bonis pure non possidet.* Vbi nō negatur esse in bonis, sed iure possideri, eo quod sit mixta restituendi obligatio. *Et l. non ideo minus 66. ff. de rei vendicat.* ibi: *Non ideo minus, quid nostrum esse vindicabimus, quod abire à nobis dominiū speratur.* Atq; ideo diuersa est, qō, ac seorsum à Doctorib. tractatur, an possessor bonæ fidei acquirat dominiū fructuum perceptorū ex re aliena & an conscius veritatis teneatur eos restituere. Quare seorsum quoque vtramque quęstionem discutiemus. Quod si quęras cui vsui dominiū id deseruiat respectu fructuū? Videtur enī frustraneum: nam siue concedamus, siue negamus dominium fructuū possessori bonę fidei; tenetur oēs extantes restituere, & iuxta veriorem sniam infra explicandam tenetur fructus industriales cōsumptos restituere, quatenus est factus locupletior etsi vere fiat illorum dominus, non aliter quam tenetur naturales consumptos, quorū non fit dominus. Dic cū *Paulo l. si fundum, 17. ad fin. C. de rei vendic.* vbi allegato *Io. Andrea* ait dominium hoc deseruire, vt si bona fide durāti possessor fructus alienet, nequibit emptor à domino molestari. Præterea deseruit varijs actionibus in foro externo concessis. Nam quando possessor fit dominus fructuum, non datur rei domino vindicatio illorum fructuum, sed alia actio ad fructus petendos: at quando non fit verus dominus, datur rei vendicatio.

2 Tertium fundamentū. Quamuis aliquibus Doctoribus, quos referunt Doctores allegandi, videatur impossibile posse dari bonam fidem absq; titulo: at re vera pōt dari. Constat quia præscriptio nunquam absq; bona fide datur: at quandoque procedit absque titulo: vt passim tradunt Doctores. Ergo potest dari bona fides absque titulo. Præterea, quia multi Doctores (vt videbimus, nu. 68.) asserunt possessorem bonæ fidei cum titulo, lucrari fructus naturales, secus quando illo caret. Ergo posse dari bonam fidem absque titulo sentiunt. Et vltra illos tradūt *Gl. §. si quis à nō domino, verbo iusta, inst. de rer. diuis. & ibi Faber, nu. 2. Ang. nu 2. in princ. Pechard. n. 14. in fi. Couar. reg. possessor 2. p. § 7. n. 1. Io. Garzia de expēsis, c. 23. n. 37. Spina Speculo test. gl. 13. principali, n. 50.* Atq; varia huius rei exempla affert *Couar.* Vt si

quis

quis bona fide possideat rem, falsò credens sibi donatam, vel legatam esse, caret omnino titulo, & habet bonam fidem.

43 Quartum fundamentum est, si bona fides consurgat ex facti ignorãtia, præsumitur vtique in dubio. Cõstat ex *l. verius, ff. de probat.* & ex *l. penult. C. de præscr. p. longi temp.* & tradunt *glo. c. Sanctorum, verb. Syncere, & c. si diligenti, verbo bona, & c. finali, verb. bon e. de præscrip. & l. bonæ fidei 110. verb. aliena ff. de verb. signif. Dynus regula, Qui contra iura 82. n. 5. de reg. iur. in 6. Ant. c. grauis, n. 12. de restit. spoliat. & ibi Berous, n. 19. Curtius senior consil. 71. concl. 1. Conar.* alios referens *reg. ult. possessor 2. p. §. 8. n. 2.* Immo multis relatis contra alios, quos ibi allegat, respondens textui, cui illi innituntur tradit *Conarr. ibidem* hanc bonam fidem præsumi, etsi possessor ille careat titulo. Quod idē tradit *Curtius iunior conf. 28. n. 4.*

44 Quando autem ex iuris ignorãtia oritur bona fides, nõ modica est difficultas, an ea bona fides præsumatur. Quidam sic distinguunt, aut ius id ignoratum resistit actui, quia, nempe, illũ fieri interdicit, & tunc ex illius ignorãtia præsumitur mala fides. Aut id ius nec assistit, nec resistit, nempe, quia illum non interdicit, & tamen non fouet. V. g. testamentũ minus solēne non interdicit iure fieri, ac sic facto nullum adminiculum præstat, ac proinde valore carebit. Atque ex huius iuris ignorãtia, nec psumitur bona fides, nec mala, sed quoddam inter vtramque medium. Ducuntur ex *l. sed et si lege 25. §. scire, in fine ff. de petitione heredit.* ibi: *Et non puto hanc esse prædonem, qui dolo caret, quamuis in iure erraruit.* Ita docent *Bart. eo. §. scire, nu. 4. Abbas c. grauis, nu. 17. de restit. spol. & ibi Berous, nu. 21. in fi. & num. 22. in princip.*

45 At existimo ex vtraque iuris ignorãtia præsumi malã fidē. Quod lex huic ignorãtię resistat. *Regula Ignorantia 13. de reg. iur. in 6.* ibi: *Ignorantia facti, non iuris excusat.* Et *regula Qui contra iura 82. eod. tit. & lib.* ibi: *Qui contra iura mercantur, bonam fidem non præsumuntur habere.* Ergo quoties attentis circũstantijs claritatis, vel obscuritatis iuris, & ruditatis aut sciētię psonæ ignorãtis, res manet dubia an fuerit bona, an potius mala fides, præsumitur mala. Et ið iure optimo *Abb. c. si diligenti, n. 24. de præsc.* dicit esse sibi valde dubiam præcedentem sñiam, nec eã probari ex *eo. §. scire.* Quia non deciditur ibi errantem in iure non præsumi malæ fidei, sed non esse prædonē, quia dolo caret. Et ita in hanc partē valde inclinat *Abbas ibi.* Et expresse tenent *Ant. c. grauis, n. 11. de rest. spoliat. & ibi Imola nu. 3.* dicentes, n. bonam fidem procedentem ex errore iuris nõ resistentis, nec assistentis, fat esse ad acquirēdos fructus subdunt ignorantiam huius iuris nõ assistentis probandam esse, eo quod illius sciētia præsumatur. Et *Dynus ea. reg. Qui contra iura, n. 5. & Alex. cons. 50. nu. 20. vol. 1.* absolute aiunt non præsumi bonam fidem, quando ex iuris ignorantia prouenit.

46 Quintũ fundamentum. Non agimus in præsenti de fructib. rerum vsu consumptibilium, quæ sunt materia mutui, vt sunt numi, triticũ vinum, &c. Quia hūiũi res sunt per se omnino steriles, quare fructus ex illis percepti, nullatenus sunt earum fructus, sed meræ industriæ humanæ, negociatione acquisitis illis tanq instrumētis fructus. Et ideo vsura committitur, si ob harũ rerũ vsum alicui permissum exigatur lucrum; quod in reb. ex se fructiferis, vt in domo, fundo, &c. secus cõtingit. Non (inquã) agimus de his fructibus; quia manifestissimũ est fructus hos ita acquiri à quocumque malæ fidei possessore, atq; prædone, vt nil prorsus ex illis restituere teneatur, præter solum lucrũ cessans, aut damnũ emergēs, si id vero domino sequutum sit. Quod docuit *D. Th. ab vniuersis receptus 2. 2. q. 78. ar. 3.* Et expresse deciditur *l. penult. C. si quis alteri,* ibi: *Qui aliena pecunia cõparat, non ei cuius numi fuerint, sibi tamen actionem competere, quam dominium; si ei tradita fuerit possessio, quærit.* Idem etiam expresse habetur *l. si ex ea 6. C. de rei vend. & l. Regia 49. usus. §. 5.* Tractamus ergo de fructibus rei ex se fructiferæ, vt domus, fundi.

47 Ex quo deducitur, siue bona, siue mala fide, seminet quispiã frumentũ furtiuũ in suo fundo, illi acquiri vniuersos fructus, & solũ triticũ furtiuũ restituendũ dño, & damnũ inde subsequutũ ex furto, si possessor malę fidei fuerit. Cõstat ex *§. si Titius, inst. de rer. diuis.* ibi: *Eadē ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur.* Et *l. qui scit 25. ff. de vsur.* ibi: *Nec refert ipse an suis eos seuerit. Quia oīs fructus nõ iure seminis, sed iure soli percipitur.* Et paulo inferius. *Quoniã in percipiẽdis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur quam seminis, ex quo oriuntur, aspicitur. Et nemo vnquã dubitauit, quin si in meo fundo frumentũ tuũ seuerim segetes, & quod ex messibus collectum fuerit, meum fieret.* Et fatentur vniuersi.

48 Sextum fundamentum. Fructus, de quib. in præsenti est sermo, sic definiuntur à *Iurisconsulto, l. si à patre 39. in fi. ff. de petit. hered.* sunt illi, qui ex re fructifera percipiuntur deductis expensis, quæ gratia illorũ quærendorũ, colligendorum, & conseruandorum fiunt, etiã si possessor sit prædo. Idem habetur *l. Regia 4. tit. 14. p. 6.* Hi aũt quidã sunt merè naturales, qui nimirũ, sua spōte nascuntur absq; vlla hominis industria, vt herba, & multi fructus syluestres. Alij autē sunt naturales mixti, in quibus, scilicet, vltra naturam operãtem interuenit aliqua hominis industria. Et hi quidem à prævalenti denominãtur; si enim magis industria, quam natura operetur, dicuntur simpliciter industriales; si autem è contra plus natura, dicuntur simpliciter naturales. Quippe à prævalenti denominatio sumitur. Vt in hermaphrodito deciditur, *l. quæritur 10. ff. de statu homin.* Quo circa prævalens consideratur à iure vt principale, reliquum autem vt accessorium; & sicã prævalenti denominatio sumitur. Constat ex *l. fructus percipiendo 45. ff. de vsuris,* vbi *Iurisconsultus* poma collecta, aut sua sponte cadentia, appellat fructus naturales reddita hac rõne: *Quia non ex facto eius in fructus nascitur.* Atque parta serendo appellat fructus industriales, eo quod operis, & industria hominis acquirantur ibi: *Quod suis operis acquisierit, veluti serendo.* Et ita tradunt *Cynus l. certum, nu. 2. C. de rei vendic. & ibi Salic. nu. 1. Bart. l. & ex diuerso 36. in princip. nu. 2. ff. de rei vendic. Anton. c. grauis, n. 8. de restit. spol. & ibi Abb. nu. 3. Anchar. nu. 5. Bal. nu. 10. Imola, nu. 11. Berous nu. 9. Bellamera n. 43. Ang. §. si quis à non domino, nu. 3. in insti. in st. de rer. diuis. Fulg. l. fructus non modo 34. in princip. n. 6. ff. de rei vendic. Curt. senior cons. 71. princeps defendenti, nu. 7. concl. 3. Igneus l. 3. §. si condi tioni, nu. 39. ff ad Syllan. Aret. cons. 159. nu. 2. Rosella in sum. verb. Restitutio 7. nu. 19. ad fin. Ang. in sum. verb. fructus, in initio, & ibi Sylan in tit. Tabab. q. 1. nu. 2. Couar. l. 1. var. c. 3. n. 6. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 592. & de arbit. l. 2. cēt. 3. casu 210. n. 2. 3. 4. 19. & 20. Io. Garzia de expensis, c. 23. n. 7. Lorothus de fructib. & expēsis, axiomate 16. Castillo de vsufructu l. 1. c. 36. n. 52. 53. & 59. & 60. Gutt. de tutelis 3. p. c. 23. n. 1. Pichar. d. §. si quis à nõ domino, nu. 7. Lud. Lop. 1. instruct. cõscientiæ, c. 236. paulo post prin. Rebellus de iust. p. 1. l. 2. q. 4. n. 2. Molina 0. 3. de iust. p. 2. disp. 719 nu. 2.* Quare reijcienda oĩno est sententia *Corrasij lib. 3. miscellaneorum iuris, c. 9.* vacãtis commentitiã hãc fructuum industrialium denominatione. Quem latissimè impugnat *Menoch. eo. casu 210. à nu 6. vsque ad 18.*

49 Quando verò dubiũ fuerit, an natura, an industria plus operetur, & subinde, an naturales, an potius industriales fructus sint appellandi, id iudicis arbitrio definiēdum est. Et ita docent *Cynus, Bartolus, Salicetus, Antonius, Abbas. Anchar nu. 6. Berous, Bellamera, Angelus in summa, Sylnest. Tabiena. Conar. Ioan. Garzia, n. 8. Menochius dicto remedio 15. nu. 552. & dict. casu 210. nu. 19. & 20. Guttier. Ludou. Lop. Rebellus. Molina vbi eos, nu. præcedenti relati.* Atque in foro conscientiæ id arbitrio prudentis est relinquendum. Vt optime docet *Rebellus ibidem.* Atq; id non obscure significarunt *Angelus in summa, Sylnest. Tabiena, n. præced. relati,* dum aiunt arbitrio prudentis relinquendum; nec iudicis meminere.

50 Quod si ita natura & industria cõcurrerent in ijs fructibus,

ctibus, vt nec index, nec vir prudēs discernere valeant, vtra magis cōcurrat, de nominādi sūt potius fructus naturales a natura, q̄ industriales ab idustria. Quia cōcurrētibus naturali & accidētali ratione est semper ceteris paribus rō naturalis spectanda, l. qu. habet. ff. de tutel. Ita Berous c. grauis, n. 9. vers. Nonnulli etiam, de restit. spoliat.

51 Magis autē operari naturā, quam industriā, aut ē cōtra, est diuersimodē iudicandū in diuersis prouinciis, iuxta illarum qualitatem, & vsum. Nam idem fructus alicubi sponte nascitur, alibi aūt industria, & labore. Ita Bar. A... Bellam. ... Gre... nu. 8. vbi cos retulit, nu. 48.

52 Aliqui DD. vltra fructus naturales, & industriales admittunt alios, quos vocant ciuiles, qui ita dīr, eo q̄ non verē ex ipsa nascuntur, sed hois industria, pp re, id est, rei vsum iure ciuili percipiuntur. Hmōi sunt redditus domus, merces seu mercedes iumenti operæ serui, l. si nauis 62. ff. de rei vindic. & l. domū 5. C. eo. tit. Nō appellātur autē naturales, aut industriales, eo q̄ nō sunt verē, & ppriē fructus, sed fictē. Vt cōstat ex l. Pred orū 36. ff. de vsuris, ibi: Prædiorū urbanorū pensiones pro fructib. accipiuntur. Dīr aūt ciuiles, q̄ ius ciuile hāc fictionē induxit, vt loco fructuū habeātur. Atq; hmōi fructus admittūt Bar. n. 1. Aug. Abb. Anchar. n. 5. Berous Bellam Aret. n. 3. Loriothus, Ang. Syluest. Tabiena, lo. citatis, vbi eos allegauit, n. 48. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 6; 3. Bi idum. §. si quis à nō dom no. n. 13 inst. de rer. diu. f. & ibi Pichard. n. 7. Baeza de decima tutorum c. 2... n. 3. & 29. Vursembecius cōs. 29. n. ... vol. 1. Farbosal. d vor io 8. 6. si vir. nu. 38 in fi. ff. sol. matr. Molina to. 3. de iust. p. 2. disp. 719. nu. 2.

Alij vero appellant commentitiam hanc fructuum ciuilium denominationem, eosque reducunt ad fructus naturales, aut industriales, iuxta dicenda nu. seq. Tum quia nullo iure denominatio hęc probatur. Tum etiam quia omnes fructus, qui non sola natura, & fua sponte nascuntur, proueniunt ex hominis industria; atq; adeo omnes fructus reducuntur ad naturales, aut industriales, iuxta id quod prætulet. Et hoc potius mihi placet. Et ita tenēt Copus de fructibus l. 1. tit. 2. c. 3. n. 2. Menoch. mutans sententiam de arbitrarijs, l. 2. cent. 3. casu 210. nu. 29. Guttier. de tutelis p. 3. c. 23. num. 5. & 6. Castillo de vsufructu, l. 1. c. 36. à nu. 64. vsque in finem.

53 Ad quos aūt fructus reducātur hi ciuiles, discordant authores. Quidā ad industriales reducūt. Qd hois industria in domibus & alijs rebus locādis petatte. Ita Bar. l. vlt. ad fin. ff. de iure fisci. Imola c. grauis, in fi. de rest. spol. Alex. conf. 30. n. 15. vol. 1. Couar. l. 1. var. c. 3. n. 6. Pinellus l. 2. p. 2. c. 4. n. 52. C. de rescind. vend. Claud. us Cantiuncula. §. si quis à non domino, paulo post princ. instit. de rer. diuis. & ibi Mysingerius, n. 7. Vincēt. Carocius de locato, & conducto, q. 1c. n. 9. Menoc. de arbitr. l. 2. cēt. 3. casu 210. n. 27. & 28. Guttier. de tutelis p. 3. c. 23. n. 2. & in initio. Card. Tuschus in suis cōclusionib. practicis. to. 4. cōcl. 485. n. 8. Lud. Lop. 1. p. instruct. consc. ientiæ c. 236. paulo post princ. Nau. lib. 3. de restitu. in noua edit. c. 4. p. 3. dub. 3. n. 151 limitans, qn̄ res locatæ indigēt reparatione. Imò Bald. Traditio, in fi. C. de actionib. empti, eos appellat industrialissimos. At Castillo l. 1. de vsufructu c. 36. n. vlt. hoc reprobat. Quia etsi in pdictis industria hoīs versatur; at quia id non fit coopērāti natura nequeunt dici industriales. Verū non est à communi sententia recedendum. Quamuis enim verē, & propriē nequeāt dici fructus, & sic nec naturales, nec industriales; reducuntur tamē ad industriales, Qd magna industria in domibus ædificandis, & reparandis, locandis, & censibus constituendis versetur.

54 Rursus de alijs fructibus est dissidium inter DD. an naturales, an industriales sint potius dicendi. Atque lac inter fructus naturales numerant Igneus l. 3. § si cō stitueni, nu. 38. ff. ad Syllan. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 577. Curtius Burgensis l. 2. coniecturarū ad fra. c. 44. Pinellus l. 2. p. 1. c. 4. n. 52. C. de rescind. vēd. Rebel. de iust. p. 1. l. 2. q. 4. n. 2. At dicendū est numerari inter fructus industriales. Quia nō modica hois industria, & cura in ouibus pascēdis, & custodiēdis versantur ad lac producēdum. Et ita tenent gloss. §. si quis à non domino, verb. & cura, instit. de rer. diu. f. Azor in sum. tit. de rei vindic. nu. 19. Bart. Aut. Abbas, Bald. Anchar. num. 6. Berous. nu. 14. Bellam. Imola, Fulgos. n. 5. Ang. in summa, Syluest. Tabiena vbi hos omnes nu. 48. retuli. Aser Ang. l. Et ex diuerso, in princ. n. 4. ff. de rei vind. ic. Platea eo. §. siquis à nō domino nu. 66. Loriothus de fructib. axiomate 17. Menoch. l. 2. de arbitrar. cent. 3. casu 210 nu. 26. Bachouius quem refert & sequitur Guttier. de tutelis p. 3. c. 23. nu. 3. Cardin. Tuschus in suis conclus. practicis to. 4. concl. 485. nu. 5. Et à fortiori caseus, qui ex lacte ipso coagulatur, est fructus industrialis. Vt bene tradūt Berous, Ang. in sum. Sylucst. Tab. ena ibidem. Molina to. 3. de iust. p. 2. d. sp. 719. nu. 2.

55 De lana est eadē difficultas. Nā Igneus, Curtius Burgensis, Pinellus, Menoch. ubi sup. remedio 15. n. 577. Rebellus allegati nu. praceden., dicūt numerari inter fructus naturales. Sed verius est esse inter fructus industriales numerādam; ob rationem nu. præcedēti traditam. Et docent gloss. Azor. Bart. A... Aub. ss, Imola, Anchar. Berous, Bellamera, Fulgos. Loriothus, Bachouius, Guttier. Cardinalis Tusch. allegati, vbi num. proced. relate sunt. Ang. l. Et ex diuerso, in principio, nu. 4. ff. de rei vindic. Rosella in summa verbo Restitutio 7. num. 19. in fin. m. Menoch. eod. casu 210. nu. 26. Molina nu. præcedenti relatus.

56 Vuas appellant fructus naturales, Curtius Burgensis, & Pinellus relati nu. præcedenti. Baeza de decima tutorum c. 11. n. 29. fed falso allegato pro se quandā glos. & Cyni. Rebellus allegatus nu. 54 & pōt probari ex l. fi eius 37. ff. de rei vindic. vbi vuæ distinguuntur à vino. At dicendū est esse industriales. Quia experientia est satis compertum, nimia cultura vineas indigere, vt vuas producant. Nec obstat ead. l. si eius, procedit. n. ea distinctio, quoad fructuum perceptionem, non aūt quoad distinctionē naturalis, & industrialis. Atque ita docēt Cynus l. certum 22. nu. 1. C. de rei vind. & ibi Salicetus, nu. 1. Cœpola conf. ciuil. 2. n. 9. to. 1. Berous c. grauis, nu. 10. de rest. spol. Fulgos. l. fructus non modo 34. in princip. num. 4. ff. de rei vindic. Loriothus de fructibus, axiomate 17. Guttier. de tutelis 3. p. c. 23. n. 10. Et à fortiori vinum est fructus industrialis; vt innuitur d. l. si eius. Et tradunt glo. cap. grauis verb. fructus, de restit. spol. & ibi Hostien. vbi Salicetus proxime relat. Speculator. tit. de fructib. & interesse § sc. as igitur statim in principio. Ber. cōs. 125. n. 2. vol. 1. idem Bar. Anton. Abbas, Berous nu. 10. Imola, Bellamera, Ang. in sum. Aret. Rosella, Sylu. Tabiena, Loriothus axiomate 17. Guttier. nu. 7. & 8. Castillo n. 53. Menoch. eo. casu 210. à n. 21. vsque ad 23. vbi eos retulit n. 48. Cœpola consi. ciuili 25. n. 9. to. 1. Paulus l. certum 22. nu. 1. C. de rei vend. Alex. conf. 129. n. 1 vol. 4. Campegius de dote p. 1. q. 7. nu. 2. Monaldus in sua summa, verb. fructus. Salicetus in princip. Menoch. de recup. possess. remedio 15. nu. 192 Mysingerius §. si quis à non domino, nu. 7. instit. de rer. diuis. Card. Tuschus d. conclus. 485. nu. 2. Molina nu. praced. relatus.

57 Oliuas appellat fructus naturales Loriothus allegatus nu. præcedenti. At cum experientia doceat, quando labore, & cultura indigeat, dicendum est esse fructus industriales. Quod docēt Bart. d. l. si eius, 37 nu. vnico. ff. de rei vindic. Alex. l. penultima, in fine princ. in ff. ad leg. Falcid. & conf. 129. nu. 2. vol. 4. Fulgos. in l. fructus non modo 34. in princ. nu. 4. ff. de rei vindic. Imola, Salicetus, Anch. n. 6. Bellamera, vbi eos retuli num. 48. Angel. l. Et ex diuerso, in princ. nu. 4. ff. de rei vindicat. & §. si quis à non domino in initio, instit. de rerum diuis. Campegius, Cœpola, Cardinalis Tuschus, vbi allegati sunt n. praced. Atque à fortiori oleū ex ipsis expressum est fructus industrialis, vt colligitur ex d. l. si eius. Et docent Bart. conf. 125. num. 2. vol. 1. & l. penultima, in fi. ff. ad leg. Falcid. idem Bar. Antonius, Salicetus, Berous, n. 10. Aret. Mysingerius n. 7. Guttier. nu. 11. Castillo n. 55. Menochius eo. casu 210. n. 25. & eo. remedio 15. n. 591. Loriothus de fructib. axiomate 17. vbi eos n. 48. allegaui. Alex. eo. conf. 129. n. 2. Monald. & Rosel. citati nu. praced. Quare non sunt audiendi Curt. Burgen. & Pinellus alleg. nu. 54. dicētes oleū esse fructum naturalem, ... Segetes,

58 Segetes, & omnia quæ seminantur, sunt fructus industriales. Quod ingens labor in eis seminandis, & colligendis, & terra excolenda impendatur. Id enim cōstat ex *l. fructus percipiendo 45 ff. de vsuris*, ibi: *Quod suis operis acquisierit, veluti seminando*. Et tradunt *Bal. c. grauis nu. 10. de restit. spol. Cæpola consil. ciuili 25. nu. 9. tom. 1. Pichardus. §. si quis à non domino, num. 7. instit. de rer. diuis.* Et à fortiori farina ex fructibus seminatis confecta est fructus industrialis. Vt ex se constat. Et tradunt *Menoch. de arbitrariis, l. 2. centuria 3. casu 210. num. 24. Gutierrez de tutelis p. 3. cap. 2. num. 9.*

59 Circa animaliū fœtus, quidā dicūt eos numerari inter fructus naturales. Idque colligunt ex *l. penultima, ff. de peculio, & ex l. denique 8. §. interdū, ff. de peculio legato*: Ita tradūt *Bal. l. Ancillæ 2. nu. 13. vers. sed dubitatur, c. de furtis. Ignæus l. 3. §. si conditionum, n. 38. ff. ad Syllan. Pinellus l. 2. p. 2. c. 4. nu. 32. C. de rescind. vendit. Menoch. de recup. poss. remedio 15. n. 577. Cardinalis Tuschus in suis concl. practicis, to. 4. cōcl. 485. n. 13*, At *Loriothus de fruct. axiomate 17.* appellat eos industriales. At opime *Ioan. Garzia de expensis c. 23. n. 8.* quæstionem hanc dirimit, dicitq; certam regulam præscribi non posse. Quia in aliquibus regionibus sponte proueniunt, & per montes, & syluas producuntur absque hominis industria, & tunc sunt fructus naturales. In alijs verò, vt agni concipiantur, oportet mutare pascua, ac oues hybernos & æstiuos saltus, & montes desiderant, quo ducantur, & reducantur. Et tunc erunt industriales. Atque de prioribus intelliguntur textus in contrarium allegati.

60 Tandem, quamuis operæ seruorum non sint propriè fructus naturales, nec industriales, sed inter ciuiles numerari soleant. Vt bene ait *Beroius c. grauis nu. 15. de restit. spoliat.* at magis accedunt fructibus naturalibus, ac inter eos sunt cōputādi. Quod in operis seruorū quæren dis non verseur industria. Ita *Bar. con f. 125. nu. 3. vol. 1. Cardinalis Tuschus ea conc. 485. n. 14.* Similiter quamuis partus ancillarū non numerentur inter fructus, *l. vetus 75. ff. de vsufructu. & §. In pecudum, instit. de rer. diuis.* At quoad rē præsentē de restitutione attinet, cōnumerātur inter fructus rei, vt distinguitur à fructibus meræ industriæ. Vt bene docet *Molina to. 3. de iust. p. 2. disp. 719. n. 2.*

61 Vltimum fundamentum. Fructus quidam sunt percipiendi; alij autem sunt percepti. Percipiēdi dicūtur, qui adhuc in arbore pendent. Et de his non agimus in præsenti; quia constat eos nullius possessoris bonæ fidei esse, sed si ante eorū perceptionem cesset bona fides, erūt domini fundi. Quippe dū percepti non sunt, reputātur pars fundi, & ideo ad illius dominum pertinent. Vt cōstat ex *l. fructus pendētes 45. ff. de rei vindicat.* ibi: *Fructus pendentes pars fundi videntur.* Vbi *glossa verb. Pars*, ait id in eadem vindicatione, fundum, & fructus illos venire, propter vnitatem, *l. Iulianus §. si fructibus, ff. de actio. empt. & l. cum filius, §. Dominus, ff. de leg. 2. & l. Si seruus communis. §. Locaui, ff. de furtis.* Atque hoc est verum, quamuis fructus illi sint maturi, & proxime colligendi, non enim quoad hunc effectum reputātur collecti, sed sunt adhuc pars fundi, vt clarè probat textus in *l. fin. §. penult. ff. quæ in fraudem credit.* Et tradunt *Claudius Cantiuncula, §. si quis à non domino, paulo post principium inst. de rer. diuis. Barbosa l. Diuortio 8. §. interdum, n. 5. ff. solut. matrim.* Dicuntur autem percepti ad eum effectum, vt bonæ fidei possessor illos acquirere valeat, quando sunt à solo separati. Cōstat ex *l. qui scit 25. ff. de vsuris*, ibi: *Ad bonæ fidei autē possessorem pertineant, quoquo modo à solo separati fuerint.* Atq; ideo siue ab ipso possessore percepti fuerint; siue ab alio suo noīe, aut non suo nomine, dūt ab ipso percepti. Vt probat generalitas eorū verborum textus citati. *Quoquo modo.* Idque etiam expresse probat, *l. si vsufructuarius 13. ff. quib. modis vsusfructus.* Nā prius dicit oleā per se decidentē nō fieri fructuarij; sed fructus, quos per se percipit. Et statim addit hæc. *Bonæ fidei autem possessoris mox, quam à solo separati sunt.* Vbi *glo. finalis* ait, à quocūque, vel cuiuscumque nomine. Et idem tradunt *Cynus, l. Certum 22. num. 1. C. de rei vindic. Bart. l. Et ex diuerso, in principio, nu. 3. ff. eod. tit. & ibi Angel. n. 1. & 4. Antonius cap. Grauis, num. 9. de restit. spoliat. & ibi Bellamera, nu. 16. paulo post princ. pium. Baldus l. 2. nu. 3. vers. Nota quod post litem, C. de fructibus, & litium expensis, Salicetus l. Qui scit 25. §. In alieno, in fi. ff. de vsuris. Portius §. Si quis à non domino, nu. 27. versic. In ea glossa, in fine inst. de rerum diuis. Loriothus de fructibus, axiomate 22. in fi.* Atque idem est dicendum, etsi fructus illi casu ex arbore deciderint. Vt probat vterque textus allegatus. Et tradunt *Bart. & Loriothus eod. loco* Quod si petas, quando dicantur fructus à solo separati, id explicat textus *d. l. Si vsufructuarius, in fi.* ibi: *Labeo ait fructum percipi, si spica, aut fœno cesso; aut vua adempta, aut excussa olea, quamuis nondum tritum frumentum, aut oleū factum aut vindemia coacta sit.*

62 His ergo præmissis, difficultas grauissima est. An possessor bonæ fidei faciat suos fructus, siue naturales, siue industriales, durāte bona fide perceptos? Quæ prius est disputanda attento iure communi, & deinceps attento regio Castellæ iure. Et quidem iure communi attento, maximā dubitādi ansam præbent textus, qui ex diametro inter se pugnare videntur. Quidā enim omnes fructus tribuunt huiusmodi possessori; vt *l. Bona fidei 48. ff. de acquir. rerū domin.* ibi: *Bona fidei emptor, nō dubiè percipiendo fructus ēe ex aliena re, suos interim facit; non tantū eos, qui diligentia, & opera eius prouenerunt, sed oēs; quia quoad fructus attinet, loco domini pene est.* Et *l. Qui bona fide 23. ff. eod. tit.* vbi de seruo alieno, aut libero possesso bona fide, sic dī: *Sed etsi quid ex operis suis acquisierit, simili modo ei acquirit. Nā & opera quodāmodo ex re esse cui seruit, habentur. Quia iure ei operas exhibere debet, cui bona fide seruit.* Et *l. Qui scit 25. vers. Porro, ff. de vsuris*, ibi: *Porro bona fidei possessor in percipiēdis fructibus, id iuris habet, quod dominus prædiorū tributum est.* At dñs oēs fructus sibi acquirit. Et *§. Si quis à non domino, inst. de rerum diuis.* ibi: *Si quis à non domino fundū bona fide emerit, vel ex donatione, aliave iusta causa aque bona fide acceperit, naturali ratione placuit fructus, quos perceptt, eius esse pro cultura, & cura; & ideo si postea dominus superuenerit, & fundū vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere nō potest.* Vbi generaliter id de omnib. fructib. tradit. At his opponitur fortiter textus *l. Fructus pcipiēdo 45. ff. de vsuris*, qui solos fructus industriales tribuit possessori bonæ fidei, ibi: *Fruct. pcipiēdo vxor, vel vir, ex re sibi donata, suos facit, illos tātū, quos operis acquisierit veluti serēdo: nā si pomū decerpserit, vel ex sylua ceciderit, nō fit eius, sicut nec, cuiuslibet bona fid. pos. Quia nō ex facto eius is fructus nascitur.*

63 Sūt igitur variæ sententiæ desumpta occasione ex hoc sū textuū varietate. Prima asserit possessorē bonæ fidei facere oēs fructus consumptos suos, quando contractu oneroso eos acqsiit; atq; ita ait procedere textū *l. Bona fidei, ff. de acquir. rerū domin.* secus autē, qñ titulo lucratiuo, vt donatione; tunc eī industriales cōsumptos lucratur, & naturales tenetur restituere, quatenus est factus locupletior; & sic dicunt procedere textū in *l. Fructus percipiēdo, ff. de vsuris.* Nec obstat *§. Si quis à nō domino, inst. de rerum diuis.* vbi dī hunc facere fructus cōsumptos suos, tā ex donatione, quā ex emptione acquisitos. Quia loquitur de fructib. industrialibus. Vt cōstat ex rōne subiuncta in textu, ibi: *eius esse pro cultura, & cura.* Et probatur hæc snīa, quia rō naturalis suadet hāc differentiā, longe eī diuersa rō est inter fructus cōsumptos bona fide ex re donata, & ex re aliena empta; siquidem eodem pretio posset emptor illā emere aliā re non vitiosam, sibi fructus afferentem. Nec æquitas patitur, vt ementi, ac possidenti bona fide, cesset potius lucrum, quam domino rei; cum melior sit conditio possidentis bona fide. Hāc sustinēt *Curtius Burgēsis l. 2. coniectura. 11. ad fi. ac. c. 44.* & ferè idē tenet *Loriothus de fructib. axiomate 47.* vbi ait hūc nō facere fructus suos, qui sunt naturales, nisi esset emptor bonæ fidei, & cōsumptos nō teneri restituere, nisi quatenus ditior euasit. Et axiomate

48. ait industriales facere suos sed reuocabiliter, & sic extantes teneri restituere; at consumptos tantum, quatenus est factus locupletior. Et hanc sententiam dicit nõ esse improbabilem, *Rebellus de iustit. p. 1. lib. 2. q. 4. nu. 9.*

64 Secunda sent. sustinet hũc possessorem teneri in foro conscientiæ restituere omnes fructus naturales extantes; at consumptos solum quatenus ditior euasit; at industriales teneri omnes restituere, deductis labore, & expẽsis. Ita *Nauar. lib. 3. de restitut. c. 4. in noua editione p. 3. dub. 3. n. 151.* Idque hac sola ratione probat, quod res domino fructus producat. Atq; ideo fructus industriales eius debent esse, cuius est dominium rei.

65 Tertia sententia tuetur nullum esse discrimen in foro conscientiæ inter possessoré bonæ, & malæ fidei, quo ad fructus perceptos consumptos restituendos, sed vtrumq; teneri eos integré restituere & solum esse discrimen, quoad fructus, qui adhibita debita diligentia percipi poterãt, a quibus restituendis excusatur bonæ fidei possessor, eo quod culpa vacarit; non autem possessor malæ fidei, eo quod in culpa fuerit. Ducitur aũt, quia iure naturæ tenetur quilibet rem alienam integré restituere. Cum ergo res illa cum fructibus sit aliena, est integré cum omnibus illis restituẽda. Sic tenet *Tabiena in summa, verb. Restitutio q. 11. nu. 12* ad quem locum se retulit *verb. fructus q. 2. nu. 3.* vbi relata sententia contraria dicenti tantũ teneri hũc restituere, quatenus est factus locupletior, ait verius esse, quod in prædicto loco dicit. Eandem sustinet *Armilla verb Restitutio, nu. 24.*

66 Quarta sententia sustinet possessorem bonę fidei, nec fructus naturales, nec industriales cõsumptos teneri restituere, etiam quatenus factus est locupletior. Ducitur, quia praxis iudiciorũ, quæ est legitima legũ interpres, *c. cum dilectus, de consuetud. & l. si de interpretatione. ff. de legibus,* admisit communiter hoc; nec enim obligatur hic ad restituendus fructus consumptos, quantumuis ex eis ditior sit factus. Secundo ex *l. sed & loci 4. in principio, ff. finium regundorum,* ibi: *Nam aut bona fide percipit & lucrari eum oportet, si eos consumpsit.* Si ergo bonę fidei possessor lucratur indistinctè fructus consumptos, non tenebitur eos restituere. Quia verba cũ effectu sunt accipienda, & nullus esset, si ea restituenda forent. Tertio, quia *l. Bona fides, ff. de acquir. rer. domin. & l. qui scit, ad fi. vers. Porro, ff. de vsuris, & §. si quis a non domino, instit. de rer. diuis.* quorum textuum verba retuli nu 62. absolutè tradũt possessorem bonæ fidei efficere omnes fructus suos, atque solũ bonæ fidei effectum explicare intendunt nilque de fructuum qualitate distinguũt. Nec obstat ea particula, *Procura & cultura,* posita *eo. §. si quis à non domino.* quæ de fructibus solis industrialibus denotat sermonem esse; quia etsi magis congruat fructib. industrialibus, non tamen excludit naturales, in quibus etiam cura custodiæ, & aliqualis industria petuntur. Idem probatur ex *§. etsi hæreditas, vers. si vero, instit. de officio iudicis* ibi *Si vera bona fidei possessor fuerit, non habetur ratio, neque consumptorum, neque non perceptorum.* Vbi textus indistinctè de fructibus loquitur & comparat consumptos nõ perceptis, quasi innuẽs, vt sicut possessor bonæ fidei nũquã tenetur de nõ perceptis. ita etiã nunquã teneatur de consumptis. Idẽ probat *l. quæsitum in fine ff. de acquir. rer. domin.* ibi: *Vt quo casu fructus prædiorum consumptos suos faciat bona fidei possessor.* Et *l. certum 22. C. de rei vindic.* ibi: *Certum est mala fidei possessores, omnes fructus solere cum ipsa re præstare; bona fidei vero, extantes.* Nec tot iura indistinctè loquentia de fructibus consumptis possunt restringi ad malè consumptos. Quia experientia id rarissimé euenire docet, & cum leges ea sola, quæ frequẽtius accidunt, cõsiderent, *l. Nam ad ea, ff. de legibus,* regula in eis tradita nequit ad rarissimum casum trahi. Nec etiam intelligi valet de solo fructuum consumptorum dominio acquirendo, cum obligatione restituendi: prout explicat *gl. d. l. sed & loci, in principio, verb. lucrari.* Tum, quia cum dominium solius rei eatenus possit esse, non acquiritur, sed deperditur consumptione fructuum. Tum etiam, quia *d. l. certũ* expresse dicitur bonæ fidei possessoré solos fructus extantes pręstare; quod nõ dominium, sed restitutionem importat. Et ideo hanc sententiam tuẽtur *Bellamera c. grauis, nu. 8. in fine & 9. de rest. spoliat. Pinellus l. 2. p. 2. c. 4. n. 47. & 59. a vers. Mea sententia. & nu. 60. Barbosa l. Diuortio. 8. in princ p. o p. 2. n. 48. ff. sol. matrim.* Atque omnes hi tres authores testantur de dicta praxi iudiciali. Et *Pinellus eo. n. 60. & Barbosa eo. n. 48.* testantur etiã praxim iudiciorũ habere, vt circa fructus perceptos nõ tractetur, an extent, consumpti ve sint. Quamuis *Pinellus eo. c. 4. n. 48.* asserat fructus naturales extãtes esse restituendos à bonæ fidei possessore, non tamen rei vindicatione, eo q facit eos suos. Atq; *Bellamera & Barbosa* nullã mentionem faciunt, an possessor hic bonę fidei titulum habeat, nec ne, sed indistincte loquuntur. *Pinellus* aũt non satis se explicat, nam *nu. 46* clare significat titulum non exigi reprobat enim distinctionem quorundam n. 68. referendam nempe, vt possessor hic cum titulo, faciat fructus naturales suos, secus si eo careat. Quia cum rarissimè (inquit) detur bona fides absque titulo, decisio textuum generaliter tradentium possessoré bonæ fidei facere fructus suos, debet generaliter intelligi, siue titulum habeat, siue nõ. At *idem Pinellus nu. 47.* expresse dicit se tueri hanc sententiam, quando possessor habet titulum. Et *num. 59. vers. Mea autem sententia,* loquitur etiam clare de habenti titulum siue validum, siue irritum, dum modo in illo titulo irrito sit iustus error facti.

67 Quinta sententia ait possessorem bonæ fidei efficere suos fructus industriales secus de naturalibus. Ducitur ex *l. fructus percipiendo 45 ff. de vsuris,* cuius verba retuli nu. 62. vbi expresse discrimen hoc inter vtrosq; fructus statuitur. Et ad *l. bona fides 48 ff. de acquir. rer. domin.* cuius verba retuli ibidem, quatenus ait possessorem hunc efficere fructus suos, non solos diligentia sua perceptos, sed omnes, respondet hæc snĩa, intelligi de omnibus, non tantum, quos opera sua sed etiam suorum operis pcipit. Præterea ducitur *ex §. si quis à non domino, insti de rer. diuis.* dum enim ait possessorem bonæ fidei efficere fructus suos addidit *Pro cultura, & cura.* Quę verba fructibus naturalibus malè possunt accommodari, cum in eis, aut nulla, aut modica sit cultura. Et ideo hanc sententiam sustinent *glo. c. grauis, verb. fructus, de restit. spoliat. & ea. § si quis à nõ domino, verb. iusta & verb. fructus & d. l. bona fides, verb. Sed omnes & d. l. fructus percipiendo, in fine.* Et *l. & ex diuerso 36. in principio, verb. Non habendam, ff. de rei vind. & §. Etsi rem, verb. cum fructibus, instit. de officio iudicis.* Et *l. quasi ñ 40. glos. penul. ff. de acquiren. rer. domin. Azor in sum. tit. de rei vindic. num. 20. Speculator. tit. de fructibus, & interesse § sciat igitur nu. 1. & 2. Hostiens. d. c. grauis, nu. vlt. & ibi Cardin num vnic, paulo post princip. Cynus l. certum 22. num. 3. & 4. C. de rei vindicat. Bellamera d. c. grauis num. 4. & duplici sequenti. Paulus l. sequitur 4. §. fructus. nu 1. ff. de vsucap. & d. l. certum num. 1. Salicet. ead. l. certum, nu. 3. & d. l. fructus percipiendo, nu. vlt. Ang. d. l. Et ex diuerso, in principio, nu. 4. & d. §. si quis à non domino nu. 4. versic. bis præmissis, vbi & Platea n. 66. Alex l. Nesennius 41. §. fundum. nu. 5. ff. de rei vind. Fulgos. d. l. fructus percipiendo nu. 1. & 2. & l. sed etsi lege, quam leg t simul cum l. ac vbi vt delectus 27. §. quod autem, an. 1. ff. de petit. hæred. Syluan. conf. 49. nu. 68. Natta conf. 5, 6. nu. 16. vol. 3. Copus de fructib. l. 2. tit. 4. de fructib. qui in singularum rerum petitione veniunt c. 6 n. 4. & duplici seq. Mysingerius d. §. si quis à non domino, nu. 8. & 9. & ibi Camiuncula ad medium, & ibi Balduinus, n. 9. 10. & 12. Menochius,* quamuis obscurè *de recup. possess. remedio 15. nu. 580. iuncto nu. 584. in fine, & nu. 593. Rebellus de iustitia p. 1. l. 2. q. 4. nu. 8. conclus. 2. iuncto nu. 11. cõclusione 4.* Atque aperte loquũtur omnes hi Doctores vt possessor bonæ fidei, etsi titulo munitus sit, non faciat fructus naturales suos. Nam *gloss. dict. l. Et ex diuerso. verbo Non habendam, & eod. §. Etsi rem verb. cum fructib. & d. l. sequitur, §. fructus, verbo Non fuerint, Cynus, Platea, &*

Natta

Natura proxime relati, dicunt nullum bonæ fidei possessorem facere fructus naturales suos; & ducent exprimendo, quamuis titulum habeat *glo.d.l.fructus percipiendo, in fine, & d.l certum, verb.Bonæ fidei. Ang.d.§.si quis à non domino, num.3. Fulg.ff.ea.l.fructus percipiendo, nu.1.& 2. Salicetus vtroque loco citatus.*

68 Vltima sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo stante iure cõi) an possessorem bonæ fidei siue titulum habeat, siue eo destitutus sit efficere suos fructus industriales; at naturales, solum quãdo titulum habet. Prior pars ab omnibus asseritur, & satis est probata, n præced. Posterior autem probatur ex *l.bonæ fidei emptor 48.ff.de acquir.rer.domin.* ibi: *Non tantũ eos, qui diligentia, & opera eius peruenerũt, sed oẽs.* Nec pendet solutio authorum, quos nu.præced.retuli, vt intelligatur de omnib. aliis industrialib. perceptis opera aliorũ. Quia verbum, *oẽs*, non ad operantes, sed ad ipsos fructus refertur, & proinde dictio vniuersalis nequit ad solos fructus industriales referri, eo vel maximè, quod *Iurisconsultus* de fructibus industrialib. præmiserat sermonem, & alios addere voluerit. Et quãuis ibi nulla tituli mentio fiat, at cũ loquatur textus de emptore, qui quidẽ titulum habet, satis innuitur sermonẽ ibi esse de habenti titulũ. Et clarius *l.fructus percipiendo 45.ff.de vsuris* vbi *Iurisconsultus* loquens de fructibus naturalibus ait eos vxoris non fieri, si ex rebus sibi à viro donatis percipiantur; & addit hæc: *Sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris.* Vbi ponderandũ est, non dixisse *Iurisconsultum*, Sicut nec cuiusq; possessoris bonæ fidei, tunc n. excluderet apertè oẽs illos; sed dixit, *Nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris*, ad denotandum non oẽs hos carere dominio fructuum naturalium, sed aliquem illud acquirere, nẽpe, eum, qui præter bonã fidẽ est munitus titulo legitimo. Sicut cũ dicimus non cuiuslibet esse adire Corinthum, non significat nullius esse, sed id nõ esse oium. Nec obstat ibidẽ asserere *Iurisconsultũ*, vxorẽ nõ facere fructus naturales suos ex re sibi à viro donata cum ibi titulus donationis interueniat. Quia cũ donatio inter coniuges sit iure improbata, titulus ille est illegitimus, & habetur pro non titulo. Atq; optima congruentiæ rõ discrimen hoc suadet, quia bona fides, q̃ in facto cõsistit, nempe, in propriæ conscientiæ dictamine, nequit limites facti trãsgredi extendens se ad ea, q̃ sunt iuris; nemo enĩ potest rem alienam absque iuris præsidio acquirere, ac proinde bona fides hoc iuris præsidio destituta, id est, legitimo titulo iure recognito, cum intra meri facti terminos contineatur, non satis est ad fructus ex ipsa re absque possessoris facto acquirendos, quales sunt naturales, sed eos solos, qui ex eius facto percipiuntur, quales sunt industriales. At titulo comitata, cũ habeat facti, ac iuris præsidiũ, satis est ad fructus et naturales comparandos. Atq; iuxta hãc distinctionẽ cõcordat hæc snia textus *d.l.bonæ fidei, & d.l.fructus percipiendo*, vt prior decidens possessorem bonæ fidei facere suos fructus, non solos industriales, sed omnes, intelligatur, quando vltra bonam fidem adest titulus; posterior autem decidens eum non efficere suos fructus naturales, intelligatur, quãdo titulus deest. Quare immerito *Otomanus §.si quis à non domino, nu.vnico, instit. de rer. diuis.* asseruit hos textus adeo sibi inuicem aduersari, vt nulla ratione conciliari valeant. Et ideo sententiam sustinent *Iacob. de Aronas, & Oldradus, quos refert, & sequitur Bart.l. Et ex diuerso 36. in princ. nu.1.ff.de rei vindic. Ant.c.grauis, n.12.de restit.spol. & ibi Abbas, nu.4. Anch.n.8. Imola nu.12. Berous n.23.& 26.& duplici sequenti. Idẽ Imola l.Nesennius 41.§.fundum, n.3.ff.de rei uind.& ibi Ias.nu.3.& 4. & addit.ad Portium, §.si quis à non domino, nu.26.inst.de rer.diuis. Alber.d.l.fructus percipiendo, n.vnico. Fulgos.l.fructus non modo 34. in princip. n.9.ff.de rei vind. Felin.c.de quarta, n.30.de præscr. Igneus l.3.§.si cõdusioni, à n.35. vsque ad 40.ff.ad Syllan. Couar.l.1.var.c.3.nu.6. Costalius allegato Ferreto in annotat.ad d.l.fructus percipiendo. Ioã. Garzia de expensis c.23.n.35.& 36. Spino Speculo testam.* *gl.13.principali. nu.50.& 51. Pichar.d.§.si quis à non domino, nu.13.& 14.* Atque fortè non malè amplecti hanc sniam tradit *Io. Andr. addit.ad Speculatorem, tit.de fructibus, & interesse §. Sciatis tur, litera F. verb.fructus.*

69 Hæc autem sententia limitatur à quibusdam Doctoribus illius, vt intelligatur, quando titulus est validus, nec iure reprobatus; secus si ita iure probatus sit vt habeatur pro non titulo; tunc enim possessor bonæ fidei cum hoc titulo reprobato non faciet fructus naturales suos. Quod deducitur ex *l.fructus percipiendo 45.ff de vsuris* ponderata, vt nu præced.aduertimus. Et ita docent *Bart. Ant. Iason addit. ad Portium, Igneus, Pichar. allegati, num præcedenti.*

70 Alii limitãt, vt possessor hic faciat suos fructus industriales, quãdo ipse seminauit, aut seminare fecit; secus quando neutrum contigit. Quia textus omnes tribuũt eos possessori bonæ fidei, pro cultura, & cura. Vt constat ex *§.si quis à non domino, inst. de rer.diuis. & d.l.fructus percipiendo* ibi: *Illos tantum, quos suis operis acquisierit, veluti serendo.* Et paulo inferius redditur ratio cur fructus naturales non fiant possessoris bonæ fidei carentis legitimo titulo, ibi: *Quia non ex facto eius is fructus nascitur.* Atque ita docent *Bal.l. certum 22.nu.3. versic. Secunda causa. C. de rei vindic. Portius d.§.si quis à non domino, n.27.in initio.* Additque, si quis bona fide emisset vineam alienam cum fructibus maturis, nõ lucrari eum vuas inde perceptas, vtpote quæ non sua cultura perceptæ sunt, sed dñm eas vindicaturum; eo quod tpe venditionis erant pendentes, & sic pars fundi. At hæc limitatio displicet, tum quia Doctores allegati, nu.68. pro hac sententia, indistinctè illam tenent. Tum etiam, quia illam probanda dicenda numero sequenti. Nec obstat hos fructus tribui possessori bonæ fidei, ob culturam, & curam; non enim restringunt ad hæc per ipsummet possessorem, vel aliũ nomine ipsius præstita, sed id apponunt ad distinctionem fructuum naturaliũ prouenientium absque alicuius industria. Et hanc partem tuetur *Faber eod.§.si quis à non domino, nu.4.*

71 Rursus circa fructus ciuiles conueniunt DD. si possessor bonæ fidei eos sua diligentia perceperit, eo quod ipse domum locarit, effici suos. Ita tradunt *Bar.l. Et ex diuerso, in principio, nu.5 ff.de rei vindic. Anto.c.grauis, nu.12.de restit spoliat.& ibi Abbas, nu.5. Anch.numero 8. Berous nu.23. Balduinus § si quis à non domino nu.13. instit. de rerum diuis.* Quando autem non sua diligentia percepit, aiunt *Bart. Antonius, & Anchar.ibidem*, posse esse dubium, & nil decidunt. Atque *Bart.* remittit se ad notata per ipsum *l.Si vrbana, ff. de conditione indebiti*, vbi (vt bene notat *Abbas prædicto, num.5*) non expresse hoc tetigit, sed tantum, an liberetur soluens huic bonæ fidei possessori. *Balduinus eod.nu.13.* ait hunc non facere fructus suos. Et *Berous dict.c.grauis, nu.23.* rem hanc vtrinque disputat, & tandem decidit adhuc effici fructus huius possessoris bonæ fidei; & *Abbas eo.nu.5.* dicit fortè ita esse. Atque indistinctè hos fructus ciuiles acquiri possessori bonæ fidei, tradunt *Ang.eo.§.si quis à non domino, nu.4. Alex.cons.391. nu.18.vol.1. Menoch.de recup.possess.remedio 15 nu.624.* Et hoc placet.

72 Hinc deducitur deceptos esse quosdam Theologos, qui solũ ius naturale spectantes, ac iuris ciuilis immemores, dicũt fructus extantes fundi alieni esse veri domini illi fundi, & non effici possessoris bonæ fidei. Hi sunt *Caiet. in summa, verb. Restitutio, c.1.ad finem, vers. Et hac ideo. Medina de restit q.10.col.3.vers.inde fit. Leonard.li.2.de iust.c.14.dub.2 n.8. Ludou.Lop.1.p.instruct. conscientiæ, c.236.col.peu.vers.Præterea quoniam. Nauar. lib.3. de restitut.c.4. in noua editione, 3.p.dub.4.num.151.* Quamuis enim ita se habet hoc, spectato solo iure naturali, at ius ciuile ob culturam, & industriam, iuncta bonæ fidei possessione, efficit hunc possessorem dñm eorum fructuum. Vt constat ex dictis nu.67.& 68.

73 Præterea non modica difficultas est inter authores sententiæ penultimæ, & vltimæ, an dominium illud pos-

sessoris bonæ fidei in fructus perceptos acquisitum, sit oĩno perfectum, & irreuocabile, ac proinde cessanti postea bona fide minime teneatur ad eos restituendos. Et quidẽ conueniunt oẽs, si fructus illi, siue naturales, siue industriales, nõdum consumpti sint, sed adhuc extent, eos restituendos esse vero domino. Idque constat ex *l. certum 22. C. de rei vindic.* ibi: *Bonæ fidei vero extantes.* Et ex *§. si quis à non domino, inst. de rer. diuis.* ibi: *Si postea dominus superuenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest.* Ergo à contrario sensu potest de nõdum consumptis. Quod & non obscure significauit *Iurisconsultus l. bona fidei 48. ff. de acquiren. rer. domin.* ibi: *Suos interim facit; quia quoad fructus attinet loco domini pene est.* Vbi cautã dixit, *Loco domini pene est*, ad denotandũ nõ effici perfectè, & irreuocabiliter dominũ. Cautè ẽt dixit ibi: *Suos interim facit.* Id est (vt ait *ibi glo. verb. Interim, el. 1.*) donec durat bona fides, ad significãdũ esse dominiũ hoc reuocabile. Cõueniũt etiã fructus industriales extãtes nõ posse à dño peti actione rei vindicationis; eo ꝗ fiat dominus illorũ possessor bonæ fidei, sed dicũt petendos esse in foro externo, aut iudicis officio, aut cõditione sine causa. At circa fructuum naturaliũ extantiũ petitione variè loquũtur, iuxta varias opiniones, quas amplectuntur. Nã DD. penultimę sent. citatæ nu 67. cũ sentiant nullũ bonæ fidei possessorẽ effici dñm fructuũ naturaliũ concedunt domino illorũ vindicationẽ. At DD. vltimæ sniæ allegatæ n 68. cũ sentiant hunc effici dominum, si titulo munitus sit, secus si eo careat, aiunt in priori casu petendos esse eadẽ actione, qua industriales peti possunt; in posteriori aũt concedunt rei vindicationem. Atq; hos omnes fructus extantes esse restituendos, est verum, quamuis commixti sint cum alijs fructibus eiusdem rationis, vt triticũ cum tritico; quippe percepti erant ex re, quæ erat verè illius possessoris, quamuis enim omnium dominium ratione permixtionis in possessorem transierit; at illi, qui ex re aliena sunt percepti, cum nondum consumpti sint, dicuntur extare. Atque ita bene docet *Bal l. 2. nu. 4. vers. Sed quid si extent, C. de fructibus & litium expensis.*

74 In dubio verò, an fructus ij cõsumpti sint, onus probandi eos consumptos esse, incumbit bonæ fidei possessori, nisi à possessione sit triennium elapsum; hoc enim elapso consumpti præsumũtur. Vt cum *glo. l. vnica, verbo Vsucapione, C. si aduersus vsucapionem, & cum Tiraqu. multos referenti, de retractu lignag. §. 1. glo. 7. nu. 51.* resoluit *Barbosa l. Diuortio 3. §. interdum numero 43. ff solut. matrim.*

75 Præterea conueniunt DD. vtriusque sententię, teneri possessorem bonæ fidei restituere fructus naturales bona fide consumptos, quatenus locupletior ex illis est factus, ex æquitate, *l. si me, & Titium 32. ff. si cert. petatur*; quare si nihilo factus est ex illis locupletior, in nihilo tenebitur. Quod consonat regulæ traditæ n. 4. circa vniuersos bonæ fidei possessores.

76 Verum grauissima est difficultas circa fructus industriales bona fide consumptos, an possessor bonæ fidei teneatur restituere, quatenus ex eis locupletior euasit? Quidã teneri negant, dicentes cõsumptione illa acquiri irreuocabile horum fructuum dominium. Ducuntur, quia quoad fructus industriales consumptos, iura indistinctè, & plenè, dominium prębent ei possessori. Vt ꝓbant omnia iura adducta nu. 66. Atque optima est cõgruentię ratio, quia in hmõi possessore duplex acquisitionis causa cõcurrit, nẽpe, cultura, & cura apposita in eorum fructuũ perceptione, & illorũ consumptio; & quãuis hæ causæ concurrant successiuè sunt vtique spectãdę, eo quod ad diuersos effectus sint. Quippe perceptio, & cultura operãtur dominij reuocabilis acquisitionẽ; cõsumptio autem efficit id dominium irreuocabile, ac proinde nulla superest restituendi obligatio. Nec obstat æquitas *l. si me, & Titium ff. si cert. petat.* ea enim nequit extendi contra iura expressa tribuẽtia hos fructus bonæ fidei possessori. Pręterea, quia æquitas illa procedit, nisi alia æquitas oppositũ suadens concurrat, vt iñ hoc bonæ fidei possessore concurrit; quæ est vt ratione culturæ, & curæ, ac consumptionis bona fide, eos lucretur, plenè, & irreuocabiliter. Et ideo hanc sniam sustinent *gl. §. si quis à nõ domino, verb. Non potest, inst. de rer. diuis. & l. & ex diuerso 36. in princ. pro. verb. non habendã. ff. de rei vindic. & l. quæsitũ 40. glo. pen ff. de acquir. rer. domin. & l. Nesennius 41. §. fundum, verb. consumpserit, ff. de seut. & rei uidic. & c. grauis, verb. fructus, de rest. spol. & ntn liceat Papa el 1. in fi. 12. q 42. Azor sum. tit. de rei vind. nu. 20. Speculator tit. de fructib. & interesse §. sciat igitur, nu. 1. & 2. Ant. d. c grauis, nu. 11. & ibi Card. nu. vn. paulo post princip. Imola nu. 4. & 12. Berout nu. 29. & 30. Bal. l. 1. nu. 13. vers. oppono maximo, C. de vsuris, & fructib. legatorum, & l. 2. n. 4 vers. sed quid si extent, C. de fructib. & litium expensis, & d. l. & ex diuerso, in additi. nu. 2. vers. sed quære. Cyn. l. non est ambiguum 9. in fi. ff. de petit. heredit. & l. certum 22. nu. 4. C. de rei vind. idem Imola, l. sequitur 4. §. fructus, ff. de vsucap. Aug. d. l. si me. & Titium nu. vlt & d. §. si quis à non domino nu. 3. vers his præmissis & ibi Platea, nu. 66. Faber nu. 6. Alex. d. l. Nesennius §. fundum, nu 7. & ibi Ias. nu. 3. Salic d. l. certum n. 3. Fulgos. l. sed etsi lege, quã legit simul cum l. at vbi vi deiectus 27. §. quod aũt, n. 1. ff. de petit. hæred. & l. fructus non modo 34. in princip. n. 10. ff. de rei vind.* quãuis, in hoc posteriori loco aliquantulũ dubius est. *Cuman. cons. 1 . Domina Catherina in fine. Rum. cons. 91, nu. 4 vol. 5. Cæpola cons. ciuil. 25. nu. 9. 10 1. Curt. senior cons. 71. Princeps defunctus, n. 15. col. penul. ver. quia ad ista. Curt. iun. cons. 6. n. 26 Vuesembecius cõs. 99. n. 7. volum. 1. Balduinus d. §. si quis à nõ domino. n. 16. in fi. & 17. & ibi Mysengerus, n. 9. & Canunuc ula ad medium. Antonius Gabr. in suis communibus opinionib. lib. 5. tit. de acquirerum domin. conclus. 2. nu. 3. Ioan. Garzia de expensis cap. 23. nu. 40. in fine.* Et hanc sententiam dicit non esse improbabilem *Leonard. de iustitia, l. 1. c. 14. dub. 1. nu. 10.*

77 Ceterum quãuis valde probabilis sit præcedens sentẽtia, at contrariã probabiliorẽ attento iure cõi existimo, vt possessor hic teneatur fructus industriales consumptos restituere, quatenus ex eis locupletior euasit. Ducor ex *l. si me & Titium 32. in fi ff. si cert. petat.* ibi: *Non quia pecuniam tibi credidi sed quia pecunia mea ad te peruenit, eã mihi à te reddi, bonum, & æquum est.* Hæc enim æquitas locũ habet, nõ solũ si quis ex re mea factus est locupletior (vt tradit *ibi glos. verb. Pecunia mea*,) sed ẽt quãuis ex re mihi debita. Cũ ergo; etsi fructus illi industriales non sint veri domini, quia tamẽ sunt sibi debiti, eis cõsumptis tenetur possessor, quatenus ex eis locupletior est factus. Secundo, quia sicut pingẽs bona fide in aliena tabula, quãuis fiat dominus rei pictæ, cedente tabula, q̃ vilior est picturæ precosiori, vt expresse habetur, *§. si quis in aliena tabula, inst. de rer. diuis.* dominium tamẽ hoc minime obstat, quin pictor teneatur pretiũ tabulę dño soluere, eo quod sit illo factus ditior. Similiter ergo, quãuis natura concurrens ad fructus ex re aliena perceptos cedat industriæ, quæ præualet; at tenebitur horum possessor reddere domino id in quo ex eorũ cõsumptione ditior est factus. Tertio, quia in iudicijs vniuersalibus, vt in petitione hęreditatis, &c. fatentur oẽs teneri hmõi possessorem, quatenus ditior euasit; vt si ex hr̃ditate aliena fructus industriales percepit, putãs bona fide se illius hęredem esse. Et cõstat ex *l. item veniunt 20. §. præter hæc, & l. sed et si lege 25. §. 1. & 2. & § consuluit, & l si & rem 22. & l. illud quoq; 40. de petit. hæred.* Ergo à fortiori est idem dicendum in nostro casu, in quo est maius ius, maiorque æquitas. Quippe in priori casu verus hæres habet solum ius ad rem respectu illius hæreditatis nondum à se aditæ, at in nostro casu verus dominus habet ius in re, verumque dominiũ illius rei ab alio bona fide possessæ. Nec obstat differẽtia, quam aduersarij tradunt, nempe, esse id peculiare in ea hæreditate, eo quod fructus illã augeant, eiusq. corpus, & hęreditatij cẽseãtur. Vt constat ex *d. l. item veniũt, §. fructus.* Quippe similiter id in quo possessor bonæ fidei est factus

ex re aliena locupletior, auget eius patrimonium, & in illo res aliena permanet, nec consumpta dicitur. (Sicut probauimus num. 4.) Et confirmatur, quia fatẽtur omnes, fructus non consumptos, sed adhuc extantes, esse restituendos ab huiusmodi possessore. Cũ ergo non cõsumpti censeãtur, sed manere in eo, in quo possessor ditatus est, id vtique restituendum erit. Tandem, quia æquitas naturalis minime patitur, quempiam cũ aliena iactura locupletari. *Regula Locupletari 48. de reg. iur. in 6. & regu. a iure natura 106. ff. eo. tit.* Ergo satis esse debet verum dominum id damnum pati ex re sua, & fructib. bona fide ab alio consumptis, vt amittat quicquid, nec in se, nec in alieno æquiualenti extat, & subinde nõ cogendus quoq; est perdere id quod extat nempe, in quo ditior euasit. Et ideo huius sententiæ sunt *Innocẽt. c. in literis, n. 1. vers. si autem, de restit. spol. Bart. l. Et ex diuerso 36. in princ. nu. 7. & 8 de rei vendic. Abbas c. Grauis, nu. 6. de restit. spol. & ibi Auch n. 9. Alex. consi. 21. num. penult. vol. 4. & l. in insulam 42. § fructus, nu. 6. ff. sol. matrim.* & inclinat in hoc in *consi. 301. nu. 18. vol. 1.* quamuis id nõ firmet. *Bald. l. Ancilla 12. num 15. versic. item dubitatur C. de furt. Ang. d. l. Et ex diuerso, in princ. n. 3. Paul. l. sequitur 4. § fructus nu. 1 ff. de vsucapionib. & d. l. in insulam §. fructus, nu. 2. & l. certum 22. n. 1. C. de rei vendicat. Imola l. Nesennius 41. §. fundum nu. 4 ff. de re iud.* in hoc inclinãs etsi non omnino firmans. *Iason d. l. si me, & Titium, n. 2. & ibi Alciat. nu. 11. Marianus Soc. iunior consi. 81. n. 6. & consi. vlt. n. 22. vol. 1. Barth. Soc. consi. 251. nu. penult. vol. 2. Copus de fructib. l. 2. tit. 4. de fructib. qui in singularium rerũ petitione veniunt, c. 7. nu. vlt. Balbus de præscriptionib. 4. p. quarta par. principalis, q. 35. nu. 6. Natta consi. 536. nu. 17. vol. 3. Couar. l. 1. var. c. 3. n. 6. Cæsar Vrsillus addit. ad Matthæũ de Afflict. decis. Neapolitana 240. nu. 4. Rosella in sua sum. ver. restitutio 7. n. 19. in fi. Ang. in sum. verb. fructus, n. 1. & verb. restitutio, 1. verbo Emens, n. 4. Syl. verb. fructus, q. 1. n. 2. & ibi Armilla nu. 2. idẽ Syl. verb. restitut. 3 q. 7. dicto 3. Caiet. in summa, verb. restitutio, c. 1. ad fi. vers. Et hac ideo, 2. 2. q. 62. art. 6. col. 2. vers. Ad euidentiam huius. do. Medina de restit. q. 10. col. 4. vers. Inde fit. Palud. 4. d. 14. q. 2. art. 5. n. 26. & ibi Gabriel q. 3. art. 3. dub. 5. prepositione 2. vers. Dicitur nec pceptori, & ibi Maioris. q. 26. ad fi. vers. si secundum. Sotus li. 4. de iust. q. 7. art. 2. col. 4. Martin. de Ledes. 2. p. 1. q. 18. art. 6. col. 3. Menoch. de recuper. poss. remedio 15. n. 593. Cardinalis Tusch. in suis practicis cõclusionibus, to. 4. concl. 490. nu. 4. Mercado l. 6. de cõtractib. c. 14. §. Cerca de los frutos. Toledo l. 5. sum. c 17. nu. 9. & 10. Ludo. Lop. 1. p. instruct. conscientia c. 236. col. 4. §. proterea quoniã et c. 101. statim in princ. Molina to. 2. de iust. disp. 569. col. 4. vers. quando aliquid, & to. 3. p. 2. disp. 718. n. 1. & 791. n. 4. Bañes 2. 2. q. 62. art. 6. dub. 1. concl. 1. & 2. Aragon eod. art. 6. paulo post princ. & ibi Salon controuersia 3. concl. 4. Petr. de Ledes. 2. to. sũ. tract. 8. c. 14. post 4. concl. dub. 3. dict. 1. & 2. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 2. p. 2. l. 6. c. 17. col. 2. vers. illi autem omnes, Sayro in claui reg. lib. 10. tract. 2. c. 2. nu. 2. Manuel in 2. to. sum. c. 42. nu. 1. Rebellus de iustitia par. 1. lib. 2. q. 4. nu. 10. & 11. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 172. c. 1. p. 1. n. 3. & 4. Leonardus l. 2. de iustitia, c. 14. dub. 2. nu. 9. & 10. Vega 1. to. sum. c. 60. casu 11.*

78 Atque id verum est, quamuis fructus illi in quemcũque tertium possessorem transierint. Quia cum plus iuris alteri tribuere nequeat quã ipse habeat: *regula Nemo plus, de reg. iur. in 6. et l. Traditio 20. ff. eo. tit.* & dñium illius possessoris bonæ fidei sit reuocabile, et restitutioni subiectum, in quãtum factus fuerit locupletior, idẽ ius transferet in quemcunque tertium possessorem. Quare quicunque sit ille; tenebitur fructus illos adhuc extãtes restituere, cõsumptos autem quatenus locupletior euaserit: sicut tenebatur qui id ipsum alienauit.

79 Insuper ad discernendum factus ne sit locupletior ex illis fructibus possessor bonæ fidei, deducendus est vltra expensas in ijs fructibus percipiendis facta, valor industriæ. Vt optime docẽt *Ang. in summa vers. fructus nu. 2. & ibi Sylvest. quæst. 1. Tabiena quæst. 2. n. 3. Ludouic. Lop. 1. p. instructorij conscientiæ cap. 236. colum. penul. versic. Proterea quoniam. Rebellus de iustitia p. 1. li. 2. quæst. 8. nu. 4. Molina to. 3. de iustitia p. 2 disput. 719. num. 4.* Insuper deducendus est valor laboris impẽsi ab hoc possessore. Quod bene tradunt *Sotus Martinus de Ledesma, Mercado, Philiarcus eo. c. 17. vers. sed vt exẽplis. Sayro eo. c. 2. nu. 6. Vega vbi eos retuli nu. 77. Molina, Lud. Lopez, & Rebellus iisdẽ locis.* Et ratio est aperta, quia cũ hæc in fructuum vtilitatem apposita sint, æquitas poscit, vt horum iacturam nõ faciat possessor bonæ fidei. Nemo enim suis stipendiis militat. Nec tamẽ in his expẽsis sũt computanda pecora, si qua in fundo excolẽdo, aut fructibus percipiendis, aut colligendis obierint, alias non obitura. Quia non sunt sumptus in ijs fructibus expẽsi, quales censentur mercedes locationis eorum pecorum. Atque ita bene docent *Bald. l. prim. nu penult. versic. Sed pone, C. de fructibus, & litiũ expensis.* Si tamen fructus illi cõsumpti essent, & occasione illorum essent empta pecora, alias non emenda, & ea interijssent, aut deteriora facta essent, id esset computandum ad discernendũ an possessor hic ex re aliena cõsumpta euaserit locupletior. Quia occasione illius rei eos sumptus fecit, alias nõ faciendos. Quamobrem (vt optime obseruat *Molina ea. disp. 719. n. 4.*) si possessor bonæ fidei sit in aliquo factus locupletior, ex re, aut ex fructib. debet ex illo ante omnia compensari valor expẽsarum, laboris, & industriæ: quod si his pensatis, in nullo factus sit locupletior, vel non in tanto valore, quantus est horum; tunc si partem fructuum consumpsit bona fide, & pars extat, pro rata fructuum extantium restituendorũ domino rei, debet ex eis deduci pars expensarum, valorisq; laboris, & industriæ, quæ sunt apposita. Cum enim reliquam fructuum partem perceperit possessor ille, ac cõsumpserit bona fide, tãquam suam, non tenetur dominus rei soluere illi quod in ea expẽdit. Quando autem res, in qua sunt factæ expensæ, non est consumpta: & an lucretur fructus meliorationum dicemus numero 147.

80 Hactenus diximus, quid iure cõmuni attento sentiendũ sit circa dominiũ, & restitutionẽ fructuũ à possessore bonæ fidei perceptorũ superest explicãdũ, quid dicẽdum sit attẽto iure huius regni Castellæ. Extat *lex regia 36. tit. 28. p. 3.* quæ sic habet: *A buena fe cõpran los omes, o ganan casas, o heredamiento ageno, cuydãdo que es suyo de aquellos que lo enagenã, ò que ha derecho de lo fazer: e acaece que viene despues el verdadero sẽñor della e demãdagela, e vence lo en juyzio. En tal caso como est dezimos que el señorio de los frutos que ouiesse recebido, e despẽdido del heredamiẽto este vẽdido, que deuẽ ser suyos por la obra, e por el trabajo q̃ lleuo en ellos, fasta que el pleyto fue comencado por demãda, e por respuesta, e nõ es tenudo de los dar al vẽcedor, maguer lo entregue de la heredad. Mas lo que no hauiesse despendido, tenudo seria de los tornar al señor de la heredad sacãdo primeramẽte las despẽsas que ouiesse fecho sobre ellos. Otro si dezimos que si los frutos que ouiesse recebido fuessẽ de tal natura que nõ viniessen por labor de omnes, mas por si se los diesse la heredad, assi como son peras o mancanas o cerezas, o nuezes, o los frutos semejantes que dã los arboles por si naturalmente, è sien labor de omnes que estos ta es tenudo es de los tornar cõ la heredad, maguer los aya despẽdido à buena fe.* Quæ videtur aperte ius cõmune corrigere.

81 *Couar. l. 1. var. c. 3. n. 6.* ait, forte hanc legẽ decidẽtem non teneri possessorem bonæ fidei fructus industriales cõsumptos restituere, posse intelligi, nisi quatenus euasit ditior, & ita nil statui in ea diuersum a iure communi. Eiusdem legis meminit tractans de fructibus, *Spino speculo testam. gloss. 13. principali, n. 51.* sed valde obscure loquitur, & mentem eius assequi nequij.

82 Sed *Ioannes Garzia de expensis c. 23 n. 39.* asserit ius cõmune corrigi per hãc legem. quoad fructuum naturalium dominium deciditq; eos nõ fieri possessoris bonæ fidei, quãtumuis titulo munitus sit. At quod probãdum pon-

ponderat ea verba, *Comprãdo la cosa, o auiendo la en otra manera.* Vt verba priora denotent titulũ, posteriora autem denotẽt non titulũ, aut eum illegitimũ. Quod si (inquit) dicas ea verbo, *o en otra manera*, de alio modo simili emptioni intelligẽda, qualis est titulus ex alia iusta causa quæsitus: fortius probatur hæc correctio. Quia si possessori bonæ fidei cũ titulo negat dominiũ fructuũ naturaliũ cẽsebitur à fortiori denegare carẽti titulo. Insuper *eo. nu. trigesimotertio*, ait idẽ author attẽta hac lege teneri semper possessorẽ bonę fidei fructus omnes naturales restituere, quamuis ita eos cõsumpserit, vt nullatenus locupletior euaserit. Quia indistincte, et generaliter ea lex tradit fructus naturales, siue extantes, siue consũptos, esse restituendos à bonæ fidei possessore, ibi: *Tenudo es de los tornar con la heredad, maguer los aya despẽdido à buena fe.* Quoad fructus aũt industriales ait *idem Ioannes Garcia eo. nu. 39. in fine*, correctum etiam esse ius cõmune: nã attento hoc iure regio nõ fiunt possessoris bonæ fidei donec cõsumpti sint. Nam expresse lex illa regia decidit dominiũ horum cõsumptorum acquiri possessori bonæ fidei: & postea loquens de extantibus ait: *Mas lo que no ouiesse despendido, tenudo seria de los tornar al señor de la heredad.* Quare cõcludit hos fructus extãtes vindicari directe à vero domino. Circa eorũ verò restitutionem dicit idem *Ioannes Garcia nu. 41.* corrigi ẽt ius commune: nam possessor bonæ fidei nil ex his restituere tenetur, quamuis ex eorũ consumptione locupletior euaserit. Atque hoc etiam ait procedere in iudicijs vniuersalibus. Ponderatque ad hoc ea verba *d. legis regia 39. ibi: A buena fe compran los omes, o gan su casa, o heredamento.* Vt verbum, *casa*, referatur ad rei particularis vindicationẽ, & verbũ *heredamento*, ad hereditatẽ, quę est iudiciũ vniuersale, id ꝓpterea ait obseruatũ hoc iure regio. Id etiã probat ex *l. 4. tit. 14. p. 6.* quæ de iudicio vniuersali agit, & solũ extãtium, & cõsumptorum fructuũ ratio in ea habetur, nulla mẽtione facta an ditior euaserit possessor bonæ fidei. Ex quibus legib. cõcludit Hispanos nunquam admisisse hanc dictionẽ de locupletiori possessore bonę fidei ex fructibus industrialibus, nec in iudicijs particularibus, nec in vniuersalibus.

83 Cæterum vt meam sent. proferam, existimo nil circa fructuũ naturalium aut industrialium dominium esse immutatum per hanc legem regiã: & ita veram manere sententiam, quam num. 68. amplexi sumus, vt quicũque possessor bonæ fidei efficiatur dominus fructuum industrialium, aut naturalium solus ille, qui titulo munitus est. Ducor, eo quod leges partiales nũquam censeantur à iure communi deuiare, aliudque corrigere, nisi res sit aperta. Vt ꝓbauimus l. 3. de matrim. disp. 41. n. 8. At quoad hoc nõ est correctio expressa, & ideo est intelligenda lex illa regia iuxta ius commune. Non esse autem correctionem expressam, id mihi suadet, quod dum lex illa dicit dominium fructuũ industrialium cõsumptorũ esse possessoris bonæ fidei, non loquitur propriè de dominio: rei enim non extantis dominium esse nequit, nec consumptione acquiritur dominiũ, sed potius extinguitur, sed loquitur de obligatione ad restituendum, decidens eos consumptos non esse restituendos, & hoc denotant verba statim sequẽtia: *E nõ es tenudo de los dar.* Idem ẽt denotat clausula aduersatiua immediate contra posita agens de his fructibus extãtibus ibi: *Mas lo que nõ ouiesse despendido, tenudo seria de los tornar.* Vbi nulla de dominio est facta mẽtio, sed de sola restituẽdi obligatione. Insuper descẽdẽs postea ad fructus naturales, nullatenus quoq; dominij meminit, ibi: *Tenudo es de los tornar cõ la heredad, maguer los aya despẽdido à buena fe.* At diuerso iure censemur fieri possessorẽ dominũ horum fructuũ, & eum obligari ad eos restituendos. Vt diximus n. 41. Et in hoc placet qd dixit *Couarruuias citatus n. 81.* posse hanc legem regiã cum iure cõmuni concordari. Nec approbo quod dixit *Ioan. Garzia n. 81. relatus*, credens in hoc corrigi ius commune.

84 Secundo existimo nullatenus tenendum esse quod circa fructus naturales cõsumptos restituẽdos dixit *Ioã. Garzia relatus nu. 82.* nempe, decidi ea lege, vt ij cõsumpti sint restituendi à bonæ fidei possessore, quamuis ditior nõ euaserit. Quia decisio rationi naturali omnino aduersa nõ est legi tribuenda, nisi expressissimis verbis in ea cõtineatur, immo & ijs cõtenta, difficillimũ esset, ne dicam impossibile, eius iustitiam tueri. At verba nõ sunt expressa nedum expressissima: tãtum enim sic ait: *Que estos tales tenudo es de los tornar maguer los aya despẽdido à buena fe.* Quæ verba quãuis generalia, & indistincta possunt facillimo negotio intelligi, quatenus ex eorũ consumptione factus fuerit locupletior, vt sic, & naturali, & ciuili iuri consonet. Nec hoc est mirum, nã lex posterior loquens generaliter, & indistincte, est limitãda per specialem antiquiorem, & iuxta illam intelligẽda, nisi expressis verbis illi contradicat. Vt multis exornans probaui l. 2. de matrimon. disput. 24. nu. 6. Atque in hoc etiam approbo quod dixit *Couar. relatus num. 81.* Atque ita asserit *Greg. Lop. ead. lege 39. glo. penult. & l. 4. in gl. 2. tit. 14. par. 6.*

85 Tertio existimo quoad fructus industriales restituẽdos, esse verũ quod dixit *Ioã. Garcia eo. n. 82.* relatus, nimirum possessorem bonæ fidei teneri hos extãtes restituere, at consumptos minime, quamuis ex eis fuerit factus locupletior, quod idẽ decidi ibi sustinent *Greg. Lopez ead. 39. gl. 5. & l. 4. gl. 2. tit. 14. p. 6. Pichardus §. si quis à non domino, n. 15. instit. de rer. diuis.* Nec placet, qd dixit *Couar. nu. 81. citatus*, posse explicari legẽ hanc regiam, vt iuri communi nõ contradicat in hoc. Ducor autem quod ea lex regia 39. discrimẽ statuat inter fructus naturales, & industriales, qñ vtriq; bona fide cõsumpti sunt, vt naturales teneatur possessor bonæ fidei restituere, non tamen industriales: quod discrimẽ nequaquam consistere potest, si dicamus vtrosq; esse restituendos, quãdo possessor ex eis ditior factus est. Ergo vt id discrimen constat, cogimur dicere decisionem eius legis esse, vt naturales cõsumpti sint restituendi, quatenus possessor ditior est factus, at industriales consumpti nequaquam. Quod etiam attẽso iure communi nulli Doctores non pœnitẽdi sensere: quos nu. 76. retulimus, & diximus nu. 77. in initio esse valde probabile. Dixi autem placere sentẽtiam *Ioã. Garzia* quoad hos fructus industriales, quãdo agitur de singularib. iudicijs at displicet, quatenus, ait idem decidi ibi de vniuersalib. iudicijs vt de hæreditaria successione &c. (qualia autẽ sint vtraq; diximus nu. 25.) Quia non est credendum vnico verbo, & tam dubio corrigi tot illos textus contẽtos *ff. de petit. hær.* tradentes in his iudicijs vniuersalib. possessorẽ bonæ fidei teneri semper, quatenus factus est locupletior. Et ita tenet *Gregor. Lop. ea. l. 4. gl. 2.* & nomine hæreditatis intelligitur in *ea. l. 39.* non hæreditaria successio, sed fundus. Vt cõstat ex *d. l. 4.* vbi quãdo loquitur textus de hæreditaria successione, sic ait, *Entregando el juez de la herencia.* At *d. l. 39.* dicit, *casa, o heredamento.* Et intelligi per hoc verbum, fundum clare indicat *Greg. Lop. ead. l. 39. verb. heredamẽto* vbi circa illud quærit, quid si cõcedatur vsusfructus alicuius fundi. Insuper fructus illius in *ead. l. 39* appellantur, *Peras, mançanas, nuezes*, quod clare denotat sermonem ibi de fundo.

86 Ex omnibus dictis ea summatim complectendo, deducitur in hoc Castellę regno, possessorem bonę fidei in neutro foro teneri ad restituẽdum aliquid ex fructibus industrialib. bona fide ab eo cõsumpti, quamuis locupletior ex eis euaserit, præterquã in hæreditaria successione, & alijs iudicijs vniuersalibus at vbi ius solum commune viget, esset hoc valde probabile, at probabilius, teneri quatenus ditior factus est, iuxta dicta nu. 77. At in vtroque foro tenetur, stando iure regio, & cõmuni, fructus naturales restituere eatenus solũ quatenus ex eis ditior euasit. Sed si vtriq; extent, sunt vtriq; stante vtroq; iure, & ĩ vtroq; foro, restituẽdi integre, deductis

ex-

expensis, & mercede laboris, & industriæ possessoris. Quia cum hucusq; satis probauerimus id legibus decisum esse, earum decisio est in vtroque foro seruanda: iuxta ea quæ num 40. diximus.

87 Est tamen temperandum, quod diximus, nempe fructus extãtes, siue naturales, siue industriales, esse restituendos à bonæ fidei possessore, vt intelligatur, nisi triẽnio à die perceptionis numerãdo, eos bona fide durãti possederit. Quia hoc triennio res mobiles vsucapi decisum est, *insti. de vsucap. in princ.* inter quas computantur hi fructus. Atque ita tradunt *Bal. l. sequitur 4. §. fructus, num. 4. ff. de vsucap. & ibi Paul. nu. 1. Imola nu. 2. Ant. c. Grauis, nu. 12. de restit. spol. & ibi Abb. n. 11. Berous n. 43. Bal. l. 1. n. 7. vers. quæro nunquid, C. de vsuris, & fructib. leg. & l. ancila 12. n. 15. vers. itẽ dubitatur, C. de furt. Ruin. consi. 204. n. 15. vol. 1. Fel. c. De quarta, n. 31. restrictione 3. ad fi. de præscrip. Alex. l. 3. n. 8. C. de his quæ vi, Salic. l. qui scit 25. § in alieno, n. 1. vers. Et nota qđ ff. de usuris, Dec. l. si me, & Titiũ 32. n. 2. ff. si cer. pet. & ibi Iason, n. 2. Alciat. n. 11. Barth. Soc. consi. 251. n. vlt. vol. 4. Curt. senior consi. 71. n. 10. concl. 6. Aymon consi. 312. n. 2. vol. 2. Tiraq. de retractu lignagier. §. 11. glo. 2. nu. 17. Balbus de præscrip. 4. p. quartæ partis principalis, q. 35. n. 1. Montaluus l. 18. in fi. tit. 28. p. 3. Bellamera decis. 412. n. vnico. Copus de fructib. l. 2. tit. 4. de fructibus, qui in singularũ rerum petitione veniunt, c. 7. in fi. Ang. in sum. verb. fructus, n. 2. & ibi Sylu. n. 2. Couar. l. 1. var. c. 3. nu. 7. concl. 4. Pinellus l. 2. p. 2. c. 4. n. 48. C. de rescind. ven. Greg. Lop. l. 39. verb. De tal manera, tit. 28. p. 3. Menoch. de recup. poss. remedio 15. nu. 588. Anto. Gabr. in suis cõib. opinionib. l. 5. tit. de acq. rer. dom. concl. 2. nu. pen. Cardinalis Tuschus in suis practicis conclusionib. to. 4. conclu. 489. nu. 3. & conclus. 482. n. 5. & conclus. 491. num. 18. & conclu. 490. nu. 5. Toledo l. 5. summa c. 17. nu. 11. Molina to. 3. de iusti. p. 2. disp. 718. n. 1. Rebellus de iustit. p. 1. l. 1. q. 3. n. 2. in fi. Bañez 2. 2. q. 62. art. 6. dub. 3. cõcl. 3. Lud. Lop. 1. p. instruct. conscientiæ, c. 236. ad fi. Petrus de Ledes. 1. to. sum. tractatu 8. c. 14. post 4. conclusionẽ, dub. 3. dict. 3. Manuel 2. to. sum. c. 42. nu. 1. Vega 1. to. summa c. 60. casu 11.*

88 Quod si opponas fructus industriales effici possessoris bonæ fidei, atq; adeo eos non posse vsucapi, quod. n. meum est vsucapere nequeo, *l. in bello §. si quis seruũ, ff. de vsu cap.* Dic qñ res est irreuocabiliter alicuius, nequire eã ab ipso præscribi: at quãdo dñium reuocabile officio iudicis hẽt, quale ẽ possessoris bonæ fidei in eos fructus industriales, potest vtique. Atq; quãuis res officio iudicis debita nõ pręscribatur regulariter, nisi triginta annis *l. sicut, C. de prescrip. 30. annorũ*, at fallit in his fructib. Atq; ita docent *gl. reputata ab omnib. singularis, l. sequitur 4. §. fructus, verb. Non fuerint ff. de vsucap. & ibi. Bart. nu. 3. Imola, n. 2. Paul. nu. 1. Aut. Abbas Berous, Selic. Curtius senior, Alex. Ang. Syln. Balbus nu. 6. Lud. Lop. vbi n. præced. eos retuli Bald. l. ancilla. 12. nu. 15. vers. itẽ dubitatur, C. de furtis. Rebellus de instit. p. 1. lib. 2. q. 4. n. 12. Cardin. Tuschus d. conclus. 481. nu. 15.*

89 Et quamuis in præscriptione exigatur integrum tempus de momento ad mométum, *l. in omnibus ff. de actionib. & oblig.* in triennali rerum mobilium vsucapione, eo quod fauorabilior sit quã præscriptio, satis est vltimam triennij diem esse cæptam. Vt expresse habetur *l. in vsucapionib. 6. ff. de vsucap.* Et sic conciliat hos textus *gl. ibi, uer. computamus, et instit. de vsucap. in principio, uerbo per triennium.*

90 Immo etsi contra ecclesias priuatas non præscribatur, nisi quadraginta annis, id habet verum in rebus ecclesiæ immobilius: nam in rebus mobilibus præscribitur quoque aduersus ipsas triennio. Vt expresse habetur *auth. quas actiones C. de sacrosanct. eccles. et l. regia 26. tit. 29. p. 3.* Qui textus, etsi iuris ciuilis sint, quia tamen possunt esse vtiles Ecclesiæ, sicut & noxiæ, seruandæ sunt in foro etiam Ecclesiastico. Atque ita docent *glosa fina. C. de redditib. 12. q. 2. & d. auth quas actiones, verb. Durantibus, et ibi Iason, num. 4. gl. §. res fisci, verbo, non potest, instit. de vsucap. vbi Angelus nu. 9. Dynus regula Possessor. num. 18. de regulis iuris, in 6. Abbas ca. 1. nu. 13. de restit. in integrum, Bald. cap. Vigilanti, n. 6. de præscript. Felinus ca. De quarta, ad finem, eodem tit. Speculator, Cardinalis & Balbus, quos refert, & sequitur Couar. regula Possessor. 2. p. §. 1. n. 5. Syl. verb. Præscriptio 1. q. 6. dicto. 3. Molina to. 1. de iustitia, disput. 58. concl. 1. Leonardus l. 2. de iustit. c. 7. dub. 7. nu. 22.* Immo & res mobiles Ecclesiæ Romanæ prescribuntur eodem triennio. Vt bene docẽt *Molina, & Leonardus ibidẽ*, & colligitur ex reliquis indistincte loquẽtibus. Nec obstat in *ea auth. ene. & in ea lege regia* excipi postea Ecclesiam Romanam. Quippe ea exceptio tantũ refertur ad quadragenarium spatium ibidem petitũ ad immobilia ecclesiæ præscribenda, petitur enim cẽtenaria contra Ecclesiem Romanam. At in rebus mobilib. pręscribẽdis, nil distat à reliquis ecclesijs. Quare fructus beneficij triennio etiam præscribuntur. Vt cõstat ex dictis, & tradit *Molina to. 3. de iustitia p. 2. disp. 718. n. 1.*

91 At grauis difficultas est, an hæc pręscriptio triennalis procedat aduersus fructus cõsumptos ante id triennium lapsum? Quidam negant tunc præscribi. Ducuntur, quod ad præscriptionem exigatur possessio. At hi non sunt possessi triennio. Rursus quia pro consumptis tenetur possessor bonæ fidei sola actione personali cõdictionis sine causa, quatenus est factus dinor. At actio personalis solo triginta annorũ spatio præscribitur. Atque ita docent *Bartholomeus Secinus consil. 82. num. 29. versic. Tertio respondeo, volum. 4.* & melius *consi. 251. numero vltimo. volum. 2. Rumus consil. 204. num. 15. volum. 1. Decius l. Si me, & Titium 32. numero 2. §. Si certum petatur. Tiraquel. de retractu lignagier, §. 15. gloss. 2. num. 17. Couar. lib. 1. uariar. c. 3. nu. 7. conclusione 4.*

92 At multo verius est, illos quoque præscribi eo triennio, ita vt eo transacto possessor ille bonæ fidei liberetur omnino restituẽdi vinculo. Quia in hoc casu actio illa personalis succedit loco rei vindicationis quæ competeret aduersus eos fructus, si adhuc extarent: vnde sicut hæc tolleretur triennio, ita & illa. Hæc enim condictio debet imitari naturam rei vindicationis, ne maior sit domini vtilitas re cõsumpta, quam si adhuc extaret. Et ita docẽt *Paulus l. Sequitur 4. §. Fructus, n. 2. ff. de vsucap. Alciatus l. Si me & Titium 32. nu. 11. ff. Si certũ petit. Balbus de præscriptionib. 4. p. 4. partis principalis, q. 33. n. 1. & 4. & 5. Curtius Senior consil. 71. nu. 10. conclus. 6 Antonius Gabriel in suis communibus opin. l. 5. tit. de acquirend. rerum domin. conclusione 2. nu. vltimo. Pinellus l. 2. p. 2. ca. 4. n. 48. C. de rescind. uẽdit. Cardinalis Tuschus in suis practis conclusionib. to. 4. conclus. 481. nu. 5. & conclus. 290. n. 5.* Et in hãc partem inclinat *Menochius de recup. possess. remedio 15. nu. 589.* nam relata contraria sententia dicit eam esse notatu dignam, si esset vera.

93 Rursus est difficultas, an desideretur titulus ad hanc triẽnij præscriptionem? Aliqui eã desiderari in his fructibus pręscribendis censent. Ducuntur ex *instit. de vsucapion. in principio.* vbi hæc triennalis pręscriptio indicitur, ibi: *Rẽ emerit, uel ex donatione aliaue quauis iuxta causa acceperit* Vbi *glossa. uerbo Alia*, ait, *cum sint multæ causæ, sine tituli.* Insuper probatur, quia sine titulo saltẽ putatiuo pręscriptio nõ procedit *§. Error, instit. de vsucapion.* ibi: *Error. aũt. falsæ causæ vsucapionẽ non parit: veluti si quis cũ non emerit emisse se existimans possideat, vel cũ ei donatũ non fuerit, quasi ex donatione possideat.* Atq; ita videntur sentire *Abb. ca. De quarta, nu. 28. de præscript. & ibi Felinus, n. 51. restrictione 2. ad finem*, dicunt enim pręscribi fructus triennio. cũ iusto titulo. Et tenent expresse *Bartholomæus Socinus cons. 251. nu. vltim. vol. 2. Berous ca. Grauis, n. 42. de restit. spoliat. Vrsillus additione ad decisionem Mathæi de Afflictis Neapolitanã 240. n. 5.* Atque expresse *Bart. Socinus & Vrsillus ibi*, aiunt nõ sat esse generalem titulum pro suo, sed alium specialem exigi.

94 At verius est, satis esse generalem titulum pro suo. Quod in accessorijs præscribẽdis satis sit generalis titulus pro suo, absque alio speciali. At fructus pręscribuntur tanquã accessorij rei principali possessæ bona fide,

ex

ex qua percipiuntur. Nec obstant textus in contrarium adducti, quia intelliguntur de re, quæ tanquã principali præscribitur. Et ideo hoc sustinet *Baldus l. 1. n. 8. versic. Et nota quod est priu leg. nm C. de vsuris, & fructib. legatorum. Curtius senior consi. 72. nu. 10. concl. 6. Balbus de præscriptionib. 4. p. 4. partis principalis, q. 35. n. 4. Couar. l. 1. variar. c. 3. n. 7. conclus. 4. Card. Tuschus in suis conclus. practic. 110. 4 cõclus. 480. n. 4. & cõclus. 492. n. 18.* Atq; ita *Menoch. de recup. poss. remedio 15. n. 588.* docet pſcribi hos fruct⁹, siue possessor titulũ habeat, siue eo destitutus sit.

95 Demum id monuerim non opus esse triennio ad hos fructus vsu capiendos, quãdo fructus nõ per se præscribuntur, sed accessorie cum fundo. Quippe hoc præscripto præscribuntur quoq; fructus illo anno percepti ex eo. Cõstat. ex *l. eos 26. in si principij C. de vsuris* ibi: *Principali enim actione non subsistente, satis superuacuũ est super vsuris, & fructibus, adhuc iudicem cognoscere.* Per quem textum notat ib: *Baldus in principio nume. 1. notabili vnico*, destructo principali per præscriptionem, destrui accessoriũ siue odiosum, vt vsuras, siue fauorabile, vt fructus. Et in propriis terminis docet *Baldus l. Terminato 3. numero 3. versic. modo quæro vtrum C. de fructibus et litium expensis, Salicetus l. qui scit 25. §. in alieno. n. primo, versic. item attende, ff. de vsuris, Paulus l. sequitur 4. § fructus, num. secundo ff. de vsucap. Balbus dicta q. 35. numero secundo, & 3.* Immo licet pridie illius diei, qua fundi præscriptio completur, fructus illi percepti sint, præscribuntur accessorie cum illo. Quia militat eadem ratio. Et bene docet *Paulus ibidem*. Quod si illi fructus pendentes essent, tempore quo præscriptio completur, manifestum est illos pſcribi. Quia fructus pendentes sequuntur dominium fundi, tanquam pars eius & cum eo vindicatur: vt nu. 61. probauimus. Quare siue pendentes, siue percepti sint fructus illi, pſcribũtur simul cum fundo: si percepti ob rationem in priori loco dictam: si pendentes, ob rationem posteriorem.

96 Tandem superest contrarijs argumentis satisfacere. Ad textus *l. Bona fidei emptor, et l. fructus pere pẽdẽtes, relatos numero 62.* qui sibi inuicem contrarii videntur, constat ex dictis numero 68. in initio, vbi eos concordauimus. Ad argumentũ primę sententię relatæ n. 63. respõdetur præponderare precedens rei dominiũ subseq̃uẽti bonæ fidei possessioni munitæ et titulo oneroso eo q̃d sit ius plenius & perfectius ac prius tẽpore atq; ideo potius talis possessor, q̃ dominus rei fructib. naturalib. defraudari debet: ipsi aũt bonę fidei possessori actio competit ad suum interesse recuperandũ ab eo, à quo rem illam titulo oneroso acquisiuit. Ad argumentum secũde sententię relatum nu. 64. respondetur attento solo iure naturali, esse verum fructus industriales fore veri domini. At ius ciuile rationib. ductum tribuit dominium reuocabile eorum possessori bonæ fidei. Vt constat ex dictis. Ad argumentum tertiæ sententiæ relatum n. 65. dic solum malæ fidei possessorem teneri rem integrè restituere: secus autem de possessore bonæ fidei apud quẽ res iam non extat. Ad primum quartæ sentẽtiæ relatum nu. 66. dic praxim iudiciorũ ita seruare, eo quod iudici non constat possessorẽ bonæ fidei factum esse ex eis locupletiorem, nec id deducitur in iudicium nec à petenti probatur, cuius erat id probare, iuxta dicta num. 58. & præcedenti. Ad 2. & 3. ibidẽ relata, dic omnes eos textus efficientes possessorem bonę fidei dominũ fructuum, intelligi de fructib industrialibus, & dum eum restitutione illorum consumptorum liberant, intelligi, quatenus ex eis non mansit ditior. Nec verbũ, lucrari, sic intellectum caret effectu: cum irreuocabiliter lucretur ille quidquid ex fructibus consumpsit, non redditus inde ditior: nec id est decisionem textuum casui raro applicare. Quia non opus est fructus esse inutiliter consumptos, vt possessor nõ fiat ditior, potest n. vtiliter consumpsisse splendidius ratione eorum viuendo, & adhuc nõ euadet ditior: hoc autẽ non est rarum, sed freqũẽs. Ad argumentum quintæ sententiæ relatum nu. 67. constat ex dictis numero 68. in initio. Ad primum argumẽtum sententiæ relatæ numero 76. dic eos textus solum concedere fructus consumptos, irreuocabiliter, quatenus ex eis possessor non euasit ditior. Ad rationem congruentiæ ibi adductam, dic consumptionem id operari vltra solam possessionem. quod hæc nullum fructuum lucrum possessori concedat, at consumptioni coniuncta tribuit eorum lucrum, quatenus non mansit ditior. Ad æquitatem ibidem adductam. dic æquitati illi satisfieri, tributo lucro fructuum, quatenus non euasit ditior: at quatenus euasit, præponderat æquitas, *l. si me, & Titium*, rationi naturali innitens, vt nemo cum iactura aliena locupletetur.

SVMMARIVM.

An possessor malæ fidei teneatur ad fructus qui ex re aliena poterant percipi? Refertur quadam sententia nu. 97.

Explicatur sententia Authoris, nu. 98.

Quid si titulus sit lite pendente procuratus, nu. 99.

Explicantur quatuor casus excepti nu. 100.

Reducuntur omnes ad vnum, nempe, quando titulus est reprobatur nu. 101.

Quid si fructus potuere inhoneste percipi, aut sunt sic percepti, nu. 102.

Quid si percipi poterant ex melioratione facta per eum possessorem nu. 103.

Quid de fructibus perceptis ex illa melioratione? Refertur opinio, num. 104.

Explicatur sententia Authoris nu. 105.

Respectu, cuius sit spectanda potentia percipiendi ampliores fructus? Referuntur varij textus, nu. 106.

Referuntur variæ sententiæ à nu. 107. vsque ad nu. 113.

Fundatur sententia Authoris, nu. 114. & nu. 115.

Soluuntur contraria nu. 116.

An quod deducitur legibus circa fructus hos à malæ fidei possessore restituẽdos habeat locum in foro conscientiæ, & teneatur ad fructus qui pcipi potuere. Refertur quadã sñia n. 117.

Nõ tenetur in conscientia ad eos qui percipi potuere, at dominus non percepisset, nu. 118.

Quid si fur non percepit, at dominus percepisset, nu. 119.

Quid si singulari diligentia percipiẽdi à domino essent, n. 120.

Quid si possessor absq; culpa sua illos non percepit. nu. 121.

Quid si dominus ex vsu in honesto percepisset, nu. 122.

Quid si possessor malæ fidei rem illã meliorarit, & pauciores fructus collegerit, quam dominus ex re illa meliorata perciperet, nu. 123.

Quid si res illa nõ maneat apud malæ fidei possessorem, n. 124.

An teneatur ad fructus perceptos quos dominus non erat percepturus? Refertur quadam sententia, nu. 125.

Explicatur sententia Authoris nu. 126.

Quid si sint inhoneste percepti, nu. 127.

Quid si ex singulari latronis industria sint, nu. 128.

An id fructuum augmentum sit summo restituendum rigore, num. 129.

Quid si consumpti sint, nec latro ditior euasit, nu. 130.

Quid si percepti sint ex melioratione facta à malæ fidei possessore, nu. 131.

An torquem aureum alienum locans, quem dominus non esset locaturus, aut alieno instrumento aliquid conficiens, teneatur domino, nu. 132.

Quid si aliena pecunia locetur ad ostentationem, aut ad aliud, num. 133.

Quotuplices sint expensæ, nu. 134.

Leges concedentes furi retentionem, aut repetitionẽ expensarũ meliorationũ, aut fructuũ an sint in foro conscientiæ seruanda, n. 135. & ibidem, quid de hęc negantibus.

Quas expensas in re aliena cõsumptas possit in foro externo possessor malæ fidei deducere, nu. 136.

Quid in foro conscientiæ, à nu. 137. vsque ad nu. 145.

An sit deducendum pretium laboris, & industriæ, nu. 146.

Quas expensas possit deducere possessor bonæ fidei, nu. 147.

Fructus meliorationum an sint sui, & sint compensandi cũ illis eodem, nu. 147.

Post num. 147. inuenies alia summaria.

QVAE-

97 QVæstio tertia. Qualiter posseſsor malæ fidei teneatur ad fructus restituendos. Prius diſputãdum eſt, quid iure circa hoc ſtatutũ ſit: deĩde aũt an ea iuris decisio ſit quoq; in foro conſcientiæ ſeruandã. Circa prius, conſtat fructus perceptos eſse dño reddẽdos. At valde controuertitur an teneatur ẽt poſseſsor malæ fidei reddere domino fructus, qui ex re illa aliena pcipi potuere. Duplex eſt ſententia, prior ait eum teneri ſiue titulum habeat, ſiue eo deſtitutus ſit. Probatur ex *l. ſi nauis 62. §. fi. ff. de rei vendic.* ibi: *Generaliter autem, cum de fructib. æſtimandis quæritur, conſtat an induerti nõ debere, an malæ fidei poſseſsor fruitus ſit, ſed an petitor frui potuerit ſi ei poſsidere licuiſset.* Et ex *l. fructus non modo, 34. ff. eo. tit.* ibi: *Fructus non mõ percepti, ſed qui honeſte percipi potuerunt æſtimandi ſunt.* Idemq; habetur *l. Domũ 5. C. de rei vẽdi. et l. apud Iulian. 40. alias incipit Aphricanus §. fructus, ff. de l. 1.* qui textus cũ indiſtincte loquantur, ſunt indiſtinctè de quocunq; malæ fidei poſseſsore intelligẽdi. Secũdò, quia poſseſsor malę fidei tenetur ad hos fructus rõne culpæ, quã nullatenus aufert titulus. Tertio, quia in horum fructuum restitutione nõ conſideratur intereſſe veri dñi tunc. n. ſoli fructus ab ipſo percipiẽdi deberentur: ſed ſpectatur quædã ficta perceptio, quos. n. potuit poſseſsor percipere, finguntur percepti. Et ideo hãc ſniam tuentur *Cy. l. Certũ 22. n. 3. in fi. C. de rei vend. & l. ſi fundũ 17. in fi. C. eo tit. Paul. ea. l. ſi fundum, n. 3. Ang. §. ſi quis à non domino, n. 3. verſ. 4. quid de malæ fidei poſseſsore, in fi. inſtit. de rer. diuiſ. & l. Et ex diuerſo, in princ. n. 3. ff. de rei vendic: & d. l. fructus non modo, n. 1. Salic. d. l. Domum, nu 4. in fi. et d. l. ſi fundũ, in fi. Lorichius de fructib. axiomate 50. Bellamera c. Grauis, n. 25. vbi & alios refert, de reſti. ſpol. Balduinus §. Et vero, n. 5. inſtit. de rer. diuiſ. Picherd. d. §. ſi quis à nõ domino, n. 19.* Et poſse defẽdi tradit *Berous eo. c. Grauis, n. 34.* Et clare videtur tenere *Menoch. de recup. poſſ. remedio 15. n. 606. & 607.* quamuis. n. non explicet, an poſseſsor ille titulũ habeat, necne, at loquitur indiſtincte, & reprehendit *gloſſas* contrarium tenẽtes, quę rñ non omnino contrarium tenent, ſed diſtinguunt. Vt videbimus n. ſeq. Limitant autem *Paul. ibid. & Ange. d. l. Et ex diuerſo, in prin. n. 3.* Vt intelligatur de vero malæ fidei poſseſsore, qui. ſ. habuit veram conſcientiã rei alienę: ſecus autem de poſseſsore malæ fidei ficto, & ex ſola iuris præſumptione, qualis efficitur per ſolam litis cõteſtationem: hic enim ſi vere adhuc bonam fidẽ retineret, excuſaretur à fructibus, qui percipi poterant.

98 Poſterior ſnia ait, poſseſsorem malæ fidei cum titulo vt quia emptione, aut donatione accepit ſcienter à nõ domino, excuſari à fructibus, qui percipi poterãt, ac de ſolis perceptis teneri. ſi aũt titulo caret vt quia rẽ alienam vſurpauit, teneri de fructibus, qui percipi poterãt. Ducitur ex *l. ſi fundum 17. C. de rei vendicat.* vbi textus loquens de emptore, qui admonitus eſt rem alienam, emit, aut alio modo mala fide contraxit, et ſubinde habenti titulum, ſic ait: *Fructus quos eum mala fide percepiſſe fuerit probatum, vna cum præſes prouinciæ reſtitui iubebit.* Cum ergo poſseſsorem malæ fidei titulo munitum textus obliget ad ſolos fructus perceptos, non eſt amplius obligandus. Et textus allegati numero præcedenti obligantes ad fructus qui percipi poterant, loquũtur aperte quãdo deeſt titulus. Et ideo ita ſuſtinent *gloſſa finalis ea. l. ſi fundũ, & l. ſed & partus 12. ver. potuit. ff. de eo, quod metus cauſa. et l. ſi nauis 62. §. fi. verb. generaliter, et l. fructus nõ modo, 34. ver. potuerũt, & l. Et ex diuerſo 36. in prin. verbo non habendã, ad fi. ff. de rei vendic. & §. Et ſi in rẽ, ver. cũ fructib. & verb. non perciperit, inſt. de off. iud. et §. ſi quis à non domino, verb. cogitur, inſt. de rer. diuiſ. et c. grauis, ver. fructus, de reſtit. ſpol. & c. nõ liceat Papæ, el 1. in fin. 12. q. 2. Azor in ſumma, tit. de rei vend. n. 21. Speculator tit. de fructib. & intereſse, §. ſcias igitur, nu. 3. et 4. Bart. ea. l. ſi fundũ n. 3. & ea. l. fructus non modo, n. vnico, oppoſitione 1. Bal. ea. l. ſi fundũ, n. 2. notab. & oppoſitione 5. et ibi Ang. n. 3. Hoſt. c. cum cauſa, ad fin. de offi. deleg. & ibi Ioã. And. n. 8. Ab. n. 5. Idẽ Hoſt. d. c. Grauis, n. vlt. & ibi Anton. n. 12. Abb. n. 7. Card. n. vn. ad finem. Imol. n. 5. Aneh. n. 12. Paulus cõſ. 227. in cauſa quæ vertitur n. 6. vol. 2. Decius reg. Ges et aliter 79. in fi. ff. de reg. iuris. Romanus ſingul. 343. Tuſcis quod malæ fidei, n. vn. Marthesilanus ſingul. 159. Notu quod male fidei poſseſser, n. vn. Faber d. §. Si quis à non domino, n. vlt. & ibi Plutea n. 66. & ibi Porcius n. 27. Mynſinger ius in fi. C. antiũ cula ad mediũ. Roſella in ſum. verbo Reſtitutio 7. n. 19. ad fi. Ang. in ſum. verb. Reſtitutio 1. ver. Poſseſsor, verſ. Quis dicitur malæ fidei poſseſsor. Syl. ver. Reſtitutio 3. q. 9. Icũ. Garcia de expẽſis c. 23. n. 43. Spino ſpeculo teſtam. gloſs. 13. principali n. 54. Ludouic. Lop. 1. p. inſtructorij conſcientiæ c. 238. Paulo poſt principiũ.* Atque attento iure cõmuni hęc opinio eſt probabilior, at attẽto iure regio Caſtellę, eſt certa eſt n. deciſa in *l. Regia 40. tit. 28. p. 3.* Nec admittenda eſt limitatio *Supplemẽti relata ab Ang. in ſum. & Syl. proxime relatis* diſtinguẽtis an res obnoxia reſtitutioni fuerit aliena, nempe, quia nõ trãſit dominium in poſseſsorem, aut tãtum fuerit alteri debita, nẽpe quia de iure ciuili tranſijt in eius dominium, cum reſtituẽdi tamen obligatione. At hac diſtinctione reprobata, bene tradũt *Angelus, & Syl. ibidem*, tenendã eſse in vtroque caſu diſtinctionem huius poſteriori ſententiæ.

99 At limitatur hæc ſnia primò, niſi titulus ille ſit lite pẽdenti procuratus, tunc eñ nõ liberabit malæ fidei poſseſsorẽ reſtitutione fructuũ, q̃ pcipi poterãt. Ita *allegato Romano* tradit *Menoc. de recup. poſseſ. remedio 15. n. 605.*

100 Secundo limitatur, prętérquam in quatuor caſibus, in quibus poſseſsor malæ fidei, quãtumuis titulo munitus tenetur ad fructus, qui percipi poterant. Primus eſt, in eo qui in fraudem creditorũ emit, *l. Ait prætor. §. Per hanc, ff. quæ in fraudem credit.* Secundus eſt, in emente cõtra interdicta legum *l. Quemadmodũ, C. de agric. & cẽſi. l. 11.* Tertius, in eo qui emit à fiſco non ſolemniter, vendenti, *l. 1. Cod. de fide inſtrum. & iure haſt. li. 10.* Vltimus, in emẽte per metũ, *l. Sed partus, ff. de eo. quod metus cauſa.* Et hos caſus tradũt *gloſſ. ea. Sed & partus, verb. Potuit, & lege Si fundũ in fi. C. de rei vind. & lege Si nauis, §. fi. n. verbo Generaliter, & l. Fructus non modo ver. Potuerũt, & lege, Et ex diuerſo, in princ. verb. Non habẽdã, ad fi. ff. de rei vindic. & §. Et ſi rẽ, verb. Cum fructib et verb. Non percepit, inſt. de offic. iudicis, & §. Si quis à nõ domino verbo Cogitur, inſtit. de rerũ diuiſ. et c. Non liceat Papæ, el 1. in fi. 12. q. 2. Azor Speculator, Abb. eo. c. Grauis, n. 7. Card. Imol. Berous, Porcius, Platea, Roſella, Ang. in ſum. Syl. Lud. Lopez, vbi eos retuli n. 98.* Et omnes hi caſus decidũtur expreſse *l. regia 40. tit. 28. p. 3.* Quib. duplex alius caſus eſt addẽdus: prior eſt, quando quis quocunque titulo munitus poſſideret rẽ minoris. Conſtat ex *l. Pupri pro filio 28. §. Si pecuniam. verſ. Item ex diuerſo. ff. de minoribus.* Et tradunt *gloſſa ibi verbo Cũ fructibus, & ibi Bart. n. 2. Berous c. Grauis, nu. 43. de reſtit. ſpoliat. Cremens ſingulari 135. Tuſcis quod titulus, n. vnico, Gregor. Lopez. allegato Romano l. regia 40. in fine, tit. 28. p. 3.* Poſterior eſt, ſi quis fructus maturos patiatur ſtudioſe corrumpi. Ita *gloſſa eo §. Si quis à non domino, verbo Cogitur. Greg. Lopez. ibidem.*

101 Verum hi omnes caſus reducũtur ad vnum, nempe quando titulus eſt iure reprobatus, vt in omnibus illis cõtingit tunc enim habetur ac ſi titulus nõ eſset, & proinde non excuſat à reſtitutione fructuum, qui percipi poterant. Vt optime docent per illum textum *Hoſt. ca. Cum cauſa, ad fin. de offic. deleg. et ibi Ioã. Andr. n. 8. Abb. n. 5. idẽ Abb. c. Grauis n. 7. de reſt. ſpol. Fulgoſi. conſ. 190. n. 3. verſ. Ad ſecũdũ aũ, conſ. 136. n. 2. verſ. Ad 2. breuiſſime. Faber §. Si quis à non domino, n. vlt. Inſtit. de rerũ diuiſ.* Et ita reduci omnes ad hũc caſum docent itẽ *Faber l. Certũ C. de rei vindic. & Ioan. Garcia de expenſis c. 23. n. 4.*

102 Tertio limitatur, vt intelligatur de fructibus, qui honeſte percipi potuere, nullus enim poſseſsor tenetur ad inhoneſtos Quod expreſse deciditur *l. Fructus nõ modo 34. ff. de rei vindicat.* At vtique tenebitur malæ fidei poſseſsor ad eos reſtituendos dño, ſi eos inhoneſte perce-

percit

petit *l. Ancillarum, in fi. ff. de petit. hared.* ibi: *Sed & pensiones, qua ex locatione pradiorum urbanorum percepta sunt, venient, licet à lupanario percepta.* Et tradunt ibi *glo. verb. Venient & dict. l. Fructus nõ modo, verb. Potuerunt, & l. Et ex diuerso 36. in principio, verb. Nõ habendam, ad finem ff. de rei vind. Bart. ea. l. Fructus nõ modo, nu. 1. oppositione 2. & ibi Bal. n. 1. et ibi Ang. n. 1. Aut. c. Grauis, n. 12. ad mediũ de rest. spoliat. Salicet. l. Domũ, n. 2. C. de rei vind. Copus de fructib. l. 2. tit. 4. c. 4. in fin. Loriothus l. Fructus, in fin ff. de regul. iuris. Cantiuncula §. Si quis à non domino, ad mediũ, inst. de rerũ diuis. Menoc. de recup. posses. remedio 15. n. 6n 4*

103 Tandem limitatur, nisi fructus illi percipi potuissẽt ex meliotatione facta per malę fidei possessore, hi enim non sunt restituendi. Constat ex *l. Caterum 32. ff. de rei vind.* vbi textus agẽs de fructibus serui furtiui petitis per dominũ, sic ait: *Improbe desiderabit petitor fructus astimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt: quod artificiũ sumptibus possessoris didicit.* Et ita fatẽtur vniuersi, & multos referẽndo hoc tenent *Gregor. Lopez. l. 40. verb. Heredad, tit. 28 p. 3. Couar. lib. 1. variar. c. 8. n. quarto, vers. Proxime quast. Menoch. de recup. possess. remedio 15. n. 610 Ioannes Garcia de expẽsis, c. 23. n. 49. Barbosa l. Diuertio 8. §. Finali, nu. 51. ff. solut. matrim.* Atq; optimè addunt *Couar. & Ioannes Garcia ibi*, hoc esse verum, non in solo meliorationis casu ibi tradito, quę nec à seruo separari põt, nec eius ęstimatio debetur sed etiam quãdo potest separari, & quãdo debetur æstimatio. Quippe id probat rõ tradita in *ea l. Caterũ*, ne sua melioratio possessori noceat.

104 Verum grauis est controuersia, quid dicẽdum sit de fructibus ex illa melioratione perceptis? Quidam docẽt eum non teneri ad illos. Quod nõ sint omnino ex re aliena percepti. Ita docẽt *Matthaus de Afflictis decisione Neapolitana 86. nu. 6. Caualcanus decisi. 28. n. 8. in addit. part. 1. Iosephus Ludouicus in decisionibus Rota reipublica Lucensis, decisione 7. nu. 12. p. 1. Ioannes Garcia de expensis, ca. 23. numero 58.* dicens se vidisse semel Pinciæ ita iudicatum. *Gama* dicens sic decisum in senatu Lusitano, *decis. 364. nu. 1. & vltim. Meres de maioratu 4. par. q. 32. num. 5. Guttierez, quast. pract. l. 3. quast. 48. nu. 17. Valascus cons. 83. n. 20. t. 1. Escobar de ratiociniis, c. 13. à n. 2. vsq; in fi. Additionator ad Oliuanũ de action. p. 2. l. 1. c. 6. n. 18.* Et *Valasc. n. seq. referendus* dicit se vidisse sæpe ita iudicatũ. Alij citantur pro hac sent. sed falso, & ideo eos omitto.

105 At verius est eos reddendos vero domino rei. Quod sint ex re vera aliena percepti. Ea enim melioratio, tanquam in re aliena facta, cedit domino rei. Immo quãuis sint ædificium, & planta solo alieno adhærentia, cedunt domino rei, etsi possint commode separari, & solũ non cedunt illi domino, quando solum sunt tei affixa, vt ianuæ, fenestræ, lapis pretiosus. (Sicut optime docet *Molina to. 3. de iustitia 2. par. disp. 725. nu. 22.*) Cum ergo res fructificet domino, eius erunt illi fructus. Atque ita docẽt *glos. l. Caterum, verb. Potuerũt*, & quamuis obscure *l. Quod si artificem 33. in fin. ff. de rei vind. Angelus ea. l. Caterũ. in fi. & ibi Fulgos. n. vn. Aret. l. Aphricanus, alias, Apud Iul. 40. §. Fructus, n. 3. ff de leg. 1. Negusan. de pignor. 5. p. memb. 4. n. 20. Capit. decis. 92. n. 10. Couar. l. 1. var. c. 8. n. 4. vers. Proxime q. Greg. Lop. l. 41. verb. Que se descuente, in fi. tit. 28. p. 3. Et Menoc. de recu. posses. remedio 15. n 609. in fi. et 610. Valas. de iure emphyt. p. 25. n. 26. Barb. l. Diuortio 8. §. Finali, n. 52. & 53. ff. soluto matrim.* vbi optime q̃stionẽ hanc tractat. Alij citantur pro hac sententia, sed falso. Intellige autem, quãdo ea melioratio est domini, juxta dicenda nu 123. De fructib. autem meliorationũ perceptis à bonę fidei possessore, dicemus n. 147. in fine.

106 Rursus est grauis difficultas, quoties tenetur possessor malę fidei restituere fructus, qui percipi potuere, potẽtia hæc respectu cuius spectanda sit, nempe an respectu veri domini eos potentis, an potius possessoris malę fidei? Quod est quærere, an sint restituẽdi fructus, quos poterat verus rei dominus ex illa percipere, an quos iniquus possessor. Ansam dubitandi præbet diuersitas textuum, qui quandoque potentiam hanc respectu domini attendunt. Vt *l. si nauis 62. §. fi. ff. de rei vendicat.* ibi: *Constat animaduerti nõ debere, an mala fidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset.* Et *regula generaliter 79. ff. de reg. iu.* ibi: *generaliter cũ de fraude disputatur, nõ quod habeat actor sed quid per aduersariũ habere non potuit, considerandũ est.* Et *l. apud Iulianum alias, l. Aphricanus 40. §. fructus ff. de leg. 1.* ibi: *non quos heres percepit, sed quos legatarius percipere potuisset.* Et *c. grauis de restit. spol.* ibi: *possessores veteres percepissent.* Et *lege regia 40. tit. 28. p. 3.* ibi: *Cõ los q̃ pudiera ende lleuar le señor de la heredad.* Alij vero textus potentiã hanc considerãt respectu possessoris malę fidei. Vt *l. si fundum 17. C. de rei vẽdic.* ibi: *Fructus quos eum mala fide percepisse.* Et melius *l. domum 5. C. eod. tit.* ibi: *domum quam ex matris successione ad te pertinere, & ab aduersaria parte iniuria occupatã esse ostendis, prases prouincia cũ pensionib. quas percepit, aut percipere poterat, & omnia causa damni dati, restitui iubebit.* Qui textus debet necessario intelligi de ijs, quos possessor malę fidei poterat percipere, cũ loquatur de petitore, qui verus est dominus, in secunda persona: & ita si intelligere vellet, quos ipse poterat pcipere, deberet loqui in secunda persona, nempe, quos poteras percipere.

107 Desumpta igitur ansa ex hac textuum veritate, Doctores in varias sententia eunt. Prima ait hanc potentiã attendi respectu petitoris, qui est verus dominus, & ita restituendos esse fructus, qui ab ipso percipi potuerant, quamuis eos non percepturus erat. Ducitur ex textibus nu. præced. relatis id expresse decidentibus. Atq; id rationi consonat: cũ enim agatur de restituendo ipsi, cõputatio potentię percipiendi fructus, est respectu ipsius spectanda. Et ideo sic tradunt *gl. fi. l. si nauis 62. in fine, et l. fructus non modo 34. verbo potuerunt, & l. Et ex diuerso 36. in princ. verb. Non habendam, ad fi. ff. de rei vendic. & l. 2. ver. potuisset, C. de fructib. & litiũ expẽsis, et l. sed et partus 12. ver. potuit, ff. de eo quod metus causa, & regula generaliter, 79. ver. generaliter ff. de reg. iu. et c. Grauis, ver. fructus, de rest spol. et c. non liceat Papa el 1. in fi. 12. q. 2. Azor in summa tit. de rei vendic. n. 21. Speculator tit. de fructib. & interesse, §. sciat igitur, nu. 4. Host. cap. grauis in fine, de restit. spoliat. & ibi Ananias num. 5. Fulgosius dict. l. fructus non modo, in principio, nu. 8. Albericus l. si fundum 17. num. 4. C. de rei vendicatio. Cumanus §. fructus, numero 3. quem legit post l. cum seruus 39. ff de legat. 1. Monaldus in summa, verbo fructus, in fine. Angelus in summa, verb. restitutio 1. §. possessor. vers. quis dicatur mala fidei possessor. Syluest. verbo restitutio 3. q. 9. Pichardus §. si quis a non domino, nu. vlt. Instit. de rerum diuis.*

108 Secunda sententia sic distinguit. Si possessor ille malæ fidei sit in mora rei restituẽdæ, eo quod interpellatus sit, tenetur tempore moræ restituere fructus, quos dominus percipere poterat: si vero nõ sit in mora, tenetur solos quos ipse possessor poterat. Ita *Cynus l. certum. 22. nu. 5. C. de rei vendic.* Quę sententia communiter reijcitur, eo quod possessor malæ fidei sẽper sit in mora, nec ad hanc contrahendam interpellatione indigeat, *l. 1. C. de eo quod metus causa.*

109 Tertia sententia sic distinguit. Si hic conueniatur ab eo, qui nõ se verum rei dominum dicit, vt in hæreditatis petitione, sunt restituẽdi, fructus, quos possessor poterat percipere: si autẽ ratione dominij conuentatur, est in veri domini eos petentis electione, quos malit. Ducitur quod quidã textus asserant spectãdam domini potentiam, alij vero possessoris: (vt videmus num. 106.) & neutri in hoc sũt correcti. Ergo datur facultas domino eligendi sibi vtiliũs. Ita *Bart. l. & diuerso 36. in princip. n. 4 ff. de rei vendic.* Et hanc ait attento iuris rigore esse veriorem *Abb. c. grauis, nu. 14. de restit. spoliat.* quia (inquit) in odium culpæ obligatur ad fructus, quos ipse etiã sua singulari industria percipere poterat, id eligente domino. Subdit autem attẽta æquitate veriorem esse sententiam *Bar.* referendam nu. 114.

Quarta

110 Quarta sententia concedit in omni euentu electionem domino. Quia quoties actori subuenitur pluribus remedijs, datur ipsi electio, *l. quoties, ff. de actio. et oblig.* Nec textus dicentes reddendos fructus, quos possessor valebat percipere, negant quos poterat dominus. Imò cum alij dicāt quos poterat dominus, est apertū huius electionis concessæ signum. Secundo quia si possessor potuit auctores fructus percipere, nec percepit, in culpa est malæ administrationis rei: si autem verus dominus eos auctores poterat, iniuria afficitur, damnumq; patitur, ijs sibi non redditis. Et ideo hāc tuetur *Gulielm. de Cuneo, l. domum 5. C. de rei vendic. Aret. l. Aphricanus 40. alias l. apud Iulianum, §. fructus, n. 3. ff. de leg. 1. Angel. eod. §. fructus, in fin. (quem legit post l. cum seruus 39. ff. eod. tit.) Idē Angel. §. si quis à non domino, nu. vlt. instit. de rer. diuis. & l. fructus non mō 34. n. 1. ff. de rei vendic & l. sinamus n. 1. vers. In textu sequitur ff. eod. tit. & l. domum 5. n. 5. C. eod. tit.* limitans in hoc duplici posteriori loco dummodo cōmuni industria percipi potuerint: & *illa l. domum, eod. nu. 5.* limitat, dummodo dominus etiā aliquos percipere potuerit. Eandem sententiam absq; prædictis limitationibus, tradunt etiam *Bal. l. ... n. 2. vers. quæro vtrum C. de fructibus, & litium expensis. Faber d. §. si quis à non domino, n. 5. Anchar. c. grauis, n. 3. de restit. spoliat. & ibi Imola nu. 5. Bellamera nu. 27. Berous* latè probata præcedenti sententia, *n. 46. Mathesilanus singulari 59. Nota quod mala fidei possessor, nu. vnico.*

111 Quinta sisla ita distinguit, aut possessori malæ fidei sunt ab aliquo oblati fructus, quos ipse poterat percipere, & noluit admittere, & tunc quia quasi recepti habentur, tenetur possessor ad fructus, quos percipere poterat ipse. Aut non sunt oblati, & proinde solam iniustæ possessionis culpam habuit, & tunc si percipiendi ab eo erāt pauciores, quam percipiendi à domino, tenetur de omnibus, quos dominus percipere poterat; at si plures, tenetur pro rata percipiēdorum à domino. Quod si in mora fuerit per interpellationem, aut re ipsa, vt quia metu, aut vi illatis, rem occupauit, tunc si percipiendi à dño erant plures, tenetur ad ipsos; si autem pauciores, aut id augmentum à possessore percipiendum procedit ex sua singulari industria, & ad dandum domino non tenetur; aut communi industria percipiendum erat, & tenetur. Ita *Salicet. l. domum 5. n. 4. C. de rei vendicat.*

112 Sexta sententia deobligat semper possessorem malæ fidei à restituendis fructib. quos singulari sua industria posset, ipse, aut dominus percipere, sed solos, qui communi poterant percipi. Ducitur, quod nunquam attendatur singulare actoris interesse. Ita *Decius regula Generaliter 79. nu. 5. ff. de regul. iuris.*

113 Septima sententia ait teneri hunc ad reddendos domino fructus, quos diligentissimus paterfamilias posset ex ea re aliena percipere, quamuis culpa leui nō perceperit, nec dominus, nec possessor percipere possent. Ducitur, quia cōmodatarius in custodia rei commodatæ hanc diligentiā apponere tenetur, *l. si vt certo, §. 1. ff. cōmodati.* Et venditor in custodia rei venditæ, *l. custodiam, ff. de periculo & comm. rei vendita* cum tamē sint possessores bonæ fidei, nedum teuebitur ad illā possessor malę fidei. Ita docent *Copus de fructibus, lib. 1. tit. 3. toto c. 10. & 11. Balduinus §. si vero, n. 5. instit. de rer. diuis. Mynsingerus §. si quis à non domino in fi. instit. eod. tit.*

114 Vltima sententia (cui tanquam ceteris probabiliori adhæreo,) sic distinguit. Si considerētur fructus, qui ex sola singulari personæ industria percipi potuere, consideratur sola domini persona, & sic tenebitur iniustus possessor ad omnes illos, quos poterat dominus hac industria percipere, nō autem ad eos, quos ipse possessor poterat. Quod hi potius ex possessoris industria, quam ex re ipsa prouenirant. Si verò considerentur qui communi industria percipi poterant, tunc cuiusuis illorum potentia spectatur. Quia cū vterque hos percipere potuerit, est idem prorsus, vtriuslibet ex illis potētiam dicamus spectandam. Atque ideo textus solam communem industriam attendentes, modo dicūt quos dominus poterat, modo aiūt quos possessor. Et ideo hanc sententiam tuentur. *Bar. l. apud Iulian. 40. alias Aphricanus §. fructus, in fi. ff. de leg. 1.* & clarius *l. domum 5. n. vnico. C. de rei vendic. vbi* Bal. *n. 2. ver. in contrarium. Faber, n. vlt. Ant. c. Grauis, n. 3. in fi. de resti. spol. Paul. ea. l. apud Iulianum, § fructus, in fi. & ibi Alex. in fi. Iason, n. 2. Boerius alias cians decis. 268. nu. 1. Greg. Lop. l. 40. verb. Pudiera tit. 28. p. 3. Ioannes Garcia de expensis cap. 23. nu. 49.* Et testatur communem *Boerius ibi.*

115 Est tamen intelligenda hæc sententia de vero malæ fidei possessore, qui s. sciens rem esse alienam, vsurpat illam, nam si solam fidem præsumptā habeat, vt per litis cōtestationem, tenetur ad solos quos ipse percipere poterat. Ita *Paulus eadem l. apud Iulianum, §. fructus in fi. & ibi Alex. in fi. Iason, n. 4. Aretinus n. 3. Greg. Lopez, ea. l. 40. verbo Pudiera, in fi.* Immo attenta *ea. l. regia 40.* verius est possessorem malæ fidei solius præsumptæ, quamuis titulo careat, non teneri ad fructus, qui percipi poterāt, sed ad solos perceptos, vt ex ea constat, ibi, *A mala fe ganan los omes heredades è otras cosas, en dos maneras La primera es, quando burtam la cosa, è la robā, o la entrā sin directo. La segunda manera es, quando la ganā por razon de cōpra, o de donado, o por otra razon destas, pro sabiendo que aquellos de quien las han, ne hā directo de enagenar.* Vbi in vtroq; modo clare exigitur mala fides vera. Quare duplex cōditio exigitur attēto hoc iure regio, vt possessor malę fidei teneatur ad restituendos fructus, qui percipi possunt. Prior est, vt titulo careat. Posterior autem, vt vere habeat malam fidem. Et ita optime expendit *Ioānes Garcia de expensis capite 23. num. 43.*

116 Tandē ad contraria argumenta respōdetur. Ad textus adductos in primo argumento nu. 97. constat ex dictis nu. 98. Ad secundū dic, quamuis vterque possessor, fuerit in culpa; at quia minor est habēns titulū, mitius punitur. Ad tertium negatur illa ficta perceptio, sed cōsideratur sola possessoris culpa, ob quā iure punitur, vt quādo titulo caret, teneatur ad fructus, qui percipi poterant. Ad textus relatus n. 106. qui inter se pugnare videtur, cōstat ex dictis n. 114. Ad rationē adductā n. 107. dic, cum in restitutione fructuū à domino nō percipiendorum, minime agatur de vero dñi interesse, sed de sola possessoris culpa puniēda, nō est cur semper sint spectādi fructus, quos dñs poterat percipere. Ad primū argumentū ex adductis n. 11. dic, non semper succurri dño pluribus illis medijs sed mō declarato n. 114. Ad secundum dic, non esse cur imputetur culpæ huic possessori, quod re illam nō administrarit diligentius quā dñs administraturus erat, cū nō sit eius rei administrator, sed tantū teneatur ratione iniustæ possessionis. Ad rationē adductā nu. 112. dic esse minus verū. nunquā attēdi singulare domini interesse, alias non deberent sit restitui fructus, quos vere pcepisset sua singulari industria. Ad argumētum propositū n. 113. fateor teneri possessorem malę fidei ad eam diligentiā in re aliena conseruāda opponedā, immo, & ea apposita, si periret absq; sua culpa, teneretur adhuc ad ipsam restituendā, quod secus contingit in cōmodatario, & in alijs eiusmodi possessoribus bonæ fidei, at nō tenetur ad eam diligētiam apponendam, vt fructus ex ea percipiantur, & ideo nō tenetur ad eos qui tanta cura adhibita perciperentur.

117 Hactenus egimus, q d circa fructus malæ fidei possessore restituendos, iure statuitur: restat disputare, an idē sit seruandum in foro conscientię, an in solo externo. Et videtur idem etiā in foro conscientię seruādum. Quia n. 40. probauimus decisionē iuris quoad fructus restituēdos, esse in vtroque foro seruandā. Et huius sententiæ videtur *D. Ant. 2. p. tit. 2. c. 12. §. 16. vers. 5. Etiam Rosella in summa, verb. Restitutio 7. n. 18 Paulo post princip. Syl. verb. Restitutio 3. q. 7. d. 1.* aiunt enim possessorē malæ fidei teneri ad fructus pceptos, & qui medio tēpore percipi potuere. Et *Angelus in summa, verbo Restitutio 1. verbo Emens, n. 1. in fi. Tabiena, verb. Restitutio, q. 1. n. 12.*

Ludou. Lop. 1. p. instructorij cõscietiæ c. 237. col. 2. vers. Secundo tenetur, vbi idemmet dicũt quod authores præcedentes. Et *Armilla ver. Restitutio, n. 24.* vbi ait teneri hũc ad fructus, quos sua negligentia nõ collegit, collecturus aut si diligens fuisset. *Et Petr. de Ledes. 2. to. summæ, tract. tri 8. c. 14. conclus. 6.* vbi ait teneri hunc fructus perceptos restituere, & quos diligens pater familias in ea re excolenda perciperet. Et quamuis hi Doctores non explicent, an id sit in solo externo foro, an ẽt in interno; at solẽt de interno loqui, cũ eas summas ad instruẽdos confessores scripserint, soleutque ne hi decipiantur, quando vtrumque forum discrepat, id explicare.

118 Prima tñ conclusio sit. Nullus malæ fidei possessor tenetur in foro conscientiæ ad restituendos fructus, qui ex re aliena percipi poterant, siue ab ipso siue à domino, siue à quocũq; alio, si cõstet fore vt verus dominus eos non percepisset. Quare in hoc discrepat forum internum nunquã ad hos fructus obligãs, ab externo obligante, quãdo is possessor titulo caret. Rõne aũt disparitatis hmõi inter vtrũque forum assignat optime *Ioan. à Medina de rest. q 6. col. 8. in 1. propositione.* Qd forũ internũ solã cõmutatiuæ iustitiæ æqualitatẽ attẽdat, quæ in eo cõsistit vt integrè id dño restituatur, q ex re sua, si sibi nõ esset ablata, acquisiturus erat; & ideo qualecũque possessor minime obligat ad fructus possibiles restituendos si a dño acquirendi nõ essent. At forum externũ non solã æqualitatẽ prædictã respicit, sed sæpe culpã delinquẽtis punit, obligando illũ ad aliquid amplius in pœnã. Et cõfirmatur, nam obligari hũc ad fructus possibiles, est iure statutũ in delicti possessoris iniqui odiũ. Vt optime tradũt *Adr. hæc c. grauis, n. 13. de rest. spol. Ang. §. fructus, in fi. quem leges post l. cũ seruus 39. ff. de leg. 1.* Quod aut in delicti odium iure statuitur, est delicti pęna, ac proinde minime ante iudicis sñiam obligat. Pręterea, quia si in foro cõscientiæ essent restituẽdi fructus possibiles, nec à fure percepti, nec à vero domino percipiendi, esset magna inæqualitas aduersa iustitiæ cõmutatiua, cũ dominus locupletior ex furto euaderet, cõsequens plus quã ex re sua furto nõ arrepta cõsequuturus erat, ac fur iacturã rei suæ familiaris faceret, restituens plus, quã obtinuit, ac læsit. Itẽ, quia hic fur non tenetur ad eos fructus possibiles rõne rei acceptæ, vtpote qui illos non percepit: nec rõne iniustæ acceptionis: cum in ijs nõ acquirendis nullũ domino eos non acquisituro, damnũ intulerit. Tandem, quia cũ Doctores obligant morosum debitorem ad interesse lucri cessãtis, aut dãni emergentis, neutiquam intelligunt de eo quod sequi potuit, sed quod actu sequutum est. Nec obstat doctrina allata in contrarium nu. præced. ea enim est vera in ijs quæ ius disponit circa fructus restituendos à possessore bonæ fidei: eo q circa illos nulli præsumptioni innitantur, nec pœnam statuant, sed soli æquitati naturali innituntur. At secus est in fructibus, ad quos restituẽdos obligant possessorem malæ fidei: cum enim culpã punire velint, iniungunt ampliorem fructuum restitutionem, quã æquitas naturalis poscebat, in delicti pœnam. Et ideo hanc conclusionem tradunt *Ang. in summa, verb. Restitutio 1. verb. possessor, verb. Quis dicatur malæ fidei possessor. Syluest. verb. Restitutio 3. q. 9. Ioan. à Medina d. q 6. col. 10. vers. ad secundum dicendum. Rebellus de iust. 1. p. 1 lib. 2. q. 5. nu. 1. Lud. Lop. 1. p. instructorij conscientiæ, c. 238. statim in principio. Sayro in claui regia, lib. 10. tractatu 2. c. 3. nu. 23.*

119 Secunda conclusio. Possessor malæ fidei tenetur in foro conscientiæ ad fructus restituẽdos, quos dominus rei ex illa apud se habita percepisset, quamuis possessor eos non perceperit. Atque in hoc vtrumque forum cõuenit. Probatur ex *l. cum hereditas 59. ff. de petit. hæredit.* ibi: *Cum hereditas petita sit, eos fructus quos possessor percepit, omnimo restituendos, etsi petitor eos percepturus non fuerat.* Ratio est aperta, quia iuxta oium sñiam tenetur ad interesse lucri cessantis, & dãni emergẽtis: at hi fructus ad interesse id pertinẽt, & dãni dati satisfactioné, ex eo quòd si res illa non fuisset iniustè detenta, hoc cõmodum ex ea dominus percepisset, eoq; fraudatur ob iniustam rei occupationem. (An verò sint integrè restituendi, dicemus nu. 129.) Et ideo hanc tenent *Palud. 4. d. 15. q. 2. art. 5. n. 26. & ibi Gabriel. q. 2. art dub. 1. concl. 2. Couar. regula Peccatum, 2. p. §. 6. num. 4. Leonard. lib 2. de iustit. c. 12. dub. 17. nu. 116. Molina to. 3. de iustit. p. 2. disp. 723. nu. 1. Rebellus de iust. p. 1. lib. 2. q. 5. nu. 1. Emmanuel Sà summa, verb. Restitutio num. 16. Carbon de rest. q. 27. concl. 5. Nauar. lib. 4. de restit. c. 1. in noua editione, dub. 5. n. 34. & 35. Salon 2. 2. q. 62. ar. 6. controu. 1. conclus. 3. Sayro in claui regia, lib. 10. tract. 2. c. 3. nu 2. & 22.*

120 Quidã limitant primo, vt intelligatur de fructibus à domino percipiendis cõi diligentia, secus si singulari eius diligentia essent percipiendi. Ita *Decius regula Generaliter 79. nu. 5. vers. Sed tamen. ff. de reg. iuris*, vbi ait nunquã attendi singulari interesse actoris, siue domini rei, nẽpe, quod singulari sua industria acquisiturus erat vt possessor malę fidei obligetur ad fructus ea percipiẽdos. Ducitur aũt ex *l. pretia rerũ 63. ff. ad leg. Falcid.* ibi: *Pretia rerũ nõ ex affectu nec vtilitate singulorum, sed cõiter funguntur*, id est, iuxta *Glo. ibi verb. fungũtur*, cõi pretio æstimãtur res. Et *l. si seruum 33. ff. ad leg. Aquiliã, ibi: Pactus aut pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate singulorum, sed cõiter fungi.* Et *l. in furti 51. statim in principio. ff. de furtis*, ibi: *In furti actione nõ quod interest quadruplicabitur, aut duplicabitur, sed rei verum pretium.* Vbi *gl. verb. non quod interest*, ait *supple singulariter*. Et fauent *Gabriel, n. præced. allegatus, & Sayro eo. n. 2.* vbi aiunt teneri hũc malæ fidei possessorẽ ad restituendos fructus, quos rei dominus solito suo more percepit, vbi solitum colẽdi modũ põdero: quasi dicant secus si peculiari cura, & industria. Et afferunt hoc exemplũ, vt si quis vsurparit agrũ, & collegit viginti modios qa negligẽter coluit, at solitus dñs rei diligenter colere, percipiebat quadraginta, tenetur ad quadraginta. Idem sentire videtur *Nauar. nu. præced. relatus*, affert enim idẽ exemplũ eisdẽ verbis. At dicendũ est teneri ad eos fructus, quos dominus singulari sua industria percepisset. Hoc eñ aperte probat rõ num. præced. adducta. Nec obstant textus in contrariũ adducti: quia duo priores solũ quoddã principiũ naturale verissimũ probant, nempe, pretia rerum ex cõi, & non ex singulari domini existimatione esse spectanda. Et vltimus textus eam quadrupli pœnã noluit statuere attento domini interesse, sed solo cõi rei pretio. Quæ omnia nullatenus probant non esse restituendũ domino verũ commodũ, quod ex re sua p iniustitiam ablata percepturus erat, etiam attenta sua singularissima industria: quia in eo est verè læsus. Et hæc sñiã est conformis doctrinæ *Bartoli & aliorum, quam n. 114.* amplexi sumus, qui dicũt singularem domini industriã spectandam esse in fructuum percipiendorum restitutione sibi facienda. Atque ideo hanc partem sustinent *Couar. Leonardus Carbon relati, nu. præcedenti.*

121 Secũdo limitare vidẽtur *Gabriel Sayro, & Nauar. relati, nu. præced.* in exẽplo illo ex ipsis relato, vt sit verum, quando possessor in culpa fuit non colligendi tot fructus, quot dominus percepisset, eo quod negligenter agrum vsurpatum coluerit, quasi contrarium dicendũ sit, quando diligenter coluit. At dicendũ est nil referre, quamuis culpa in agro eo excolendo vacarit. Quia, hęc obligatio restituendi fructus à domino percipiẽdos, nõ consurgit ex culpa negligentiæ in agro excolendo, sed ex priori vsurpationis agri iniustitia, quę impedimento fuit domino, ne totos illos fructus perciperet.

122 Tertio limitat, vt intelligatur de fructib. quos licitè, & honestè, i. ex vsu rei licito, & honesto dñs erat percepturus. Qd probatur ex *l. fructus non modo 34. ff. de rei vedic.* ibi: *Fructus nõ modo percepti, sed qui honestè percipi potuerũt æstimandi sunt.* Quod vniuersi fatẽtur agẽtes de fructibus, q percipi poterãt. (Vt diximus n. 102. Et tenet agẽs de fructib. vere a domino percipiendis, *Sayro in claui reg. l. 10. tract. 2. c. 3. n. 24. vers. Sexto non tenetur.*

Quarto

123 Quarto limitatur, nisi malæ fidei possessor rem illam suis expēsis meliorem effecerit, ac postea pauciores fructus collegerit, quam dominus ex re illa sic meliori effecta collegisset necesset sic à domino melioranda, non.n. tenebitur illorum fructuum excessum à domino ratione illius meliorationis percipiēdum, ei restituere. Quia non percipiendo illum excessum, nullatenus domino nocuit: ea enim apud dominum manens, non reddēda esset melior; ac proinde nec dominus esset fructus percepturus. Hāc limitationē dicit esse probabilem *Lonardus de iustitia, lib. 2. cap. 12. dub. 17. num.* 117. & dicit eam tenere *Couarr. lib. 1. var. c. 8. n. 4.* Sed falsò allegatur, solū enim loquitur de fructib. qui poterant à domino percipi ratione illius meliorationis, & hos ait nequaquā esse restituēdos à malæ fidei possessore. & nec vllum verbū dicit de fructibus, quos ex ea melioratione erat vere dominus percepturus. Et ideo dicendum est cū *Leonardo ibidē*, esse probabilius teneri malę fidei possessorem ad hoc fructuum augmentum vero domino restituendum. Quia illa melioratio tāquam rei alienæ accedens, est veri domini, & iniquè à possessore detinetur. Ergo tenetur restituere lucrum cessans domino ex ea detētione. Quippe quamuis ex priori iniqua vsurpatione non intulerit domino hoc lucri cessantis damnum, intulit tamē ex iniqua rei melioratæ retentione. si enim suo tempore restituisset, prout tenebatur, id lucrum nō cederet domino. Hoc autem limita (vt ex eius ratione colligitur) quando ea melioratio est veri domini. fin. domus fructus locaretur à domino ratione fenestrarum vel ianuarum, aut aliarum rerum, quas possessor addidit cum illius meliorationis dominium fit furis, iuxta dicta nu. 105. non tenebitur fur maiori pretio locans id augmentum domino reddere.

124 Denique hæc secunda conclusio amplianda est, vt procedat, siue res illa apud malæ fidei possessorem maneat, siue apud alium. Cum enim eius damni fuerit ille possessor causa, vsurpando rem alienā, nil refert, siue eā possideat, siue non. Durat tamē hęc restituendi fructus obligatio, quos dominus ex re illa percepturus erat, donec res illa pereat. Quia tamdiu fructificat domino: ea autē pereunti, satis restituuntur domino fructus ex illa in posterum percipiendi, restituto ipsi valore rei, in cuius æstimatione habetur quoque ratio spei illius percipiendi fructus in illius rei potentia existētes. Quę optime docent *Rebellus de iustitia p. 1. lib. 2. q. 5. n. 3. & Molina to. 3. de iustit. p. 2. disp. 721. nu. 1.*

125 At dubiū est de fructibus perceptis, à malæ fidei possessore, ex re illa aliena, quos dominus eam possidēs nō erat percepturus. Vt si dominus nullos aut decē perce-pisset, at possessor viginti percepit. Quidā enim liberant in foro cōscientiæ ab eis fructib. eove excessu, à domino non percipiendis. Mouētur quia (vt diximus n. 118.) forum conscientiæ solam æqualitatem respicit, vt tantū restituatur ex re ablata, quātum non ablata erat dominus habiturus. Ergo non obligat ad restituendum illud fructuum augmentum, quod dominus nō erat habiturus, alias enim locupletior euaderet occasione furti dominus, cum furis iactura. Huius sententię videntur prima facie, *Ang. verb. Restitutio 1. § possessor, vers. quis dicitur malæ fidei possessor, & Syln. verb. Restitutio 3. q. 9.* vbi agentes de fructibus à fure restituendis, prius dicūt qui in foro externo restituātur. & subdūt hæc *Limita quoad conscientiā, si eos dominus in veritate erat percepturus probabiliter secus si omnino nō erat percepturus; vt quia domū non locasset.* Dixi autē videri, nā si attentè legātur, nū sūt non enim loqnūtur de fructibus à fure perceptis, sed de ijs qui percipi poterant, ad quos restituēdos forum externum obligat, & ideo limitant vt in foro conscientiæ id habeat verū, quā dominus erat vere eos percepturus, Quod esse verissimum probaui n. 118. & 119. Atq; hęc coruminetis ex antecedentibus colligitur. Præmiserant enim teneri iniquum possessorē ad fructus perceptos, & ad eos, quos dominus percepisset habēs rem suā iuxta *c. grauis de rest. spol. et l. si natus 62. §. final. ff. de rei vēdic.* At manifeste vterq; intelligit, vt teneatur ad fructus quos dominus percipere potuit. Nā etsi textus *eo. c. grauis*, videatur loqui de percipiēdis à domino, ibi: *Possessores veteres percepissent at Glo. cōmuniter ibi recepta verb. fructus*, explicat de ijs, qui ab antiqno possessore, veroq; rei domino pcipi potuere. Et *ea. l. si. natus*, de his loquitur ibi: *Si petitor frui potuerit.* Quod etiā apertè explicat limitatio secūda, quā ibi vterq; author subiūgit his verbis, *Secundo limita de fructibus qui honeste inde percipi potuerunt.* Quę limitatio nun quadrat fructib. perceptis. Quare tertia limitatio, quā statim apponit vterq; vt intelligatur quoad eos fructus, si dominus eos pcepturus erat, & hoc quo attinet ad forum cōsciētiæ, nō cadit in fructus verè perceptos a malę fidei possessore, sed in eos qui percipi poterant. Atque expressius est aliquātulum huius sniæ *Sotus l. b. 6. de iust. q. 1. art. 2. in fi.* vbi ait habētē in pignus sterilem agrum, qui domino nō erat vsui, nec frugifer, nec illū excolere putabat, si illum colat, vt olera saltem inde colligat, fortè non teneri hos fructus domino restituere. Sicut (inquit.) nec tenetur depositarius parta vsu pecuniæ sibi depositæ restituere. Subdit antē hæc esse prudenter pensanda: nam si fructus essent alicuius momenti, nempe, quod ager nō ederet fructus, eo quod putaretur sterilis, sed quia domini incuria nō colebatur, & postea factus sit frugi tenebitur domino eos fructus restituere. Cui sententiæ etiam fauet quod ex mente *Nauarri, & Ludouici Lopez* referemus nu. 132.

126 Tertia tamen conclusio sit. Possessor malæ fidei tenetur fructus à se ex re aliena perceptos reddere vero rei domino quamuis hic nō esset eos percepturus. Ratio est, quia quælibet res suo domino fructificat *§. si Titius & duplici sequenti, instit. de rer. diuis.* Ergo illi fructus percepti cedēt domino rei. Quod si dicas hanc rationē probare de solis veris fructibus, quales sunt, oleum, vinum, &c. non autem de pecuniarijs locationis redditibus, vt si possessor ille fundum pecuniis locasset alteri. Nam illud locationis pretiū non est furtiuum, sed transit in furis dominiū, iuxta dicta n. 25. Fateor prima facie sic videri: at re bene inspecta, cōcludit vtiq; et in his. Quia fructus ab eo colono percepti sūt veri domini, & possessor malæ fidei fundum alienum ei conducens est causa ne ipsi restituantur. Secundo probatur conclusio ex doctrina, quam tradunt *Bart. l. ratio, alias l. 1. § si emptor, n. 3. ff. de actionib. em. et Bal. l. si tradit 4. n. 11. q. 10. C. cod. titul.* vbi tradunt fructus posse dupliciter peti, aut ratione interesse, aut vt fructus, & priori modo aiūt non posse eos peti nisi quatenus domini interest, secus posteriori modo. Nec exemplum depositarij lucrantis pecunia deposita, est alicuius momēti. Quippe pecunia est omnino infrugifera, & ideo soli acquirenti cedit illius lucrum. At nos agimus de rebus alienis frugiferis. Nec obstat ratio contrariæ sententiæ. Quippe hæc restitutio non consurgit ex ratione damni dati vero domino, sed ratione rei acceptæ, eo quod ij fructus sint veri domini. Potest etiam dici damnū inferri vero domino ijs nō restitutis domino, vtpote qui priuatur illis fructibus qui sunt sui. Nec absurdum est, sed necessario dicēdū, aliquādo per accidēs debere dominū rei ex re sibi restituta ditiorē euadere, quā si nō subrepta esset. Vt optime obseruat *Ioā. à Medina de rest. in t. q. 6. col. penult. versic, et secundum hoc* idque exemplis cōfirmat. Vt si equo spoliatus erat statim eum vēditurus viliori pretio, quod tūc valebat, & restituatur sibi tempore quo longè plus valet lucrabitur occasione furti id augmentum. Et ideo hanc conclusionem tuentur *Cumanus §. fructus, num. 3. quem leg. 1. post l. cum seruus 39. ff. de legat. 1. Palud. 4. dist. 15. q. 2. art. 3. n. 26. & ibi Gabriel. q. 2. art. 3. dub. 1. col. 2. Syluest. verb. furtū q. 36. n. 20. Ioā. à Medina proximè allegatus Nauar. summa Latina, et Hisp. c. 17. n. 216. Couar. regula peccatum 2. p. § 6. n. 4. Mercado de contr. lib. 6.*

cap. 4. §. cit. c. 1 de los frutos Ledes. Lop. 1. p. instructorü cõscientiæ, c. 101. paulo post princip. um. Nauar. lib. 4. de restitutione c. 1. in noua editione, dub. 5. nu. 34. & 35. Rebellus de iustitia p. 1. lib. 2. q. 5. n. 4. Leonardus lib. 2. de iust. c. a. 12. dubio 17. n. 118. Molina to. 3. de iustit. p. 2. disp. 725. n. 4. Manuel 2. to. summa ca. 42. n. 5. conclus. 5. Sayro in claui regia libro 10. tractatu 2. c. 3. nu. 24.

127 Procedit autem hæc conclusio, quamuis hi fructus sint in honeste percepti à malæ fidei possessore, idest, ex in honesto rei alienæ vsu, non obliganti ad restituendum. Constat ex dictis n. 102. vbi id satis probauimus.

128 Quidam limitant conclusionem, primo, vt intelligatur, nisi fructus auctiores illi sint percepti ex singulari possessores malæ fidei industria: tunc enim ipsius erunt. Ita videntur tenere *Ledou. Lop. & Manuel relati numero 126.* aiunt enim ampliores illos fructus esse domino restituendos, quãdo communi hominum cura percipi solent. At dicendum est, hoc etiam augmentum domino restituendum, soluta industriæ mercede possessori. Quia ratio n. 126. adducta concludit idem in hoc casu. Atque ita docent *Cumanus, Nauarrus, Couarruuias, Leonardus Rebellius citati eod. num. 126.*

129 Secundò limitat *Manuel citatus n. 126.* vt huius augmenti fructuum restitutio non fiat integre, sed suauiter. Ducitur, quia multa euenire possent vero domino, impedientia eos fructus ab ipso percipi; qua ratione *D. Th. ab omn b. receptus 2. 2. q. 62. art. 4.* ait incendentẽ alienas segetes non teneri ad integrum segetum valorem restituendum, eo quod minus valeat existens in potẽtia, seu in spe, vtpote quod multis modis impediri valet, quàm existens re ipsa. At hæc limitatio displicet. Quia cum iã illi fructus sint verè perceptis, non dicuntur esse in spe, sed in actu, & ideo integrè cedũt domino, deductis expensis. Quando autem fur eos fructus non recepisset, at teneretur eos restituere, eo quod dominus illos percepturus erat, iuxta dicta nu. 119. esset vera hæc limitatio. Quia cum illa restitutio cõsurgat ratione spei percipiẽdi fructus, quæ multis modis frustrari posset, non sunt integrè restituẽdi, ac si re existerent, sed ad boni viri arbitrium, pensato spei subiectæ illis periculis valore.

130 Tertio limitant alij vt procedat, quando fructus illi à malæ fidei possessore percepti extant, aut si consumpti sunt, euasit ex illis locupletior; tũc enim tenetur eos extantes domino integrè restituere; at cõsumptos, eatenus tantum, quatenus locupleror euaserit. Ratio est, quia quando extant, ant ex eis factus est locupletior, tenetur ratione rei acceptæ, eo quod rem alienã habeat aut aliquid ex ipsa remanens. At quando ita cõsumpti sunt, vt non euaserit ditior, non tenetur ratione rei acceptæ, vtpote qui nil illius habet. Nec etiã tenetur ratione iniustæ acceptionis; hæc enim restituere non obligat, nisi damno illato alijs; at hic possessor nullũ damnum domino intulit, vtpote qui et sibi non surrepta, non esset amplius habiturus. Ita tradunt *Couarr. regula Peccatum 2. p. §. 6. nu. 4. Nauarra lib. 4 de restitut. in cap. 1. in noua editione dubio 5. numero 36 & 37. Sayro in claui regia, lib. 10. tractatu 2. cap. 3. nu. 24. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij conscientiæ. ca. 101. Paulo post principiũ,* dicens fortè ita esse, quamuis tutius esse dicat eos restituere, non integrè, sed prudẽtis arbitrio. Et dicit esse probabile *Leonardus lib. 2. de iustitia, cap. 12 dubio 17. numero 119. in fine.* At hæc quoque limitatio displicet, & ideo dicendum est eodẽ prorsus modo teneri eos restituere integrè post consumptionem, ex qua non mansit ditior, ac si extarent. Ratio est, quia fructus eo ipso quod extitere, fuerunt veri domini, ac proinde eorum cõsumpto fuit cõtra iustitiam, ac damnũ intulit domino eos integrè habituro, nisi consumeretur. Et confirmatur, nam eo ipso. quod eos percepit, nec restituit domino, fuit in mora, ac proinde qualitercũque postea pereant etiam casu fortuito, non liberatur restituendi onere. Tandem, quia solius possessoris bonæ fidei priuilegium est, vt sit liber à restitutione, quando ex re sibi aliena consumptione non est redditus ditior. Non ergo id extendi debet ad possessores malæ fidei, qui & in eã vsurpando, & fructus consumendo, delinquit, alioqui in ex cõsumptione iniusta lucrum deobligationis à restitutione reportaret. Et ideo hanc partem tenent *Molina tomo 3. de iustitia, par. 2. disputat. 725. num. 4. Leonardus eod. dubio 17. num. 120. Rebellus de iustitia par. 1. lib. 2. q. 5. numero 4.* Atque bene addunt *Leonardus, & Rebellus ibi* cessanti iniustitia in fructuum retentione, eo quod hic possessor non fuerit in mora restituendi illos, periere enim dum expectabat restituẽdi opportunitatem, ante aliud morę peccatum, & sine alia possessoris iniustitia, tunc esse veram prędictam limitationem, vt ex tunc non teneatur restituere, nisi quatenus ditior est factus. Atque idem dicendum esse bene ait *Rebellus ibidem*, quando hic fuit prius in mora, at illam purgauit, offerendo eos domino tẽpore opportuno. Quia ex tũc cessat iniustitia. Et idem est dicendum *cum Leonardo ibidem*, quamuis cessanti mora pereant ex leui possessoris culpa. Quia cum non cedat in eius vtilitatem perceptio, vtpote qui nil cõmodi inde reportaturus est, sed tota vtilitas domino cedat. non obligatur ex culpa leui, sed lata exigitur. Iuxta regulam in his culpis communiter traditam, quę potest videri in *Syluest. verb. commodatum q. 8.*

131 Tandem alij limitant, nisi fructus illi percipiantur ex melioramẽtis factus à malæ fidei possessore, ij enim non sunt restituendi. Quod tenentur dicere Doctores allegati numero 124. etsi enim fori conscientiæ nõ meminerint, at quæ iura disponunt circa deobligandum possessorem malæ fidei à fructuum restitutione, procedunt in vtroque foro vt dicemus nume. 135. illa autem iuris dispositioni innituntur. Et eiusdem sententiæ sunt *Salon 2. 2. q. 62. art. 6. controuersia 3. in fin. & Sayro in claui regia, lib. 10. tractatu 2. ca. 3. nu. 2. in fine*, vbi dicunt, si res sit fructifera, vt decem, & industria expensisque furis, facta sit frugifera vt quindecim, sola illa decẽ restituenda esse. Verum dicendũ est hunc obligari ad restituendos illos integros melioramentorũ fructus. Quod relatis authoribus probaui numero 105. Et idem tenet *Nauar. lib. 4. de restitut. cap. 1. in noua editione, dubio 5. nu. 38.* quod intelligendum est, præter quam si fur fiat dominus eorum melioramentorum. Vt diximus eodem numero 105. & latius in alio simili numero 123. Insuper limitat *Nauarra ibidem*, dummodo ij fructus extent, nam si sint consumpti (intellige, ita vt nõ euaserit ditior ille possessor, vt ipsemet ibi duplici numero præcedẽti dixerat) non tenetur restituere, nisi dominus esset idem melioramentum facturus, & inde eos fructus perciperet. Quia eo non facturus melioramenta, cessat omne damnum, & illi fructus iam omnino non extãt, & ideo possessor, nec ratione rei acceptæ, nec ratione iniustæ acceptionis tenebitur. At hanc limitationem numero præcedenti improbauimus, explicantes quando admittenda sit.

132 Ex his deducitur, quid in ea quæstione sentiendum sit, an locans torquem alienum aureum teneatur vero domino pretium locationis restituere. Negãt *Nauarr. summa Latina c. 17. numero 25. & Ludouicus Lop. 1. par. instructorij conscientiæ, cap. 101. ad finem.* Probat vterque, quia latro non tenetur parta alienis pecunij, restituere. Cui sententiæ consonat, quod nume. 125. ad finem retulimus ex *Soto*, & neuter explicat, an dominus esset similiter locaturus, nec ne. An prorsus est dicendũ, teneri id pretium vero torquis domino restituere. Quod pensiones eius locationis non sint fructus puræ industriæ, instar pecuniæ fructuum, sed rei quoque, cum non pro industria & labore locandi, sed pro rei vsu dentur, atque adeo debent domino rei cedere. Aliàs enim iniustè perciperentur illæ pẽsiones, sicut iniustæ sunt pro pecuniæ vsu. Et ideo hanc partem videtur tenere *Paludan. 4. dist. 15. quæst. 2. artic. 5. numero 26.* ait enim possessorem

malę

malæ fidei teneri restituere pensionem domus locatæ, aut quæ locari potuit. Et in proprijs terminis docet *Navarra lib. de restit. c. 1. in nova editione, dubio 6. num. 39. & 40. Rebellus de iust. in par. 2. lib. 2. q. 5. num. 4. versiculo. Ex dictis colligo. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 12. dubio 17. numer. 114. Molina tomo 3. de iustit. par. 2. disput. 719. numero vltimo.* Immo ipsemet *Navarrus summa Latina, & Hispanæ c. 17. num. 216.* hoc idem sentit, dum contra *Sotum* probat habētem agrum sterilem impignoratum, ex quo dominus non erat fructus percepturus, vel non tot, teneri fructus à se perceptos restituere vero domino. Et ideo iure optimo *Navarra. Rebellus, & Molina* appellant priorem sententiam falsam. Atque idē est dicendum, etsi dominus non esset torquem illum locaturus. Quia id probat ratio adducta. Et tenet *Navar. eo. num. 216.* agens de agro, qui non erat vsui domino. Et in proprijs terminis torquis aurei, & mulorum, quos dominus locare non consueuerat, docet *Leonard. eod. num. 114.* & dicit idem *num. 115.* in eo, qui agrum sterilem sibi impignoratum à domino coli non solitum excoluit, & fructus inde percepit. Bene autem limitat *numero 114.* nisi dominus esset ita diues, vt merito putaretur eum nolle id locationis pretium; quod verum est, quando apertis indicijs de ea tacita voluntate constaret. Similiter si quis inscio domino alienum instrumentum locet, tenetur locationis pretium domino reddere quamuis dominus non esset locaturus. Vt bene docet *Molina eadem disputat. 719. numero 1.* At si eo instrumento quid conficiat, id suum est. Quia non est fructus instrumenti, sed industriæ. Sic *Molina ibidem.* Nec in omnibus his refert possessorem esse malę, aut bonæ fidei; vtrque enim eos fructus, tanqu. m ex re aliena perceptos tenebitur restituere. At differenr, si consumpti sint; nam malæ fidei tenebitur adhuc integrè, bonæ autem quatenus est factus locupletior.

133 Immo si pecunia aliena locetur ad ostentationem, vt si aurea sit, aut ad alium vsum, ob quem iustè locari valeat, id locationis pretium cedit domino. Nam etsi vt pecunia non sit fructifera, & ideo fructus eius tāquam mera industria partus, non debeatur domino; at quatenus medinę, aut pompę, aliisve secundarijs vsibus deseruit, potest locari; vt vniuersi tradunt in tractatu de vsura: atque adeo ea locationis pensio est fructus rei, & subinde debetur vero eius domino.

134 Demum superest in hac quæstione tractandum, an hic malæ fidei possessor possit ex his fructibus restituendis expensas, ac præmium laboris, & industriæ deducere ac proinde solos fructus, qui his deductis supersunt, restituere teneatur? Præmittendum est, triplices esse impensas, quasdam sunt necessariæ, quædam vtiles, quædā voluntariæ, seu voluptariæ. Necessariæ sunt, quæ nisi fierent, aut res periret, an deterior fieret. Vt reficere domū minantem ruinam, mederi ægro seruo. Vtiles, quę rem vtiliorem ac maioris æstimationis reddūt, vt vineas, & oliueta plantare. Voluntariæ autem sunt, quæ suapte natura non fructus augent sed magis ad ornatum, & voluptatem fiunt, vt viridaria, picturæ, &c. Sic habetur expressè *campensa de verbor. signif. & l. regia 44. tit. 28. par. 3.* Dicuntur autem hæ vltimæ expensæ, voluntariæ, eo quod voluntatis causa fiant. Aliàs appellantur voluptariæ, quasi solius voluptatis causa factæ. Vt notat *gloss. eo. cap. in pensa, ver. b. voluptariæ.*

135 Secundo præmittendum est, omnes leges concedentes malæ fidei possessori retētionem aut repetitionē expensarū, aut meliorationū, aut fructuū, esse in foro animæ eodē modo quo in externo seruādas. Quod no præsumptione, sed vera iustitiæ ratione nitautur, nec in pœnam aliquid statuant; in quo casu idem esse in vtroque foro seruandum, probauimus lib. præcedenti capite 10. numero 11. Nec credendum est velle leges fauere possessori malæ fidei. At non est idem dicendum de legibus denegantibus hanc retentionem, aut repetitionem dictarum rerum. Quippe aut innituntur præsumptioni donationis factæ domino à facienti scienter in re aliena, aut sunt in delicti pœnam, quæ in foro con scientiæ non obligat ante sententiam. Vtrumque docet optimæ *Couar. regula Peccatum 2. part. §. 6. nu. 3.* & constabit ex dicendis duplici nu. sequenti.

136 His præmissis, si res hęc in foro externo esset exactè tractāda, peteret longum tractatum Consulantur *Menoch. de recup. possess. remedio 15. à nu. 50. 1. Ioan. Garcia de expensis c. 4. & duplici sequenti. Sarmiento l. b. 1. selectarum toto c. 10.* Breuiter autem resolutio est iuxta communiorem sententiam, vt expensas necessarias possit deducere, & petere, præter factas in alimentis serui furto surrepti, *l. 1. C. de infantibus expositis.* Expēsas vtiles, nec per actionem, nec per retentionem consequi potest, sed eas deducere poterit separādo ab edificio, si deduci valeant absq; pristini status rei damno; voluntarias autem neutro modo potest deducere. Quæ omnia probat allegatis textibus, & Doctoribus *Couar. relatus nu. præcedenti.* Et tradunt cōmuniter *Doctores l. Domum. C. de rei vind. & l. In fundo, ff. eodem tit.* Quamuis & voluntarias posse deduci per materiæ subtractionem saluo pristino rei statu, sustineat late *Sarmiento eo. cap. 10. à nu. 7.*

137 At in foro conscientiæ, integrum est, cuicunque malæ fidei possessori deducere impēsas necessarias. Quippe etiam in foro externo illi debentur. Vt diximus nu. præcedenti. Atque ita fatentur omnes. Quamuis autem (vt numero præcedenti diximus) denegentur hæ in foro externo, quando in alieno seruo furtiuo alendo sunt factæ. At in foro cōsciētię debentur, quatenus seruitij valorem excedunt. Quia dominus eas facturus erat; atque forum externum eas denegat in furti pœnam, quę iudicis sententiam petit. Ita tradunt *Couar. regul. Peccatum 2. part. §. 6. num. 3. Sayro in claui regia, lib. 10. tractatu 2. cap. 3. num. 4. Molina tomo 3. de iustit. part. 2. disputat. 725. in fine.*

138 Expensas etiam vtiles, etsi in foro externo denegentur malæ fidei possessori (vt diximus numero 136.) potest deducere. Quia hæc deductio pertinet ad indemnem seruandum hunc, & ne suis expensis dominus rei eua dat ditior. Præterea, quia cedunt in maiorem rei ęstimationem, ac domini vtilitatem. Et ita tradunt *Gabriel 4. d. 15. quæst. 2. art. 3. dubio 1. in fine. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 12. §. 16. versic. Quinto. Rosella in summa, verbo Restitutio 7. nu. 18. Sylvest. verbo Furtum quæst. 6. n. 20. & verbo Expensa, quæst. 4. nu. 5. vbi Angelus numero 3. Armilla numero 3. Tabiena q. 2. num. 3. Ioannes à Medina de restit. q. 6. col. 8. in prima proposi tione. Couar. eodem §. 6. n. 3. Molina eadem disp. 725. in fine. Sayro eodem cap. 3. nu. 3. & 4.* Atque *num. 19.* bene explicat id habere verum, etsi dominus non esset effecturus rem illam meliorem. *Ludouicus Lopez 1. part. instructorij conscientiæ cap. 237. colum. 2. versic. Quinto grauatur. Rebellus de iustitia 2. part. lib. 2. q. 8. nu. 3. Leonard. l. 2. de iustitia c. 12. dubio 17. nu. 111. Emmanuel Sà in summa, verbo Restitutio, nu. 16. Carbon de restitut. q. 27. conclusione 7. Nauarra lib. 4. de restit. c. 1. in noua editione, dubio 4. nu. 23. Manuel 1. tomo summæ in 2. editione, cap. 151. in fine.*

139 Circa expensas verò voluntarias non concordant authores. *Sayro eodem cap. 3. nu. 4.* ait obligari dominum in foro conscientiæ ad has expensas furi soluendas, quando separari nequeunt. Quod idem tenet *Leonardus eo dubio 17. num. 113.* ait etiam si dominus id ornamentum retinere velit, deducendas esse expensas, quòd si nolit, integrum esse furi eas auferre, si absque rei læsione auferri valeat, etsi id fieri nequeat, rem esse arbitrio prudentis transigendam. Sed magis placet non teneri dominum eas furi soluere, quando nequeunt separari absque pristini status rei læsione. Quod clare videntur tenere *Couar. eodem §. 6. numero 3. & Carbon eadem q. 27. post 7. conclusionem, versic. Ex quibus:* quamuis enim nequeat id. explicet, sed tantum dicat integrum esse furi eas ab ædificio separare, quando separatio fieri possit; at cum

at cum in expẽsis necessarijs, & vtilibus, declararit vtrque eas deducendas esse, veniens autem ad voluntarias, meminerit solius detractionis materiæ ab ædificio, indicat satis apertè, quod ea fieri nequit, non posse illas deduci. Id autem expressit *Rebellus ead. q. 8 n. 3.* dicens, nec huic possessori eas deducere licere, sed solum abradere saluo pristino rei statu nec dominũ teneri eas soluere. Quia fur ille sibi imputare debet, quod eas sine domini consensu fecerit. Et hoc magis placet, quamuis *Molina ead. disput. 725. n. fi.* videatur potius accedere priori sententiæ, dicit enim posse furem deducere quantum plus valet res ob has expensas voluntarias.

140 Limitantur autem hucusq; dicta de potestate deducendi expensas necessaria, aut vtiles, concessa possessori malæ fidei vt intelligatur, quatenus dominus rei eas fecisset. Nam si minoribus expensis id efficeret dominus, eæ solæ deduci poterunt. Quippe eæ solæ cedunt in domini vtilitatem. Atque ita bene docent *Leonardus eo. dub. 17. nu. 111. Carbon ead. conclus. 7. in secunda ratione. Molina to. 3. de iustit. p. 2. disp. 725. nu. 3.*

141 Secundo limitatur, vt solas eas expensas deducere possit, quatenus vtiles fuere domino, id est, quatenus res illis aucta est in valore. Quia eatenus solũ in domini vtilitatem cedunt. Ita tradunt *Ang. in summa uerbo Expensa, n. 3. & ibi Tabiena n. 2. q. 3. Rebellus de iust. p. 1. l. 2. q. 8. n. 2.* Qui bene addit, nec amplius deducere sas esse expẽsum sit, quamuis multo plus valor rei illius auctus fuerit. Quia id valoris incrementum cedit domino.

142 Tertio limitatur, nisi deducta re ad forũ externũ, dãnet ille possessor amissione expẽsarum, tũc. n. nequibit eas deducere, quarũ deductio sibi denegari dẽt in foro externo; nimirũ, vtiles, quæ sine læsione pristini status deduci nequeunt. Quia ideo diximus n. 118 integrum esse sibi in foro conscientiæ eas deducere, quod in criminis pœnam sentẽtia iudicis indigeniẽ eæ in foro externo denegentur. Ergo postquã accessit iudicis sententia, quæ ijs priuat, in neutro foro licebit eas deducere. Ita tradunt *Rosella verb. Restitutio 7. n. 18. Syl. verb. furtum q. 16. nu. 20. Nauar. l. 4. de restit. c. 1. in noua editione, dub. 4. n. 25. Lud. u. Lop. 1. p. instruct. consciẽtia, c. 537. col. 2. vers. Quinto grauatur. Molina ea. disp. 725. nu. 3.*

143 Quarto limitatur nisi res illa ad manus domini deuenerit cũ melioramentis illis, tunc. n. nequibit possessor malæ fidei eas expẽsas repetere, quę in foro externo denegantur, sed dominus potest eas retinere. Sic tradunt *Syluest. Ludou. Lop. Molina relati nu. praeced.* Sed hanc limitationẽ improbat *Nauar. n. praeced. relatus.* Quippe si potest in foro conscientiæ possessor malæ fidei eas deducere, et retinere, iniuria illi irrogabitur, si dominus rem sibi cum illo melioramento retineat, vtpote qui ex restitutione euadit locupletior, & plus quã sibi debetur, accipit. Cui satisfauent *Rosella verb. Restitutio 7. nu. 18. Ang. verb. expensa, n. 3. & ibi Tabiena n. 2. q. 3. Armilla n. 3. Sayro in claui regia, l. 10. tractatu 2. c. 3. n. 24* vbi dicũt possessori huic malæ fidei teneri dominum eas expensas restituere.

144 At huius resolutio pendet ex ea quæstione, quã latè discussi lib. 6. de matrim. disp. 38. n. 43. et 44. nempe, an quoties lex humana iusta denegat actionem ad aliquã rem petendam, & simul concedit eiusdem rei possessori, & debitori, repetitionem, si soluerint, liceat possidẽti in vtroque foro non soluere, sed retinere? Vt contingit in pecunia amissa in ludis quando pendenti cõceditur repetitio. In qua quæstione retuli ibi nu. 33. sententiam dicendũ huic non esse integrum retinere, sed teneri in foro conscientię restituere, dũ alter non condẽnatur. Quam opinionem dixi ibi 34. esse valde probabilem; at probabilius esse huic licere in vtroque foro eã retentionem. Atq; ideo eam amplexus opinionem, dico sequendam esse tãquam probabiliorem limitationẽ traditam n. præced. Tum ob rationes, quas attuli ea. q. 38. n. 34. Tum etiam, quia bona fides nõ patitur quẽpiam exigere quod statim tenetur eidem repetenti reddere.

145 Vltimo limitatur, nisi possessor malę fidei rem illam, dolosè meliorem effecerit, vt illã ea ratione sibi seruet existenti domino impotenti ad eas expensas sibi refundendas. Sic *Gabriel. 4. d. 15. q. 2. art. 3. dubio 1. in fine* subditque dominum (vt videtur) refusurum expensas, cum refundendum fuerit. Eam tamen limitationẽ reprobat *Nauar. eod. dubio 4. nu. 25 allegatus nume. 142.* tum quia *Gabriel* videtur innuere esse solum consilium, vt cum dominus soluendo fuerit, soluat eas expensas; cum tamen lege iustitiæ teneatur, tum etiam, quia etsi inops sit dominus, integrum erit furi eas expensas deducere, & subinde retinere quoque, donec sibi soluantur; atque domini est quærere vnde soluat: sicut si alijs debitis astrictus esset. At mihi placet prædicta limitatio. Quia dolus non debet patrocinari huic possessori, vt possit eã rem cum domini præiudicio retinere. Præterea, quia optimè docet, latissimeq; probat *Sarmiento lib. 1. select. cap. 10. num. 6.* non dici vtiles quascumque expẽsas rem pręciosiorem efficientes sed eas, quæ domino rei vtiles sunt. Nam expensæ simpliciter vtilissimæ possunt esse damnosissimæ pauperi, si eas soluere debeat. Atque credo, etsi postea dominus absque suo præiudicio eas soluere possit, eum non teneri ad id iuxta dicta numero præcedenti.

146 Quod si quæras, an huic malæ fidei possessori integrum sit mercedem sui laboris, & industriæ, in fructib. colligẽdis, & re melioranda deducere? Negat *Mercado l. 6. de contract. lib. c. 14. §. cerca de los frutos.* Ducitur, quod contra iustitiã, ac domini voluntatem apponat laborẽ, & ideo meretur illum perdere. At contrarium est tenẽdum. Quia nulla est maior ratio, ob quã expensę necessariæ, & vtiles, deducendæ sint, vtpote quæ etiã iniustè, ac domino inuito sunt etiã factæ, quã hic labor, & industria, & vtraq; cedunt in domini cõmodũ. Pręterea, quia si per alios laborem illum, & industriã apponeret, ac eis mercedem soluisset, posset in foro conscientię ea mercedem ex fructib. deducere. Ergo idem erit, si per se ipsum eadem apponat. Cum eiusdem valoris sint, & æquè in domini vtilitatem redundẽt. Atque ita docent *Bald. l. si quis sciens nu. 11. vers. quero hic quidam possidet, C. de rei vendic. Paulus l. certi 21. n. 1. C. eod. tit. Angu. c. grauis, n. 7. de rest. spol. Gabriel 4. d. 15. q. 2. art. 3. dub. 11. in fi. Ioan. à Medina de restit. q. 6. col. 8. in 1. propositione. Couarr. regula Peccatũ 2. p. §. 6. nu. 4. Cardin. Tuschus in suis practicis conclusionib. to. 4. conclusi. 484 nu. 35. & 37. Emmanuel Sà in summa, verb. Restitutio, n. 16. Nauar. li. 4. de restit. c. 1. in noua editione, dub. 4. n. 23. in fi. & 24. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 12. dub. 17. n. 111. & 121. in fi. Sayro in claui regia l. 10. tractatu 2. c. 3. n. 21. Rebellus de iust. 1. p. 1. l. 2. q. 8. n. 4.* Addit autem *Rebellus*, ad valorẽ industrię huius ęstimandum, non solam industriam secundum se, spectandum, sed etiam periculum iacturę, cui ille exponitur. Quia interdum multo plus valebit, ex fœlici successu, etsi res ita infœliciter succederet, vt valor industrię excederet valorem fructuum, certum est, dominum nõ teneri ad eas expensas absque sua licẽtia factas soluendas, sed satisfacturũ non penitus fructibus, & sic incommodum erit huius possessoris. Ergo similiter debet esse commodum ex fœlici successu. Eiusdem enim debet esse commodum & incõmodum. Nec enim ferẽdus est amplectens lucrũ, & onus subdite recusans, *l. vnica, §. 2. ad finem, C. de caducis tollẽdis.* Et qui sentit onus, sentire debet & cõmodum. *Regula Qui sentit §. de regul. iur. in 6.* At hoc additum non placet, & ideo existimo valorem industriæ pensandum esse secũdum se. Quia in hoc sola vtilitas pullulans vero domino consideratur, nec tenetur dominus valorem expensarum illã excedẽtium soluere, nec quamuis sit multo magis auctus valor rei, tenetur refundere plus quàm expensum est. Quod etiã in possessore bonę fidei concedit *Rebellus*, vt nu. sequẽti dicemus. Nec absurdum est, vt damnum sentiens nõ reportet aliquando cõmodum. Sicut in hoc expẽsarum exemplo constat, idq; clarius explicabimus nu. sequẽti.

Tan

147 Tandem circa expensas deducendas à possessore bonæ fidei, quando res, in qua sunt factæ, non est consumpta, est breuiter dicendum. Dixi quando res non est consumpta, sed extat: nam quando non extat apud ipsum possessorem, cõstat apud oẽs deduci debere, qualescunque illę sint: cum solum teneatur restituere, quatenus euasit locupletior: vt aũt locupletior censeatur deduci debet, quicquid eius rei causa est, quõcunq. expẽsum. Quæ satis ex dictis cõstant. Quando aũt res aliena extat integrũ est possessori bonæ fidei, qualescunque expensas deducere, quæ seruato illęso pristino rei statu deduci possunt, *l. Iulian. 38. ff. de rei vẽdic.* Quod si auferri nequeant, dñs tenetur eas soluere, *l. in fundo. ff. eod. tit.* aut ei vendet rem illã. Quia non imputari culpę debet administratio rei bona fide possessæ, *l. si quid possessor, §. sicut ante, ff. de pet. hær.* Ita tradunt *Ang. verb. expensæ, n. 3. & ibi Syl. q. 4. n. 5. Tabiena q. 2. n. 3. Armilla n. 3.* Hæc vero obligatio soluendi expensas huic possessori bonæ fidei, intelligitur eatenus solũ, quatenus plus valet res ratione illarũ: nec amplius, quã expensum est, tenetur dominus refundere, & si auctus rei valor illas longe excedat. Quia incrementum domino rei cedit. Quod si minus augeant, quam expẽsum sit, tenetur dominus ad solas expensas, quatenus rem auxerint, nec hoc damnum compensare tenebitur, *d. l. in fundo.* Et vtrumque docet *Rebellius de iust. tia p. 1. l. 2. q. 8. n. 1.* Tenetur etiam possessor bonæ fidei restituere fructus extãtes perceptos ex meliorationib. per ipsum factis, & cõsumptos, quatenus ex eis est factus ditior. Sic late probans *Barbosa l. diuortio §. fin. n. 2. ff. sol. mat.* & constat ex ratione quam tradidi nu. 10. Et est intelligẽdum cum limitatione, quam ibi posui. Quamuis vero ex fructibus consumptis non sit factus ditior, tenetur eos cum meliorationib. compensare. etsi pretium meliorationũ excedat fructus perceptos, id quod deest, est soluẽdũ possessori bonæ fidei. è cõtra autem si fructus excedãt pretium meliorationum, tenetur de solis fructibus extãtib. & de consumptis, quatenus euasit ditior. Quæ optime, & late probat *Barbosa ibi nu. 42. & 51. in fine.*

SVMMARIVM.

An possessor bona fidei, & post malæ, mutatis personis, acquirat sibi fructus, num. 148.

Quid in eadem persona? Refertur triplex sententia, nu. 149. 150. & 151.

Explicatur sententia Authoris, nu. 152.

Soluuntur cõtraria: et explicatur textus, l. qui scit, ff. de vsuris num. 153.

Quid si prius fuit mala, & posterius bona, et sunt diuersa persona, nu. 154. & 155.

Quid si eadem persona, nu. 156.

Quid si bona fides fuit respectu vnius persona, aut iuris, et mala respectu alterius, aut fuit mala ex sola consc. errãte, n. 157.

Post num. 157. inuenies alia summaria.

148 QVæstio quarta. Qualiter teneatur fructus restituere qui in initio bona fide, & postea mala possedit; aut è cõtra, prius fuit malæ, & posterius bonæ fidei possessor; aut est bonę fidei possessor respectu vnius personæ, aut iuris, & malæ respectu alterius? Circa primã partẽ constat, si mala fides superueniat, mutatis personis, vt quia defunctus habuit bonã, & hæres malam, iudicari hũc hæredẽ instar malæ fidei possessoris, & instar illius teneri oẽs fructus restituere. Quia cũ de solis fructib. ab eo quæsitis agatur, sola sitæ personæ fides spectãda est. Habetur expresse *l. quæsitũ est 40. ff. de acq. rer. dom.* Et tradunt *Bar. l. & ex diuerso 36. in principio, n. 9. ff. de rei vendic. Antonius c. Grauis, nu. 12. ad finem de restit. spoliat. & ibi Abbas, nu. 9. Imola, n. 7. Bellamera, num. 18. Berous, nu. 35. Menoch. de recup. poss. remedio 15. nu. 615.*

149 Difficultas autem est, quando idem met habuit in initio bonam fidẽ, & postea malam. Quod dupliciter potest contingere: prius, quãdo superuenit mala fides vera, eo quod possessor in initio putãs rem esse suã, nouit postea esse alienam; posterius, quando sola ficta præsumptione iuris superuenit; qualis est per litis contestationem. Variæ sunt sententiæ. Prima ait, vtroquis modo superueniat, satis esse initium bonæ fidei ad eos fructus efficiẽdos suos, quos possessor bonæ fidei suos facit. Ducitur ex *l. Qui scit 25. ad fin. ff. de vsur.* ibi: *Bona fidei emptor sciuit & antequã fructus perciperet, cognouit fundũ esse alienũ, an perceptione suos fructus faciat, quæritur? Respõdi; bona fidei emptor quoad fructus percipiẽdos, intelligi debet, quãdiu euictus fundus nõ fuerit.* Ita docet *Glossa ibi verb. Percipiẽdos, & l. Bonæ fidei 48. verb. Possideat, ff. de acq. rerum domin.* quãuis enim loquatur de mala fide præsumpta per litis contestationem superuenienti: at idẽ intelligit de vera mala fide. Quod bene aduertũt *Bart. & Abbas nu. praced. alleg.* nã *tex. dict. l. Qui scit.* cui innititur, procedit de vtraq; mala fide. Pro eadẽ sñia sunt alij absolute tradẽtes ad hanc fructuũ acquisitionẽ solũ initium spectari. *Hi sunt Glossa, l. Et ex diuerso 36. in princ. verbo Non habendam, ad finem, ff. de rei vindicat. & ibi Angelus num. 4. versic. Primum est. Azo in summa tit. de rei vindicat. nu. 20. Speculator tit. de fructibus & interesse, §. Sciat igitur, nu. 3. initio. Baldus ea l. Qui scit §. Bona fidei, n. vnico Alex. l. Nesennius §. Fundũ, n. 5. in fine, & n. 7. ff. de re iudicata, & ibi Imola, nu. 3. Iason nu. 3. Idem Imola c. Grauis, nu. 7. de rest. spoliat. & ibi Anchar. nu. 11. Faber §. Si quis a non domino, nu. 1. & vltimo. instit. de rerum diuis. & ibi Angel nu. 4. Portius, n. 26.* Atque *Berous eo cap. Grauis n. 36. & 37.* ait posse hoc etiam attento iure canonico sustineri; & quia textus in contrarium allati, referendi nu. sequẽti loquũtur de præscriptione. At diuersa est ratio, nam præscriptione acquirũtur fructus irreuocabiliter; & ideo nõ mirũ, si toto tempore bona fides exigatur; at possessione inchoata bona fide acquiruntur reuocabiliter: quamuis enim possessor eos suos efficiat, possunt officio iudicis reuocari, & ideo ad eã reuocabilem acquisitionem est satis bonæ fidei initiũ. Addit autem *Faber* eos fructus à tempore malæ fidei perceptos esse postea restituendos. Quod magis declarauit *Cãtunc. eo §. Si quis à non domino, ad medium,* dicens incipiẽtem possidere bona fide, turbandum non esse in possessione, nec in fructibus, ratione malæ fidei superuenientis, donec fundus euictus sit, eo tamen euicto esse fructus illos officio iudicis restituendos.

150 Secunda sententia ait, superuenienti mala fide vera, possessorem illum non efficere fructus suos à tempore malę fidei; secus autem, quando est pręsumpta; at teneri eos conseruare, quamuis eos suos efficiat, vt si in lite vincatur, eos restituat. Ita *Abbas cap. Grauis, nu. 9. de restitut. spoliat.* dicens priorem partem de mala fide vera, esse forte attento iure canonico tenendam per *ca. finale, de præscript. & regula Possessor. de regul. iuris, in 6. Bellamera eo cap. Grauis nu. 18.* & posteriorem partẽ de mala fide pręsumpta amplectitur etiam *Bart. l. Et ex diuerso 36. in princ. n. 9. ff. de rei vindic.* quamuis priorem partem agentem de vera mala fide, relinquat indecisam.

151 Tertia sententia ait de fructibus perceptis tempore bonæ fidei iudicandum esse, sicut de bonæ fidei possessore; at de perceptis tempore malæ, sic distinguendum; si priorem bonam fidem titulo munitam habuit, mala fides vera, vel præsumpta superueniens, non impedit acquiri fructus, etsi eos restituere teneatur tam extantes, quam consumptos, si autem titulo caruit, mala fides vera superueniens obstat acquisitioni fructuum, si autem sit sola præsumpta, non determinat, an possessor eos fructus efficiat suos, ait tamen, quicquid in hoc sit, eos fructos esse restituendos. Ita *Salic. l. Certum 22. nu. 5. q. 3. C. de rei vind. Angel. §. Si quis à non domino, nu. 3. instit. de rerum diuis.*

152 Vltima sententia (cui adhæreo) ait spectanda singula momẽta, ac proinde circa fructus perceptos, ac cõsumptos tempore bonæ fidei iudicandũ esse prorsus eodem modo, quo de possessore bonæ fidei: circa consumptos autem tẽpore malæ fidei, sicut de possessore malæ fidei. Probatur ex *c. Si virgo 34. quæst. 2.* ibi: *Tamdiu quisquam bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat.*

ignorat alienum, cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibebitur. Et ex *l. qui bona fide 23 ff. de acq. rer. do.* ibi: *Tādiu acquirit ei, quamdiu bona fide seruit, ceterum si coeperit scire eum alienum esse, vel liberum videamus an ea acquirat: quæstio in eo est, vtrum initium spectemus, an singula momenta. & magis est, vt singula momenta spectemus.* Præterea quia quoad mores attinet, perinde est, iniuste retinere, aut consumere, ac iniuste accipere. Et ideo hanc sustinent *Couar. lib. 1. var. cap. 3. nu. 7. vers. in his tamen, ad medium. Menoch. de recup. poss. remedio 15. nu. 592. & 612. Lotterius de fructib. axiomate 51. lo. Garcia de expensis c. 23. n. 13. Spino Speculo testa. gl. 13. in principali nu. 48. Picchardus §. si quis a non dño, nu. 8. insti. de rer. diuis. Sayro in claui reg. lib. 10. tract. 2 c. 2. nu. 2. ver. Ratio est. Nauar. lib. 3. de rest. c. 4. in noua edit. p. 3. dub. 1. nu. 144. Molina tomo 2 de instit. disp. 569. col. 4. vers. quando aliquid & tomo 3. p. 2. disp. 725. nu 1. & 2. Rebelius de iustit. p. 1. lib. 2. q. 5. nu. 9. in fin.* dicens ita esse in foro conscientiæ.

153 Superest respondere textui in *l. qui scit*, quem in cōtrarium retuli num. 149. qui directe aduersari videtur textui *l. qui bona fide*, quem numero præcedenti retuli. Hos textus adeo inter se aduersari quidam existimant, vt conciliari nequeant: & ideo dicūt Iurisconsultos ob varia iudicia contrariū sæpe respondisse, & ea contraria respōsa lapsu memoriæ esse in iure inserta ab ijs qui eorum responsa in epitome reduxere. Sic tradūt allegato *Eguinario, Conar. lib. 1. var. cap. 3. nu. 7. Menochius* varias cōciliationes reprobans *de recup. poss. remedio 15. n. 614. Leonardus lib. 2. de iust. cap. 14. dubio 2. nu. 11.* At placet conciliatio, quam tradit *Ioannes Garcia de expensis c. numero 16 & triplici sequenti* latissime probans, & ipsum sequitur *Pichardus num. 10 præcedenti relatus.* Et breuiter ad summā reducendo quæ late tradit ibi, hæc est cōcordia. Vt textus *in l. qui scit*, nō loquatur de vera cognitione, quæ ad propriam possidentis conscientiam spectat, sed de iudiciaria, quæ præsumptā malam fidem inducit. Constat ex eo verbo, *Euictus non fuerit*, quod dubitari nequit esse iudiciariū, ac in iudicijs frequens. Quare dum decidit ille textus non induci malam fidem ex eo, quod possessor cognoscat rem esse alienam: sensus est, non ex eo, quod cognoscit rem in iudicio peti tanquam alienā, atque lis sibi denunciatur, constituitur in vera mala fide, sed tunc tantum, qñ res illa euicta fuerit idest, quando instrumenta in iudicio exhibita sunt talia, vt iure optimo possessor persuadere sibi debeat rē esse alienam, & a se euincendam. At textus *d. l. qui bona fide*, loquitur de vera cognitione inducēti veram bonā, aut malam fidem. Cum in eo nulla de iudicio mentio fiat, nec vox aliqua id importans in eo reperiatur. Atq; in idem prorsus tendit intellectus ad eundem textum *l. qui scit*, quem tradunt *Sotus lib. 4. de iustit. q. 3. art. vlt. colum. antepenultima, immediate ante vers. ad rationem autem, Martinus de Ledesma 2. p. 4 q 18. ar. 1. dub. 14 f. 231. colum. 1. Aragon 2. 2. q. 62. ante art. 1. tractatu de dominio, quinque columnis ante finē, fol 164. col. 2.* qui est hic, qui bona fide fundum alienū emit, quamuis ante fructuū perceptionem norit esse alienum, idest, probabiles huius habeat coniecturas, pōt fructus vsque ad fundi euictionem idest, publico iudicio sublationem, percipere. Quippe solæ probabiles coniecturæ non sufficiunt ad veram malam fidem inducendam & vt possidens rem bona fide teneatur illa se spoliare: sed exigitur vt vere cognoscat rem esse alienam, aut iudicio conuincatur.

154 Circa secundam huius quæstionis partem, nempe, quādo possessor est à principio malæ fidei, & postea bonæ: aut hoc cōtingit in diuersis personis vt quia defunctus mala fide possedit, hæres autem bona. Et tunc hic hæres nō facit fructus suos. Probatur ex *l. cum hæres 11. ff. de diuers. & temporal. præscrip.* ibi: *Cū hæres in omne ius defuncti succedat, ignoratione sua defuncti vitia non excludit. Veluti cū sciēs alienum, vel precario possedit, quamuis n. precarium ignorantem hæredē non teneat, tamen vsucapere non potest. Nec n. rei de defendetur, cum exordium rei bonæ fidei ratio nō tueatur.* Vbi *gl. verb. rei*, sic ait: *Est n. intuendum exordium in persona testatoris, quia hæres eadem persona intelligitur.* Sic tradunt *Bar. l. & ex diuerso 36. in prin. nu. 2. ff. de rei vendic. Abb. c. grauis, nu. 10 de restit. spol. & ibi Berous nu. 38 Menoch. de recup. poss. remedio 15. n. 617.* Quod intelligēdum est de hærede vniuersali qui censetur eadem persona cum defuncto: secus autē de successore singulari, non capiente illam rem hæreditate. Ita *Abbas, & Berous ibid. Menoch. eo remedio 15. nu. 621.* Similiter etiā non intelligitur in prælato Ecclesiæ, qui nō dicitur in defuncti ius succedere, nec ius suum ab eo habet, sed a superiori instituenti, & ideo mala defuncti fides ei nō nocebit. Ita *Abbas ibidem, & Berous nu 39.*

155 Sed quāuis hæres sic bona fide possidens non consequatur effectus possessionis bonæ fidei cōcessos solo iure ciuili, nimirum, vt fructus industriales faciat suos & naturales, ratione illius tituli, & vt industriales consumptos nullatenus restituere teneatur, etsi locupletior euaserit; at indubitanter obtinebit effectum iure naturali concessum possessori bonæ fidei, quē nu. 4. tradidimus, nempe, vt nec ex re, nec ex eius fructib. bona fide consumptis teneatur restituere, nisi quatenus ditior euasit. Quia rationes eo nu. 4. traditæ, iuri naturali innitentes militant in hoc casu. Atq; in hoc sensu est verum, quod tradit *Copus de fructib. lib. 2. tit. 4. de fructib. qui in singularium rerū petitione veniunt c. 3. nu. 2. & 3.* vbi ait hæredem latronis possidentem bona fide, censendum esse instar possessoris bonæ fidei. Atque in simili idem trademus num. 188.

156 Quando autem bona, & mala fides succedunt in eadem persona, quia nimirum, prius quisquam mala fide possedit, & postea bona, tūc pro tempore, quo mala fide possedit, reputabitur possessor malæ fidei. & pro tempore quo bona, reputabitur bonæ. Tum quia (vt n. 152. probauimus) singula momēta, quoad hoc spectanda sunt. Tum etiam, quia idem est iudicium de toto quoad totum, & de parte quoad partem, *l. Quæ de tota, ff. de rei vendic.* Atque ita docent *Cynus l. certum, 22. nu. 5. & 9. C. de rei vendic. Barto. l. sequitur 4. num. 2. ff. de vsucap. Anton. cap. Grauis, num. 12. de restit. spol. & ibi Abbas num. 10. Imola num 8. Berous nu. 40. in fi. & 41. Bellamera num. 18. in fi Copus eodem cap. 3. numero 1. Angel. §. si quis a non domino. num. 3. in fi. Instit. de rerum diuis. Menochius de recup. poss. remedio 25. num. 619.* Quod intellige, quādo ex legitima causa mutatio prioris iudicij accidit ea enim causa deficienti non potuit prudenter variari iudicium, ac possidendi ratio, *l. non solum, 9. 1. ff. de vsucap* & ideo reputabitur possessor malæ fidei. Ita *Anto. Abbas Berous ibidem.*

157 Demum circa vltimam huius quæstionis partē, nempe quando quis mala fide possidet respectu vnius iuris, & bona respectu alterius: vt si bonam fidem habeat cōparatione proprietatis alicuius rei, malam autem respectu vsusfructus, vel è cōtra, vel malam respectu cuiusdam partis fundi, bonā autem respectu alterius partis; gaudebit priuilegijs oīb. possessoris bonæ fidei, quoad rem respectu cuius habet bonam fidem in reliquis autem tenebitur instar possessoris malæ fidei. Atque similiter si ex vno capite habeat malam fidem si tamen ex alio simpliciter habeat bonam fidem, cēsebitur ac possessor bonæ fidei. Vt si quis donationis aut quocunque titulo rem accipiat ab eo, quem credebat nō legitimū dominum: at alia via putauit rem legitime ab eo alienari, est possessor bonæ fidei. Quod ex se constat, & tractantes de bona fide ad præscriptionem petita, tradunt *Couarruuias regula possessor 2. par. §. 8 numero 9. Molina tomo 1. de iustit. disputat. 63. colum. vltima.* Quando autem possidet bona fide respectu vnius personæ & mala respectu alterius, vt si credat rem illam esse Petri, cuius tamen non sit, nisi Ioannis, comparatione cuius nullam malam fidem habet, sed illius esse ignorat inuincibiliter, est dubium qualis possessor censeatur. Et videtur malæ fidei,

fidei & nō gaudere priuilegiis bonæ fidei, respectu veri dñi. Quia vere,& absolute posseſsor malæ fidei cū non rit rē non esse ſuā, & nil refert ignorātia cuius vere ſit, cū cuiuſcūq; ſit, teneatur rōne iniuſtę acceptionis, vtpote qui rē alienā ſciēter vſurpar. Atq; ita hūc eſse poſſeſsorē malæ fidei ad rē illam præſcribendam, tradunt *Couar. & Molina proximè allegat.* At idē *Molina to. 1. de iuſtit. p. 2. diſp. 7 13. n. 4. verſi. Secūda verò pars,* ait censeri hunc poſseſsorē bonæ fidei, & ſolū teneri vero dño rōne rei acceptæ ac proinde re illa cōſumpta, eatenus solū teneri, quatenus euaſit locupletior. Quia aduerſus dñm illius nō peccauit cōtra iuſtitiā, nec iniuſte illā recinuit. Sicut ſi poſtea reperiret eſse ſuā, nil reſtituere teneretur, etſi iniuſte cōtra cōſciētiam errantē acceperit. At potius placet prior ſnīa, quia rationes illius ſunt vrgentiores. Et quia (vt nu. ſeq. videbimus) iura clamant poſseſsorem bonę fidei eſse, qui credit rem ad ſe pertinere. Nec obſtat exemplum de conſcientia erronea adductum, quia in illo caſu erat res vere ſua, & ita non eſt, cui reſtituat, & conſcientia fuit omnino erronea. Quę omnia ſecus ſe habent in noſtro caſu.

SVMMARIVM.

158 Quæſtio quinta. Qñ quis cēſeatur poſſeſſor bonæ, & malæ fidei & vter horū cenſeatur, qui dubius eſt? Duplex eſt mala fides, quædā eſt vera, & quædā ficta, ſeu iure pſumpta. De his eſt ſeorſum agendum: & prius de bona, & mala fide veris. Bona fides vera eſt, qñ quis probabiliter arbitratur rem eſſe ſuam, & pſonæ circūſtantijs, putat rē eſſe ſuā, aut illū à quo accepit, ius habuiſſe illius diſtrahēdæ. Cōſtat ex *l. Bonæ fidei 110. ff. de verb. ſign.* ibi: *Bonæ fidei emptor eſſe videtur, qui aut ignorauit eā rem alienam eſſe aut eū qui vendidit, ius putauit vēdendi habere.* Idē hī *l. 3 ff ad l. Flauiā, de plagiarijs. & l. Qui à quolibet 27. ff. de contrah. empt. & §. Si quis à nō domino, inſtit. de rerum diuiſ. & §. Iure ciuili, inſtit. de vſucapion. & l. Apud antiquos 2. §. Cum igitur. C. de furtis, & l. regia 49. tit. 28. p. 3 & c. Si virgo 34. q. 1.* ibi: *Tamdiu quiſquā bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienū.*

159 Ex quo deducitur primo, verā bonā, & malā fidē, nō eſſe qd iuris, ſed facti. Quia id ex ppria vniuſcuiuſque conſciētia pēdet, non aūt ex iuris præſcripto; quam ob rē ius neqt hæc inducere. Quia ſi poſſeſſor credat rē eſſe alienā, nequibit ius efficere, vt ſit bonę fidei vere poſſeſſor, nec è cōtra, vt ſit veræ malæ, ſi iuſte credat rem eſſe ſuā. Et ita docēt *Couar. regula Poſſeſſor 2. p. §. 7. n. 6. Ioannes Garcia de expenſis c. 23. nu. 12.* Poterit tñ ius ob iuris errorē excludere poſseſsorē ab ijs, quæ bonæ fidei poſſeſſor iure cōſequi ſolet, eumque afficere ijs, q aduerſus malæ fidei poſseſsorem ſunt iure ſtatuta. Ita *Couar. ibi.*

160 Secūdo deducitur, nō eſſe bonā fidem, qñ ex craſsa, aut ſupina facti ignorantia oritur. Vt quoties quis hac ignorātia putat rē eſse ſuā. Quippe tūc nulla adeſt probabilis rō ad exiſtimandā iuſtā poſſeſſionē, ea. n. exiſtēte nō eſſet ignorātia craſsa. Ita tradunt *Hoſtiēſis ſumma tit. de pœnit. & remiſ. nu. 61. §. Quid de prædā ementibus, verſ. Quid ſi ſciebat falſū. Monaldus in ſumma tit. de reſtitutione emptorum, & de rapina, verſ. Itē ſi emens, & verſi. Itē ſi emerent, & verſ. Malam. Gabriel 4. d. 15. q. 3. art. 3. dubio 5 propoſitione 2. D. Ant. 2 p. tit. 1. c. 12. §. 16. Roſella verb. Reſtitutio 7. n. 18. Ang. verb. Reſtitutio 1. verb. Emēs, n. 3. Syl. verb. Reſtitutio 3. q. 7. dicto 2. Tabiena vet b. Reſtitutio q. 24. n. 25. Ioānes à Medina de reſtit. q. 17. paulo ante fin. verſ. Sequitur amplius & q. 10. col. 3. verſ. Si aūt ſecundus detentor. Martinus de Ledeſma 2. p. 4. q. 18. art. 6. col. ante penult. in fi. Nauar. ſum. Latina, & Hiſp c. 17. nu. 84. Graffis 1. p. deciſionū l. 2. c. 132. n. 22 Toledo l. 5. ſum. c. 16. n. 12. Lud. Lopez. 1. p. inſtructorij conſcientiæ c. 237. col. 3. verſ. Ad hæc res poſtulat. Bañes 2. 2. q. 40. art. 1. dubio 7. cōcl. 2. 3. & 4. Sayro in clau. regia, l. 1c. tractatu 2. c. 1. n. 2. verſ. Nec ēt, Nauarra l. 3. de reſtit. c. 4. in noua editione p. 3. dubio 1. n. 144. & 145. Val. 2. 2. diſp. 5. q. 6. pūcto 3. col. 3. verſ. Quinto, quod attinet. Molina to. 1. de iuſt. diſp. 64. col. 1. verſ. Quod attinet, & to. 3 p. 1. diſp. 720. n. 4. & diſp 725. n. 2. & 7. & 8. Rebellus de iuſt. ita p. 1. lib. 1. q. 4. n. 14. & q. 5. n. 5.* Similiter nō cōſurget bona fides, quādo ex temeraria fatuitate poſſidēs non aduertit rem eſſe alienam. Quia eadē eſt rō. Et docent *Monaldus, D. Antonius, Roſella, Syl Ludouicus Lopez ibidē.* Et concludo ignorantiā debere eſſe inuincibilem, vt bonā fidē producat. Quod bene docēt *Ioānes à Medina vtroque loco, Martinus à Ledeſma, Bañes, Rebellus ea. q. 4. n. 14 proxime alleg. & Molina ea. diſp. 720. nu. 4. & diſp. 725. n. 2. & 7. & 8.* ait debere eſſe talē, quæ à culpa Theologica excuſet. Et id bene explicat *Rebellus ea. q. 5. nu. 5.* dicens debere eſse ignorātiā excuſantē à culpa lethali in acceptione rei, & omiſſione inquirēdi cuius ſit. Qui *nu. 6.* addit ignorantiā venialē obligare ēt ad reſtitutionē, ſed minorē, iuxta culpę proportionē, arbitrio prudentis. Ad id additū non approbo eo, quod cōis ſnīa habeat ſolā culpam venialem non obligare ad reſtitutionem ex ſola iniuſtitiæ culpa præcedentem. Docet ēt optime *Molina ea. diſp. 723. n. 8.* iudicandam eſse ignorantiam hanc à culpa Theologica excuſantem, attenta capacitate perſonæ accipientis.

Et

Et multum etiam ait iuuare, an emens, aut aliter accipiẽs, sit timorata persona, quę si vitiũ in ea acceptione, aut emptione suspicaretur, abstineret se ab illis. Quippe in huiusmodi personis dicit nullatenus esse præsumẽdam ignorantiam culpabilem crassam, sed potius inuincibilem, aut propter inaduertentiam, quæ sæpe non est in hominum potestate, aut ratione ignorantiæ subtilitatũ iuris. Quando autem (inquit) persona non est timorata, si nimia ruditas arbitrio prudentis eam non excusat à culpa, præsumitur ignorantia crassa, eò facilius, aut difficilius, quo circumstantię concurrentes indicarẽt plus, aut minus, eam non esse tradentis, spectataque ruditate, simplicitate ac perspicacitate ingenij eam accipiẽtis.

161 Sed quando est ignorantia iuris, an inde consurgat bona fides ad acquirendos fructus, est grauis difficultas. Et quidem quando est ignorantia iuris naturalis, vt si quis nouit rem esse furtiuam, ignoret tamen sibi non licere eam emere, concordant Doctores eam esse crassam, nec excusare. Ita *Monaldus, Gabriel D. Antoninus, Rosella, Angelus, nu. 2. Syl. Nauarra, Ludouicus, Lopez, Grassis Sayro, allegatis num. præcedenti.* Vide autem limitationem huius hoc eodem capite, nu. 1.

162 At difficultas est de iuris humani ignorantia. Quidam negãt hinc oriri bonam fidem ad fructus acquirendos, nisi ignorans sit rusticus, aut mulier, aut minor, aut ius sit ita dubium vt varias interpretationes patiatur. Et ratio est, quia iura clamant ignorantiam facti, non iuris excusare. *Regula Ignorantia, de regulis iuris, in 6.* Sic *Pinellus l. 2. p. 2. cap. 4. num. 34. vsque ad 43. latissime probans, C. de rescind. vendit.*

163 Asserendum est, inuincibilem iuris ignorãtiam satis esse ad producendam bonam fidem ad huiusmodi effectum. Quia nullus est textus decidens hac ignorantia excludi bonã fidẽ ad acquirẽdos fructus; imò eam satis esse decidunt expresse, *l. Sed etsi lege 25. §. Scire, ff. de pet. hered.* ibi: *Et non puto hunc esse prædonẽ qui dolo caret, etsi in iure errauit.* Præterea, quia quando ius voluit hãc ignorantiã nõ prodesse, vt quoad vsucapionẽ, id explicuit, *l. Si fur 32. §. Si quis id, ff. de vsuc.* ibi: *In iure errãtis nõ procedat vsucap.* Et ita docent *Glossa eo. §. verbo. Et nõ puto, in 2. solutione.* quã postea dicit esse verorẽ; & *d. §. Si quis id, verbo errãtis, in vltima solutione, & l. Quod vxor 16. verbo Pro possessore, ff. de acq. possess. & l. De fructibus 18. verbo Fructus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & cap. Si diligenti, verbo Bona fides, de præscr. Dynus regula Possessor, n. 39. de reg. iur. in 6. Bar. d. l. Sed etsi lege, §. Scire, n. 4. vbi Ang. n. 5. idem Bart. d. l. Si fur, §. Si quis id, nu. vnico. Anton. c. Grauis, n. 11. de restit. spoliator. & ibi Abbas nu. 17. Imola, nu. 3. Bellamera, nu. 15. Beroius, nu. 21. & 22. & c. Si quis presbyterorum, nu. 15. de rebus Eccles. non alien. idem Abbas c. Ad nostrã, in fin. eod. tit. Felinus c. De quarta, n. 30. de præscript. Capola consi. cautela 25. n. 8. 10. 1 Ruinus cons. 91. nu. 5. vol. 5. Igneus l. 3. §. Si conditioni, n. 41. & 42. ff. ad Syllanian. Bald. l. Celsus, n. 18. & 19. ff. de vsuc. p. Curtius Senior cons. 71. nu. 15. Ang. in summa, verbo Ignorãtia, n. 5. & ibi Syl. q. 8. d. 7. n. 20. Naul. l. 1. cons. tit. de officio ordin. in priori editione, cons. 6. in u. 3. & 6. in posteriori, cons. 9. Couar. l. 1. variar. c. 3. n. 8. Bald. §. Si quis à nõ domino, n. 1. in fi. instit. de rerum diuis. & ibi Caniuncula ad mediũ. Vrsillus addit. ad Matt. de Afflictis in decis. Neapolitana 140. à n. 1. vsq; ad 4. Menoch. de recup. possess. remedio 15. n. 630. Ioãnes Garcia de expẽsis c. 23. nu. 24. Cardinalis Tuschus in suis cõclusionib. pract. to. 4. cõclu. 490. n. 48. Toledo li. 5. summa c. 26. n. vltimo.* Atque idẽ est dicendum, etsi adsint simul error iuris, & facti. Vt bene docẽt *Dynus n. 40. Ioãnes Garcia, n. 33. Vrsillus proxime citati.* Quare sicut ad malã fidem ex facti ignorãtia inducẽdã, diximus, nu. 160. exigi ignorantiã esse crassã, vel supinã; idem prorsus est dicẽdũ de hac iuris ignorãtia. Quod bene docẽt *Ang. in summa, Syl. & Toledo proxime allig.*

164 Quidã limitant primo, vt intelligatur de ignorantia iuris, quod solum nõ assistit contractui, vt contingit in testamento minus solemni, cui ius non assistit illud fouens & approbans non tamen illi resistit illud interdicens. Secus autẽ de ignorantia iuris resistentis. Vt contingit in alienatione rei Ecclesiæ absque debitis solemnitatibus, cui ius resistit, illam interdicendo. Ducuntur Ex *l. Si prædium, C. de prædijs minor. & l. 1. C. de fide instru. & hasta fiscalis, li. 1. & l. iubemus nulli, §. 1. C. de sacros. eccle. & c. Si quis presbyterorũ, de reb. eccl. nõ alie.* Sic tradũt *Bar. d. l. Sed etsi lege, §. Scire, n. 4. Antonius, Abbas vtroque loco, Beroius vtroque loco, Imola. Curtius senior, Felinus nu. 31. in 3. restrictione. Balbus, Vrsillus, Menoch. nu. 634. Card. Tuschus, vbi eos retuli, num. præcedenti.* At existimo nullam esse quoad hoc differentiam inter vtriusque iuris ignorantiam. Quia *d. l. Sed etsi lege, §. Scire,* determinatur indistinctè errãtem in iure esse in bona fide, quo ad fructus acquirendos. & nulla ratio cogit restringere, cum vterque error sit contrarius scientiæ, & ideo, vel vterque, vel neuter conferre debet ad bonam fidẽ. Nec obstant textus in contrarium adducti; sunt enim intelligendi de mala fide præsumpta in foro externo. Atque ita docẽt *Igneus, Nauarrus, Couar. Ioannes Garcia à nu. 24. vsq. ad 33. vbi eos nu. præcedenti retuli.* Et idem dicendum est, quamuis id ius non sit obscurum, vt bene docet *Nauarrus eodem loco.*

165 Secũdo limitant alij vt tunc ignorantia iuris resistẽtis producat malam fidem ad effectum nõ acquirendi fructus, quando ius ita resistit, vt interdicat regulariter alienationem, vt contingit in alienatione rei Ecclesiæ. Secus quando etsi resistat, permittit regulariter alienationẽ, cum certis solemnitatibus; vt in alienatione rerũ minoris euenit. Ita *Areurus l. Quod vxor, in fine, ff. de acquir. poss.* Sed iure optimo *Couar. & Ioannes Garcia num. præcedenti relati* improbant hanc limitationem. Quia cum vtroque casu ius cõtractui resistat, nil refert vtrouis modo resistat. Et ad hoc est optimus textus *l. regia 11. tit. 4. p. 2.* ibi: *O rosiste que al heredad comprasse, sabiẽdo que era de la Yglesia, e non fiziesse la compra en la manera que se diZe en las leyes deste titulo deuelas perder, e cobrar la la Yglesia, con todos los esquilmos que ende lleuò. E si alguno la recibiere assi en don adio, deuela entregar en la Yglesia, con todos los frutos que ende houo.* Vbi aperte petitur scientia ad horum fructuum restitutionem.

166 Tertio limitãt alii vt error iuris prosit ad fructus industriales acquirendos, quatenus possessor non euasit ditior ex eorum cõsumptione secus quatenus euasit, & idem de fructib. naturalib. quos possessor ratione bonę fidei cum titulo acquirit. Ratio discriminis est, quia ideo bona fides ex iuris errore procedẽs nõ sat est vsucapioni quia in vsucapione agitur de lucro captãdo. Ad idẽ est de naturalib. qui absque cura, & industria acquirũtur, & de industrialib. quatenus ex eorum cõsumptione possessor locupletatus est; in his enim agitur quoq; de captando fructuum lucro. Ergo similiter dicendum est ad hos acquirendos non satis esse bonã fidem ex errore iuris procedentem. Sufficit tamen ad acquirendos industriales, ex quib. consumptis nõ euasit locupletior. Quia cũ illi dentur pro cura, & labore agitur in illis de damno vitando. Ita tradunt *Felinus c. de quarta nu. 30. & 31. de præscrip. & Menochius de recuper. poss. remedio 15. numero 632. & 633.* At nec hæc limitatio placet; sed absolutè tenenda est sententia tradita nu. 163. vt inuincibilis ignorantia iuris æquè excuset, quoad fructus acquirendos, ac inuincibilis ignorantia facti. Vt constat ex dictis duplici nu. præcedenti.

167 Vltimo limitant alij, vt prosit ignorantia iuris, quando agitur de fructibus acquirendis, tanquam à bonæ fidei possessore, secus si de illis vsucapione cõparandis. Probant ex *l. Si fur 32. § Si quis id, ff. de vsucap.* ibi: *In iure errantis nõ procedat vsuc. pro.* Sic *Abbas c. Si diligenti, nu. 24. & 25. de præscrip.* Sed *Leonard. li. 2. de iust. c. 6. dub. 5. n. 33.* ait hanc iuris ignorantiam sat esse ad fructuũ vsucaptionem: sed authores, quos refert, id non dicũt. Placet tamen ob hanc rationẽ, quia quoties vsucapio non exigit specialem titulum, satis est bona fides ex iuris

igno-

ignorantia procedens. Vt cum alijs probat *Conar. regula Possessor 2.p.§.7.nu.5. concl.2.* At horum fructuũ vsucapio speciali titulo non indiget. Sicut probaui nu.94.

168 Demum id monuerim, quidquid sit de effectibus, ad quos ius ciuile bonam fidem petit si loquamur de effectu concesso per ius naturale nempe, vt possessor bonæ fidei non teneatur ex rebus alienis consumptis, nisi, quatenus ditior euasit, quem num.4. explicuimus, proderit absque dubio ignorantia qualiscumque iuris, dummodo sit inuincibilis. Quia qualecumque illud sit, & siue obscurum, siue clarũ, excusat possidentem à culpa iniustæ acceptionis quãdo inuincibiliter ignoratur, ac proinde cum nec teneatur etiam ratione rei acceptæ, vtpote qui nec illã habet, nec ditior euasit, excusabitur prorsus à restitutione. Sicut agẽs de præscriptione dixit *Ioannes à Metina de restitut. q. 17. col. penult. vers. Corollariè sequitur impertinens esse.* Quamuis eius sententiam non approbem in præscriptione, de qua ipse agit. Quia cum præscriptio sit effectus iuris ciuilis, iuxta illud dicens ignorantiam iuris non sat esse, iudicanda est.

169 Rursus difficultas est. An dubia fides, qua quispiam possidet rem dubitans, an sit sua, sit censenda bona, an mala fides? Quidam esse bonam fidem astruunt. Ducuntur ex *c. Si virgo 34.q.2.* ibi: *Tamdiu quisquam possessor bonæ fidei rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum.* At dubitãs, an res sit sua, ignorat an sit aliena. Prçterea, quia cum dubia fides medium sit inter bonam, & malam, non est cur potius malæ accedat; & proinde superueniens, nec bonam, nec malam fidem aufert, sed ceteris paribus fauendum est prius existenti; cum in dubio sit potior possidentis conditio. Et ideo ita sustinent *gloss. c. si diligenti, verb. bona, & c. finali, ver. nulli e. de præscrip. Innoc. eod. c. finali, in fi. & ibi Abbas nu. 40.* Atque *glos. eo c. finali, & Innoc.* dicunt in proprijs terminis hanc esse bonam fidem ad fructus acquirendos. Atque vendentem res in dubio, an sint suæ, non esse in mala fide, & proinde potiri priuilegijs bonæ fidei, docent *Rosella verb. Restitutio 1. nu. 19. ad medium. Syluest. Restitutio 3.q.7. dicto 2. & verb. præscriptio 1.q.3. dicto 3.*

170 Alijs placet hunc esse malæ fidei. Quod bona fides exigat, vt possessor existimet rem esse suam. (Vt diximus num. 158.) At dubitans non existimat rem esse suam, vtpote qui neutrius partis assensum habeat. Ita *Sotus lib.4. de iust. q.5. art. vlt. col. antepen. paulo ante vers. ad rationem autem. Martin. de Ledes. 2.p.4.q. fol. 231. col. 1. Arag. 2.2.q. 62. ante art. 1. tractatu de dominio. quinque columnis ante finem, fol. 164. col. 2. Spino Speculo testam. glo. 13. principali num. 42.*

171 Alij dicunt dubiã fidem esse mediam inter bonam, & malam, & ita neutram posse dici. Quia vtraque possessio assensum desiderat, quo res propria, aut aliena credatur: dubium autem assensum vtriusque excludit. Ergo est quoddam medium inter vtranque. Ita falso allegans *Dynum regula Possessor, statim in principio, de regul. iuris in 6.* dicentem non dari medium inter vtranque fidem (nil enim de hac re dicit) tenet *citatis Glossis, & alijs Conar. eadem regula Possessor 2.p.§.7.nu.3.*

172 Sed vt distincte in hac re procedam, obseruandum est, possessorem dubiæ fidei posse quadrupliciter se habere. Primo, quando dubius, an res sit sua, apprehendit illius possessionem à nemine præoccupatam. Secundo, quando præoccupatam ab alio capit. Tertio, quando dubia fide accepit ex possessoris voluntate. Vltimo, quando possessioni bona fide incœptæ superuenit dubium

173 Prima conclusio sit. Quãdo quispiam dubius, an res sit sua, præoccupauit illius possessionem à nemine occupatam, tenetur debitam diligẽtiam apponere, vt veritatem norit, quod si ea apposita nequeat vincere dubium, nec potest totam retinere, nec tenetur totam restituere, sed prout magis animus in hanc, aut in illam partem inclinat, est restitutio faciẽda; quare in pari dubio poterit dimidiam partem retinere; si autem magis inclinet, vt res illa sit alterius, ei est maior pars reddenda, & è contra poterit maiorem partem retinere, si potius inclinet, vt res illa sit sua, idque secundum varios gradus, qui in hoc assensu esse possunt. Quippe possessio capta cum dubia fide non suffragatur, vt vel sic potior sit huius possidentis conditio (vt probaui late lib. 2. de matr. disp. 41. nu. 14.) ac proinde cum æqua sit eius conditio, ac alterius non possidentis, est res hęc definienda ex coniecturis, & opinione vtriusque partis. Hanc multis Doctoribus citatis probaui ea. disputat. 41. numero 15. qui dicunt rem furto auferentem latroni, aut scientem non esse suam, & certum esse cuiusdam ex aliquibus dubium verò cuius illorum: in quo casu perinde est, ac si nullus possideret, teneri rẽ inter illos diuidere, iuxta dubij proportionem: & si res sit indiuidua, & conueniendum cum illis cui res ipsa sit danda & cui pars pretij. Et in proprijs terminis tenent *Leonardus de iust. lib. 2. c. 3. dub. 6. nu. 10. & c. 14. dub. 4. nu. 25. in fi. Rebellus de iust. p. 1. lib. 2. q. 5. nu. 7. 8. & 9.* Quare non opus est confugere ad iudicem, vt opus esse existimat *Molina to. 3. de iust. p. 2. disp. 723. nu. 5.* Atque idem est dicendum quando alter mala fide possideret. Cum enim ea possessio nõ sibi suffragetur, perinde est in hoc dubio iudicandũ, ac si neuter possideret. Ita *Leonard. vtroque loco.* Idẽ etiam dicendum est, ante appositam diligentiã, quando nulla occurrit moraliter possibilis adhibitu. Quia impossibiliũ nulla est obligatio. Ita *Rebellus ibid.*

174 Hinc deducitur, si adhibita diligentia hic inuenerit rẽ esse alienam, teneri cũ rem integrè cum fructib. restituere, instar possessoris malæ fidei. Quia etsi non peccatit præoccupando possessionem cum animo apponendæ diligentiæ: at non possedit tanquam propriã, totam rẽ illam, aut partem eius, donec ea diligentia apponeretur sed quasi depositam apud se retinet. Non ergo ea possessio ius sibi tribuet consequendi aliquid ex ea re, sed totam cum suis emolumentis domino restituet. Ita *Rebellus nu. preced. relatus.* Quod nõ est intelligendum, vt in oĩbus teneatur instar possessoris malæ fidei. Nam hic rõne iniustitiæ tenetur etsi res apud ipsum absq; sua culpa pereat, & ad fructus, quos dominus eã possidens esset percepturus, quamuis ipse non perceperit. At ille cũ nullius iniustitiæ prçoccupando rem illam, reus fuerit, nõ tenetur re pereũti absq; sua culpa, nec ad ampliores fructus, quam perceptos Erit ergo instar possessoris malæ fidei quoad hoc vt teneatur integrè illã cum fructib. perceptis restituere, etsi cõsumpserit nõ euadẽs inde ditior, ad qd non teneretur, si bonę fidei possessor esset.

175 Secunda conclusio. Si alter rem illam possidebat bona fide, qui dubius an res sit sua, illam spoliaret tenetur totam ei restituere sicut possessor malę fidei. Quia cum in dubio sit potior prioris possessoris conditio, est iniuste sua possessione spoliatus. Hanc cõtra *Ioannem à Metina* probaui lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 26. & vltra Doctores ibi allegatos, eam tenet *Leonardus eodem c. 14. dub. 4. nu. 25. Rebellus eadem q. 5. nu. 9. Molina tomo 3. de iustit. p. 2. disp. 723. nu. 4. vers. Primo spoliando.*

176 Tertia conclusio. Qui dubitãs, an res sit aliena, eã accipit ex possessoris voluntate, vt donatione, aut alio cõtractu, animo inquirendi domini vt ei restituat, nullatenus peccat, si tamen vt eam sibi retineat, peccat cõtra iustitiã. Prior pars constat, quia sic accipiens non afficit iniuria, imò magno beneficio verum dñm, qui forsan alioquin nõ esset rem illam habiturus. Posterior etiam pars constat, quia lege iustitiæ tenetur non exponere se periculo iniustitiæ, quali hic se exponit retinendo illam rem cum eo dubio: est enim iniustitiæ periculum cõtra verum dominum, si vere res illa sit aliena. Insuper hãc probant *Bañes, & Petrus de Ledesma statim referendi ex l. bonæ fidei emptor 48. ff. de acquirend. rerum dominio,* ibi: *Bonæ fidei emptor non dubie percipiendo fructus, etiam ex aliena re suos interim facit.* Vbi clare dicitur emptorem dubiæ fidei, censeri malæ. At hic textus nil prorsus probat: quia ea particula, *dubie*, non est genitiuus, vt sic concordet cum particula *fidei*, sed est aduerbium, nec

enim

enim ponitur cum diphthongo, & ponitur virgula super litera E ad denotandum esse aduerbium, & ita sensus est, possessor bonæ fidei facit absque dubio fructus suos ex re aliena perceptos. Hanc quoque probaui eadem disp. 41. nu. 14. & nu. 29. Et vltra Doctores ibi relatos, eam tenent *Gabriel 4. d. 15. quæst. 3. art. 3. dubio 5. propositione 3. D. Ant 2 p. tit. 1. c. 12. §. 17. Rosella verb. restitutio, nu. 18. Ang. verb. restitutio 1. §. Emens, nu. 3. Syl. verbo restitutio 3. q. 7. dicto 2. Bañes 2. 2. q. 61. art. 6. dub. 5. concl. 1. & 2. & ibi Salon controuersia 4. concl. 1. & 2. Leonard. l. 2. de iust. c. 14. dub. 4. nu. 24. & 25. Pet. de Ledes. 2. tom. summæ tract. 8. c. 14. conclus. 7. & 8. Sayre in claui reg. lib. 10. tract. 1. c. 3. nu. 25. & 26.*

177 At difficultas est, an teneatur hic rem illam integrè restituere? *D. Ant. num præced. relatus* dicit eam rem non comparenti domino esse pauperib. restituendam; imò quando in veri domini vtilitatem accepit, docent, *Salon ea. conclus. 2. Pet. de Ledes ea. conclus. 7. Sayro eo. nu. 26.* teneri non inuento domino, eum pauperibus restituere, quod superfuerit deducto pretio, quo emit. At dicendum est, in neutro casu teneri statim rem illam restituere: sed mutans prauum retinēdi animum, aut exequens bonum inquirendæ veritatis, tenetur debitam diligentiam apponere ad inquirendum dominum, & vbi certus moraliter fuerit rem alienam esse, tenetur illam integrè cum fructibus restituere: (intellige, deducto pretio, si bona intentione emerat, in domini vtilitatem, vt docent Doctores proxime allegati.) Quod si tunc non constiterit rem esse alienam, sed adhuc dubium perseueret, tenetur eam cum altero de quo dubitat, diuidere plus, & minus pro ratione, dubij, & inclinationis animi, assignando illi. Quia etsi huic non suffragetur possessio, vt ratione illius valeat eam rem detinere: at quia ei nō constat rem illā esse alienam, & posita debita diligentia est adhuc dubius, an fuerit eius à quo accepit, an potius aliena, & furtiua, est perinde ac si rem accepisset dubius, an sit sua, an alterius, neutro possidente; in quo euentu diximus nu. 173. esse rem inter vtrumque diuidendam pro ratione dubij. Hanc partem probaui citatis aliquibus Doctoribus eadem dispu. 41. nu. 25. & vltra illos eam tenet *Leonard lib. 2. de iust. c. 14. dub. 4. nu. 25. verb. Dico tertio, & Molin. to. 3. de iust. p. 2. disp. 721. n. 3.* vbi bene addunt hāc diuisionem sic faciendam cum eo, cuius esse dubitatur; vt si non sit persona nota, sed in genere dubitatur, an sit alterius, pars illi conferenda si notus esset est pauperibus eroganda, & similiter quando constaret rem esse alterius, qui ignotus est tota res pauperibus dari debet, eo modo, quo esse domino noto reddenda. Atque eodē modo est hæc restitutio faciēda quando omnino mala fide est res accepta, existimāti accipiente esse rem furtiuam, quippe si apposita legitima diligentia ad dominū cognoscendum adsit iusta dubitādi ratio, sit furtiua, nec ne, solam partem pro ratione dubij tenebitur restituere. Quia eadem est ratio cum non constet tunc esse alienam, & prior existimatio qua hic certo credebat rē esse furtiuam, reperiatur falsa & ideo non iuxta illā metienda est hæc restitutionis obligatio, sed iuxta verā adhibita diligentia repertā.

178 Est tamen temperanda hæc cōclusio, nisi dubia fide acceperit aliquis rem illam à possessore bonę fidei, tunc enim non peccat, habens animum acquirendæ veritatis, & in nullo euētu tenetur aliquid ex ea restituere, si pręmissa debita diligentia ant qn̄ ea est moraliter impossibilis, perseuerat idem dubium. Ratio est, quia succedit in prioris possessoris bonę fidei ius, cuius potior erat cōditio, vtpote qui cœpit bona fide possidere, ac proinde sicut ille manens dubius post prædictam diligētiam, liberatur omnino à restitutione, sicut n. seq. dicemus, ita de hoc posteriori possessore est dicendum. Atq; ita adductis exemplo, & doctore quodā probaui ea. disp. 41. nu. 28. & tenet *Molin. tom. 3. de iusti. p. 2. disp. 723. num. 6.*

179 Quarta cōclusio. Qui bona fide possidere cępit, si dubiū superueniat, an res sit sua, tenetur debitam pro rei qualitate adhibere diligentiam ad id dubium examinādum, quod si illa apposita id perseuerauerit, pōt, totam rem retinere. Quia cū dubio illo speculatiuo, an res sit sua, stat iudicium practicum verum dictās cum eo dubio integrū esse ei retinere, eo qd in pari dubio sit melior possidentis conditio. Hanc latè probaui l. 2. de matrim. disp. 41. nu. 12. contra duas opiniones quas ibi duplici n. præced recitaram. Et vltra Doctores ibi allegatos, tenent *Vasquez 1. 2. q. 19. à 6. disp. 66. c. 7. nu. 42. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 23. n. 231. Leonard. l. 1. de iust. c. 14. dub. 4. n. 23. & c. 6. dub. 3. n. 11. Molina tom. 1. de iust. disp. 63. col. 3. cōcl. 2. & to. 3. p. 2. disp. 721. n. 4. Sayre in claui regia, l. 10. tract. 2. c. 3. n. 29. Rebellus de iust. p. 1. l. 2. q. 5. n. 10.* Atq; hoc extēdi in hoc tractatu, li. præced. c. 10. n. 9. etiā si possessor in eam partē magis inclinet, vt res sit aliena. Vbi etiam explicui, quid dicendum, qn̄ rationes assensum probabilē dictantem esse rem alienā generāt.

180 Quamuis autē possessor hic iuste retineat rem illam alienam, dum diligentiam ad rei veritatem assequendā apponit, tenetur tn̄ interim ab eius alienatione, & vsu abstinere. Quod ꝓbaui ea. disp. 41. n. 21. in fine, id intelligens de vsu, quo res cōsumitur, aut deterioratur. Si. n. esset equus, aut seruus, res de qua dubitatur, posset interim eis vti animo soluendi pretij vsus domino rei inuēto, deductis alimentorum expensis. Quod aperte indicat *Rebel. ea. q. 3. n. 10.* in fine, dicēs curandum huic possessor esse, ne interim rem peiorē reddat, vbi clare permitti vsum, quo res non consumitur aut deterioratur.

181 Ex his deducitur primo dari medium inter malam, & bonam fidem, si hæc speculatiue considerentur, dubitās enim speculatiue, an res sit sua, cum neutrius partis assensum generet, nec bonam, nec malam fidem habet, sed quadam media dispositione affectus est, vtraq; enim fides assēsum desiderat, quo possessor rem suam, aut alienam esse credat. At si hæc practice spectantur, nequit inter vtramq. medium dari, sed semper possessor in eo dubio habebit bonam, aut malam fidem practicam; bonā quidem, si possessionem bona fide cęptā; continuet, superueniente eo dubio; malam aūt, si dubiū illud præcedat possessionem. Vt cōstat ex dictis. Atque ita docent *Molina tomo 1. de iust. disp. 63. col. 4. versi. Iam facile. Leonard. lib. 2. de iusti. cap. 6. dub. 3. nu. 12.* Et iuxta hanc distinctionem est explicanda sententia relata nu. 171. dicens dari medium inter vtramque fidem.

182 Secundo deducitur, si in eo dubio omittat hic inquisitionem facere, teneri eum postea domino comparēti totam rem cum fructib. restituere. Quia cum ea omissio fuerit cōtra iustitiam, reddit eum malæ fidei possessorem, ac proinde instar illius tenetur restituere. Sic tradunt *Leonard. l. 2. de iust. c. 14. dub. 4. num 23. Rebellus de iust. p. 2. lib. 9. q. 18. sect. 2. nu. 14. Molina to. 1. de iust. disp. 36. col. 2. conclus. 1. & col. 4. versic. Reliqua, quæ in eadem.*

183 Tertio deducitur quid dicendum, sit, quando ex negligentia huius veritatis indagandæ impotēs postea fit possessor ad eam assequendā. Quidam, quos tacito nomine refert *Rebellus de iust. p. 1. l. 2. q. 5. n. 12.* liberāt omnino hunc restituendi onere. Ducūtur, quia adhuc dubitat, an res sit sua, & an apposita diligentia cōstaret esse alienam; quamuis ergo contra iustitiā omiserit eam diligētiam, seque periculo damni inferendi vero domino exposuerit, si forsan cōstaret rem esse alienam; quia tamen nō constat damnū illatum, excusatur adhuc à restitutione. Præterea, quia ex eo dubio nō euasit hic simpliciter malæ fidei possessor, sed secūdū quid, quatenus ratione illius tenebatur ad eam diligētiam. Et hoc dicit *Rebellus ibidē* esse probabile; at tutius & forte probabilius esse illū teneri restituere partem maiorē, vel minorē pro qualitate probabilitatis, quod res sit aliena. At dicendū est, teneri hunc restituere prudēns arbitrio alteri, de quo dubitat, aut eo ignoto pauperibus. q̃tum alterius interesset veritatē detegi, plus, aut minus, iuxta maiorē, vel minorē probabilitatē, q̃ erat veritatis assequendę. Quia iniustitia in ea sola diligētię omissione cōsistit

& dam-

& damnum hatenus solũ est illatum, quatenus ex hac omissione non est inuẽtus verus rei dominus cuius inueniẽdi spes erat diligentia apposita. Ergo quãtitas huius restitutionis est mensurãda iuxta maiorem, vel minorem huius spei probabilitatẽ. Præterea, quia si prudẽtis arbitrio nulla inueniẽdi veri domini spes esset, nil esset ratione illius omissionis restituendum, vtpote quę nullius damni causa fuit. Ergo spes illa ob eam omissionẽ frustrata, est tota huius restitutionis causa, ac proinde est iuxta illam metienda. Et ita docet *Molina to.1. de iust. vbi nu. præced. eum retuli, & to. 3. p. 2. disp. 721. nu. 5.*

184 Vltima conclusio. Qui bona fide cępit possidere, & superuenit dubium, nec veritas apposita debita diligẽtia sciri potuit, potest rem illam vti, eamque alienare, admonito emptore huius vitij; ne postea domino comparẽti damnum emptori sequutur; item quia ratione huius vitij res illa minus valet. Quod si non admoneat, tenetur damnum sequutum resarcire. Hinc probaui lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 22. Et vltra Doctores ibi relatos tenent *Graff. 1. p. decis. l. 2. c. 130. num. 5. Pet. de Ledes. 2. to. sum. tract. 8. cap. 14. concl. 9. Rebellus de iust. p. 1. lib. 2. q. 5. nu. 11. & p. 1. lib. 9. q. 18. sect. 1. nu. 14. Leonard. l. 2. de iust. c. 14. dub. 4. num. 23. Molina to. 3. de iust. p. 2. disp. 721. nu. 4. Vega to. 1. summa, c. 60. casu 17. Sayro in claui regia, lib. 10. tract. 2. c. 3. num 29.* Immo, & teneri hunc ad donatarium illius rei admonẽdum ratione damni, quando ipsi potest sequi, tradunt bene *Couar. à me allegatus in eo. nu. 22. & Graff. eo. cap. 130. nu. 5.* Quod limitaui eod. nu. 22. *cum Bañes ibi relato* nisi desperetur fore, vt dominus cõpareat; tunc enim non est opus emptorem monere.

185 Hanc conclusionem limitat *Petrus de Ledes. ibidem.* dũmodo credatur fore, vt emptor ille quęrat verũ dominum. At non est opus hac limitatione. Quia semel per venditorem apposita sufficienti diligẽtia, tutus est emptor aliam non apponendo. At admittenda est, quãdo venditor defecisset in diligẽtia debita, siue sua negligẽtia, siue quia tũc nulla indagandæ veritatis occasio aderat. Nam (vt bene ait *Rebellus ead. sect. 1. nu. 14.* possessor ille prior tenebatur habere animum diligẽtię apponendæ, quoties occasio se offerret.

186 Hinc fit hunc possessorem, qui apposita sufficienti diligentia mansit adhuc dubius, nõ teneri in posterum vero domino comparẽti restituere, nisi instar bonæ fidei possessoris nempe rem extãtem, consumptam verò, quatenus est ditior factus. Quia ex puncto illius diligentiæ, est possessor bonæ fidei. Ita tradunt *Rebellus ead. q. 5. n. 11. Leonard. eo. dub. 4. nu. 23.*

187 Rursus ẽt fit, si rẽ illam eodẽ pretio quo emit, vendidit, eum non teneri id pretiũ vero domino restituere, si verò pluris vẽdiderit, teneri excessũ. Sicut de possessoribus bonæ fidei diximus n. 25. & 28. Et ita docet *Leonardus nu. præced. relatus.* Quare non omnino approbo quod docent *Ioan. à Medina de restit. q. 10. col. 8. paulo ante vers. si denique res furtiua sit, & Sayro eod. c. 3. n. 29.* nẽpe, teneri hunc possessorem esse paratum ad id pretiũ quo vendidit, restituendum domino, quoties comparuerit. Idque probat *Sayro* quia si rẽ illã retineret, teneretur hunc animum habere. Non (inquã,) omnino approbo, quia solum est vera, quando ex pretio locupletior euasit, instar aliorum possessorum bonæ fidei, ex quib. ipse quoque iã est. Nec ratio contraria intẽtum probat. Quia si res illa extaret, teneretur possessor ratione rei acceptæ illã integrè restituere: at re vendita, nõ tenetur ratione rei acceptę, nisi quatenus locupletior factus est.

188 At dubitabis, an si possessor non tãtum dubitet an res sit sua, sed etiam ex conscientia erronea dubitet ẽt an præmissa diligentia debita eam iustè retineat dño non inuento, censendus sit quoad restituendi onus tãquam malæ fidei possessor? Existimo censendum talẽ quoad effectus cõcessos iure ciuili possessori bonę fidei, nempe, vt habẽs titulum faciat omnes fructus suos, & illo carens, solos industriales, nec hos consũptos teneatur restituere, neq; quatenus ditior euasit: hi enim effectus non conueniunt huic, tanquam possessori malę fidei. Quia iura clamant possessorem bonæ fidei esse, qui possessam existimat ad se pertinere. Vt satis probaui n. 199. Si vero loquamur de effectu iuris naturalis, nempe vt solam rem extantem, & quatenus ex consũpta ditior mansit, qui conceditur possessori bonæ fidei quem nu 4. explicui, existimo censendum hũc possessorẽ bonæ fidei, ac proinde eo priuilegio gaudere. Quod in quodã simili docet *Molina to. 1. de iustit. disp. 64. co. penult. vers. Dubium est hoc loco,* vbi ait hũc nõ continuare possessionem in iure ciuili, & canonico, bona fide petitã ad præscribẽdum, secus autem stando in solo iure naturali. Cuius optimam rationem reddit, nostroq; proposito deseruientem. Quia quamuis ea conscientia errans sat sit, vt ea affectus peccet continuando possessionem, non tamen satis est ad ius adimẽdum, quod quis re ipsa habebat, eo errore secluso. At eo secluso ius habebat solius rei extantis restituendæ, & quatenus ex ipsa iam consumpta ditior euasit.

189 Tandem ad argumenta adducta n. 169. probantia dubiam fidem esse bonam, respondetur. Ad textum *c. Si virgo,* dic ignorantiam capi ibi pro ignorantia, positiua, qua quis errat putans rem esse suam, non autem pro negatiua, qua dubitans ignorat rem esse alienam. Quem intellectum optime ex ipso textu probat *Couar. regula possessor 2. p. §. 7. n. 4.* Ad rationem ibi adductam, dic eam concludere, dubitantem censeri bonæ fidei, quando dubium superuenit possessioni bona fide cœptæ; secus quando possessionem antecedit. Ad argumentum adductum nu. 170. ad probandum esse malæ fidei, constat ex dictis nu. 179. vbi probauimus incipiẽtem possidere bona fide, habere assensum practicum iustæ retentionis illius ad propositum nu. 171. constat ex dictis num. 181. vbi explicuimus qualiter possit dari medium inter bonam, & malam fidem.

190 Hactenus egimus de veris bona, & mala fide: superest agere de his fictis, seu præsumptis. Inducitur autem mala fides præsũpta dupliciter. Prior modus est per litis contestationẽ. Vt constat ex *l. certum 22. C. de rei vẽdicat.* vbi bonæ fidei possessor obligatur ad omnes fructus restituendos, quia à tempore litis contestatæ sunt percepti. Cuius rei *Glossa finalis ibi* dicit rationem esse, quod ex tunc incipiat esse in mala fide.

191 Posterior modus est per denunciationem, qua possessori intimatur rem esse alienã. Quia habetur *l. si fundum 17. C. de rei vendicat.* Ad quam præsumptionẽ variæ petuntur cõditiones, vt potest videri apud Doctores ibidem, *& c. grauis, de restitutione spoliat.* quæ communiter sunt hæ. Prima, vt si possessor careat titulo sufficiat denũciatio: si verò sit eo munitus, oporteat denũciationem fieri in principio contractus, secus si postquam cœpta est possessio. Ita *Antonius eod. c. grauis, numero 11. & ibi Abbas nu. 16. Berous nu. 20. Imola num. 9.* Limitat autẽ *Berous ibi,* vt sufficiat denunciatio facta à principio contractus habenti titulum, quando denunciatio est ex iusta causa. Atque *Imola eodem num. 9.* petit idem, quando possessio est sine titulo. Sed bene eum reprobat *Berous ibidem.* Atque exigi vt denũciatio fiat ante contractum tradunt etiam *Bart. ea. lege Si fundũ, in fine, & ibi Paulus nu. 2.* Et constat ex eo textu, ibi: *Volentem ad emptionem accedere.* Secunda est vt denũciatio fiat à dicenti se dominum. secus si fiat à quodã tertio. Vt constat ex ijs verbis textus: *Si fundum vestrum vobis per denunciationem admonentibus.* Et tradunt *Bart. ibi. nu. 1. Paulus, num. 3.*

192 Quoad litis cõtestationem dicunt quidam eam inducere præsumptionem iuris, & de iure, ad effectum vt possessor censeatur malæ fidei ad fructus restituendos. Ducuntur ex *l. certum 22. C. de rei vendicatione.* Cum enim is textus decidat possessorem bonę fidei teneri ad restituendos omnes fructus perceptos post litis contestationem, instar possessoris malæ fidei, decidit clarè

X per

per litis contestationem præsumi malã fidem: & cum iuxta eam disponat fructus restituendos, erit præsumptio iuris, & de iure. Ita tradunt *Ant. c. grauis, nu. 10. de restit. spol. & ibi Abbas nu. 15. Berous nu. 17. & 18.*

193 At optime *Ioan. Garzia de expensis c. 23. n. 13. in fine, & latius nu. 45. & 46.* probat possessorem bonę fidei nõ esse damnandum ad hanc fructuum restitutionẽ, qua si esset possessor malæ fidei, à tempore litis contestatæ, aut denunciationis, per quæ sola mala fides pręsumpta inducitur: sed à solo malæ fidei veræ tẽpore, quæ inducitur, quoties ea denunciatio, aut litis contestatio ita fiunt, vt veram malam fidem inducant. Quod ait cõtingere, qñ aduersarius talia documenta exhibet, vt prudẽtis arbitrio debeat possessor existimare rem esse alienam. Atque ita ait intelligi textum *dicta certum*, vt verbum, *malæ fidei*, sit de vera mala fide intelligendum: & verbum, *post litis contestationem*, quãdo ea ita fit, vt verã malam fidẽ debeat merito inducere. Idque probat ex *l. si fundum 17 C. de rei vendicat.* vbi fructus nõ restituuntur à tempore denunciationis, quæ solam malã fidem præsumptam inducit, sed à tẽpore veræ malæ fidei, ibi: *Fructus, quos cum mala fide percepisse fuerit probatum.* Et *idem Ioannes Garzia eodem tractatu de expensis cap. 6. numero 6.* ait se vidisse semel in regio Senatu Vallisoletano iudicatum, vt possessor bonæ fidei nõ restituat fructus à tempore litis cõtestatæ, sed à tempore, quo mala fides vera potuit inde suboriri.

SVMMARIVM.

Fructus qui inter bona hæreticorum, & aliorum, quorum bona publicantur ipso iure, inueniuntur publicantur, nu. 194.
Quid de fructibus perceptis à tertio possessore, in quẽ illa bona sunt post delictũ alienata? Refertur quadã sententia, n. 195.
Refertur alia sententia, num. 196.
Explicatur sententia Authoris, nu. 197. 198. & 199.
An is, cuius bona sunt iure publicata, teneatur ad fructus, qui percipi potuere, nu. 200.
Quid de tertio possessore malæ fidei eorum bonorum, nu. 201.
An teneatur ad fructus, quos delinquens percepisset, n. 202.
Quid si à delinquenti rem iniustè accepisset, nu. 203.
Ad quem pertineant meliorationes factæ in rebus publicatis, nu. 204.

194 QVæstio vltima. Qualiter confiscẽtur fructus percepti ex re habita ab hæretico, vel alijs, quorum bona publicantur ipso iure, quãuis res illa sit apud tertiũ possessorẽ? Et quidem si agamus de fructib. perceptis, qui inter horũ delinquennũ bona reperiuntur, nõ est dubium quin publicentur, sicut reliqua horũ bona. Vt bene ait *Bursatus cons. 43. n. 11. vol. 1.* Et ita intelligẽdi sunt quidam docentes publicationem trahi ad fructus à tempore delicti perceptos. Hi sunt *Archid. c. Felicis, nu. 13. de pœnis, in 6. & ibi Ioan. Andr. n. 4. Dominicus ibi, in principio, nu. 8. Francus ibi § nullus, n. 3. Felinus c. de quarta, n. 33. vers. nihilominus de præscript. & cap. Rodulphus, nu. 38. limitatione 3. de rescrip. Marianus Socinus senior c. Iudæi, el 2 nu. 14. de Iudæis, & alios citans Tiraq. l. si vnquã, verb. Reuertatur, in noua editione nu. 268. C. de reuocat. donat. Angel. de malefic. verb. Et eius bona publicamus, nu. 24. Ludou Gomez c. 1. nu. 9. de rescrip. in 6. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. § 8 nu. 8. Tabiena in summa, verb. Assassinus, q. vnic. nu. 3. Tello l. 4. Tauri, nu. 45. in initio. Conradus de contractibus, q 7. conclus. 3. Leonardus lib. 2. de iust. c. 29. dub. 8. n. 64. Azor to. 1. instit. moral. lib. 5. c. 7. q. 5. Sayro in claui regia, lib. 3. c. 9. nu. 30. Scacera de iudicijs, lib. 1. c. 98. n. 12. Molina to. 1. de iust. disp. 96. col. vlt.*

195 At dubitatur de fructibus perceptis à tertio possessore in quẽ bona illa deuenire, & sunt alienata post delictum Et quidem *Montepicus l. post cõtractum, n. 192. ff. de donat. Ang. in summa, verb. pœna, nu. 3. & ibi Syl. q. 25.* absolutè docent fiscum reuocare rem illam cum fructibus, apud quemcumque possessorem existat.

196 Sed est distinguendum, an tertius ille possessor sit bonæ fidei, quia delictũ alienantis ignorauit, aut, malę quia id nouit. Quando est bonæ fidei, dicit *Peregrinus de iure fisci, lib. 5. titul. 1. n. 174.* absolute hunc non teneri reddere fructus. Idem ait *Bursatus cons. 43. n. 8. & 9. vol. 1.* quando fructus sunt consumpti, & ipsũ sequitur *Surdus decisione 247. nu. 11. p. 1.*

197 Verum dicendum est hunc eodẽ modo teneri, quo possessor bonæ fidei, nempe, ad fructus omnes extãtes: ad consumptos, verò quatenus ditior euasit. Et sic intelliguntur Doctores nu. pręced. relati. Quia par est ratio de hoc, & de alijs possidentibus bona fide. Et ita docet *Vasquez t. 2. q. 96 art. 5. disp. 172. c. 1. n. 3. & 4.* Quare tenendo reliquos bonæ fidei possessores nõ teneri ad fructus industriales consũptos, etiam si ditiores euaserint, est idem de hoc dicendum.

198 Limitat *Bursatus relatus num. 196.* vt hoc intelligatur vsque ad iudicium inchoatum, quasi ex tũc teneatur etiam ad consumptos. Et *Simancas de catholic. instit. tit. 9. n. 59.* ait ex tempore litis contestatæ incipere hunc esse malæ fidei, & ac talẽ teneri. At hoc intellige vt explicui num. 193.

199 Si autem sit malę fidei possessor, quia, nempe, nouit delictum tenetur ad omnes fructus perceptos, extãtes, & consumptos, instar aliorum possessorum malæ fidei. Quia etsi donatione, aut alio contractu rem illã ab hęretico accipiens, nõ deliquerit ac fiat illius dominus, at accepit rem illam obligatam à tẽpore delicti restitutioni illius cum fructibus, post sententiam sequutam: cui obligationi se subiecit ratione rei. Ita docent *Bursatus eodem cons. 43. nu. 10. Simancas eod. tit. 9. n. 58. et 59. Vasquez eod. c. 1. nu. 3.*

200 Sed dubium est, an teneatur hic de fructib. qui percipi potuere? Et videtur teneri nã tenetur instar possessoris malæ fidei, at hic saltem in foro externo ad hos tenetur. Item, quia *Lud. Gomez c. 1. n. 9. de rescript. in 6.* ait teneri ipsũmet, cuius bona publicãtur ipso iure, ad fructus qui pcipi potuere. Sed *Bernard. Diaz in sua practica, in noua editione, c. 131. n. 6.* ait ipsum delinquentẽ nõ teneri ad fructus qui percipi potuere, sed ad solos pceptos. Et ita credo, quia non verè est detentor rei alienę, eo quod vel dominium retinet suorum bonorum, aut saltem iustam possessionem, donec damnetur.

201 Ex quo deducitur, à fortiori tertium illum possessorem malæ fidei nõ teneri ad fructus qui percipi potuere. Quod non teneatur ad plus, quam verus delinquẽs. Itẽ quia possidet cum titulo, vtpote qui donatione, aut alio contractu recipit à delinquenti: in quo euentu nec recipiens à prædone tenetur de his qui percipi potuerunt, vt diximus nu. 98.

202 Immo nec tenetur fisco ad eos, quos verè percepisset delinquẽs ille rem eam apud se habens. Quia etsi ad hos teneatur vero domino possessor malæ fidei, id euenit, quia in ijs illi nocuit: at hic non nocuit in his delinquẽti, qui erat verus dominus, aut saltem habebat legitimum alienandi ius ante sententiã, cum ex eius voluntate rem illam acquisierit. Nec etiam fisco nocuit, non enim tenetur illi in plus, quàm delinquens: at hic nõ tenetur fisco ad fructus quos percipisset & in curia sua nõ percepit. Nec enim tenetur operari fisco.

203 Si tamen quispiam mala alias fide rem illam delinquẽtis accepisset vt furans, aut ab alio iniusto possessore, tenetur fisco, eo modo quo ipsi delinquenti tenebatur, nẽpe, ad fructus quos inde percepisset delinquens, deductis expẽsis & mercede laboris, & industrię. Quia hoc modo tenetur delinquenti, in cuius ius succedit fiscus. Atque in foro externo teneretur etiam ad fructus, qui inde percipi potuere, eo modo, quo diximus n. 98. teneri possessorem malæ fidei absque titulo: nam titulo caret, quando ipse furatus est. Si verò donatione, aut alio contractu accepit eam à fure, nõ tenebitur ad hos, iuxta ibi dicta: quia habet titulum.

204 Tãdem si meliorationes in re confiscata sint factę, ait *Vasquez t. 2 q. 96. artic. 5. disput. 172. cap. 1. numero 1.* eas ad fiscum pertinere reuocato contractu, solutis expensis

pensis tertio illi possessori. Quia transeunt ad quẽcumque cũ eo onere, & obligatione, quibus affecta erat res illa apud delinquentem tpe alienationis. Quod quidem est intelligendũ, quando eæ meliorationes cedũt dominio rei. Quod quando contingat, diximus n. 105. Et circa expensas illarum nil nouum est dicendum, sed idem prorsus quod de illis deducendis à similibus possessoribus, diximus à nu. 135. vsque ad 147.

CAPVT XXIV.

Qualiter hæreticus sit testandi incapax, & filii liberentur patria potestate, & omnes fidelitate debita hæretico, & serui eius seruitute.

SVMMARIVM.

An hæreticus testari valeat, & testamentum sit irritum, numero 1.2.3.& 4.

Qualiter amittantur patria potestas, & eius effectus, & omnis obligatio per hæresim, nu. 5.& 6.

An pater filium hæreticum alere teneatur, vel contra: & quoties bona publicantur nu. 7.

An debens aliquid hæretico, teneatur ipsi soluere, nu 8.

Qualiter serui per domini hæresim fiant liberi, & fœtus ancillæ ante sententiam conceptus sit liber, à n. 9. vsque ad 23.

1 Circa potestatem hæretici ad testandum, si ius ciuile, & regium attendamus, poterat testari, instituẽdo tamen catholicos hæredes, *auth. vt cum de appellatione cognoscitur, §. si quis de prædictis parentibus vers. Generalem, & l. regi. 7. tit. 7. p. 6. & l. 2. tit. 26. p. 7.* At stãdum est iure canonico *c. excõmunicamus, el 1. §. credentes, de hæret.* vbi eũ intestabilem esse decernitur. Quod bene tradunt *Gregor. Lop. ea. l. 7. verb. Catholicos, & ea. l. 2. verb. De sus fijos, Simancas alios referens de cathol. instit. tit. 9. à n. 3. Tello l. 4. Tauri, num. 34. Peña in directorio inquisitorum 2. p. commento 9.*

2 Quod quidam extendunt, vt habeat verum etiam nõ sequuta sentẽtia criminis declaratoria. Qua textus *d. §. credentes*, sic dicitur: *Sit intestabilis.* At verbũ, sit, importat canonem latæ sententiæ, vt testantur multi, quos refert *Tiraq. l. si vnquam, verb. Reuertatur, in noua ed. tione, n. 183. C. de reuoc. donat.* Et de apostata videtur probare *l. regia 1. tit. 25. p. 7. ibi: Aun no ha poder de fazer testamẽto, desde el dia que apostato.* Ita docẽt *Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 172. vers. notandum tamen. Meres de maioratu, n. 1. e lib. 2. q. 1. nu. 91. Cernantes l. 4. Tauri, n. 40.* & videtur clare tenere *Greg. Lop. l. 4. in fi. tit. 26. p. 7. & Peña in directorio 2. p. com ann. 165. vers. Rursus,* vbi dicũt hæreticum à die commissi criminis esse incapacẽ testãdi. Et videtur tenere *Couar. Clem. si furiosus 1. p. §. 2. n. 1.* vbi ait sodomitam nondum cõdemnatum nequire testari, eo quod infamis sit, & à die patrati criminis dominio omnium bonorum priuatus. Quod fortius in hæretico militat, & *Aragon 2. 2. q. 11. ar. 4. fol. 348. col. 1. coro. 4.* vbi ait testamẽtum esse nullius roboris, quia est de bonis iam ad fiscum pertinentibus.

3 At certius est, posse testari ante sñiam criminis declaratoriam & ea sequuta reuocari testamentum, sicut & quascunq; alienationis per ipsũ factas. Ducor, quia similiter prohibetur omnis alienatio bonorũ ab ipso facta, & tamẽ sustinetur ante sñiam, ita vt accipiẽs si tutus in cõscientia vsq; ad illã (Vt probauimus c. 22. nu. 51.) Cur ergo nõ dicemus idẽ de testamẽto? Secũdo quia *d. §. credentes,* vbi hæc pœna imponitur, dicitur: *Sit intestabilis.* At verbũ, Sit, cum sit futuri tpis, importat sñia ferendam. Vt communior sententia testatur, quã multos referens tuetur *Tiraq. eo. verbo Reuertatur, n. 182. & 183.* Tertio ex *l. regia 16. in fi. tit. 1. p. 6.* ibi: *Los hereges despues que por sentẽcia son condenados de heregia, no pueden fazer testamento.* Vbi *Greg. Lopez verbo despues,* ante testamentũ antea factum esse irritãdum, vbi nõ dixit esse irritum ipso iure. Et *l. 4. in fi. tit. 26. par. 7. No deue de valer su testamẽto desde el dia que fuere juzgado por herege.* Nec obstat *Greg. Lop. ibi, in fine,* dicere corrigi per ius canonicum. Quia si lex illa intendat sententiã confiscationis non retrahi ad reuocanda testamẽta facta à die cõmissi criminis, fateor eã iure canonico corrigi: si vero intendat nõ esse omnino irrita, donec hæreticus declaretur, nõ inuenio vbi iure canonico corrigatur. Atque ideo hanc sententiam tenet loquens de crimine læsæ maiestatis humanæ, *Decianus in sua pract. l. 7. c. 40. n. 20.* Et in crimine hæresis in hãc inclinat etsi dubius, *Tello l. 4. Tauri, num. 34.* Et tenet *Salcedo in pract. Bernard. Diaz c. 86. vers. Punitur ẽ.* Et melius *Molina to. 1. de iust. disp. 95. col. 12. vers. Secundum est.* vbi ait licite posse hæreticum ante condemnationem bona sua transferre in alium donatione, aut vltima voluntate. Idem *Vasq. 1. 2. q. 96. art. 5. disput. 171. c. 1. nu 11.* vbi ait posse eum, cuius bona sunt ipso iure publicata, relinquere ex testamento hæreditatem, filijs, & filios posse capere ex testamento, & ab intestato.

4 Immo & post sententiam poterit de bonis non publicatis testari. Quia ius canonicũ interdicẽs illi testari, intelligitur de bonis quæ publicãtur. Et satis fauet *l. regia 4. Tauri hodie l. 3. tit. 4. l. 5. noua recopil.* concẽdẽs generaliter testandi facultatem quibuscunq; reis, de bonis non publicatis. Atq; ita docẽt *Castillo ea. l. 4. Tauri, verbo Fueren cõfiscados, et ibi Auendãno Glossa 7. n. 11.* Et inclinat, quamuis dubius, *Matienzo eo. ti. 4. l. 3. Glos. 7. n. 5.*

5 Circa patriam vero potestatem, & omnem obligationem fidelitatis debitam hæretico certũ est per hæresim paternã eximi filios à patris potestate, ac sui iuris fieri. Habetur expresse *c. 2. §. finali, de hæretic. in 6.* Hoc extẽdit *Eymericus in directorio inquisitorũ 3. p. q. 11.* ad filios receptatorũ defensorũ, & fautorum hæretici. Sed merito id reijcit *Peña ibi, commento 165.* quod nullo iure hæc pœnæ extẽsio probetur. Atq; *c. final. de hæretic.* decernitur omnes aliqua obligatione hæretico astrictos, siue iuris iurãdi, siue fidelitatis, siue obsequij, siue alterius pactionis, aut promissionis liberari. An verò coniux fidelis possit hæretico debitu negare, & ab eo diuertere satis diximus lib. 10. de matrimonio, disp. 15. & 16.

6 At dubium est, an pœna hæc sententiam criminis declaratoriam exigat? *Azor to. 1. inst. moral. l. 8. c. 13. q. 1.* refert tacitis authorũ nominibus, quosdam sentire pœnã absolutionis ab omni fidelitatis debito incurri, etsi hæreticus occultus sit. Alios autẽ refert dicẽtes nõ incurri, nisi denunciatus excõmunicatus sit, aut notorius clerici percussor. Atqi in nostris terminis, *Simãcas de cath. instit. tit. 9. nu. 26.* satis obiter, & nulla ratione adducta, docet exigi sñiam criminis declaratoriã, vt filius patris hæretici potestate liberetur. Einsdem sententiæ videtur *Azor to. 1. inst. moral. li. 8. c. 13. q. 1.* nam *initio illius capitis* dixerat omnem obligationẽ cũ hæretico cõtractam cessare per hæresim, & filios effici sui iuris, nec valere substitutionẽ pupillarem. Et statim *quæst. 1.* generaliter quærit, an huiusmodi pœnis occultus hæreticus efficiatur. Et concludit dicens se existimare omnes obligationes, quibus aliqui sunt hæreticis astricti, statim cessare, ita vt hæreticus ius non habeat, sicut nec habet bonorũ dominium: at possessionem retinere, donec crimen iudicis sentẽtia declaretur. Sed verius est, statim nulla expectata sententia filios effici sui iuris. Quia *c. 2. §. finali, de hæreticis, in 6.* appellãtur filij sui iuris, & dicitur emãcipationem factam antequam pater declaretur hæreticus, esse nullius momenti, quasi patria potestas ad eius valorẽ petita cessarit. Et ita tenent *Glossa ibi verbo desierint. Castro l. 2. de iusta hæreticorum punitione c. 7. Peña in directorio inquisitorum 3. p. q. 116. cõmento 151. Molina to. 1. de iustitia, disp. 9. columna 7. vers. Ab hac regula, & disput. 229. in tertio mõ liberationis à patria potestate. Azor to. 2. inst. moralium lib. 2. c. 22. quæst. 6. Rebellus de iustitia p. 1. lib. 1. quæst. 7. sectione 2. nu. 23. Sayro in claui regia lib. 3. cap. 9. num. 30. & lib. 9. cap. 7. nu. 7. Leonardus lib. 2. de*

instit.c.3.dub.5.n.23.in fine. Quare emancipatio, & substitutio pupillaris facta ab hoc hæretico non valebunt. Vt bene tradunt *Castro, & Peña ibidem.* Quia pater caret iam patria potestate ad horum valorem petita.

7 Sed difficultas est, an eximatur quoque filius ab obligatione naturali alendi patris pauperis, ob patris ipsius hæresim. Et quidē quando statuto, aut lege cauetur bona patris publicari, reseruando aliquas portiones filijs ex bonis pr̄is ipsi omnino ablatis, frequētissima est sententia nō astringi filios ex his bonis patri ablatis, ac reseruatis ipsis, ad alendum patrem. Ducíturque ex *ca.1.§.si quis hominem de pace tenēda, & eius violatoribus. in vsib. feudorū.* Ita tradunt *Bal.auth.bona damnatorū.n.4.vers. hic quæro, C.de bon. damnat. Tiraq. alios referens, de retra ctu lignag.§.1.gl.9. nu.72. Ioan. Lup.rubr. de donat. inter vir.et vxor.§.64.n.13.& l.10.Taur.n.9.* explicās in hoc posteriori loco, nisi filius habeat alia bona. *Surdus consil.116.n.25.lib.1.& de alimentis tit.1.q.31.n.24.& q.35.n.2.& 14.& tit.7.q.14.n.17.& n.28.& tit.9.q.25.n.59.& q.32.n.10.& q.38.n.4.* Et alij multi, quos refert *Zauallos in suis communibus to.3.q.779.n.153.* At iure optimo latissime, & optime *Zauallos ibidē nu.154.* plura adducens, & probans eū textum nil prorsus probare, impugnat hanc sententiam. Nec amplius in hoc insisto, eo quod sit extra præsens intentū. Sed ad nostros hæresis terminos descendendo, quibusdam placet teneri filios catholicos ad alendum patrem hæreticum. Quia hæc obligatio ex iure naturali oritur, nec est aliquod ius humanum illam auferens in pœnam patris. Non ergo est filius ab illa eximendus. Sic sentire videtur *glo.c.1. verbo Fideles d.30.* vbi patrē hæreticum egentem ait præferēdum extraneo Catholico in eleemosyna à filio eroganda. Quod eisdē verbis tradit *l.regia 8.tit.23.p.1.* Et tenēt *Castro lib.2.de iusta hæreticorum punitione c.7. Surdus de alimentis tit.1.q.18.n.3.& q.19.à nu.1.* Ceterum verius est nō teneri, nisi pater extremè indigeat. Quod docent *Lara l.si quis à liberis §.Et si impubes, nu.10.ff. de liberis agnosc. Surdus de alimentis tit.7.q.14.à num.29. vsque ad 25.* & sic explicat legem regiam in contrarium allegatam & locum ipsiusmet hic relatum, vbi dixerat teneri filiū, vt intelligantur in extrema hac necessitate. Fūdamētum autem est, quod maiori vinculo, sit pater astrictus ad filios alendos, quam è contra vt ex se constat. At pater non tenetur alere filium hæreticum. Vt cum alijs optime probat *Surdus de alimentis tit.7.q.2.à n.6.* contra alios, quos ibi refert nu.5. Quia pater potest filium hereticum exheredare. Vt constat ex *auth.Vt cum de appellationibus cognosc.§.causas, versic. si quis de prædictis, & l.regia 7.tit.7.par.6.* At frequentissima est Authorum sententia, quā multis citatis optime tradit *Molina de primogen.lib.2.c.16.n.1.& duplici sequenti,* vt ex eisdē causis, ex quibus potest filius exheredari, possint ei negari alimenta extra necessitatem extremā. Similiter ergo filius non tenebitur ad alendum patrem hereticū extra dictam necessitatem. Preterea qui cum sint correlatiua, dispositum in vno censetur in alio disponi.

8 Dicendum tamen est debentem aliquid heretico, teneri ipsi soluere, donec condēnetur. Quia possessionē, & administrationē suorum bonorum habet. At sequuta condemnatione nequit heretico soluere, sed fisco ad quem vniuersa heretici bona pertinent. Ita *Azor to.1. lib 8.instit moral.c.13.q.2.* Quāuis *Abb. quem ibi refert, & Castro lib.2.de iusta hæret.punit.c.7. paulo post princip.* dicant etiam ante sententiam teneri hunc fisco soluere. Quia ipsi in ea sunt sententia, vt hereticus teneatur ante condemnationem bona fisco restituere.

9 Circa vltimū tractādum, nempe, qualiter serui hereticorum libertatem acquirant. Quidam censent non acquirere; sed ad fiscum pertinere, ac cū alijs hereticorum bonis publicari. Quia nullus reperitur textus ea libertate illos donans. Ita *Ioannes Andr.c.2.c.5.ad finem. de hæretic.in 6.& ibi Dominicus in fine. Ananias c.finali. nu.4.de hæret.& ibi Marianus Socinus.* Et quidam Iurisperiti Lusitani, qui conuenere ad iudicium de hac referendum. Vt refert *Molina nu.sequenti allegandus.* Et est satis probabile.

10 At verius est, Christiana hæreticorum mācipia libertate donari. Quod probatur ex *l. Manichæos 4. in fin.C. de hæret.* & ita explicat illam *glos.ibi, verb. Extra noxam. & ex c.finali, de hæretic:* quod omnes obligatos hæretico declarat absolutos à fidelitatis, & dominij debito. Nec obstat si dicas inde tantum colligi eas liberas manere à domini obsequio, non tamen absolutè libera, sed transire in fisci dominium. Sicut contingit in mancipijs infidelibus, quæ obsequio domini liberantur: nō tamen libera sunt. Quia hanc solutionem, & alias, quæ traduntur alijs textibus, quibus hæc sola confirmatur, optime confutat *Molina tom.1. de iustit.tract.2 disp.40.* vbi latissimè hanc libertatem probat. Idem sustinent *Castro lib.2.de iusta hæret punit.c.7. Simancas de cathol. instit.tit.61.n.8. Peña in directorio Inquisitorum 2.p.q.119. commento 168.* vbi instructionem quandam Hispalensem affert, in qua hoc deciditur. *Azor tom.1.lib 8.instit. moral.c.12.q.7.& l.5.c.7. q.3. idem Simancas eod.tract. 9.num.96. Dec. in sua pract.l.5.cap.44.nume.22. Vasquez 1.2.q.96.art.5.disp.169.c.2.num.19.vers.12.& disp.172. c.3.num.15.*

11 Hinc deducitur mancipia quæ Christiana non sunt, minime manere libera: sed ad fiscum cum alijs heretici bonis pertinere. Quia nullo iure libertas illis cōceditur. Ita *Peña Molina, Azor n.præcedenti allegati.* Qui tamē hoc intelligit, nisi catholicæ religionis studio dominos hæreticos denunciarint: vel nisi serui illi catechumeni sint. Quia in hoc duplici casu censet *Azor* manere seruos liberos At *Peña ibidem* tantum ait rationi consonū esse, vt in his casibus libertate donentur. Et ego ita credo, & ideo non eo ipso eam libertatem cōsequi. Quod de solis Christianis id statutum sit.

12 Secundo deducitur, hæreticum, cui intra gratiæ tempus redeūti, bona beneficio principis restituuntur, minime seruorum dominium recuperare. Quod libertas semel acquisita reuocari nō debeat, *l.1.& 2.C.si aduersus libert* Ita *Simancas de cathol.instit. tit.61.nu.9. Peña, & Molina relati num.10.*

13 Hanc tamen libertatem acquiri cum effectu intelligo post declarationem hæretici à iudice factam: atque eā sententiam retrotrahi vsque ad diem commissi criminis. Sicut n.5.explicuimus cessare patriam potestatem, ac omne fidelitatis debitum Et eadē ratione probatur.

14 Intellige tamen mancipia Christiana acquirere hanc libertatem, si ante domini hæresim possessa sint. Nā si post heresim, si iure hereditario, aut legati, donationisve dicendum est sicut de alijs sic acquisitis diximus cap. præced.n.2. Si verò ludo, emptione, aut alio contractu, pertinebūt ad fiscum. Quia à tempore hæresis non acquisiuit hæreticus dominium serui, sicut nec aliarum rerum. Et ideo iudicandum est de his seruis, sicut de alijs rebus post hæresim acquisitis. Quod si acquisiti sint post hæresim, at tempore quo in se reuersus dominus resipuerat ab hæresi, ac catholicus erat non acquirent libertatem. Quia bona tunc acquisita non perdit hæreticus. Vt probaui c.14.n.23.

15 Quando ergo iuxta prædicta seruus libertatem acquirit: maius dubium est in singulis casibus id iudicare. Quia aliquando seruus est viri hæretici, qui dotem & reliqua vxoris bona, aut aliorum debita soluendo nō est. Aliquando fuit datus in dotē viro hæretico. Quandoq. est constante matrimonio acquisitus. Aliquando est multorum hæredum habentium hæreditatem indiuisam, & vnus solus est hæreticus. Hi ergo casus explicandi sunt. Tota autem res hæc pendet ex cognitione veri dominij illius serui, ad dijudicādum fiat liber, necne. Nam si coniux, cuius est dominium, incidit postea in hæresim, manet seruus liber, præterquam in vno, vel altero casu. Vt ex sequentibus corollarijs constabit.

Hinc

16 Hinc primo deducitur, effici seruum liberum, siue vir, siue femina illum attulerit, etiam si hæc tradiderit illum in dotem viro, quando post seruum acquisitorũ, & ante initum matrimoniũ, coniux qui erat dominus, incidit in hæresim. Ratio est, quia iam ille seruus à tempore hæresis domini liber erat. At libertas semel acquisita reuocari nequit. Vt num. 12. diximus.

17 Secundo deducitur, si vir post matrimonium in hæresim incidat, & attulerit ipse seruum, si habet aliunde bona, quibus soluat dotẽ, arrhas, & paraphernа vxori, eum manere liberum. Quia dominus est hæreticus: at nihil est ei libertati obstans. At si dominus non sit hæc soluendo, non manebit seruus liber donec vel ipse, vel alius pro eo, serui æstimationem soluat. Ratio est, quia omnia bona viri sũt tacitè hypothecata pro his vxoris bonis *l. 17. titul. 11. parte* 4. tradit cũ alijs *Couarr. 1. variarum, capite septimo, numero primo.* Et cum hæc hypotheca ante delictum contracta sit, præferenda est. Vt docent multi quos refert, ac sequitur *Castillo, l. 77. Tauri, numero decimo, versicul. Quare pro istius.* Item, quia amissio bonorum hæretici non debet alijs innocentibus damnosa esse; sed ius suum est omnibus reddendum. Pœna enim vnius alteri nocere nõ debet. Vt bene probat *Simancas de catholicis institut. titulo nono, numer. 64.* Quare idem dicendum est, vbi talia bona essent alijs debitis hypothecata: quibus non esset soluendo maritus. Cum enim hypotheca hæc fit ante hæresim, eadem ratione præferenda est: & dicendum quod diximus de bonis vxoris.

18 Tertio deducitur, quando vxor attulit seruum, ac post matrimonium fit hæretica sic distinguẽdum esse. Si attulit in bona paraphernа, aut matrimonio iã inito, dũ adhuc perseuerauit in fide, acquisiuit hæreditate, legato, aut dono seruum illum, manet liber. Quia seruus erat vxoris, ac proinde ob hæresim amisit dominium illius. Si attulit in dotem, si dos fuit inæstimata, aut (quod idem est,) tali æstimatione quæ serui illius venditionem non faciat, tunc si vir est hæreticus, non manet seruus liber. Manet autem liber, si vxor hæretica sit. Ratio est, quia tũc dominium serui non est viri sed vxoris; & impropriè, ac figmẽto iuris dicitur vir dominus ad eos solos effectus, quos ius explicat *l. in rebus, C. de iure dotium.* Et esto diceremus cum alquibus virum esse dominum dotis huiusmodi, non obstaret huic sententiæ. Nam taliter est dominus, vt nullo modo possit alienare, nec per contractum, nec per delictum; sed in eadẽ specie reddi debet. Vt bene docet *Antonius Gomez, lex 50. Tauri, numero 42.* Si verò dos data est æstimata ea æstimatione quæ emptionem faciat, & vir est soluendo dotem alijs bonis, estque ipse hæreticus, manet seruus liber. Quia tunc est seruus suus, & solam æstimationem soluere teneatur vxori, quãdo dos ipsi reddenda sit *l. Quoties, C. de iure dotium.* Et tradit cum alijs *Antonius Gomez. dicta l. 50. numero 44.* Quare si sola vxor esset in hoc casu hæretica, nõ manet liber. Quia ipsa eius serui dominium non habebat. Si autem in hoc casu vir non est soluendo dotem alijs bonis, & ipse sit hæreticus, non manebit seruus liber, donec ipse seruus, vel alius pro eo soluat pretium. Constat ex dictis in corollario præcedenti. Quæ à fortiori habent locum in hoc casu; cum vxor dominium vtile, & subsidiarium habeat, quando dos æstimata reperitur in specie, & vir non est illam soluendo, ac ideo potest illam vxor vendicare, ac præfertur in illa quibuscũque viri creditoribus, *l. in rebus, C. de iure dotium.* Et cum alijs tradit *Couarr. practicis quæstion. c. 28. numero octauo.* Si verò seruus vel alius pro eo pretium offerat, manebit liber. Quia re vera dominium erat mariti, & tantum vxor in subsidium, & defectum bonorum, quibus soluatur sibi dos. Quare sicut tertius, cui vir seruum vẽdidisset satisfaceret vxori volenti seruum vendicare defectu bonorum viri, offerendo ei æstimationem. (Vt bene probat *Gomez. eod. numero* 8.) sic & seruus. Quia sicut ille tertius qui seruum emerat, est creditor viri: sic seruus respectu libertatis. At si in hoc casu vxor est hæretica, non manet seruus liber. Quia re vera non habebat dominium directum illius serui, sed vtile, & subsidiarium. Nec vxori quicquam debetur verè præter pecuniam: quam quocunque reddente nomine viri volentis ea soluere vxori, vxor nullum ius habebit in seruum. Quare cum seruus succedat loco pecuniæ debitæ vxori, succedet fiscus in eo seruo, sicut in quibuscumque pecunijs debitis vxori. Idem, quia tunc redit hoc dominium ad vxorem, quando dotem amisit quia declarata est hæretica: & vir compellitur dotem fisco tradere. At iam fiscus ius acquisierat.

19 Quarto deducitur, si seruus constante matrimonio ante hæresim emptus sit, sic distinguendum esse. Si fuit emptus pecunia dotali, ex vxoris consensu, si ipsa est hæretica, manet liber: secus autem si vir sit hæreticus. Quia vxor habet dominium huius serui, & non vir, *l. Res quæ, ff. de iure dotium, & l. regia 49. titulo 5. parte 5.* Vbi *Gregorius Lopez, verbo Voluntad,* & cum alijs tradit *Antonius Gomez l. 50 Tauri, numero 36. in fine.* Si verò absque consensu vxoris, & vir est soluendo dotem alijs bonis, si ipse est hæreticus, manet seruus liber. secus si vxor hæretica sit. Ratio est, quia ille seruus non est vxoris, sed viri, *l. Ex pecunia, C. de iure dotium, & Antonius Gomez. dicto numero 36. in fine.* Si autem vir non sit soluendo dotem alijs bonis, & vir est hæreticus, non fit liber seruus, donec æstimationem soluat. Si verò ipsa est hæretica: nullatenus fiet liber. Quia dominium directum est viri, & vxor solum habet dominium vtile, & subsidiarium. Vt tradunt *Gregor. Lopez, & Antonius Gomez, proximo allegati.* Quare fiscus habebit ius, vt vir tradat sibi seruum, vel æstimationem. Vt diximus in simili casu numero præcedenti.

20 Quod si seruus ille non sit emptus pecunia dotali, sed permutatus cum alia re coniugis alterius: vel emptus pecunia redacta ex venditione alicuius rei alterius coniugis, cum eius dominium fit illius, cuius erat illa: vtpote in locum illius subrogata: (vt cum alijs docet *Gutier. lib. 1. practic. q. 17. num. 1.*) erit liber, quando coniux dominus illius hæreticus est. Id tamẽ obseruandum est, si vir cuius est seruus ille, sit hæreticus spectandum esse an sit soluendo dotem, & alia vxoris bona: iuxta dicta nu. 17. Cum omnia bona viri præsentia, & futura sint tacitè pro illis hypothecata. Inspiciendum quoque est, an sint bona viri tacitè, vel expressè pro alijs debitis hypothecata, antequam in hæresim incurreret. Quippe illa omnia præferenda sunt. Vt eod. numero 17. diximus.

21 Tandem si non sit emptus pecunia dotali, nec permutatus cum alia re, nec emptus pecunia redacta ex aliqua re alterius coniugis, sed emptus alia pecunia alterius coniugis, aut cõmuni: tunc si tempore quo datur sententia hæresis declaratoria, quo bona coniugũ diuiduntur, vt hæretici coniugis bona publicentur, nõ sunt lucra vltra capitale vtriusque, seruus est viri. Et ideo attendendum est, an ipse sit hæreticus, sitque soluendo dotẽ, & alia bona vxoris, & alia debita, ad quę eius bona fuut hypothecata. Et tunc seruus erit liber. Si autem soluendo non sit, minimè erit liber, donec soluat æstimationem. (Vt numero 17. explicuimus) Si verò sint lucra, & seruus cedat in lucrum, vtpote qui completo vtriusque capitali supereſt, (nam ante completũ vtriusque capitale non numeratur inter lucra quodcumque matrimonij tempore acquisitum:) tunc erit seruus cõmunis vtriusque coniugis, & tunc vteruter coniux in hæresim incidat, manet seruus pro ea parte, qua alterius coniugis hæretici est, liber. Nõ quod libertas diuidatur, est enim indiuidua, sed ad hunc sensum, vt soluẽdo æstimationem suæ partis coniugi catholico, manebit omnino liber: at interim manet seruus. Iuxta id quod deciditur de seruo cõmuni, quando ab altero domino manu-

manumittitur nam si seruus, vel alius pro eo alteri domino patris suæ æstimationē soluat, manebit omnino liber. at dum non soluit, manet seruus, *l.1.C.de communi seruo manum. et l.reg.2.tit.22.par.4. in fi.* Et quamuis expressis verbis non decidant illæ leges interim manere seruum, at expresse ex illis colligitur. Nam *ea.l.regia 2.* dicitur debere solui partē æstimationis aliis dominis, & subditur: *E dende en adelante sera libre.* Et ita tenet *ibi Gregorius Lopez verbo E dende.* Et *Glossa d.l.verbo Necessitatem & l.2.verbo Fiat, de communi, seruo manum.* Et est textus expressus *l. si seruus communis, ff. de vulgari.* Dum autem dicitur soluente altero partem æstimationis manere liberum seruum, & cogi alterum dominū acceptare, intelligitur, si is tertius soluat, ut seruus consequatur libertatem. Quia fauore solius libertatis hoc statuitur. Sic *Gregorius Lopez l.ea.regia 2. verbo Otro alguno.* Quia etiam bene notat ibi verbo *e dende*, reliquos dominos non posse cogi fidem habere de pretio: sed statim soluendum esse.

22 Atque hoc idem, quod proxime diximus de seruo communi vtriusque coniugis quando alter solus in hæresim incidit, dicendum est, quando est communis plurium heredū, & est hereditas indiuisa, vel quomodocumque plurium dominorum, & alter in hæresim labitur. Quia eadem prorsus est ratio.

23 Id demum obseruandum est Quando serua heretici parit ad discernendum an partus sit liber uidēdum est an mater, quā partus quoad hoc sequitur, fuerit propria hæretici, & consequenter libera in casib. expressis à nu. 16. vsque ad 21. tunc n. cum sentētia retrotrahatur ad diem commissi criminis, sicut ex tūc mater erat effecta libera, & ita fœtus. Si vero mater nō erat libera donec solueret alteri coniugi, aut cohæredibus æstimationem, quorum erat serua communis, nec fœtus erit liber: vtpote qui ex serua habitus est, sed omnino erit seruus. Et cum sit post hæresim acquisitus: dimidia pars ad hæreticum pertinens, erit fisci. Iuxta dicta num. 14. Si vero mater non erat plurium dominorum, sed tantum habet vt non omnimodā libertatem acquirat, donec hæreticus soluat, vel alius æstimationē creditoribus, quib. bona hypothecata erant: existimo fœtum fore liberum. Quia mater vere mansit libera ob domini hæresim cuius solus erat: nec enim unquam in aliorum creditorum dominium trāsit, sed solum ut pars bonorum domini, erat hypothecara pro illis debitis: ac proinde trāsit in libertatem cum eo onere: sicut si tunc à domino manumitteretur. Atque idem intelligo in casu expresso num. 18. quando nimirum, serua æstimata ita ut æstimatio faceret venditionem, traditur viro in dotem, & postea labitur in hæresim: fœtus enim habitus ex illa serua post hæresim viri verè erit liber. Ac proinde quamuis in subsidium, & defectum boorū viri possit vxor vendicare matrem at non poterit filium. Quia (ut eod. nume. 18. explicuimus,) dominium omnino erat viri, quamuis cum eo onere, vt deficientibus bonis tempore reddendæ dotis posset vxor vendicare, donec æstimatio soluatur valoris seruæ; vel si non integer eius valor deficiat ad complendam dotem, id quod deficit Ergo enim dominus hæreticus acquirere non potuit dominiū fœtus, quia iam mater verè libera erat, ius habebit vxor, nisi ad vendicandam matrem. Sicut si census esset datus in dotem ea æstimatione quæ facit venditionem deficientibus postea bonis ad soluendam dotem, vxor solum ius haberet vendicandi illum censum à quouis possessore, non autem reditus ab ipso perceptos. Et clarius exēplum fit. Si vir tradat in dotem ancillam sic æstimatam, & manumittatur à viro, vel à domino, cui vir vendidit, absque vxoris consensu: deficientibus postea bonis ad soluēdam dotem, solam ancillam in dotem traditam vendicabit vxor, non autem fœtum tempore manumissionis habitum, qui liber est.

CAPUT XXV.

Qualiter ob hæresim, vel apostasiam à fide irregularitas incurratur.

SUMMARIUM.

An hæresi, vel apostasiæ sit per se annexa irregularitas? Refertur quædam sententia, nu. 1.

An possint hæreticus & apostata in ordine antea suscepto ministrare, num. 2.

An hæreticus omnino mentalis sit irregularis, nu 4.

An fictè hæreticus, vel apostata, siue sponte siue timore, sit irregularis? Refertur duplex sntia, n. 5. Sententia Authoris, n. 6.

An fautores defensores, receptatores hæreticorū sint irregulares, num. 7.

An solum sint irregulares, quando hæc beneficia conferunt in hæreticos formaliter, nu. 8.

An sint irregulares ministrantes sacramenta hæretico, nu. 9.

An suspecti de hæresi sint irregulares, nu. 10.

An pactum cum dæmone ineuntes, eum inuocantes, colentes, responsa ab eo petentes, sint irregulares, nu. 11.

An coacti per inquisitores abiurare de vehementi sint irregulares, nu. 12.

Quis dispenset in omnium prædictorum irregularitate, nu. 13.

Quis cū illis dispenset administrandū in ordine suscepto, n. 14.

An virtute Trid. sess. 24. c. 6. de reformat. possit Episcopus dispēsare in irregularitate hæretici, vel apostata occulti? Refertur duplex sententia, num. 15.

Explicatur sententia Authoris, nu. 16.

Quid possit circa hanc irregularitatem Episcopus, si ea facultas Tridentini sit reuocata quoad absolutionem ab hæresi? Refertur quædam sententia, nu. 17.

Sententia Authoris, nu. 18.

An possint inquisitores ab hac irregularitate absoluere, n. 19.

Quis dispenset cum iis, qui timore apostatarunt à fide? Refertur quædam sententia num. 20.

Explicatur sententia Authoris, nu. 21.

Quid si timore graui, vero animo apostatarunt à fide, n. 22.

1 NOn modica est difficultas, an hæresi sit secundum se annexa irregularitas, ac proinde quamuis hæresis occulta sit, incurratur? Quidam censent hæresi secundum se non annecti irregularitatem: atque ita hæreticū, vel apostatam à fide, quamdiu notorius non est, siue facti euidentia, siue propria cōfessione in iudicio, siue sententia iudicis minime esse irregularem: sed tantum quando notorius est aliquo ex his modis. Atq; tunc dicunt esse irregularem non irregularitate huius criminis, peculiari sed irregularitate generali, quā omnia crimina enormia notoria inducunt. Ducūtur autē, quod nulla irregularitas inducenda sit, nisi iure exprimatur, *c. is qui, de sententia excommunic. in 6.* At si textus omnes à cōtraria sententia allegati perpendantur, irregularitatem hæresis nō exprimunt: aut de hæresi notoria loquuntur. Atque ita docet *Perez lib. 8. ordin. tit. 4. l. 3. fol. 98. ad finem primæ partis tractatus hæresis.* Qui minus bene addit secus esse attento decreto *Tridentini sess. 24. de reform. c. 6.* Quippe id decretum nullam crimini occulto irregularitatem statuit: sed solam Episcopo facultatē dispensandi concedit, quādo ob crimen occultum incurritur. Eandem sententiam tenent *Henriquez lib. 14. de irregul. c. 4. nu. 6. & c. 5. n. 2. Emmanuel Sà summa, verb. Irregularitas, ubi de irregularitate, ex defectu animæ nu. 2. Sayro thesauro casuum to. 1. lib. 7. c. 12. nu. 16. Auila de censuris p. 7. disp. 4. dub. 2.*

2 At verius est, irregularitatem per se annecti hæresi, & ideo hæreticum externum, & apostatam, quantumuis occultos, effici irregulares. Ducor, quod *cap. Saluberrimum, & c. conuenientibus 1. quæst. 7. & c. nos consuetudine 12.* clerici ab hæresi redeuntes permittuntur in ordine suscepto ministrare, non tamen vlterius ascendere. Quod quidē non ratione infamiæ, sed ob hæresis culpam statutū videtur. Et quamuis in his textibus nulla laicorum mentio fiat: nec etiam suspēsionis, aut priuationis exequutionis ordinum iam susceptorum. At doctores statim allegādi id merito ad laicos hæreticos, vt nullatenus promoueri ad ordines valeant, extendunt,

Quip-

Quippe hæc promotio non interdicitur clericis hæreticis, eo quod clerici sint: sed ratione criminis. Atque ideo comprehēdit laicos eiusdem criminis participes. Qualiter autē intelligatur posse clericos hæreticos in susceptis ordinib. ministrare, explicabo nu. seq. Secundò, quia Clemens VII. in quadam cōstitutione incipienti, Cum sicut, quam refert *Peña in sū. directorij inquisit. n. ū*, inter bullas Apostolicas ipsorum, cōcedit inquisitorib. facultatē dispensandi in irregularitate cōtracta ob hæresim occultā. Atque adeo supponit irregularitatē contrahi ex ipso delicto. Tertio, quia irregularitas generalis orta rōne infamiæ cōsurgentis ex delicto enormi notorio notorietate facti, cessat ablata infamia per publicā vitæ emendā. Vt tenet cōis snīa in tractatu de irregularitate. At oēs fatentur irregularitatem hāc minime cessare post publicā hæretici emendam. Tādem quia fere omnes DD. asserunt hæreticū esse irregularem irregularitatis specie, quæ ex defectu animę oritur. Hi sunt *D. Ant. 3. p. tit. 28. c. 6. initio. Syl'u. verbo irregularitas q. 24. & ibi Armilla nu. 83. ad finem. Nau. summa c. 27. n. 205. vers. 3. Ledesma 2. p. q. 26. ar. 2. fol. 264. Maiolus lib. 5. de irregu. c. 46. nu. 1. Toledo lib. 1. summa c. 28. nu. 1. Peña in directorio inquisitorum 3. par. q. 112. commento 174. & q. 113. commento 162. ad fin. Valentia 4. tomo dispu. 7. q. 19. puncto 3. in 4. specie irregularitatis. Philiarcus de officio sacerdotis, tomo 1. p. 1. lib. 4. cap. 9. Viualdus candelabro Sacramentorum, in penult. editione 2. p. tractatu de irregular. n. 71.* Et loquentes de apostata à fide docēt *Sylu. verbo irregularitas, q. 5. n. 7. & ibi Angel. nu. 27. Armilla nu. 83. Tabiena verbo irregularitas 4. q. vlt. Sotus 4. d. 25. q. 1. art. 3. colum. 8.* At quando ratione solius infamiæ incurritur irregularitas, nullus Doctor simpliciter affirmat ratione illius criminis incurri; nec appellat eam prouenientem ex defectu animæ. Sentiunt ergo prædicti et se, & ratione criminis hæresis hanc irregularitatem incurri: ac subinde nil referre, siue publica, siue occulta sit hæresis. Atque ita in proprijs terminis docēt *Syluest. verbo crimen q. 2. n. 3. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 11. q. 13. & cap. 21. q. 8. Suarez 5. tomo in 3. par. disp. 43. sectione 2. nu. 4.*

3 Obseruandum tamen est textus (vt nu. præced. dicebam) non expresse interdicere clericis exequutionē ordinis iam suscepti quando postea in hæresim lapsi sūt. Sed in eis dicitur permitti clericis ministrare in illo ordine. Atque eodē modo loquuntur *Angelus verbo irregularitas n. 28. & ibi Syluest. q. 5. n. 7.* vbi dicunt hos clericos posse post pœnitentiam, & abiurationem hæresis in ordine suscepto ministrare: at in suscipiendis tam clericos, quam laicos esse irregulares. Quod non est ita accipiendū, vt liceat illis absque dispensatione in ordine suscepto ministrare. Sic enim non esset absolute verum hæreticos esse irregulares. Cuius contrarium diximus num. præcedenti. Atque expresse *Sotus & D. Anto. Toledo, Suarez ibi relati & Syluest. verb. crimen q. 2. n. 3. Greg. Lopez l. 22. verbo pecado, tit. 5. p. 1.* dicunt clericum hæreticum deijci etiam post pœnitentiā ab ordinis suscepti exercitio. Quare intelligendi sunt textus, & Doctores, vt permittatur ex dispēsatione in ordinibus susceptis ministrare: secus dispēsatione non prius obtenta. Atque ita docent *Maiolus lib. 5. de irregular. cap. 46. nu. 2. Suarez 5. to. in 3. p. disp. 41. sectione 1. n. 2. Peña in directorio inquisitorum 3. p. q. 113. commento 162. ad fin. Azor lib. 8. instit. moral. c. 11. q. 13.* Sed obijcies etiam posse ex dispensatione ad vlteriores ordines ascēdere, & sic perperam discrimen constituerent textus, dicentes nō posse hunc ascēdere, at permitti in susceptis ministrare; Sed dico discrimen explanandum esse nu. 14.

4 Quando tamen hæresis in sola mēte retinetur, manifestū est ob eam minime incurri irregularitatē. Quod tāquam penitus occulta, iudicio Ecclesiæ imponentis hanc censuram subdi nequeat. Ita *Nau. summa c. 27. n. 249. Suarez d. sectione 1. n. 3. Philiarcus de officio sacerdotis to. 1. p. 1. lib. 4. c. 15.* Et (ni fallor) de hac intelligit *Gregorius Lopez num. præced. alleg.* dum ait ob hæresim notoriam, vel probabilem incurri irregularitatem, secus si omnino occulta sit.

5 At dubitatur, an ficte negās fidem, ficte ve ab ea apostatans, siue spōte, siue timore ductus, incurrat irregularitatē? Quibusdam placet hos peculiari irregularitate non affici: atque ita eā non incurrere, si crimē occultū sit: sed solū quando crimen hoc est manifestum, dicūt eos incurrere irregularitatē, quæ contrahitur ob crimē enorme notoriū. Quia nullus est textus peculiari irregularitate afficiēs hos. Nec incurrūnt irregularitatem hæreticis & apostatis statutā, de qua egimus n. 2. Quia hi nec veri hæretici, nec veri apostatæ sūt, ac proinde illa irregularitate, sicut & excōmunicatione liberantur. Atque ita de ficto spōtaneo apostata tenet *Azor to. 1. l. 8. inst. moral. c. 11. q. vlt.* Et idem tenet de ficto apostata ob ob grauē timorē *eodem l. 8. c. 21. q. 8.* Quod idē videtur tenere *Nau. li. 5. cons. tit. de hæret. in 1. editione, in 10 cōs. 3. et maxime in fi. in 2. edit. cons. 9.* maxime in fine, ait enim qui ob grauem timorē etiam in hæreticorum locis hæretica facta publice exercuere, vt frāgere cruces esse irregulares in vtroque foro ob crimen notoriū enorme. Alijs autem placet non esse hos irregulares, quando timore graui ducti id ficte fecere. Quia etsi lethaliter peccarint cōtra ius diuinū: at cū Ecclesia irregularitatē imponat, nec suis præceptis obliget cū mortis periculo: excusabit hoc ab ea irregularitate. Sicut remigantes in triremibus Turcarum excusant aliqui ob hanc causam, ab excommunicatione, non tamen à peccato. Quos retuli lib. præcedenti c. 7. n. 18. Ita tenet aliqui, quos tacito nomine refert *Azor to. 1. l. 7. inst. moral. c. 11. q. in fi.* At si hæc ratio esset alicuius momēti, idem vtique probaret, quāuis hi vero animo ob timorē grauem apostatarent. Nec est simile de remigibus: vtpote qui opus ex se indifferens exercent. Hi autem opus intrinsece malum.

6 At verius existimo, eos esse irregulares, siue sponte, siue metu graui, ficte negent fidē, aut ab ea apostatent, & hoc irregularitate speciali, & propria eius criminis: quāuis nō incurrant propriam hæretici, vel apostatæ à fide irregularitatem: vtpote qui tales vere nō sunt. Hoc solet probari ex *canone 62. Apostolorum.* Sed is canon de solis clericis loquitur, & solam excommunicationē ferendā continet. Sed melius probatur ex *Concilio Ancyrano c. 1. & 2. refertur c. Presbyteros d. 50.* Qui textus de fictis apostatis videtur aperte loqui. Nā postquā dixit, immolantes idolis ex graui timore, arcēdos esse ab ordinalibus: ait secus esse de laicis, qui cū clamarent se Christianos esse, vi præcisa coacti sūt immolare. Quippe eos ait ab hac pęna eximi: eo quod culpæ immunes sint. Ergo in priori parte comprehēdit fictos apostatas ob timorem, qui re vera cum nō vi præcisa, sed solo timore cōpellantur, non sunt à culpa liberi. Et ideo hanc sententiam sustinent *Maiolus lib. 5. de irregularitate c. 34. n. 2. Viualdus candelabro sacrament. in penultima editione, vbi de irregul. nu. 88. Suarez 5. to. in 3. p. disp. 43. sectione 2. nu. 1.* dicens, etsi is textus loquatur de solo offerente sacrificium idolis, eum tamen idem velle decidere de negātibus fidem quocumque alio signo externo. Quod is textus culpam recessus à fide ob timorem pōderet. Refert etiā *Suarez* pro hac sententia *Angelū verbo irregularitas n. 27. & ibi Syl. q. 5. n. 7. Armill. n. 8. Tabien. verbo irregularitas 4. q. vltima.* At hi authores non explicant se loqui de fictis apostatis: imo *Ang. & Syl.* quos *Tabiena & Armilla* videntur sequi, de veris apostatis loquūtur. Quia statim subdunt eos esse veros hæreticos. Quod de fictis apostatis non verificatur.

7 Hæc autem irregularitas in hæreticos lata extenditur quoque ad receptatores fautores, defensores hæreticorū, Et quamuis *Enriquez li. 14. de irregul. c. 4. n. 6. & Emmanuel Sà in summa, verbo irregularitas, vbi de irregularitate ex defectu animæ, nu. 2.* hoc limitent, (sicut & de ipsis hæreticis limitant) quando hi sunt notorij aut per sententiam damnati. Et sic censent eos non alias peculiari irregu-

irregularitate. At verius est, peculiarem incurrere: & sic eam non euadere, quantumuis occulti sint. Sicut nu. 2. de ipsis hæreticis diximus. Atque ita expresse videtur tenere Doctores qui indistincte, & generaliter equiparãt hos hæreticis quoad irregularitatem ex defectu animæ prouenientem contrahẽdam. Idque probãt ex speciali textu *cap. 2. §. Heretici, de heretic. in 6.* Hi sunt *Nau. Ledesma, & Valentia n. 2. allegati. Maiolus lib. 5. de irregul. c. 46. n. 4.* Et tenet expresse *Suarez 5. tomo in 3. p. disp. 43. sectione 2. n. 5.* nam *ibi in fin.* ait hos omnino æquiparari hæreticis quoad irregularitatẽ: & omnia dicta de hæreticorum irregularitate in his locum habere. At *ipsemet* dixerat *eadem disp. sectione 2. n. 4.* hæreticos occultos esse irregulares. Et optime *ea. sectione 2. n. 5.* ponderat ad hoc probandum *id c. 2. §. Heretici,* vbi æque heretici, & omnes eorũ receptatores, fautores, & defensores, redduntur inhabiles ad omne beneficium & officium publicum. Quippe nomine officij publici non est cur sola temporalia intelligantur, sed etiam Ecclesiastica: inter quæ ordinum officia computantur: eo vel maxime quod hæc publica quoque sint.

8 Qui autem sint hi fautores, receptatores, & defensores satis diximus hoc 2. lib. c. 10. à nu. 4. vsque in finem. Atque sicut ibi n. 4. & 5. diximus hos tantum incurrere excommunicationẽ, quando hæc beneficia conferunt in hæreticos formaliter, id est, ea ratione quia hæretici sunt. Ita idem ad hanc irregularitatem incurrendam desideratur. Quia eædem prorsus militant rationes. Et docet *Suarez n. sequenti allegandus.*

9 Eandem irregularitatem extendit *Maiolus nu. 7. allegatus,* in administrantes sacramenta hæretico; & refert *Speculatorem, & Bernardũ Diaz.* Qui tamen id non ait, (vt bene expendit *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 43. sectione 2. nu. 6.*) quare dicendum est cum *Suarez ibi* hos non incurrere, nisi ministrarent Sacramenta hæretico nõdum conuerso, vt illi fauerent, non tantum vt excõmunicato, sed vt hæretico. Tunc enim incurrerent irregularitatem fautorum hæretici.

10 Insuper hęc irregularitas extenditur ad suspectos de hæresi. Vt tradunt *Maiolus lib. 3. de irregular. c. 17. n. 2. Enriquez l. 14. de irregul. c. 4. n. 6. in fi. Suarez 5. to. in 3. p. disp. 43. sectione 2. n. 8. & 9.* Qui bene aduertit *to. n. 9.* interdum hanc suspicionem proficisci ex crimine incidenti cooperationem ad hæresim. Vt si quis sit fautor, receptator, aut defensor hæretici. Et tunc ait huius criminis reum incurrere peculiarem irregularitatem fautorum, iuxta dicta n. 7. Nec erit (inquit,) dicendũ hunc incurrere duplicem irregularitatem, si id crimen notorium sit: alteram ratione fauoris alteram vero ratione infamiæ. Sicut nec hæreticus aut homicida notorius duplicem incurrit. Quia ex duplici eo titulo incurritur irregularitas per modum vnius. Quamuis enim vtraque ratio sit per se sufficiẽs ad irregularitatem: at cum per se imposita sit ob tale crimen, quod habet per se coniunctam talem suspicionem, vel infamiam, censetur propter vtranque rationem imposita. At quando suspicio hæresis oritur ex alio crimine, siue sit suspicio facti, quia nimirum, factum est tale, vt absque aliqua iuris dispositione eam suspicionem inducat, siue sit iuris, quia, scilicet, ius in eo casu disponit, inde hæresis præsumptionẽ sumi: vt *Tridentinum sess. 25. de reform. c. 3.* eam ex annua in excommunicatione perseuerantia præsumit. Tunc non incurritur peculiaris irregularitas ex natura suspicionis huius, nec in eo pœna criminis: sed solum ratione indecentiæ ob infamiam quãdo id crimen notorium est. Ita docent *Enriquez eodem n. 6. n fine. Suarez eodem nu. 9. & 10.* qui bene n. 9. inde infert ablata ea infamia, & purgata suspicione auferri irregularitatem hanc. Vt communiter tradunt Doctores in tractatu de irregularitate, quando ea ex sola criminis notorietate oritur.

11 Hinc deducitur primo, ineuntes pactum, cum dæmone, aut eum inuocantes, colentes ve, aut responsa ab eo petentes, absque tamen intellectus errore constituendos hæreticos, non in nodari peculiari aliqua irregularitate huic crimini statuta, sed quia crimen hoc heresis suspicionem inducit, quando fuerit notorium, inducet irregularitatem nu. preced. explicatam. Ita *Suarez eadem sect. 2. in fine.*

12 Secundo deducitur, quid dicendum sit de ijs, qui tãquã de heresi suspecti coguntur per inquisitores abiurare de vehementi *Azor tomo 1. lib. 8. instit. moral. c. 21. q. 8. in fi.* ait hos esse irregulares ratione suspicionis vehementis de heresi, & notorię quidem. At dicendum est, nullatenus esse irregulares, nec inhabiles ad officia, & beneficia. Vt bene docent *Nau. lib. 5. consi. tit. de heret. in 1. editione, consi. toto 5. & 6. in 2. toto consi. 18. & 19. Flaminius de resignat. benefic. lib. 4. q. 3. n. 27. Hẽriquez. li. 13. de excommun. cap. 56. n. 1. Emmanuel Sà summ. verbo heresis, n. 5.* Nec horum beneficia vacant virtute motus proprij Pij V. decernentis vacare hereticorum beneficia, & ad dispositionem Apostolicam pertinere. Quia hi non sunt heretici. Vt bene docent *Nau & Flaminius ibidem.* Secus tamen erit,) vt recte tradunt *Nauar. & Emmanuel Sà eisdem locis*) si hi tanquam veri heretici cogantur abiurare. Tunc enim incurrent irregularitatem peculiarem hereticorum. Quod optime explicat *Nau.* dicens dupliciter cogi quempiam abiurare. Prior modus est, quando heresis est probata, & ideo tanquã hereticus cogitur eam abiurare, iurando se nunquam ad eam rediturum. Et tunc fit irregularis & inhabilis ad officia, & beneficia. Quia tanquam verus hereticus damnatur. Posterior modus, est quando heresis non probatur, at maxime presumptiones heresis adsunt: & tunc quo se ab ijs suspicionibus purget, cogitur de vehementi abiurare: iurans se nec in illam incurrisse, nec vnquam incursurum. Et tunc non damnatur tanquam hæreticus, nec imponitur ei aliqua pœnitentia ob heresim: sed ob ea gesta, ex quibus heresis suspicio orta est: quia se purgat, & ostenditur innocens per eam abiurationem. Et ita non manet irregularis, nec inhabilis. Quia irregularitas ex hæresis suspicione orta delectur purgata infamia, & ea suspicione. Vt numero 10. diximus.

13 Tandem de dispensatione irregularitatis ob hæresim incursæ dicendum est. Communiter Doctores tradunt solius Pontificis esse dispensare. Ita *Angel. verb. irregularitas n. 28. & ibi Syl. n. q. 5. n. 7. Nauar. Peña Ledesma Philiarchus Valentia alleg. nu. 2. Azor to. 1. lib. 8. inst. moral. c. 21. q. 8. Suarez 5. to. in 3. p. disp. 43. sect. 1. n. 6.* Atque idem dicendum est de dispesatione irregularitatis fautorum, receptatorum, & defensorũ hæretici. Quia eadem irregularitate, qua hæretici afficiuntur. Et ita docet *Nau. Ledes. Valentia, Philiarcus ib d.* Et idem clare tenet *Suarez ead. disp. 43. sect. 2. n. 5. in fi.* ait enim omnia dicta de irregularitate hæreticorum, dicenda esse de horum irregularitate. At in priori irregularitate dixerat solum Papam posse dispensare.

14 Hoc autem intelligitur quoad promotionẽ ad superiores ordines, si lapsus in hæresim sit clericus, vel quo ad promotionẽ ad omnes ordines, si sit laicus at quoad vsum ordinum iam susceptorũ potest Episcopus dispensare cum hæreticis ad fidem redeuntibus. Quia (vt nu. 1. diximus) textus permittunt ex dispensatione hos clericos in susceptis ministrare. At canon dispensationẽ permittens, eo ipso illã censetur Episcopo concedere. (Vt probaui libro octauo, de matrimonio disputatione quinta, numero primo. Atque ita tenent *Suarez dicta disputatione 43. sectione prima, numero sexto.* Vbi hoc limitat, nisi quoad vsum sacerdotij in sacrificio altaris. Quippe cũ hoc sit res grauissima, videtur Pontifici reseruari: eo vel maxime q od *Peña in directorio inquisitorum tertia parte, quæstione 126. commento 175.* refert Piũ V. anno 1567. inhibuisse generali Hispaniæ Inquisitori, ne posset habiles reddere hæreticos presbyteros, vt in altaris ministerio deseruirent. Atque idem bene ait

Sua-

de dispensatione cum Episcopo hęretico quoad Pontificalium vsum. Et maxime cum Episcoporum causæ in causa hęresis sint Papę reseruatę, *C. inquisitores, de hæretis, in 6.*

15 Dubium autem graue est, an si hæreticus, vel apostata fit occultus, possit Episcopus in eius irregularitate dispensare virtute decreti *Trid. sess. 24. c. 6. de reform. Maiolus lib. 5. de irregularitat. cap. 26. numero 6.* ait *Tridentinum* in eo decreto cōcedere facultatem Episcopo ad absoluendi ab hæresi occulta: non tamen ad dispensandum in ipsius irregularitate. Et quamuis id nō probet, eius fundamentum esse potest. Quia in generali casuum concessione non venit hæresis, vtpote quæ speciali expressione indiget. (Vt diximus capit. 13. nu. 10.) At in sola facultate absoluēdi cōcessa in eo decreto exprimitur hæresis. At *Suarez tom. 5. in 3. p. disputatio. 43. sectione 2. n. 7.* hoc impugnat. Nā in priori illius decreti parte generaliter tribuitur Episcopo facultas dispēsandi in irregularitate ex delicto occulto. Et in fine ita cōcluditur: *Idem & in heresis crimine.* Quę verba ad vtramque facultatem extendenda sunt. Cū enim fauorem cōtineant, amplianda sunt: eo vel maxime quod hunc sensum admittant, immo & requirant. Vnde ait hanc facultatem concedi ibi Episcopo cum eisdē limitationibus, cum quibus conceditur absolutio. Nempe, vt in solo conscientię foro, & per se, non autem per vicarium id possit. Quæ tamen limitationes non intelliguntur in facultate dispensandi quo ad reliquos casus in eo decreto concessa. Vt ex mente *Eiusdem Suarez.* diximus c. 1. n. 12.

16 At neuter dicēdi modus mihi placet. Credo enim absolutè, & sine prædictis limitationibus cōcedi facultatē in eo decreto Episcopis dispēsandi in irregularitate contracta ex hæresi occulta: sicut & in aliis, quæ ex delicto occulto proueniūt. Nec ea verba, *Idē & in heresis crimine*, referūtur ad priorem partē, in qua de facultate dispēsandi est sermo: sed ad solam posteriorē de excōicationis absolutione tractantem. Ducor, quod etsi ex pressa heresis mētio desideretur, vt eius absolutio cōcessa censeatur, propter maximam eius reseruationem, & expressam Pontificū intentionem. At non video, cur dispēsatio in eius irregularitate hanc expressam mētionē postulet. Cum ea specialī reseruatione minime afficiatur: immo (vt n. 1. 2. & 3. vidimus,) valde dubia sit irregularitas hęresis occultę. Et ideo *Tridentinum* in priori illius decreti parte concedens episcopis facultatē dispensandi in casib. occultis, nō expressit, etsi ij sint Pontifici reseruati, nec hęresim; quasi intelligens cōprehēdi sub generali dispensandi cōcessione. At in posteriori parte agens de absolutione, volens non tam amplā facultatem concedere, sed eam restringere pro solo foro cōscientiæ, expressit casus Pōtifici reseruatos, & specialiter meminit hęresis. Tum quia eius absolutio sub generali concessione minime continetur. Tum etiam vt restrictius eius absolutionem cōcederet: nempe, vt per episcopum, & non per vicarium impendēda sit. Præterea, quia cum ea verba fauorem cōtineant, nō restringenda, sed potius amplianda sunt. At restringerentur relata ad omnia præcedentia. Cum facultas dispēsandi in priori parte absque ijs limitationibus concessa sit. Tandem quia ipsemet contextus Tridentini clare videtur persuadere ea verba ad proxime dicta de absolutione referri. Cum iam priorem partem, in qua de dispensatione erat sermo, omnino absoluisset, & transijsset ad concedendam absoluendi potestatem.

17 Difficultas autem in eo potissimum cōsistit an retenta opinione asserenti id decretum reuocatū esse quoad potestatem concessam episcopo absoluendi ab hæresi occulta, censeatur quoque reuocatum quoad facultatē dispensandi in eius irregularitate; *Suarez nu. 15. relatus* censet probabilissimum esse reuocatum esse, & ita solū Pontificem posse in ea dispensare etiā quoad vsum ordinis antea suscepti. Ducitur, quia *c. Cum illorū, §. Primos si fuerint. de sen. etiā excōmunicat.* generaliter traditur Episcopos non habere facultatem dispēsandi in ijs casibus, in quibus non datur eis absolutio interdicta. Atque redditur ibi rō Quod maiora intelligantur denegata minoribus denegatis. Vbi *Glossa verbo Minora. Abbas nu. 2. notabili 3. Felin. n. vnico. notabili 1.* aduertunt potestatem dispēsandi maiorem vocari, quàm potestatem absoluendi, atque illam interdictā censeri hac interdictā. Si ergo potestas absoluendi ab hæresi occulta est hodie Pontifici reseruata, & quoad eam est reuocatū id Tridentini decretum: idem censendum erit de potestate dispensandi in irregularitate prouenienti ex ea.

18 Fateor argumētum vrgens esse, & ideo merito id dixisse probabilissimū. At videtur innuere oppositū quoque esse probabile. Quod & mihi probabilius est: nempe, posse Episcopum virtute eius decreti dispēsare in irregularitate hæresis, vel apostasiæ à fide, quādo occulta sunt. Quod absque dubio dicendum videtur, si teneamus opinionem dicentem id decretum nō esse reuocatū quoad potestatem absoluendi ab hæresi. Quod contra *Maiolū* fatetur *Suarez.* (Vt numero 15. vidimus.) Et tenent *Enriquez lib. 14. de irregularit. c. 5. nu. 2. Perez lib. 8. ordinamenti, tit. 4. lib. 3. fol. 98. ad finem primæ partis tractatus de heresi. Viuald. in candelabro sacramenti. in penultima editione 2. partis vbi de irregularitate, nu. 70. & 89.* Quamuis autem Doctores hi non limitent, si Tridentini facultas ad absoluendum non sit renocata. At ipsi sunt in ea sententia, vt non reuocata sit. Quod si teneamus reuocatam esse eam absoluendi ab hæresi occulta facultatem: adhuc probabilius mihi est, posse Episcopum in eius, aut apostasię occultæ irregularitate dispensare, virtute eius decreti. Ducor, quod valde diuersa sit ratio ob strictissimam absoluendi ab hæresi reseruationem. Qualem circa dispensationem minime inuenimus. (Vt aduertimus nume. 16.) Vnde potestas dispensandi in hac irregularitate adeo dubia, non potest appellari in hoc casu maior quam potestas absoluendi à censura excommunicationis tam strictè reseruata. Et hinc constat solutio, ad textum pro contraria parte valde vrgētem. Qui intelligitur regulariter, quia regulariter maior censetur dispensandi, quàm absoluēdi potestas. Atque huic sententiæ fauent *Enriquez, & Viualdus propime allegati.* Cum absolute dicant posse Episcopum dispensare, nec id in dubium vocent: cum tamen eos non lateret esse sub iudice, an potestas absoluendi duret.

19 Rursus de inquisitoribus dubitari potest, an habeant facultatem dispensandi in hac irregularitate hæresis occultæ? Quia constitutio Clement. VII. cuius meminimus hoc 2. libro cap. 12. num. 1. expresse id concedit illis pro solo conscientiæ foro. Et tenent eos posse *Mandosius de signatura gratiæ, verbo Absolutio ab heresi, initio. Lælius Zecchus in summa, tractatu de fide capit. 11. n. 16. in 12. pæna hæreticorum, Enriquez lib. 14. de irregularitate, c. 18. nu. 2.* vbi idem dicit per id priuilegium, de irregularitate incursa ob violatas censuras, modo non fuerit in contemptum clauium. Sed dicendum est nō posse. Quod tradunt *Peña in directorio 3. p. q. 126. commēto 175. Suarez 5. tomo in 3. p. disp. 43. sectione 1. num. 5.* Quia vel ea constitutio est reuocata quoad hoc, vt ait *Peña ibi.* Vel quod sit personalis, & non perpetua, nec vsu recepta. Vt ait *Suarez.*

20 Insuper difficultas est, quis dispenset in irregularitate cum apostatis à fide. *Angelus verbo Irregularitas, numero 27. & ibi Syluester, quæstion. 5. numero 7.* sic distinguunt. Si timore graui ducti apostatarunt, & sunt sacerdotes, solus Pontifex dispensat. Si autem inferioris ordinis, aut laici, Episcopus. At si sponte apostatarunt, cum nullis Episcopus dispensat. Quod idem sentire videntur *Armilla verbo Irregularitas numero 83. & Tabiena verbo irregularitas 4. n. vlt.* Dicunt enim generaliter solum Pontificem posse cum sacerdoob. dispēsare: cum alijs posse episcopū. Et clare prædicti authores intelli-

telligunt posse episcopum dispensare cum nõ sacerdotib. non tãtum quoad vsum ordinis suscepti, sed etiam quoad promotionẽ ad vlteriores. Quia et cũ laicis dicũt posse epũm: at cum ijs nulla põt esse dispensatio, nisi vt promoueantur. Atque de omnib. nõ sacerdotib. loquũtur eodẽ modo, quo de laicis. Et probãt ex *c. presbyteros d.50.* Et vidẽtur loqui de vere apostatantib. Vt dixi n.6.

21 At (vt nu.6 probaui,) textus ille intelligitur de apostatantib. ficte. Et (vt optime perpendit *Suarez. 5. to.in 3.p. disp.43 sectione 2.n.3. & 4.*) nulla cõceditur ibi facultas episcopo dispensandi cum laicis, qui ob prædictum timorẽ apostatarunt: nec cum quibuscunq; clericis, vt ad superiores ordines ascendant: sed cũ solis non sacerdotibus, vt in susceptis ordinibus ministrẽt. Quod ex verbis textus cõstat. Atque ita bene concludit ibi, huius irregularitatis ficte apostatantium ob timorem, dispẽsationem solius Pontificis esse quoad promotionem omnino ad ordines, vel ad superiores ordines. Et similiter quoad vsum sacerdotij. Et similiter quoad oĩa cum ijs, qui sponte sic apostatarũt. At põt (inquit) episcopus dispensare ex graui aliqua causa cũ ijs, qui timore graui ducti apostatarunt, quoad vsum inferiorum ordinum. Quod intelligo non tantum cum cõstitutis in inferiorib. ordinib. sed ẽt cum sacerdotib. sic apostantib. Quia etsi textus id concedens loquatur de diaconis: at cũ loquitur de presbyteris, solũ dicit, vt non liceat eis fungi ministerio aliquo sacerdotij. In quo aperte pmittit posse inferiorib. ordinib. fungi. Et nõ põt intelligi absq; dispensatione. Quia essent melioris conditionis quã diaconi apostatantes: cum tñ grauius delinquant. Quare textus debet intelligi, vt permittatur ex dispẽsatione. Et sic cũ dispẽsatio sit permissa, intelligitur cõcessa episcopo (Vt n.14. diximus) insuper aduertit bene *Suarez eo n. 3.* id esse speciale in hac irregularitate sacerdotis apostatantis ob timorem, vt inducat ẽt suspensionem à prædicationis munere. Quia in *eo.cap.presbyteros*, exprimitur. Quamuis alias nõ sit intrinseca irregularitati, eo quod officium prædicandi non sit in rigore actus ordinis.

22 De his autem, qui vero animo ob timorem à fide apostatarunt, cum is textus nõ loquatur de illis, sed de ficte apostatis, iudicandũ est quoad dispensationem irregularitatis: iuxta d.n.13. & 14. de dispensatione irregularitatis aliorum hæreticorum. Cum hi veri hęretici sint.

CAPVT XXVI.

De infamia, ac beneficiorum priuatione, & inhabilitate ad ea, quæ incurrunt hæretici, fautores, defensores, ac receptatores eorum.

SVMMARIVM.

An hæreticus ante sententiam incurrat infamiam iuris, & sit inhabilis ad officia, & beneficia, nu. 1.
Quid si crimen hæresis sit notorium, nu. 2.
An eam incurrant fautores, defensores, receptatores hæreticorum, numero 3.
An collatio beneficij facta hæreticis, & omnibus his, sit ipso iure irrita, ac teneantur fructus restituere, nu. 4.
An hæretici sint iure priuati beneficijs ante hæresim adeptis? Refertur quadam sententia, nu. 5.
Sententia Authoris, nu. 6.
An exigatur iudicis sententia, vt beneficium teneatur hæreticus dimittere, quod ante hæresim acquisierat, nu. 7.
An exigatur etiam sententia executio, nu. 8.
An posset hæreticus id beneficium resignare, antequam condemnetur, nu. 9.
An lata sententia sit priuandus fructibus antea perceptis. Et quicunque priuatur ipso iure beneficio, amittat fructus ante sententiam, nu. 10.
An si ante sententiam debite ministrauit beneficio, possit retinere fructus suo ministerio debitos, nu. 11.
An beneficia hæretici, & cuiuscunque, qui illis priuatur ipso iure, possint alteri conferri, & tanquam vacantia impetrãtiai & ad ea patronus præsentare, possessore non citato, n. 12.
An hæreticus pœnitens, vel qui statim conuertitur, priuetur beneficio, nu. 13.
An suspecti, vel diffamati de hæresi, amittant ipso iure beneficia. num. 14.
Quid de receptatoribus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum, num. 15.
An omnes hi possint in alterius fauorem resignare, nu. 16.

1 Circa infamiam *Pereg. de iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 172. vers. notandum tamen. Castro lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 9. & Azebedo lib. 8. recop. tit. 3. l. 3. nu. 32. Aragon 2. 2. q. 11. art. 3. f. 353.* dicunt hęreticos esse ipso iure infames ante omnem iudicis sententiã. Tum quia infamia est ipso iure irrogata. Tũ etiam, quia hæc pœna in priuatione, non in actione consistit. At pœnæ in priuatione consistentes nõ indigent iudicis sententia. At verius est, hæreticum hac pœna non affici, nisi post sententiam iudicis declaratoriam. Sicut quamuis à die commissi criminis perdat hæreticus bonorum dominium, at nõ tenetur ad ea relinquenda, donec sententia iudicis declaretur hæreticus. Nec est opus sententia condẽnante ad bonorum amissionẽ. Ita etsi hæreticus sit ipso iure infamis: at infamiam hanc nõ incurrit, donec eius crimen declaretur. Ea autem declaratione præcedenti infamis est, etsi in sententia non condemnet eum iudex, vt infamẽ. Sic docet *Azor latius probans to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 13. post q. 8. in 7. hæreticorum pœna.* Eiusdẽ sententia videtur *Simancas de cath. instit. tit. 9. n. 205.* vbi ait posse dici hæreticos non arceri ab Ecclesiasticis beneficiis, vsq; ad sententiã. Et *Castro lib. 2. de lege pœnali c. 15. in fi.* vbi ait occultum hæreticum non incurrere infamiam iuris, vel facti; & sic non esse inhabilem ad beneficium, vel officiũ assequendum. Hoc autem intellige ratione infamiæ. Nã ratione excommunicationis, & irregularitatis erit inhabilis ad beneficium, & officia ordinum exercenda.

2 Si tamẽ crimen hæresis notorium fuerit euidentia facti, contrahet hæreticus infamiam facti, quæ per cõtrarium factum abolentur: non tamen infamiam iuris, vsq; ad sententiam. Ita *Azor nu. præced. allegatus.*

3 Eadem infamia ipso iure afficiũtur receptatores, fautores, defensores hæreticorũ, si intra annum satisfacere, neglexerint, *c. Excommunicamus, el 1. §. credentes de hæret.* Et id intelligitur, quando hæc præstant in hæreticos formaliter. Iuxta dicta c. 10. n. 4 & 5.

4 Circa priuationem aũt beneficiorum, cõstat collationẽ beneficiorum factã hæreticis receptatorib. fautorib. defensorib. eorum, esse irritã; ac proinde eos teneri statim restituere fructus tanquam inique perceptos. Constat ex *c. 2. §. hæretici, de hæret. in 6.* vbi decernitur, ne hi ad vllũ officium publicũ, aut beneficium admittantur, quod si secus actum fuerit, esse irritum & inane. Pręterea, quia sunt excõicati, & irregulares. Vt ex præcedẽtib. constat. Atque ita docet alios referẽs *Peña in directorio inquisit 3. p. q. 113. cõmento 162. Salzedo in pract. Bernardi Diaz c. 114. Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 13. q. 9. Sayro in claui reg. l. b. 3. c. 9. nu. 30. vers. sic etiam.*

5 Tota difficultas est, an ipso iure priuati sint beneficiis ante delictũ adeptis. Et de hęreticis, quidã sentiunt eos nõ esse priuatos ipso iure, sed priuandos per sniãm. Ducũtur, quia *c. vt commissi, vers. priuandi, de hæret. in 6.* Sic dicitur. *Priuandi, vel priuatos nunciãdi dignitatib. & alijs beneficijs Ecclesiasticis hæreticos, credẽtes, receptatores & defensores ipsorũ, plenã cõcedimus facultatẽ.* Et *c. ad abolẽdã, vers. præsenti, de hæret.* tñ dr vt priuẽtur. Atq; ita docẽt *Castro li. 2. de iusta hæret. punit. c. 9. Simancas de instit. cath. tit. 46. n. 72. Aragon 2. 2. q. 11. ar. 3. f. 352. Hanriquez lib. 13. de excom. c. 56. num. 2. Lud. Gomez regula de annali poss. q. 52. Vasq. 1. 2. q. 96. ar. 5. disp 172. c. 2. n. 11.*

6 At verius est priuatos esse ipso iure à die cõmissi criminis omnibus beneficiis Ecclesiasticis ante hęresim adeptis. Quia in illis verbis *d. c. vt commissi. vers. priuandi,* quibus contraria sentẽtia innititur, *Priuãdi, vel priuatos*

denun-

denunciandi; Vel, nõ sumitur disiũctiue, sed expositiue: ita vt sensus, priuãdi. i. priuatos denũciãdi, vel priuandi referatur ad receptatores, & defensores; priuatos denũciandi ipsos hæreticos. Scdo probant hoc *Peña Salcedo, Azebedo, Azor, Man. Pet. de Ledesma in allegãd.* Quia quicquid sit de iure cõi antiquo, extat proprius motus Pij V. incipiẽs. Cũ ex Apostolatus, quẽ affert *Peña in fi. directorij inquisit. inter literas Apostolicas ipsorum:* vbi beneficia qualiacũq; fuerint, ob hæresim vacãtia reseruat sedis Apost. collationi. Quare ea ipso iure vacare supponit. At hic motus proprius minime probat hanc partẽ. Quia nec motus proprius decidit ea ipso iure vacare, nec id supponit: sed solũ reseruat sedi Apost. collationẽ, qñcunq; vacarint, siue ipso iure vacẽt, siue per sniam. Et ideo quãuis hanc opinionẽ tanquã probabiliorẽ amplectar: existimo tñ priorẽ sniam esse probabilissimam. Et hanc sent. tuentur *Ioan. And. Abb. Prepos. Dominic. Fel n quos refert & sequitur Coua. c. var. c. 8. n. 4. Rebuf. pra. benef. 3. p. tit. de modis amit. ẽds beneficia, n. 4 & de pacif. posses. for. n. 196. Ben. Diaz pract. canonica c. 114. n. 2. & ibi Salcedo. Nau. li. 5. consi. ti. de heret. in 1. edit. consi. 6. in 2. edit. consi. 16. nu. vnic. verf. 2. Menoch. de arbit. li. 2. centuria 5. casu 416. n. 61. Peña in directorio inquisit. 3. p. q. 113. commento 162. Meres de maiora. in 1. edit. 1. p. q. 1. n. 66. Palacios de contractib. li. 6. c. 7. § 41. col. x. Spino Speculo testam. gl. 12. rubrica nu. 45. Rojas singulari 73. Azebedo lib 8. recop. regia t. 3. l. 1. n. 103. Flamin. de resignat. benef. li. 3. q 1. n. 32. vbi multos alios refert Azor to. 1. l. 8. inst. moral. c. 13. q. 3. & 8. Manuel 1. to. summæ 1. edit. c. 130. nu. 3. Pet. de Ledes. 1. to. sum. tract. 1. c 6. concl. 14. Decian. in sua pract. lib. 5. c. 44. n. 26.*

7 Exigitur tamẽ sententia declaratoria criminis hæretici, vt beneficiũ ante hæresim adeptum dimittere teneatur. Quia etsi à die cõmissi criminis titulo beneficij careat: at possessionẽ retinet, quæ sufficit, vt id retinere valeat. Sicut in bonis temporalib. diximus, hoc l. c. 22. n. 7. Item quia cõmunior sententia habet priuatos ipso iure beneficij non teneri cõ dimittere, vsque ad sententiam criminis declaratoriam. Et si multi quoque cõtrariũ teneant. Et ita nobiscum tenẽt *Menoch. d. casu 416. n. 62. & duplici seq Salcedo, Azebedo, Flamin. n. 48. Palacios, Manuel, Petrus de Ledesma n. præced. alleg. Azor to. 1. li. 8. inst. mor. c. 13. q. 8. Henriq. lib. 14 de irreg. c. 4. n. 6. et lib. 13. de excom. c. 56. n. 2.* Quãuis *Suar. to. 5. in 3. p. disput. 43. sect. 1. n. 4.* teneat hæreticum amittere beneficia ante sententiam criminis declaratoriã. Quod non credo, si intelligat ita amittere, vt teneatur se illis statim priuare. Si autem intelligat amittere ipso iure titulum ante omnem sententiam: est nostra sentẽtia quam numero præcedenti explicuimus.

8 Imò, & requiritur sentẽtiæ priuationis exequutio facta per iudicem, & ante eam hæreticus iam cõdemnatus nõ tenetur se beneficijs spoliare. Sicut c. 22. nu. 8. diximus de bonis temporalib. Quia etiam dum quis priuatur per canonẽ ipso iure beneficio, vltra sniam iudicis condẽnatoriam exigitur etiam sniæ exequutio. Vt bene tradant *Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 8. n. 8. Henriq. lib. 13. de excom. c. 56. n. 3. in fi. Azor to. 1. l. 5. inst. mor. c. 8. q 4.* Qđ limitandum est, sicut in bonis tẽporalibus limitaui c. 14. num. 7. nisi iudex in sententia præciperet, vt sic condemnatus dimitteret statim beneficium.

9 Hinc deducitur non posse hæreticum beneficio ante hæresim adepto renũciare in fauorẽ tertij, etsi resignet, nullũ ius acquiri ei, in cuius fauorem resignatio fit. Ita *Bernardus Diaz, Salcedo, Peña nu. 5. allegati.* Qđ non sic accipiendũ est, quasi nullius momẽti sit resignatio, aut si commutet nullius momenti sit commutatio. Quippe hę valent, & acquirit ius ille, in quem beneficium hæreticus resignat, siue simpliciter, siue via permutationis, donec crimẽ hæretici declaretur. At eo declarato retrotrahitur sententia, vsque ad diem commissi criminis, & ea permutatio, & renũciatio beneficij rescindũtur, atq; auferetur beneficium ei, qui gratia simplicis renũciationis aut permutationis ab hæretico id adeptus est. Sicut in cæteris hæretici contractibus contingit. Sic *Azor to. 1. lib. 8. instit. moral. c. 13. q. 8.* At dum spoliatur hic beneficio via commutationis habito ad hæretico, potest ad suum quod hæreticus dedit, redire. Quia hæreticus tãquã eius incapax ius nullum acquisiuit, ac proinde est vacans. Nec cõmutatio sortita est plenum affectũ, sed perinde reuocatur, ac si facta nõ esset. At quoties pmutatio non habet effectũ, pôt permutans propria authoritate ad suũ beneficiũ redire. Vt multis allegatis cõtra alios dicentes nouam collationem exigi sustinet *Flaminius de resign. benef. l. 1. q. 1 4. à n. 6.* Et saltem videtur certum ei reddendum suum beneficium, quod non absolute resignauit, sed via permutationis, & ea lege, vt permutatio omnino teneret.

10 Secundo deducitur, lata sententia hæresis declaratoria hæreticũ non tantum priuari beneficio, sed etiã fructibus à die hæresis amissæ perceptis. Quia quoties pęna amissionis beneficij est ipso iure statuta, id operatur, vt cũ fuerit lata sententia, priuetur delinquẽs beneficio cum fructibus à die commissi criminis perceptis. Vt optime docent *Bernardus Diaz pract. canon. c. 131. n. 5. Couar. 4. Decret. 2. p. c. 6. § 8. n. 8. Molina to. 1. de iust. disp. 96. pagina 590. in fine. Enriquez lib. 13. de excommun. c. 56. n. 2. in fine.* Et eo vel maxime habet verum in hoc casu, cũ ij fructus sint hæretici bona; atque omnia eius bona publicentur. Vnde non approbo quod dicit *Azor to. 1. lib. 5. instit. moral. c. 8. q. 3.* nẽpe, eũ qui priuatur ipso iure beneficio, non facere fructus suos, etiã ante sententiam criminis declaratoriam. Quod ẽt *alleg. ibi Corseto* videtur expresse tenere *Ludouicus Gomez c. 1. n. 9. de rescript.* vbi ait hunc in neutro foro facere fructus suos. Nã fructus beneficij sine titulo non acquiruntur. Et sicut hoc locum habet, cum initio titulus nõ acquiritur; ita & cum ob crimen titulus ad non titulum reducitur. Sed merito alij (vt refert *idem Azor ibi*) tenent contrarium. Atque Doctores proxime allegati eũ solum effectum huic priuationi ipso iure inductę tribuũt, vt lata sententia priuetur delinquẽs fructibus à die commissi criminis perceptis. Nec est simile, quãdo initio titulus fuit nullus. Quia tunc nec titulus nec possessio iuuant, tanquam minus legitima. At quando postea titulus ob crimen deperditur, remanet legitima possessio, ac iuste retenta vsque ad sententiam; quæ satis est ad fructus acquirendos. Sicut quando à principio nõ acquiritur dominium alicuius rei, est statim restituenda. At quando semel acquisitũ deperditur per hæresim, legitima possessionis retentio, vsque ad sententiam excusat a restitutione. Vt diximus cap. 14. n. 3. & 4.

11 Quòd si hæreticus ante sententiam debitũ ministeriũ exhibuerit; quamuis aliquis posset existimare posse illũ retinere fructus suo ministerio debitos, nisi in pęnã ini quæ administrationis illis priuaretur in sentẽna. Vt de excõmunicato, & irregulari sustinuimus li. 3. de matri. disp. 51 nu. 12. in vltima ratione. At in hoc casu id deficit. Quippe vniuersa hęretici bona publicantur, inter quæ computantur fructus illi ministerio debiti.

12 Tertio deducitur posse beneficia hæretici ante sentẽtiã declaratoriã hæresis impetrari tanq̃ vacantia; & alteri cõferri, hæretico non citato; vtpote qui iure ipsorũ caret. Quãuis possessio alteri cõferri nequeat eo nõ vocato. Et ratio est, quia hoc ita fieri potest, quoties beneficiũ ipso iure perditur. Sic colligitur ex *c. Licet Episcopus, de præben. in 6.* vbi textus hoc decidit agens de beneficio vacanti ob incõpatibile recipientis factũ. Qđ *Glossa ibi verb. Non vocato. Frãcus ibi, in fi. Dominic. in fi. Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 1. n. 37. et multis alijs citatis Lambertin. de iure patron. 1. p. l. 2. q. 6. toto à 9. & to. Azor n. praced. relatus* extẽdunt ad casus, in quibus inducitur priuatio beneficij ipso iure. Et in pprijs hæretici terminis tenẽt *Decianus nn. præced. relatus, & Flaminius alios referens ca. quæst. 1. n. 33.* Qua ratione *Lambertinus alijs relati, & Dominic. ibid.* tradũt posse similiter patronum

ad

ad id beneficiū præsentare, non citato possessore. Quia id minus est, quàm conferre.

13 Quarto deducitur nō admittendū *Rebuffum de pacificis poss. n. 196.* vbi ait hæreticū recuperare beneficia, si statim cõuertatur. Quia nō dicitur dimittere, qui statim cõuertitur. At bene id improbat *Simancas in enchirid. de indiciis, tit. 58. nu. 4.* Nā cum eo ipso, quod quis in hæresim incidit, fit verus hæreticus, amittit statim beneficiū, sicut & alia bona. Sicut ergo non recuperat alia bona, ita nec beneficiū. Nec admittendus etiā est *Eymericus in directorio Inquisitorum 3. p. q. 113. in fine.* vbi ait pœnā priuationis beneficiorum nō habere locum in hæreticis pœnitentibus. At *P. ña in commento 162.* ait hoc esse valde difficile, ac relatis varijs sententijs cōcludit ex tardiori, vel minus tarda hæretici cõuersione pendere, an expediat illi beneficijs non spoliare. Subdit aūt optimè solius Pontificis esse non spoliare prædictos beneficijs ante hæresim cōparatis. Quia Pius V. (vt nu. retuli) reseruauit beneficia ob hæresim vacātia dispositioni sedis Apostolicæ. Atque ideo solius esse de illis disponere tradunt *Azor to. 1. inst. moral. lib. 8. c. 12. q. 8. Thomas Zerola in praxi Episc. pa. 1. p. 2. verbo beneficium, vers. 16. Lara de capellanij. lib. 2. c. 8. n. 21.*

14 Beneficia vero suspectorū, aut diffamatorum de hæresi, nō vacant ipso iure, sed iuxta criminis qualitatem sunt illis per sententiam priuanda. Ita *Peña n. praced. relatus.* Quid autem de iussis abiurare ob vehementem suspicionem, diximus c. præced. n. 12.

15 Receptatores quoque, fautores, & defensores hæreticorū, non sunt priuati ipso iure, sed per sententiam priuandi beneficijs ante comparatis. Vt constat ex *c. Excommunicamus, el 1. §. Credentes, de hæret.* Et ita docent *Conar. lib. 2. var. c. 8. n. 4. Peña n. 13. relatus.*

16 Quare possunt omnes comenti duplici nu. præced. renunciare validè beneficijs in alterius fauorem antequam illis per sententiam priuentur. Nec ea renunciatio rescindetur lata sententia; ac suum robur obtinebit, etsi alius ea à Pontifice impetrarit in euentum vacationis. Quia lib. 7. de matrim. disp. 42. n. 1. probauimus id esse generale, quoties beneficium non amittitur ipso iure, sed est per sententiam auferendum.

CAPVT XXVII.

Qui filij reorum criminis læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, incurrant pœnas ipsis iure statutas?

SVMMARIVM.

An hæ pœnæ habeant locum in filijs, quomodocunque illegitimis, nu. 1.
Ad quotum gradum extendantur, nu. 2.
Explicatur constitutio Pauli IIII. de hoc agens, n. 3.
Exponitur alia constitutio Federici de eadem retractans, n. 4.
Quot quæstiones dispu. andæ sint, n. 5.
An sit ratio puniendi filios, infectio sanguinis ob crimen paternum, nu. 6. & 13.
An sit huius ratio, præsumptio imitationis morū parentū, n. 7.
An sit ratio, vt parentes puniantur in filijs, n. 8.
An filij concepti ante hac parentum delicta, subijciantur his pœnis? Refertur opinio, num. 9.
An conferat ad filiorum mores, fuisse parentes, bonos, aut malos, tempore conceptionis, n. 10.
An hoc magis timeatur ex eo sanguine infecto, quàm ex praua educatione, n. 11.
An efficacior sit quoad hoc patris infectio, quā matris, nu. 12.
An ad mores conferat, lactatum quempiam esse à praua, aut à bona nutrice, nu. 13.
Explicatur sententia Authoris, circa pœnas incurrendas à filijs conceptis ante parentum delictum, nu. 14.
An incurrant concepti post mere internam hæresim, n. 15.
An concepti ante id crimen priuentur legitima parentū, n. 16.
Soluuntur argumenta, nu. 17.

1 HActenus de hæreticorum pœnis disseruimus; iam de pœnis, quibus eorum filij afficiuntur, agendum est. Atque in hoc capite disputatur quæstio generalis de filijs, quos hę pœnæ ligent. De pœnis autem ipsis tractabitur ca. sequenti. Et quidem in hac quæstione duo ab vniuersis tanquam certa admittuntur. Prius est, pœnæ cés filij reorum læsæ maiestatis, & hæreticorum fautorum, defensorum, & receptatorum statutæ habet locū, nō in solis filijs legitimis, sed & in quibusuis illegitimis & spurijs. Ne id absurdū sequatur, vt plus honoris luxuriæ, quā castitati tribuatur contra *§. vlt. auth. de resig. & ea, quæ par.* Et ratio est, q̀ hæ pœnæ filijs inferatur, eo quòd ab hæretici sāguine processerint, eiusque corporis pars sint: qd æque in spurijs reperitur. Et ideo ita docet *Gl. c. statutum, el 2. verb. volumus, de hæret. in 6. et ibi Ioan. And. n. 1. in fi. Anch. n. 2. Franc. nu. 4. Dominic. in princ. n. 4. & alios referens Conar. lib. 2. var. c. 8. n. 3. Greg. Lopez. l. 2. verbo sus fijos, tit. 2. p. 7. Molina lib. 4. de primog. c. 1. n. 56. Simancas in Enchiridio iudicum c. 63. n. 3. & de cathol. inst. t. 29 n. 16. Menoch. de præsump. li. 5. præsump. 33. n. 11. Peña 3. p. directorij inquisit. commento 163. Azor to. 5. instit. moral. lib. 8. c. 15. post 8 q. in 8. pœna. Suarez 5. to. 3. p. disp. 43. sect. 3. n. 1.* Quod meritò *Menoch. ibi* dicit ab õibus teneri. Quia etsi *Conar.* referat *Io. And. Dominic. & Francum hic relatos,* dicētes hoc non procedere in filijs spurijs sex vulgo quęsitis: atque hoc idē tradit *Villadiego tractatu de hæreticis, q. 23.* ipsi se explicāt, eo quod pater sit incertus, quare patre existenti certo, nō negabunt eos his pęnis subdi. Hęc autem limitatio est verissima: eadem enim filii eas pęnas, si pater sit incertus. Quod vltra prædictos authores, sustinent *Cynus & Alber.* quos refert, & sequitur *Conar. ce. n. 3. in fi.* Nec enim æquum est, vt in dubio eas pœnas subeant.

2 Posterius est, in *c. 2. §. hæretici, & c. vt comm. ssi §. vlt. de hæret. in 6.* filij hęreticorum, credentiū receptatorū, & fautorum ipsorū, vsque ad secundam generationem, sunt effectu inhabiles ad beneficia Ecclesiastica, & officia publica, atq; adeo ad dignitates, instar parentū eorū. Postea verò id limitatū est *c. statu n. c. 2. de hæret. in 6.* vt intelligatur per lineā paternā, vsq; ad secundā generationē, i. vsque ad filios, & nepotes: per maternā verò, vsque ad primū duntaxat gradum, i. vsque ad filios. Quare si sola mater sit hęretica, soli filii incurrēt has pęnas. Si aūt pater filij, & nepotes, ex filio nō aūt nepotes ex filia. Quia patris conditionē sequuntur, & tam descendunt ab hęretico per lineā maternā, quæ quoad filiorū pœnas, protenditur ad solum primum gradū. Ita docent *An. Gomez. to. 3. var. c. 2. n. 4. Molina to. 5. de iusti p. 1. disp. 6. 58. n. 19. vers. si tamen, Suarez 5. toan 3. p. disp. 43. sect. 3. n. 1. Azor to 1. instit. moral. lib. 8 c. 13. post q. San pœna 8. hæreticorū.* Huius autē discriminis rō est, qd deterior sit infectio viri, q̀ fœminę. Vt n. 12. probabimus; & filii magis patrē, q̀ matre repręsentare videtur. Et sicut nobilitas, dignitas, & familię honores descendūt in posteros ex sexu virili, ita nota & iactura ex crimine paterno, q̀ ex materno, eos pati, est iustissimum.

3 Quod si opponatur cō. titutio Pauli IIII. confirmata à Gregor. XIII. prohibēs descendentes ex Maurris, Iudeis, aut hæreticis vsq; ad quartā generationem admittū. Quam cōstitutionem explicant *Azor lib. 5. conf. in 1. edictione, tit. de Iudæis, toto conf. t. & in 2. tit. de hæret. toto consi. 22. Auilla de censuris p. 7. disput. 4. dubio 3.* & dicunt etsi in rigore iuris hę extranagātes sint intelligendæ in descendentib. ex hæreticis, Iudæis, vel Sarracenis, etiā nō cōdemnatis, sed conuersis: posse tamen dici ex iuris æquitate eas non habere locū in descendentibus ex illis qui spōte propria, nulloque metu coacti, sunt conuersi. Addique *Auilla* se accepisse à quibusdā viris doctis, & in praxi peritis, eas nō esse vsu receptas. Sed non est cur ad hæc cōfugiamus, quia de sola admissione ad ordinē D. Francisci loquitur. Qd ex eius tenore constat, q̀ ad verbū refert, ita explicans *Manuel q. regularib. to. 1. q. 14. ar. 1. & 2. & in summa, to. 2. c. 5. n. 3.* Atque *co. ar. 1. in fine,* ait eam extranagantem esse postea restrictā à Sixto V. vsque ad secundā generationē paternā, & primum maternā, iuxta restrictionē textus in *a. c. statutū.*

Sed

4 *Sed fortius* obstare videtur constitutio quædam Federici Imperatoris, quam referunt Doctores passim, quæ liberos omnes committentium crimen læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, afficit infamia, eosexcludens omnibus officijs publicis, ac dignitatibus. At nomine liberorum constat descendentes omnes includi. Quę quoad liberos reorum maiestatis humanę, nec restricta est, nec videtur posse restringi per ius canonicũ *in d.c. statutum*, vtpote quæ delictum omnino sæculare punit; nec quoad officia publica videtur posse restringi etiam quoad filios hæreticorum. Quod officia hæc sint sæcularia. At dicendum est, restrictionem *d. c. statutum*, habere locum in his casibus. Quod fatentur omnes pro vtraque sententia allegandi numero nono, & decimoquarto. Et ratio est, quia cum crimẽ hæresis sit fori Ecclesiastici, potest lex Ecclesiastica pęnas illi statutas temperare. Et quamuis textus non loquatur de filijs reorum læsæ maiestatis humanæ, eadem quoque restrictio ad eos extenditur; ducto argumẽto à fortiori. Vt optime alijs relatis tradit *Antonius Gomez to. 3. variar. c. 2. num. 15.*

5 Quadruplex autem quæstio est disputanda. Prima, de filii cõceptis ante parentum crimen. Secunda, quid de filiis, quorum parentes contumaces damnantur in absentia, & comburuntur eorum statuæ? Tertia, quid quando parentes obiere catholici, etsi combusti sint? Vltima, an desideretur parentes fuisse damnatos tanquam hęreticos, an potius nulla sententia desideretur.

6 Quęstio prima. An filii reorum lęsę maiestatis, diuinæ, vel humanæ, geniti ante parentum crimen, afficiãtur pœnis iure statutis in eorum filios? Quæstio est celeberrima, & valde controuersa; in qua est duplex opinio. sed antequam priorem proponamus, oportet triplex fundamentum, cui principaliter innititur, explicare, ac ex eorum Doctorum illam amplectentium mente probare. Primum est. Ratio infligendi has pœnas filiis ob hæc parentum crimina, non est infectio sanguinis parentum, eo tempore, quo filios genuere, quasi in ipsos viros transtulisse videantur. Tum, quia hæc non sunt quasi originale peccatum, quod per generationem transfunditur, ac reddit filios peccatores, sed vere horum filii sunt innocentes & nullius parentum peccati sunt rei. Nec parentes acquirunt aliàs qualitates, & humores, post scelus perpetratum, ab antea habitis, vt dicere cogamur filios post delictum genitos, alium infectum sanguinem participaturos, quem filii antea geniti non participarunt. Tum etiam, quia si in his pœnis infligendis aliqua sanguinis infectio spectaretur essent acrius puniendi filii ob maternum delictum, quam ob paternum. Quippe quod attinet ad corpus, & sanguinem, plus à matre, quam à patre recipiunt similioresque sunt matri. Atque ideo *Faber instituta de nuptijs, in rubrica, numero 1.* sic ait: *Vt plurimum pueri matrizant in corpore.* Atque hanc rationem tradunt communiter Doctores, vt partus sequatur ventrẽ quoad seruitutem quod seruitus se teneat ex parte corporis, quod præcipue, est à matre, vtpote quæ materiã ministrat. Hoc autem aperte est falsum, constat enim ex dictis numero secundo, acrius puniri filios ob crimen paternum, nempe, vsque ad secundam generationem; cum ob maternum, vsque ad solam primam puniantur. Et confirmatur, si infectio sanguinis esset causa harum pœnarum, ob solam matris hæresim nullis subiacerent pœnis. Sicut Theologi communiter tradunt Adamo non peccante, sed sola Eua, nil mali culpæ, aut pœnæ in posteritatem transfundendum. Et iterum confirmatur, quia si sanguis patris infectus posset vtcumque filiis nascituris inclinationem ad vitia corporalia imprimere; at respectu criminum pure spiritualium, nullum cum corpore commercium habentium, nec ab eo vllam trahentium originem, id verum nullatenus esse potest. At quamuis aliquæ hæreses à carnalibus vitiis oriantur, omnium tamen hæresum fons potissimus est superbia, quæ vitium spiritnale est; atque plures sunt hæreses nil commune cum carne habentes, quarum labes ex sola voluntatis malitia procedit. Cum ergo circa has hæreses nil valeat sanguis infectus nocere filiis, vt ratione huius infectionis timeantur mali filiorum mores, apertissime cõuincitur rationem harũ pœnarum non esse sanguinis infectionem.

7 Secundum fundamentum est. Ratio potissima harũ est, iura præsumere fore, vt filii mores parentum imitentur. Constat ex *l. Quisquis, §. Filij, C. ad l. Iuliam maiestatis.* ibi: *Paterno enim deberent perire supplicio, in quib. paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuuntur.* Quippe frequentissimum est, tales fore filios, quales parentes. Quod ex innumeris probant *Tiraq. l. 7. connubiali, par. 7. glos. 1. à n. 1. & Chassanæus in catalogo gloria mundi, p. 11. consideratione 25.* & vltra ea, quæ ipsi adducunt, id optime docet *D. Chrysost. to. 2. in c. 25. D. Matthei, homilia 45. in medio, in litera B* vbi hæc ait: *Natura reg. dicit quia non potest fieri, vt de bonis parentib. mali nascantur, aut de malis boni. Sed quales fuerunt parentes, tales erunt & nati.* Idque multis testimoniis probat, & postea concludit hæc: *Sicut ergo extra regulam natura raro euenit, vt deformis homo nascatur: sic & homo extra regulam natura raro procedit, vt dissimilis nascatur parẽtib. suis.* Et *Nicetas in oratione 42. D. Greg. Nazanzeni, to. 2. f. apud me 915. litera B.* sic ait: *Paterna natura cõpendiosa demonstratio est filius, omnis enim proles parentũ sui tacita est ratio seu diffinitio.* Et ibi latius id probat *D. Gregor. Nazianz. carmine ad Nicobolum, to. 2. f. apud me 284. litera D. Gloria namq; patris, natorũ fama, decusque. Vt rursus nati est gloria, fama parentum. Gratia cõmunis vtriusque.* Et *Plautus in Pseudolo actione 1. scena 5. Probũ esse patrẽ oportet, qui natum suum esse probiorẽ vult.* Quantũ q; valeãt ad ingeniũ habitu hoc aut illo imbuendũ, moresque inferendos progenies, declarant egregie Poetæ, qui significare volentes quenquam sęuo, & inhumano esse ingenio, eũ dicere solent è saxis, marisque rupibus natum. Ita *Homerus Iliadum 17. Dido apud Ouidiũ in ep. ad Aenẽã, & Metamorphoseos 8. & l. 1. de tristib. elegia 7. Virgilius eglog 18. & lib. 4. Eneidos. Catullus de nuptijs Pelei, & lib. 3. elegia 4. Tibullus lib. 2. elegia 2. Theocritus Idilio 3. & 28. Eurypides in Bacchis. Eschylus in Prometheo.* Quare iure optimo *Iurisco͂sultus, l. Quod si nolit. 31 §. Qui mancipia ff. de ædilitio edicto*, cauit vendentem seruum teneri eius nationem exprimere, vbi *Glossa verb. Nationem*, explicat, id est, ex quibus parentibus natus sit, seu de qua seruorũ progenie. Et *verbo Non infamata* reddit rationẽ. Quia sæpe solet filius assimilari patri.

8 Vltimum fundamentum est. Duplex alia est ratio infligendi has pęnas. Prior est, atrocitas delicti parentũ. Hæc explicatur *eadem l. Quisquis §. Filij, C. ad l. Iuliã maiestatis.* ibi *Paterno enim deberẽt perire supplicio.* Posterior est, vt ex filiorum pęna sentiant parentes supplicium, illiusque timore deterriti caueãt huiusmodi delicta. Quã rationẽ dicunt esse legitimam, præter Doctores omnes allegandos num. sequenti pro hac sententia, *Glossa extrauag. vnica Ioann. XXII. verbo Quomodolibet, de pœnis. Abbas c. Vergentis, num. 3. de heretic.* Et hanc rationem dicunt esse magis legitimã *Menoch. de præsumption. lib. 5. præsumptione 33. numero 8. & 11. & consilio 99. nume. a 20. volum. 1. Neapodanus in Constitutionibus Sicilia verbo Ipsorũ filij, verst. Credo, quod legislator. Ambrosius Vigna tractatu de hereticis, q. 20. n. 208.* & ita cũ *Exodi 34.* dicatur de Deo: *Qui reddis iniquitates, patrũ filij, & nepotibus, in tertiã, et quartã progeniẽ*, quęrit *Abulensis* in hũc locum, cur non vltra quartã ea punitio extendatur? Et respõde rationem esse; quod filiorum punitionis causa sit vt ea torqueãtur parentes, at nulli ad quintã generationem accedunt, & rarissimi ad quartã, & ideo nõ debuere puniri vltra quartam. Quia cum tunc superstites non essent, minime affligerentur pœna filiorum. Et ratio est, quia cum tantus sit parentum erga sobolem amor, summopere illius pœna cruciantur. Quod optime

dixit *D. Gregorius*. & refertur *c. Ecclesia 1. q. 4.* vbi reddēs rationē cur primogenita Aegyptiorū morte consūpta sint, inquit: *Vt in illis punirentur, quorū felicitate lætabantur.* Idem tradunt *D. August. Psalmo 108. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem. D. Chrysost. homil. 20. c. 4.* Quare *Cicero lib. 1. epistolarum, in epistola 12. ad Brutū,* sic ait: *Nec vero me fugit, quam sit acerbum, parentū scelera filiorum pœnis lui. Et hoc præclare legibus comparatū est, vt charitas liberorum amiciores parentes republicæ redderet.* Immo magis cruciantur parentes pęna filiorum, quam propria. Vt expresse dicitur, *l. isti quidem, ff. de eo, quod metus causa*. Et ob id dicitur ibi esse timorem viri constantis, non solum, quando malum timetur in propria persona sed etiam quando in filijs.

9 His præmissis, in quæstione principali prior opinio est, filios reorum læsæ maiestatis, diuinæ, & humanæ, affici pœnis iure in eorum filios statutis, siue ante delictum, siue post geniti sint, nec vllum inter vtrosque discrimen esse. Dicitur primo, quod ratio infligendi has pœnas filijs, ob hęc parentū crimina, nō sit aliqua sanguinis parentum infectio, eo tempore, quo filios genuere. Vt satis probatum est nu. 7. Ergo nil prorsus refert, eos ante, aut post delictum parentum genitos esse. Secūdo, quia ratio infligendi has pœnas probata late n. 7. nempe, timor in filijs imitandi parentum mores, æque militat in filijs natis ante & post delictū natis; in vtrisque enim idem timor est, & ita Doctores eo. n. 7 relati loquuntur indistinctè de filijs. Et ratio est, quia timor similitudinis vitæ parentum magis oritur ex educatione, & habitatione cum parentibus, quā ex ortu. Et ideo *c. final. de conuers. infidelium,* puerum infidelium decernitur educandum apud alterutrum parentem ad fidē conuersum, ne ab infideli educatus peruertatur. Nā (vt optime considerat *Tiraq. lib. 7. connubialis p. 7. gl. 1. n. 2.*) cum omnia adolescentes, quæ oculis excipiunt, instar simiarum imitentur, fit sane, vt quæcumque fieri vidēt à parentibus, quorū præsentior, & assiduior est conuersatio, ad vnguem facere nitantur. Quod plane cōfirmat id quod refert *Puteus decisione 350. nu. vnico, lib. 1.* nēpe decisum esse in Rota, fuisse subreptitiā dispensationem ad beneficium cum filio parentis ob hæresim cōbusti, eo quod expressert se quinquennem fuisse tempore sententiæ latæ contra patrem, cum tamen fuisset duodennis. Et redditur ratio, quia Pontifex maioris illius ętatis conscius, multo difficilius dispensaret ob malos mores ex parentis illius conuersatione imbibitos. Et ideo *Menochius multos referens de præsumptionibus, lib. 5. præsumptione 33. nume. 16.* probat præsumi non solos filios post delictum genitos, sed etiam ante illud, fore parentibus similes. Tertio, quia vtraque etiam ratio numero præcedenti declarata imponendi has pęnas, procedit æque in vtriusque filiis, cum respectu vtrorumque delictum sit ita graue. Immo posterior ratio fortius procedit in filiis ante delictum genitis. Quippe vehementior est amor parentum in filios iam natos, vtpote quos pręoculis habent, quam in nascituros, quos non vident. Vt optime considerat *Menochius ea. præsumptione 33. numero 22.* Atque ideo magis cruciabuntur pœna sobolis iam natæ, magisque timore illius deterrebuntur. Quarto, ex *cap. vergentis*, ibi: *Eorum filij. de hæreticis, & cap. Filij vel hæredes, & cap. quicumque, §. hæretici autem,* ibi: *ipsorumque filij*, & *c. statutum, el 2.* ibi: *Ipsorumque filij eodem titulo in 6.* vbi indistinctè, & indefinite, filii hęreticorum pœnis subijciuntur. Et loquendo de filiis reorum læsæ maiestatis humanæ, eodem modo est sermo indistinctè, *l. quisquis. §. §. Filij vero C. ad leg. Iuliam maiestatis.* Et eodem modo est sermo de filiis hæreticorum in *l. regia 3. titulo 3. lib. 8. nouæ recopil.* Atque eodem modo profertur indefinite sententia contra hæreticorū filios declarando eos inhabiles, quando inquisitores fidei sententiam contra patres hęreticos proferunt. At indefinita canonis, vel legis verba tradentia regulam, æquiualent vniuersali dictioni. Cuius rationem reddidimus multis citatis, libro tertio, de matrimonio, disputatione quadragesimaquarta, numero secundo, in confirmatione secundæ rationis. Ergo perinde est, ac si dicerent textus illi, omnes filii. Quod amplius declarauit *l. regia 2. titulo secundo, partis septima* vbi de pœnis incursis à filiis reorum lęsæ maiestatis textus loquens, dictionem vniuersalem apposuit, ibi: *E demas todos sus fijos que se an varones.* Quod merito extendi debet ad omnes hæreticorum filios. Nam Pontifex *dicto c. Vergentis* ex pœnis inductis aduersus filios reorum læsæ maiestatis argumentum ducit ad probandum multo fortius filios hæreticorum eisdem pœnis plectendos. Et confirmatur primo, quia concepti ante hæresim dicuntur vere, & proprie filii hæreticorum, non minus, quam concepti post illam *l. Senatoris filiū, in fine, ff. de Senatoribus,* ibi: *Nec interest, an in Senatoria dignitate constitutus eum conceperit, an ante dignitatem Senatoriam.* Et ita filii geniti ante patris Sacerdotium dicuntur filii sacerdotis, *c. inter ceteras de rescrip.* ibi: *Filius sacerdotis, & in sacerdotio genitus.* Vbi ne sint posteriora verba frustranea, sunt necessario priora de genito ante sacerdotium intelligenda. Et ita intelligunt hunc textum *Abbas Marianus, & Ripa ibi statim in principio,* & specialiter *Felin. num. 2.* aliqua congerens ad id probandum, & *Tiraq. de primog. q. 31. numero 12.* Et id clarius probat textus *capit. Ad extirpandas de filijs presbyt.* ibi: *Si qui filij presbyterorum siue geniti sint in sacerdotio, siue non.* Et confirmatur secundo, quia *eod. cap. Vergentis* ad probandam iustitiam pœnarum filiis pro delicto paterno, sic dicitur; *Quia secundum iudicium diuinum filij pro patribus temporaliter puniuntur.* At filii ante paternum delictum nati puniuntur, quandoque delictō carētes, ob solum paternum. Vt *Iosue 7.* filii Achan sunt simul cū ipso perempti ob paternum delictum postea admissum, cuius ipsi participes non fuere. Vt testatur *Abulens. eod. c. 7. quæstione 74. & 75.* Et tertio confirmatur, quia quamuis ex actis constet damnatos certos solos filios habere, eosque ante delictum natos, eodem prorsus tenore fertur sententia Inquisitorum in ipsos, ac eorum filios. Quod perinde tunc est ac si nominatim exprimerentur, *l. certum, ff. si certū petatur l. finali, §. item quæsitum ff. de condict. indeb.* & tradit *Iason l. quis Romæ, §. duo fratres, nu. 27. de verb. oblig.* Insuper frustranea esset sententia, si nati post delictum non clauderētur. Et amplius suadet eos claudi, nā quoad filios verba sententiæ sunt indefinita, & illimitata, cū tamen quoad tempus confiscationis bonorum, limitentur ad tempus à quo hęresis est incursa. Quare similiter limitarentur ad filios postea genitos, filij soli pœnas luerēt. Quinto principaliter probatur ex *c. statutum, el 2. versic. hoc sane, de hæreticis in 6.* ibi: *Hoc sane de filijs, & nepotibus hæreticorum credentium, & aliorū huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur.* Ergo cū post mortem nequierint filios generare, liquido constat etiam eos filios natos ante delictum subijci pœnis. Et confirmatur, quia vt filii hanc pęnam subeant, satis est probare parētes eorū fuisse hęreticos, id enim solum is textus petit. Qui diminutus vtique esset, si filii ante hæresim genitis pęnis liberarētur, quippe tunc duo essent necessario probanda, nimirū, patres, fuisse hæreticos, ac filios fuisse post delictum genitos. Nec satis fit huic textui, dicendo illū promanasse omnino in horum filiorum fauorem, ad temperandū rigorem *c. Vergentis, de hæresic. & c. quicumque §. hæretici, eodem tit. in 6.* vbi Innocentius IV. & Alexander IV. excluserant filios hæreticorum vsque ad secundā generationem ab officiis, & beneficiis; at *Bonifacius VIII. eo. cap. statutum,* moderatus est, vt ea secūda generatio sit via sola paterna; at via materna vsque ad primā solā; & vt non omnes filii hæreticorum clauderētur, sed solum, quando parentes pertinaces obiere. Quare cum hoc decretum in solum filiorum fauorem promanarit, non est in eorum damnum extorquendum, asserendo

rēdo per illum ligari filios ante hæresim genitos, qui seclusō eo textu nō ligarētur. Nō (inquā) satisfit, quia stat id statutū editū esse in filiorū fauorem quoad illa duo, nec tñ velle illis fauere, sed potius nocere in alio, nēpe, vt claudātur ēt geniti post delictū. Sexto probatur ex *c. filij, vel hæredes de hær. in 6.* vbi habetur ægros vocantes hæreticos vt per manuum eorum impositionē solatio afficiantur, & sic obeuntes, psumi decessisse hæreticos, nec filios aut hęredes admittēdos ad probandam eorū phrenesim tpe quo hæreticos vocarunt, si defuncti erāt tpe vitæ diffamati de hæresi, an constet eos sui compotes vocasse hæreticos. Cuius ratio redditur in integra Decretali illius textus, ne filii, vel hæredes timore exhęredationis velint malitiā defuncti falsis testibus excusare. At hi filii erant ante paternum crimē vocationis hęreticorum nati. Ergo nati ante crimen subiacent pęnis. Septimo, q̄a *Innoc. IV. in 8. sua constitutione. quæ habetur in volumine cōstitutionum Pontificiarum fol. 9.* excipit ab inhabilitate ad officia, & beneficia, eos filios, qui parētum delictum detegerunt, sei non cōniuentes. Quæ exceptio supponit eos filios natos tpe delicti fuisse, vt vel sic possent non conniuere, sed detegere; & comprehendi, si nō detegerent. Octauo, quia multi & nō pęnitendi authores, quos c. seq referemus, existimant filios hęreticorum priuari beneficiis ante paternam hæresim obtentis. Ergo claudūtur filii ante delictū nati, vtpote qui ante illud beneficia obtinuerant. Nono, ex *c. vnico, de schismaticis, in 6 vers. contra natos,* vbi postquam Bonifacius VIII. tulit sententiam cōtra Iacobum de Columna schismaticum, descendens ad eius filios sic ait: *Cōtra natos insuper, & posteros dicti Ioannis spiritualiter, & temporaliter, duximus multipliciter procedendum.* Et *in extrauag. Pauli III. aduersus Henricum Angliæ regem, quæ incipit Cum redem ptor,* imponuntur pęnæ eius filiis natis, & nascituris. Tandem, quia pœna per consuetudinem admissa, est omnino exequēda, nec minus, quā per legem. Vt latissime probat *Tiraq. de pœnis temperandis, in præfatione, n. 4.* Et ratio est aperta, quia cōsuetudo gaudet vi legis sanciendæ. Si ergo potest pęnā de nouo introducere, nedum poterit iā lege statutam declarare; eo vel maxime, quod consuetudo sit optima legum interpres, *l. de interpretatione. ff. de legibus.* At opinio hæc, vt dictæ pęnæ extendātur ad filios etiam ante delictum genitos, recepta est quotidie praxi, vt testantur *Simancas de cathol. instit. tit. 19. n. 22. Rojas de hæresi. p. 2. n. 356. Pēn. 3. p. directorij Inquisitorum, commento 163. col. 2. vers. commissis tamen rationibus,* qui sunt testes omni exceptione maiores, vtpote qui fidei inquisitores fuere; & maxime *Simancas* idem testās, quasi suo gladio iugulat, cum totis viribus contrariam opinionem tueatur. Et idem testantur *Claudius Aquensis, l. si quis omnium id quod, n. 14 ff. de iurisdict. iud. Perez. lib. 4. ordinam. tit. 9. l. 3. vers. Despues que fiźo la traicion. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum 1. p. c. penult. n. 99.* At Doctoribus asserentibus consuetudinem est fides habenda. Vt tradunt *Bar. repetit. l. de quibus, nu. 21. ff. de legibus. Antonius Gomez. l. 41. Tauri, n. 4. & multi alij,* quos refert *Mascard. de probat. conclus. 426. nu. 1. & 2.* quam ipsemet amplectitur multis relatis à n. 11. & maximè n. 19. cum hac moderatione, vt si Doctores communiter testentur consuetudinem, sit plena, & sufficiens probatio; si autem vnus, vel duo eam testentur, non sit plena, & necessario concludens, sed præsumptiua, & transferens onus probandi in aduersarios, & eod. nu. 19. alios referens ait hoc esse verum, si testentur de illa curia, in qua versati sunt. Cum ergo quinque Doctores citati testentur hanc cōsuetudinem, & tres illorum versati sint in Inquisitorum curia, est illis necessario fides habenda. Quia etsi non probent concludendo, probant tamē dum aduersarij oppositam consuetudinem nō docent. Et ideo loquentes de crimine læsæ maiestatis humanæ, sunt huius sententiæ *gloss. ca. si quis cum militibus verb. Filij, 6. q. 1. Salicet. l. quisquis, §. Filij vero, nu. 10. C. ad leg. Iuliam maiestatis, & ibi Alberic. n. 4. Angel. de male ficijs verbo, Et has tradito la tua patria, nu. 13. versicul. Quartò ibi. Et Augustinus Ariminensis ibi, in additionib. Boerius,* etsi subobscure, *decisione 7. nu. 6 Plasea, § publica autem. n. 27. instit. de publicis iudicijs. Gygas de crimine læsæ maiestatis, lib. 3. tit. 1 de pœnis, quas filij incurrunt. q. 5. nu. 2. Nellus tractatu de bannitis, 1. p. primi temporis, q. 10.* dicens forte hanc esse veriorem. *Roland. cons. 74. n. 2. vol. 3. Afflictis in constitutionibus regni Siciliæ rubric 2. n. 39.* Et quamuis Doctores hi non loquantur de hæresi, nec existiment valere argumentum à crimine læsæ maiestatis ad crimen hæreseos, quasi eo ipso, quod imponātur in priore crimine pęnæ filiis antea natis, censeantur quoque impositæ in posteriori; ex alio tamē capite credo hos omnes Doctores dicturos idē de hæresi, si de illa agerent. Quippe eodē prorsus tenore, quo imponuntur pęnæ filiis ob paternum crimen læsæ maiestatis humanæ, *l. quisquis, § filij, C. ad leg. Iuliam maiestatis,* imponuntur filiis hæreticorum, *cap. vergentis, de hæreticis.* In vtroque enim loco est sermo indistincte, & indefinite de filiis; & vtrūque ius in vtroque crimine, eisdem rationibus ducitur ad filios puniendos. Et Pontifex *eo. c. vergentis* ex pęnis iure ciuili inflictis in filios reorū lęsæ maiestatis humanæ, arguit iure optimo eas imponēdas ob hæresim paternā, quæ multo grauius crimē est. Atque in propriis terminis loquētes tam in filiis committentium crimen læsæ maiestatis, quam hæreticorū, tenent *Bellapertica l. nullus, n. vnico, C. ad leg. Iuliam maiestatis Antonius Burgensis c. inter cæteras, à n. 7. vsque ad 10. de rescriptis, Ioannes Lupus de iusta obtentione regni. Nauarræ p. 5. § 8. in 4. obiectione;* quamuis idem met c. *per vestras notabili 3. § 23. n. 21 de donat. inter vir. & vxor.* dubius manserit, reliquitque cogitandū. *Repertoriū inquisitorū verb. filij, vers. Sed quæro, an pœna prædicta Villadiego de hæret. q. 23. ad finem. Gregor. Lopez.* etsi dubius, ac relinquens cogitandum, in hanc tamen partem plus inclinans, *l. 2. verb. Sus fijos, tit. 2. par. 7. Decianus, in sua pract. l. 5. c. 45. nu. 3. vers. Amplia,* vt procedat, vbi loquitur in crimine læsæ maiestatis. *Cantera in quæstion. criminalibus, tit. de q. tangentibus punitionem delicti, cap. 1. nu. 11. Surdus de alimentis, tit. 1 q. 31. in fine.* Atque idem tenent loquentes de solis hæreticorū filiis, *Castro de lege pœnali, lib. 1. c. 7. documento 2. corollario 1. & li. 2. de iusta hæreticorum punitione c. finali. Couar. lib. 2. variar. c. 8. numero 5. vers. Quarto. Perez. lib. 4. ordinamenti, tit. 9. l. 3. vers. Despues que fiźo la traicion, & libro 8. tit. 7. l. 1. col. 6. Rojas de hæreticis, par. 2. num. 156. & in suis singularibus fidei, singulari 68. numero 2. Peña directorio Inquisitorum 3. parte commentario 163. columna 2. versic. Omissis tamen rationibus. Rota in nouissimis, volum. 3. lib. 2. p. 3. decisione 114. in fine. Bursatus consilio 7. numero 31. volum. 1. Menochius de præsumptionibus, lib. 5. in præsumptione 33. à numer. 17. Otalora de nobilitate 4. parte principali cap. 9. numero 8. Vmbertus Locatus in praxi iudicaria inquisitorum verbo Filij, versicul. Et nota, quod filij Hojeda de incompatibilitate beneficiorum par. 1. cap. penultimo, numero 99. Quemada* etsi dubius *de bonis confiscatis quæstione 24. in fine. Gratian. regul. 55. num 25. Auend. iunior l. 4. Tauri glossa 7. num. 10. Azebedo* quamuis dubius, *libro quinto, recopilat. tit. 4. l. 3. num. 23. Gutierez quæst. canon. libro 1. cap. vltimo, a numero 37. vsque in finem. Barbosa l. 1. p. 4. num. 85. ff. soluto matrim. Suarez 5 tomo. in 3. par. disputatione 43. sectione 3. numero 2. Azor tomo 1. instit. moralium, libro 8. ca. 13 post quæst. 8. in 8. hæreticorum pœna & tomo 2. lib. 6. cap. 4. q. 3. versicul. Dubiū quæstionis est, an filij geniti. Lælius Zecchius in sua summa, tractatu de fide, cap. 11. de hæresi, numero 16. post 12. hæreticorum pęnam, versic. Ampliatur, vt prædicta pœna.* At in crimine læsæ maiestatis humanæ tenent contrariū in hoc regno propter *legem regiam 6. titul. vigesimoseptimo, p. 2. Couar. Gutierrez numero 46. Gratian. Azebedo ibidem.* Allegantur, ēt pro hac sententia *Claudius Aquensis, l. si quis id quod n. 14. ff. de iurisd. omn. iudic. Galindo in disputatione regia,*

§. 18. sed nequiij copiam vtriusque assequi & ideo me latet, quid dicant. Citantur etiam *Ioan. Andr. e. vt eam missi. n. 4. paulo ante finem, de haeret. in 6. & ib. Domine. 6. priuandi n. 4.* qui id in propriis terminis non dicit, sed aiunt filios haereticorū priuari beneficiis obtentis ante paternā haeresim, quare consequenter dicent hos natos ante illam, vtpote qui antea beneficium habebant, incurrere poenas. Quod idē in his terminis beneficiorum tenent alii quosque sequenti referam: & ita possunt etiā pro hac sententia citari. Allegatur etiam *Menchaca de success. resolutione l. b. 2. §. 12. & de successione progressu, lib. 1. § r. n. 168.* Sed falso, quia in priori loco nil dicit; in posteriori autem tantum ait amitti bona haereticorum ipso iure, etiam in praeiudicium filiorum natorum ante haeresim. Quod apud omnes est indubitatum, quia cū omnia ea bona sint in patris haeretici dominio transeunt in fiscum; nec hoc ad filiorum poenam, sed solius patris pertinet. Sicut quando pater mulctatur poena pecuniaria, non infertur quasi filiorum poena, etsi inde damnum in ipsos redundet. Alii etiam falso allegantur quos deo non memoro. Atque haec sententia est probabilissima.

10 Vt statuam posteriorem sententiam (cui tanquā probabiliori adhaereo) praemittendū est quadruplex fundamentū, cui innititur. Primum est, summopere operatur ad bonos, aut prauos sobolis mores, fuisse bonos, aut sceleratos parentes tēpore conceptionis. Sicut in naturalibus bona parentum valetudo, aut vitiosa, operatur multū ad bonā, aut vitiosam prolis formationē. Quod clare docet *Ouid. li. 4. Metam.* ibi: *Et patrum vitiosos abeunt cum semine mores. Macrob. li. 5. Saturnaliorum c. 11. ad medium,* ibi: *Vale ad fingēdas, aeque animos sim lando nes formandi, vis, & natura seminis.* Idē verbatim ait *Aulus Gell. l. b. 12. noctiū Atticarum 1.* dicēs esse verba Phauorini Philosophi *D. Gregor. hom. 10. in Euangel.* in ea verba, *Genimina viperarū,* ait sic: *Mala soboles malorum parentū actionē imitantes genimina viperarū vocantur.* Et explicatis distinctis criminibus perpetratis, cōcludit sic: *In his omnibus patrū suorū carnalium vias sequuntur, quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt.* Vbi pōdero ea verba, *De venenatis parentibus* idest, tā infectis tēpore cōceptionis. Et *D. Aug. in expo. hom. 14. ad finē, in to. 9. explicās ea verba Apocal. 17. Bestia fuit, & non est,* sic ait: *Hoc intell gitur, quod ex populo malo nascatur populus malus & possit dicere bestia ex bestia, abyssus de abysso. Quid est dicere, bestia ex b stia, nisi populus nascēs ex populo malo?* Vbi attēde, qualiter originē cōsideratit. Et clarius *l. 1. quaestionum nou. & veter. testamenti, q. 13.* reddit ratione, cur infantes Sodomae cū parētibus cremati sunt, sic ait: *Nonne prouisum est et amputaretur viuentes sequerentur exemplo parentū?* Vbi non spectauit *D. Aug.* futurā parentū educationē; quia apud illos iā crematos nequibāt infantes educari, sed spectauit originē, & cōceptionē a parētibus pessimo sodomiae vitio infectis, qua si inde in filios pessima a l d vitia procliuitas trāsfundatur Et *Aeglius Rod gnius li. 3. lect. inter q. uarum c. 19. n. fi.* ibi: *... genitis ad delinquendum procliuiores, magis quam ... euadūt.* Et *Theogen s in exhortatione ad filiū,* ibi: *E quilla rō nascitur rosa aut hyacinthus, neq; ab ancilla ... probā prolem haud pater gignet improbus.* Vbi clare originem attendit. Et optime *Faber inst. de nup. in rubr. n.* sic ait: *Vt in plurimū ... labes sanguinis sed & morū ad posteros traducitur.* Vbi clare docet ex sāguine infecto traduci prauos mores. Atq; ita idē tradūt *Tiraq. l. 7. connub. in p. 7. gl. 1. n. 2. & ... Cassaneus in catalogo gloriae mundi p. 2. 1. cōsider. 24* his verbis: *Plerique sunt animi vitres, quo simul cū corpore a parentibus trāsfunduntur in filios. Sic enim natura comparatū est, vt cū Titeno loquamur, & corpus & anima proportione quadā harmonica cōgruā motusq; corporis in animā, sicut & anima in corpus, facillime, & vehementissime penetrent. Ideoq; quanquā nō educitur anima filij, aut a corpore parētis, aut ab anima eiū corpus tac, & cum tali procliuitate quadam, a tali quodam corpore parētis educitur.* Quod miro *Platonis in Charmide* testimonio pbat *idē Tiraq. de nobilit. c. 21. n. 29.* vbi Plato ait magos illos aiē, & corporis medicos, Zamolxidis & Abridis arbitrari oīa corporis, & bona, & mala ab aīa fluere in ipsū corpus. Atq; ideo *n. 295. & seq.* late pbat *Tiraq. ex Galeno & aliis,* maxime cōducere corporis tēperaturā ad animi affectiones. Qd idē sentire *Bal. l. fuellus, § qu dā recte, n. 2. col. 3. vers. sin. 2. gl. magna ff. de liberis, et posth.* ibi: *Vt ... quod est in radice naturali trāsit ad posteros.* Et *Fulgos. cons. 1. 9. n. 1.* ibi: *Cum pater, qui est radix sit corruptus nō potest bonus filius a corrupta radice descēdere.* Et *Thom. Grammat. cons. 31. n. 6.* pōderat quēdā nō procedisse a sanguine infecto, ne sit mala cōtra ipsū praesūptio. Et *Castro l. 2. de iust. haeret. puni. c. 9.* ibi: *Nā qui a parentibus bonis genitus est, naturalem quandam inclinationem ad bonum, vt in plurimum ab ipsis parentibus suscipit, quoniam absolis corporis cōplexionem deducit; quae si bona est, non parum est ad virtutem ad meritum, & incitamentum. Vnde Aristoteles l. politicorum c. 4.* ait, *Vt ex hominibus hominem, ex bestijs bestiam, sic ex bonis bonum generari. Sed natura quidem hoc vult, attamen plerumque non potest.* Ergo a contrario sensu, quando pater est iniquus, transfertur prauas in sobolem propensiones.

11 Secundū fundamentū est. Quāuis multū cōferat bona aut mala educatio ad probos aut improbos sobolis mores; at potius cōferunt cōceptio ipsa ex sāguine infecto, & prauae inclinationes a cōceptionis tpe imbibitae. Et ita *Horat. l. 4. carm. Ode 4.* pulchre priori in loco causā malorū morū apponit naturā, & si tpē, deinde educationē, ibi *Fortes creantur fortibus & bonis: est in iuuencis, est in equis patrum virtus; nec imbellem feroces progenerant aquila columbam doctrina sed vim promouet insitam recti que cultus pectora roborant.* Quod idē fecit *Plato in oratione funebri,* sic dicens: *Boni autem fuerunt, quia ex bonis nati sunt. Generis igitur praestantiam prius inde mus, deinde educationem, & doctrinam.* Et ratio est, quia mores praui ex sanguine parentum infecto sunt quasi naturales; qui autem ex mala educatione consurgunt, sunt accidētarii. At naturalia sunt fortiora & quasi inseparabilia. Vt optime *Pindarus in Olympiis hymno 11.* sive ibi: *Sicut & natura insitos mores neque astuta vulpes, nec grauiter rugientes, & praualidi leones mutare queunt.* Et *hymno 13. Difficile est occultare natiuos mores.* Et *Hor. l. 1. ep. st. 10 epist. ad Fuscum Aristū,* ibi: *Naturā expellas furca, tū vsque recurret; Et mala perrūpet furtim vestigia victrix.* Et *D. Greg. Naz. to. 2. in ep. f. 57 ad Eudoxa rhetorem. Natura sequitur semina quisq; sua. & vt plurimum, recte succedunt quae natura duce aggredimur. At contra, quae inuita natura suscipiuntur, spem frustrari solent.*

12 Tertiū fundamentū est. Ex vtriusq; parentis infectione tpe conceptionis, infectio in prolem redundat; cum vterque ad generationē concurrat. At multo efficacior est patris infectio ad id prolis dānum. Et ratio est, quia semē maternū multo minus ad prolis generationē quā paternū cōcurrit, cum solum cōcurrat, aut tanquā causa materialis, vt tenent multi, quos retulit l. 2. de matrim. disp. 21. n. 10. Vel si cōcurrat ēt actiue, vt tenēr alii, quos ibi n. 11. retuli, potissimus tñ eius concursus est vt causa materialis quantūs ēt concedatur non nihil cōcursus actiui. At semen virile fecundum omnes est causa efficiens, & principale agēs, praebensq; totum suum esse, & ideo nobilitas vel ignobilitas prolis desumitur, non a matre, sed a patre. Vt tradens hanc rationē docet cum alijs *Tiraq. de nobilit. c. 18. n. 20.* Atq; ideo in naturalibus defectus sobolis potius a patre, quā a matre participatur. Atq; id in nostris terminis optime docuit *D. Chrysost. to. 1. in c. 23. D. Matth. hom. in medio,* vbi *D.* docens filios interdum sequi malos paternos mores, interdum maternos, concludit haec: *Frequētius tamen est, vt naturā patrem sequantur.* Quod idē confirmat communis Theologorū sñia dicentium ex solius Euae peccato nullum in posteritatem damnum redūdaturum; bene autem ex solius Adami. Quod hic sitent principale

cipale agẽs, principaleq; totius posteritatis caput. Ideq; probatur ex ipsomet contextu *l. quisquis, §. filij, C. ad leg. Iul. à maiest.* ibi: *In quib. paterni hoc est hereditarij criminis exempla metuuntur.* Vbi nõ sine mysterio nõ meminit textus materni criminis sed solius paterni, ad significãdũ prauos mores potissimũ à paterno semine deriuari. Qua rõne tradunt *Hostiens. c. vergentis, num. 4. de heret. Salicet. ea. l. quisquis, §. filij, nu. 9. Francus, ca. si nu um, el 2. num. 1. not. insti 2. de heret. in 6. Zanchinus de heret. cap. 28. num. 9. & multis alijs citatis Gygas de crimine lesa maiest. lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filij patre cõmittente crimen lesa maiestatis, q. 17. à num. 9. vsque in finem. Decianus pract. crim. lib. 7. cap. 41. num. 14.* iura punientia filium ob crimen parentum vsque ad certum gradum, intelligi de sola linea paterna, nisi maternæ quoque fiat mentio. Et ideo aiunt sola matre rea læsæ maiestatis nõ puniri filios; quia textus *in d. l. quisquis* puniens indistincte hos filios non expressit lineã maternam. Et reddunt rationem *Salicetus, & Gygas ibi*, quod potissimum generationis filiorum principium sit pater illi que magis filio assimilentur.

13 Vltimũ fundamentũ est. Rõ expressa in *l. quisquis §. filij, C. ad leg. Iul. maiest.* ob quã in his criminib. atrocib. puniuntur filij ob parentũ crimen nẽpe, timor, fore, vt filij mores parentũ imitẽtur respicit primario. & potissimũ, prauã eorũ filiorũ originẽ, ac cõceptionẽ ex sãguine iã vitijs illis infecto. Quippe iure optimo timetur ex ea sãguinis infectione ꝓnitas ad eadẽ crimina ꝑpetiãda, in filios facile pullulatura. Nec ius considera educationẽ, aut si aliquã eius rõnem quoq; habeat, id erit secundario & per accidẽs. Quod authoritate, & ipsomet textu & ratione probabo. Authoritate, nã *Cyn. l. sancimus, n. vnico, C. de pœnis, & d. l. quisquis, n. 1 vers. Secundo oppono, & ibi Ang. vers. Filij, & l. adoptiuum §. patronũ, el 5. n. 3. in fi. ff. de ius vocando Bal. l. 2. ante nu. 1. notab. vlt. C. de libertis & eorum libertis, Dyn. regul. Sine culpa 23. in fi de reg. iur. in 6. Corrasius, l. filiam, n. 9. ff. de Senatoribus. Decius consf. 64. n. 3. vol. 1. Matthaus de Afflict. l. 1. cõstitutionum Neapolitanarum rub. 2. n. 42. Author. incertus in tractatu de crimine lesa maiest. q. 7. num. 2. Decian. pract. crim. li. 7. c. 41. n. 18.* hoc tradunt. Idẽ constat ex ipsomet contextu, in *d. l. quisquis, §. filij.* ibi: *In quib. paterni, hoc est hereditarij criminis exempla metuuntur.* Vbi crimẽ id, cuius imitatio timetur in filiis, vocatur hæreditariũ; quale non dicitur, quod ex praua educatione oritur, sed quod ex ipsomet sãguine infecto, & ex ipsamet filiatione deriuatur in filios. Sicut *D. Aug. li. 1. retract. c. 13. to. 1.* vocat crimen originale. quodammodo hæreditarium, quod ex semine infecto participetur, ibi: *Quia ex primi hominis mala voluntate contractũ factũ est quodammodo hereditariũ.* Quã eandem rõnem clare significat *lex regia 6 ad finem, tit. 27. p. 2* vbi postquã decidit filios ante parentum crimen genitos non incurrere pœnas sub dit hęc *E a los otros que nacieron en la pena sufre, porque los fizieran despues que estauan emponzoñados en el mal que ouiessen fecho, temiendose que en alguna razon recud essen a aquellos mismos.* Tandẽ rõne idẽ probatur quia si textus respiceret educationem, magis puniendi essent filij ob delictum maternum, quã paternũ. Cuius cõtrarium constat ex *ca. statutũ el 2. de heret. in 6.* Quippe spectata educatione multo iustior est timor imitationis morũ matris. Nã primo triẽnio proles apud ipsam educatur; & mores tũc facillime imbibũtur ac difficillime eradicãtur. Quod optime docuit *Plato l. 4. de virtute, & li. 26. de pulchro,* ibi: *Quia in pueris ingenia sũt mobilia, et ad percipienũ facilia, ita celeriter capiunt, vt nõ tũc discere illa videãtur, sed reminisci, atq; recognoscere.* Et *Quintilianus l. 1 instit. oratoriũ c. 12.* ibi: *Dociliora sunt ingenia prius quam obdurnerint.* Et *Vegot. l. 1. suorum operum c. 4.* ibi: *Nec tantum coloribus, sed etiam perfectius imbibuntur, quæ discuntur à pueris.* Atq; ideo *Horatius* in eo vulgatissimo carmine dixit. *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem, testa diu.* Rursus, quod lac pueris à matre ministratum non parum conferat ad eius mores imbibendos. Vt optime docẽt *Aulus Gellius l. 12. noctium Atticarum cap. 1 & Macrobius l. 5. Saturnalium cap. 11.* his verbis: *Nõ frustra creditum est, sicuti valeat ad fingendas animi, atque corporis similitudines, vis, & natura seminis; non secus ad eandem rem, lactis quoque ingenia, & proprietates valere.* Et *Laguna in Dioscoridem de materia medicinali, l. 2. c. 67. §. La leche paulo post principiũ,* ibi: *Y juntamente le da à mamar con la leche, agrestes, y saluajes costumbres.* Item, quia cum mala pronitas ex infecto sãguine deriuata sit naturalis, multo difficilius vincitur (vt nu. vndecimo probaui) vnde potissimus imitationis timor inde consurgit; atque ideo merito censendum est, textus has pœnas filiis ob eum timorem statuentes, spectasse hanc deriuationem ex sanguine infecto.

14 His ergo pręmissis, posterior sẽtẽtia, quã probabiliorẽ credo, ait filios conceptos ante crimen læsę maiestatis, diuinæ, vel humanæ minime affici pęnis contra hos filios iure statutis. Probatur primo quia timor imitationis parẽtũ ex infecto sãguine cõsurgẽs, q est potissima harũ pęnarũ rõ (vt n. præc. probaui) non habet locũ in filiis conceptis ante delictũ parentũ; quippe sunt ante eam sanguinis infectionem cõcepti & ideo illa procliuitas naturalis inde deriuata ad eadẽ vitia, nõ reperitur in his. Quod si aliqua sit ratione prauæ educationis, est accidentaria, & post bonos mores catholicos parẽtum tũc catholicorũ imbibitos, & sic est multo facilior victu. Et confirmatur, quia in natis post delictũ reperitur duplex peruersionis, & imitationis causa, altera est procliuitas naturalis ex sanguine infecto consurgẽs; altera vero educatio ab ineunti ætate cũ parẽtibus puerſis. At in natis ante delictũ sola educatio reperitur, & sępe nõ ab ineunte ætate & postquã parentes bonis moribus imbuti fuerũt. Secundo probatur ex *D. August. in Psalmũ 84. col. 4. litera B.* ibi: *Non eramus iã nos, sed eramus in Adã ideo quicquid euenit ipsi Adã, sequutum est & nos. Ea .n. peccata parentũ nõ pertinẽt ad filios, quæ faciunt parẽtes iã natis filijs iã enim nati filij ad se pertinẽt, & parẽtes ad se pertinẽt.* Et in *Deuteronomiũ q. 42.* explicãs ea verba. *Filij nõ morientur pro patribus,* sic ait. *Quid est ergo, quod alibi dicitur, Deus reddẽs peccata patrũ in filios, in tertiã, & quartã progeniẽ. An de filijs nõdũ natis illud intelligitur, ꝓpter originale peccatũ, quod ex Adã traxit genus humanũ? Hic autẽ de filijs iã natis est facta distinctio, vt vnusquisque in suo peccato moriatur. Non .n. trahit aliquid ex patre qui iã natus erat, quod pater eius peccauit.* Et *epist. 75. ad Auxiliũ Episcopũ, & refertur c. 1. 24. q. 3.* ibi: *Etenim Classicianus filius, etsi traxit ex parte primi hoĩs culpã, sacro fonte baptismatis expiandã tñ quicquid postea quã genuit, peccatis pater eius admisit, vbi particeps ipse nõ fuit, ad eũ non ꝑtinere quis ambigit?* Et *Grat.* cuius nõ est modica authoritas *in c. Nõ imputãtur 1. q. 4.* (quãuis .n. in subscriptione tribuatur à Gratiano is textus *D. Aug. in d. ep. 75.* atq; talia verba nõ reperiũtur ibi, sola Gratiani authoritate gaudẽt) ibi: *Nõ imputãtur filiis peccata parẽtũ, quæ post eorũ natiuitatẽ à parẽtib. cõmittũtur.* Et idẽ *D. Aug. epist. 23. ad Bonifaciũ, & refertur c. Quæris, de cõsecr. dist. 4.* vbi quærit, an peccata parẽtũ filios suos curantiũ sanare sacrificiis dæmonũ, noceãt filiis? sic ait: *Semel regeneratus, per aliorũ voluntatẽ deinceps non põt vinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sua voluntate cõsensit.* Et eadẽ *epist. 23. & refertur c. Iam itaque, 1. q. 4.* ibi: *Iam itaque cum homo in se ipso est, ab eo qui genuit eum alter effectus peccato alterius sine sua cõsensione obstringi nõ põt. Traxit ergo reatũ, quia vnus erat cũ illo, & in illo à quo traxit, quãdo quod traxit, admissũ est; non autẽ trahit alter ab altero quando sua in vnoquoq; propria viuẽti vita est.* Nec valet aduersariorũ solutio dicentiũ hæc nĩa testimonia intelligẽda esse de pęnis spiritualibus. Primo, quia inepta esset differentia inter natos ante, & post delictum. Cum neutri ijs pęnis subiaceãt. Vt optime dixit *ipsemet D. Aug. Iosue septimo. Pœnas vero inuisibiles, quæ nocẽt, & nõ prosunt, nullus Deo iudice ꝓ alienis peccatis luit.* Et *d. c. Nõ imputãtur,* vbi

dicit maculam à filio Senatoris contractam nō nocere filijs antea per eū genitis, quominus potiantur priuilegijs cōcessis posteritati Senatoris sui aui. Nec valet solutio tradita a *Couar. vela. nu.9.* nempe, in his textibus esse sermonē de priuilegijs in filios ratione conceptionis à parente transmissis, quæ vtpote iam acquisita nequeunt ob parentū crimē amitti. Quippe eadem prorsus ratio suadet, habilitates, & iura omnia ad officia, & beneficia, & reliqua, quæ semel conceptis filijs iam acquisita perfecte sunt, nō auferri per delictum patris superueniens: secus quando antecessit delictum paternū: vt contingit in filijs post illud conceptis. Quia cum tpe delicti paterni hi filij nullū ius ad hæc acquisissent, vtpote qui geniti non erant, sed à tpe conceptionis erant acquisituri hoc ius nondum acquisitum tollitur multo facilius, seu eius acquisitio impeditur ob delictū parentum. Septimo ex *l. filiam, ff. de Senatorib.* ibi: *Nā quæsita dignitas liberis propter casum patris auferenda nō est.* Et *l. Generali, ff. de ritu nuptiarū* ibi: *Dignitas filijs quæsita, propter crimen patris nō est auferenda.* Et *§. sed et si insti. de ingenuis*, ibi: *Si mater libera cōcepit, deinde facta ancilla pariat, placuit eum qui nascitur, liberū nasci. Quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero est.* Vbi *Portius* rōnē huius reddit, quia proli iam conceptæ erat quæsitū ingenuitatis ius, quod sequens matris calamitas auferri nequit, *l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.* Sic ergo cū proli ante parentū delictū conceptæ sit plenum ius habilitatis ad officia, beneficia, honores, &c. acquisitū, ei nocere nō poterit sequens parentū calamitas. Octauo probatur ex *l. fin. tit. 31. p. 7.* ibi. *El hijo que es nacido no deue recebir pena por el yerro del padre.* Et *l. 6. ad fin. tit. 2. p. 2.* vbi loquēs textus de pœnis, quas filii ob crimen lęsę maiestatis paternū incurrunt, ait: *Pero esto no se entiēde de los hijos que ouiessen hecho antes que errassen. Ca los derechos que fallaron los antiguos de España en todas las cosas, alli do pusieron pena a los fijos por razon de sus padres, siempre guardaron esto, que no houiessen pena los que ante auian que el fecho malo fiziessen.* Nec valet solutio, q̄ in fi. illius tradit *Greg. Lop.* dicens intelligi de exilio ibi statuto cōtra huiusmodi filios, nō aūt de reliquis pęnis, tū quia nulla est maior rō de hac pęna, q̄ de alijs: tum ēt, quia ratio tradita ibi, *Ca los derechos que fallaron los antiguos, &c.* loquitur aperte in omnib. pęnis. Nec valeret etiam dicere (vt respondet *Couar. relatus, n. 9.*) hanc leg̃ non se extendere ad pœnas iure canonico in filios hęreticorū statutas, ne mittat falcem in messem alienā. Quia tōni naturali innixi viri sapientissimi illius legis conditores censuerunt pœnas ob parētum crimen in filios illatas, non extendi ad filios ante natos. Quod tam dē crimine læsæ maiestatis, quam de hæresi censere potuerunt, cum vtrumque ius eisdem verbis, eodemque tenore, & ob eandem rationem, pœnas in hos filios statuerit. Et confirmatur ex *l. 3. tit. octauo. libro octauo, noua recopil. regia*, ibi: *Pero dezimos que ningun traidor, ni aleuoso, ni sus hijos que huuo despues que hizo la traicion, o aleue, no pueda retar à otro.* Vltimo probatur, quia filij concepti ante paternam dignitatem, non gaudent notabilitate, & priuilegiis eius dignitatis, *l. si Senator, 11. C. de dignitat. libro duodecimo, & l. si decurio, 3. C. de decurionibus, libro 10. & l. doctrin. & l. penult. C. eodem tit.* ibi: *Tam ipsi, quā liberi eorum post eiusmodi adeptam dignitatem procreati.* Et *l. vltim. eodem tit.* ibi: *Suaque posteritate quam postquā meruerit dignitatem vel actum gesserit, ediderit anterioribus filiis in conditione pristina remansuris.* Vbi *Baldus nu. 1.* ait textum hunc loqui de priuilegio quod competit patri, deciditque id non deriuari ad filios antea genitos, eo quod certam conditionem habere cęperint. Et *l. tit. 1. lib. 6. noua recopil. regis*, ibi: *Los hijos hijos que, huuieren auido antes de la caualleria, no gozen de la exempcion, y priuilegio de sus padres.* Quod iuri communi cōsonare hæc probans, & alios referēs, affirmat *Couar. lib. 2. var. c. 8. nu. 5.* Si ergo filii antea geniti non potiuntur parentum honoribus, multo minus ob eorum delicta plecti debent. Atque esto honoribus gauderent, non inde argui posset, eos ob eorum pœnas plecti. Tum quia fauores sunt ampliandi, pœnæ autem restringendæ. Tum etiā, quia rationi conforme esset, vt filii dignitatis paternæ rerumque bene gestarum præmium, disponerent hæ leges, vt illa parētum præmia porrigantur ad filios antea natos; at rationi dissonaret, vt pęnæ delicti paterni porrigerentur ad filios antea natos, qui nec pars parētum, nec in eis tunc erant, sed quasi res omnino ab illis separata. Prius enim spectat ad lucrum, & præmium, quæ pro sola libera voluntate potest princeps concedere. Posterius autem ad delictorum pęnas quas infligere nullatenus valet, nisi iuxta delicti merita. Et ideo hāc sententiam sustinent loquentes in crimine læsæ maiestatis, *Petrus*, quem refert, & sequitur *Cynus l. Quisquis, n. 2. q. 2. C. ad l. Iuliam maiest. & ibi Angel. n. 5. Faber n. 2. Dionysius Gotofredus in sua glossa iuris ciuilis ibidem, litera Q. Cardinalis in c. Vergentis, in fine, de heret. Lucas Peña, l. a. n. 8. C. de petitis bonorum sublatis, l. 10. Alciat. in antiqua edit. cons. 467. n. 18 in noui l. 7. cons. 19 nu. 18. Iulius Scarlatin inter cons. criminalia Ziletti vol. 1. cons. 113. nu. 8. Tract. incerti authoris de crimine læsæ maiest. tota q. 7. Ant. Gomez l. 9. Tauri, n. 51. paulo post principium. Orosc. in l. Emancipatum nu. 4. ff. de Senator. & l. Adoptiuum n. 4. & 5. ff. de in ius vocando. Olanus in concordia iuris litera F. verbo Filius, n. 68. Villalobos in antinomia iuris ciuilis. & regij litera F. verbo Filius. nu. 45.* quamuis dicat hoc esse propter ius regium Hispaniæ; nam attento iure communi dicit contrarium. *Ficardus in additionibus ad communes opiniones Villalobos. litera F. verbo Filius, nu. 70. (habetur in impressione Veneta harum communiū opinionum.) Mantua singul. 2. n. 2.* Et quamuis videantur hi Doctores in crimine hæresis nil probare; quia argumentum à minori ad maius negatiue non valet; & ideo cum crimē læsæ maiestatis sit multo leuius hæresi, non recte deducitur, propter illud crimen paternū non puniuntur filii ante delictum geniti, ergo nec propter hoc. At re vera idem sentiunt in hæresi nam textus eodem prorsus tenore, & verbis, ac ob easdē rationes, ob vtrūque paternum crimen puniūt filios, & ideo consequenter loquentes debent idem in vtroque crimine cēsere respectu prolis ante delictū genitæ. Atque de vtroque crimine loquentes tenent *Igneus l. Finali, nu. 32. & duplici sequenti ff. ad Syllanianū*, & tractatu an rex Franciæ recognoscat superiorem, numero vndecimo. *Montalnus, l. 6. in fi. tit. 27. p. 2. Suarez in thesauro receptarū sententiarum, litera F. verbo Filij n. 226.* vbi loquitur in crimine læsæ maiestatis, *& litera H. verbo Hæreseos condēnati, n. 117.* vbi loquitur in hæresi. *Nauarr. l. 5. consil. in 2. editio. tit. de hæreticis, toto cons. 23. Iulius Clarus lib. 5. receptarum, in practica criminali, §. Hæresis, nu. 17. in fi.* vbi de hæresi loquitur, & *§. Læsa maiestatis n. 12.* vbi loquitur in crimine lęsę maiestatis. *Bonocosa in suis communibus opinionib. verbo Filij ante delictū patris*, vbi loquitur in crimine lęsę maiestatis & *verb. Hæretic. bona*, vbi loquitur de hęresi. *Anton Gomez in 1. editio. & in nouissima anni 1587. to. 3. variar. cap. 1. n. 6. in fine.* dicens in Hispana propter ius eius regium hanc sententiam esse tenendam, quamuis iure communi attento dicat contrariā esse veriorē. *Pelaez de Meres de maioratu in 1. editione p. 2 q. 4. illatione 2. n. 7. Molina lib. 4. de primog. c. 11. n. 5. Pela de pœnis delictorū c. 11. vers. Secūdo puniū. Zauallos in suis communibus opinionib. q. 653. n. 14. & sequētibus Villadiego iunior in foro iuzgo in prologo l. 11. n. 29.* & multis sequentibus. *Molina Societatis Iesu to. 3. de iustit. par. 1. disp. 658. nu. 21.* Atque in vtroque crimine videtur clare loqui *Cifuentes l. 4. Tauri nu. 3. versi. Secundo modo limitatur*, ait enim textum in *l. Quisquis, c. Ad l. Iuliam maiest.* & similes imponentes filii pœnas ob parentum delicta, non claudere filios antea natos. Dixi videri, & non clare loqui de hęresi, quia loquutus est de legibus, & non meminit iuris canonici; at credo eum voluisse, vtrumque ius claudere. Idem videtur clare sentire *Angelus*

teneri horum filijs aliméta relinquere, nedum portiones legitimas,

17 Tandem ad argumenta prioris sententiæ relata numero 9. respondetur, Ad primum negatur non esse rationem harum pœnarum infectionem sanguinis. Et ad rationem, quia id probatur numero sexto, in primo illius sententiæ fundamento, fateor hæc crimina parentum non esse instar originalis peccati, quod transmissionem culpæ in filios: est tamen instar illius quoad hoc, vt sicut tota Adami posteritas incurrit pœnas ob eius delictum, ratione infectionis sanguinis ex pacto à Deo cum Adamo tanquam cum capite inito: ita ex dispositione iuris canonici, & ciuilis, filij concepti post crimen læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ parentum, incurrunt pœnas ratione infecti sanguinis, à quo procedunt. Nec est verum non habere corpus alios humores ratione illorum criminum. Quia satis probauimus numero decimo, in primo huius sententiæ fundamento, ex prauis animi moribus infici quoque corpus. Nec inde etiam sequitur plus puniendos filios ratione delicti materni. Vt constat ex dictis numero duodecimo, in tertio huius sententiæ fundamento. Ad priorem cófirmationem eodem num. sexto adductam ad idem confirmandum, negatur id sequi. Nam quia peccatum originale transire debebat in totam posteritatem, iure optimo non est initum pactum, vt sola Eua peccante transiret, eo quod illa non sit principale posteritatis caput: sed solo Adamo peccante est initum. At cum ius positiuum humanum non statuat has penas, nisi vsque ad primum, & secundum descendentium gradum, & descendentes participet infectionem sanguinis vtriusque parentis, merito ob vtriusque delictum illi puniuntur. Mitius tamen ob maternum, nempe, vsque ad primum gradum, ob paternum autem vsque ad secundũ: ob rationem traditam numero duodecimo. Ad posteriorem constat ex dictis numero decimo. Nam etiam ex illis criminibus redundat praua pronitas in corpus. Ad secundum argumentum principale ex propositis numero nono, constat ex dictis numero decimotertio, vbi probauimus non æque militare eam rationem. Ad tertium, dic neutram illarum esse potissimam rationem, sed potissimam esse timorem imitandi mores parentum ratione infectionis sanguinis: vt numero decimotertio probaui; & idem licet eæ duæ rationes æque procedant in filijs iam conceptis, quia tamen potissima non procedit, minime est extendenda ea lex pœnalis ad filios antea natos. Ad quartum, & eius confirmationem constat ex ratione quarta, qua numero decimoquarto confirmauimus nostram sententiam, vbi probauimus filios antea genitos dici solũ materialiter filios hæreticorum. Et ita quamuis indefinite loquantur textus de filijs, intelligendi sunt de ijs, qui proprie & formaliter sunt tales. Nec obstant textus in contrarium ibi adducti. Quia lex senatoris loquitur in casu speciali, & opus fuit exprimere claudi etiam filium ante senatoriam dignitatem conceptum: loquiturq; in re fauorabili. At in odiosis, vbi id expressum non est, non debent dici tales filij antea geniti. Textus autem in *c. pen. inter cæteros*, est intelligendus appellare improprie, & materialiter filium sacerdotis, eũ qui antea genitus est. Et ita quoque eum appellant Doctore ibi relati. Demum textus *capit. ad extirpãdas*, probat potius nostram sententiam, vt probaui numero decimoquarto, in ratione 4. Insuper potest secundo respondere, quamuis iura indistincte loquentia sint regulariter intelligenda indistincte, & vniuersaliter id tamẽ fallere, nisi limitentur per alia iura. Sæpe enim generalia vnius legis verba limitantur per alteram. Vt tradunt *Corneus consilio 84. numero quarto, volumine secundo, consilio 180. numero sexto, volumine tertio*, & passim Doctores. Et eodem modo *l. regia 2. tit. secundo, parte 7.* dicens, *todos sus fijos*, est limitanda per *l. 6. regiam tit. 27. parte 2.* decidẽtem intelligi de filijs antea conceptis. Ad secundam confirmationem, respondetur, eam rationem non adduci ad probandum lege humana iuste puniri filios pro paterno crimine, proinde vt Deus aliquando puniuit. Quia est id à veritate alienum: nam Deus tanquam vitæ dominus morte corporali puniuit filios Achan pro paterno crimine, vt alijs incuteretur timor: quod tamen nulla lege humana iuste fieri posse nemo dubitat: sed tantum adducitur ad probandam iustitiam aliquarum pœnarum in filios ob parentum crimen: quare id testimonium minime probat claudi tam antea natos, quam post, sub illius pœnis. Ad tertiam confirmationem respondetur, sententiam inquisitorum pronunciari semper eodem tenore in filios, siue condemnatus habeat filios, siue illis careat: transcribitur enim ex forma typis mandata: & ita quãuis constet damnatum solos habere filios ante crimen genitos, non habentur illi tanquam expressi, & specialiter nominati: eo vel maxime quod posset ille habere filios illegitimos post crimen genitos, & illi clauderentur. Et cum in fine sententiæ se referant inquisitores ad disposita iure communi, & regio, est ea sententia necessario intelligéda iuxta dispositionem iuris communis, & regij, iuxta quam probauimus solos filios postea genitos claudi. Nec obstat in confiscatione bonorum explicari tempus, quia cum iure communi constet ab eo tempore amitti bona, & esse ea publicanda, quo ille in heresim incidit, fuit opus id tempus explicare in sententia ad rescindẽdos cõtractus ab eo tempore initos in fisci præiudicium. At cum non iure constet, an omnes filij his pœnis ligentur, an soli post crimen concepti, id non definiunt sed opinionum diuersitati relinquunt. Ad quintum, & confirmationem respondetur ex ea restrictione in *eo. cap. Statutum*, apposita, nempe, ne ea pœna comprehendat filios, quorum parentes sunt reconciliati Ecclesiæ, sed solos filios non reconciliatorum, non bene deduci filios ante hæresim conceptos subicij ijs pœnis. Tũ quia etsi post mortem nequiuerint filios generare; at poterant esse superstites tempore mortis talis hæretici, filij post illius crimen concepti, in quibus locum habeat ea restrictio, nimirum, vt pœnas incurrerent patre decedenti in hæresi, illas autem euaderent eo reconciliato decedenti. Tum etiam quia exceptio nullatenus regulam ampliat: & ita fieri nequit, vt virtute exceptionis regula complectatur eos casus, quos exceptione non apposita nequaquam complecteretur. Vt *Bartolo & alijs citatis* probat *Decius regula 1. numero vigesimo secundo, ff. de regulis iuris. Euerardus in suis top cis, loco ab exceptione ad regulam, numero 2. Couar. libro 2. variarum, capi e 5. nume. 9.* Et ideo cum Pontifex id decretum ediderit ad temperandum priorum cõstitutionum rigorem, & excipiendos ab eo filios parentum, qui reconciliati obiere, non est hæc exceptio trahenda ad ampliandas priores constitutiones, vt eæ cõprehendant filios antea conceptos, qui ea nõ apposita non clauderentur. Nec obstat replica ibi adducta, quia fateor stare posse, vt id decretũ faueat filijs quoad gradum, noceat aũt quoad alia. At cũ in eo id nimime explicetur, sed constet mentẽ Pontificiam esse, pœnas moderari, non est dicendum contra Pontificis mentem, & contra regulas iuris, ex ea exceptione colligi extensionem ad comprehendendos filios ante crimen conceptos. Nec obstat etiam quod in confirmatione infertur, fuisse diminutum textũ, dum tantum decidit probandum, parentes in hæresi decessisse. Quia cum ille textus non editus sit ad explicandum an filij antea nati, an post, pœnis subijciantur, sed tantum ad decidendum nullos filios subijci, quando parentes catholicus obijt, iure optimo non meminit prioris probationis, sed solius posterioris. Ad sextũ respõdetur in eo textu nõ esse sermonem de pœna filiorũ hæretici, qua in proprijs bonis eorum, & habilitatibus puniantur, sed de priuatiue bonorum, quæ ipsius parentis hæretici sunt, per illorum confiscationem: & osten-

ostenditur quod probaturi sunt filij, vel hæredes, ne ea bona confiscentur tanquam hæretici propria. At confiscationem bonorum nemo dubitat faciẽdam in præiudicium etiam filiorum ante delictum genitorum. Vt numero decimosexto ostendimus. Ad septimum negatur id supponi, quippe potest optime verificari de filijs conceptis post paternam hæresim, qui grandiorẽ ætatem adepti, possunt scire hęresim paternam, & eos denunciando euadere pœnas. Ad octauum respondetur eam doctrinam non esse amplectendam. Nec cap. sequenti probauimus solis beneficijs post parentũ delictum obtentis priuari hæreticorum filios. Ad nonum respondeo, nomine natorum filios comprehendi: quia natus substantiue sumptus, significat filium. Vt ex *Virgilio, & Quintiliano* probat *Rebuffus l. Natorũ 104. paulo post principium, ff. de verborum significat.* Nomine autem posterorum intelligantur cæteri descendentes. At id intelligi debet de natis, & posteris genitis post delictum. Et similiter ad extrauagãtem Pauli III. dico eam intelligi de natis ex Anna Bolena post crimen eiusdem Henrici, nõ vero de antea natis ex Catharina legitima eius vxore. Ad vltimum respondetur, contrarię sentẽtię Doctores negare eam cõsuetudinem. Immo *Manuel 1. tomo summæ, in secunda editione, capite 130. numero 5.* ait sępe iudicatum esse iuxta hanc sententiam in multis huius regni tribunalibus.

SVMMARIVM.

An quando parentum statuæ comburuntur ob parentum non comparentium hæresim, incurrant filij pęnam? Proponuntur probentia partem negantem, nu. 18.
Explicatur sententia Authoris, nu. 19.
Soluuntur argumenta, nu. 20.
Post nu. 20. inuenies alia summaria.

18 Quæstio secunda. An quando parentum statuæ cõburuntur, eo quod vocati legitime per edicta ab inquisitorib. non comparent, vt se tueantur ab hæresi, de qua delati sunt, incurrant filij omnes hæreticorum pœnas, ac si vere parentes ob hæresim conbusti essent? Et videtur pars negans. Quia quamuis cõtumax reputetur tanquã cõfessus, at talis ficta confessio nõ egreditur personam contumacis, nec nocet hæredibus. Vt cõstat ex *l. Eius qui delatorem, 19. ff. de iure fisci,* ibi: *Eius qui delatorem corrupit, ea conditio est, vt pro conuicto habeatur: sed enim hæc pœna magis est, vt aduersus ipsum, locum habeat, qui delatorem redimit. cæterum aduersus hæredẽ ipsius transire nõ debet.* Ex quo textu scribentes ibi, *et Bartol. l. Cum filius familias 49. in principio, num. 4. ff. de verbor. obligat. & Baldus lib. 2. numero vigesimo tertio, versicul. Secundo quæritur, C. de edendo,* colligunt hanc regulam. Contumax habetur pro confesso in sui solius præiudicium, nec ad hæredum damnum transit. Secũdo, quia sententia lata in contumacia nunquam transit in rem iudicatam, nisi quoad pęnam pecuniariã. & quocunque tempore hæreticus ille compareat, est audiendus. Vt cõstat ex *l. Anuus, 4. in fine, ff. de requirendis reis.* Atque in proprijs hæresis terminis docent *Glossa communiter recepta, capit. Excommunicamus, el 1. §. Qui autem, verbo Condemnetur, de hæreticis. Simancas de catholicis institution. titulo secundo, num. 20. & 21. & titulo 14. in fi. Peña in directorio inquisitorum tertia parte, commentario 49. columna 3. versicul. Adueniente autem. Flaminius Cartarius tractatu de ex quutione sententiæ contumacialis. capite primo. numero 278.* Quod verum est, quamuis statua iam combusta sit, nec ille se pręsentet, sed inuitus capiatur. Vt bene tradunt *Simancas eo. titulo secundo, numero 20.* dicens sic contineri in quodam Barcinonensi decreto. *Peña eo. commentario 49. ad finem. Flaminius Cartarius eo. capite primo, num. 280. Scaccia eo. numero vigesimo quinto.* Ergo ea sententia non nocet filijs, nisi quoad solam bonorum parentis hæretici omissionem. Tandem quia sententia lata in contumacia minime infamat. Vt multis citatis tradit *Surdus consilio centesimo septuagesimotertio, numero centesimo, volumine secundo.* Et in crimine læsæ maiestatis tradunt expresse *Rolandus consilio vigesimonono, numero vigesimoprimo, & vigesimosecundo, volumine tertio, & consilio decimotertio, in fine inncte numero quarto, volumine quarto, & Centulinus additione ad Farinacium, decisione sexagesima secunda, litera B. in limitatione tertia, parte prima,* pœnas parentis ob contumaciam damnati, non nocere filijs, sed ipsos ab omni pęna liberos esse. *Gygas* autem *tractatu de crimine læsæ maiestatis, libro tertio, titulo primo, de pœnis, quas incurrunt filij committentium id crimen, quæstione decimatertia, numero tertio,* sic distinguit. Si ex processu contra patrem reum læsæ maiestatis formato constet probatum esse crimen, tunc sententia lata contra illum contumacem, efficiet filios incurrere pœnas; secus autem, si crimen non erat probatum, sed parens ob meram contumaciam damnatus est. Et tandem id cogitandum relinquit.

19 At dicendum est, omnes pęnas incurri à filijs, damnato sic parente ob contumaciam. Ducor primo, quia quamuis ficta confessio ex contumacia consurgens, non sit regulariter sufficiens, vt pęna ad hęredes transeat: id tamen fallit in crimine læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ. Vt tradunt *Bartol. leg. secunda, §. si is numero vnico, ff. de bonis eorum qui ante sententiam. Mascardus de probationibus, conclusione 348. numero trigesimoquinto. Rojas in singularibus fidei, singulari sexagesimonono, numero vnico. Cartarius de executione sententiæ contumacialis, capite primo, numero 345.* Secundo, quia iudicio Ecclesiæ habetur contumax, tanquam conuictus, & vere pertinax hæreticus. Vt tradunt *Glossa finalis in additione capite Cum contumacia, hæreticis in sexto, & ibi Ioannes Andreas, Paulo ante finem. Francus ibi numero secundo. Dominicus numero vndecimo. Cæsar de Graffis decisione centesima, de hæreticis, numero secundo, (habetur tomo quarto, in nouissimis decisionibus Rotæ.)* Et constat ex *eo capite Cum contumacia* ibi: *Ex tunc velut hæreticus condemnetur.* Et ideo hanc sententiam loquentes de filijs hæreticorum, sustinent *Peña in directorio inquisitorum, tertia parte, commento 164. columna tertia, versiculo At in casu nostro. Molina tomo tertio, de iustitia, parte prima, disputatione 658. numero decimonono.* Et loquens de crimine læsæ maiestatis tenet *Decianus practica criminali, lib. septimo, capite quadragesimoprimo. numero trigesimotertio* atque relata distinctione *Gygantis* tradita numero præcedenti, dicit in vtroque casu incurri pęnas à filijs. Quæ tamen sententia est intelligenda, quando damnatus est vere, & proprie contumax, qualem ius depingit *dicto capite cum contumacia:* nam secus esset, si de eius contumacia non plene cõstaret. Vt quãdo elapso anno ob morbum, aut aliud legitimum impedimentum ad inquisitores accedere nequijt, aut pro absolutione institit, aut satisfactionẽ obtulit, aut denique ea fecit, dixit, aut præstitit, quę ipsum vere esse catholicum ostenderint. Ita *Ioannes Andreas, Dominicus, & Frãcus ibidem,* & melius *Peña eodẽ commento 164. columna quarta, versiculo ceterum.*

20 Ad argumenta cõtraria proposita numero decimooctauo, constat ex ratione prima nostræ sententiæ adducta nu. pręced. Quia ea omnia procedunt præterquã in crimine læsæ maiestatis vtriusque.

SVM-

SVMMARIVM.

An filij hæreticorum, qui Ecclesiæ sunt reincorporati, incurrant has pœnas nu.21.
Quid quando parentes decedunt catholici, at quia relapsi comburuntur? Refertur quædam sententia, nu.22.
Explicatur sententia Authoris, nu.23.
Quid quando catholici iam, comburuntur tamen, quia fuere hæresiarchæ, aut quia sunt negatiui nu.24.
Quid quando parentes, vt falsi testes in causa hæresis comburuntur, nu.25.
Explicatur lex tertia, titulo tertio, libro octauo, recopilatio. regia, nu.26.
Post nu.26. sunt reliqua summaria quæ desiderantur.

21 QVæstio tertia. An vt filij & nepotes incurrant pœnas, oporteat parentes in hæresi decessisse? Ansam dubitandi præbet textus in *capite statutum. el 2. de hæreticis, in 6.* qui restrinxit textũ *in c. 2. §. hæretici eo. tit. & lib.* afficientem pœnis generaliter filios, & nepotes hæreticorũ, vt intelligatur de solis filijs, & nepotibus hæreticorum, qui nõ sunt emandati, & reincorporati Ecclesiæ exequentes pœnitentiam ipsis impositam, aut parati illam suscipere, & exequi.

22 Circa quam limitationem non modica est difficultas, quid dicendum sit de filijs, & nepotibus eorum, qui catholici obeunt, at traduntur brachio sęculari comburendi, eo quod relapsi sunt. Quidam eximunt hos à pœnis. Ducuntur, quod cum parentes catholici obeãt, sunt necessario absoluendi à censura, per quam absolutionem reincorporantur ecclesiæ, & sic reincorporati obeunt. Quod petit textus ad eximendos filios, & nepotes à pœnis. Et confirmatur, quia hæc reincorporatio apparet spiritualis, non autem corporea, per quam illorum vitæ parcitur. Adde textũ non petere, vt si hæretici exequantur pœnitentiam sibi iniunctam, sed vt exequantur, vel exequi parati sint. At hi parati sunt. Et hæc sententia est probabilis & illam tenent *Dominicus eo. c. statutum, in fin. Montaluus lege secunda, vers. Notãt tamen, & versic. sequenti, titulo vigesimosexto, parte septima. Simãcas de insti. Catholicis titulo vigesimono, numero decimoseptimo. Cantera in quæstionibus criminalibus titulo, de quæstionibus tangentibus punitionem, capite primo, nume. decimotertio. Villa diego iunior in foro iudice, in prologo, libro vndecimo, numero* 58. *&* 59. *in fine. Henriquez lib. 14. de irregular. c. 5. nu. 4.* Eiusdem sententiæ videntur alij dicentes tunc filios hos pęnas incurrere, quando parẽtes in hæresi obiere. Hi sunt. *Nauarrus summa cap. 27. numero 205. Martinus de Ledesma 2. par. 4. q 26. art. secundo vbi de irregular. folio 364. Castro libro secundo, de iusta hæret. punitione c. vltimo. & lib. primo, de lege pœnali c. 7. documento secundo. corollario 1. repertorium inquisitorum verbo filij. Maiolus lib. 5. de irregular. c. 46. n. 5. Toledo lib. 1. summæ, cap. 25. num. 8. Valentia 4. tom. in 3. par. disp. 7. quæstione 19. puncto 3. in 3. specie irregularitatis. Emmanuel Sà in summa, verbo irregularitas, vbi de irregular. ex defectu animæ, nu. 2. Manuel 1. tom. sum. in 2. editione c. 160. nu. 2.*

23 At probabilius est eos incurrere. Ducor quia textus *d. c. statutum*, petit parẽtes hæreticos reincorporari Ecclesiæ, paratos pœnitentiam iniunctã subire. Quod iuxta communem loquendi modum intelligitur de reincorporatione per absolutionem solemnem, ac iuridicam, qua ad pęnitentiam implendam iuridice admittuntur. Præterea quia relaxatus brachio sæculari quamuis cõuertatur, præsumitur in hæresi decedens, & fictus cõfitens timore ne viuus comburatur: & ideo absolutio solemnis, & iuridica sibi denegatur. Et ideo hanc tuentur sententiam. *Glossa eo capite statutum, verbo reincorporatos, & ibi Ioannes Andreas in fine. Francus. in fi. Simancas mutans sententiam, in Enchiridio iudicum, titulo 63. n. 7. Rojas tractatu de hæreticis 2. p. nu. 337. Peña in directorio inquisitorum 3. par. commento 164. Decianus in pract. libro quinto, capite quadragesimoquinto, numero tertio, versicul. Amplia etiam. Vmbertus Locatus in praxi iudiciaria inquisitorum, verbo hæreticorum filij, versicul. In contrarium videtur. Azebedo in curia Pisana libro primo, capite duodecima, numero octauo; & libro octauo recopilacion. regia titulo tertio lib. 3. numero vigesimo sexto. Paramus de origine inquisitionis, lib. 3. quæstion. 9. nu. 206. 207. Auila de censuris p. 7. disput. 4. dub. o 3. Lęlius Zecchius in sua summa, tractatu de fide, cap te vndecimo, de hæresi, numero decimo sexto, post duodecimam hæreticorum pœnam, versicul. Secundo limitatur. Azor tomo primo institutionũ moralium, lib. octauo, capite decimotertio, post quæstionem octauam, in octaua hæreticorum pœna, versicul. Quod autem, & tomo secundo, libro sexto, capite quarto, quæstione tertia, versic. Dubio etiam quæstione est, an filij hæreticorũ. Suarez quinto tomo in tertia parte, disputatione quadragesima tertia, section. tertia, nu. 4.* Et clare videtur huius sententiæ. *Molina tomo tertio de iustit. p. prima, disp. 658. numero decimo nono, versic. Filij tamen,* ait enim quandam legem regni (de qua dicemus numero vigesimo sexto,) reddentem inhabiles filios hæreticorum, qui brachio seculari traduntur, concordare cum *dicto capite Statutum:* ac proinde videtur sentire decretum in eo *ca. Statutum*, comprehendere filios quorumuis hæreticorum, qui brachio sęculari traduntur comburendi, quãtumuis catholici decedant.

24 Hinc deducitur idem dicendum esse de filijs, & nepotibus eorum, qui quamuis relapsi non sint, & ad fidem redeant, traduntur tamen brachio seculari comburendi eo quod hæresiarchę fuerint: vel quia cõuicti de hæresi, illam negant. Quia cum similiter hi non admittantur ad solemnem reincorporationem, militat in eis eadem prorsus ratio. & maxime in his negantibus, qui iudicio Ecclesiæ obeunt in hæresi, de qua sunt cõuicti, quidquid ipsi negent. Sic aperte sentiunt vniuersi relati num. præced in ratione quam tradunt, & in proprijs terminis docet *Suarez ibidem relatus*. Et quamuis *Cantera*. (Vt numero vigesimo secundo eum retuli,) sit contrariæ sententię, quando parentes tanquam relapsi comburuntur; at eodem capite primo, numero duodecimo, est huius sententiæ, quando parentes comburuntur, eo quod negant, & casu 2. quando comburuntur, eo quod non plena conuersionis eorum satisfactio habetur.

25 Immo causidicus quidam doctus, vt refert *Simancas de catholicis institution. titulo sexagesimo quarto, numero nonagesimo sexto,*) defendebat pœnas extendi ad filios, & nepotes falsi testis in causa fidei, qui ob hanc causam brachio seculari traditus est, vt cõburatur. Quippe hi filijs hæreticorum æquandi sunt. At merito id reprobat *Simancas ibi*, quod ea in pœnalibus extensio nullo iure probetur: ac parẽtum delicta sint valde dissimilia.

26 Secundo deducitur intellectus ad *l. regiam 3. tit. tertio, libro octauo, noue recopil.* ibi: *Mandamos que lo hijos y nietos de los quemados, y cõdenados por heregia hasta la secunda generacion por linea masculina; y hasta la primera por linea femenina, no puedan seruir, &c.* Vbi non solos filios combustorum, sed etiam damnatorum ob hæresim quales sunt reconciliati, videtur excludere ab officijs publicis. Atque potuit Princeps in suo regno, extendere pęnas vltra ius canonicum quoad officia secularia. At dicendum est intelligi iuxta *dict. caput Statutum*, vt iurium correctio vitetur, nimirum, vt ea verba intelligantur copulatiue, id est, quando parentes ita condemnati sunt, vt ad pœnitentiam non admittãtur, sed traduntur brachio seculari. Ita *Molina tomo 3. de iustit. p. 1. d sp 658. n. 19. in fine*, & quamuis non ita clare *Azebedo ead. lib. 3. nu. 28.*

SVM-

SUMMARIUM.

An exigitur sententia condemnans parentes ob hæresim, vt filij, & nepotes incurrant pœnas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia? Refertur duplex sententia, num. 7.
Explicatur sententia Authoris, num. 28.
Quid si parentes suspecti de hæresi obiere, num. 29.
An filij denunciantes inquisitoribus parentes, euadent pœnas, num. 30.

27 QVæstio vltima. An exigatur sententia condemnans parentes hæreticos, vt filij, ac nepotes, incurrãt pęnas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia? Quidam, quos tacito nomine refert *Azor tomo 2. insti. moralium, l. 6. cap. 4. q. 3. versic. alij vero*, aiunt comprehendi solos filios eorũ, qui ante obitum fuere iudicis sententia damnati, tanquã hæretici, vel fautores, vel defensores, vel receptatores hæreticorum. Ipse vero relata hac sententia & ea quam num. sequenti statuemus, ait neutrã sibi placere, sed dicendum esse, sufficere, si filijs constiterit suos parentes in hæresi perstitisse vsque ad mortem, ita vt illis sit manifestum eos hæreticos decessisse, id est, ab hæresi non absolutos. Nam *c. statutum, §. 2. de heret. in 6.* dicitur filios eorum qui probantur in hæresi obijsse, incurrere; satis ergo est, si obitus parentũ in hæresi, sit filijs manifestus. Et statim quærit *ibi Azor*, quid si parentes obierint correcti, quia ante obitum resipuerunt per manifestum cordis penitentiam, sed non fuerunt ab hæresi absoluti? Et respondet non sufficere, vt filij euadant has pęnas. Quia *id cap. statutum*, petit vltra parentum emendã eos Ecclesiæ reincorporatos decessisse. Sicut enim (inquit,) hereticus, quamuis occultus non per hæresim sola mente conceptam, sed per solam externam est irregularis, & inhabilis ad beneficia, etiamsi resipiscat per penitentiam. Ita filius heretici non est beneficij capax, si pater obierit Ecclesiæ non restitutus.

28 Ad dicendum est non desiderari sententiam iudicis parentes damnantis sed satis esse, si constet parentes hæreticos esse fautores, defensores, aut receptatores hæreticorum, per propriam parentum cõfessionem in iudicio; vel per euidentiã facti. Quia id importantea verba textus *dict. cap. statutum*, vbi loquens de huius criminis qualitate in parentibus requisita, sic ait. *Qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur.* Vbi verbum, *probantur*, est verbum iuris, quasi textus dicat filios eorũ, quos in hæresi decessisse notorie constiterit, siue sententia iudicis, siue euidentia facti, siue propria in iudicio cõfessione. Quare si hæreticus nõ fuit aliquo horum modorum notorius, filij, & nepotes eius, nec sunt irregulares, nec beneficij incapaces. Ita tradunt *Suarez. s. 10. in 3. par. disp. 43. num. secundo, Sayro de censuris, libro 6. cap. 10. nu. 40. Azor tomo primo, inst. moralium lib. 8. cap. 13. post q. 8. in 8. pœna hæreticorum, versic deinde queres*: vbi bene addi satis esse, si eos parentes sit manifestum tales esse in his locis, in quibus viuere, aut vixisse constat. Quamobrem satis esse arbitror, si nunc parentibus viuentibus notoriũ sit eos hoc crimine affici. Quia textus *d. c. statutũ*, petit disiũctiue, *qui tales, vel tales decessisse probantur.* Vbi *glossa verbo esse*, ait *Esse nũc, quia viuit.* At si postea parentes emandati sint, ac Ecclesiæ vnitati reincorporati, cessabit prædicta filiorum pęna. Quippe cessat causa, & dependenter ab hac cõditione eam pęnam ius filijs infligit. Nec credo exigi quando parentes ad iudicium non delati sint iudicium sententia reincorporati Ecclesiæ, sed satis est, si constet iam eos catholicos esse, & emẽdatos. Quia cessat infamia cui textus innititur. Vnde optime *Suarez ea. sect. 3. n. 1.* ait voluisse textum constituere discrimen inter ipsum met parentem criminis reum, & eius filios, vt ille, quamuis Ecclesiæ reconcilietur, maneat adhuc irregularis, donec cũ ipso dispensetur: hi autẽ dispensatione non indigeãt post parentum reconciliationem. Nec incurrent has pęnas filij hereticorum, qui tales publice decessere absque infamiæ nota, vt si obiere in natione hæresibus infecta. Ita docent *Heriquez. lib. 14. de irregul. c. 5. n. 4. Emmanuel Sà in sum. verbo haresis, nu. 4.* Et rõ põt esse, quia dum parentes non sunt damnati, sed sola facti eui dentia sũt hęretici. incurrũt has pęnas filij ratione infamię facti ac proinde cessanti ea diximus non incurrere: in prædictis autem locis cessat infamia.

29 Quod si roges, an idẽ iuris sit de filijs eorum, qui obiere suspecti de hæresi? *tomo 2. instit. moralium, lib. 6. c. 4. quæst. 3. versic. si roges*, dicit idem iuris esse, si cõstiterit eos parentes tales decessisse. At hoc mihi durum videtur quia textus *d. c. statutum* de soli hęreticis decedẽtibus loquitur, & cum res sit pęnalis, non debet ad suspectos de heresi extendi.

30 Tandem id mouetur, filij denunciantes inquisitoribus hæreticos parentes, euadent omnes pęnas ipsis statutas. Ita referens quandam Federici constitutionẽ, & dicens esse à varijs Pontificibus confirmatum, tenet *Peña in directorio inquisitorum par. secunda, cap. decimoquarto, commento decimoquarto, versiculo hoc addiderim, & 3. par. commento 164. versiculo In filijs vero.* Idem *Castro secunda de iusta hæreticorum punitione c. 26. Simancas de catholic. instit. titu. 29. numero 47. Rojas in singularibus fidei, singulari 12. numero 5.*

CAPVT XXVIII.

De infamia, irregularitate, inhabilitate ad beneficia, ac eorum priuatione, iure decretis, aduersus filios hæreticorum, receptatorum, fautorum, & defensorum.

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputandę sunt, nu. 1.
An filij, & nepotes committentes crimen læsæ maiestatis humanæ sint infames attento iure communi, nu. 2.
Quid attento iure regio, & quid de filiabus, nu. 3.
An filij hæreticorum sint infames? Refertur, quædam sententia, num. 4.
Explicatur sententia Authoris, nu. 5.
Post num. 5. inuenies alia summaria.

1 SVperiore capite dissertũ est de qualitate filiorũ hæretici, fautoris, defẽsoris, & receptatoris, & de qualitate parentum, vt filii pœnis subijciantur. Iam in hoc, & sequenti, agendum est in peculiari de pęnis, quas incurrunt, concurrentibus omnibus conditionibus petitis in capite præcedenti. In præsenti ergo de triplici pęna est triplex quæstio. Prima est, de infamia. Secunda, de irregularitate. Vltima de inhabilitate ad beneficia, eorumque priuatione.

2 Quæstio prima. An filij hæreticorum, fautorũ, defensorum, & receptatorũ, sint infames? Præmittere oportet quid in hoc sit iure statutum circa filios, & nepotes committentes crimen læsæ maiestatis humanæ. Et quidem filios infamia affici cõstat ex *l. quisquis, 5. §. filij vero, C. ad legem Iuliam maiestatis*, ibi: *Infamia eos paterna semper comitetur.* Et quamuis de solis filijs loquatur, quorum nomine in materia pęnali nõ clauduntur nepotes, per viam virilem. Quia constitutio Federici, quã cap. sequenti, numero duodecimo, referemus, infamiã hanc ad omnes posteros extendit, & solum est restricta per *cap. statutum, el secundo, de heret. in 6.* ad posteros per viam fœmineam, vsque ad primum gradum & per masculinam, vsque ad secundum. Et ita docent *Cynus, Baldus, Albericus, Salicetus*, quos refert, & sequitur *Conar. 2. variarum, cap. 8. numero 2. Iulius Clarus, lib. 5. receptarum sententiarum in practica, §. Læsæ maiestatis, numero 13. Antonius Gomez. in tomo 3. variarum cap. secundo, num. 15.*

Quic-

3 Quicquid tñ si attento eo iure, attento iure regio Castellæ, hac infamia soli filii afficiũtur. Quia *l. regia* 2. *tit.* 2. *p.* 7. solis filijs hãc pœnã imponit. Et ita docent *Gregor. Lop. ibi, verb. Sus fijos, q.* 3. *Molina t.* 3. *de iust. p.* 1. *disp.* 658. *n.* 10. Et videtur clare tenere *aliter Molina de primog. lib.* ..c.1 ..n. 50. dicẽs.n. filios, & nepotes hæretici incurrere inhabilitatẽ ad officia, subdit, & filios rei læsæ maiestatis humanæ, quasi contrariũ de nepotibus sentiens. Immo *ei l. lex regia* 2. satis aperte indicat filios rei lęsæ maiestatis humanę nõ affici hac infamia, ibi: *Sus fijos que sean var nes.* Atque ita aduertit *Molina ea. disp.* 658. *n.* 20 Quare dũ *lex regia* 6. *tit.* 13. *p.* 2. affirmat crimen læsæ maiestatis humanæ reddere infames oẽs de progenie delinquẽtis, intelligitur de sola facti infamia, quia ij omnes in minori æstimatione habeantur, ac minus apti ad officia, & dignitates reputẽt. Vt bene docet *Gregor. Lop. ead. dict. l.* 6. *verb.* ..*todo. Molina ead. disp.* 6 ..*n.* 20. Quid autẽ si tpe delicti paterni erant filii clerici, dicemus n. 18.

4 Difficultas autem est de filiis hæretici, receptatoris, fautoris, & defensoris, an similiter sint infames; Quidã affirmãt Ducitur primò q. c.2. § *heretici, de heret. in* 6. reddũtur hi inhabiles ad officia, & beneficia: q est infamia. Secũdo quia crimẽ lęsæ maiestatis humanæ ea pęna afficit filios, (Vt n. 2. diximus.) Ergo à fortiori crimen læsæ maiestatis diuinæ. Quippe hoc argumẽto vtitur *Innoc. III. c. vergẽtis, vers. cum enim, de hære* ..., ad probãdũ bona hæreticorũ publicari; quia id de crimine læsæ maiestatis humanæ statutũ est, qd est multo leuius crimine læsæ maiestatis diuinæ. Et cõfirmatur, quia Doctores nõ pęnitendi affirmãt regulariter valere argumẽtũ a crimine lęsæ maiestatis humanæ ad hæresim, affirmatiuè ductum. Hi sunt *gnens l. necessarios, §. non alias n.* 44. *ff. ad Syllanian. Decianus in suo pract. ca. lib.* 5. *c.* 26. *n.* 7. *Surdus de alimẽtis tit.* 7. *q.* 14. *n.* 21. Et videtur fauere *gl. Manichaos, verb. ...bire, C. de haer.* vbi ait simile esse crimẽ hæresis crimini læsæ maiestatis humanæ. At verè nõ fauet, qa in eo similia esse ait, q vtriusque accusatio possit post mortẽ poni. Et fauẽt *Saliceius auth. Gazaros, in fi. C. de haret.* asserẽs. n. filios hæreticorũ nõ succedere parẽtibus eã red fit ratione, p idẽ cõtingat in crimine lęsæ maiestatis. Et *Berous cõs.* 14. *n.* 55. *vol.* 1. vbi ait a pari procedere vtrumque crimen. Et *Lucas de Penna* ...*q quis col.* 2. *vers. Vtrũ aũt, C. de bonis petitis l.* 10. vbi ait in criminibus læsæ maiestatis procedi ex similibus ad similia. Videtur fauere. *Gregor. Lop. d. l.* 2. *verb. dore, tit.* 2. *p.* 7. vbi ait etsi posset argui ex crimine lęsæ maiestatis ad hæresim, vt statutum in illo cẽseatur quoque in hac statui: nequiri aũt ẽ cõtra argui. At re vera nõ fauet: qa nõ affirmar posse priori modo argui, sed data hypothesi illud argumẽtũ valere, nõ valere ẽ cõtra. Atque videtur ẽt idem fauere *l.* ...*ansfi.* ... vbi ait, cũ statutũ sit ob lęsã maiestatẽ humanã publicari bona a die commissi criminis, multo fortius id in hæresi statuendum. At re vera nõ fauet, quia nõ ait idem fore in hæresi, sed in ea nõ esset expressẽ decisum, sed solum ait iustum fore, vt ita statuatur. Et ideo in propriis terminis prædictos filios esse infames, tradunt *Couar. l.* 2. *variar. c.* 8. *n.* 1. *in fine. Castro l.* 2. *de iusta here. punitione c.* 9. *Ant. Gomez l.* 40. *Tauri, n.* 91. *vers. Tertio principaliter. Simãcas de cathol. inst. tit.* 9. *n.* 28. & *tit.* 19. *n.* 14. *Cãtera q. criminalib. tit. de quast. argentibus punitionem delicti. c.* 1. *n.* 11. & *c.* 2. *n.* 11. *Azebedo l.* 8. *recopil. regia tit.* 3. *d. l.* 1. *n.* 17. & *l.* 3. *n.* 34. & 35. *Paramus de origine inquisitionis, l.* 3. *q.* 9. *num.* 202. & 206. *Peña in directorio inquisitorum* ... *p. commen* 20. 4. *vers. Hac autem infamia. Molina t.* 3. *de iustit. p.* 1. *disp.* 658. *n.* 15. *Henriquez l.* 14. *de irregular. c.* 5. *n.* 4. *Villadiego iunior in forum* ... *in prologo l.* 11. *nu.* 79. *Atque Cãtera, & Azebedo*, dicũt idẽ de nepotibus via virili.

5 At verius est, eos nõ esse infames. Quod probatur destruẽdo fundamẽta cõtraria. Primò quia nullo iure hęc infamia statuta est. Quippe inhabilitas ad officia, & beneficia, statuta *c.* 2. *§. hæretici, de hæret.* ... 6. cui contrarii innituntur, nõ est infamia, sed quoddã quasi irregularitatis genus. Atque iuris infamia non hunc solũ, sed multos alios effectus producit: redit. n. infames inhabiles ad testimonium ferendum, & ad alia plura: de quibus habetur *c. non põt,* & *sequentibus* 2. *quæst.* 7. & *c. testimonium, c. licet, de testibus, et c. licet, de probat.* Quos tñ effectus nequimus hæreticorum filiis tribuere: vt pote qui nullo iure probantur. Secundo, quia cũ pœnæ, præsertim illæ quæ filiis innocentibus ob parẽtũ delicta irrogãtur, sint odiosę, & a regulis iuris cõis valde exorbitent, nõ sunt extẽdendæ vltra casus expressos. At nullibi hæc pœna statuta est in hæreticorum filios, sed cõtra filios rei lęsæ maiestatis humanæ. Non ergo est ad illos extendenda. Et cõfirmatur ex doctrina *Bartholomæi Socini cons.* 275. *n.* 11. *vol.* 2. vbi tractãs de pœnis statutis *l. quisquis, §. filij C. ad leg. Iuliam maiestatis*, contra filios rei læsæ maiestatis humanæ, ait in pœnalibus nõ fieri extensionẽ, maxime contra non delinquentes: eo vel maxime q ibi aliqua pœnę ipso iure inferãtur, in pœnisque ipso iure illatis nõ fiat extẽsio ex rationis similitudine. Et refert pro se *Ioãnem Andream, & Baldũ.* Et ex doctrina *Gigãtis tractatu de crimine læsæ maiestatis l.* 3. *tit.* 1. *de pœnis, quas incurrunt filij committentis id crimen, in quæst.* 17. *in fine*, qui cum dixisset valere argumentum affirmatiuè ductũ a crimine læsæ maiestatis ad hæresim, cõcludit æquiparationẽ inter hæc duo crimina habere locum in iis solis, quæ iure sunt expressa. Cum ergo iure nõ exprimatur æquiparatio quoad hãc pœnã, non est asserenda. Et ex doctrina *tractatus incerti authoris de crimine læsæ maiestatis quæst.* 6. *n.* 22. qui cũ dixisset hæc duo crimina æquiparari, subdit aliis relatis non fieri interpretationẽ in æquiparatis ad pœnæ extensionem. Et ex doctrina *Gregorij Lopez l.* 9. *verbo Fueras ende tit.* 31. *p.* 7. vbi ait nunq delictum patris filiis præiudicare, nisi in casibus iure expressis. Cũ ergo hic casus non sit iure expressus, non est asserendus. Et amplius cõfirmatur, qa ex maiori criminis grauitate optimè deducitur rationi cõsonum esse pœnã minori crimini impositã, immo, & maiorẽ statuendã contra grauius crimen: nõ tamen benè deducitur id grauius crimen ea pœna plecti, si iure non sit imposita. Tum quia pœna nõ est imponẽda, nisi in iure sit expressa, *c. cũ, quæ de sen ent. ex communic. in* 6. Tum etiã, quia (vt optime considerat *Couar. l. b.* 2. *variar. cap.* 8. *n.* 4.) sępe variis ex causis maiora crimina leuioribus pęnis plectuntur, eo vel maxime quod ius canonicũ se mitius habeat in puniendis delictis, quã ius ciuile. Nã quantumcũque reum læsæ maiestatis humanæ pœniteat peccati, ius ciuile nõ eximit eũ capitali pœna, nec filios eius pęnis cõtra ipsos statutis. At hæreticis pęnitẽtibus, nõ relapsis donatur vita: & filii euadũt pęnas. Vt diximus capite præcedẽti numero vigesimoprimo. Immo ipsummet ius ciuile se habet mitius in puniẽdis hæreticorũ filiis siquidem *l. cognouimus* 11. & *authentic. idẽ est de Nestor* ...*anis, C. de hæreticis* catholicos hæreticorũ filios efficit habiles ad successionẽ in parentũ bona cũ tamen filios rei læsæ maiestatis humanæ excludat nõ a sola parentum, sed ẽt ab omnium propinquorum successione. Vt cõstat ex *dicta l. Quisquis, §. Filij vero.* Tãdem, quia si bene inspiciatur textus *c. vergentis, de hæret.* non arguit *Innocẽt. III.* ex maiori criminis hæresis grauitate, vt filii hæreticorum eisdem oĩno pęnis statutis in filios rei læsæ maiestatis sobiaceant, sed tantum ex maiori illius grauitate probat nemini mirũ debere videri, si ipse ibi statuat bona hæretici confiscanda, quandoquidẽ ius ciuile eamdem pęnam minori crimini lęsæ maiestatis humanæ statuit. Immo vero ex eo textu apertè dedu-

deducitur, etsi pęna imposita iustè crimini lęsæ maiestatis possit iustius hęresi imponi; interim tamē dum iure ad hæresim extensa non est, minime illā habere in ea locum, ex eo solo q̄ in crimine læsæ maiestatis sit constituta. Et ideo hanc sententiā in proprijs terminis sustinent. *Menochius consilio 808.n.44.& 45.volumine 9.Suarez 5.to.in 3.par.disput.48.sect.3.n.2.*

SVMMARIVM.

An filij hæreticorum, fautorum, & receptatorum, & defensorum, sint irregulares? Refertur quædam sententia, n.6.
Explicatur sententia Authoris, n.7.
An solius Pontificis, & inquisitorum sit dispensare in hac irregularitate, n.8.
An possit Episcopus virtute Tridentini, sess. 24. c. 6. de reform. si res sit occulta, n.9.
An si promoti ad ordines sint ante parentis delictum, vel declarationem, vel ad aliquem ordinem, possit ordine suscepto vti, & vltra progredi, n. 10.
Quid de descendentibus ex Iudæis, vel Mauris, quando ante rationis vsum baptizati sunt, n.11.
Quid si post rationis vsum, n.12.
Quid de filijs catechumenorū ab infancia baptizatis, quamuis potentes à fide recesserint, n. 13.
Quid si per statuta particularia excludantur n.14.
Explicatur Tridentinum sess.3.ca.7. de reform.& Motus proprius Sixti V. iubentis genus ordinandorum examinari. Et cap. Constituti, 17.q.4. dum decernit descendentes ex Iudæis esse ineptos ad officia publica, n.15.
Qualiter iurare possint testes aliquem esse Christianū veteranū, dū id petitur ad ordines, officia, aut beneficia, n.16.
Qualiter denunciandi sint ad inquisitorum edicta, qui se Christianos veteranos esse falso probarunt, n.7.
Post n.17. inuenies summaria, quæ desiderantur.

6 QVæstio secunda. An filij hæreticorū, fautorum, defensorum, et receptatorum, sint irregulares? Quidam negant. Ducuntur quòd nullo textu ea irregularitas probetur, sed sola inhabilitas ad officia, & beneficia. Nec obstat, si dicas eos esse infames: tum etiam quia infamia ex solo alieno delicto contracta non inducit irregularitatem. Ita docent *Toledo l.1. sum.c.25.n.8.Sayro de censuris, l.6.c.10. n.40.*

7 At probabilius est, filios, & nepotes via virili, & solos via feminea filios horum vniuersorum esse irregulares. Quia *c.2.§.hæretici, de hæret in 6.* hi filij redduntur inhabiles ad beneficia, & officia publica: nomine aūt officiorum publicorum clauduntur etiam Ecclesiastica, inter quæ officia ordinum cōputantur, vt pote quæ publica sunt. Atque ita hoc tenent *Nau. sum.c.27.n.205.Ledesma 2.p.4. q.25.ar.2.fol.364.* Patres cogregati in tertia instructione Hispalensi.c.11. *Simancas de catholic.institut.tit.9.n.14. Salzedo in practica Benard. Diaz, c.22.n.22. Maiolus l.5. de irregular.c.46.nu.5. Henriquez lib.5.de irregularitate, ca. 5. n 4. Valētia 4.to.disp.6.q.19 punct.3.in tertia specie irregularitatis. Philiarcus de officio Sacerdotis to.1.p.1.l.4. c.9. Suarez 5.to in 3.p.disp.4: sect. 3.n.1. Vinaldus Candelabro sacramētorum in prima editione 2.p. vbi de irregularitate n.75. Manuel in q.regularib.to.1.q.24.ar.7. Auila de cēsuris p.7. disp 4. dubio 3.* An vero exigatur sentētia cōdemnās parētes dixi c. pręcedēti, n.27.& 28.

8 Solus autem Pontifex dispensat in hac irregularitate, eo quod sit iure Pontificio inducta, nec inueniatur textus eius dispensationem Episcopo indulgens. Ita *Nauar. Ledes. Valen & Auila dub 3. in fine. Philiarcus citatis n. præcedenti.* Quare inquisitores fidei non possunt in hac irregularitate dispensare. Sicut nec possunt in ipsius hæretici irregularitate. Vt diximus cap 25. nu. decimonono.

9 Nec quāuis occultū sit hos esse hæreticorū filios, poterit Episcopus in hac irregularitate dispēsare, virtute *Tridētini sess.24 c.6.de reform.* q̄a ibi sola irregularitas ex delicto occulto cōceditur Episcopo, at hęc nō oritur ex delicto, sed ex indecētia. Nec obstat originē trahi ex delicto paterno. Quia ēt cū illegitimo nequit Episcopus virtute illius decreti dispēsare, q̄uis radix eius irregularitatis sit iniqua parētū icōtinētia.

10 Si tamen filij ad ordines promoti sint ante parētis delictum, non priuantur vsu ordinum. Tū quòd ius iam acquisitum habeāt, quo nemo absque sua culpa priuari potest. Vt docet *glossa c. satis peruersum, sta in principio d.56.* Tum etiā, quia *c.§. hæretici, de hæretic. in 6.* ex quo colligitur hęc irregularitas, nō præcipit hos filios ab officijs adeptis deijci, sed ad ea in posterū nō admitti. *Maiolus l.5. de irregularitate, c.47.n. 6.& Suarez dicta sect. 3. nu 2. in fine,* dicit esse probabile, qui optime addit id procedere non solum quando promoti sunt ante parentis delictū re ipsa cōmissum, sed etiam ante criminis declarationē, (intellige vel notorietatem, iuxta ca. præcedenti n.28.) q̄a iuxta ibi dicta nullas antea incurrunt pœnas filij hæreticorum. Quod si non omnes ordines, sed aliquos tūc suscepissent, nō poterunt ad superiores ascēdere, sed in solis susceptis ministrare. Vt bene docet *Maiolus ibidem.* Quia etsi defectus superueniens non priuet iure acquisito, impedit tamen nouam acquisitionē.

11 Ex dictis deducitur descēdētes ex Iudæis, vel Mauris, quos vulgus Christianos nouos appellat, si ipsi ante rationis vsū baptizati sint, nō excludi ab ordinibus suscipiēdis, nec esse inhabiles ad officia, vel beneficia. Quia iura solos hæreticorū filios hac pœna afficiunt & quamuis neophyti sint irregulares, id verum habet de neophytis nuper ad fidē conuersis, cuiusmodi nō sunt baptizati a natiuitate. Et ita docēt *Nau. summa, c.27.n.205.vers. Tertio. Couar. Clem. si furiosus 1.p.§.2. n.8. conclusione 6. Otalora de nobilitate 2.p. tertiæ partis principalis, toto c.7. Salzed in practica Bernardi Diaz, c.22.nu.8. Manuel 1.tomo summa in 2. editione, c.160. nu.1.& quæstionibus regularibus, tomo 1. quæstione.24. art.7. Suarez 5.to.in 3.p.disputatione 43. sectione 3.n 8. Spino Speculo testamentorum, Glossa 3 principali, n 48. Auila de censuris p.7.disp.4.dubio quarto.* Quod est verū, q̄uis parētes adhuc Mauri, aut Iudæi perseuerēt. Vt bene docēt *Couarr, Suarez, Spino ibid.* Quia est diuersa ratio in illis, & in filijs hæreticorū. Hi enim ob parentū delictū irregularitate afficiuntur: at parētū infideliū delictū, nec in se, nec in filijs Ecclesia punit.

12 Quamuis ēt non sint ante rationis vsum baptizati, sed post, poterūt ad sacros ordines, & beneficia promoueri cum iudicio Episcopi sunt satis moribus, & Christiana disciplina instructi, ita quidem vt iam veterani Christiani censeri possint. Vt est text. optimus in c.1.d.57. Atque ita docent *Couarr. multis Doctoribus relatis Clem, si furiosus, 1.p.§.2.n.8.concl.3. Auila de censuris.p.7.disp.4. dub.4.* Vnde vterque ait benè, irregularitatem ad neophytos pertinentem, non esse alijs omnino similem: cum non sit expectanda Pontificis dispensatio, sed tm̄ sit arbitrio Episcopi considerandum, an si nouiter ad fidem cōuersi sint tales, vt merito dicendi sint veterani Christiani, vel ex morū probitate, & integra legis Euangelicæ instructione, vel ex antiqua Christianæ religionis professione. Et hoc magis placet, quàm quòd dixit *Nau. summa c.27.n.205.* nimirum cōuersos ab hinc decem annis non esse irregulares: & quàm quòd dicit *Henriquez lib.14. de irregular. ex re, c.4.n.7.* nempe, cū neophyto benè instructo, & cōfirmato in fide, posse Episcopū dispensare. Quia hæc non est propriè dispensatio. Si tamen verè, & propriè neophytus sit, solus Pontifex cum eo dispēsat. Vt bene tradunt *Nau. & Auila ibi.*

13 Filij ēt catechumenorū, quamuis parentes a fide recesserint, non sunt irregulares, instar filiorum hæretici, sed vt alij neophyti ex īfidelibus geniti indicādi sunt.

sunt. Cum.n.parentes non sint vere, & proptie hæretici, nec vllis pœnis ab Ecclesia afficiantur, (vt diximus hoc a.lib.c.7.nu.34.)nullatenus filii pœnis his subduntur. Quia Ecclesia non punit filios ob proprium delictum, cum innocentes sint,sed ob delictum parentum, vt parentes ipsos in illis puniat. Cum ergo catechumenos à fide recedentes nullatenus puniat Ecclesia, filij eorum nullas pœnas incurrent.

14 Sunt tñ dicta intelligenda iuxta ius cõe: nã per particularia alicuius communitatis statuta excluduntur sæpe descendentes ex Mauris,vel Iudæis,vel in quocũque gradu ab hæreticis. Dicit tamen *Suarez 5.to.in 3.p.disp. 43.sect.3.n.8.* oportere ea statuta per Põtificẽ cõfirmata esse,vtpote quæ cõi iuri derogant. Et recte quidẽ dicit,si statuta illa excludant à rebus Ecclesiasticis, nec ab instituto re sancita sint: nam si à rebus sæcularibus,sat esset, immo & sæpe necessaria authoritas principis secularis; dixi ẽt nec ab institutore sancita Quia fundator Collegij, aut capellaniæ posset instituere in fundatione ipsa, ne hi admitterentur; sicut põt etiã instituere, vt soli cõsanguinei admittantur, vel soli talem ætatẽ adepti,&c.

15 Secundo deducitur intellectus ad *Tridentinum sess. 23.c.7.de reform.* præcipiens Episcopis,vt genus promouendorum ad ordines inquirant. Neque enim voluit nouum ad ordines impedimentum inducere, sed duntaxat quæ antiquo iure statuta erant, seruari præcipit. Quod constat ex eius exordio, ibi: *Sancta synodus antiquorum canonum vestigijs inhærẽdo,decernit.* Quare solũ vult vt Episcopi inquirant,an promouendus sit ex filijs, aut nepotibus hæreticorum,fautorũ,defensorum, receptatorum, quos ius à suscipiendis ordinib. excludit vsque ad secundum gradum,via masculina, vel vsque ad primum, via fœminina. Et ita docent *Salzedo in practica Bernard. Diaz cap.22. nu.24. Manuel t.10.summa,in 2.edit.c.160. nu.2. & quæst.regularibus,to.1.q.24.art.7. Auila de censuris p.7. disp.4. dub.4. Henriquez lib. 10. de Sacramento ordinis, c.17. numero secundo,in commento, litera G.* Qui duo bene addunt Episcopũ debere inquirere, an sit filius ancillæ, & sic seruus, qui promoueri desiderat. Cum etiã ad ordines promoueri nequeat. Et intellige quando huius seruitutis esset aliquod indiciũ. Et simili modo intelligitur Motus proprius Sixti V.interdicens sub grauibus pœnis, patientes generis defectum promoueri ad ordines. Quia ex eius tenore, & verbis constat, eum non induxisse nouum aliquod impedimentũ, sed auxisse pœnas suscipientibus ordines, cum impedimento aliquo canonico. & admittentibus sic impeditos ad ordines. Similitet *cap.constituit 17.q.3.* desumptum ex *Concilio Toletano 4. canone 65.* dum decernit Iudæos, aut eos qui ex Iudæis sunt, ineptos esse ad officia publica, intelligit nomine eorum qui ex Iudæis sunt nuper ad fidem ex Iudaismo conuersos, non autem eos, qui iam ex infantiæ tempore baptizati originem ex Iudæis trahunt. Ita alios referens probant *Suarez 5.tomo in 3.par.disput. 43.sectione 3.num.9.* Alius etiam Motus proprius qui videtur contrarius, declaratus est cap præcedenti,nu.3.

16 Tertio deducitur, qualiter possint testes iurare promouendum ad ordines, aut ad ordines, aut ad officia publica, aut ad beneficia, esse Christianum veteranum, etsi à Iudæis,vel Mauris. vel ab hæreticis originem trahat. Et quidẽ qñ non est speciale statutum legitimum petens aliam qualitatem,vltra petitas iure cõi, id iurẽ non intelligitur de Christiano veteri in rigore, nec de non descendentib. ab hæretico quomodocumque, sed de Christiano veteri,& non descendentibus ab hæretico, quales iura petunt, ne sint inhabiles ad officia, & beneficia, & ne sint irregulares ex hac causa. Quod si iudex interrogans intendat aliud, iniuste rogat, nec tenetur interrogatus aliter respondere, quam ea verba secundum ius intelliguntur, (vt libro sequenti,tractantes de iuramento dicemus)Quare possunt testes iurare esse illum Christianum veterem,nec ab hæreticis,Mauris, aut Iudæis descendere, qñ non est neophytus ex Iudæis,vel Mauris,sed ab infantia baptizatus: & qñ nõ est filius,aut nepos, via masculina, aut filius via materna, hæretici, defensoris, receptatoris, fautoris hæreticorum formaliter, & vt hæretici sunt: & qui vt tales sunt dãnati, vel fuere tales notoriè,nec fuit Ecclesiæ reconciliati: & filij geniti sunt post id parentum delictum. Itaq; si promouendus ille est genitus ante hæresim parentis ob eã combusti, & quantũcunq; pertinacis, possunt testes iurare illũ ab hæretico non descendere. Quia cũ huiusmodi filii nullas incurrant pœnas, aut inhabilitatem,iuxta probabiliorẽ sententiam,quam latissime probauimus cap. præcedenti nu.14. verũ est dicere hos nõ esse filios hæretici, eo modo quo iudex legitime petit, nempe taliter vt impedimentum aliquod ad ordines,beneficia,vel officia ea habeat. Similiter possunt id iurare, etsi parens, aut auus via masculina, aut parens via fœminea, fuit hæreticus, at non fuit damnatus,nec notorius,aut si fuit talis. admissus est ab Inquisitoribus ad pœnitentiã, & reincorporationẽ Ecclesiæ. Et tñ id nequeũt iurare,qñ est neophytus in fide: vel dictus parens, vel auus via masculina, vel parens via fœminea, fuit hæreticus notorius, nec est ab Inquisitoribus admissus ad solemnem reconciliationem, & pœnitentiã. Quia vel tanquam relapsus,vel hæresiarcha, vel negatiuus,vel absens cõtumax,est in propria persona aut in statua cõbustus: aut qñ dictus parens,vel dictus auus, fuit notorius fautor, defensor,vel receptator hæreticorũ,quatenus hæretici sunt. Quippe hi soli filii, & nepotes impedimentũ habẽt iure cõi ad ordines, & talia officia, & beneficia. Vt late probaui toto capite præced.

17 Vltimo deducitur, qualiter denũciandi sunt iurantes aliquem esse Christianũ veterem,qui vere non erat talis,qñ Inquisitores fidei per edicta iubent eos denũciari,vel eum,qui se talem esse probauit: soli enim denunciandi sunt, qui iuxta tradita nu.præcedẽti, id iurarũt, aut probarunt inique. Quia illi soli iuxta subiectã materiam fuerunt periuri. Secus autem si iuxta legitima statuta alia qualitas vltra petitam iure communi exigeretur;tunc .n. qui falso iurarunt contra illam,eũ esse Christianum, veteranum, aut non descendere ab hæreticis,denunciandi essent, tanquam re vera periuri.

SVMMARIVM.

An filij committentis crimen læsæ maiestatis humanæ, priuentur beneficijs habitis ante patris delictum,vel qui tunc erãt clerici,sint infames,nu.18. (n.19.

An qui tunc erãt clerici sint inhabiles ad beneficia obtinẽda,

Quid si crimen læsæ maiestatis sit in Pontificem,aut Cardinalem,num.20.

Quid si tempore delicti erant laici, & fuit crimen in principem secularem? Refertur duplex sententia,nu.21.& 22.

Explicatur sententia Authoris,nu.23.& 24.

Quid nepotibus,num.25.

Quid de filijs, & nepotibus hæreticorũ,fautorũ,defensorũ & receptatorũ quoad inhabilitatẽ ad beneficia obtinẽda,n.26

An sint priuati ipso iure beneficijs obtentis? Refertur quædam opinio,num.27.

Explicatur sententia Authoris,nu 28.

Quid si scienter ad preces patris hæretici obtinuerunt ea beneficia,num.29.

An priuandi sint per sententiam beneficijs obtentis ante parentum delictum,nu.30.

Quid de postea obtentis,ante tñ parentũ condemnationẽ,n.31.

An obtentis post condemnationem, sint priuati ipso iure,n.32.

An ij facti inhabiles ad obtinendum beneficium, possint beneficia ante inhabilitatem obtenta permutare,nu.33.

An si permutens, sit vtroque beneficio permutatione obtento priuandus, num.34.

An sicut filij, & nepotes dicti sunt inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda, ac priuantur obtentis, ita de pensionibus dicendum sit? Refertur quædam opinio,nu.35.

Explicatur sententia Authoris,nu.36.

Soluuntur argumenta,num.37.

18 QVæstio vltima. An filii, & nepotes committentiũ crimen læsæ maiestatis humanæ, aut diuinæ, aut receptatoris, defensoris, fautoris hæreticorum, priuentur beneficiis obtentis, & sint ad ea obtinenda inhabiles? Et quidem certum est filios reorum læsæ maiestatis humanæ non priuari beneficiis obtentis ante paternum delictum. Quia cum beneficia haberent, erãt iam necessario clerici. At lex ciuilis, qualis est *l. quisquis §. Filij vero, C. ad leg. Iul. ma. est* afficiens infamia huiusmodi filios, ob quam hæc priuatio erat inducenda, nequit filios clericos comprehendere. Quamuis enim lex ciuilis statui clericorum, & iuri canonico non repugnans, obliget clericos, secus est quoad pœnam illa statutam, sed transgressores sunt alia pœna arbitraria à iudice Ecclesiastico puniendi. Vt præter omnes Doctores allegandos, tradunt *Azebedo l. 19. nu. 1. tit. 11. lib. 1. recep. Salzedo add. c. ad Bernardũ Diaz in pract. c. 55.* & optime *Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 167. c. 4. n. 29. & 30.* Et ideo hãc sententiam tenent *glo. c. satis peruersum, in fine d. 56. Ioã. And. c. vergentis, nu. 2. de hæreticis, & ibi Calder. vt eum refert, & sequitur Ananias ibi nu. 12. Cardin. ibi, in fi. Abbas c. cum laici, in fine, de iurepatron. Francus c. vt commissi, nu. 3. notab. 7. de hæret. in 6. & ibi Dominicus §. priuandi, nu. 7. Imola l. in insulam 42. in fine principij ff. sol. matr. & l. cum filiusfamilias, nu. 7. ff. de verb. oblig. Alex. addit. ad Bartolum d. l. quisquis, litera D, ad finem. Romanus singulari 693. fcis quod ex condemnatione, in fi. Matthæus de Afflict. lib. 3. feudorum tit. quæ sunt regalia, §. & bona committentium, n. 118. Arg. de malef. verb. & eius bona publicamus, vers. quid si filiusfamilias, n. 27. in fi.* Et ibi *August. de Arimino in addit. vers. tu autem in hac materia, in fin. Turrecr. c. si quis 6. q. 1. nu. 7. Gygas tractatu de crimine læsæ maiest. lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filij committentis id crimen toto q. Ruin. consil. 17. nu. 4. vol. 5. Hippol. rubr. ff. de fideiussoribus nu. 126. Repertoriũ inquisitorum, verb. Filij. vers. Nota quod si filius. Decisio capellæ Tolosanæ 120. nu. 6. & ibi Aufrer in add. num. 1. Roland. cons. 16. nu. 15. vol. 4. Decianus practica criminali, l. 7. cap. 41. n. 11. Centulinus addit. ad Farinac. in decis. 62. par. 1. lit. R, ampliat. 1.*

19 Hinc deducitur, filios qui erant clerici tempore quo pater hoc delictum commisit, nõ esse inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda. Quod fatentur omnes Doctores n. 21. & duplici sequenti allegandi pro triplici sententia. Quia inhabilitas hæc consurgere debet ex infamia statuta in illa lege. Quisquis, cõtra filios id crimen committentis. At illa non afficit filios, qui tunc erant clerici, vt diximus nu. præcedenti: ac proinde non erunt inhabiles ad beneficia.

20 Hæc tamen intelligũtur quando crimen læsæ maiestatis est commissum à parẽte in principem sæcularem: nam si in Pontificem, vel Cardinalem sit commissum, filii, & nepotes sunt ipso iure priuati beneficiis habitis, & inhabiles ad obtinenda, *c. Felicis §. quod si quis, de pœnis, in 6.* & docent *Henricus c. Vergentis n. 13. de hæretic. Turrecr. c. si quis 6. q. 1. nu. 7. Gygas tractatu de crimine læsæ maiest. lib. 3. tit. 1. de pœnis quas incurrunt filij committente patre crimen læsæ maiestatis q. 11. nu. 1. & 2. Decian. practica criminali, lib. 7. c. 41. nu. 1. Ruinus, & Centulinus relati nu. præcedenti.*

21 Difficultas autem eo pertinet, quando huiusmodi filij erant laici tempore delicti paterni, & fuit crimen læsæ maiestatis in principem sæcularem. Triplex est opinio. Prima sic distinguit, si tales filii tempore delicti, erant sub patris potestate, redduntur inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda, secus si tunc à paterna potestate liberi erant. Sic *Calderinus*, vt eum referunt *Cardinalis, & Ananias nu. seq. referendi.*

22 Secunda sententia ait in neutro casu eos esse inhabiles ad beneficia. Quia quamuis lex ciuilis potuerint in re temporali eos filios punire, vtpote qui laici erant, nequit tamen in re spirituali, qualis est inhabilitas ad beneficia Ecclesiastica: sicut nec excommunicationem, irregularitatem, aut suspensionem indicere potuit, eo quod sint pęnæ spirituales. Hanc tenet *Florianus*, quem referunt, & sequuntur *Cardin. cap. vergentis, in fine, de hæret. & ibi Anan. nu. 12.*

23 Tertia sententia (cui adhæreo,) ait huiusmodi filios esse inhabiles ad beneficia in posterum acquirẽda. Ducor, quia etsi lex ciuilis nequeat directe pœna spirituali punire, potest tamen indirecte, & per quandam consequentiam, puniendo pęna temporali, quam ex iuris canonici præscripto consequitur pœna spiritualis. Atq; ita contingit in præsenti: reddit enim eos filios infames, quæ pœna temporalis est: infamiam autem sequitur hæc inhabilitas, ex iuris canonici dispositione *cap. infames 6. q. 1.* Atque ita docent *Henricus c. vergentis, nu. 14. de hæret. Gygas de crimine læsæ maiest. lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filij committentis id crimen, q. 9. nu. 3. in fi. & nu. 4. Decian. pract. crim. l. 7. c. 41. nu. 11. Hojeda de incompatibilitate benef. 1. p. c. penult. nu. 93. & nu. 102.*

24 Intellige autem, si erant laici tempore commissi delicti à patre, id est, tempore quo pater est iudicis sententia declaratus reus lęsę maiestatis. Quia ante delicti paterni declarationem ipse pater non redditur infamis, nedum filij. Quare (vt dicemus nu. 31.) attendendum est declarationis delicti tempus, ex tũc enim incurrunt filij pęnas: quare si tunc erant clerici, quamuis laici essent tempore delicti, non incurrent pœnas eius legis ciuilis, ac proinde habiles erunt ad beneficia. Quod constabit ex dicendis eodem nu. 31. vbi probauimus filios hæreticorum post hæresim paternam nondum à iudice declaratam obtinentes beneficia, iuste retinere, nec illis priuandos esse post eam declarationem, quasi ante illam non redditi fuerint inhabiles. Præterea hoc constat retenta nostra sententia quam sustinuimus c. præced. n. 14. dicenti filios conceptos ante delictum paternum nullas incurrere pęnas.

25 Intellige etiam attẽto iure regio Hispano, vt hæc inhabilitas solos filios afficiat: licet attento iure communi afficiat etiam nepotes via masculina. Quia (vt diximus nu. 2. & 3.) iure communi sunt infames ij nepotes, at iure regio soli filij.

26 Hactenus egimus de filiis, & nepotibus rei læsæ maiestatis humanæ, iam ad hæreticorum filios gradus est faciendus. Et quidem constat filios, & nepotes via masculina, & solos filios via feminea, hæreticorum, receptatorũ, fautorũ, & defensorũ, esse inhabiles ad beneficia in posterum acquirenda *c. §. hæretici de hæreticis, in 6. iuncto c. statutum el 2. eod. tit. & lib.* quod eas pœnas moderatur ad secundum gradum via paterna, ad primum autem materna.

27 Tota autem difficultas est, an priuati sint ipso iure, aut saltem per sententiam priuandi beneficiis ante paternam hæresim acquisitis. Duplex est sententia: prior asserit eos non tantum esse inhabiles ab beneficia obtinenda, sed etiam priuatos esse beneficiis iam obtentis. Ducitur primo ex *c. Felicis, vers. Quod si quis, de pœnis, in 6.* vbi decernitur filios, & nepotes percutiẽtis Cardinalem, esse ipso iure beneficiis antea obtẽtis priuatos. Ergo à fortiori est idem dicendũ de filiis, & nepotibus hæreticorum, cum hæresis sit longe deterior. Secundo ex *c. vnico de schismaticis, in 6.* ibi: *Omnibus beneficijs & officijs, honoribus, dignitatibus, perpetuo priuatos, eosdẽ reddẽtes inhabiles ad habendum.* Tertio ex *c. vt cõmissi, vers. Priuandi, de hæret. in 6.* vbi decernitur parẽtes hæreticos eorumque filios, priuãdos esse, aut priuatos beneficiis denunciãdos. Ergo sicut parentes hæretici priuantur ipso iure obtentis, ita & filii: cum vtrique sub eisdem verbis in eadem oratione ponãtur. Iuxta *l. tam hoc iure l. hæreditate & l. quamuis, ff. de vulgari.* Quarto ex *constitutione Innocentij IV. quæ est 8. inter eius constitutiones,* ibi: *Eorũdem hæreticorum posteros, vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis priuantes, vt in paterni memoria criminis perpetuo mœrore tabescant.* Et *in constitutione 10. eiusdem Pontificis,* ibi: *Hæretici autem, eorumque filij ad nullum*

Eccle-

Ecclesiasticum beneficium admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum. Et paulo inferius, Ex nunc priuamus taliter acquisitis, volẽtes vt tales & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterũ admittantur. Quinto, ex constitutione Alex IV. §. finali, quæ est 10. inter eius constitutiones, ibi: Habeatis liberã facultatem priuandi beneficijs Ecclesiasticis, & c. hoc sane de filijs, & nepotib. intelligendũ esse videtur. Sexto ex Nicolai III. constit. in fi. quæ est 2. in ordine inter suas, ibi: Hæreticorumq; filij, vsq; ad secundam generationẽ, ad nullum Ecclesiasticum beneficium admittantur. Nos enim prædictos, & nunc priuamus beneficijs acquisitis, volẽtes vt tales & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur. Septimo, ex constit. Pauli III. quæ est 20. in ordine, ibi: Alijsq; Ecclesiasticis beneficijs per eos quomodolibet obtentis priuamus eos, & ad alia in posterum obtinenda inhabiles. Octauo, quia hi sunt infames infamia iuris, cap. ven. 6. q. 1. At hmõi infames priuantur beneficijs, & officijs obtẽtis l. infamia 8. C. de decurionib. lib. 10. l. 2. l. quoties 18. C. de dignitatib. l. 12. & gl. fin. in fi. regul. Infamibus 87. de reg. iur. in 6. & ibi Peckius n. 6. amplia. 5. hoc tradunt. Idẽ glos. c. querelam, verbo Non necessitate, de iureiur. Greg. Lop. l. 7. verb. dignidad. n. 6. p. 7. Vltimo; quia ratio fundamentalis, & potissima huius priuationis est, vt parentes acrius puniãtur in filiorum personis; at acrius punientur priuando filios non solis beneficijs obtinendis, sed etiam obtentis. Atque ob rationis identitatẽ fas est legem quamcumque pęnalem extẽdere. Vt c. sequenti ostendemus. Et ideo hanc sententiam tenent Ioan. Monachus c. vt commissi, autem 1. de hæret. in 6. & ibi Ioan. Andr nu. 4. p imo ante finem. Dominicus ibi §. priuandi nu. 4. & videtur ibi tenere Frãcus nu. 3. notabili 7. dum ibi ait, aliud in crimine læsæ maiestatis humanæ. Anan. c. vergentis, nu. 12. vers. De crimine autem de hæret. & ibi Henricus n. 12. & videtur tenere ibi Marianus Socinus senior nu. 10. nam allegat gloss. cap. satis peruersum d. 56. dicentem filios hæreticorum non perdere beneficia habita, & subdit hæc verba: Sed vide, quod hodie deciditur c. quicumque, de hæret. in 6. Et tenent etiam Præpositus c. quo iure, col. 3. vers. Nota vlterius gloss. in, d. 8. & dict. c. satis peruersum, in fi. Romanus singulari 693. Sed, quod ex condemnatione, in fi. Imola dicens forte ita esse, l. in insulam 42. in fine principij ff. sol. matrim. Lambertinus de iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 6. in mea editione nu. 7. in alia nu. 11. vers. immo plus. Berous c. item cum quis, de restitut. spoliat. nu. 43. Ioan. Lupus, dicẽs esse communem sententiam, de iusta obtentione regni Nauarræ p. 5. §. 8. in 4. obiectione. Gygas de crimine læsæ maiestatis, lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrũt filij committentis id crimen q. 11. in fine. Celsus consi. 111. n. 12. versi. Et alia multa. Restaurus Chastaldus tractatu de Imperatore, q. 118. n. 13. (habetur tom. 26. tractatuum.) Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 1. n. 34. Gutierez quæstion. canon lib. 2. c. vlt. nu. 38. Peregrinus de iure fisci, lib. 3. tit. 10. n. 2. Decianus practica. lib. 5. c. 20. nu. 5. & c. 45. num. 6. versi. item perdunt. Et fauet Cantera quæstionibus criminalib. tit. de quæstionibus tangentibus punitionem delicti, c. 1. numero 11. vbi ait interdici filiis hęreticorum habere dignitates, & beneficia, & alia interdicta eorum parentibus. Et fauet etiam Muscatellus pract. criminali tit. de crimine læsæ maiestatis diuinæ, nu. vlt. vbi videtur æquiparare hæreticos & filios eorum; ait enim hæreticos priuari omni dignitate, officio, & beneficio, & non solos ipsos, sed etiam ipsorum filios. Referuntur pro hac sententia author tractatus de forma procedendi contra inquisitos de hæresi. tit. de pœnis contra filios, nu. 4. & Frãciscus Marcus decisione Delphinatus 1390. nu 8. vers. & hoc verum, p. 1. sed neuter id dicit. Citatur etiam Alex. addit. ad Bartolum. l. quisquis, litera D. C. ad leg. Iul. maiest. sed falso, quia non loquitur de filio hæretici, sed qñ ipse filius est hæreticus. Citatur etiam Eymericus directorio Inquisitorum 3. p. q. 11. sed non id clare dicit, sed satis confuse, & Peña ibi, commento 164. paulo post principium conatur eum explicare, vt non teneat hanc partem. Citantur etiam Ioannes Vanquel a. c. vt commissi, vers. Septimo, & vltimo, & vers. Vltima conclusio Lapus cap. quicumque, num. 2. de hæret. in 6. Petrus Gregorius in partitione iuris canonici, lib. 1. tit. 6. c. 7. vers. non solum in hæreticis, sed horum copiam non habui, & ideo latet me, an vere referantur.

28 Posterior sententia (cui tanquam multo probabiliori adhæreo) ait hmõi filios, & nepotes non priuari beneficijs obtentis ante parentum delictum, sed solis postea obtentis. Ducor primo, quia c. 2. §. hæretici. de hæret. in 6. solum reddit eos inhabiles ad beneficia, vel officia publica obtinenda. Quæ inhabilitas obtentis minime priuat. Vt tradunt glo. Clem. 1. verb. obtinẽda, de pœnis. et ibi Paulus & Zenzelinus, quos refert, et sequitur Cardinalis ibi, verb. ipsius, nu. 3. q. 2. Imola nu. 18. vers glossa, obtinenda. Bonifacius num. 54. Et confirmatur, quia idem met textus eo l. §. hæretici, vtitur verbo, Non admittãtur, quod cum sit futuri temporis, excludit à solis beneficiis in posterum obtinendis. Idque amplius cõstabit ex dicendis numero vltimo, vbi contraria soluemus. Et ideo hanc sententiam tuentur Antonius c. vergentis, num. 9. de hæreticis, & ibi Abbas n. 4. Felinus num. 3. versi. Nota casum. Matthæus de Afflictis lib. 3. feudorũ, tit. quæ sunt regalia, §. & bona committentium num. 118. Villadiego de hæreticis, q. 23. num. 2. Carrerius de hæreticis, num. 141. in alia editione, de hæreticis, tit. de pœnis eorum, num. 28. Aufrerius decisione 120. Capellæ Tolosanæ additione 1. Montaluus l. 4. verbo Dignidad, ad finem, tit. 26 p. 7. Couar. l. 2. variarum cap. 8 nu. 4. in fine Repertorium Inquisitorũ verbo Filij, versic. Supra dictum est. Perez lib. 8. ordinamenti tit. 7. l. 1. colum. 7. paulo ante versic. Est præterea annotandum. Iulius Clarus lib. 5. receptarũ, in practica criminali, verbo Hæresis nu. 16. Otalora de nobilitate p. 4. principalis, c. 9. num. 9. Simancas de catholicis institut. tit. 29. nu. 2. & in Enchiridio iudicum, tit. 63. num. 9. Peña directorio Inquisitorum 3. par. commẽto 163. colum. penultima, vers. Ego vero, quamuis fateatur in libro de pœnis hæreticorum se amplexum contrariam sententiam. Decianus in practica, lib. 5. cap. 45. numero 6. limitatione 7. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum p. 1. cap. penultimo, num. 100. Menochius consilio 805. num. 33. & consil. 808. numero 36. volum. 9. Salzedo in practica Bernardi Diaz, cap. 114. versi. Quinimmo si ij hæreticorum. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 3. l. 1. numero 206. Paramus de origine Inquisitionis lib. 3. q. 9. numero 203. & duplici sequenti. Lælius Zecchus in sua summa, tractat. de fide, c. 11. de hæresi, post 12. hæreticorum pœnam, vers. Ampliatur vt prædicta Villadiego iunior in forojuzgo, in prologo l. 11. num. 73. Petrus de Ledesma 2. tom. suæ summæ, tractatu 1. c. 6. post 17. conclusionem, difficultate 2. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 8. cap. 13. post quæst. 8. in 8. hæreticorum pœna. Suarez 5. tomo in 3. par. disputat. 43. sectione 3. nu. 2. in fine. Lancelottus instituta iuris canonici, lib. 4. tit. de hæreticis, §. Bona quoque, verbo Filij in fine.

29 Quod tamen limitatur, nisi scienter ad preces patris hæretici obtinuerint beneficia. Vt constabit ex dicendis numero vltimo, in solutione ad quartum. Et docẽt Montaluus numero præcedenti relatus. Petrus Gregorius in syntagmate iuris par. 3. libro trigesimotertio numero 3. Immo id definitur de quibuscumque habentibus beneficia ad preces hæreticorum capite 2. §. penultimo, de hæretic. in 6.

30 Immo, nec filij hęreticorum sunt priuandi per sententiam beneficijs obtentis ante parentum hæresim. Quia nullo iure id cauetur, sed ad sola obtinenda redduntur inhabiles. Ita docent Couar. Iulius Clarus, Otalora, Simãcas vtroque loco Salzedo, Suarez, Petrus de Ledesma relati, num. 28. Peña eod. commentario 163. col. pen. vers. Sententiam superiori oppositam.

31 Nec etiam priuati sunt ipso iure, nec per sententiam priuandi, beneficijs obtentis post parentum hæresim, ante tamẽ ipsorum condemnationem, sed ijs solis, quæ

gelus l. adoptiuum, §. Patronum n. 3. in fi. ff. de in ius vocād. vbi hæc ait: Puniū ur filij postea nati in crimine hæresis, & læsæ ma. est. tanquā ex infecto sanguine nati. Dixi videri, quia nō expresse id dicit, sed sumpto argumento à contrario sensu. Quod non procedit in Doctorum sententijs, vt bene tradit Everardus in suis topicis, loco à cōtrario sensu, n. 41. At videtur clare hoc sentire in rōne quā suæ sniæ tradit, nempe, filios postea natos procedere ex sāguine iam infecto: quæ ratio nullatenus competit filijs postea natis. Atque in crimine hęresis id tenēt Archid. c. Non imputātur, statim in princ. p. 1. q. 4. vbi cum textus dicat filijs non imputari peccata post eorum natiuitatē à parentib. cōmissa hęc ait: Hæc verba determināt cetera Decretales, quæ pœnas perennē filijs irrogandas dicunt. Et ibi citatur Bellamera sed falso nil enim dicit. Calder. toto cōsi. 2. tit. de heret. Ananias c. vergentis, n. 18. de heret. Prępositus c. quo iure, col. 3. vers. Nota vlterius Gl. ibi secus si essent nati ante hæresim paternam, d. 8. Tiraq. de iure primog. q. 3 1. n. 4. Decian. in sua pract. l. b. 5. c. 45. n. 5. limit. 11. Simancas de cath. inst. t. 29. n. 23. & in Enchiridio iudicū t. 6; nu. 10. Albanus in lucubrationib. ad Bart. rubr. de heret. nu. 9. 10. Marsanus Dominicus in quodam consilio, quod habetur apud Vmbertum Locatum post praxim iudiciariam inquisitorū, inter casus diuersos discussos à diuersis iurisperitis post casum 13. in consi. 2. ibi posito ver. Dictique filij. Bursat. consi. 289. n. 8. vol. 3. Lara, quamuis non ita determinate loquens l. si quis à liberis §. si quis ex his, nu. 46. & 47. ff. de lib. agnosc. Pet. de Led. f. 2 to. sum. tract. 1. cap. 6. post concl. 17. d. ffic. 1. Emmanuel Sā in sua summa, ver. hæresis, in n. 4. Menoch. in consi. 11 57. n. 7. & vol. 12. Henriq. l. 14. de irreg. c. 5. nu. 4. Manuel dicens sic iudicatum in multis huius regni tribunalib. in 1 to. sum. in 2. edit. c. 130. n. 5. Citant Flaminius de resignatione beneficiorum l. 5. q. 1. n. 34. in fi. vbi tantum dicit filios hæreticorū post paternam hæresim natos non posse absq; dubio possidere beneficia. Et ideo immerito citatur pro hac snia. Quia etsi ex Doctorū dictis valeret argumentum ductum à contrario sensu tm̄ ex eo posset deduci non esse indubitatū, sed sub iudice, an nati antea possent beneficia possidere. Allegantur ēt Dominicus c. 2. §. hereticis in fin. & de heret. in 6. vbi hac quæstione mota nil decidit, sed solum dicit consulendum esse de ea Calderin. loco proxime allegat. Quare parum fauet huic sniç, nisi velis dicere fauere, quia se remittens ad Calderinū, qui est huius sententiæ, videtur illum sequi. Citatur etiā Francus ibi §. Inhibemus, n. 2 quia adhuc minus fauet, nam recitata Calderini sententia, nil decidit, sed remittit se ad Dominicum proxime relatum, dicitque illum plene de hac quæstione tractare, sed falso, ea enim sola, quæ proxime ex eo retuli, dicit. Citantur etiam Ioan. Andreas, Dominicus, & Francus c. vt commissi de heret. in 6. vbi nec verbū dicūt, & quod ibi aiunt Io. Andreas, & Dominicus, nempe hæreticorum filios amittere beneficia ante delictum patris obtenta, est potius pro cōtraria sententia, vt ibi nu. 9. annotauimus. Citantur ēt Hostiensis, c. In quibusdam, n. 14. vers. posteritates, de pœnis, vbi nec verbū dicit. Et ibi Ioannes Andreas, n. 8. vers. posteritates, vbi huic sniæ fauet: nam cum ille textus ob homicidium prælati, vel clerici præfecti Ecclesiæ, admissum à patronis, vel aduocatis, statuat pęnas in posteros illorum, vsque ad quartam generationem. dicit Io. Andreas, non claudi filios iam natos, sed nascituros. Citantur etiam I guinarius Barol. emancipatum, col. 2. ff. de Senatoribus, & Parisius cons. 1. n. 185. vol. 3. sed neuter verbum dicit. Citatur etiam: Nicolaus Vigelius in methodo cō trouersiarum iuris, l. 1. c. 11. de heresi, (est n. aliud c. 11. apud ipsum) regula 18. sed minus bene, quia tantū dicit videri eximi à pęnis filios ante heresim natos; at hoc reprobari ab alijs, & ideo aut nil resolui, aut adhæret priori sententiæ contrariæ, vtpote quam in vltimo loco allegat & ideo potius est contra nos. Sunt etiā alij Doctores, qui solum in genere dicunt, maculam, & delicta parentum non nocere filiis antea natis, sed solis nascituris, & ideo videntur expresse huius sententiæ. Hi sunt Bal. l. 2. ante nu. 1. notab. vlt. C. de liberis, & eorū liberis, Dominicus c. si quis eum mulier. n. 4. in fi. 6. q. 1. Faber inst. de ingenuis, §. sufficit, n. 2. Fulgosius l. 1. §. prætor ait, n. 7. ff. de in ius vocando, Imola c. ex parte, n. 9. de feudis, Dueñas regula 345. limitatione 9. n. 9. Balduinus instit. de ingenuis, §. ingenuus est, n. 11. Lecirier de primogenijs, libro 1. q. 12. n. 12. vers. secundo confirmatur. Burgos de Paz, q. cont. lib. q. 3. nu. 69. Sebastianus Medices tractatu Mors omnia soluit 3. p. nu. 117. in fi. & 118 Barnabas Brissonius lib. singularum de iure connubiali (habetur tom. 9. tractatuum) in f. 104 col. 3. illius fo ij, Mandosius de etate minoris, c. 2. n. 2 . c isu 21. Citatur Platea l. fi. in fi. C. de decurion. l. 10. vbi in solo casu particulari loquitur, dicens quoad feudum amittendum non nocere filiis antea genitis, delictum patris Citantur etiam Archid. c. si aliquis, 17. q. 4. n. 3. & ibi Bellamera n. 5. sed similiter loquuntur in casu particulari, nempe, quando patronus in Ecclesiam deliquit, quem dicunt mereri ius patronatus amittere, & hoc delictum non nocere in hoc casu filiis antea genitis. Citantur etiam Bart. l. emancipatum, §. si quis, nu. 1. vers. primo casu, ff. de senatoribus, et Anch. c. vn co, n. 5. de natis ex libero ventre, vbi etiā in peculiari casu loquuntur, dicentes dignitate ab auis orta posse nepotes frui, ex auorum persona non obstante delicto paterno; at vero ex persona patris, non posse, si post delictum concepti sint, secus si ante. Citatur etiam Oldradus consil. 224. n 33. in fi. sed loquitur etiam in casu speciali dignitatis cuiusdam comitatus & dicit inhabilitatem patris ad illam nocere solis filiis postea natis. Citatur etiā Isernia de vsibus feudorum tit. quæ sit prima causa beneficij amittendi, nu. 10. (in mea editione nu. 15.) vers. in 2. q. sed loquitur etiā in casu particulari, tractans enim, an casus patris noceat filiis ad obtinendam dignitatem auitam, an hoc pēdere ex illa distinctione, an fuerint geniti ante an post casum patris. Alij autē Doctores allegantur, quorū copiam habere nō potui, & ideo ignoro an falso citentur, & in quo casu loquantur. Hi sunt Carthagena in quodam consilio incipiente, Rex V ga. ea q. 7. Bulæus instituta de ingenuis §. ingenuus est. ver. Calamitates, Cardinalis Alexandr. in c. quo iure d. 8. n. 15. vers. in filijs autem, & in vers. quod intellige Petrus Costalius l. seruorum 5. §. ingenui ff. de statu hom. Marcus Mantua l. 2. nu. fi. C. de libertis, & eorum liberis, Ant. Gabrielius cons. 40. n. 19. Franciscus Personalis cons. 80. n. 31. vol. 2. Paulus Fuscus in singularibus vtriusque iuris, verbo delictū, singulari 23. Valentinus Frosterus de successionibus ab intestato, tit. de casib. in quibus liberi à parentum successione excluduntur, §. quamuis autem, pag. 101. citatur etiam Iacob. Rebuffus l. quicunque n. 7. in fi. C. de principibus agentium in rebus lib. 12. ad nō vniuersaliter loquitur, sed dicit ingratitudinem patris non nocere filiis antea natis.

15 Quod si quæras an tempus a quo computandum est, an censeantur filii geniti post delictum parentū, vt sic nō euadant pęnas, sit ex quo in hæresim internam parentes inciderunt, an ex quo ea externa fuit? Et videtur prius tēpus spectandum, quia ex tunc est sanguis infectus. At dicendum est, solum posterius tempus spectari. Quia quoad pęnas non spectant iura solam infectionē internam parentū, eo vel maxime quod eam non attēdant ad ipsorum parentum delinquentium punitionē, nedum ad filiorum innocentium.

16 Nec tamen admittendum est quod tradit Acebedo libro 5. recopilat. tit. 4. l. 3. n. 23. nempe, filios conceptos ante crimen læsæ maiestatis humanæ paternum non priuari legitima paterna. Et in crimine hæresis magis etiam in hanc partem inclinat. At contrarium omnino dicendum est. Quia hæc bonorum publicatio non est directe pœna filiorum, nec ea statuitur, eo quod ex infecto sanguine procedant. Sed in pęnam delicti parentis, omnia eius bona publicantur & consequenter filii non habent portiones legitimas, in quas succedant. Præterea quia cap. 16. nu. 26. probauimus fiscum non

teneri

teneri horum, filijs aliméta relinquere, nedum portiones legitimas,

17 Tandem ad argumenta primis sententiæ relata numero 9. respondetur, Ad primum negatur non esse rationem harum pœnarum infectionem sanguinis. Et ad rationem, quia id probatur numero sexto, in primo illius sententiæ fundamento, fateor hæc crimina parentum non esse instar originalis peccati, quod transmissionem culpæ in filios: est tamen instar illius quoad hoc, vt sicut tota Adami posteritas incurrit pœnas ob eius delictum, ratione infectionis sanguinis ex pacto à Deo cum Adamo tanquam cum capite inito: ita ex dispositione iuris canonici, & ciuilis, filij concepti post crimen læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ parentum, incurrunt pœnas ratione infecti sanguinis, à quo procedunt. Nec est verum non habere corpus alios humores ratione illorum criminum. Quia satis probauimus numero decimo, in primo huius sententiæ fundamento, ex prauis animi moribus infici quoque corpus. Nec inde etiam sequitur plus puniendos filios ratione delicti materni. Vt constat ex dictis numero duodecimo, in tertio huius sententiæ fundamento. Ad priorem cōfirmationem eodem num. sexto adductam ad idem confirmandum, negatur id sequi. Nam quia peccatum originale transire debebat in totam posteritatem, iure optimo non est initum pactum, vt sola Eua peccante transiret, eo quod illa non sit principale posteritatis caput: sed solo Adamo peccante est initum. At cum ius positiuum humanum non statuat has penas, nisi vsque ad primum, & secundum descendentium gradum, & descendentes participent infectionem sanguinis vtriusque parentis, merito ob vtriusque delictum illi puniuntur. Mitius tamen ob maternum, nempe vsque ad primum gradum, ob paternum autem vsque ad secundū: ob rationem traditam numero duodecimo. Ad posteriorem constat ex dictis numero decimo. Nam etiam ex illis criminibus redundat praua pronitas in corpus. Ad secundum argumentum principale ex propositis numero nono, constat ex dictis numero decimotertio, vbi probauimus non æque militare eam rationem. Ad tertium, dic neutram illarum esse potissimam rationem, sed potissimam esse timorem imitandi mores parentum ratione infectionis sanguinis: vt numero decimotertio probaui; & ideo licet eæ duæ rationes æque procedant in filijs iam conceptis, quia tamen potissima non procedit, minime est extendenda ea lex pœnalis ad filios antea natos. Ad quartum, & eius confirmationem constat ex ratione quarta, qua numero decimoquarto confirmauimus nostram sententiam, vbi probauimus filios antea genitos dici solū materialiter filios hæreticorum. Et ita quamuis indefinite loquantur textus de filijs, intelligendi sunt de ijs, qui proprie, & formaliter sunt tales. Nec obstant textus in contrarium ibi adducti. Quia lex senatoris loquitur in casu speciali, & opus fuit exprimere claudi etiam filium ante senatoriam dignitatem conceptum: loquiturq; in re fauorabili. At in odiosis, vbi id expressum non est, non debent dici tales filij antea geniti. Textus autem in *capite inter cæteras*, est intelligendus appellare improprie, & materialiter filium sacerdotis, eū qui antea genitus est. Et ita quoque eum appellant Doctore ibi relati. Demum textus *capit. ad extirpādas*, probat potius nostram sententiam, vt probaui numero decimoquarto, in ratione 4. Insuper potest secundo respondere, quamuis iura indistincte loquentia sint regulariter intelligenda indistincte, & vniuersaliter id tamē fallere, nisi limitentur per alia iura. Sæpe enim generalia vnius legis verba limitantur per alteram. Vt tradunt *Corneus consilio 84. numero quarto, volumine secundo. consilio 180. numero sexto, volumine tertio*, & passim Doctores Et eodem modo *l. regia 2. tit. secundo, parte 7.* dicens, *todos sus fijos*, est limitanda per *l. 6. regiam tit. 17. parte 2.* decidētem intelligi de filijs antea conceptis. Ad secundam confirmationem, respondetur, eam rationem non adduci ad probandum lege humana iuste puniri filios pro paterno crimine, proinde vt Deus aliquando puniuit. Quia est id à varietate alienum: nam Deus tanquam vitæ dominus morte corporali puniuit filios Achan pro paterno crimine, vt alijs incuteretur timor: quod tamen nulla lege humana iuste fieri posse nemo dubitat: sed tantum adducitur ad probandam iustitiam aliquarum pœnarum in filios ob parentum crimen: quare id testimonium minime probat claudi tam antea natos, quam post, sub illius pœnis. Ad tertiam confirmationem respondetur, sententiam inquisitorum pronunciari semper eodem tenore in filios, siue condemnatus habeat filios, siue illis careat: transcribitur enim ex forma typis mandata & ita quāuis constet damnatum solos habere filios ante crimen genitos, non habentur illi tanquam expressi, & specialiter nominati: eo vel maxime quod posset ille habere filios illegitimos post crimen genitos, & illi clauderentur. Et cum in fine sententiæ se referant inquisitores ad disposita iure communi, & regio, est ea sententia necessario intelligēda iuxta dispositionem iuris communis, & regij, iuxta quam probauimus solos filios postea genitos claudi. Nec obstat in confiscatione bonorum explicari tempus: quia cum iure communi constet ab eo tempore amitti bona, & esse ea publicanda, quo ille in heresim incidit, fuit opus id tempus explicare in sententia ad rescindēdos cōtractus ab eo tempore initos in fisci præiudicium. At cum non iure constet, an omnes filij his pœnis ligentur, an soli post crimen concepti, id non definiunt sed opinionum diuersitati relinquunt. Ad quintum, & confirmationem respondetur ex ea restrictione in *eo. cap. Statutum*, apposita, nempe, ne ea pœna comprehendat filios, quorum parentes sunt reconciliati Ecclesiæ, sed solos filios non reconciliatorum, non bene deduci filios ante hæresim conceptos subijci ijs pœnis. Tū quia etsi post mortem nequierint filios generare; at poterant esse superstites tempore mortis talis hæretici, filij post illius crimen concepti, in quibus locum habeat ea restrictio, nimirum, vt pœnas incurrerent patre decedenti in hæresi illas autem euaderent eo reconciliato decedenti. Tum etiam quia exceptio nullatenus regulam ampliat: & ita fieri nequit, vt virtute exceptionis regula complectatur eos casus, quos exceptione non apposita nequaquam complecteretur. Vt *Bartolo & alijs citatis* probāt *Decius regula 1. numero vigesimo secundo, ff. de regulis iuris, Euerardus in suis top cit., loco ab exceptione ab regulam, numero 2. Couar. libro 2. variarum, capi e 5. nume. 9.* Et ideo cum Pontifex id decretum ediderit ad temperandum priorum cōstitutionum rigorem, & excipiendos ab eo filios parentum, qui reconciliati obiere, non est hæc exceptio trahenda ad ampliandas priores constitutiones, vt eæ cōprehendant filios antea conceptos, qui ea nō apposita non clauderentur. Nec obstat replica ibi adducta, quia fateor stare posse, vt id decretū faueat filijs quoad gradum, noceat aūt quoad alia. At cū in eo id minime explicetur, sed constet mentē Pontificiam esse, pœnas moderari, non est dicendum contra Pontificis mentem, & contra regulas iuris, ex ea exceptione colligi extensionem ad comprehendendos filios ante crimen conceptos. Nec obstat etiam quod in confirmatione infertur, fuisse diminutum reatū, dum tantum decidit probandum, parentes in hæresi decessisse. Quia cum ille textus non editus sit ad explicandum an filij antea nati, an post, pœnis subijciantur, sed tantum ad decidendum nullos filios subijci, quando parentes catholicus obijt, iure optimo non meminit prioris probationis, sed solius posterioris. Ad sextū respōdetur in eo textu nō esse sermonem de pena filiorū hæretici, qua in proprijs bonis eorum, & habilitatibus puniantur, sed de priuatiue bonorum, quæ ipsius parentis hæretici sunt, per illorum confiscationem: &

osten-

SVMMARIVM.

An filijs hæreticorum, qui Ecclesiæ sunt reincorporati, incurrant has pœnas, nu. 21.
Quid quando parentes decedunt catholici, at quia relapsi comburuntur? Refertur quædam sententia, nu. 22.
Explicatur sententia Authoris, nu. 23.
Quid quando catholici iam, comburuntur tamen, quia fuere hæresiarchæ, aut quia sunt negatiui nu. 24.
Quid quando parentes, vt falsi testes in causa hæresis comburuntur, nu. 25.
Explicatur lex tertia, titulo tertio, libro octauo, recopilatio. regia, nu. 26.
Post nu. 26. sunt reliqua summaria quæ desiderantur.

21 QVæstio tertia. An vt filij & nepotes incurrant pœnas, oporteat parentes in hæresi decessisse? Ansam dubitandi præbet textus in *capite statutum. el 2. de hæreticis, in 6.* qui restrinxit textũ *in c. 2. §. hæretici eo. tit. & lib.* afficientem pœnis generaliter filios, & nepotes hæreticorũ, vt intelligatur de solis filijs, & nepotibus hæreticorum, qui nõ sunt emandati, & reincorporati Ecclesiæ exequentes pœnitentiam ipsis impositam, aut parati illam suscipere, & exequi.

22 Circa quam limitationem non modica est difficultas, quid dicendum sit de filijs, & nepotibus eorum, qui catholici obeunt, at traduntur brachio sęculari comburendi, eo quod relapsi sunt. Quidam eximunt hos à pœnis. Ducuntur, quod cum parentes catholici obeãt, sunt necessario absoluendi à censura, per quam absolutionem reincorporantur ecclesiæ, & sic reincorporati obeunt. Quod petit textus ad eximendos filios, & nepotes à pœnis. Et confirmatur, quia hæc reincorporatio apparet spiritualis, non autem corporea, per quam illorum vitæ parcitur. Adde textũ non petere, vt si hæretici exequantur pœnitentiam sibi iniunctam, sed vt exequantur, vel exequi parati sint. At hi parati sunt. Et hæc sententia est probabilis & illam tenent *Dominicus eo. c. statutum, in fin. Montalnus lege secunda, vers. Notãt tamen, & versic. sequenti, titulo vigesimosexto, parte septima. Simãcas de insti. Catholicis titulo vigesimono, numero decimoseptimo. Cantera in quæstionibus criminalibus titulo, de quæstionibus tangentibus punitionem, capite primo, nume. decimotertio. Villa diego iunior in foro iudic. in prologo, libro undecimo, numero* 58. *&* 59. *in fine. Henriquez lib. 14. de irregular. c. 5. nu. 4.* Eiusdem sententiæ videntur alij dicentes tunc filios hos pęnas incurrere, quando parentes in hæresi obiere. Hi sunt. *Nauarrus summa cap. 27. numero 205. Martinus de Ledesma 2. par. 4. q. 26. art. secundo vbi de irregular. folio 364. Castro libro secundo, de iusta hæret. punitione c. vltimo, & lib. primo, de lege pœnali c. 7. documento secundo, corollario 1. repertorium inquisitorum verbo filij. Azolus lib. 5. de irregular. c. 46. n. 5. Toledo lib. 1. summa, cap. 25. num. 8. Valentia 4. tom. in 3. par. disp. 7. quæstione 19. puncto 3. in 3. specie irregularitatis. Emmanuel Sà in summa, verbo irregularitas, vbi de irregular. ex defectu animæ, nu. 2. Manuel 1. tom. sum. in 2. editione c. 160. nu. 2.*

23 At probabilius est eos incurrere. Ducor quia textus *d. c. statutum*, petit parẽtes hæreticos reincorporari Ecclesiæ, paratos pœnitentiam iniunctã subire. Quod iuxta communem loquendi modum intelligitur de reincorporatione per absolutionem solemnem, ac iuridicam, qua ad pęnitentiam implendam iuridice admittuntur. Præterea quia relaxatus brachio sæculari quamuis cõuertatur, præsumitur in hæresi decedens, & fictus cõfitens timore ne viuus comburatur: & ideo absolutio solemnis, & iuridica sibi denegatur. Et ideo hanc tuentur sententiam. *Glossa eo capite statutum, verbo reincorporatos, & ibi Ioannes Andreas in fine, Francus. in fi. Simancas mutant sententiam, in Enchiridio iudicum, titulo 63. n. 7. Rojas tractatu de hæreticis 2. p. nu. 337. Peña in directorio inquisitorum 3. par. commento 164. Decianus in pract. libro quinto, capite quadragesimoquinto, numero tertio, versicul. Amplia etiam. Simancas Locatus in praxi iudiciaria inquisitorum, verbo hæreticorum filij, versicul. In contrarium videtur. Azebedo in curia Pisana libro primo, capite duodecimo, numero octauo, & libro octauo recopilation. regia titulo tertio lib. 3. numero vigesimo sexto. Paramus de origine inquisitionis, lib. 3. quæstion. 9. nu. 206. 207. Auila de censuris p. 7. disput. 4. dub. 3. Lelius Zecchus in sua summa, tractatu de fide, capite vndecimo, de hæresi, numero decimo sexto, post duodecimam hæreticorum pœnam, versicul. Secundo limitatur. Azor tomo primo institution ũ moralium, lib. octauo, capite decimotertio, post quæstionem octauam, in octaua hæreticorum pœna, versicul. Quod autem, & tomo secundo, libro sexto, capite quarto, quæstione tertia, versic. Dubia etiam quæstio est, an filij hæreticorũ. Suarez quinto tomo in tertia parte, disputatione quadragesimatertia, section. tertia, nu. 4.* Et clare videtur huius sententiæ. *Molina tomo tertio de iustit. p. prima, disp. 658. numero decimo nono, versic. Filij tamen,* ait enim quandam legem regni (de qua dicemus numero vigesimo sexto,) reddentem inhabiles filios hæreticorum, qui brachio seculari traduntur, concordare cum *dicto capite Statutum:* ac proinde videtur sentire decretum in eo *ca. Statutum*, comprehendere filios quorumuis hæreticorum, qui brachio sęculari traduntur comburendi, quãtumuis catholici decedant.

24 Hinc deducitur idem dicendum esse de filijs, & nepotibus eorum, qui quamuis relapsi non sint, & ad fidem redeant, traduntur tamen brachio seculari comburendi eo quod hæresiarchę fuerint: vel quia cõuicti de hæresi, illam negant. Quia cum similiter hi non admittantur ad solemnem reincorporationem, militat in eis eadem prorsus ratio. & maxime in his negantibus, qui iudicio Ecclesiæ obeunt in hæresi, de qua sunt cõuicti, quidquid ipsi negent. Sic aperte sentiunt vniuersi relati num. præced in ratione quam tradunt, & in proprijs terminis docet *Suarez ibidem relatus.* Et quamuis *Cantera.* (Vt numero vigesimo secundo eum retuli,) sit contrariæ sententię, quando parentes tanquam relapsi comburuntur; at eodem capite primo, numero duodecimo, est huius sententiæ, quando parentes comburuntur, eo quod negant, & casu 2. quando comburuntur, eo quod non plena conuersionis eorum satisfactio habetur.

25 Immo causidicus quidam doctus, vt refert *Simancas de catholicis institution. titulo sexagesimo quarto, numero nonagesimo sexto,*) defendebat pœnas extendi ad filios, & nepotes falsi testis in causa fidei, qui ob hanc causam brachio seculari traditus est, vt cõburatur. Quippe hi filijs hæreticorum æquandi sunt. At merito id reprobat *Simancas ibi*, quod ea in pœnalibus extensio nullo iure probetur: ac parẽtum delicta sint valde dissimilia.

26 Secundo deducitur intellectus ad *l. regiam 3. tit. tertio, libro octauo, noue recopil.* ibi: *Mandamos que lo hijos y nietos de los quemados, y cõdenados por heregia hasta la segunda generacion por linea masculina; y hasta la primera por linea femenina, no puedan seruir, &c.* Vbi non solos filios combustorum, sed etiam damnatorum ob hæresim quales sunt reconciliati, videtur excludere ab officijs publicis. Atque potuit Princeps in suo regno, extendere pęnas vltra ius canonicum quoad officia secularia. At dicendum est intelligi iuxta *dict. caput Statutum*, vt iurium correctio vitetur, nimirum, vt ea verba intelligantur copulatiue, id est, quando parentes ita condemnati sunt, vt ad pœnitentiam non admittãtur, sed traduntur brachio seculari. Ita *Molina tomo 3. de iustit. p. 1. disp. 658. n. 19. in fine*, & quamuis non ita clare *Azebedo ca. lib. 3. nu. 28.*

SVM-

SVMMARIVM.

An exigitur sententia condemnans parentes ob hæresim, vt filij, & nepotes incurrant pœnas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia? Refertur duplex sententia, num.7.
Explicatur sententia Authoris, num.28.
Quid si parentes suspecti de hæresi obiere, num.29.
An filij denunciantes inquisitoribus parentes, euadent pœnas, num.30.

27 QVæstio vltima. An exigatur sententia condemnans parentes hæreticos, vt filij, ac nepotes, incurrant pœnas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia? Quidam, quos tacito nomine refert *Azor tomo 1. instit. moralium, l.6. cap.4. q. 3. versic. alij vero*, aiunt comprehendi solos filios eorū, qui ante obitum fuere iudicis sententia damnati, tanquā hæretici, vel fautores, vel defensores, vel receptatores hæreticorum. Ipse vero relata hac sententia & ea quam num. sequenti statuemus, ait neutrā sibi placere, sed dicendum esse, sufficere, si filijs constiterit suos parentes in hæresi perstitisse vsque ad mortem, ita vt illis sit manifestum eos hæreticos decessisse, id est, ab hæresi non absolutos. Nam *c. statutum, el 2. de hæret. in 6.* dicitur filios eorum qui probantur in hæresi obijsse, incurrere; satis ergo est, si obitus parentū in hæresi, sit filijs manifestus. Et statim quærit *ibi Azor*, quid si parentes obierint correcti, quia ante obitum resipuerunt per manifestum cordis penitentiam, sed non fuerunt ab hæresi absoluti? Et respondet non sufficere, vt filij euadant has pœnas. Quia *id cap. statutum*, petit vltra parentum emendā eos Ecclesiæ reincorporatos decessisse. Sicut enim (inquit) hereticus, quamuis occultus non per hæresim solā mente conceptam, sed per solam externam est irregularis & inhabilis ad beneficia, etiamsi resipiscat per penitentiam. Ita filius hæretici non est beneficij capax, si pater obierit Ecclesiæ non restitutus.

28 Ad dicendum est non desiderari sententiam iudicis parentes damnantis sed satis esse, si constet parentes hæreticos esse fautores, defensores, aut receptatores hæreticorum, per propriam parentum cōfessionem in iudicio; vel per euidentiā facti. Quia id importante verba textus *dict. cap. statutum*, vbi loquens de huius criminis qualitate in parentibus requisita, sic ait. *Qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur.* Vbi verbum, *probantur*, est verbum iuris, quasi textus dicat filios eorū, quos in hæresi decessisse notorie constiterit, siue sententia iudicis, siue euidentia facti, siue propria in iudicio cōfessione. Quare si hæreticus nō fuit aliquo horum modorum notorius, filij, & nepotes eius, nec sunt irregulares, nec beneficij incapaces. Ita tradunt *Suarez 5. to. in 3. par. disp. 43. num. secundo, Sayro de censuris, libro 6. cap. 10. nu. 40. Azor tomo primo, inst. moralium lib. 8. cap. 13. post q. 8. in 8. pœna hæreticorum, versic deinde quæres*: vbi bene addi satis esse, si eos parentes sit manifestum tales esse in his locis, in quibus viuere, aut vixisse constat. Quamobrem satis esse arbitror, si nunc parentibus viuentibus notoriū sit eos hoc crimine affici. Quia textus *d. c. statutū*, petit disiūctiue, *qui tales, vel tales decessisse probantur.* Vbi *glossa verbo esse*, ait *Esse nūc, quia viuūt.* At si postea parentes emandati sint, ac Ecclesiæ vnitati reincorporati, cessabit prædicta filiorum pœna. Quippe cessat causa, & dependeoter ab hac cōditione eam pœnam ius filijs infligit. Nec credo exigi quando parentes ad iudicium non delati sint iudicum sententia reincorporati Ecclesiæ, sed satis est, si constet iam eos catholicos esse, & emēdatos. Quia cessat infamia cui textus innititur. Vnde optime *Suarez ea. sect. 3. n. 1.* ait voluisse textum constituere discrimen inter ipsummet patrem criminis reum, & eius filios, vt ille, quamuis Ecclesiæ reconcilietur, maneat adhuc irregularis, donec cū ipso dispensetur: hi autē dispensatione nō indigeāt post parentum reconciliationem. Nec incurrent has pœnas filij hæreticorum, qui tales publice decessere absque infamiæ nota, vt si obiere in natione hæresibus infecta. Ita docent *Hēriquez lib. 14. de irregul. c. 5 n. 4. Emmanuel Sà in sum. verbo hæresis, nu. 4.* Et rō pōt esse, quia dum parentes non sunt damnati, sed sola facti euidentia sūt heretici. incurrūt has pœnas filij ratione Infamiæ facti ac proinde cessanti ea diximus non incurrere: in prædictis autem locis cessat infamia.

29 Quod si roges, an idē iuris sit de filijs eorum, qui obiere suspecti de hæresi? *tomo 2. instit. moralium, lib 6. c. 4. quæst. 3. versic. si roges*, dicit idem iuris esse, si cōstiterit eos parentes tales decessisse. At hoc mihi durum videtur quia textus *d. c. statutum* de soli hereticis decedētibus loquitur, & cum res sit pœnalis, non debet ad suspectos de heresi extendi.

30 Tandem id mouerim, filij denunciantes inquisitoribus hæreticos parentes, euadent omnes pœnas ipsis statutas. Ita referens quandam Federici constitutionē, & dicens esse à varijs Pontificibus confirmatum, tenet *Peña in directorio inquisitorum par. secunda, cap. decimoquarto, commento decimoquarto, versiculo hoc addiderim, & 3. par. commento 164. versiculo In filijs vero.* Idem *Castro l. secunda de iusta hæreticorum punitione c. 26. Simancas de catholic. instit. titu. 29. numero 47. Rojas in singularibus fidei, singulari 12. numero 5.*

CAPVT XXVIII.

De infamia, irregularitate, inhabilitate ad beneficia, ac eorum priuatione, iure decretis, aduersus filios hæreticorum, receptatorum, fautorum, & defensorum.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sunt, nu. 1.
An filij, & nepotes committentes crimen læsæ maiestatis humanæ sint infames attento iure communi, nu. 2.
Quid attento iure regio, & quid de filiabus, nu. 3.
An filij hereticorum sint infames? Refertur, quadam sententia, num. 4.
Explicatur sententia Authoris, nu. 5.
Post num. 5. innentes alia summaria.

1 SVperiore capite dissertū est de qualitate filiorū hæretici, fautoris, defēsoris, & receptatoris, & de qualitate parentum, vt filij pœnis subijciantur. Iam in hoc, & sequenti, agendum est in peculiari de pœnis, quas incurrunt, concurrentibus omnibus conditionibus petitis in capite præcedeoti. In præsenti ergo de triplici pœna est triplex quæstio. Prima est, de infamia. Secunda, de irregularitate. Vltima de inhabilitate ad beneficia, eorumque priuatione.

2 Quæstio prima. An filij hæreticorum, fautorū, defensorum, & receptatorū, sint infames? Præmittere oportet quid in hoc sit iure statutum circa filios, & nepotes committentes crimen læsæ maiestatis humanæ. Et quidem filios infamia affici cōstat ex *l. quisquis, 5. §. filij vero, C. ad legem Iuliam maiestatis*, ibi: *Infamia eos paterna semper comitetur.* Et quamuis de solis filijs loquatur, quorum nomine in materia pœnali nō clauduntur nepotes, per viam virilem. Quia constitutio Federici, quā cap. sequenti, numero duodecimo, referemus, infamiā hanc ad omnes posteros extendit, & solum est restricta per *cap. statutum, el secundo, de heret. in 6.* ad posteros per viam fœmineam, vsque ad primum gradum & per masculinam, vsque ad secundum. Et ita docetit *Cynus, Baldus, Albericus, Salicetus*, quos refert, & sequitur *Conar. 2. variarum, cap. 8. numero 2. Iulius Clarus, lib. 5. receptarum sententiarum in practica, §. Læsæ maiestatis, numero 13. Antonius Gomez in tomo 3. variarum cap. secundo, num. 15.*

Quic-

3 Quicquid tñ si attento eo iure, attento iure regio Castellæ, hac infamia soli filii afficiũtur. Quia *l. regia 2. tit. 2. p. 7.* solis filijs hãc pœnã imponit. Et ita docent *Gregor. Lop. ibi, verb. Sus fijos, q. 3. Molina t. 3. de iust. p. 1. disp. 658. n. 20.* Et videtur clare tenere *alter Molina de primog. lib. . c. 1 1. n. 50.* dicẽs. n. filios, & nepotes hæretici incurrere inhabilitatẽ ad officia, subdit, & filios rei læsę maiestatis humanæ, quasi contrariũ de nepotibus sentiens. Immo *illa lex regia 2.* satis aperte indicat filios rei lęsę maiestatis humanę nõ affici hac infamia, ibi: *Sus fijos que sean var nes.* Atque ita aduertit *Molina ea. disp. 658. n. 20.* Quare dũ *lex regia 6. tit. 13. p. 2.* affirmat crimen læsæ maiestatis humanæ reddere infames oẽs de progenie delinquẽtis, intelligitur de sola facti infamia, quia ij omnes in minori æstimatione habeantur, ac minus apti ad officia, & dignitates reputẽt. Vt bene docẽt *Gregor. Lop. ead. dict. l. 6. verb. todo. Molina ead. disp. 6 . n. 20.* Quid autẽ si tpe delicti paterni erant filii clerici, dicemus n. 18.

4 Difficultas autem est de filiis hæretici, receptatoris, fautoris, & defensoris, an similiter sint infames; Quidã affirmãt. Ducũtur primò quia *c. 2. § hæretici, de hæret. in 6.* redduntur hi inhabiles ad officia, & beneficia: quod est infamia. Secũdo quia crimẽ lęsę maiestatis humanæ ea pœna afficit filios. (Vt n. 2. diximus.) Ergo à fortiori crimen læsæ maiestatis diuinæ. Quippe hoc argumẽto vtitur *Innoc. III. c. vergẽtis, vers. cum enim, de hæret.* ad probãdũ bona hæreticorũ publicari; quia id de crimine læsæ maiestatis humanæ statutũ est quod est multo leuius crimine læsæ maiestatis diuinæ. Et cõfirmatur, quia Doctores nõ pœnitendi affirmãt regulariter valere argumẽtũ a crimine lęsę maiestatis humanæ ad hæresim, affirmatiuè ductum. Hi sunt *gnęus l. necessarios, §. non alias n. 44. ff. ad Syllanian. Decianus in sua pract. ea, lib. 5. c. 26. n. 7. Surdus de alimẽtis tit. 7. q. 14. n. 21.* Et videtur fauere *gl. l. Manichaos, verb. liberos, C. de hæret.* vbi ait simile esse crimẽ hæresis crimini læsæ maiestatis humanæ. At verè nõ fauet, quia in eo similia esse ait, quod vtriusque accusatio possit post mortẽ poni. Et fauẽt *Salicetus auth. Gazaros, in fi. C. de hæret.* asserẽs. n. filios hæreticorũ nõ succedere parẽtibus ei redditratione, quod idẽ cõtingat in crimine læsæ maiestatis. Et *Beroius cõs. 114. n. 15. vol. 1.* vbi ait a pari procedere vtrumque crimen. Et *Lucas de Penna l. quisquis col. 2. vers. Verũ aũt, C. de bonis petitis l. 10.* vbi ait in criminibus læsæ maiestatis procedi ex similibus ad similia. Videturque fauere. *Gregor. Lop. l. 2. verb. dote, tit. 2. p. 7.* vbi ait etsi possit argui ex crimine læsæ maiestatis ad hæresim, vt statutum in illo cẽseatur quoque in hac statutũ: nequiri aũt è cõtra argui. At re vera nõ fauet: quia nõ affirmat posse priori modo argui, sed data hypothesi illud argumẽtũ valere, nõ valere è cõtra. Atque videtur ẽt idem fauere *l. 4. in fi. tit. 2. p. 7.* vbi ait, cũ statutũ sit ob lęsã maiestatẽ humanã publicari bona a die commissi criminis, multo fortius id in hæresi statuendum. At re vera nõ fauet, quia nõ ait idem fore in hæresi, si in ea nõ esset expressè decisum, sed solum ait iustum fore, vt ita statuatur. Et ideo in propriis terminis prædictos filios esse infames, tradunt *Couar. l. 2. variar. c. 8. n. 1. in fine. Castro l. 2. de iusta hæret. punitione c. 9. Ant. Gomez l. 40. Tauri, n. 91. vers. Tertio principaliter. Simãcas de cathol. inst. tit. 9. n. 268. & tit. 29. n. 14. Cãtera q. criminalib. tit. de quæst. tangentibus punitionem delicti. c. 1. n. 11. & c. 2. n. 11. Azevedo l. 8. recopil. regiæ tit. 3. l. 1. n. 171. & l. 3. n. 34. & 35. Paramus de origine inquisitionis, l. 3. q. 9. num. 202. & 206. Peña in directorio inquisitorum. 1 p. commen. 10. 4. vers. Hæc autem infamia. Molina t. 3. de iustit. p. 1. disp. 658. n. 15. Henriquez l. 14. de irregular. c. 5. n. 4. Villadiego iunior in forouiz go in prologo l. 1 1. nu. 79. Atque Cãtera, & Azebedo,* dicũt idẽ de nepotibus via virili.

5 At verius est, eos nõ esse infames. Quod probatur destruẽdo fundamẽta cõtraria. Primò quia nullo iure hęc infamia statuta est. Quippe inhabilitas ad officia, & beneficia, statuta *c. 2. §. hæretici, de hære. in 6.* cui contrarii innituntur, nõ est infamia, sed quoddã quasi irregularitatis genus. Atque iuris infamia non hunc solũ, sed multos alios effectus producit: reddit. n. infames inhabiles ad testimonium ferendum, & ad alia plura: de quibus habetur *c. non põt, & sequentibus 2. quæst. 7. & c. testimonium, c. licet, de testibus, et c. licet, de probat.* Quos tñ effectus nequimus hæreticorum filiis tribuere, vt pote qui nullo iure probantur. Secundo, quia cũ pœnæ, præsertim illæ quæ filiis innocentibus ob parẽtũ delicta irrogãtur, sint odiosę, & a regulis iuris cõis valde exorbitent, nõ sunt extẽdendæ vltra casus expressos. At nullibi hæc pœna statuta est in hæreticorum filios, sed cõtra filios rei lęsę maiestatis humanæ. Non ergo est ad illos extendenda. Et cõfirmatur ex doctrina *Bartholom. et Socini cons. 275. n. 11. vol. 2.* vbi tractans de pœnis statutis *l. quisquis, §. filij C. ad leg. Iuliam maiestatis,* contra filios rei læsæ maiestatis humanæ, ait in pœnalibus nõ fieri extensionẽ, maxime contra non delinquentes: eo vel maxime quod ibi aliquæ pœnę ipso iure inferãtur, in pœnisque ipso iure illatis nõ fiat extẽsio ex rationis similitudine. Et refert pro se *Ioãnem Andream, & Baldũ.* Et ex doctrina *Gigãtis tractatu de crimine læsæ maiestatis l. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filij committentis id crimen, in quæst. 17. in fine,* qui cum dixisset valere argumentum affirmatiuè ductũ a crimine læsæ maiestatis ad hæresim, cõcludit æquiparationẽ inter hæc duo crimina habere locum in iis solis, quæ iure sunt expressa. Cum ergo iure nõ exprimatur æquiparatio quoad hãc pœnã, non est asserenda. Et ex doctrina *tractatus incerti authoris de crimine læsæ maiestatis quæst. 6. n. 22.* qui cũ dixisset hæc duo crimina æquiparari, subdit aliis relatis non fieri interpretationẽ in æquiparatis ad pœnæ extensionem. Et ex doctrina *Gregorij Lopez l. 9. verbo Fueras ende tit. 31. p. 7.* vbi ait nunquã delictum patris filius præiudicare, nisi in casibus iure expressis. Cũ ergo hic casus non sit iure expressus, non est asserendus. Et amplius cõfirmatur, quia ex maiori criminis grauitate optimè deducitur rationi cõsonum esse pœnã minori crimini impositã, immo, & maiorẽ statuendã contra grauius crimen: nõ tamen benè deducitur id grauius crimen ea pœna plecti, si iure non sit imposita. Tum quia pœna nõ est imponẽda, nisi in iure sit expressa, *c. 11, qui de sententia excommunic. in 6.* Tum etiã, quia (vt optime considerat *Couar. lib. 2. variar. cap. 8. n. 4.*) sæpe variis ex causis maiora crimina leuioribus pœnis plectuntur, eo vel maxime quod ius canonicũ se mitius habeat in puniendis delictis, quã ius ciuile. Nã quantumcũque reum læsæ maiestatis humanæ pœniteat peccati, ius ciuile nõ eximit eũ capitali pœna, nec filios eius pœnis cõtra ipsos statutis. At hæreticis pœnitẽtibus, nõ relapsis donatur vita: & filii euadũt pœnas. Vt diximus capite præcedẽti numero vigesimoprimo. Immo ipsummet ius ciuile se habet mitius in puniẽdis hæreticorũ filiis siquidem *l. cognominus 11. & authentic. idẽ est de Nestorianis, C. de hæreticis* catholicos hæreticorũ filios efficit habiles ad successionẽ in parentũ bona cũ tamen filios rei læsæ maiestatis humanæ excludat nõ à sola parentum; sed ẽt ab omnium propinquorum successione. Vt cõstat ex *dicta l. Quisquis, §. Filij vero.* Tãdem, quia si bene inspiciatur textus *c. vergentis, de hæret.* non arguit *Innocẽt. III.* ex maiori criminis hæreseos grauitate, vt filii hæreticorũ eisdem oĩno pœnis statutis in filios rei læsæ maiestatis sobiaceant, sed tantum ex maiori illius grauitate probat nemini mirũ debere videri, si ipse ibi statuat bona hæretici confiscanda, quandoquidẽ ius ciuile eamdem pœnam minori crimini læsę maiestatis humanæ statuit. Immo vero ex eo textu apertè dedu-

deducitur, etsi pęna imposita iustè crimini lęsæ maiestatis possit iustius heresi imponi; interim tamē dum iure ad hæresim extensa non est, minime illā habere in ea locum, ex eo solo ꝙ in crimine læsæ maiestatis sit constituta. Et ideo hanc sententiā in proprij terminis sustinent. *Menochius consilio 808. n. 44. & 45. volumine 9. Suarez 5. to. in 3. par. disput. 48. sect. 3. n. 2.*

SVMMARIVM.

An filij hæreticorum, fautorum, & receptatorum, & defensorum, sint irregulares? Refertur quædam sententia, n. 6.
Explicatur sententia Authoris, n. 7.
An solius Pontificis, & inquisitorum sit dispensare in hac irregularitate, n. 8.
An possit Episcopus virtute Tridentini, sess. 24. c. 6. de reform. si res sit occulta, n. 9.
An si promoti ad ordines sint ante parentis delictum, vel declarationem, vel ad aliquem ordinem, possit ordine suscepto uti, & ultra progredi, n. 10.
Quid de descendentibus ex Iudæis, vel Mauris, quando ante rationis vsum baptizati sunt, n. 11.
Quid si post rationis vsum, n. 12.
Quid de filijs catechumenorū ab infantia baptizatis, quamuis parentes à fide recesserint, n. 13.
Quid si per statuta particularia excludantur, n. 14.
Explicatur Tridentinum sess. 3. ca. 7. de reform. & Motus proprius Sixti V. iubentis genus ordinandorum examinari. Et cap. Constitutis, 17. q. 4. dum decernit descendentes ex Iudæis esse ineptos ad officia publica, n. 15.
Qualiter iurare possint testes aliquem esse Christianū veteranū, dū id petitur ad ordines, officia, aut beneficia, n. 16.
Qualiter denunciandi sint ad inquisitorum edicta, qui se Christianos veteranos esse falso probarunt, n. 7.
Post n. 17. inuenies summaria, quæ desiderantur.

6 QVæstio secunda. An filij hæreticorū, fautorum, defensorum, et receptatorum, sint irregulares? Quidam negant. Ducuntur quòd nullo textu ea irregularitas probetur, sed sola inhabilitas ad officia, & beneficia. Nec obstat, si dicas eos esse infames: tum etiam quia infamia ex solo alieno delicto contracta non inducit irregularitatem. Ita docent *Toledo l. 1. sum. c. 25. n. 8. Sayro de censuris, l. 6. c. 10. n. 40.*

7 At probabilius est, filios, & nepotes via virili, & solos via feminea filios horum vniuersorum esse irregulares. Quia *c. 2. §. hæretici, de hæret in 6.* hi filij redduntur inhabiles ad beneficia, & officia publica: nomine aūt officiorum publicorum clauduntur etiam Ecclesiastica, inter quæ officia ordinum cōputantur, vt pote quæ publica sunt. Atque ita hoc tenent *Nau. sum. c. 27. n. 205. Ledesma 2. p. 4. q. 25. ar. 2. fol. 364.* Patres cogregati in tertia instructione Hispalensi. c. 11. *Simancas de catholic. institut. tit. 9. n. 14. Salzedo in practica Benard. Diaz, c. 22. n. 22. Maiolus l. 5. de irregular. c. 46. nu. 5. Henriquez lib. 5. de irregularitate, ca. 5. n. 4. Valētia 4. to. disp. 6. q. 19 punct. 3. in tertia specie irregularitatis. Philiarcus de officio Sacerdotis to. 1. p. 1. l. 4. c. 9. Suarez 5. to in 3. p. disp. 4: sect. 3. n. 1. Viualdus Candelabro sacramētorum in pen. editione 2. p. vbi de irregularitate n. 75. Manuel in q. regularib. to. 1. q. 24. ar. 7. Auila de cēsuris p. 7. disp. 4. dubio 3.* An vero exigatur sententia cōdemnās parētes dixi c. pręcedēti, n. 27. & 28.

8 Solus autem Pontifex dispensat in hac irregularitate, eo quod sit iure Pontificio inducta, nec inueniatur textus eius dispensationem Episcopo indulgens. Ita *Nauar. Ledes. Valen. & Auila dub. in fine. Philiarcus citati n. præcedenti.* Quare inquisitores fidei non possunt in hac irregularitate dispensare. Sicut nec possunt in ipsius hæretici irregularitate. Vt diximus cap 25. nu. decimonono.

9 Nec quāuis occultū sit hos esse hæreticorū filios, poterit Episcopus in hac irregularitate dispēsare, virtute *Tridētini sess. 24 c. 6. de reform.* qa ibi sola irregularitas ex delicto occulto cōceditur Episcopo, at hęc nō oritur ex delicto, sed ex indecētia. Nec obstat originē trahi ex delicto paterno. Quia ēt cū illegitimo nequit Episcopus virtute illius decreti dispēsare, q̄uis radix eius irregularitatis sit iniqua parētū icōtinētia.

10 Si tamen filij ad ordines promoti sint ante parētis delictum, non priuantur vsu ordinum. Tū quòd ius iam acquisitum habeāt, quo nemo absque sua culpa priuari potest. Vt docet *glossa c. satis peruersum, Ita in principio d. 56.* Tum etiā, quia *c. §. hæretici, de hæretic. in 6.* ex quo colligitur hęc irregularitas, nō præcipit hos filios ab officijs adeptis deijci, sed ad ea in posterū nō admitti. *Maiolus l. 5. de irregularitate, c. 47. n. 6. & Suarez dicta sect. 3. nu 2. in fine,* dicit esse probabile, qui optime addit id procedere non solum quando promoti sunt ante parentis delictū re ipsa cōmissum, sed etiam ante criminis declarationē, (intellige vel notorietatem, iuxta ca. præcedenti n. 28.) qa iuxta ibi dicta nullas antea incurrunt pœnas filij hæreticorum. Quod si non omnes ordines, sed aliquos tūc suscepissent, nō poterunt ad superiores ascēdere, sed in solis susceptis ministrare. Vt bene docet *Maiolus ibidem.* Quia etsi defectus superueniens non priuet iure acquisito, impedit tamen nouam acquisitionē.

11 Ex dictis deducitur descēdētes ex Iudæis, vel Mauris, quos vulgus Christianos nouos appellat, si ipsi ante rationis vsū baptizati sint, nō excludi ab ordinibus suscipiēdis, nec esse inhabiles ad officia, vel beneficia. Quia iura solos hæreticorū filios hac pœna afficiunt & quamuis neophyti sint irregulares, id verum habet de neophytis nuper ad fidē conuersis, cuiusmodi nō sunt baptizati a natiuitate. Et ita docēt *Nau. summa, c. 27. n. 205. vers. Tertio. Couar. Clem. si furiosus 1. p. §. 2. n. 8. conclusione 6. Otalora de nobilitate 2. p. tertia partis principalis, toto c. 7. Salzedo in practica Bernardi Diaz, c. 22. nu. 8. Manuel 1. tomo summæ in 2. editione, c. 160. nu. 1. & quæstionibus regularibus, tomo 1. quæstione. 24. art. 7. Suarez 5. to. in 3. p. disputatione 43. sectione 3. n 8. Spino Speculo testamentorum, Glossa 3 principali, n. 48. Auila de censuris p. 7. disp. 4. dubio quarto.* Quod est verū, q̄uis parētes adhuc Mauri, aut Iudæi perseuerēt. Vt bene docēt *Couarr, Suarez, Spino ibid.* Quia est diuersa ratio in illis, & in filijs hæreticorū. Hi enim ob parentū delictū irregularitate afficiuntur: at parētū infideliū delictū, nec in se, nec in filijs Ecclesia punit.

12 Quamuis ēt non sint ante rationis vsum baptizati, sed post, poterūt ad sacros ordines, & beneficia ꝓmoueri cum iudicio Episcopi sunt satis moribus, & Christiana disciplina instructi, ita quidem vt iam veterani Christiani censeri possint. Vt est text. optimus in *c. 1. d. 57.* Atque ita docent *Couarr. multis Doctoribus relatis Clem, si furiosus, 1. p. §. 2. n. 8. concl. 3. Auila de censuris. p. 7. disp. 4. dub. 4.* Vnde vterque ait benè, irregularitatem ad neophytos pertinentem, non esse alijs omnino similem: cum non sit expectanda Pontificis dispensatio, sed tm̄ sit arbitrio Episcopi considerandum, an si nouiter ad fidem cōuersi sint tales; vt merito dicendi sint veterani Christiani, vel ex morū probitate, & integra legis Euangelicæ instructione, vel ex antiqua Christianæ religionis professione. Et hoc magis placet, quàm quòd dixit *Nau. summa c. 27. n. 205.* nimirum cōuersos ab hinc decem annis non esse irregulares: & quàm quòd dicit *Henriquez lib. 14. de irregularitate, c. 4. n. 7.* nempe, cū neophyto benè instructo, & cōfirmato in fide, posse Episcopū dispensare. Quia hæc non est propriè dispensatio. Si tamen verè, & propriè neophytus sit, solus Pontifex eum eo dispēsat. Vt bene tradunt *Nau. & Auila ibi.*

13 Filij ēt catechumenorū, quamuis parentes a fide recesserint, non sunt irregulares, instar filiorum hæreticorum, sed vt alij neophyti ex īfidelibus geniti iudicādi sunt.

funt. Cum.n.parentes non fint vere, & proprie hæretici, nec vllis pœnis ab Ecclesia afficiantur, (vt diximus hoc 2.lib.c.7.nu.34.) nullatenus filii pœnis his fubduntur. Quia Ecclesia non punit filios ob proprium delictum, cum innocentes fint, fed ob delictum parentum, vt parentes ipfos in illis puniat. Cum ergo catechumenos à fide recedentes nullatenus puniat Ecclesia, filij eorum nullas pœnas incurrent.

14 Sunt tñ dicta intelligenda iuxta ius cõe: nã per particularia alicuius communitatis ftatuta excluduntur fępe defcendentes ex Mauris, vel Iudæis, vel in quocũque gradu ab hæreticis. Dicit tamen *Suarez 5.to.in 3.p.disp. 43.fect.3.n.8.* oportere ea ftatuta per Põtificẽ cõfirmata effe, vtpote quę cõi iuri derogant. Et recte quidẽ dicit, fi ftatuta illa excludant à rebus Ecclesiafticis, nec ab infti tutore fancita fint: nam fi à rebus fæcularibus, fat effet, immo & fæpe neceffaria authoritas principis fęcularis; dixi ẽt nec ab inftitutore fancita Quia fundator Collegij, aut capellaniæ poffet inftituere in fundatione ipfa, ne hi admitterentur: ficut põt etiã inftituere, vt foli cõfanguinei admittantur, vel foli talem ætatẽ adepti, &c.

15 Secundo deducitur intellectus ad *Tridentinum fess. 23.c.7.de reform.* præcipiens Epifcopis, vt genus promouendorum ad ordines inquirant. Neque enim voluit nouum ad ordines impedimentum inducere, fed duntaxat quæ antiquo iure ftatuta erant, feruari præcipit. Quod conftat ex eius exordio, ibi: *Sancta fynodus antiquorum canonum veftigijs inhærẽdo, decernit.* Quare folũ vult vt Epifcopi inquirant, an promouendus fit ex filijs, aut nepotibus hæreticorum, fautorũ, defenforum, receptatorum, quos ius à fufcipiendis ordinib. excludit vfque ad fecundum gradum, via mafculina, vel vfque ad primum, via fęminina. Et ita docent *Salzedo in practica Bernard. Diaz cap.22. nu.24. Manuel t.10.fumma, in 2.edit.c.160. nu.2. & quæft.regularibus,to.1.q.24.art.7. Auila de cenfuris p.7. disp.4. dub.4. Henriquez lib.10. de Sacramento ordinis, c.17. numero fecundo, in commento, litera G.* Qui duo bene addunt Epifcopũ debere inquirere, an fit filius ancillæ, & fic feruus, qui promoueri defiderat. Cum etiã ad ordines promoueri nequeat. Et intellige quando huius feruitutis effet aliquod indicium. Et fimili modo intelligitur Motus proprius Sixti V. interdicens fub grauibus pœnis, patientes generis defectum promoueri ad ordines. Quia ex eius tenore, & verbis conftat, eum non induxiffe nouum aliquod impedimentũ, fed auxiffe pœnas fufcipientibus ordines, cum impedimento aliquo canonico & admittentibus fic impeditos ad ordines. Similiter *cap.confituit 17.q.1.* defumptum ex *Concilio Toletano 4.canone 65.* dum decernit Iudæos, aut eos qui ex Iudæis funt, ineptos effe ad officia publica, intelligit nomine eorum qui ex Iudæis funt nuper ad fidem ex Iudaifmo conuerfos, non autem eos, qui iam ex infantiæ tempore baptizati originem ex Iudæis trahunt. Ita alios referens probant *Suarez 5.tomo in 3.par. difput. 43.fectione 3.num.9.* Alius etiam Motus proprius qui videtur contrarius, declaratus cap præcedenti, nu.3.

16 Tertio deducitur, qualiter poffint teftes iurare promonendum ad ordines, aut ad ordines, aut ad officia publica, aut ad beneficia, effe Christianum veteranum, etfi à Iudæis, vel Mauris vel ab hęreticis originem trahat. Et quidẽ qñ non eft fpeciale ftatutum legitimum petens aliam qualitatem, vltra petitas iure cõi, id iurãt non intelligitur de Christiano veteri in rigore, nec de non defcendentib. ab hæretico quomodocumque, fed de Christiano veteri, & non defcendentibus ab hæretico, quales iura petunt, ne fint inhabiles ad officia, & beneficia, & ne fint irregulares ex hac caufa. Quod fi iudex interrogans intendat aliud, iniufte rogat, nec tenetur interrogatus aliter refpondere, quam ea verba fecundum ius intelliguntur, (vt libro fequenti, tractantes de iuramento dicemus) Quare poffunt teftes iurare effe illum Christianum veterem, nec ab hęreticis, Mauris, aut Iudæis defcendere, qñ non eft neophytus ex Iudæis, vel Mauris, fed ab infantia baptizatus: & qñ nõ eft filius, aut nepos, via mafculina, aut filius via maternа, hæretici, defenforis, receptatoris, fautoris hęreticorum formaliter, & vt hæretici funt: & qui vt tales funt dãnati, vel fuere tales notoriẽ, nec funt Ecclefiæ reconciliati: & filij geniti funt poft id parentum delictum. Itaq; fi promouendus ille eft genitus ante hærefim parentis ob eã combufti, & quantũcunq; pertinacis, poffunt teftes iurare illũ ab hęretico non defcendere. Quia cũ huiufmodi filii nullas incurrant pœnas, aut inhabilitatem, iuxta probabiliorẽ fententiam, quam latiffime probauimus cap. præcedenti nu.14. verũ eft dicere hos nõ effe filios hæretici, eo modo quo iudex legitime petit, nempe taliter vt impedimentum aliquod ad ordines, beneficia, vel officia ea habeat. Similiter poffunt id iurare, etfi parens, aut auus via mafculina, aut parens via fœminea, fuit hęreticus, at non fuit damnatus, nec notorius, aut fi fuit talis admiffus eft ab Inquifitoribus ad pœnitentiã, & reincorporationẽ Ecclefiæ. Et tñ id nequeũt iurare, qñ eft neophytus in fide: vel dictus parens, vel auus via mafculina, vel parens via fœminea, fuit hæreticus notorius, nec eft ab Inquifitoribus admiffus ad folemnem reconciliationem, & pœnitentiã. Quia vel tanquam relapfus, vel hærefiarcha, vel negatiuus, vel abfens cõtumax, eft in propria perfona aut in ftatua cõbuftus: aut qñ dictus parens, vel dictus auus, fuit notorius fautor, defenfor, vel receptator hæreticorũ, quatenus hæretici funt. Quippe hi foli filii, & nepotes impedimentũ habẽt iure cõi ad ordines, & talia officia, & beneficia. Vt late probaui toto capite præced.

17 Vltimo deducitur, qualiter denũciandi funt iurantes aliquem effe Christianũ veterem, qui vere non erat talis, qñ Inquifitores fidei per edicta iubent eos denũciari, vel eum, qui fe talem effe probauit: foli enim denunciandi funt, qui iuxta tradita nu. præcedẽti, id iurarũt, aut probarunt inique. Quia illi foli iuxta fubiectã materiam fuerunt periuri. Secus autem fi iuxta legitima ftatuta alia qualitas vltra petitam iure communi exigeretur, tunc .n. qui falfo iurarunt contra illam, eũ effe Christianum veteranum, aut non defcendere ab hæreticis, denunciandi effent, tanquam re vera periuri.

SVMMARIVM.

An filij committentis crimen læfæ maieftatis humanæ, priuentur beneficijs habitis ante patris delictum, vel qui tunc erãt clerici, fint infames, nu.18. *(n.19.*
An qui tunc erãt clerici fint inhabiles ad beneficia obtinẽda.
Quid fi crimen læfæ maieftatis fit in Pontificem, aut Cardinalem, num.20.
Quid fi tempore delicti erant laici, & fuit crimen in principem fecularem? Refertur duplex fententia, nu.21.& 22.
Explicatur fententia Authoris, nu.23.& 24.
Quid nepotibus, num.25.
Quid de filijs, & nepotibus hæreticorũ, fautorũ, defenforũ & receptatorũ quoad inhabilitatẽ ad beneficia obtinẽda, n.26
An fint priuati ipfo iure beneficijs obtentis? Refertur quædam opinio, num.27.
Explicatur fententia Authoris, nu 28.
Quid fi fcienter ad preces patris hæretici obtinuerunt ea beneficia, num.29.
An priuandi fint per fententiam beneficijs obtentis ante parentum delictum, nu.30.
Quid de poftea obtentis, ante tñ parentũ condemnationẽ, n.31.
An obtentis poft condemnationem, fint priuati ipfo iure, n.32.
An ij facti inhabiles ad obtinendum beneficium, poffint beneficia ante inhabilitatem obtenta permutare, nu.33.
An fi permutent, fit vterque beneficio permutatione obtento priuandus, num.34.
An ficut filij, & nepotes dicti funt inhabiles ad beneficia in pofterum obtinenda, ac priuantur obtentis, ita de penfionibus dicendum fit? Refertur quædam opinio, nu.35.
Explicatur fententia Authoris, nu.36.
Soluuntur argumenta, num.37.

18 QVæstio vltima. An filii, & nepotes committentiũ crimen læsæ maiestatis humanæ, aut diuinæ, aut receptatoris, defensoris, fautoris hæreticorum, priuentur beneficiis obtentis, & sint ad ea obtinenda inhabiles? Et quidem certum est filios reorum læsæ maiestatis humanæ non priuati beneficiis obtentis ante paternum delictum. Quia cum beneficia haberent, erãt iam necessario clerici. At lex ciuilis, qualis est *l. quisquis §. Filij vero, C. ad leg. Iul. maiest.* afficiens infamia huiusmodi filios, ob quam hæc priuatio erat inducenda, nequit filios clericos comprehendere. Quamuis enim lex ciuilis statui clericorum, & iuri canonico non repugnans, obliget clericos, secus est quoad pœnam illa statutam, sed transgressores sunt alia pœna arbitraria à iudice Ecclesiastico puniendi. Vt præter omnes Doctores allegandos, tradunt *Azebedo l. 19. nu. 1. tit. 11. lib. 1. recep. Salzedo add. c. ad Bernardũ Diaz in pract. c. 55.* & optime *Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 167. c. 4. n. 29. & 30.* Et ideo hãc sententiam tenent *glo. c. satis peruersum, in fine d. 56. Ioã. And. c. vergentis, nu. 2. de hæreticis, & ibi Calder. vt eum refert, & sequitur Ananias ibi nu. 12. Cardin. ibi, in fi. Abbas c. cum laici, in fine, de iurepatron. Francus c. vt commissi, nu. 3. notab. 7. de hæret. in 6. & ibi Dominicus §. priuandi, nu. 7. Imola l. in insulam 42. in fine principij ff. sol. matr. & l. cum filiusfamilias, nu. 7. ff. de verb. oblig. Alex. addit. ad Bartolum d. l. quisquis, litera D, ad finem. Romanus singulari 693. sets quod ex condemnatione, in fi. Matthæus de Afflict. lib. 3. feudorum tit. quæ sunt regalia, §. & bona committentium, n. 118. Arg. de malef. verb. & eius bona publicamus, vers. quod si filiusfamilias, n. 27. in fi.* Et ibi *August. de Arimino in addit. vers. tu autem in hac materia, in fin. Turrecr. c. si quis 6. q. 1. nu. 7. Gygas tractatu de crimine læsæ maiest. lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filij committentis id crimen ... Rom. consil. 17. nu. 4. vol. 5. Hippol. rubr. ff. de fideiussoribus nu. 120. Repertoriũ inquisitorum, verb. Filij. vers. Nota quod si filius. Decisio capellæ Tolosanæ 120. nu. 6. & ibi Aufrer. in additionum. 1. Roland. cons. 16. nu. 15. vol. 4. Decianus practica criminali, l. 7. cap. 41. n. 11. Censalinus addit. ad Farinacium decis. 62. par. 1. lit. B, ampliat. 1.*

19 Hinc deducitur, filios qui erant clerici tempore quo pater hoc delictum commisit, nõ esse inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda. Quod fatentur omnes Doctores n. 21. & duplici sequenti allegandi pro triplici sententia. Quia inhabilitas hæc consurgere debet ex infamia statuta in illa lege. Quisquis, cõtra filios id crimen committentis. At illa non afficit filios, qui tunc erant clerici, vt diximus nu. præcedenti: ac proinde non erunt inhabiles ad beneficia.

20 Hæc tamen intelligũtur quando crimen læsæ maiestatis est commissum à parẽte in principem sæcularem: nam si in Pontificem, vel Cardinalem sit commissum, filii, & nepotes sunt ipso iure priuati beneficiis habitis, & inhabiles ad obtinenda, *c. Felicis §. quod si quis, de pœnis, in 6.* & docent *Henricus c. Vergentis n. 13. de hæretic. Turrecr. c. si quis 6. q. 1. nu. 7. Gygas tractatu de crimine læsæ maiest. lib. 3. tit. 1. de pœnis quas incurrunt filij committente patre crimen læsæ maiestatis q. 11. nu. 1. & 2. Decian. practica criminali, lib. 7. c. 41. nu. 1. Ruinus, & Censalinus relati nu. precedenti.*

21 Difficultas autem eo pertinet, quando huiusmodi filij erant laici tempore delicti paterni, & fuit crimen læsæ maiestatis in principem sæcularem. Triplex est opinio. Prima sic distinguit, si tales filii tempore delicti, erant sub patris potestate, redduntur inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda, secus si tunc à paterna potestate liberi erant. Sic *Caldersinus*, vt eum referunt *Cardinalis, & Ananias nu. seq. referendi.*

22 Secunda sententia ait in neutro casu eos esse inhabiles ad beneficia. Quia quamuis lex ciuilis potuerint in re temporali eos filios punire, vtpote qui laici erant, nequit tamen in re spirituali, qualis est inhabilitas ad beneficia Ecclesiastica: sicut nec excommunicationem, irregularitatem, aut suspensionem indicere potuit, eo quod sint pœnæ spirituales. Hanc tenet *Florianus*, quem referunt, & sequuntur *Cardin. cap. vergentis, in fine, de hæret. & ibi Anan. nu. 12.*

23 Tertia sententia (cui adhæreo,) ait huiusmodi filios esse inhabiles ad beneficia in posterum acquirẽda. Ducor, quia etsi lex ciuilis nequeat directe pœna spirituali punire, potest tamen indirecte, & per quandam consequentiam, puniendo pęna temporali, quam ex iuris canonici præscripto consequitur pœna spiritualis. Atq; ita contingit in præsenti: reddit enim eos filios infames, quæ pœna temporalis est: infamiam autem sequitur hæc inhabilitas, ex iuris canonici dispositione *cap. infames 6. q. 1.* Atque ita docent *Henricus c. vergentis, nu. 14. de hæret. Gygas de crimine læsæ maiest. lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filij committentis id crimen, q. 9. nu. 3. in fi. & nu. 4. Decian. pract. crim. l. 7. c. 41. nu. 11. Hojeda de incompatibilitate benef. 1. p. c. penult. nu. 93. & nu. 102.*

24 Intellige autem, si erant laici tempore commissi delicti a patre id est, tempore quo pater est iudicis sententia declaratus reus lęsę maiestatis. Quia ante delicti paterni declarationem ipse pater non redditur infamis, nedum filij. Quare (vt dicemus nu. 31.) attendendum est declarationis delicti tempus, ex tũc enim incurrunt filij pęnas: quare si tunc erant clerici, quamuis laici essent tempore delicti, non incurrent pœnas eius legis ciuilis, ac proinde habiles erunt ad beneficia. Quod constabit ex dicendis eodem nu. 31. vbi probauimus filios hæreticorum post hæresim paternam nondum à iudice declaratam obtinentes beneficia, iuste retinere, nec illis priuandos esse post eam declarationem, quasi ante illam non redditi fuerint inhabiles. Præterea hoc constat retenta nostra sententia quam sustinuimus c. præced. n. 14. dicenti filios conceptos ante delictum paternum nullas incurrere pęnas.

25 Intellige etiam attẽto iure regio Hispano, vt hæc inhabilitas solos filios afficiat: licet attento iure communi afficiat etiam nepotes via masculina. Quia (vt diximus nu. 2. & 3.) iure communi sunt infames ij nepotes, at iure regio soli filij.

26 Hactenus egimus de filiis, & nepotibus rei læsæ maiestatis humanæ, iam ad hæreticorum filios gradus est faciendus. Et quidem constat filios, & nepotes via masculina, & solos filios via feminea, hæreticorum, receptatorũ, fautorũ, & defensorũ, esse inhabiles ad beneficia in posterum acquirenda *c. §. hæretici de hæreticis, in 6. iuncto c. statutum el 2. eod. tit. & lib.* quod eas pœnas moderatur ad secundum gradum via paterna, ad primum autem materna.

27 Tota autem difficultas est, an priuati sint ipso iure, aut saltem per sententiam priuandi beneficiis ante paternam hæresim acquisitis. Duplex est sententia: prior asserit eos non tantum esse inhabiles ab beneficia obtinenda, sed etiam priuatos esse beneficiis iam obtentis. Ducitur primo ex *c. Felicis, vers. Quod si quis, de pœnis, in 6.* vbi decernitur filios, & nepotes percutiẽtis Cardinalem, esse ipso iure beneficiis antea obtẽtis priuatos. Ergo à fortiori est idem dicendũ de filiis, & nepotibus hęreticorum, cum hæresis sit longe deterior. Secundo ex *c. vnico de schismaticis, in 6.* ibi: *Omnibus beneficijs & officijs, honoribus, dignitatibus, perpetuo priuatos eosdẽ redacẽses inhabiles ad habendum.* Tertio ex *c. vt cõmissi, vers. Priuandas, de hæret. in 6.* vbi decernitur parẽtes hæreticos eorumque filios, priuãdos esse, aut priuatos beneficiis denunciãdos. Ergo sicut parentes hæretici priuantur ipso iure obtentis, ita & filii: cum vtrique sub eisdem verbis in eadem oratione ponãtur. Iuxta *l. iam hoc iure l. hereditate & l. quamuis, ff. de vulgari.* Quarto ex *constitutione Innocentij IV. quæ est 8. inter eius constitutiones,* ibi: *Eorũdem hæreticorum posteros, vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis priuantes, vt in paterni memoria criminis perpetuo mœrore tabescant.* Et in *constitutione* 10. *eiusdem Pontificis*, ibi: *Hæretici autem, eorumque filij ad nullum*

Eccle-

Ecclesiasticum beneficium admittantur. Quod si secus actũ fuerit, decernimus irritum. Et paulo inferius, Ex nunc priuamus taliter acquisitis, volẽtes vt tales & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterũ admittantur. Quinto, ex constitutione Alex IV. §. finali, quæ est 10. inter eius constitutiones, ibi: Habeatis liberã facultatem priuandi beneficijs Ecclesiasticis, & c. hoc sane de filijs, & nepotib. intelligẽdũ esse videtur. Sexto ex Nicolai III. constit. in fi. quæ est 2. in ordine inter suas, ibi: Hæretici eorumq; filij, vsq; ad secundam generationẽ, ad nullum Ecclesiasticum beneficium admittantur. Nos enim prædictos, & nunc priuamus beneficijs acquisitis, volẽtes vt tales & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur. Septimo, ex constit. Pauli III. quæ est 20. in ordine, ibi: Alijq; Ecclesiasticis beneficijs per eos quomodolibet obtentis priuamus, & ad alia in posterum obtinenda inhabiles. Octauo, quia hi sunt infames infamia iuris, cap. ven. 6. q. 1. At hmõi infames priuantur beneficijs, & officijs obtẽtis l. infamia 8. C. de decurionib. lib. 10. l. 2. l. quoties 18. C. de dign. tamb. l. 12. & gl. fin. in fi. regul. Infamibus 87. de reg. iur. in 6. & ibi Peckius n. 6. ampliat. 5. hoc tradunt. Idẽ glos. c. querelam, verbo Non necessitate, de iureiur. Greg. Lop. l. 7. verb. dignidad. n. 6. p. 7. Vltimo; quia ratio fundamentalis, & potissima huius priuationis est, vt parentes acrius puniãtur in filiorum personis; at acrius punientur priuando filios non solis beneficijs obtinendis, sed etiam obtentis. Atque ob rationis identitatẽ fas est legem quamcumque pœnalem extẽdere. Vt c. sequenti ostendemus. Et ideo hanc sententiam tenent Ioan. Monachus c. vt commissi, ante n. 1. de hæret. in 6. & ibi Ioan. Andr. nu. 4. p tulo ante finem. Dominicus ibi §. priuandi nu. 4. & videtur ibi tenere Frãcus nu. 3. notabili 7. dum ibi ait, aliud in crimine læsæ maiestatis humanæ. Anan. c. vergentis, nu. 12. vers. De crimine autem de hæret. & ibi Henricus n. 12. & videtur tenere ibi Marianus Socinus senior nu. 10. nam allegat gloss. cap. satis peruersum d. 56. dicentem filios hæreticorum non perdere beneficia habita, & subdit hæc verba: Sed vide, quod hodie deciditur c. quicumque, de hæret. in 6. Et tenent etiam Præpositus c. quo iure, col. 3. vers. Nota vlterius gloss. in d. 8 & dict. c. satis peruersum, in fi. Romanus singulari 693. Scito, quod ex condemnatione, in fi. Imola dicens forte ita esse, l. in insulam 42. in fine principij ff. sol. matrim. Lambertinus de iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 4. art. 6. in mea editione nu. 7. in alia nu. 11. vers. immo plus. Beroiis c. õiem cum quis, de restitut. spoliat. nu 43. Ioan. Lupus, dicẽs esse communem sententiam, de iusta obtentione regni Nauarræ p. 5. §. 8. in 4. obiectione. Gygas de crimine læsæ maiestatis, lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrũt filij committentis id crimen q. 11. in fine. Celsus consi. 111. n. 12. versi. Et alia multa. Restaurus Chastaldus tractatu de Imperatore, q. 118. n. 13. (habetur tom. 26. tractatuum.) Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 1. n. 34. Guttierez quæstion. canon lib. 2. c. vlt. nu. 38. Peregrinus de iure fisci, lib. 3. tit. 10. n. 2. Decianus practica, lib. 5. c. 20. nu. 5. & c. 45. num. 6. versi. item perdunt. Et fauet Cantera quæstionibus criminalib. tit. de quæstionibus tangentibus punitionem delicti, c. 1. numero 11. vbi ait interdici filiis hęreticorum habere dignitates, & beneficia, & alia interdicta eorum parentibus. Et fauet etiam Muscatellus pract. criminali tit. de crimine lęsæ maiestatis diuinæ, nu. vlt. vbi videtur æquiparare hæreticos & filios eorum; ait enim hæreticos priuari omni dignitate, officio, & beneficio, & non solos ipsos, sed etiam ipsorum filios. Referuntur pro hac sententia author tractatus de forma procedendi contra inquisitos de hæresi. tit. de pœnis contra filios, nu. 4. & Frãciscus Marcus decisione Delphinatus 1390. nu 8. vers. & hoc verum, p. 1. sed neuter id dicit. Citatur etiam Alex. addit. ad Bartolum l. quisquis, litera D. C. ad leg. Iul. maiest. sed falso, quia non loquitur de filio hæretici, sed qñ ipse filius est hæreticus. Citatur etiam Eymericus directorio Inquisitorum 3. p. q. 11. sed non id clare dicit, sed satis confuse, & Peña ibi, commento 164. paulo post principium conatur eum explicare, vt non teneat hanc partem. Citantur etiam Ioannes Vanquel a. c. vt commissi, vers. Septimo, & vltimo, & vers. Vltima conclusio Lapus cap. quicumque, num. 2. de hæret. in 6. Petrus Gregorius in partitione iuris canonici, lib. 2. tit. 6. c. 7. vers. non solum in hæreticis, sed horum copiam non habui, & ideo latet me, an vere referantur.

28 Posterior sententia (cui tanquam multo probabiliori adhæreo) ait hmõi filios, & nepotes non priuari beneficijs obtentis ante parentum delictum, sed solis postea obtentis. Ducor primo, quia c. 2 §. hæretici. de hæret. in 6. solum reddit eos inhabiles ad beneficia, vel officia publica obtinenda. Quæ inhabilitas obtentis minime priuat. Vt tradunt glo. Clem. 1. verb. obtinẽda, de pœnis. et ibi Paulus & Zenzelinus, quos refert, et sequitur Cardinalis ibi, verb. ipsius, nu. 3. q. 2. Imola nu. 18. vers. glossa, obtinenda. Bonifacius num. 54. Et confirmatur, quia idemmet textus eo l. §. hæretici, vtitur verbo, Non admittãtur, quod cum sit futuri temporis, excludit à solis beneficiis in posterum obtinendis. Idque amplius cõstabit ex dicendis numero vltimo, vbi contraria soluemus. Et ideo hanc sententiam tuentur Antonius c. vergentis, num. 9. de hæreticis, & ibi Abbas n. 4. Felinus num. 3. versi. Nota casum. Matthæus de Afflictis lib. 3. feudorũ, tit. quæ sunt regalia, §. & bona committentium num. 118. Villadiego de hæreticis, q. 23. num. 2. Carrerius de hæreticis, num. 141. in alia editione, de hæreticis, tit. de pœnis eorum, num. 28. Aufrerius decisione 120. Capella Tolosana additione 1. Montaluus l. 4. verbo Dignidad, ad finem, tit. 26 p. 7. Couar. l. 2. variarum cap. 8 nu. 4. in fine. Repertorium Inquisitorũ verbo Filij, versic. Supra dictum est. Perez lib. 8. ordinamenti tit. 7. l. 1. colum. 7. paulo ante versic. Est præterea annotandum. Iulius Clarus lib. 5. receptarũ, in practica criminali, verbo Hæresis nu. 16. Otalora de nobilitate p. 4. principali, c. 9. num. 9. Simancas de catholicis institut. tit. 29. nu. 2. & in Enchiridio iudicum, tit. 63. num. 9. Peña directorio Inquisitorum 3. par. commẽto 163. colum. penultima, vers. Ego vero, quamuis fateatur in libro de pœnis hæreticorum se amplexum contrariam sententiam. Decianus in practica, lib. 5. cap. 45. numero 6. limitatione 7. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum par. 1. cap. penultimo, num. 100. Menochius consilio 805. num. 33. & consil. 808. numero 36. volum. 9. Salzedo in practica Bernardi Diaz, cap. 114. versi. Quinimmo si ij hæreticorum. Azebede lib. 8. recopil. tit. 3. l. 1. numero 206. Paramus de origine Inquisitionis lib. 3. q. 9. numero 203. & duplici sequenti. Lælius Zecchius in sua summa, tractat. de fide, c. 11. de hæresi, post 12. hæreticorum pœnam, vers. Ampliatur vt prędicta Villadiego iunior in forojuzgo, in prologo l. 11. num. 73. Petrus de Ledesma 2. tom. sua summa, tractatu 1. c. 6. post 17. conclusionem, difficultate 2. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 8. cap. 13. post quæst. 8. in 8. hæreticorum pœna. Suarez 5. tomo in 3. par. disputat. 43. sectione 3. nu. 2. in fine. Lancelottus instituta iuris canonici, lib. 4. tit. de hæreticis, §. Bona quoque, verbo Filij in fine.

29 Quod tamen limitatur, nisi scienter ad preces patris hæretici obtinuerint beneficia. Vt constabit ex dicendis numero vltimo, in solutione ad quartum. Et docẽt Montaluus numero præcedenti relatus. Petrus Gregorius in syntagmate iuris par. 3. libro trigesimotertio numero 3. Immo id definitur de quibuscumque habentibus beneficia ad preces hæreticorum capite 2. §. penultimo, de hæretic. in 6.

30 Immo, nec filij hęreticorum sunt priuandi per sententiam beneficijs obtentis ante parentum hæresim. Quia nullo iure id cauetur, sed ad sola obtinenda redduntur inhabiles. Ita docent Couar. Iulius Clarus, Otalora, Simãcas vtroque loco Salzedo, Suarez, Petrus de Ledesma relati, num. 28. Peña eod. commentario 163. col. pen. vers. Sententiam superiori oppositam.

31 Nec etiam priuati sunt ipso iure, nec per sententiam priuandi, beneficijs obtentis post parentum hæresim, ante tamẽ ipsorum condemnationem, sed ijs solis, quæ

post eorum condemnationem, sunt assequuti. Quia ante hanc condemnati nem, nec sunt infames, nec inhabiles ad beneficia obtinenda; atque ideo cum ea legitime compararint, non est cur illis priuandi sint. Ita docent *Peñarela ... nu. praced ... & Simancas utroque loco, Suarez ... num. 23.* quamuis *Petrus de Ledesma ... nu. 28. ... latus*, afferat hos post parentum cōdemnationem amittere omnia beneficia, quæ post id delictum obtinuerant. Quod tantum admitto, quando tempore, quo filij ea obtinuerunt, erunt parentes notorij hęretici. Quia tunc filios incurrere omnes pœnas, probauimus cap. præcedenti num. 28. Intelligenda quoq; sunt hæc si filij sint concepti post parētum delictum. Quippe cum antea concepti nullas ob id pœnas incurrant (vt probaui cap. præcedenti nu. 14.) nec erunt infames, nec inhabiles ad beneficia obtinenda, & subinde nec erunt beneficijs obtentis etiam post patris condemnationem priuandi.

32 Nullatenus tamen admitto, quod ait *Simācas de catholic. instit. tit. 29 n. 25.* vbi docet nō esse hos filios ipso iure priuatos beneficiis obtentis post parentum condemnationē. Quod idem significat *Pena dicto comento 163. in vltimis verbis*, dum ait eos esse his beneficijs per sententiam priuandos. At hoc non est admittendum. Quia vel intelligunt post parentum cōdemnationem, quando hi sunt Ecclesiæ reincorporati, & tunc, nec per sententiā priuandi sunt filij. Quia infamiam, inhabilitatem, & quascumq; alias pœnas euadunt. Vt probaui cap. præcedenti nu. 21. Si autem intelligant, quādo parētes non sunt ad hanc reincorporationem admissi; id nequit esse verum. Quia cum sint irregulares (vt probaui nu. 7) sunt omnino eorum beneficiorum incapaces; & ita nulla sententia desideratur, vt teneantur in vtroque foro ea dimittere. Quod etiam constat ex *cap. 2. §. haretici, de heretic. in 6.* vbi ita inhabiles ad quæcumq; officia, & beneficia, hi redduntur, vt quicquid contra gestum fuerit reddatur irritum, & inane.

33 Quod si quæras, an hi effecti inhabiles ad beneficia obtinenda, possint beneficium ante inhabilitatem obtentum permutare? Quibusdam placet non posse hos sua sponte permutare; secus autem superiori cogenti ex causa iusta ad id; vt quādo oporteret eos ad aliud beneficium transferre. Quia superior non est absq; sua culpa priuandus eo cogendi iure. Ita citato Stephano, docent *Anchar. Clem. 1. nu. 10. de pœnis, & ibi Imola nu. 18.* At dicendum est non valere permutationem. Quia in permutatione est resignatio proprii beneficii, & acquisitio alterius. At inhabilis nullius beneficii acquirendi capax est. Sicut ratione incapacitatis excommunicati ad acquirendum beneficium, est irritatio permutatio cum ipsa, vt bene tradunt multis citatis, *Couar. c. Alma mater, 1. par. §. 7. nu. 2 vers. Quinto Flaminius de resignat. beneficiorum, lib. 4. q. 3. nu. 45.* Deinde, quia cum Episcopus nullum ius transferendi inhabilis habeat, non priuatur aliquo suo iure. Atque ideo hanc partem tuentur *glos. ead. Clem. 1. in princ p o, verb. Obtinenda, & ibi allegans Paulo, & Zenzelino, Cardinalis, vers. ipsius, nn. 4. q. 3. Bon sacius ibi. nu. 54. & nu. vlt.* Atque hi duo reprobant distinctionem prioris sententiæ.

34 In hoc tamen euentu valida erit permutatio, vt ille, qui beneficii acquirēdi est capax, acquirat beneficium, quod prædictus inhabilis cū suo permutauit; at inhabilis, vtpote acquirēdi incapax, nō acquiret beneficium, quod gratia commutationis alter in ipsius fauorem resignauit. Atque ita amittet proprium, nec alterum acquiret. Quippe cum inhabilis ille habeat verum sui beneficii titulum, & alter, cum quo commutauit, sit illius acquirendi capax, vere acquiret, & ideo inhabilis nequibit ad id regredi, nec sibi resignatū acquirere, ratione propriæ incapacitatis. Ratio autē huius est, quia quoties culpa permutantis non tenuit permutatio, nec fortita est suū effectū, valet permutatio in ipsius præiudicium, ita vt nequeat ad beneficium proprium regredi. Vt citato *Ioanne Andrea* bene docet *Flaminius de resignat. benef. lib. 11. q. 5. nu. 27.*

35 Sed superest tractādum, an sicut prædicti filii, & nepotes, sunt inhabiles ad beneficia in posterum obtinēda, & priuantur iis quæ post parentum condemnationem obtinuerunt, sic etiam sint inhabiles ad pensiones acquirendas, ac priuentur obtentis post eandem parētum condemnationem? Et videtur pars negans vera. Quia in materia stricta, pœnali & odiosa, qualis est priuatio, & maximē ob alienum delictum, appellatione beneficii non venit pensio. Cum longe differant, & ea pœna sit strictissimē interpretanda.

36 At idem omnino dicendum est, quod de beneficiis diximus. Quod optime docet *Gygas de pensionibus q. 94. n. 7. & consi. 142. nu. 7. vers. Quo casu.* Et extant diuersæ decisiones Rotę de hoc. Ducor primo ex doctrina *Nauar. lib. 1. consi. in 2. ed tione tit. de temp. ordinandorum, consilio 11. numero 2.* vbi tradit incapacem beneficii esse quoque pensionis. Secundo, quia cum pensio sit fructus, & pars beneficii, est beneficio accessoria, & ideo iudicari debet instar principalis. Tertio, quia eisdem modis amittitur pensio, quibus beneficium. Vt probat *Hieronymus Gabriel. consilio 187. numero 11. volum. 2. cap 2. § haretici, de haret. in 6.* vbi cum textus dicat filios hæreticorum ad nullum beneficium admittendos esse, *glossa verbo Beneficium, & Dominicus ibi num. 2.* aiunt beneficium ibi sumi late. At sub lata beneficii significatione clauditur pensio. Vt late probat *Gygas de pensionibus, tota quæst. 28.* Quinto, quia *cap. vt commissi, de heretic. in 6.* priuans filios prædictos beneficiis, vtitur verbis illis generalibus, nempe, *Quibuscumque beneficijs & c. 2. §. haretici, eodem tit. & lib.* vtitur illa negatiua generali. *Nullum beneficium.* Quo casu semper continentur pensiones. Vt tradunt *gloss. Clem 2. verb. Quodcumque, de vita & honest. cleric. Felinus c. postulasti, n. 8. vers. Quarta declaratio, de rescrip. Rebuffus de pacificis possessoribus, nu. 134. vbi & alios refert. Caccialupus de pensionibus, q. 30. nu. 3. Gygas de pensionibus, q 28. nu. 11. Mandosius regula Cancellaria 33. q. 6. num. 2.* Nec obstat ratio contraria adducta num. præcedenti. Quia id fallit, quando verba sunt lata & vniuersalia.

37 Tandem ad argumenta numero vigesimoseptimo, proposita respondetur. Ad primum negatur consequentia. Quia (vt numero quinto probaui) ex maiori delicti grauitate non recte dicitur argumentum ad extensionem pœnæ minori delicto impositæ. Ad secundum dic eum textum in illis verbis loqui expresse de ipsismet hæreticis & ita nil probare. Ad tertium dic enim textum esse intelligendum, iuxta *cap. 2. §. haretici & cap. statutum, el 2. de haretic. in 6.* de beneficiis obtentis post patentum hæresim, nec enim induxit nouum ius quoad hanc priuationem. Quia principaliter emanauit ad declarandum in quibus Inquisitores absque ordinario procedere valeant. Quare quod de beneficiorum priuatione additur dicitur enunciatiue & consequenter dispositionem non facit, *cap. Si Papa de priuileg. in 6.* & esto faceret, debet intelligi de beneficiis posthabitis, vt intra iuribus concordenter. Ad quartum respondetur, Innocentium in ea Bulla VIII. intelligendum esse de officiis, & honoribus patris post crimen paternum; vt vel sic concordet cum iure communi, quod solis illis priuabat. Cum enim non expressent adepta ante crimen paternum, sed generaliter de adeptis loquatur, venit iure optimo intelligendus de iis, quæ contra ius comparata sunt. Bulla autem X. eiusdem Innocentii loquitur expresse de beneficiis obtentis ad preces hæreticorum. Quod numero 29. concessimus. Ad quintum dic Alexandrum IV. in ea constitutione nil prorsus decernere circa beneficiorum priuationem, sed tantum declarare de quibus filiis, & nepotibus hæreticorum intelligatur commissio facta Inquisitoribus, priuandi eos beneficiis. Ad sextum respondetur, sicut in solutione ad quartum respondimus

mus ad bullam 8. Innocentij IV. eodem enim tenore vterque loquitur. Ad septimum respondetur eodem prorsus modo. Ad octauum dic infames ob propriam culpā, priuari beneficijs habitis, secus de infamibus ob alienā parentū culpā: solis enim obtētis post infamiam priuātur. Imò de infamibus ob delictū propriū, an sint ipso iure priuati, an tantū priuandi, non est res certa, vt potest videri in *Abbate cap. Querelam num. 3. de iure iurā.* Adde probabilius esse, non esse hæreticos infames. Vt diximus num. quinto. Ad vltimum respondetur legem pœnalem non extendi ex rationis identitate. Vt probabimus cap. sequenti numero decimotertio. Adde nō militare eandē rationē in beneficijs obtentis post delictū paternū, & in obtentis antea. Quia obtenta post illud, sunt male, & cōtra iuris interdictū obtēta; at obtenta antea sunt iuste acquisita, nullo iure interdicenti.

CAPVT XXIX.

Qualiter filij committentium crimen læsæ maiestatis, diuinę, vel humanæ, amittant nobilitatem, & incapaces cuiuscumque successionis reddantur.

SVMMARIVM.

Circa amissionem nobilitatis? Refertur quadam sentētia, n. 1.
Explicatur sententia Authoris, à nu. 2. vsque ad 8.
An sint omnes hi incapaces succedendi parentibus damnatis, num. 9.
An filij & filia committentium crimen lasa maiestatis humana sint incapaces succedendi quibuscunque etiam consanguineis, nu. 10.
An possint ab illis aliquid ex contractu accipere nu. 11.
Quid de filijs hareticorum? Refertur quadam sententia, n. 12.
Explicantur sententia Authoris, nu. 13.
Soluuntur argumenta, num. 14.

1 Circa priorem partem, nempe, qualiter filii hæreticorum priuentur nobilitate sanguinis, vel priuilegii ad eos deriuata à parentibus, & antiquis progenitoribus. Quidam censent hos omnes amittere nobilitatē, & idem de filijs committētium crimen læsæ maiestatis humanæ. Ducuntur, quod hi omnes sint infames ac omnibus prorsus honoribus excludantur. Vt de his posterioribus constat ex *l. regia 2. tit. 2. part. 7.* ibi: *E de mas destosus fi os que sean varones, deuen quedar por infamados por siempre, que non puedan auer honora de cauallería, ni de dignidad.* Et ex *l. Quisquis § filij vero, C. ad l. Iuliā maiest.* Constat posteriores hos esse infames. De filiis aūt hæreticorum constat eos esse infames, ex adductis c. pręced. num. 4. In hanc partem inclinat *Faber*, vt eum refert *Tiraquellus de nobilitate, c. 24. num. 4.* Et tenent *Cantera quæst. criminalibus, tit. de quæstionibus targentibus ponitionem delicti, cap. 2. n. 11. Otalora de nobilitate par. 3. principalis, in a. 2. cap. 7. num. 17.* vbi expresse ait omnes descendentes à reis criminis læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, perdere omnem nobilitatem: & *par. 4. principali, cap. 9. nu. 5. in fine*, ait expresse nobilitatem sanguinis naturalem, & positiuā ex priuilegio perdere. Quāuis vt constat ex *eodem cap. nono, numero secundo & 3.* loquatur in hoc posteriori loco de filiis, & nepotibus, immo ait in crimine læsæ maiestatis humanæ nonnullos id de nepotibus negare, etsi ipse dicat receptius esse, nepotes quoque claudi.

2 Prima tn̄ conclusio sit. Nobilitas sanguinis non amittitur per huiusmodi delicta parentum. Constat ex *l. 3. ff. de interdictis, & relegatis,* ibi: *Eum qui ciuitatem amisit, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruēturum esset ad eos si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est, hareditatem eius, & c. Qua vero non à patre, sed à gēre, à ciuitate, à rerum natura imbuerentur, ea incolumia remanere.* Et ratio est, quia hæc nobilitas est naturalis, at naturalia, & iura sanguinis, sunt immutabilia, *§. Sed naturalia instit. de iure naturali, & regula Iura sanguinis, ff. de reg. iuris, & l. regia 24. tit. finali, p. 7.* Præterea, quia hanc non habent à patre illorum criminum reo, sed ab antiquis progenitoribus. Atque ita docent *Tiraquel. de nobilitate, c. 35. nu. quarto, Simancas de catholicis institutionibus tit. vigesimo nono, nu. decimo octauo. Azebedo lib. 3. nu. vigesimo nono, tit. 3. libro octauo. recopil. Villadiego iunior in foro iuzgo in prologo lib. 11. num 72.*

3 Hinc deducitur, nec ipsum parentem horum criminum reum priuari hac nobilitate. Quod probant rationes adductæ nu præcedenti.

4 Secunda conclusio. Si nobilitas sit ex priuilegio concessa, non ipsi parenti reo, sed alii eius ascendentibus, immunibus illius culpæ, nō priuantur ea filij. Quia eam non habent à patre reo sed ab antiquis progenitoribus. Ita *Tiraq. Simanc. Azebedo relati, nu. 2.* Et idem est dicendum, si nobilitas sit patri, & filiis concessa. Vt bene *Tiraq. eod. c. 35. nu. 5.* Quia militat eadem ratio.

5 At ea priuatur ipse pater horū criminum reus. Quia cum non sit naturalis, ac consequenter, nec immutabilis, sed ex priuilegio accidentario, & ita deperdi possit, perdit eam pater ille reus, vtpote, qui omnibus honoribus, & dignitatibus priuatur. Et in hoc conuenimus cum sententia relata numero 1. & constabit ex dicendis numero sequenti.

6 Tertia conclusio. Si priuilegium sit concessum soli parēti horum criminum reo, ipse amittit nobilitatem. Quod constat ex ratione tradita numero pręcedenti. Et docent *Simancas de catholicis inst. tit. 29. n. 18. Menoch. consil. 805. nu. 8. vol. 9. & consil. 808. nu. 14. eodem volum. 9. Otalora de nobilitate, par. 4. principali, c. 9. nu. secundo, & sequentibus.* Qui bene addit ea quoque priuari filios, & nepotes. Immo, & tota posteritas priuatur. Vt bene tradunt *Tiraq. de nobilitate cap. 35. nu. 4. & idem Otalora de nobilitate p. 3. principali, par. 2. cap. 7. nu. 17.* & de hac nobilitate intelligenda est *lex regia 2. tit. 2. part. 7.* Et ratio est, quia illo priuilegio gaudet tota posteritas ratione parentis cui concessum est, & sic dependenter ab illo. Quod verum existimo etsi filii illi sint cōcepti ante parentis delictum. Quia nō amittunt, quasi ea sit filiorum pœna; nam pœnas defendimus hos filios non incurrere. cap. 27. num. decimo quarto, sed quia id habent dependenter à parente; & sic tota posteritas amittit, quāuis soli filij, & nepotes, via masculina, & soli filij via fęminea, pœnas incurrant.

7 Quarta conclusio. Si filius ob propria seruitia, aut benemerita obtinuit à principe, ante parentis, vel auorum delictum, priuilegium nobilitatis, exemptionis, militiæ, aut cuiusuis honoris, non amitti illud, ob sequens parentum delictum. Quia id independenter à parentibus acquisiuit. Hīc etiam probant rationes, quas cap præcedenti numero vigesimo octauo, adduximus ad probandum hos non priuari beneficijs obtentis ante parentis delictum. Atque ita docet *Otalora de nobilitate, par. 4. principali, cap. 9. num. nono. Menoch. vtroque loco, quem num. præced. retuli.* Atque idem credo, etsi ob parentum benemerita id priuilegium impetrarit. Quia id priuilegium nō personę parentum, sed ipsorum filiorum est concessum; & quamuis causa concessionis fuerint benemerita parentum; at cum effectus sit iam plene consummatus, non pendet à suæ causæ existentia.

8 Vltima conclusio. Si id priuilegium sit obtentum à filiis, ob propria etiam benemerita, & seruitia, post hæc parentum delicta, ea tacendo, siue ex ignorantia, siue ex malitia, non valet priuilegium, & ita nec ipsis, nec descendentibus prodest. Quia tacita est infamia, & priuatio honorum ob parentum delictum; & ignorantia culpa liberat non autem subreptionis vitio. Vt probauimus libro 8. de matrimon. disput 21. numero 36. Sic *Otalora eodem capitul. 9. numero 10.* Atque ampliat *num. 11.* quamuis clausula ex certa scientia, & ex plenitudine potestatis, sit adiecta. Quia, vt tradunt *Baldus, & aly, quos ibi refert*, & partim diximus eodem lib 8. de matrimon.

trimon. disputat. 4. numero 6.) hæc clausula nil operatur, nisi in iis, quorum princeps præsumitur habere certam scientiam. qualia sunt, quæ in iure consistunt, secus de consistentibus in facto, quale est hæc infamia. Sed in intellige, vt hæc conclusio vera sit, quando post parentum condemnationem, vel delicti notorietatem, id priuilegium est comparatum, ac concepti sunt post parentum delictum. Quia ante eam condemnationẽ, vel notorietatem, non sunt infames nec incapaces honorum. (Vt probauimus capit. 27 numero 28.) Nec similiter, quando antea sunt concepti. (Vt probauimus eodem capit. 27. numero 14.) Sicut idem prorsus diximus capit. præced. num. 28. de beneficiis quæ hi tunc comparant.

9 Circa posteriorem partem, an filii reorũ læsę vtriusque maiestatis, sint capaces succedendi ex testamento, & ab intestato, quibuscumque consanguineis & extraneis. Constat neutros succedere in parentis condemnati bona. Quia quamuis contrarium sit dispositum iure ciuili, *l. Cognouimus 2. de heret. & § Cassius versi. Si quis de prædictis, authent. Vt cum de appellatione cognos. & l. regia 7. tit. 7. p. 6 & l. b. 2. tit. 26. p. 7.* At contrarium est postea dispositum eodem iure ciuili, *authentica Gazaros, C. de heret. & iure canonico, cap. Vergentis, de heret. & c. Filii & cap. Quicunque §. Heredes eodem tit. in 6.* vbi decernitur bona hæreticorum ad fiscum pertinere, exclusis omnino filiis ab eorum bonorum successione. Quod omnino seruandum esse, non obstanti dispositione iuris regii eo quod hæresis sit crimen mere Ecclesiasticũ, docet optime *Gregor. Lopez eodem tit. 7. l. 7. verbo Catholicos:* De filiis etiam reorum læsæ maiestatis, constabit ex dicendis numero sequenti.

10 Secundo constat, filios committentes crimen læsæ maiestatis humanæ, esse prorsus incapaces succedendi ex testamento, & ab intestato, quibuscunque consanguineis, & extraneis. Constat ex *l. Quisquis, § Filii vero, C. ad l. Iuliam maiestatis* ibi: *Filij vero eius à materna, vel auita, omnium etiam proximorum hæreditate, ac successione habeantur alieni; testamentis extraneorũ nihil capiant.* Atque idem deciditur *l. regia 2. tit. 2. par. 7.* At filię reorum huius criminis, non excluduntur omnino successione matris, succedunt ex testamento, & ab intestato, in quartam bonorũ matris partem. Vt expresse habetur *d. l. Quisquis §. Ad filias & d. l. regia 2.* Conceditur autem sola quarta bonorum pars, eo quod iure cõi, & eo regio, sola ea quarta pars bonorum matris erat legitima diuidenda inter filias. At cum nouissimo huius regni iure sit iam legitima aucta, poterunt filiæ habere totam matris legitimam, vt hodie est aucta. Et quia pœnæ sunt molliendæ. Et quia intentio earum legum est, dare filiabus integram legitimam. Et ita tenẽt *Gregor. Lopez ea. l. 2. glossa penultima. Molina tomo 3. de iustit. disput 658. num. 13. in priori parte.* Poterunt etiam hæ filiæ succedere alijs consanguineis, & extraneis, ex testamento, & ab intestato. Cum hoc non repetiatur interdictum in filiabus, sed in solis masculis. Et ita tenẽt *Salicet. ea. l. Quisquis, §. Ad filias. Gregor. Lopez, & Molina eodem loco citato.*

11 Non tamẽ hi filij sunt incapaces aliquid recipiendi ex donatione, vel alio contractu inter viuos. Quia dicti textus solũ priuant filios hos hæreditate, & legatis sibi relictis, vel ex legitima successione pertinentibus. Quod ad contractus extendi non debet, præsertim in materia odiosa. Atque ita docent *Gregor. Lopez eadem l. 2. verbo Mandas, quæst. 2. Molina tom. 3. de iustit. tr. 2. disput. 658. num. 24. & tom. 2. disp. 481. columna 5. & alter Molina lib. 1. de primogeniis, c. vltimo, nu. 50. in fine. Menoch. consi. 808. num. trigesimo septimo, & trigesimo octauo, vol. 9. Angelus ea. l. Quisquis, n. 5. versic. In textu ibi, proximorum hæreditati. Parisius cons. 69. à n. 171 vsque in finem, l. 3. Decianus in practica criminali, lib. 7. c. 41. n. 21.* Et rõ est, quia nequiens capere ex testamento, & ab intestato, potest capere ex contractu. Vt tradunt *Glossa lib. 1. verbo donatione, C. de secundis nup. Bal. l. si is qui ad fin ff. de vulgari. Iason l. si ita quis §. ex legatis, n. 46. ff. de verb. obl.* Quamuis *Gygas de crimine læsæ maiestatis, lib. 3 tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filij committentes id crimen, q. 2. in fine,* vacillat. Quia textus *d. l. quisquis, §. si ij vero,* ob id priuat filios hac successione, vt perpetua egestate sordescant; vt ibi expresse dicitur. Quod frustraretur, si possent aliquid ex contractu capere. At optime respondet *Decianus ibidem*, velle textum eos sic sordescere respectu successionum, de quibus ibi est sermo. Nam si thesaurum inuenirent, vel sua industria immẽsas opes compararent, non priuantur illis.

12 Difficultas tamen est an hæc pœna incapacitatis succedendi aliis & aliis consanguineis, & extraneis afficiat quoque filios hæreticorum. Affirmant quidam. Ducuntur primo quod valeat argumentum ex crimine læsæ maiestatis ad heresim, ductum affirmatiue. Quod probant, quæ adduximus c. 28. nu. 4. Secundo, quia lex pęnalis ex identitate rationis in ea expressę extenditur ad casum, in quo eadẽ ratio militat. Vt probaui lib. 3. de matr disp. 42. num. 4. At duplicem rationem tradit textus, *l. quisquis, §. filij vero, C. ad l. Iuliã ma est* cur priuet filios committentis crimen læsæ maiestatis humanæ capacitate cuiuscunque successionis. Prior est grauitas delicti paterni. Posterior timor imitationis in filijs. At vtraque fortius in hæreticorum filiis militat. Cũ heresis sit grauius delictum, & magis serpat in posteritatem. Tertio, ex constitutione Federici Imperatoris edita Paduę anno 1254. quã refert *Peña in literis Apost. pro officio sanctæ Inquisitionis, quas posuit post directorium Inquisitor. fol. 45.* vbi Imperatur, sic ait: *Reos læsæ maiestatis in personis eorum, & liberorum successione exhæredatione dãnamus. Multo fortius, iustiusq. contra ... blasphematores, & Catholicæ fidei detractores prouacamur. eos ũdem hereticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorũ suorum hæredes, & posteros vsq; ad secundam progeniẽ beneficiis cunctis tẽporalib. publicis officiis & honoribus imperiali authoritate priuãtes.* Vbi ęque heretici ac eorum filii dãmnantur exhæreditate bonorum. At hæretici sunt omnis successionis incapaces *c. excõmunicamus §. credentes. de heret.* ergo & filii. Hęc autem constitutio est confirmata à *Clemẽte IV. in quadam bulla quam ibid. fol. 44. refert Peña,* & refert ibi Clemens IV. eam confirmatam ab Innocentio IV. & Alexandro IV. Atque Innocẽtius IV. (vt refert *Peña tractatu de authoritate extrauagantium, n. 4. quem ponit in fi. directoriũ, post bullas pro officio inquisitionis*) iussit non solas Pontificias leges, sed & sęculares & quęlibet alia contra hęreticos statuta, seruari inuiolabiliter. Tandem, quia Paulus III. Henricum VIII. Angliæ regem, eiusq; fautores, & receptatores ac eorũ filios, priuauit successione parentũ, consanguineorũ, & extraneorũ. Et Sixtus V. anno 1585. idẽ statuit contra Henricũ prætendentẽ regnum Nauarrę. At snia principis est habenda pro lege. Et ideo hãc sniam tuentur *Cynus auth. Gazaros in fi. C. de heret. & d. l. quisquis, nu. 6. Angelus l. 1. nu. 4. & ibi Cornius num. 21. C. de hæredibus instituendis. Iacobus de Bellouiso, quem refert, et sequitur Anchar. c. Statutum, el 2. nu. 2. versi. Opponitur, de heret. in 6. Ananias, cap. Vergentis, num. 17. ad finem, de heret. Antonius Gomez l. 40. Tauri, nu. 91. versic. Tertio, & principaliter. Repertorium Inquisitorum verbo Filij hæreticorum, versic. Nunc videndum est. Zanchinus tractatu de heret. cap. 28. numero 2. Decianus practica criminali lib. 5. c. 45. num. 3. versi. An plus, vt sint incapaces, & num. 21. Vmbertus Locatus in praxi iudiciaria inquisitorum, vir. filij hæreticorum, in secunda pœna.* Et fauent satis *Felinus eo. cap. Vergentis numero 4.* vbi ait non differre filios hęreticorum à filiis reorum lęsę maiestatis. Et *Afflictis in constitutionibus Siciliæ lib. 1. tit. de heret. nu. 29. versic. 13.* vbi ait eisdem met pœnis plecti vtrumque crimen. Et Doctores adducti capit. præcedenti numero quarto, in confirmatione secundi argumenti, quatenus aiunt valere argumẽtum ex crimine læsæ maiestatus

tis ad hæresim quoad extendendas.

13 At multo verius est, posse hos filios succedere ex testamento,& ab intestato,quibuscumque ascendẽtibus, consanguineis, & extraneis catholicis. Ducor primo, quia pœnæ statutæ crimini læsæ maiestatis non sunt extendẽdæ ad hæresim, nisi expresse ita sit iure cautũ. Vt satis probauimus c.præced num. 5.) At nullo iure pęna hæc exprimitur aduersus hæreticorũ filios.Secundo,quia multo verius est, legem pœnalẽ non extendi ex similitudine rationis in ea expressæ, ad casum nõ expressum, etsi in eo inueniatur eadẽ, aut maior ratio. Vt testimonijs Doctorum,& fortissimis rationibus probaui li. 10. de matrimon.disp.4. num.3.& vltra Doctores ibi relatos,tenet *Manuel quæst regularibus tomo 1.quæst.47.art. 1.in fi*.Eo vel maxime quod non militet eadem ratio in vtrisque filijs.Nam (vt optime cõsiderat *Antonius Gomez, statim referendus*)in crimine læsæ maiestatis humanæ, princeps timet audaciã filiorum, ne opibus nixi audeant imitatione parentum, idem crimẽ in principem moliri. Quod aperte cõstat ex *l.quisquis,§.ad filias,C.ad l.Iuliam maiest*.vbi postquam §.*filij uero*,prioarat hos filios capacitate cuiusuis successionis, descendens ad filias non priuat eas ijsdem pęnis subiungens hãc rationem: *Mitior enim circa eas debet esse sentẽtia,quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus*. Quæ ratio non habet locum in hæresi.Quia (vt bene considerauit *Ant. Concius,l.1.pag.4.vers.ideo videtur,C.ad l.Iul.maiestatis*) opes audaciam præstãt ad machinandum malũ in principem. Hæresis autẽ nullis opibus indiget,vt incurratur. Et confirmatur,quia ex maiori criminis grauitate,nõ rectè inducitur maior pęna incursa,& imposita,sed sola æquitas maioris imponendæ. Vt late probatur c.præced.nu.5.Et ideo hanc sentẽtiam tuentur *Roffredus Doctor antiquus relatus à Cyno d.l.quisquis,num.6. Bar.consilio 118.numero 4.versic.Præterea ego video, vol. 1. Baldus l.Gallus,§ quidam recte,nu.1.columna 3. versic. Tertia ratio est ff.de liber.& posthum. Iacobus Butrig.l.1. ad medium,C.de hæred.instit.Guido Pap. consilio 176. nu. 3.ad finem.Iason l.hæreditas numero 8.C.de his quibus, vt indignis.Alexander consilio 74. nu.1. versic. prætorea naturalis, volum.1.Chassaneus in consuetudinib. Burgundiæ, rub.3.§.5.num.99.Segura l.3.§.finalis, nume.139.ff.de liber.& posthum.& l.cohæredi,§.cum filia,nume.73.& duplici sequẽti ff.de vulgaris,& ibi Perez in additionib.Gom. Arias l.4.Tauri,nu.95.Ant.Gomez,tomo 3.variar. ca.1. num.13.Simancas de cathol.instit. titulo 29. numero decimonono,& in Enchiridio iudicum titul.63.numero octauo, Gomez de Leon. in suis centurijs,toto responso 81.Zephalus consi.103.num. 18.volum.primo, Decianus in practica criminalis,lib.5.tit.45.num. 6.limitatione 8.Villalobos in suis communibus opinionibus,litera F.verbo filius,n.191. Cantera in suis quæstionibus criminalibus tit.de quæstionib.tãgentibus punitionem delicti,cap.2. nume. 11. Azebedo lib. 8.recopil.tit.3.lib.3.n. 30.Villadiego in foro iuzgo, in prologo l.11.num.64.& 65. Menochius consilio 305. nu.23. & 24.& consilio 833.num. vigesimoquarto,volum.9.& consil.1128.per totum,volum. 12. Molina tomo 3.de iustit.par. 1.disp.658.numero 13.versiculo,quod vero, & numero vigesimoquinto.*

14 Ad argumenta contraria proposita num.12.respondetur. Ad primum constat ex dictis numero præcedenti in prima ratione. Ad secundum constat similiter ex dictis ibidem in 1.& 2.ratione. Ad tertium dic Federicum in ea constitutione non damnare filios hæreticorum pœna exhæredationis, sed ex ea pœna tam rigida in filios reorum læsæ maiestatis statuta, probaui iustam esse puniri pœnis grauibus ibi explicatis hæreticorum filios,at inter illas nõ numerauit exhæredationem, nec incapacitatem succedẽdi. Ad vltimum dic tunc tantum sentẽtiam principis vim legis obtinere, quãdo occasione alicuius controuersiæ inter priuatos ortæ legẽ, explicat,ferens sententiam,ea mẽte vt illa interpretatio vim legis vniuersalis habeat, non autem, quando simpliciter refert sententiam,non constituens,vt illius interpretatio sit generalis, neque expressim legis verba ita interpretans,vt inde constet principem voluisse,vt ea interpretatio vim legis obtineret. Vt optime docet *Couarr. 4. Decretal.2.p.ca.7.§.2.num.1*,.Quod hic contingit,neque enim Pontificum illorum mens fuit declarare iura filiis hæreticorum pœnas imponentia, nec verbum significans id dicunt;sed in eo casu speciali ob vniuersale regni schisma,& ob communem parentum, & filiorum hæresim omnes ijs pœnis astrinxit.

CAPVT XXX.

An filij, & nepotes via masculina possessoris maioratus rei læsæ maiestatis, diuinæ, vel humanæ, & filij via fęminea, excludantur à maioratus successione, & transeat ad vlterius vocatum?

SVMMARIVM.

An filij sodomitæ sint infames,& non succedãt in maioratum, numero 1.
Quot quæstiones disputandæ sint,nu.2.
An filij, & nepotes hæreticorum non institutorum maioratus, excludantur ab eo iurisdictione carenti? Refertur quædam sententiam, num.3.
Explicatur sententia Authoris,nu.4.
Soluuntur argumenta, nu. 5.
Post nu.5. inuenies alia summaria.

1 QVæstio hæc procedit quando maioratus non confiscatur in perpetuum; quando enim sic confiscatur,constat omnes successores excludi ab eo, vtpote qui est fiscus in perpetuum. Quando autem in perpetuum confiscetur,diximus toto cap.18. Nec numerauit inter hęc crimina, sodomiam parentum, eo quod nullo iure cautum sit, filios ob eam affici infamia, aut aliqua succedẽdi incapacitate: & ideo constat filios in eũ maioratum succedere. Quod bene docet *Molina lib. 4. de primog.cap.vlt.nu. 51.*

2 Quadruplex quæstio est disputanda Prima quando crimen possessoris,qui non est institutor maioratus, est hęresis,& maioratus caret iurisdictione Secũda,quando habet iurisdictionem,cum titulo alicuius dignitatis vel sine illo. Tertio quando id crimen est læsæ maiestatis humanæ. Vltima, quãdo vtrumque admisit,institutor maioratus.

3 Quæstio prima. An ob hæresim possessoris, qui non est institutor maioratus, amittant filij; & nepotes via masculina,& filii via fœminea maioratũ qui caret iurisdictione,& his exclusis transeat ad sequentes vocatos. Et pars affirmans ex sequentibus probatur. Primò, quia parens hæreticus est incapax succedendi in maioratum,*cap.Vergentis de hæreticis*,ibi, *Debent bonis temporalibus spoliari*. Ergo & filii genti ante,& post delictũ. Quippe in Hispania succeditur in maioratum repræsẽtãdo patẽtes *l.regia 40.Tauri hodie l.5.ti.7.lib.5.noua recop.* ibi: *De manera que siempre el hijo y sus decẽdiẽtes legitimos por su ordẽ represẽtã la persona de sus padres, aunque los padres no ayan sucedido en los dichos maiorazgos*. At successio ex parentis repræsentatione deferẽda, non cõpetit filius, si pater viuẽs tẽpore delationis,esset succedendi incapax. Cum nequeat plus iuris esse in effectu, quam in potentia causæ influentis. Qua ratione ductus *Molina multos referens l.3.de primog.c.5.n.45. & duplici sequẽti*, defendit dispositionem,in qua vocatur masculi,accipiendam de masculis ex viro descendenib. non autem ex fœmina: quia sicut hæc viuens excluderetur à successione, sic masculus ab ea descendens, excludendus est. Atque eadem ratione multis relatis, *idẽ Molina eodem lib.3.cap.7.n.1.& 2.& Menoch.consi.171. num.5.vol.2.* tradunt tunc solum posse filium in parentis

tis maioratū succedere, qñ si eius parens viueret, id posset. Neque enim pater successionis incapax potest in filio repræsentari ad succedendū: idq; probat *d.l.40.Tauri*, ibi. *Auque sus padres no ayan sucedido en los mayorazgos.* Quippe ea lex exigit potentiā succedendi in parente, quamuis effectu successionis non sit sequutus: alias inepte diceret, *Aunque nō ayan sucedido.* Et confirmatur quia successiones ordine debito, ac non intermisso debent esse, *l.vnica, vers.quibus ex edicto. & vers.sed videndum, ff.de successorio edicto. & §.placebat, inst.de legitima agnatorum successione.* At non esset ordo debitus, sed intermissus, si patre excluso, tāquā incapace succederet filius. Amplius cōfirmatur, quia qñ cuidam successio interdicitur, censetur eius descendentib. interdicta. Quod absurdum sit eos admitti quorū repellitur authores, *c. licet ex quadam, de testib.* nec successor debet esse melioris conditionis, quam eius anthor, à quo succedēdi causam habuit. *Regul.ex qua persona, et regula Et quod ipsis, ff.reg.iur.* Quæ omnia multis testimonijs, & doctrinis, confirmant *Tiraq.de primog.q.12 nu.13.Zephalus consi.581.à nu.28.ad 31.vol.4* Atque hoc argumento vtuntur multi, quos refert, & sequitur *Menoch.co. si.172. à nu.1. vsque ad 12.vol.2.* ad probandum exclusa matre à feudi successione, vel emphyteosis excludi filios. Secundo, quia quamuis ex parte instituētis maioratum, sit à principio perfecta, & consumata institutio: at eius firmitas exigit vlterius capacitatem vocatorum ad eum, *l.cū hi. 8.§.Vult igitur, vers. Sed, & personarū ff.de transact. & l. quidā referunt 14.in prin.ff.de iure codicil.* Hæc capacitas exigitur tpe delatæ successionis, quo hæc suum est esse ctū sortitura, *l.si al enum 49.§.1.ff.de hered.instit.* Et tradūt in terminis maioratus, *Bal.in l.2.num.5.vers.an valeat, C.de iure emphyt. Decius cons.443.à n.4.vol.14. Molina lib.3.de primog.c.2.n.16.vsque ad 19. & lib.1.c.13.n. 32. 33. & 34.* Quod potissimū procedit in dispositione conditionali, qualē esse hanc probabimus statim; in ea enim inspicitur capacitas tēpore euentus conditionis *l. intercidit. 38.ff.de condit.et demonstr.et l.cetera igitur 43. §.ff.de leg.1.* & tradūt *ibi Scribentes.* At tēpore successionis in maioratū est iam filius hęretici incapax, ratione infamię. Ergo nō obstanti iure acquisito, seu potius spe succedendi à tēpore institutionis maioratus, nō succedet. Et confirmatur quia vocatio successionis non est à principio pura, sed conditionalis, pendēs ab incerto cōditionis euentu, nempe si possessor præmoriatur successori, & id maxime procedit, quando successor non est primogenitus, aut est trāsuersalis aut extraneus vocatus, eorum enim successio pendet à morte omnium prius vocatorum. Quare ius hoc tanquam cōditionale nequit dici acquisitum, vt ratione incapacitatis subsequentis non amittatur. Quod optime dixit *Bellamera decisione 723.n.16.statim in principio* ibi: *Dispositio futura, & mere casuali conditione suspensa non potest aliquem sortiri effectum ante huiusmodi cōditionis euentū.* Et ideo *Tiraquellus de nobilitate, q.40 nu.199.* optime dixit has primogenitorum, & aliorum vocationes, esse generales & incertas ac ex futuro euentu pendentes, & ideo nullum censeri ab initio determinate comprehensum. Et *Molina l.1.de primog.c.13.n.32.* ait ius hoc succedēdi in maioratum non esse radicatum irreuocabiliter, ante delatam successionem, cum spes succedendi variabilis sit, & ideo hanc spem appellari à *Platone* somnium vigilantium. Tertio, quia successio in legitimam filijs suis debitam, est omnino similis successioni maioratus, cum filius viuo patre obtineat ius succedendi, & dicatur quasi creditor nec obeūti patre dicatur denuo acquirere, sed quasi continuare dominium. Vt constat ex multis, quę congerit *Tiraquellus l. si vnquam in præfatione nu.19. & 20.C.de reuocat.don.* Et tamen non obstanti hoc iure acquisito à tempore natiuitatis filio, desideratur eius capacitas tempore obitus paterni. Vt tradunt omnes scribentes cum *Glossa l. si alienum 49.§. in extraneis, verbo hæreditatem, ff.de hæredib.instit.* & expresse tat expressa *l.regia 22.tit.3.p.7.* & tradit ibi *Gregor. Lopez. verbo Herencia.* Et confirmatur, quia ideo Franciscanus primogenitus, vel tempore habili institutus, nō succedet in maioratum, quod tempore delatę successionis sit iā incapax. Quarto, quia si capellania instituatur vocatis primogenitis descendentibus ab institutore in perpetuum, est similis maioratui, & tot cēsentur vocationes, quot sunt vocati, omnesque illi acquiruntur ius, nec recipiunt ab vltimo possessore, sed à primo institutore sicut euenit in successorib. maioratus, & tamen eo iure acquisito non obstanti, excludetur qui tempore collationis fuerit incapax, vt filius hęretici condemnati, & quicunque infamis, vel irregularis. Ergo idē continget in successorib. maioratus. Et confirmatur, quia eodem modo, quo ius ciuile excludit ab honoribus filios reorum læsę maiestatis excludit ius canonicum à beneficijs filios hæreticorum. Illud habetur *l. quisquis, §.filij vero C. ad l.Iuliam maiest.* Hoc autem *c.2.§. hæretici, de hæret. in 6.* Ergo sicut illi sunt incapaces cuiuscunque honoris, ita hi cuiuscunq; capellaniæ, non obstante iure illo antea quęsito per vocationem institutoris; ac idem continget in successoribus maioratus. Quinto, quia cum esse sit prius, quam posse acquirere, & non entis nullę sint qualitates, nequit dici ex maioratus institutione posteros acquisiisse ius aliqd; quare merito & absque vllius iniuria potuit ius canonicum, & ciuile impedire hoc ius nondum acquisitum, priuādo nascituros ab hęretici iure successionis, & impediēdo hoc succedendi ius in eos resultare. Et confirmatur, quia *Molina l.1. de primog. cap.13. numero duodecimo, & alter Molina tomo 3.de iust.part.prima, disputat. 620. numero quarto* hæc aiunt: *Si talis est infamia, qua infamem reddat successionis incapacem priuabitur infamis successione maioratus, sicut alia quacumque successione. Quod in infamia ex crimine læsæ maiestat. diuina, vel humana, prouenienti, & similibus delictis, obseruandum erit.* Vbi clare videntur tenere hanc sententiam. Et eam expresse tenet *Meres de maioratu, in 1.edit.parte 2. quæstione 4. illatione 2.numero 3. & num.primo.* Quod limitat *nu.6.* quando hi filij sunt concepti post parentis delictum.

4 At dicendum est, hos siue natos ante, siue post hæresim paternā, non excludi à maioratus carentis iurisdictione successione. Ducor primo, quia maioratu instituto cēsentur tot donationes factæ, si in cōtractu institutus sit, & tot legata, si in testamēto, quot sunt in perpetuum vocati, ac si quælibet specifice, ac nominatim, facta essent: & ideo quilibet vocatus consequitur dominium eodē instanti, ac momento, quo accedit dies vocationis: & hoc quidem ex propria persona, sublato de medio precedenti successore, non autem ex iure ab eodem in semetipsum transmisso. Vt cum *Paulo, Isarnia, Præposito, Decio, Parisio. Laurentio, Syluano, Aleiato, Beltrando, Tiraquello, et alijs per ipsum citatis,* tradit *Molina l.1.de primog.c.1.n.17.18. & 19.* & idem tradunt *Zephalus consi.4.n.44.vol 1.alter Molina tomo 3.de iust.parte 1. disp.577.n.5.Vasq.1.2.q.96.ar.5.disp.169.num.31.* atque successores non succedere ex persona patris, sed ex sua, tradunt etiam *Bartol.l.1.§.si nepotes, paulo post principiū, ff.de collatione dotis, & l.1.§.si sit filius nu.vnico ff.de coniug.cum emanp.Iason l.Is potest, nu.42.ff. de acq.hæred. & l.si arrogator, n.20.ff.de adoption. & l.si nunc, num. vnic. C.de liberis præteritis, Mantica de coniect.vlt.volunt.lib. 8.tit.18.n.45. Auendaño iunior multis relatis l.40.Tauri, gl.7.num.30.* Quod non in solis natis tempore institutionis, sed etiā in nascituris verum habet. Vt probatur ex *l. Diui, vers Pactis, C. de naturalibus liberis.* Et tradūt *Paul. Bertrandus, Guido, Bellamera, quos refert, et sequitur Molina co.c 1.nu.18.* Ex quo fit vt successorib. à natiuitatis puncto acquiratur ius quoddam, & spes certa, & incommutabilis succedendi, suo loco, & tempore, in maioratū. Vt optime tradunt *Tiraquellus de primogen. q.40.num.200. Molina libro 4.de primogen. cap.vlt.num. 51.*

51.& lib.2.c.6.nu.36. Menoch.consi.808.à n.30. volum. 9.& cons.805.num.28 & 29.eodem vol.9. Burgos de Paz in procemio legum Tauri,n.331. Aued.ño iunior.l.4.Tau ri,gl.7.nu.10. Et quo etiā fit, vt in similibus successio nibus non admittatur successor, prout ex nūc,sed prout,ex tūc,idest,à principio fūdationis. Vt bene tradit Tiraquel.de primog.quest.40.nu.59.Iſernia,c.1.n.7. in fine de inuestitura de re aliena factis. Parisius cōsi.23.num. 131.lib.1.vbi multa ad hoc spectātia cumulat Zephalus consi.152.n.100.vol.1. Quare Glossa fi.in feudis c.vnico,de feudi cognitione,& ibi Bal.n.5. optime dicunt filiū succedentem patri in feudum antiquū,non dici acquirere feudum,sed acquisitum capere. Immo Bald.in eisdem feudis,c.1.n.5. An mutus,vel surdus, Ruin.cōs.19.nu. 2.vol.1.dicunt filium suum dici feudatarium vino patre. At quoties successio filij non deriuatur à parente, nec ab ipso pendet,sed ab antiquo institutore,nullum parentis delictum potest eam successionem inpedire. Vt clare probat textus l.3.ff.de in ei dictis,& relegatis, vbi dicitur expresse,publicatis alicuius bonis filiū sola prouenientia à patre, cuius bona publicātur, amittere, & statim subditur: Quæ vero nō à patre sed à genere,à ciuitate,à rerū natura tribuūtur, ea manere filijs incolumia. Id etiam clare probat doctrina,quā tradunt Baldus in feudis,c.1.nu.3.in fi. si vassalus feudo priuetur, & ibi Petrus Rauennas ad finē, Ruinus consi.23.nu.31.lib.5. Paulus consi.311.nu.5.versi.sed quādo,vol.1. Probus addit.ad Monachū,c.1.nu.4.in fi.de heret.in 6. vbi dicunt feudo cōcessō alicui,& suis hæredibus,culpā vnius alteri nō nocere. Quia vnusquisque per se censetur vocatus,& tāquā independens ab alio. Et doctrina,quā tradūt idē Bald.l.penult.nu.2.versic.Item nota,C.de legitimis heredibus,& Platea,§ ingenuus nu.3.instit. de ingenuis,Imola cap.ex parte,nu.23.de feudis,Ripal.fina quæstion.70 nu.236.C.de reuocat.donat. Berous consi.155.numero 5.& 6 volum.3. Rolandus ecnsi.78. num.10. volu. 3. Aegidius Thomatus tractatu de muneribus patrimonialibus,seu collectis,§.exposuimus supra, nu.29. Peregrinus de iure fisci,tit.9. num.2. Valascus de iure emphyteutico, quæst. 49. num.11. Grammaticus decisione Neapolitana 6.num.13.& 14. qui dicunt delictum patris non nocere filio succedenti ex propria persona. Et doctrina, q̄ tradunt Dynus regula. Non debet,in fine,de regulis iuris, in 6. Baldus l.1.num.6. versic. & prædicta, C.de bonis libertorū,& l.penult.numero secundo,in fin. C.de legitimis hæred. Platea l.priuilegio,ad fin.C.de decurionib.li.10. Valascus eadem quæst.49.num.9. Dueñas regula 346.in fin. vbi aiunt delictum patris nocere filio, quando feudū est nouū,debebaturque filio,iure successionis,mediāte persona patris secus si sit antiquum,scilicet,ab alijs antecessoribus acquisitum. Et doctrina, quā tradunt Aluarotus, Iacobus, Ardiso,& Iserna,quos refert,& sequitur Curtius iunior de feudis parte quinta,conclusione prima,limitatione prima, numero tertio, versiculo, q̄ quidē, vbi aiunt,quando verba inuestituræ feudi sunt ita cōcepta,vt in persona vniuscuiusq; videatur esse quodāmodo noua concessio, vel vt omnes descendentes videantur esse successores primi instituti, delictū vnius alteri non nocere. Quæ omnes doctrinę aperte probāt successionem filiorum in maioratum, nō impediri ob quodcumque parētis delictum. Cum(vt probauimus) non ex persona patris,nec eius nomine, eiusve vocatione,sed ex propria, & independenter à patre succedant. Secundo probatur, quia quamuis vocano posterorum ad maioratum,sit conditionalis;at ex cōtractu cōditionali nō minus oriuntur obligatio,& ius in spe, id est,in euentum conditionis,quam ex contractu absoluto,& puro obligatio,& ius,absoluta,& in re. Cum vterque contractus sit in suo ordine, & gradu, perfectus. (Vt multis citatis p̄bauimus lib.5. de matrimo. disputat 6.numero vltimo.)Idque etiam constat:nam si vocato sub conditione nullum ius acquireretur ex ea vocatione,nō vtique citādus esset, ne ei præiudicet legitimatio alicuius facta à Principe. At est necessario citandus,vt cum commnnt tradunt, Barthol. Socinus l. Gallus,§. Et quid si tantū,n.30.corol.4.ff. de liber. & nu. 198.posthum.& ibi:Iason,nu.139.versi. Et ista. Ruinus, n.198. Decianus consi.55.nu.2.in fine, volum.1. Tertio, qa nō est cur filij hæreticorū ab his maioribus excludantur: cū iuxta veriorē sententiam nō sint infames, (Vt probauimus,c.18.n.5.) Et esto essent infames,maioratus hi iurisdictione carētes nō sunt dignitates Vt optime cū alijs probant Molina de primogenijs,l.1.c.13 n.4.alter Molina to.3.de iust.p̄g disp.610.n.1. At infamia non excludit à tēporalibus diuitiarum bonis habendis qualia sola cū obligatione nō alienandi continent hi maioratus. Præterea, qa sunt capaces succedēdi ex testamento, & ab intestato. (Vt probauimus c. præced.n.13.) Et dato nō esse capaces, id intelligendū est de successione eorū, quæ post delictum parentum proueniunt;& proinde solā succedēdi potentiā in ea; quæ eo tpe nondum acquisita erant,lex abstulit, non aūt acquisita spe immutabili ex parte instituentis. Vt agēs de filijs reorū læsę maiestatis, quos esse vniuersę successionis incapaces, p̄bauimus c. præcedēti n. 10. tradit Boerius dec.7.n.6. his verbis: Filij prod toris non priuātur successione ante crimē cōmissum à patre delata, sed solū post aduenietē. Et melius Ant. Gomez l.40. Tauri,n.91.vers.3.nō obstat,vbi hęc ait: Filij comitiētis crimē læsæ maiestatis sunt incapaces ad succedēdū, illud p̄cedit i successione legali qua p̄cedit ex legis dispositione post delictū cōmissū, secus vero in successione, & dispositione hominis eis debita,& acquisita sal t̄ē spe ex dispositione ipsius fundatoris. Quia illa eis auferri nō debet. Et idē docent Aurelius Corbulus tract. de iure emphyteutico, tit. de causa priuationis ob mortē ciuilē,n.28. Mol.l.4. de primog.c.vlt.n.51. Menoch.cons.805.n.31. & 38.vol.9.& optime id docet Ant.Cōtius,l. Quisquis sup verbo Omnium,& poximorū successione,C.ad l.Iuliam maiest. vbi textū illum decidētē filios rei lęsę maiestatis nil posse capere ex testamento,nec ab intestamento,conciliat cum textibus l. Eorū 9.ff.ad l.Iuliā maiest.& l.4.ff. de iure patron. decidentibus,posse hos filios libertorum paternorum successiones capere,sic dices: Quia torum bonorū certa spes iis fuerat iam ante rea ūpatris quæsita,& debita. Et idem et cōciliat eodē modo hos textus in d.l. Eorū,paulo post principiū. Hocque ratione cōstat q̄s.n. dicet hos excludi hereditate aliqua olim relicta alicui cum onere, vt sine liberis obiens restituat eā illis ? At idem ius,& spem,quæ hēt eius hereditatis acqrendę, deficienti ea cōditione,habent etiā ad maioratum antiquius relictum toti posteritati. Et ideo præter omnes authores in huius sententiæ p̄bationibus relatos, q̄ satis aperte eā tenere videntur,eā tenere etiam videtur Probus addit.ad Monach.c.Cū secūdū in n. 3.in fi.de hereticis,in 6. vbi hęc inquit: Pone, testator reliquit fundū Manio,& posteris eius,vt pote filijs sub cōditione, vt non possit alienari,sed sp̄ maneat in familia: Manius declaratus fuit postea heret.& bona eius sunt cōfiscata, queritur an dictus fundus sit cōfiscatus in p̄iudiciū posterorū de familia? Breuiter dic q̄ non. Vbi pōdero eum asserere illa bona nō publicari in p̄iudiciū filiorū;& iō clare sentit integrū illæsū seruari filiorū ius. Et Sarmiēto l.3. selecta rū.c.4.n.5. vbi hæc ait: Vt delicta patris filijs nocere solēant,nūquā verū esse pōs in bonis filio,nō à patre sed ab alio delatis;qualia sunt bona maioratus. Et Burgos de Paz. i q. ciuilibus q.3.ān.57.vsque ad 68.vbi generaliter p̄bat in fames posse succedere in maioratus iurisdictione carētes. Et Zephalus cons.670.n.10.vol.5. Simācas de cathol. inst.tit.9.n.94. vbi hæc aiūt: Si hereticus rogatus est restituere aliquid filio suo, est illi restituendū. Quia id pertinet ad filiū nō tāquā ad haredē,sed tanquā ad creditorē. Hoc autē in bonis maioratui subiectis cōtingit Et Vasq.2.2. q.96.art.5.disp.169.n.36.vers. Hæc rationem,vbi ait filios

lios nõ amittere bona maioratus ꝓpter delictum patris, qualecumque illud fit. Quod nũ à patre, sed à genere illa suscipiant. Atque in ꝓprijs terminis tuentur hanc sententiã *Molina lib. 4. de primogen. cap. vltimo, à n. 51. vsque ad 55. alter Molina to. 3. de iust. p. 1 disput. 658. n. 25. Villad ego iunior in foro iuzgo. in prologo l. 1.* à *n. 69 vsque ad 74.* & melius *n. 81.* Atque hi tres explicant, siue hi filij nati sint ante patris delictũ, siue post, & siue maioratus in contractu, siue in testamento institutus sit. *Perez lib 8. ordinamento ti. 7. l. 1. columna 7. versicul. Sed circa præmissa,* loquiturque indistinctè de filijs hæreticorum, nõ explicans, an ante delictum, an post, geniti sint. Et *Menoch cõs. 808. à n. 9. vsque in finẽ, vol. 9. & n. 39 40. & 41.* dicit potissimum hoc procedere, quando filij ante paternam hęresim concepti sunt; quamuis in ea ipse sit opinione vt quoad filiorum pęnas, nati ante, & post delictum, sint pares. Et ideo clare sentit hoc procedere in filijs etiã post hęresim genitis. Idem dicunt loquentes de filijs ante hæresim conceptis, *Enriquez lib. 14 de irregular. c. 5. n. 4. Auendaño iunior l. 4. Tauri glo 7. nu. 10.* qui subdit hoc verum esse, quamuis huiusmodi filij incurrant alias pęnas. Redditque huius exceptionis rationem, quod maioratus in posteros non à pauperibus deriuetur. Quæ ratio cũ militet etiam in genitis post delictum, videtur apertè idem in illis sentire.

5 Ad argumenta contraria proposita nu. 3. respondetur. Ad primum, & duplicem eius confirmationem dico omnia ibi adducta locum habere, qñ parentes nullo tẽporis momento, nec in potentia nec in spe ius primogenituræ habere potuerũt, sed ab illo à cõceptionis tempore fuere penitus exclusi, vt si fuerunt spurij, secus si aliquo momento id ius, seu spem habuere, tũc enim etiã si ex post facto inhabiles ad successionẽ efficiantur, filius repræsentando parentum personã succedet. Vt optime cũ alijs ait *Molina l. 3. de primog. c. 7. n. 4.* Nec ob id tollitur debitus successionis ordo. Quia inhabilis, & incapax succedendi est ꝓ mortuo habẽdus. Vt probat textu *l. Si mortẽ, §. Deportatus, ff. de bonis liber.* Et docet *Molina* alia adducẽs *in l. 1. de primog. c. 9. n. 29. & 30.* Quod si cõtraria aliquid ꝓbarent, nõ soli filij, sed vniuersi posteri ab eius maioratus successione expellendi essent. Et secundò respõdetur ea esse vera, quoties filius nũ habet ius succedendi ex propria p̃sona, & ex ꝓpria vocatione sed ex vocatione parentis, & ex iure transmisso ab ipso. At qñ ex vocatione propria vt in maioratu, stat filiũ esse habilẽ ad succedẽdũ existẽte parente inhabili. Vt optime dicit *Marianus Socinus iunior cõs. 2. n. 26. l. 3.* Et cõstat, qa quoties excludũtur fęminæ à successione non cã conseruandæ agnationis, nõ censentur exclusi masculi ex fœmina, quãuis mater sit oino incapax. Vt ex multis docent *Mantica de coniecturis vlt. vol. l. 3. tit. 13. n. decimo sexto, et 43. Molina l. 3. de primog. c. 5. n. 48.* Ad secundũ fateor debere successorem maioratus esse capacem eo tpe, quo ei defertur successio. At filius hæretici est eo tempore capax. Vt ꝓbaui numero præcedentĩ, in 3. ratione. Ad confirmationem constat ex secunda ratione adducta numero præcedenti vbi probaui ex contractu conditionali oriri ius, & obligationem. Quare dum dicitur dispositionem cõditionalem nullum sortiri effectum ante cõditionis euentum intelligitur de effectu absolutè; & ideo appellatur hoc ius summum, qd frustrari valeat deficienti cõditione. Et ideo etiam nullus dicitur ab initio cõprehensus determinatè in vocatione, quia pendeat vocationes ex casuali conditionis euentu. Quod nõ impedit toto esse vocationes cõditionales quot sunt vocati. Ad tertium, & confirmationẽ, constat ex dictis in solutione ad 2. Ad quartum fateor similiter debere adesse capacitatem tẽpore successionis in maioratu, & sicut & tempore successionis in eã capellaniam. At filius hæretici repellitur ab omni beneficio in posterũ acquirẽdo, *c. 2. §. hæretici, de hæret. in 6.* & ideo reperitur illius incapax tempore successionis in illã. nõ autem redditur alicubi incapax succedendi in maioratũ iurisdictione carentem. Ad aliam confirmationem satis constat ex dictis. Ad quintum dic, cũ acquisitio huius iuris non sit qualitas aliqua physica: sed moralis, non indigere eã existentia physica acquirẽtis, sed sat esse moralem, qualis est oĩum vocatorum in primo institutore, qui est caput totius illius familiæ vocatæ. Sicut quo tota posteritas in Adamo, peccaret, essetque obnoxia illi peccato, nõ opus fuit physica posteritatis existentia, sed morali in Adamo, tanq̃ in ca. Ad confirmationẽ dic vtrũque *Molinã* in eo loco agere de ipsomet reo læsæ maiestatis diuinæ, vel humanę, nam quando de filijs hæretici egere, tenent expresse nostram sententiam. Vt eos retuli num præced.

SVMMARIVM.

1 *An filij hæreticorum priuentur maioratu habenti iurisdictionem? Refertur opinio, num. 6.*
2 *Explicatur sententia Authoris, num. 7.*
3 *Et soluuntur contraria, nu. 8.*
4 *Post nu. 8. inuenies alia summaria.*

6 QVæstio secunda. An filii hęreticorum, & nepotes via paterna, & filii via materna, sint incapaces maioratus minum iurisdictione, etiam cum titulo Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, qñ ij hæretici non sunt maioratus institutores? Duplex est sñia Prior tuetur eos esse incapaces, & ita transire maioratum ad vlteriores vocatos capaces. Dicitur primo, quod oĩa huiusmodi primogenia censeantur dignitates, ac de illis, tanquam de dignitatibus sit iudicandum. Vt alios referens probat *Molina lib. 1. de primog. c. 24. n. 6. et alter Molina tomo 3. de iust. p. 1. d. p. 610. n. 3.* At infames ad dignitates accedere nequeunt *l. 2. ibi bar. nu. 1. & alij scribentes, C. de dignitatib. lib. 12. & l. 1. C. de infamibus, lib. 10.* Et confirmatur, quia primogenia sunt suapte natura indiuidua, ita vt integrè ad eundem successorem debeant pertinere, vt ex multis probat latissimè *Molina lib. 1. de primog. toto cap. 11.* Ergo si hi nequeunt in iurisdictiunem succedere, nequibũt in reliqua bona. Secundò quia qũ in eodem concurrit duplex causa altera prohibens, seu nocens altera permittens, seu proficiens illa pręfertur huic. Vt tradunt *Bar. & multi alij, quos congerit Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 80. n. 27. & de præsump. l. 3. præsump. 26. n. 56.* & constat ex *l. Sabinus 28. ff. communi diuidundo,* ibi: *Iure enim pari potiorem esse causam prohibentis constat.* At hic concurrit causa permittens successionem, nempe, bona temporalia, & ꝓhibens, nempe, iurisdictio. Ergo hæc pręualet. Tertiò ex *l. regia 3. tit. 3. lib. 8. noua recopil.* vbi de filiis, & nepotibus hęreticorum via masculina, & filiis via fęmina, sic dicitur: *No puedẽser, ni sean de nuestro Cõsejo, ni tener oficio publico, ni real.* At Comites, Duces. & Marchiones sunt è consilio regio. Vt expressè habetur *l. reg. 4. tit. 4. lib. 2. noua recop.* & docet *Greg. Lopez l. 6. verbo aconsejar, tit. 9. par. 2.* id ex eo textu colligens Ergo hi sunt incapaces maioratus, cui prædicti tituli annectuntur. Et confirmatur, quia *eadem & regia l. 3.* interdicitur in his officium publicum, etiam mercatoris, pharmacopolæ, &c. nedum iurisdictio in vassallos. Quartò, quia infames repelluntur à successione in feudum, ac illo iam acquisito antea priuãtur. Vt ex multis probat *Molina libro 1. de primogen. c. 10.* Quinto ex *l regia 2. tit. 15. parte 2.* vbi de successione in regnum Castellæ, sic dicitur: *Suceda el pariente mas propinquo siendo hobre para ello.* Ex qua probatur incapacitatem iurisdictionis obtinendæ non suppleri capacitatem acquirendi bona. Nec obstat agi de successione in regnũ tum quia *Gregorius Lopez ibi, verbo Seyendo, ad finem,* ait idem etiam procedere in successione aliarum dignitatum, & iurisdictionum, in quibus eadem exclusionis ratio militat: tum etiam, quia instar successionis in

in regnū ſucceditur in hos maioratus, & ex illo ad hos licet argumētari. Vt tradit *Mol. ubi. 1. de primog. c. 2. nu. 1.* Ergo ex eo, quod hi ſint capaces ſucceſſionis in bona nō recte infertur capacitas ſuccedendi in iuriſdictionē. Et cōfirmatur, quia ob regis hæreſim aufertur iure regnum omnibus illius deſcendētibus. Vt probat *Io. Lup. de iure regni Nauar. p. 5. §. 7.* vbi defendit ſnam Iulij II. qua Ioannem eo regno priuauit, eo quod ſchiſmaticus eſſet, & omnes etiam deſcēdentes. Ergo iure optimo filij hæreticorum priuādi ſunt maioratu habenti iuriſdictionem. Sexto quia nequit ex capacitate horū ad ſuccedendū in bona, deduci capacitas ſuccedēdi in dignitates & iuriſdictionem. Quia cū hæc ſint digniora, debēt potius ad ſe trahere bona tēporalia, & ex incapacitate horum inferēda eſt incapacitas ad ea bona. Quippe dignius trahit ad ſe minus dignum, eiuſq; naturam in omnib. ſequi debet, *c. quod in dubijs, de cōſecrat. Eccleſiæ.* Et maxime in maioribus habet locum hæc regula. Vt tradit *Molina l. 1. de prim. g. ca. 9. n. 21.* Septimo quia iuriſdictio nequit dici acceſſoria bonis maioratus, vt illorū naturā ſequatur; vt conſtat ex doctrina *Bal. l. a procuratione 13 nu. 1. verſ. item pone, C. mandati,* vbi ait proprietatem fundi nil habere cōmune cum proprietate iuriſdictionis, ac proinde vēdito abſolute fundo, aut alio modo tranſlato, nō cenſeri venditam, aut tranſlatā iuriſdictionē. At cenſeretur, ſi eſſet acceſſoria; ſicut tranſlatione bonorū tranſit ius patronatus illis adhærens. Et confirmatur, quia attenta *l. Reg. 1. tit. 10. lib. 5. nouæ recop.* donato caſtro, vel quacunque alia re, nō cenſetur donata iuriſdictio, niſi expreſſis, aut æquipollentibus verbis declaratur: & quamuis ibi ſit ſermo de rege donanti id fortius habet locum in donatione inferiorū. Vt bene docent *Gregor. Lop. l. 68. verb. Tal villa tit. 18. p. 3. Azebedo eadem l. regia 1. n. 34.* Quamuis minus bene contrarium dicat *Villalobos in ſuis cōmunib. opinion. litera I. numero 261.* Et ratio eſt quia cum beneficia principis ſint latiſſime interpretanda, fortior ratio vrget vt eius donatio ad iuriſdictionem ſit extendēda. Ergo iuriſdictio non venit acceſſoriè, ſed principaliter, vtpote quæ eſt neceſſario exprimenda, vt cenſeatur cōceſſa cū territorio. Sicut quando ius patronatus in tranſlatione rei, cui inhæret, exprimitur, nō tranſit acceſſorie, ſed principaliter. Vt latiſſime cū alijs probat *Lāberinus de iurepatronatus p. 2. l. 1. q. 5 toto ar. 20.* Octauo, quia vere, & formaliter iuriſdictio nō inhæret territorio, ſed perſonæ cā habenti, eiuſq; dignitati: dicitur autē eſſe in territorio, quia in eo ſolo exerceri valet. Sicut dominiū eſt verè in perſona: at dicitur eſſe in loco, quia ibi exercetur. Vt tradunt *Bart. l. 1. num. 5. & 6. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ibi Alexand. nu. 32. Iaſon num. 15. Purpuratus nu. 57. Bald. l. 1. §. in initio, num. 2. verſ. Sed hic quæritur, ff. de officio præfecti vrbis. Boerius deciſ. 227. num. 6. & 7.* Quare *Paulus rubrica, nume. vnico, ff. de iuriſdict. omn. iud.* ait iuriſdictionem inhærere officio, ſeu dignitati, ſicut anima corpori ineſt. Et *Gregor. Lopez l. 2. verb. Mandas q. 2. tit. 2. p. 7.* ait habere vaſſallos eſſe quandam dignitatem, cui iuriſdictio inhæret. Et ratio eſt quia domini iuriſdictione pollentes ſolum diſtant à Prætoribus quod habeant iuriſdictionem perpetuam, hi verò tēporalem; quare illi ſunt quaſi Prætores perpetui. Vt tradunt alijs relatis *Auendañ. de exequendi mandatis regnum, lib 2. c. 10. n. 5. Bouadilla in ſua politica lib. 2. c. 16. nu. 19.* At nemo dicet iuriſdictionem Prætorum temporalium inhærere territorio, ſed perſonæ, ſeu dignitati. Cum ergo iuriſdictio non inhæreat bonis maioratus, minus bene dicitur transferri acceſſoriē cum illis. Vltimo, quia etſi iuriſdictio eſſet bonis acceſſoria, ex capacitate bonorum non deducitur capacitas iuriſdictionis. Vt cōſtat in religione bonorum capaci, quæ non ſuccedit in maioratum habentem iuriſdictionem, etſi capax illorum ſit, hæc impedienti. Vt cum veriori opinione tuebimur libro 7. agentes de voto paupertatis. Et confirmatur ex doctrina *Gregorij Lopez lege 27. verbo Viuieſſen, titulo 7. p. 1.* vbi textum *capitis ſecundi, de religioſis domibus* decidentem omnia iura Eccleſiæ vnitæ alteri, competere Eccleſiæ cui vnio fit limitat, niſi Eccleſia, cui vnio fit incapax iuris alterius Eccleſiæ vnitæ, tunc enim ait non acquirere illud, & tamen erat acceſſoriū. Et ideo hanc ſententiam tuentur *Perez lib. 8. ordinamenti, tit. 7. lib. 1. col. 7. verſic. Sed circa præmiſſa,* vbi loquitur indiſtincte de filiis hæreticorum, & de maioratu habēti iuriſdictionem, vel titulum Comitatus, &c. *Villadiego iunior in foro iuz. go, prologo lib. 1 t. num. 18.* vbi loquitur de filiis poſt hæreſim patris genitis, ſecus (ait) ſi antea geniti erant, & de maioratu habenti iuriſdictionē, vel titulum, *Burgos de Paz iunior in quæſtionibus ciuilibus, quæſtione 3. à numero 57. vſque ad 68.* & loquitur in genere de infamibus, & quando maioratus ſunt ampliſſimi, nempe, Ducatus, Marchionatus Comitatus, & ſimiles, quibus ſunt annexa magna oppida habentia ſub ſe plures vaſſallos, & iuriſdictionem, ſecus (inquit) de aliis maioratibus inferioribus. Pro eadē ſententia ſunt Doctores, quo numero quarto retulimus, dicentes filios hæreticorum in nullum maioratum ſuccedere. Et pro eadē citantur alii, quos numero 9. referemus, dicentes filios rei læſæ maieſtatis humanæ, non ſuccedere in huiuſmodi maioratus, quamuis vere non faciant pro hac ſententia, nam expreſſe aliqui fatentes hoc filios eſse incapaces, aſſerunt filios hæreticorum eſse capaces. Vt conſtabit ex Doctoribus quos numero ſequenti iunctis num. 9. & 10. referemus. Sed fauet huic ſententiæ *Gregorius Lopez, lib. 2. verbo Mādas, quæſt. 2. titulo 2. par. 7. in ratione, quam tradit, ne filij reorum læſæ maieſtatis humanæ ſuccedere poſſit in maioratum iuriſdictione & dignitate praeditum.* Quia (inquit) ſunt infames, & conſequenter iuriſdictionis, & dignitatis incapaces, nam eadem ratio militat in his filiis, & nepotibus hæreticorum, ſuſtinendo eos quoque eſse infames.

7 Poſterior ſententia (quam veriorem puto) ait filios hæreticorum, natos ante aut poſt hæreſim paternam, eſse capaces ſuccedēdi in maioratus, quāuis iuriſdictione, & titulo Ducatus, Marchionatus & Comitatus, prę ditum. Ducor primo, quia hi non ſunt infames (vt ca. 38. n. 5. probauimus) & ideo nō eſt cur ab hoc maioratu repellantur. Secūdo, quia eſto eſſent infames, & cōſequenter iuriſdictionis incapaces, id vtique eſset verū quando iuriſdictio illa per ſe conferetur, ſecus quando comitāta cum bonis, quorū hi ſunt capaces. Quia in indiuiduis vtile tradit ad ſe inutile, illudq; valere facit. Vt expreſſe habetur *l. Si ſponſus 5. Paulo poſt princip. ū, verſ. Generaliter tenendum eſt, ff. de donatione inter virum, & vxorem,* & tradunt ibi ſcribentes Tertio, quia cum principale trahat ad ſe acceſſoriū, *regula Acceſſorium 32. de regulis iuris, in 6.* Quoties aliquis eſt capax principalis, eſt in cōſequentiā capax acceſſorii. Vt cōſtat in iure patronatus quod per ſe, & principaliter vēdi nequit, at vēdita bonorum vniuerſitate, cui annexum eſt, tranſit in conſequentiam cum illa Vt notāt vniuerſi *c. ex literis, de iure patron.* & fœmina, quæ iudicandi, & cuiuſuis muneris publici eſt incapax *lib. 2. ff. de regulis iuris,* eſt capax eorum, ſi iuriſdictio in conſequentiam ſucceſſionis, & acceſſorie illi veniat. Vt cū *Innocētio, Abbate Felino, & alijs iuxta cap. Delicti, de arbitris* affirmat *Mol. l. 1. de primogen. cap. 13. nu. 14.* atque ideo ſi in regnum ſuccedat, exercebit iuriſdictionem regiam. Et concinit *cap. Cum deuotiſſimam, iuncto ca. ſequenti 12. quæſt. 2.* Atque cęcus, qui iuriſdictionis acquirendę incapax eſt, vt *l. Cum Prætor. 1 1. ff. de iudicis,* at ſi alicui principi, Baroni, vel Comitati ſuccederet, acquireret acceſſorie iuriſdictionem. Vt optime tradūt *Bart. l. Cæcus 6. in ſ. ff. de iudicij, Aug. ãtt. leg. Cum prætor, §. Non autem nu. 2.* idem docens de aliis penitus incapacibus iuriſdictionis. *Fulgoſius, ibi, ante num. 1. Paulus nume. 6. Iacobinus de Sancto Georgio ibi, §. Iudicem dare, nu. 6. verſic. Aduerte tamen. Cagnolus, l. 2. nu. 4.*

num.4.ff.de reg.iur. vbi addit hoc euenire, quia iurisdictio non venit principaliter, sed in consequentiam successionis *Platea l.1.ad finem, C.qui morbo se excusat, l.10. Abb.cons.47.nu.2.vers.ad idem facit, vol.1. Boerius decis. 24.nu.35.Bologneius cons.4.nu.32.& 91.* Quare optime *incertus author tractatu de crimine læsæ maiest.q.9.nu.8. & Bursatus cons.280.n.44.in initio, vol.1.* aiunt inhabilitatem respicientem consequutiua & accessoriè venientia, non attendi, nec impedire omnia in cōsequentiam venientia comparari. Et *Bar.l.finali, n.10.C.de sententiā passis*, ait in ijs, quæ accessoriè finguntur, nō requiri habilitatē ad accessorium, sed sufficere extrema esse habilia respectu principalis. Quod etiam probatur ex *c.super eo, de præb.in 6.* vbi cum *c.de multa, de præb.* esset interdictum habere simul personatum, & curam animarū, secus de alijs præbendis, decernitur nō obstanti ea prohibitione, integrū esse habenti personatum habere simul præbendam, esto illi præbendę sit annexa parochia habens curam animarum. Eiusque rationem reddūt *Ioā. Monachus d.c.super eo, nu.1.& 2.Probus ibi in addit.n.3. in fi. & 4.* quia cū ea cura sit accessoria, & annexa prębendę, nō habetur ratio curę, quamuis principalior sit, quam præbenda, sed solius præbēdę principalis, cui accedit; & cum hæc præbenda possit simul haberi cū personatu, poterit quoque simul haberi cura præbēdæ accessoria. Ex quo infert *ibi Probus n.4.* non spectanda esse competentia ex accessorio, sed ex principali. Et *Francus ibi.n.2.* inde inferi accessorium licet sit magis dignū, nō mutare naturam principalis. Et idem aperte colligitur ex *l.1.in initio ff.de author.tutorum*, vbi deciditur, etsi tutores præstare nequeant authoritatem pupillo, in ipsorum tutorum commodū, quando principaliter eorū commodū cernitur, at posse, quādo principaliter attēditur commodū minoris, etsi accessoriè, & concomitāter sequatur tutorum cōmodum. Vt si debitor tutoris instituat hæredem pupillum, potest tutor hæreditati illi adeundę authoritatem præstare, etsi inde sibi accessoriè vtilitas sequatur, ex eo quod pupillus tanquam hæres maneat sibi debito astrictus. Ex quo textu *gl.ibi verb.accommodare, & ibi Bar.in princ.po,n.1.& reliqui scribentes* inferunt, quod non licet directè, licere aliquādo per consequentiam. Et *l.quidam sunt serui 17.ff.de pœnis* dicitur deportans negari, quæ sunt iuris ciuilis non autē, quæ sunt iuris gentium, & opponit *ibi Bar.nu.1.* ex contractu iuris gentium, vt ex venditione oriri actionem, quæ est iuris ciuilis *§.1.instit.de act onib.* Et respondet illam actionem non concedi principaliter sed in consequentiam contractus iure gentium permissi, ex quo resultat. Cum ergo in his maioratibus, iurisdictio, & titulus, sint accessoria territorio, & bonis maioratus, eo ipso, quod filij hęreticorū, et alij infamēs, sunt capaces territorij & eorum bonorum, erunt quoq; consequenter capaces iurisdictionis, & tituli illis accedentium. Quod autē iurisdictio, & titulus, sint accessoria illi territorio, & bonis, probatur. Nā ius patronatus est verè in patrono, vt in subiecto exercente, & tanquam ius annexum rei spirituali, est dignius vniuersitate bonorum: & tamē quia huic vniuersitati annectitur, dicitur accessorium, & cum ea transfertur. Vt testantur *Abbas c.ex literis, n.2.notabili 1.de iurepatron. Lambertinus de iurepatron.p.2. lib.1.q.5.ar.11.n.3.* Et similiter in casu proxime allegato textus *c.super eo, de præb.in 6.* quamuis prębendę nō inhæreat cura animarū, dicitur illi accessoria, eo quod illi annectitur. Et *Dominicus ibi, nu.2.notab.2.* inde infert posse magis dignū annecti minus digno. Ergo similiter quamuis iurisdictio, & titulus inhæreant personæ exercenti, tanquā subiecto, & sint principaliora territorio dicuntur tamē illi accessoria, quia circa illud exercētur, & cum illo datur. Et si contingat dari per se iurisdictionem, concesso prius solo territorio, datur tamē vt illi connexa, & cum illo trāsitura in quemuis successorē. Quare dupliciter pōt dari dignitas ducatus, marchionatus, & comitatus, (vt optime aduertit *Molina l.1.de primogen.c.11.n.19.*) priori modo, in solam administrationem absque territorio, quæ morte donatarij finitur, nec ad successores transeat, & tunc nō datur accessoriè, sed principaliter: posteriori modo, vt annexa territorio & vt cum illo ad hęredes transeat, & tūc datur accessoriè. Id ipsum etiam probatur ex *§.si tamē alienam.instit.de rer.diuis.* ibi: *Si tamen alienam purpuram vestimēto suo quis intexuerit licet preciosior sit purpura, tamen accessiones vice cedit vestimēto.* Vbi *glos.verb.preciosior*, notat preciosius accedere aliquando viliori: & procedere cū textum, quando purpura fuit apposita gratia ornādi vestimenti; si tamē è contra vestimentū seruiret purpurę conseruandæ, ait purpuram fore principaliorē. Cū ergo iurisdictio, & titulus dentur cum territorio, & bonis, gratia ornādi illa, dicētur illis accessoria. Nec enim bona ipsa cēsentur vt qualitas, & ornamentum dignitatis, & iurisdictionis, sed è contra. Idem etiā probatur ex *l.finali C.vbi, & apud quem* ibi: *Qui vel certæ administrationi cui & iurisdictio adhæret præpositi sunt.* Ergo iurisdictio dicitur annexa oppido, in quod est administratio. Rursus idem probatur quia attento iure communi concesso territorio vniuersali censetur concessa iurisdictio, vt docent *Bart.l.1.nu.6.ff.de iurisdict.omn.iud. Bal. l.1.§.in initio, n.2.vers.sed hic quæritur, ff.de offic.præfecti vrbis, & l.à procuratore 13.n.1.vers.item pone, C.mandati. & in feudis c.1.n.16.de capitaneo qui curiam vendidit. Romanus cons.444.nu.7.Couar.multos allegans q.practicis c.1.nu.10.Gregor.Lop.l.68.verb.Tal villa, nu.18 p.3.Villalobos in suis cōmunib.opin.litera I.n.261.Olanus in cōcordia iuris, litera I.n.68.* Et reddunt rationem *Baldus Romanus, Couar. Greg. Lop.* eo quod iurisdictio castro adhæreat, & ei sit accessoria. Quarto principaliter probatur nostra sententia ex doctrina *Baldi l.1.n.1.vers.pone ergo, C.de secūdis nuptiis,* (q titulus legitur ibi: *à Baldo* in duplici loco, & hoc habetur in priori) quam sequūtur *Additionator ad Baldum ibi, litera D.& ibi Ioā.Garro n.22.Alex.addit.ad Bartolum l.2.antea nu.1.C.de dignitat. li.12.Tiraqu.de nobilitate c.24.n.6.* vbi docent feminam habentem comitatum ex parentum successione, non amittere hāc dignitatem ratione infamiæ contractæ ex transitu ad secūdas nuptias intra annum luctus. Et reddunt rationem, quia hæc dignitas est quid hæreditariū, & venit in hæreditatis consequentiā, & est annexa territorio: & aliquid retinetur in consequentiā, quod non retinetur principaliter. Quorū doctrina satis aperte probat hanc sentētiam, quamuis enim non loquātur de dignitate acquirēda, sed de ea retinēda, & facilius aliquid retinetur, quā acquiratur: at vim nō faciunt in hoc, sed eo qđ ea dignitas veniat tanquam accessoria, & in cōsequentiam, & multa sic concedantur, quæ per modum principalis concedi nequirent. Idem docet *Lucas de Pena l.1.columna 2.post medium, C.de reis postulatis, lib.10.* dicens infamē sicut à successione paternæ in alia bona nō excluditur, ita nec à regni successione expellendum: & dicit sic in curia Romana decisum esse. Idem docet *Antonius Gomez l.45.Tauri, numero 112.ad finem, versiculo Sexto pro hac mea sententia*, vbi ait dignitatem regalem, & ducatus; & cuiuscumque maioratus, & ipsam iurisdictionem, quæ deferuntur iure successionis transire in omnino inhabiles. Tandem hæc sententia magis confirmabitur ex solutione ad contraria, quam numero sequenti apponemus. Et ideo pro hac sententia facit *Molina libro primo de primogen.c.decimotertio, à n.13.* vbi loquens in genere de infamibus, ait eos esse capaces succedendi in quemcumque maioratum, cum iurisdictione, & titulo ducatus, &c. eo quod iurisdictio, & titulus, sint accessoria bonis. Et ad idem faciūt Doctores, quos in tertia, & quarta ratione retuli, dicentes idem de infamibus. Pro eadem sententia sunt Doctores, quos nu.11. referemus, dicentes filios reorum læsæ maiestatis humanæ esse capaces horum maioratuum.

Et

Et quos retulimus nu.4. dicentes indistinctè nunquam perdi maioratum ob quodnis parentum crimē: nec hoc nocere filijs quoad bona ab alijs prouenientia, & in quæ, non ex illorum persona, sed ex propria succedunt. Et in proprijs terminis tuenitur hanc sententiam *Molina l. b.4. de primogen.ca.vlt.à nu.51.vsque ad 54.* loquens de filijs hæreticorum, & siue maioratus fit institutus in testamento, siue in contractu: quamuis *num.54* aliquãtulum titubet, quãdo maioratus iurisdictionem haber, & dicat occurrenti casu esse deliberandum: at verè in hanc partem inclinat, vt tunc quoque sint capaces: & concludit *num.55.* vtcumque tamen sit, natos ante hæresim paternam succedere semper in hos maioratus. Et idem docet *alter Molina to.3.de iustit.p.1.disp.620.nu 5. & 6.* loquẽs de infamibus in genere. Et idem docet *disput.658.nu.25.* loquens de filiis hæreticorum, etiã post hæresim cõceptis, dicens eos esse capaces horum maioratuum, siue in testamento, siue in contractu institutorum, eo quod dignitas illa sit accessoria. Et *Menoch.cõsil.808 à nu.9.vsque in finẽ. vol.9* late probat filios hæreticorum succedere in maioratum habẽtem annexas dignitates, ducatus, marchionatus, & comitatus, eo quod bonis accessoriæ sint: & *n.39.40.& 41.* dicit hoc potissimum procedere, quando ante paternam hæresim sint geniti: quare idẽ clare sentire videtur de postea genitis.

8 Ad argumenta contraria propõsita num.6. respondetur. Ad primum constat ex 1. & 2. ratione allatis nume. præcedenti. Ad confirmationẽ neganda est consequentia. Quia cum iurisdictio sit accessoria non est spectanda habilitas ad illam per se sumptam, sed vt est accessoria, ad quam sufficit habilitas ad principale. Ad secundum dico primo cum *Molina to.3.de iustit.p.1.disp.620. nu.6.* intelligi regulam, quando vtraque causa est circa idem eodem modo spectatum. Vt si quis ex vno capite est habilis ad aliquid; at ex alio idem eodẽ modo spectatum interdicitur sibi, præualet prohibitio. Quod ex *ea.l.Sabinus*, cui regula illa innititur, constat. Nam tractat de re communi duobus dominis, deciditque nil posse alterum altero inuito disponere: & reddit rationẽ quod in pari causa præualeat prohibentis conditio. At quando vtraque causa nõ est circa idem obiectum eodem modo spectatum, sed alterũ spectatum principaliter, vt bona maioratus: alterum vero accessoriè vt spectatur dignitas illis annexa, non est par vtriusque causæ conditio, & ideo causa principale permittens præualet, & ad se trahit prohibentem accessorium. Vel secundo respõdetur eam regulam procedere, nisi causa permittens, sit fauorabilis, & interdicens odiosa, vt docet *Anchar.cons.37.nu.2.vers.Secundo videndum est Alciatus l. 2.in princ.pio,nu.42.ff.de verb.oblig.& tractatu de præsumptionibus, regula 1.præsum. tione 30.nu.6.Tiraq. de retractu ligni.g.§.30.glo.1.nu.31.Menoch.consil.805.n.56.volum.9.& consil.805.n.56.& quatuor sequentib.eodem volumine.* At causa permittens hos filios admitti est fauorabilis, & prohibẽs est odiosa, vtpote quæ pœnam innocentibus infert, & ideo permittens præualet. Ad tertiũ dic eam legem intelligi, quando esse regium consiliarium conceditur per se, secus, quando accessoriè. Quia intellectus deducitur aperte ex 2.& 3. ratione adductis n.præced. Ad confirmationem respondet bene *Menoch. cõsil. 805.nu.69.& consil.808 nu.73.& 74.vol.9.* id non esse absurdum: quia lõge facilius excluditur quis ab officiis, & dignitatibus ab ipsa republica institutis, quę sunt bona ipsius reipublicæ, vt conferantur suis membris, in quibus bonis plus iuris haber princeps; quã excluditur à iurisdictione annexa bonis priuatorũ, quæ cum principis non sint, nequeunt ita facile auferri. Ad quartum dic cum *Molina lib.4.de primog.c.13.nu.18.& 19.* argumentum à feudo ad maioratum non procedere, quãdo non est eadem in vtroque ratio. Quod hic contingit, quia infamis infamia graui priuatur feudo, eo quod in domini curia tenetur morari, & seruitium personale ipsi exhibere, quæ infamis præstare nequit, possessor autem maioratus ad neutrum tenetur. Ad quintum dic cum *Molina lib.1.de primogen.c.13.n.17.& altero Molina to.3.de iust.p.1.disp.620 n 8 & 9.* ea verba illius legis, *seyendo ome para ello*, intelligi de capacitate personæ ad regnum administrandum, id est, dũmodo nõ sit amẽs fatuus, mutus, &c. Quod verba sequentia indicãt *E no auiendo hecho cosa porque lo deuiesse perder.* Quę verba ad mores, & crimina referuntur, ob quæ rex potest regno priuari. Et ita quoque intellexit *ibi Gregorius Lop. verbo Seyendo & verbo E nõ auendo.* Quare non intelliguntur de ea infamia, ob quam non priuatur quis successione bonorum, tunc enim non est priuandus dignitate eis accessoria. Ad confirmationem dic cum *Menoch. consilio 808.nu.74.vol.9.* eam sententiam latam fuisse in odium certæ personæ, nempe, illius regis, & ideo ex ea non cõstitui legem generalem *§. Sed & quod princip. vers. Sed plane in instit. de iure gẽtium, & ciuili.* Vel secundo, dic cũ eodem, quandoque expedire bono communi, ob regis hæresim priuari regno totam posteritatẽ: eo quod malum inde imminens nequeat aliter caueri. Quod etiam probauimus c.18.nu.55. At hoc nõ euenit in maioratibus priuatis. Et si argumẽtum valeret, concluderet vtique totam posteritatem his maioratibus priuãdam. Ad sextum dic eam regulam procedere, quando virũque est principale, secus quando dignius venit accessoriè. Ad septimum dic, *eundem Baldum ibi* se explicare, dicẽdo id contingere, quia nomen fundi est nomen priuatum, quod non est subiectũ iurisdictionis & sic ait vendito territorio vniuersali, censeri venditã iurisdictionẽ illi annexam. Quod idem docent *idem Baldus, & alij, quos retuli num. præcedenti in fine tertia ratione.* Ad confirmationem dic eam legem non intendisse auferri accessoriorum transferẽdæ iurisdictionis modum, sed tantũ esse necessariam illius expressionem, vt censeatur collata: at cum hac expressione potest dupliciter conferri. Priori modo, per se, & principaliter, vt quãdo nulli territorio annectitur, nec transit ad hæredes, sed conceditur in administrationẽ. Posteriori modo, accessoriè ter. ritorio, ita vt cum illo ad hæredes trãseat. Nec est simile de iure patronatus, quod noluit ius canonicũ in venditione exprimi, ne videatur per se, & principaliter vẽdi, pretiumque ratione eius augeri, eo quod sit rei spirituali annexum. Ad octauum constat satis ex dictis numero præced. Ad vltimum dic monasterium nõ excludi eo maioratu, eo quod sit iurisdictionis incapax, est, n. capax: sed ex præsumpta institutoris volũtate. Vt dicemus lib.7. tractantes de voto paupertatis Ad confirmationẽ dic eam doctrinam esse conformẽ decisioni textus *c.Recolentes, de statu monachorum*, & decisionem illius legis ex hoc textu transcriptam esse, vbi deciditur possessiones Ecclesiæ vnius monasterio vendendas esse, quãdo eas habere repugnat paupertati monasterii, quia quæ eã violatur, siue principaliter, siue in consequẽtiam eas habeat. At infamia filiorum hæretici à solis dignitatibus principaliter habitis excludit.

SVMMARIVM.

An filij reorum læsæ maiestatis humanæ excludantur à quibusuis maioratibus, etiam iurisdictionem cum titulo comitatus, & c. habentibus? Refertur quadam opinio, nume.9.& alia num.10.

Explicatur sententia Authoris, nu.11.

Post nu.11. inuenies omnia summaria, quæ deficiunt.

9 QVæstio tertia. An filii, & nepotes committẽtis crimen læsæ maiestatis humanæ, via masculina, & filii via fœminea, sint capaces succedendi in maioratum, siue simplicem, siue iurisdictionem habentem, etiam cum titulo comitatus; marchionatus, & ducatus? Quidam hos incapaces esse censent, ideo dicunt tunc maioratum deuolui ad vlteriores vocatos. Ducuntur iisdem rationibus, quibus numero sexto, id probatum est

est de filijs & nepotibus hæreticorum: quæ multo fortius in hoc casu vrgent, eo quod constet hos esse infames, quod de filijs hæreticorum est sub iudice. Vt constat ex dictis c. 18. à n. 1. vsque ad 5. Et ideo hanc sententiam sustinent *Perez in lib. 8. ord. nam. regiu tit. 7. lib. 1. col. 7. versic. Sed circa præmissa, & Burgos de Paz in suis quæstionibus ciuilibus, q. 7. à nu. 57. vsque ad 68* (vbi loquitur de infamibus in genere, & de maioratibus amplissimis nempe, ducatib. marchionatibus, comitatibus, & similibus, quib. sunt annexa amplissima oppida cum multis vassallis, secus (inquit) de maioratibus inferioribus, & qui tanti momenti non sunt.

10 Alij autem ita distinguunt, si maioratus ille sit institutus in vltima voluntate, tales filij, aut nepotes, nequeunt in eum succedere, qualiscumque sit maioratus ille, secus si sit institutus in cõtractu inter viuos. Ratio prioris partis est, quia si sit institutus in vltima voluntate, filij, & nepotes succederent primo institutori per vltimã voluntatem. At huiusmodi successio per vltimã voluntatẽ est interdicta huiusmodi filijs, & nepotibus respectu quorumcumque: (vt probauimus cap. præcedenti numero 11.) quare deuoluetur, tunc hic maioratus ad vlterius vocatũ à primo institutore, qui eius successionis sit capax. Ratio autẽ posterioris partis ea est. Quod hi filij, & nepotes minimè excludũtur à receptione cuiuscumque rei per contractum inter viuos a quocumque: (vt probauimus in ca. præcedenti num. 11.) quare capaces sunt successionis cuiuscumque maioratus instituti per talem contractum. Hanc sententiam sustinent *Gregorius Lopez l. 2. verbo Mandas quæst. 2. titulo 2. parte 7.* vbi loquitur indistinctè de his filijs, & nepotibus. Et *Molina Societatis Iesu, tomo 3. de iustitia, in priori parte disputatione 658. nume. 24.* Et loquitur de filijs, qui post prædictum parentum crimẽ concepti fuerunt, nam antea conceptos asserit à nullo maioratu repelli: eo quod nullas ob id crimen pœnas incurrant. Hanc autem sententiam limitat *idem Gregorius Lopez* nisi prædictus maioratus fuerit institutus ex aliquibus coronæ regiæ bonis donatis rege, quãuis remunerationis gratia donatio facta sit, cũ titulo comitatus, marchionatus, & ducatus, tunc enim ait minime succedere huiusmodi filios, & nepotes, eo quod sunt infames & consequenter dignitatis, & iurisdictionis incapaces. Sed de hac limitatione, & an tunc omnino confiscetur huiusmodi maioratus, diximus in hoc eodem secundo libro, cap. 18. numero 47. & sequentibus. Et ideo de illa nihil est in præsentia tractandum. Quoniam (vt numero primo aduertimus) quæstio nostra procedit in ijs euentibus, in quibus bona non confiscantur in perpetuum, sed ad posteros deuentura sunt.

11 Ceterum prædictis minime obstantibus, verior sententia tuetur huiusmodi filios, & nepotes succedere in quemcumque maioratum, quamuis iurisdictionẽ munitam cum titulo marchionatus, ducatus, & comitatus habeat, siue ille in contractu, siue in quacumque vltima voluntate institutus fuerit, & siue huiusmodi filij concepti fuerint ante id crimẽ læsæ maiestatis humanæ parentum, siue post illud. Ducor autem ad hãc sententiam amplectandam, ex ijs quæ diximus num. 4. in tertia ratione nostræ sententiæ, vbi probauimus vniuersos huiusmodi filios, & nepotes minime esse cuiuscumque successionis incapaces, sed illius duntaxat, cuius spe, post parentum delictum prouenit, & ita solam succedendi potentiam in ea, quæ eo tempore nullatenus acquisita erant, lex abstulit, non autem quæ tunc acquisita erant spe inuariabili & immutabili. At spes immutabilis succedendi in eum maioratũ est acquisita his omnibus à tempore institutionis & non ex persona patris, eiusve vocatione, sed ex propria persona, ac propria vocatione. Vt satis eodẽ nu. 4. in prima ratione pro nostra sententia. Ergo sunt omnes hi capaces succedendi in eũ maioratum, nõ obstante incapacitate succedendi ex testamento. Præterea, quia etsi hi sint infames, at infamia repellit quidẽ à dignitatibus, & honoribus, quæ per se, & principaliter conceduntur, non autem ab ijs, quæ accessoriè veniunt bonis, quorum hi capaces sunt. Vt probauimus hoc eodem cap. nu. 7. in tertia ratione nostræ sententiæ. Et ideo pro hac sententia sunt aperte *Anton. Gomez, & alij Doctores, quos nu. 4. in tertia ratione retulimus*, quatenus dicunt hos non excludi à bonis, quorum spem immutabilem acquisierant ante delictum parentum: nam bona hæc maioratus sunt huiusmodi. Et Doctores, quos retulimus n. 4. ad finem, dicentes, nunquã maioratum antiquum deperdi propter qualecumq; parentum crimen. Et doctores eodem nu. relati, dicentes parentum crimina nõ nocere filiis, quoad bona ab aliis prouenientia, & in quæ non ex persona parentum, sed ex propria succedunt. Pro eadem sententia est *Molina lib. 1. de primogen. in cap. 13. à numero 13.* per multa probans latissie infames, minimè priuari successione in maioratum, quamcumq; dignitatem annexam ille habeat. Atque in propriis terminis eam tuetur *idemmet Molina in lib. 4. de primogen. cap. vltimo à numero 15. vsque ad numerum 54.* & quamuis *in hoc num. 54* aliquantulum titubet in casu, quo maioratus dignitatem, & iurisdictionem annexam habeat dicatque casu euenienti esse amplius deliberandum: at verè in hanc partem inclinat, vt & tunc succedant: concluditque *numero 55.* vtcumque hoc sit de filiis, qui post parentum crimen concepti fuere, at antea conceptos succedere in quemcumque maioratum. Eandem sententiam tenet *Menoch. consilio 105. à numero 3. vsque in finem volumine 9.* explicans quamuis maioratus habeat dignitatem comitatus marchionatus, aut ducatus: & *numero 34. & 35.* ait hoc maxime procedere, quando hi filii ante paternum crimen concepti fuerunt, & sic clare sentit idem de conceptis postea: cum inter vtrosque nullum discrimen constituat quoad pœnas, quæ ob parentum delictum sunt iure filiis statutæ. Vt ex ipso retulimus cap. 27. nume. 9. Eandem sententiam tenent *Villadiego iunior in foro iuzgo, in prologo l. 11. nume. 76. & 81.* Explicans, siue maioratus careat dignitate, iurisdictione, siue illa habeat annexa: & siue maioratus sit institutus in contractu, siue in vltima voluntate, & hoc ait maxime procedere, quando filii concepti fuerunt ante parentum delictũ, & ita videtur idem sentire de iis qui post illud concepti sunt: quatenus autem hoc limitat quando pater huius criminis reus, non est illius maioratus institutor, pertinet ad quæstionem tractandum duplici nume sequenti. Nam hucusque egimus, quando crimina non sunt primi institutoris maioratus, sed reliquorum illius possessorum.

SVMMARIVM.

An quando primus maioratus institutor damnatur tanquam hæreticus, aut læsæ maiestatis, succedant filij & nepotes in eũ maioratum sicut succedunt quando alius possessor in ea crimina lapsus est? Refertur quædam sententia, num. 12.

Explicatur sententia Authoris, num. 13.

QVæstio vltima. An quando primus maioratus institutor damnatur tanquam hæreticus, aut læsæ maiestatis reus, succedant filij, & nepotes in eum maioratum, sicut hactenus probauimus eos succedere, quando reliqui possessores in ea crimina labuntur? Neminẽ de hoc tractantem inueni, nisi *Villadieg. iuniorem in foro iuzgo, in prologo l. vndecima, numero 76.* qui de filijs reorum læsæ maiestatis humanæ loquens, ait eos, si post parentum delictum cõcepti fuerint, minimè succedere in maioratus, quibus iurisdictio, & dignitas, sunt annexa, siue maioratus ille in contractu, siue in vltima voluntate institutus sit. Atque nullum huius suæ sententiæ fundamentum affert.

Cæterum

13 Ceterũ hac distinctione quæstio hęc diluenda est. Si maioratus ille, siue simplex, siue iurisdictionẽ annexam habens, fuerit testamento institutus siue ante, siue post delictũ patris, nullatenus succedent in illũ filij, siue cõcepti ante, siue post illud crimen parentis institutoris. Ratio est aperta, quia huiusmodi maioratus applicatur in perpetũ fisco, reiecta tota posteritate. Vt probauimus hoc eodẽ libro, in c. 18. nu. 64. vbi idem diximus, si in quacũq; alia vltima voluntate institutus fuerit. Similiter non succedent, quando institutus est quocumq; contractu, quantumuis irreuocabili, post hæc parẽtum delicta. Quia similiter tunc confiscatur in perpetuũ, exclusa tota posteritate: vt eodem c. 18 nu. 60. Si autẽ maioratus hic sit institutus ante parentis institutoris delictum, & in contractu inter viuos, siue irreuocabili, siue reuocabili, & qñ reuocabili, non est reuocatus ante patris condemnationem, filij in illum succedent, siue concepti fuerint ante ea parẽtum crimina, siue post quãuis maioratus habeat, quamcunq; iurisdictionẽ & dignitatem, comitatus marchionatus, & ducatus, annexam: sicut hactenus diximus eos succedere in maioratus omnes huiusmodi ab alijs antiquitus institutos. Quoniam qua rõne non confiscatur huiusmodi maioratus ratione iuris quæsiti filijs ante id delictũ: vt probaui eodem c. 18 nu. 66. eadem ratione id delictum non nocebit filijs, ratione eius iuris ex cõtractu illo acquisiti filijs antequã pater delinqueret. Non n. priuantur bonis, ad quę ius acquisitũ habent ante delictum, sed solis acquisitis postea. Sicut nu. 11. diximus. Addidi autem qñ institutus est in contractu reuocabili maioratus, nec reuocatus est ante parentis condemnationẽ. Quia si ante illam reuocatus esset, iam cessaret maioratus nec in ea bona succederent filij, sed prorsus cũ reliquis delinquẽtis bonis publicarentur. Vt diximus eodem c. 18. nu. 66.

CAPVT XXXI.

Qualiter cum quibuscumque infidelibus interdictum sit fidelibus communicare.

SVMMARIVM.

Quando interdicatur hac communicatio in rebus infidelitatis, & politicis, nu. 1.
An quando fideles sunt firmi in fide interdicatur, nu. 2.
An assidua, atque familiaris conuersatio cum Iudæis, interdicatur fidelibus, nu. 3.
Referuntur casus, in quibus interdicitur communicatio cum Iudæis, nu. 4.
An liceat fidelib. habitare cum Iudæis, & Saracenis, nu. 5.
An liceat Christianis habere seruos eos qui Iudæi sunt, nu. 6.
An idolo sacrata aut Iudæorum azyma, aut cibos, quos ipsi discernunt, liceat Christianis edere, nu. 7.
An liceat Iudæum medicum accersere, nu. 8.
An fas sit medicinas accipere, aut emere à Iudæo, & vti ministerio eius barbitonsoris, nu. 9
An possit Catholicus Iudæo vendere, aut exhibere medicinas, num. 10.
An possit cum Iudæo in balneum ingredi, nu. 11.
An possit inuitare Iudæum, aut eius esse conuiua, cibos non discernentis, nu. 12.
An possit neutro inuitato, edere cum eo eadem mensa, nu. 13.
An possit coram Iudæis manducare, nu. 14.
An liceat à Iudæo cibaria emere, vel in eius diuersorio, aut taberna, vesci cibis emptis nu. 15.
An missi ad prædicandũ Iudæis, possint apud ipsos edere, n. 16.
An liceat ad Iudæorum nuptias, dies festos, Synagogas accedere, cum eis ludos, & choreas agitare, nu. 17.
An liceat gentilium templa ingredi, & inuisere, nu. 18.
An liceat Christiana nutrire filium Iudæi, extra eius domum, num. 19.
An liceat Christiano famulari Iudæis, quando extra eorum domum eis famulantur, nu. 20.
An Christianis sit integrum, an potius interdicatur, suas operas, aut res Iudæis quibuscumq; locare, & esse eorũ colonos, siue ascriptitios, siue originarios nu. 21.
An possit Christianus Iudæis, aut fidelibus in testamento relinquere num. 22.
An interdicantur contractus cum Iudæis, nu. 23.
An liceat in adiutorium belli iusti accersere infideles, nu. 24.
An cõmutatio cum Iudæis interdicta, sit licita cum alijs paganis, num. 25.
An sit lethalis communicatio cum Iudęis interdicta, nu. 26.
Quis possit dispensare, vt liceat, nu. 27.

1 COmmunicatio cũ infidelibus dupliciter esse potest. Prima, in rebus infidelitatis, ministrando eis, aut vendendo ea quib. ad ritus infideles abuti volunt. Et de hac communicatione satis egimus libro præcedenti toto c. 7. Secundo in rebus politicis, & ad humanũ commercium spectantib. Et huiusmodi communicatio non interdicitur fidelibus cum infidelibus in pęnã infidelũ. Quia cum infideles sint extra Ecclesiam, non possunt spirituali iudicio puniri, ablata fidelium communicatione: sicut hæretici per excommunicationem priuantur communicatione fidelium. At potest Ecclesia interdicere fidelib. hãc communicationem ratione periculi subuersionis ex ea imminentis. Atq; hęc docet *D. Tho. ab omnibus receptus 2. 2. q. 10. articulo 9.*

2 Hinc fit, non esse interdicendam hanc communicationẽ fidelibus, qui ita in fide firmi sunt, vt nullum peruersionis periculum immineat: sed potius infidelium cõuersio ex dicta communicatione probabiliter speretur. Quia cum dicta communicatio ratione periculi interdicatur, vbi id periculum cessat, cessat quoque prohibitio. Sic *D. Thom. eod. art. 9. ab vniuersis receptus.*

3 Quare Ecclesia iure optimo ob prędictũ periculũ interdixit fidelib. assiduã cõuersationẽ, & familiaritatem cũ Iudæis, *c. Ad hæc de Iudæis.* Nec excusantur fideles à mortali, si admoniti eã non vitent. Vt docent *Ang. verb. Iudæus, nu. 1. in fi. Syl. ibi q. 1. dict. 7. Armilla n. 5. Tabiena q. 1. nu. 2.* Quod fallit in casu, quem ex *D. Thoma* sententia explicabimus nu. præcedenti. Ita *Syluest. ibid. nu. 1.*

4 Specialiter aũt est interdicta in decem casibus communicatio cum Iudæis. Primus est, interdicitur cũ eis habitare. Secundus, eorum azymis vesci. Tertius, eos vt medicos accersere. Quartus, ab eis medicinas exhibitas recipere. Quintus, simul cum in balneum ingredi. Hi casus habentur in *6. Synodo c. 11. & referuntur cap. Nullus 28. q. 1.* Atq; ea pęna contrauenienti imponitur, vt si clericus sit, deponatur: si vero laicus, excommunicetur. Sextus, eos inuitare ad eorumve cõuiuia accedere. Habetur *in Concilio Agathensi c. 40. & refertur cap. Omnes 28. q. 1.* Vbi & sacrilegium vocatur oppositũ. Septimus eorum filios in domib. ipsorum Iudæorum nutrire, *ca. Ad hæc, de Iudæis,* vbi committitur prælatis vt per censurã recedere compellat. Octauus, eis famulari. Habetur *eo. c. Ad hæc.* Nonus, seruitutis vinculo eis subijci, *d. cap. Ad hæc.* Decimus, eos publicis officijs fungi inter Christianos, *c. Constituit 17 q. 4.* vbi permittentes excõmunicandi sunt. Qui casus sigillatim explicandi sunt quoad casus octo priores, qui habent aliqua notatu digna. Deinde aliq̃ difficultas circa oẽs simul enodabitur.

5 Circa primum casum, in quo interdicitur habitare simul cum Iudæis: idem dicẽdum est de simultanea habitatione cum Sarracenis. Id enim habetur expresse *c. Iudæi, el 2. de Iudæis:* & tradit *ibi glossa verbo Iudæi.*

6 Hinc deducitur, quamuis liceat Christianos seruum Iudęum habere, vt constat ex *c. Lisi Iudæi, de Iudæis:* nõ tamen debere cum eo morari, ita vt eũ habeat familiarẽ, *c. Sæpe, c. Nullus, c. Omnes 28. q. 1.* ita docent *Ang. verb. Iudæus. n. 3. vbi Syl. q. 3. dubio 1. Armilla n. 7. Tabiena q. 1. n. 4.* Et reddit rationem *Syluest.* quod Iudęi obstinatiores sint, & difficilius ad fidem redeant: ac sint ad subuertendũ peritiores. Quare hinc colligitur nõ interdici habere Sarracenos, & alios infideles tanquam seruos intra eandẽ domũ. Quod & praxis vbiq; recepta demonstrat.

7 Circa secundum casum, in quo azymis Iudęorum vesci interdicitur. Is casus intelligendus est, etiam si seorsum à Iudęis comedantur à fidelibus. Quia sunt cibi discreti à Iudæi. Ita *Syluest. verb. Iudaus q. 1. dicto 1.* Excipiendus tamen est casus extremæ necessitatis. Tunc n. vesci liceret, non vt panis azymus est à Iudæi discretus: sed vt quidam panis. Ita *Syluest ibi, Ang. verb. Iudaus n. 1. Armilla nu. 4.* Immo in hac necessitate fas est idolothytis vesci, id est, cibis idolo à gentibus consecratis. Quare dũ *D. Aug. de bono coniug. c. 16. & refertur c. sicut satius; 2. q. 4.* ait satius esse præ fame perire, quam idolothytis vesci, intelligendus est quando formaliter eduntur, id est, vt ibi idolo consecrati, in eius cultum. Atque ita tradunt *glo. ibi verb. Fame. Archid. n. 1. & 2 Bellamera ad finem. Turrec. in fi. Syl. verb. Iudaus q. 1. dict. 2. Rosella, verb. Iudaus 1. n. 1.* Similiter non licet Christianis vesci ijs cibis, quos Iudæi discernunt, illos respuentes, ac contemnentes. Quia militat ratio tradita *c. omnes 28 q. 1.* dũ eorũ conuiuijs interesse Christianis interdicitur: nimirum, ne cum ipsis cibos discernant, non omnibus vtentes, sed quosdam vitant, nos autem nõ vitamus videamur illis inferiores: id est, minus sancti. Vt explicat *Syluest. ver. Iudaus, q. 1. dict. 2.* Ita docet *Azor to. 1. l. 8. instit. moral. c 22. q in fine.* Hoc autem ego intelligo, quando esset cum nota, & offensione aliquorum.

8 Circa tertium casum, in quo vetitur accersere medicos Iudæos ad medendum morbis Christianorũ: obseruandum est id intelligi extra casum necessitatis, qualis esset, vbi non adesset alius medicus, vel non sufficienter peritus pro præsenti morbo. Ita *Rosella verbo Iudaus 1. nu. 1. Ang. verb. Iudaus, n. 8. Armill. nu. 9. Syluest. q. 1. dict. 4. Tabiena q. 5. n. 6.* vbi addit, quando alius medicus non est ita peritus. Sed *verb. Medicus n. 10. nu. 15.* limitatius loquitur, dicens fortè hoc procedere, quando medicus Iudæus est notabiliter doctior. Et in hoc casu id approbo. Eandem quoq; necessitatem iudicarem, si morbi grauitas multis medicis indigeret, & nõ esset copia Catholicorum. Quia tũc perinde est, ac Catholicos non esse sufficientes pro eo morbo.

9 Circa quartum casum, quo interdicitur medicinas à Iudæo exhibitas accipere, dubitatur, an Christianis integrũ sit medicinas emere à Iudæo. Quibusdã placet id non ex toto, sed ex parte licere, nimirũ, quando medicinalia nõdum præparata emuntur, præparãda p Christianos. Quia recipiendo præparatas, cõtrahitur quædã familiaritas cum eis. Ita videtur sentire *glo. c. nullus verbo Nullus 28. q. 1. & Rosella verb. Iudaus 1. n. 1.* Et expresse tenent *Ang. verb. Iudaus, nu. 7. Armilla, nu. 9. Tabiena q. 5. n. 6.* limitat *Armilla*, nisi excuset necessitas, deficiẽti Catholico, qui bene pręparet. *Azor* autem *1. lib. 8. instit. moral. c. 12. q. 5.* aliter intelligit hanc prohibitionem nimirũ, vt nullo modo interdicatur emptio medicinæ, sed acceptio illius vltro oblatę, vel datæ. Quia ius ad familiaritatẽ vitandã interdixit accipere medicinas vltro oblatas à Iudæis. At neuter intellectus placet. Quia non potest reddi ratio, cur potius medicinas, quam alia emptione, aut donatione recipere à Iudęis ius interdixerit. Et ideo legitimus sẽsus est illius prohibitionis, vt ius nõ interdixerit medicinam à Iudæo pręparatã, quomodocumque accipere, sed ita Iudęus ipse eam ergo exhibeat. Quia hoc est quasi mederi ĩfirmo, & ius *d. c. nullus* interdicit familiaritatem, quæ est inter medicantẽ, & ægrotum, non aũt quæ est inter ementem, & vendentẽ. Ita docent *Archid. eo. c. nullus, nu 2. Bellamera n. 1. Turrecr. citato Hugone n. 4. & 5. Sylu. verb. Iudaus q. 1. dict. 4.* Et quamuis Doctores hi non loquantur de donatione, sed de emptione. At dũ explicant textum de medicina exhibita & applicata infirmo ab ipso Iudæo, vt vitetur familiaritas contracta inter ægrũ, & medicantem: clare sentiunt non interdici quacumque aliam acceptionem medicinæ, quãdo Iudæus eam non applicat. Qua ratione crederem nõ licere extra casum necessitatis dictæ num. pręcedenti, vti ministerio barbitonsoris Iudęi scindentis venam Christiano, aut cucurbitulas applicãticis, aut aliud medicamenti genus erga ægrum exercẽtis. Quia hæc sunt medicinę applicatio: atq; contrahitur familiaritas quæ est inter ægrum, & medicantem. At in alijs ministerijs non spectantibus ad medicinam ægro applicandam, non video vbi interdicatur catholico, vt ministerio barbitonsoris Iudæi. Vt ad scindendos capillos hominis sani, &c.

10 Similiter potest medicus Christianus Iudæo vendere medicinas sed nõ exhibere, nisi causa pietatis: Sic *Archid. eod. c. nullus n. 2. Bellamera n. 2. Turrecr. n. 6.* Quam pietatis causam intelligo, quando concurrit necessitas explicata nu. 8. Quia eadem est ratio, atq; eadem familiaritas contrahitur, siue Christiano medeatur Iudæus, siue Iudęo Christianus.

11 Circa quintum casum, in quo interdicitur catholico in balneum cum Iudęis ingredi, obseruandũ est, id nõ esse illicitum, quando necessitas cogit. Sicut in simili diximus n. 8. Vt si quis causa sanitatis ingrediatur in balneum, in quo Iudæi quoq; simul ingrediuntur. Quod ipse cũ subditus sit, & à principe permittatur, prohibere nequit. Ita *Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. l. 3. c. 12. ad fin.* Immo in fine optime dicit nec id esse illicitũ, etsi causa solius recreationis fieret, dũmodo catholicus non accedat cum iudæo nec propter iudæum, nec ei in balneo se familiarem exibeat. Quia textus *c. nullus 28. q. 1.* tantum interdicit catholicum simul cum iudæo in balneo lauari, quo vitetur inter eos familiaritas. At non dicuntur simul lauari, ita vt familiaritas aliqua cõtrahatur, quando prædicto modo se in eodẽ balneo lauant. Vt non dicuntur simul furari, qui non tãquam socij, nec ex conuentione inter ipsos inita, sed casu ingrediuntur separatim simul vineam ad furandum.

12 Circa sextum casum, in quo interdicitur inuitare iudæos, aut eorũ cõuiuia admittere, aliqui eam prohibitionem intelligunt, quando iudæi cibos discernunt, aliquos respuentes, secus quando absque vllo ciborum delectu mãducant. Ducuntur, quod *c. omnes 28. q. 1.* vbi ea prohibitio cõtinetur, ea traditur ratio, ne inferiores videantur catholici non discernentes cibos iudæi discernentibus. Quia prorsus cessat, quãdo iudæi non discernunt. Ita *Rosella verb. Iudaus 1. n. 1. Angel. verb. iudaus, nu. 1. Tabiena q 1. nu. 2. Armilla nu. 4. Azor to. 1. l. 8. instit. moral. c. 22. q. 3.* At multo magis placet etiam tunc non licere. Quod nõ sola discretio ciborum sit huius prohibitionis ratio, sed vitatio familiaritatis cum iudæis, ex qua peruersionis periculũ creatur. Quod cõstat ex *gl. d. c. omnes, verb. iudęorum, Hostien. c. quam sit, n. 3. de iuda. et ibi Ioan. Andr. nu. 5. Abb. nu. 3. Turrecr. c. nullus, n. 4. 28. q. 1.* vbi quærentes cur interdicantur conuiuium, & nõ colloquium cum iudæis, eam rationem reddũt. Quippe maior familiaritas contrahitur in cõuiuio, quam in colloquio. At hæc ratio manet, etsi iudæi cibos non discernat. Et ita hanc partem alijs citatis tuetur *Syluest. verb. iudaus q. 1. dict. 2.*

13 Non tamen huic pręcepto contrauenitetur, si casu iudęus & catholicus in eodem diuersorio reperti mãducarent in eadem mensa. Quia textus *d. c. omnes*, tantum iubet, vt iudæorum conuiuia fideles vitent, nec iudæos ad conuiuia excipiant. At iudęus nullum in hoc euentu conuiuium catholico facit, nec catholicus iudęo. Et ita tenent *Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. lib. 3. c. 12. in fine.*

14 Quare displicet quod *allegato Hugone* ait *Turrecr. ca. nullus, n. 2. 28. q. 1.* vbi ait esse interdictum comedere cũ iudæis vel coram ipsis. Nam (vt constat ex dictis n præced.) prohibitio non continet, vt fidelis coram iudæis non manducet.

15 Immo si in diuersorio iudæi Catholicus hospes sit, vel ad tabernam eius accedat, non peccat cibos emens & manducans ibi. Quia hoc non est inuitari à iudæo:

nec

nec enim caupo nummis cibos vendens hospitibus, eisque porrigens, vt ibi manducent, dicitur facere conuiuium. Quod interdicitur *dicto c. Omnes*. (Vt nu. 13. vidimus.) Nec ex hoc familiaritas cũ Iudæo contrahitur.

16 Excipiuntur aũt ab hac prohibitione missi ad cõuersionem Iudæorũ procurãdam, qui cum illis manducare possunt, vt familiaritate cũ eis contracta possint facilius eos ad verã fidẽ attrahere. Ita.n. his cõceditur *c. quã sit, de Iudæis*. Vbi id notant oẽs. Atque ita intelligitur *c. ad mensam* 11. *q.* 3. Quod est desumptum ex *D. Chrysost. homil.* 25. *ad c.* 11. *ad Hebr.* vbi dicitur permitti ad mensam paganorũ accedere. Et ita intelligit *ibi Archid. n.* 2.

17 Porro non tantum fidelibus interdicitur ad Iudæorũ conuiuia accedere: sed etiam ad eorum nuptias, dies festos, Synagogas, & cum eis ludos, & choreas agitare. Quia inde non modica familiaritas conciliatur. Ad Synagogas (inquam) accedere eas frequentãdo. Ita *Azor tom.* 1. *l.* 8. *instit. moral. cap.* 22 *q.* 5. *in fine*. Et ita *Rosella verbo Iudæus* 1. *nu.* 1. ait valde reprehendendos esse inuitãtes ad nuptias, & solemnitates fidelium Iudæos, vel ipsos fideles euntes ad similia Iudæorum.

18 Nefas quoque est fideli gentilium templa ingredi, & inuisere ijs temporibus, quibus superstitiosa ibi à paganis celebrantur. Quia sufficiens anſa offensionis, & scãdali alijs Catholicis datur. Secus alijs temporibus, vt structura, & ornatus templi spectetur. Et multo magis si occasio se offerat, fas est inuisere, vt irrideantur eorum vana, & superstitiosa, & commodius confutentur. Ita *Azor tom.* 1. *l.* 1. *instit. moral. c.* 11. *q.* 3. *in fin.* Atque ita tota huius rei malitia, quocumq; tempore templa hæc inuisantur, pendet ex scandalo, & periculo peruersionis personæ inuisentis, quibus omnino cessantibus non erit mortale ea inuisere, etiam dum superstitiosa ibi celebrantur: sed si finis vnus sit, vt vana curiositas, erit veniale: si autem finis bonus: vacabit omni culpa.

19 Circa septimum casum, in quo interdicitur Iudæorũ filios nutrire quidam sentiunt id interdici in solis Iudæorũ domib. quare affirmant licere feminæ Christianæ nutricis filij Iudæi id munus obire extra Iudæi domũ. Quia *c. ad hæc de Iud.* solum interdĩ intra domum Iudæi nutritio, vt vitetur familiaritas cũ eo. Ita sentiunt *Cardinal. ibi, n. vnico, Abb. n.* 2. Et ita videtur tenere *ibi glo. verbo in eorundem*: etsi lubricè loquatur; nec constet vtram partẽ amplectatur: at hanc videtur fere clarè tenere. At verius credo, nec intra, nec extra domum id licere. Quia id iura vetãt ob familiaritatem cum Iudæis cauendam. At non cauetur nutrito filio extra Iudæi domũ. Quia parentes amore prolis capti frequenter eam inuisent. Vnde dũ textus *c. ad hæc* dixit, in eorundẽ domibus, non posuit eam particulã ad restringẽdam prohibitionem: sed gratia frequẽtioris vsus: quia frequentius intra domum cõtingat nutritio. Et ita intelligitur, maxime in eorundem domib. Et hanc partem sustinẽt *Host. eo c. ad hæc, nu.* 1. *Io. And. in fi. Aut. in fin. Anan. n.* 6. *Ang. verb. Iudæus, nu.* 4. *& ibi Syluest. q.* 2. *dict.* 3. *Armilla nu.* 8. *Tab. ena q.* 4. *nu.* 5. *Azor to.* 1. *l.* 8. *insti. moral. c.* 22. *q.* 9. Si autem taliter id munus extra domum obiri posset, vt vitaretur omnino familiaritas cum Iudæo, liceret vtique. Quia prohibitionis ratio cessat. Et ita sentiũt *Ang. Syl. Tab. e. 4. Armilla, ibid.* Et placet: quamuis contrarium colligatur ex doctrina *Azor proxime allegati*.

20 Circa octauum casum, quo interdicitur famulari Iudæis quidam illa intelligunt intra domum Iudæi. Quia *c. Iudæi, el 2. de Iuda.* eum famulatum intra domum interdixit. Ita *Hostien. c. ad hæc, nu.* 1. *de Iuda. & ibi Io. And. nu.* 1. Alij negant extra domum licere, si famulatus sit assiduus, & diuturnus. Ducũtur, quia textus *d. c. ad hæc*, interdicit Christiano omnẽ familiaritatẽ cum Iudæo. Quæ ex diuturno, ac frequenti famulatu contrahitur. Ita *glo. d. c. ad hæc, verbo assidue, & ibi Abb. n.* 1. *Ananias nu.* 3. *Rosella verbo Iudæus* 1. *nu.* 5. *Angelus verbo Iudæus, nu.* 2. *& ibi Syl. q.* 1. *dict.* 1. *Armilla nu.* 6. *Tabiena q.* 2. *nu.* 3. Vnde ait *Tabiena* licere extra domum, quando non est nimia familiaritas. Sed magìs placet id nõ licere, siue intra, siue extra domũ, siue frequẽter, siue raro. Quia id non ob solam familiaritatem vitãdam interdicitur, sed etiam ne Iudæi superiores Christianis sint: & filij liberæ seruiant filijs ancillæ. Quæ ratio in hoc quoque casu militat. Ita tenẽt aliqui, quos tacito nomine refert, & sequitur *Azor to.* 1. *l.* 8. *institutionum moralium c.* 22. *q.* 7.

21 Nõ tñ interdicitur Christiano locare operas suas Iudæo, siue in domo, siue extra, dũmodo Iudæi nõ sint præsentes. Vt põt mercede cõductus colere agros Iudæi, vel in domo fabricare aliquod ædificiũ, Iudæo tñ absenti. Quia si Iudæus p̃sens sit, q̃dã familiaritas cõtrahitur: & videtur Christianus ipsi inseruire. Sic tenẽt colligẽtes *c. Multorũ de Iuda. Syl. verbo Iudæus q.* 2. *dict.* 2. *Ang. nu.* 2. *Azor to.* 2. *l.* 8. *insti. moral. c.* 22. *q.* 8. Et videtur tenere *Tabiena verbo Iudæus, q.* 2 *nu.* 3. vbi ait posse fideles operas locare Iudæo in eius possessione, in qua ipse nõ est præsens. Et placet mihi, quãuis aliter videãtur loqui *Abb. c. Ad hæc, n.* 1. *de Iuda. & ibi Ananias, n.* 5. *Rosella verbo Iudæus* 1. *n.* 5. dicũt. n. nõ licere famulari Iudæo, qñ Christianus vult personæ Iudæi ministrare: secus si fabricare aliqđ ædificiũ Iudæi, intra domũ, vel extra. Sed intelligẽdi sunt iuxta dicta qñ Iudæi nõ sunt præsentes. Hãc aũt præsentiã intelligo, quãdo Iudæus ferè semper assistit secus si aliquãdo ad perspiciẽda ædificium, vel agri culturã, illuc adeat. Quia id non reputatur moraliter esse præsentẽ. Hinc inferũt Doctores *ex eodem c. Multorũ*, esse Iudæo permissũ habere Christianũ colonũ adscriptitium, vel originariũ, nõ tamen seruũ. Ita *Syl. Angel. nu.* 6. *Azor proxime allegati*. Non est etiã Christiano interdictũ res suas locare Iudæo, vt currus, boues, iumenta. Quia nullo iure prohibetur. Ita *Azor ea quæst.* 8. *in fi.*

22 Insuper nequit Christianus Iudæis, vel infidelibus aliquid legare in testamẽto, *c. Sanè, el* 2. 24. *q.* 2. *c. Si quis Episcopus, de hæret.* Et licet *Hostiens.* (vt refert *Syl. verbo Iudæus. q.* 1. *dict.* 6.) limitet vt non liceat legare vniuersitati Iudæorũ, secus aũt de singulis. At bene *Syl. ibi cũ alijs* hoc intelligit, vt vniuersitati nũquam liceat. At singulis aliquando liceat nimirũ, si extremã, vel multũ arctã necessitatẽ patiãtur, & nõ alias, etiãsi fratres testatoris sint.

23 Ex dictis infertur, integrũ esse Christianis, in mercibus emẽdis, & vendẽdis, cũ Iudæis cõtractus inire. Quia nullo iure id interdicitur. Imò à contrario sensu id permissum esse colligitur ex *cap. Post miserabilem, de vsuris*, vbi statutũ est Iudæos posse cõpelli ad vsuras à Christianis extortas restituẽdas, & si nõ reddãt, posse à Christianorũ cõsortiu arceri. Ergo quoties ea pęna nõ plectit iudex, minime sunt interdicti hi cõtractus. Ita *Abb. eo. ca. Post miserabilẽ, n.* 3. *Ang. verbo Iudæus, n.* 1. *in fi. Syl. ibi q.* 1. *dict.* 7. *Armilla nu* 5. *Tabiena q.* 1 *nu.* 2. *Rosella verbo Iudæus* 1. *nu.* 5. *Azor to.* 1. *lib.* 8. *instit. moral. c.* 22. *q.* 4. Addũt *Angel. Sylu. Tabiena, Armilla* vitandã nimiam familiaritatem, atque admonitum non vitantem fore culpæ mortalis reũ. Quod est conforme ijs quæ diximus n. 3.

24 Fas quoque est fidelibus bellum iustum gerentibus, si solam rei naturam spectemus, aduocare in adiutoriũ quoscunque infideles. Sicut licet vti ministerio elephãtum, & aliorum. Quia id nullibi prohibetur. Atque extãt de hoc exempla sanctorum virorum in sacris literis, qui id fecere: quæ authores allegandi referunt. At sæpè id nefas erit, tum ratione scandali: tum etiam ratione magnæ stragis in religione, moribus, & re familiari Christianorum, quam inferunt. Nituntur enim summa ope Christianos peruertere: infantes captiuos clam ducunt, vt in infidelitate nutriant: multos suis prauis moribus imbuũt: eorũ res familiares deuastãt. Atq; ita alijs citatis, docẽt *Molina to.* 1. *de iust. disp.* 112. *ad fi. Valentia* 2. 2. *disp* 3. *q.* 16. *puncto* 2. *col.* 4. *vers. atque eadẽ rõne. Bañes* 2. 2. *q.* 40. *ar.* 1. *dub.* 3. *Azor tom.* 1. *l.* 8. *instit. moral. c.* 25. *q* 13.

25 Demum circa omnes casus, nu. 4. relatos, in quib. interdicitur cõmunicatio cum Iudæis, restat triplex difficultas discutiẽda. Prima est. An ea communicatio cum solis omnibus Iudæis interdicta sit, nõ autem cum alijs

in

infidelibus? *Tabiena verb. Iudaus, q.1.nu.2.* sentit idem interdici de omnibus infidelib. Quia quamuis iura de solis Iudæis loquātur, videtur idem peruersionis periculū ex aliorum communicatione creari. Sed id non credo. Quia Iudæi sunt multo odiosiores Ecclesiæ, quam alij infideles. Et (vt ait *Syluest. verb. Iudaus q.3. dicto 1.*) multo difficilius ad fidē conuertūtur: & sunt peritiores ad subuertendū. Cōmunicatio ergo specialiter interdicta cū Iudæis nō extendetur ad alios infideles. Secūdo, quia textus, *c. Iudæi. el 2. de Iude.* interdicēs cohabitationē catholici cū Iudæo, & volēs id extēdere ad Sarracenos, id expressit. Tertio, quia *Ant. c. cū sit nu.6. de Iudæis.* ait statutū in Iudæis nō extendi ad alios paganos. Tandē, quia tāquā casum specialē extendūt quidā DD. prohibitionē mutuādi Iudeos, aut eorū cōuiuia admittādi, ad alios infideles. Qd hodie in alijs militet ratio illius prohibitionis, oēs enim infideles discernūt cibos. Hi sūt *gl. c. ad mēsam, verbo permittimus 11.q.3. & c. oēs verbo Iudaorū 28.q.1. & c. quā sit, verbo vti. de Iuda. & ibi Host. n. 2. Io. And. nu.1. Rosella verbo Iudaus 1. nu.1. Syluest. verbo Iudaus q.1. dicto 1.* Vnde de solis gentilibus discernentibus cibos intelligitur eadem prohibitio. Vt bene tradit *Turrecr. d. c. ad mēsam, nu.6. & c. nullus, nu.3. 28. quastione prima.* Et similiter non posse fidelē in balneū cum Iudæo ingredi, extendunt tanquam quid speciale DD. ad alios infideles. Hi sunt *glo. c. omnes, verbo Balneas 24.q.1.* per illum textū, in quo refertur quendam sanctū à balneo exijsse, eo quod in eo esset hæreticus. *Syluest. verbo balneū q.3. & ibi Armilla nu.3.* Quibus in hoc nō assentior. Cum nullibi id interdicatur cum alijs infidelibus. Nec illud sancti factum id probat. Quia diuersa est ratio de hæreticis, qui ob excōmunicationē vitandi sunt.

26 Secunda difficultas est. An sit mortalis communicatio cum Iudæis in decem illis casibus nu.4. relatis? Aliqui affirmant. Quia graues pœnæ contrauenienti imponuntur, & in aliquibus illorum excommunicandus est. (Vt eodem nu.4. diximus.) Ita *Rosella verbo Iudaus. 1. n. 1. Angelus verbo Iudaus, num.8. & ibi Syluest. q.1. dicto 5. Tabiena q.7. nu.7.* & videtur tenere *Azor tom.1. lib.8. institutionum moralium c.22. quaest. 2.* quamuis enim non explicet esse mortale: ait tamen esse graue peccatum, nisi leuitas materiæ excuset. Alij vero censent hæc omnia interdici ratione periculi subuersionis ob nimiam cum illis familiaritatem, & ne dignitas Christiani nominis in aliquo minuatur: atque adeo cessante vtraque causa excusari contrauenientem à mortali. Ita *Aragon 2.2.q. 10. art.9. statim in principio.* Atq; *Emmanuel Sà in summa. verbo Iudaus, nu.1.* ait cessante periculo non esse mortale cum Iudæo conuersari, & iam intra eandem domum habitando, aut eius medici opera vtendo. At dicendum est non excusari à mortali ea quæ quasi continuam conuersationem, aut nimiam familiaritatem inducunt: ac fidei dignitati derogant. Vt cohabitare cū Iudæis, famulari illis domestice in quibusuis ministerijs eos in officijs publicis tolerare. At reliqua excusari à mortali quando deest cōtemptus, & subuersionis periculum, ac scandalum: saltem si adsit aliqua causa iusta, vel (vt ait *Caietan.*) ex incuria sit transgressio. Ita *Caietan. summa, verbo Iudaorum conuersatio. Armilla verbo Iudaus nu. 3.* vbi hinc excipit esum azymorum Iudæi, qui semper est mortalis extra necessitatis casum. Iuxta dicta num.7.

27. Vltima difficultas est. Quis valeat dispensare cum fidelibus, vt in prædictis casibus communicent cum Iudæis Loquētes in casu speciali nempe, vt fœmina Christiana nutriat filium Iudæi in eius domo dicunt multi solum Pontificem dispensare posse. Et reddunt rationem, quia ea prohibitio à iure Pontificio descendit, nec committitur alicubi Episcopo dispensatio in eo canone. Hi sunt *Abbas capitul. ad hæc, in fine. de Iuda. & ibi Cardin. in fine, Ananias numero sexto, Rosella verbo Iudaus primo, numero sexto, Angelus verbo Iudaus, numero quinto, & ibi Syluest. quastione secunda dict. 4. Armilla numero 8. Tabiena quast. 5. numero 5.* Quod est verissimū. Nec placet quod addit *Ananias eo numero 6.* nempe posse Episcopum dispensare, vt extra domum. Quia id non est proprie dispensare in iure Pontificio. Cum sint opiniones (vt numero decimonono, diximus,) an id prohibeatur. At non placet. Quia si adhæreamus opinioni dicendi iure Pontificio interdici dicendum est consequenter ob rationem dictam non posse Episcopum dispēsare. Si vero amplectamur contrarium, nulla dispensatione opus est. Similiter dicendum est solum Pontificem posse dispēsare in communicatione in alijs casibus. Cum ij quoque iure Pontificio statuti sint: nec dispensatio reperiatur Episcopo permissa. Et ita docet *Tabiena verbo Infidelitas, quast.7. numero septimo.*

CAPVT XXXII.

De peccato blasphemiæ in Deum, & sanctos.

SVMMARIVM.

Explicatur definitio blasphemia, nu.1.
An necessario petat voluntatem derogandi diuina voluntati, numero 2.
Explicatur in quo actu consistat blasphemia: & qualiter differat ab haresi, & infidelitate, num.3.
An blasphemia non solo ore, sed mente committi possit, num.4.
An factis committi possit, nu.5.
An in blasphemia semper sit falsitas, & committatur, siue indicatiue, siue optatiue, siue imperatiue prolata sit, num.6. & ibi, an hac verba sint blasphema, odio habeo Deum despero.
An blasphemia opponatur confessioni fidei, vel cui virtuti, n.7.
Quo decalogi pracepto blasphemia interdicatur, nu.8.
Iurare per falsos Deos quando sit blasphemia, nu.9.
Iurare per creaturas, quando sit blasphemia, nu.10.
Non credo in Deum, descreo, nego, vel renego Deum, fidem, chrisma, crucem, beatam Virginem, an sint blasphemia, numero 11.
Quid de hoc verbo, mal grado aya Dios, nu.12.
Quid de quibuscunque maledictis in Deum, vel in sancto, numero 13.
Quid de maledictis in creaturas, vt sunt Dei creatura, nu.14.
Quid de his verbis, à despecho de Dios, nu.15.
Quid de his, non à poder de Dios, nu.16.
Quid de his pesete Dios, displiceat Deo, num.17. & ibi quid de pleguete Dios.
Quid de his, velit, nolit Deus, num.18.
Quid de his, deuodo à Dios, nu.19.
Quid de his, Deus est iniustus crudelis, male prouidus, non curat nostra. Et de similibus verbis, num.20.
An sit blasphemum nominare quodcunque Dei attributum, irridendo, vel conuitiando, nu.21.
Vituperia in legem Dei, cultum diuinum, sacramenta, & quacunque in Deum referuntur, an sint blasphemia, nu.22.
Quid si non nominetur Deus, vt pese te tal, nu.23.
Quid si sub conditione, vt negarem Deum, nisi ita esset, nu.24.
Iurare per vitam Dei, an sit blasphemia, nu.25.
Quid si iuretur per vitam sanctorum, nu.26.
An contumeliosa verba sint blasphema, contra sanctos dicta, nu.27.
An iurare per membra Christi, aut sanctorum pudenda, caue exprimere, etiam optatiue an sit plaspemum, nu.28.
Quid, si iuretur per membra honesta, nu.29.
Quid de his verbis cuerpo de Dios con vos, è nu.30. & ibi, quid de his, ò fides Dei cum tali homine.
Quid, quando veritas humana diuina comparatur, vt sicut Deus est verus Hoc est Euangelium, nu.31.
Quid, si iuretur per intemeratam Deipara virginitatem, n.32.
An quodcunque periurium contineat blaspemiam, nu.33.
Tribuere creaturis, quod est proprium Dei, an sit blasphemia, numero 34.
Quid de his verbis, quando aliquid euenit, sic erat futurum, numero 35.

Quid

Quæ sint blasphemiæ hæreticales, & quæ non tales, nu. 36.
Quis iudex de blasphemys cognoscat, nu. 37.
An omnes blasphemiæ sint eiusdem speciei, nu. 38.
An sint distinctè explicandæ in confessione, nu. 39.
An blasphemia ex materiæ paruitate possit esse venialis, n. 40.
Quid, si ioco dicatur, num. 41.
Quid, si in sanctos vt homines sunt, nu. 42.
Quid, si ex in deliberatione, at adest consuetudo blaspemandi, num. 43.
An blasphemus possit absolui absque graui pœnitentia, nu. 44. & ibi an sit reseruata blasphemia.
An habens blasphemandi consuetudinē, sit absoluendus, n. 45.
An blasphemus sit corrigendus, et si emenda desperetur, nu. 46.
An sit denunciandus non præmissa correctione nu. 47.

1 CVm peccatum blasphemiæ confessioni fidei opponatur, & quodammodo ad infidelitatem pertineat: (vt num. 7. dicemus) iure optimo post tractatum de fide, confessione fidei, ac hæresi fidei opposita, disputandum est de blasphemiā, quæ confessioni fidei contraria est. Prima conclusio sit. Blasphemia est peccatum, quo aliquid de diuinę bonitatis excellentia detrahitur: dicendo falsè aliquid Deo inesse, quod non inest: vel negando inesse quod inest. Idque volūtate quadam derogandi hac ratione diuinæ maiestati, seu bonitati. Sic ex *D. Thoma 2.2. quæstio. 13. artic. 1.* colligit optimè *Valentia 2.2. disput. 1. quæstio. 13. puncto 1. in initio.* Et quāuis aliqui addant, vel quando aliquid dicitur contra sanctos: non opus est addere. Quia rationem blasphemiæ habet, eo quod in Deum redundat. (Vt nu. 27. dicemus) Nec similiter est opus addere, vel quando aliquid proprium Dei tribuitur creaturis. Quia (vt num. 34. dicemus) tunc negatur aliquid Deo, quod ipsi competit: ac in eo ratio blasphemiæ cōsistit. Quare sub prædicta definitione comprehenditur. Vel breuius potest definiri ac in idem omnino recidit vt definit *Bañes 2.2. q. 13. art. 1. notabili 2.* est loquutio falsa contra Deū per modū conuitii. Dicitur in vtraq; definitione, loquutio falsa, quia in eo propriè consistit blasphemia, & distinguitur ab infidelitate. (Vt nu. 3. explicabimus.) Qualiter aūt semper falsitas in blasphemia inueniatur, dicemus in nu. 6. Dicitur autē per modum cōuitii: seu voluntate derogandi diuinæ bonitati. Vt distinguatur ab infidelitate, de cuius ratione non est velle derogare honori diuino. Quia potius hæreticus credit se honorem Deo exhibere. Et amplius explicabitur numero seq.

2 Sed circa hanc definitionem insurgit difficultas, qualiter peruersa derogandi diuinæ maiestati, seu bonitati volūtas, sit ad veram blasphemiæ rationem necessaria. Ex vna enim parte id necessarium esse videtur. Siquidē in blasphemiæ definitione ponitur. Atq; ideo *Aragon 2.2. q. 13. art. 1. corollario 1.* ait infideles dicentes falsa de Deo non esse propriè blasphemos. Quod ea non dicāt ex prauo erga Deum affectu: sed quia iudicant esse vera. Præterea, quia *D. Tho. 2.2. quæst. 13. art. 3. ad primum*, ait blasphemum intēdere nocumentū inferre honori diuino. Atque *art. 4. in corpore* ait, ad rationem blasphemiæ pertinere detestationem diuinæ bonitatis. Et *Bañes eo. art. 3. in solutione ad 3.* explicans *D. Tho.* mentē, ait non eum accipere detestationem pro formali diuinę bonitatis odio, quod directè opponitur charitati. sed satis esse ait talem detestationem esse alicuius excellētiæ diuinæ, vt diuini honoris iustitię, & cæt. quamuis perfectior blasphemia sit, quando est odiū Dei. Ad persuadēdum autē eam voluntatē non esse necessariā, vrget primo. Quia si ea desideraretur, raro pronūciatis blasphemiæ verbis darentur blasphemiæ. Cū communiter animus proferentis nō sit velle diuinæ bonitati derogare, sed ea verba ex passione bilis, ac ira procedant. Secūdo quia *Caiet. 2.2. q. 13. art. 1. ver. quoad tertium*, id colligens ex *D. Tho. ibi, & Castro l. 1. de iusta hæret. punit. c. 12.* aiūt, etsi omnis blasphemia inquantū est voluntaria, sit à mala volūtate: non tn̄ omnem esse cum voluntate affecta ad derogandū diuinæ bonitati. Sicut omne credere est voluntarium, non tamen omnē est à voluntate affecta charitate Dei. Vnde aiunt habere se hāc voluntatis malitiam ad blasphemiā intellectus, sicut charitas se habet ad fidē. Atque ita sicut fides pōt esse sine charitate: ita & blasphemiā sine hac affectus malitia. Et idē repetit *Caietanus eadem q. 13. art. 3. paulo post principium.* Sed optime *Valentia* hanc difficultatē enodat *2.2. disp. 1. q. 13. puncto 1. notabili 2.* vbi sentit, de ratione blasphemiæ esse imminutionē, & derogationem diuinæ gloriæ. Sed ait id posse contingere dupliciter. Priori mō, volendo id directa intentione. Quo pacto damnati blasphemāt. Posteriori modo indirectè quādo, nimirum iis circumstantijs, & eo modo quis blasphemiam vsurpat, vt quamuis ipse directe nolit detrahere diuinæ maiestati, merito tamen, ac vere iudicetur ea vsurpatio haberè diuinæ glorię contemptum, & diminutionem. Atque optime subdit ad hoc dijudicandū, nullam posse vniuersaliorē regulā assignari, quā eam quæ colligitur ex modo, & circūstantijs dicendi. Si enim serio blasphemia dicatur, & ex quadā indignatione, quæ prudēter iudicetur quodāmodo pertinere ad Deū, erit vera blasphemia. Si autem ioco, vel alio fine, vt ad docendū, constat non esse blasphemiā. Quamuis possit aliunde id esse peccatum leuitatis, vanitatis, aut scandali. Quod intellige, nisi ex iocoso dicendi modo talia verba redundaret diminutio diuinę bonitatis. Iuxta dicenda nu. 41. Quia tunc ea dicens censetur indirectè velle diuini honoris diminutionem. Quare dum *Caieta. & Castro* aiunt detestationem voluntatis habere se ad blasphemiam, instar charitatis ad fidē, loquūtur de detestatione, quæ est formale Dei odium, ac directè charitati opponitur, vt vndequaque æquiparatio conueniat. Quare optime aiunt *Bañes 2.2. q. 13. art. 1. notabili 4. & Petrus de Ledesma 2. tom. summę, tract. 1. c. 9. conclusione 4.* blasphemiā retinentem veram blasphemiæ speciem esse duplicem. Quædam est informis, & non vndequaque perfecta, scilicet, quę non procedit ex odio Dei, sed ex iracundia, vel alia passione. At vera, & perfecta est intra propriam blasphemiæ speciē: ac sola perfectione extrinseca destituitur. Altera autem perfecta, & formata, nempe, quæ ex Dei odio procedit. Prior dicitur à *D. Thom. eo. art. 1* blasphemia secundum intellectum: nō quia voluntas non adsit: sed quia deest hæc detestatio Dei. Posterior autem appellatur blasphemia secundum affectum. Sicut fides absque charitate est vera, & perfecta fides intra propriam speciem: at quia destituitur perfectione, & forma charitatis, dicitur imperfecta, & informis.

3 Quamobrē blasphemia proprie, & essentialiter consistit in dicēdo aliquid contra Deum, quod eius honori deroget. Sicut enim in fide reperiūtur duo. (Prius est, interior rerum fidei assensus, & hic pertinet ad ipsam fidē. Posterius est, ipsos fidei articulos dicere corde, vel ore: & hoc ad fidei confessionem spectat) sic in infidelitate reperitur dissensus rerū fidei & hic pertinet ad infidelitatem, & est vera hæresis. Reperitur etiam dicere aliquid intus, vel extra contra fidem. Et in hoc consistit essentialiter blasphemia. Atque ita blasphemia non consistit in sentiendo aliquid contra Deum sed in dicendo. Atque ita docent *Caietan. 2.2. quæst. 13. ar. 1. versic. Ad euidentiam horum. Castro libro 1. de iusta hæret. punit. cap. 12.* Vnde (vt optime explicat *Valentia 2.2. disputat. 1. quæst. 13. puncto 2.*) blasphemia non est proprie, & essentialiter infidelitas. Quia infidelitas cōsistit proprie in assensu aliquo interno falso de Deo, & in externa asseueratione falsi, ex tali interno assensu orta. Blasphemia autem neutrum requirit: sed cōsistit in dictione, siue significatione falsa de Deo. Qualiter autem ad infidelitatem pertineat ac confessioni fidei opponatur, dicemus n. 7. Quamuis autem blasphemia non sit proprie infidelitas, nec vera eius species; potest tamē inueniri coniuncta cum infidelitate, atque ab ea separata. Quod omnes fatentur, & inter alios bene sicut explicat *Castro d. cap. 12.* Si quis dicat aliquid diuino honori derogans

rogans

rogans credens ita esse, erit simul hæreticus, quatenus credit, & blasphemus, quatenus dicit. Si credit, & non dicit erit tantum hæreticus. Si vero dicit, & non credit, erit solum blasphemus.

4 Non exigit autem blasphemia externam loquelam contra Deum: sed sola interna sufficit. Vt dum quis cōcipit per simplicem quandam intellectus apprehensionem Deum esse quod non est, aut non esse quod est. Atque hæc dicitur blasphemia cordis: dum vero in loquelam prorumpit, dicitur oris blasphemia. Ita *D.Tho. 2.2.quæst.13.art.1.& omnes.*

5 Immo & in solis factis, & signis posse esse blasphemiam, asserunt quidam. Quia non minus factis, & signis, quam verbis ostenditur praua voluntas. Ita docent allegato *Beda, Castro libro primo, de iusta hæret. punitione capit. 12. Corduba in quæstionario libro primo, quæstione 17. §.15. notabili 1.* Vt si quis imagines conculcet, aut exspuat. At verius est, blasphemiam proprie non consistere in factis, sed in solis verbis, mente, ore aut scripto prolatis. Quod egregie alios referens, probat *Suarez tomo 1. de religione tractatu 3. libro primo capit. 4. numero quarto, & quinto.* Quia blasphemia opponitur laudi diuinæ, quæ solis verbis exhibetur, & si honor, quibuscumque verbis, & factis: *teste D. Thoma 2.2.q. 103. artic. 1. ad 3.* Præterea, quia communiter appellatur vitium linguæ. Tandem quia alias idolatria, & similia vitia possent dici veræ blasphemiæ: cum facto ipso negent verū Deo cultū, illumq; creaturę tribuant.

6 Restat explicare qualiter blasphemia semper aliquid falsi contineant. Quippe *Suarez eodem capit. quarto, numero 9. & Azor tomo 1 institutionum moralium, lib. 9. capit. 28. quæst. 1. & 2.* id negant, dicuntque satis esse ad blasphemiæ rationem, verba contumeliæ in Deum aut sanctos prolata, etsi non falsa. Ducuntur, quod in solo indicatiuo modo reperiantur veritas, & falsitas. At blasphemia explicatur quandoque per imperatiuum, aut optatiuum. Vt pœniteat Deum, vtinam Deus esset iniustus. Item quia inhonestam membrorum pudendorum Christi nominationem dicemus num. 28. esse blasphemiam. Cum tamen nulla sit falsitas. At verius est semper subesse falsum in blasphemia. Quod sic explicatur, dupliciter potest esse falsum, priori modo, in actu signato, quod contingit, quando aliquid falsum Deo tribuitur, vt est iniustus, vel verum negatur, vt non est omnipotens. Quod contingit non solum modo indicatiuo, sed etiam optatiuo, & imperatiuo, in quo modo non consistit falsitas in enūciatione eius quod est, aut non est, sed in affectu vt sit quod esse nequit. Posteriori modo, in actu exercito, quod euenit, quando etsi verum significetur, at ex ipso irrisorio, & contumelioso significandi modo, significatur id esse tanquam irrisorium, & contemptibile in Deo: vel sanctis, vt cum inhoneste pudenda Christi, aut sanctorum membra nominantur. Quamuis ergo ratio blasphemię non petat falsitatem enunciatiue, petit tamen illam ex modo loquendi blasphemantis, qui optat, aut imprecatur id malum Deo repugnans, saltem ex loquendi modo, aut falso significat id esse in Christo, tanquam quid contumeliosum. Esse autem de ratione blasphemiæ aliquam falsitatem, probatur, quod de blasphemiæ ratione sit contumelia in Deum prolata. At nil per modum veri significatum, potest in Dei contumeliam cedere. Et ideo hoc sustinent *Caietanus 2. 2. quæstione 13. articulo 1. versicul. Quoad secundum, & versicul. Ex his autem, ibi Bañes notabili 1. Aragon corol. 3. Simancas de catholic. institutitulo 8. numero 2. Valentia 2.2. disputat. 1. quæstio. 13. puncto 1. Toledo libro 4. summa cap. 13. numero 6. Petrus de Ledesma 2. tomo summa tract. 4. cap. 9. concl.* Nec obstat quod obijt *Suarez*, in odio Dei inesse etiam falsitatem hanc practicam, seu in actu exercito; nam dicitur non inesse ex modo loquendi, nec in enunciatione. At si quis prorumperet in verba odij Dei, aut desperationis, esset verè blasphemus, vt si dicat, Odio habeo Deum, aut despero. Vt fatetur *ipsemet Suarez eod. lib. 1. c. 6. num 9.* Quia detrahit diuinæ bonitati, & potentiæ, sicut cum dicit. Non credo, detrahit diuinæ fidei.

7 Ex his deducitur primo, qualiter verum sit quod tradit *D.Tho. 2.2. quæst. 13. art. 1. in corpore, in fi. & art. 3. in initio,* nempe, blasphemiam opponi confessioni fidei, Non enim id accipiendum est, quasi blasphemia sit verè & proprie infidelitas, aut eius species. (Cuius contrarium diximus num. 3. sed dupliciter potest intelligi. Primo, vt explicat *Caiet. eo art. 3. paulo post princ.*) quia etsi de ratione blasphemiæ non sit sentire falsum de Deo: est tamen de eius ratione dicere falsum de eo. Ad infidelitatem autem genus spectat, non solum sentire falsum de Deo: sed etiam falsum de eo dicere. Non ita vt blasphemia sit infidelitatis species: sed quia est species illi cognata. Quippe blasphemus etsi nō sentiat esse verum id quod de Deo dicit, induit tamen personam sentientis sic esse. Dicit enim tanquam si crederet ita esse, aut ita esse possibile. Secundo modo potest intelligi, vt confessio fidei accipiatur non pro ipsa fidei assertione, quo pacto infidelitas illi aduersatur: sed vt est quædam laus diuina & honor Dei. Et sic blasphemia opponitur illi. Ita explicant *Bañes 2.2.q. 13. artic. 1. notabili 3. Petrus de Ledesm. 2. tomo summæ, tractatu 1. cap. 9. conclus. 3.* Quare propriè, & formaliter loquendo, blasphemia opponitur virtuti religionis: cuius est Deum, & sanctos reuereri. Ita *Bañes, & Petrus de Ledesm. ibi Valentia 2.2. disput. 1. q. 13. puncto 2.* Quia benè addit hoc esse verum loquendo proprie de blasphemia, vt versatur circa Deum, vel circa sanctos, vt habent quēdam respectum ad Deum. Nam si contumelia irrogetur sanctis, non vt habent respectum ad Deum, sed vt sunt homines excellentes, non opponitur proprie religioni sed obseruantiæ, quæ est virtus religioni annexa congruam sanctis reuerentiam deferens. Et hoc idem docet *Vasquez de adoratione imaginum, lib. 1. disp. 6. cap. 4.* sed vide quæ nu. 27. dicemus.

8 Secūdo deducitur, blasphemiā prohiberi primo decalogi præcepto. Cum n. opponatur confessioni fidei, eius prohibitio reducitur ad infidelitatē, quæ primo pręcepto interdicitur. Vel cū opponatur religioni debitū Deo honorē exhibenti, interdicitur primo præcepto, quod debite Deū colēdum præscribit. Potest etiam dici interdici secundo decalogi præcepto. Quod magis in vanū nomen Dei assumat, qui aliquid falsum de Deo asserit, quam qui confirmat falsum per Dei nomen. Ita *D.Tho. 2.2.q. 13. art. 2. ad 2.*

9 Tertio deducitur quæ sint blasphemiæ verba. In primo gradu tanquam omnium nefandissima est, qua iuratur verè, vel falsò, per falsos gentilium Deos: vt per Iouem, aut Mercurium. Quippe est idololatriæ genus, honorem vero Deo debitum tribuere falsis dijs. Profitetur. n. per illos iurans eos esse summam veritatē, ac infallibilem. Ita *Sotus l. 8. de iust. q. 2. art. 3. conclus. 1. Alcozer summa c. 15 ver. Dezir alguna palabra.* Qui bene hoc limitat nisi causa ioci, & irridendi falsos Deos, & non iurandi per illos, id iuramentum præstaretur. Tūc enim nulla esset culpa. Atque esse blasphemiam tradit etiam *Suarez tomo primo, de religione, lib. primo c. 6. n. 1.*

10 Imò est blasphemum iurare per quamcunque creaturam, sistendo in ea, & non vt in ea Deus relucet. Quia iurare est Deum in testem adducere, tāquam summam veritatem, quæ nec fallere, nec falli potest. Cum ergo iuratur per creaturam, in ea sistendo, hic honor Dei proprius illi tribuitur ac proinde erit blasphemia: iuxta dicenda nu. 34. ita *D.Tho. 2.2. q. 89. art. 6. Sotus l. 8. de iust. q. 1. art. 6. conclus. 2. & omnes.*

11 Sunt etiam blasphemiæ verba, non credo in Deum, *Descreo de Dios,* nego, vel renego Deū. Et ita numerantur inter blasphemas, *l. 5. regia tit. 4. lib. 8. noua recopilat.* Atque fatentur omnes Doctores allegandi. Et similiter reniego Crucem, vel Chrisma, vel intemeratam Deiparæ

paræ virginitatē. Quia hęc omnia implicant fidei debitæ Deo abnegationem. Atque ita nu. 36. referemus Doctores dicentes esse blasphemias hæreticales.

12 Blasphenium quoque est hoc verbum, *malgrado aya Dios*, latine malum Deo contingat. Cum Deo attribuatur id, quod est omnino alienum ab ipso, vtpote cui nullum malum contingere valet. Et ita numeratur inter blasphemias *d.l. 5. regia*. Et ita docent *Azebedo ibi. numero 4. Couar. de pact. 1. part. §. 7. nu. 9. vers. tertio Rojas de heret. 2. part. assertione 12. num. 171. Salzedo in practica Bernardi Diaz cap. 110. vers. & quia sæpissimè. Azor tom. 1. lib. 11. instit. moral. cap. 3. q. 2. Manuel 1. tom. summa, in 2. edition. cap. 34. nu. 1.*

13 Atque quæcunque maledicta in Deum, vel sanctos, blasphemiæ sunt. Quia nec maledicto, nec conuitium possunt aliqua ex parte eis conuenire: & ea in sanctos dicta redundant in Deum. (Vt nu. 27. dicemus.) Atque ita docet reprobatis aliquibus, quos tacito nomine refert dicentibus non esse proprie blasphemias, *Couar. eo. §. 7. nu. 8. Simancas de catholic. instit. tit. 8. num. 1. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 13. punct. 1. in fin. Azor tom. 1. lib. 9. instit. moral. c. 28. q. 4. Suarez* optime explicans, & loquens de solis in Deum maledictis *eo. lib. 1. c. 4. nu. 7.*

14 Immo quæcunque maledictio in creaturas rationis expertes dicta, inquātum creaturę Dei sunt est blasphemia. Quia maledicere illis sub ea ratione, est maledicere creatori. Ita *D. Th. ab omnibus receptus 2. 2. q. 76. art. 2.* Et similiter erit dicendum, si creaturæ rationis participi sub eadem ratione maledicatur. Quia eadem est ratio. Vt bene docet *Toledo lib. 4. summa, cap. 13. nu. 11.*

15 De his autē verbis, *à despecho de Dios*, est difficultas. Quidam sentiunt ea non esse blasphema. Quippe eum sensum habere videntur, vt sicut multa mala fiunt, quæ diuinæ maiestati displicēt: ita & hoc malum fieri, quamuis Deo displiceat. Quibus verbis non derogatur immensæ Dei potestati. Ita *Bald. Felin. Alex. Ang. quos refert Couar. de pactis par. 1. §. 7. nu. 9. vers. 1.* At dicendum omnino est ea verba esse blasphema. Quia manifeste tendunt in potestatis diuinę derogationē: quasi ea proferens velit id agēdum esse, etiam si Deus omnipotens noluerit. Et quamuis hic sensus abesset, non potest aliter his verbis aptari interpretatio, quin in contemptum Dei, eiusque potestatis pronunciata censeantur. Atque ita docent *Couarruuias eo. versic. 1.* dicens oppositam sententiam esse omnino falsam. *Imola, Socinus, Grammaticus, Bossius, quos refert, & sequitur Menochius de arbitrar. l. 2. centuria 4. casu 375. nu. 4. Rojas de heret. 2. par. assertione 12. nu. 171. Salcedo & Azor allegati, nu. 12. Decianus de delictis, tom. 2. lib. 6. c. 2. nu. 4. Iulius Clarus lib. 5. receptarum, in practica crim. §. Blasphemia, nu. 2. Toledo lib. 4. summa cap. 13. nu. 6.* Et ita *lex 5. regia tit. 4. lib. 8. recopil.* verbum hoc inter blasphemias computat. Et docent *ibi Azebedo nu. 3. & Suarez eod. lib. 1. c. 5. nu. 8.*

16 Similiter est blasphemia dicere, *no ha poder en Dios*. Quippe potestati Dei aduersatur. Ita inter verba blasphema refertur *dict. leg. regia. 5.* Et docēt *ibi Azebedo n. 4. Couar. d. §. 7. nu. 9. versic. 4. Menochius d. casu 375. nu. 4. Decianus d. cap. 2. nu. 6. Azor tomo 1. l. 11. instit. moral. c. 3 quæst. 2.* Hoc temperāt *Decianus, & Menochius*, nisi ea verba proferantur super rebus non factibilibus, quæ nulli potentiæ subiacent. Vt si quis dicat in Deo non esse potentiam, vt faciat præteritum non fuisse, vel duas propositiones cōtradictorias esse veras. Tunc enim nil falsum, sed verissimum dicitur *Azebedo* autem *lib. 8. recopil. tit. 4. libro 6. num. 40. & 41. allegato Socino* dicit adhuc in hoc casu esse blasphemiam. Quia ea verba in cōtumeliam diuinæ potētiæ dicuntur eiusque diminutionem. Atque ita est falsitas in modo dicendi. Quod ad veram blasphemiā sufficere diximus n. 6. Quāuis enim hæc Deus non possit, non cedit in aliquam eius potentiæ diminutionē; nec ex eius defectu prouenit sed quia in se factibilia nō sunt. Et quidem hoc est verissimum. Nec Doctorum limitatio intelligitur in hoc casu. Sed quando id dicitur non per modum contumeliæ potestatis diuinæ; vt passim Theologi, ac Philosophi id dicunt.

17 Similiter blasphemia est, *pesete Dios*, Latine Deum tædeat, Deo displiceat. Quia etsi illa propositio non sit indicatiui modi, vt possit formaliter falsum significare; at ex intētione proferentis est tribuere Deo, qđ ei conuenire nequit, & ita falsum significat. (Vt num. 6. exposuimus.) Et ita inter verba blasphema refertur hoc *d. l. regia 5.* Et ita vniuersi fatētur. Sed *Menoch. d. casu 375. nu. 11.* ait aduertēdum super quo facto proferātur hæc verba; nam si factum est illicitum, non est blasphemia. Vt tædeat Deum hunc fornicari. Quia cum id tāquam peccatū Deo displiceat, nil tribuitur Deo, quod ei non conueniat. Sed (vt num. præcedenti diximus) spectandus omnino est dicendi modus: si enim is redundet in Dei cōtumeliam, & eius honoris diminutionem, verba erunt blasphema. Vt probat ratio ibi tradita. Hæc tamen verba, *plegute Dios con vos*, non sunt blasphema, nec excedunt culpam venialem, nisi ira concipiatur in Deum. Vt in simili dicam numero trigesimo.

18 Velit, nolit Deus, hoc sum facturus, vulgo, *Aunque no quiera Dios, o a pesar de Dios*, sunt verba blasphemiæ. Quia etsi peccatum diuinę repugnet voluntati; at hæc verba diminutionem diuinę potentiæ important, quasi Deus non possit impedire. Et constat ex dictis nu. 15. vbi probauimus ea verba, *à despecho de Dios*, esse blasphema. Quippe nil aliud significant, quam velit, nolit Deus, vt explicat *Toledo ibi allegatus*; & cæteri ibi allegati idem significant. Nec enim alium sensum possunt habere. At si quis diceret, quamuis hoc sit peccatum, vel offensa Dei, sum facturus, non esset blasphemus. Quia id solam iniquam peccandi voluntatem significat; non autem diminutionem aliquam potentiæ, aut alicuius attributi diuini.

19 *Debodo à Dios* numeratur inter verba plasphemię, in *l. 6. regia tit. 4. lib. 8. recopilat.* Quæ si sensum faciant, *voto à Dios*, constat nil blasphemiæ continere; sed solam voti formam, quāuis ex communi vsu vt iuramentum vsurpentur. (Vt ex mente fere omnium dicemus in tractatu de iuramento.) Quare male *Rojas de heret. 2. parte assertione 12. num. 171.* refert inter blasphemias, *voto à Dios*. Vnde alius est sensus, nempe, vt significent idem, quod non credo in Deum, vel abnego Deum. Vt ait *Couar. de pactis. 1. p. §. 7. num. 9. versicul. 7.* Vel forsan ait hæc reddi Latine, deuoto Deum, id est, maledico Deo, execror Deum. Quippe *D. August. lib. quæst. super Numeros cap. 40.* ait deuotare vsurpari ex vulgi interpretatione pro maledicere. Atque ita interpretantur ea verba *Azebedo ea. l. 6. num. 42. & 43. Azor tomo 1. lib. 12. instit. moralium, cap. 3. quæst. 2.*

20 Sūt etiam blasphema verba, Deus est iniustus, crudelis, male prouidus non curat nostra; & similia. Quia attribuitur clare Deo quod non habet, vel negatur quod habet. Quæ est ratio blasphemiæ. (Vt numero 1. diximus.) Immo numero 34. dicemus esse blasphemias hæreticales has.

21 Immo nominare quodcunque verum Dei attributum, vt potentiam, sapientiam, &c. conuitiando, vel irridendo, est blasphemia. Quia (vt explicuimus num. 6.) est falsitas in actu exercito, seu modo significādi. Quippe illa conueniunt Deo, non vt conuitio, aut irrisione, sed vt summa laude digna. Ita *Caiet. 2. 2. quæst. 13. art. 1. vers. Ex his autem.*

22 Insuper vituperia in quascunque res sacras dicta, diuinum cultum, & in alia, quæ ad Deum referūtur, sunt blasphemiæ. Quia omnia hæc in Deum horum auihorem redundant. Vt de sanctorum vituperijs dicemus num. 27. Ita docet *Corduba in quæstionar. l. 1. quæst. 17. §. 15. statim in principio.*

23 Quando autem in his verbis contra Deū, vel sanctós dictis, nō nominantur Deus, vel sancti; vt si quis dicat, *reniego de tal, pese tal, por vida de tal*, constat pendere ex proferen-

proferentis intentione, iudicare sit blasphemia, nec ne. Et si intelligat nomine *tal*, Dei vel sanctos esse blasphemiam secus autem non. Vt bene docent *Petr. de Ledes. 2. to. summæ, tract. 1. c. 9. post 5. conclusion. dub. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 282. vers. quarto & de his modis. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 34. n. 2.* Addunt bene hi duo iudicādam esse intentionem in foro externo ex coniecturis, vt si vir effrænatæ conscientiæ, ac iracundia furens, elevansque oculos in cœlum, hæc dicat, præsumeretur ex coniecturis illa dicere contra Deum.

24 Sed quid si sub cōditione hęc verba blasphemię proferantur. Vt non credo in Deum, vel renego Deum, vel Deus est iniustus, si res hæc non est vera: vel nisi te percussero *Salazar de vsu & consuetud. ne, c. 5. n. 8. ver. vnde possunt* ait huiusmodi verba non esse blasphema. Quia conditionalis nil ponit in esse. At dicendum est esse blasphema Quia fidei diuinę denegatur omnimoda firmitas. Cum significetur, quasi pendens ex conditione contingenti. Et includitur tacita affirmatiua propositio negandæ fidei, vel iustitiæ diuinæ, in eo euentu, in quo non sequatur vindicta illa percussionis, vel veritas illius rei quam hic affirmat. Atque ita docet *Couar. de pact. 1. p. §. 7 nu. 9. vers. 2. Carrera, quem refert & sequitur Azebedo lib. 8. recop. tit. 4. l. 1. nu. 14. Rojas de hæreticis 2. p. assertione 12. nu. 173. & 174 Alcozer sum. cap. 15. paulo post prin. vers. La segunda dotrina, Cordub. sum. quæst. 61. Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 282. vers. sexto & de qualitate.*

25 Iurare per Dei vitam, est blasphemia. Quia non adducitur vita Dei tāquam testis, vt in hoc iuramento viuit Deus. Sed est iuramentū execratorium, cuius est sensus, amittat Deus vitam, si non est ita. Vt cum iuratur per cuiuscunque vitam. Et ita docent *Sotus de iuramenti abusu c. 6. & lib. 8 de iusti. quæst. 2. art. 3. columna 6. Couar. de pactis 1. par. § 7. nu. 9. vers. 6. Menochius de arbitr. lib 2. centuria 4. casu 375. nu. 12. Rojas de hæreticis 2. p. assertione 12. num. 171. Salzedo in practica Bernardi Diaz c. 100. versic. Et quia sæpissime, Medina lib. 1. summæ cap. 14. §. 2. Alcozer summa cap. 15. paulo post principium. vers. La segunda dotrina. Lud. Lopez 1. p. instruct. cap. 282. vers. postquam de malitia.* Atque *l. 6 regia tit. 4. lib. 8. recop.* numeratur inter blasphemias. Et docent *Azebedo ibi. num. 34. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 11. cap. 3. q. 2. Suarez tom. 1. de religione, tract. 3. lib. 1. cap. 5. num. 8.*

26 Eadem ratione est blasphemia, iurare per sanctorum vitam. Quia ex modo iuramenti execratorij falso tribuitur sanctis posse vitam amittere. Sic *Azebedo ea. l. 6. nu. .. Alcozer, & Lud. Lop. relatis num. preced.*

27 Quæcunque etiam contumeliæ in sanctos sunt blasphemiæ, vt pœniteat D. Petrum, &c. Quod docet *Caietanus 2. 2. quæstione decima tertia, art. primo in solutione ad secundum.* Et constat ex dictis numero 13. Idque optime explicat *Suarez tomo primo, de religione, tractatu 3. libro primo. cap. 5. nu. 6.* dicens non opus esse expressa habitudine ad Deum, qui in sanctis relucet sed satis est virtualis & implicite contenta in vituperio sanctorum. Quia (vt optime ait *D. Thom. 2. 2. quæstione 13. art. 1. ad secundum,*) sicut Deus in sanctis suis laudatur. quatenus laudantur opera quæ Deus in sanctis facit ita contumelia in sanctos redundat in Deum qui in ipsis lucet. Et sicut vt religiose per sanctos iuretur, non opus est expressa habitudine ad Deum, sed satis est virtualis, quæ in ipsis continetur: ita dicendum est in blasphemia, quando ipsi vituperantur. Si tamen contumeliosa verba in sanctos proferens præscindat expresse habitudinem, quam ad Deum habent, solamque sanctorum excellentiam spectet, quasi quorundam hominum excellentiam, adhuc dicit *Suarez ibi* esse blasphemiam. Sed verius est non esse blasphemiam, sed peccatum contra cultum duliæ sanctis debitum. Vt alios referens probauī nu. 7. in fi Et amplius probatur, quia irreligiose iuraretur per illos, seclusa hac in Deum habitudine.

28 Similiter sunt blasphemiæ verba iuramenta per pudenda Christi, aut sanctorum membra, illa ve inhoneste nominare. Quia etsi re vera ea mēbra habuerint, non tamen tanquam quid ignominiosum, & vituperabile, sed tanquam partes naturales corporis & ita ex modo loquēdi est falsitas. Vt diximus nu. 5. Sic docent *Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1. vers. quoad secundum Ang. verb iuramentum 3. nu. 12. Armilla verb. iuramentum n. 5. Sotus lib. 8. de iusti. q. 2. art. 3. col. 7. Nauar. sum. c. 12. nu. 85. Couar. de pact. 1. p. §. 1. nu. 6. Castro l. 2. de iust. hæret. punit. c. 12. Azebedo l. 8. recopil. tit. 4. l. 6. nu. 55. Simancas de catholinstit. 8. nu. 1. Suarez tomo 1. de religione tract. 3. lib. 1. c. 4. nu. 8. & 9. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 13 punct. 1. vers. item potest fieri. Cord. in quæst. lib. 1. q. 17. §. 15. notab. 1. Azor tom. 1. lib. 9. instit. moral. c. 28. q. 3. & lib. 11. c. 3. q. 2.* Nec contradicunt *Sylu. verb. blasphemia q. 2. & 3. & verb. iuramentum 2. in fi. & Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 34. n. 2.* vbi dicit non esse verè, & propriè blasphemiam, sed tū quoad modum; at fatetur *Sylu.* esse peccatum mortale. Non (inquam) contradicunt. Quia tantum intendunt dicere non esse ex eis blasphemias, quæ attribuunt Deo, aut sanctis, quod non habeot; sed ex ijs, quæ falsitatē continent quoad dicendi modum. Erit q; blasphemia, siue enunciatiue, siue optatiue ea pudenda in sanctorum ignominiā nominētur. (Vt de aliis blasphemiis diximus n. 6.) Et docet *Caiet. proxime alleg.* vbi optime notat non esse differentiam formalem inter ignominiose nominantem pudenda Christi, vel sanctorum, quæ re vera habent, vel quæ non habent. Vt si quis iuret per sexum femineum Christi. Quia in rōne vituperabilis vtrumq; falso dicitur, quāuis in posteriori casu materiali ēt falso dicatur, & ideo ait esse peiorē blasphemiam.

29 Quando autem iuratur per membra honesta Dei, vel sanctorum, est difficultas an sit blasphemia. Et quidem si iurans intenderet iurare per membra ei attribuendo Deo vt Deus est membra: manifesta esset blasphemia. Cū attribuat Deo, quod ipsi non conuenit. At nūquam iuratur in hoc sensu, sed per membra illa honesta, quę verè habet Deus in quantū homo, vt per caput, & sanguinem Christi, vel sanctorū, aut alia membra honesta Et quidem *lex 6. regia tit. 4. lib 8. recop. lai.* iurātem per quæcūque Christi membra iubet pœnis blasphemi plecti, atque ita id iuramentum censet esse blasphemiā. Et explicans eam *Couar. de pactis 1. parte. § 7 num. nono, versicul 8.* dicit eius rationem esse. Quia sensus eius iuramenti est execratorius. Sicut diximus num. 25. & 26. esse sensum execratorium quando iuratur per vitā Dei vel sanctorum, & ideo esse blasphemiam. Et ipsemet *Couar. ea. prima parte, §. primo num. sexto*, refert quandam *Glossam, Bartol. & Alexandrum*, sentientes esse blasphemiam. Quibus ipse conniuet, quando quis assuetus esset his iuramentis vti: at si non esset consuetudo, nec contemptus, dicit esse veniale. Et quoad hoc vltimum tenet idem *Angelus verbo iuramentum 3. num. 12.* ait enim esse veniale quando reuerenter, & non cum magna frequentia sic iuratur. Et *Sylu. verb. Blasphemia q. 2.* ait esse blasphemiam quoad modum quando irreuerenter iuratur. At q. 3. ait nō esse mortale, nisi irreuerētia magna esset. Et *Sotus l. 8. de iusti. q. 2. art. 3. col. 7. & de iuram. non rum abusu c 6. & Azebed. d. l. 6. nu. 60.* inter blasphemias cōputant. Atq; *Azebedo* eam rōnem reddit, quod sit irreuerentia, & quasi mēbratim Christū diuidere Et *Menoch. de arbit. lib. 2. centuria 4. casu 375. nu. 14.* censet esse blasphemium iurare per Dei membra. At dicendum est non esse blasphemiam. Quia nil Deo, vel sanctis tribuitur, quod vere non habeant. & cum membra hæc honesta nominantur, nulla est inhonestas, & indecentia, qualis est, cum inhonesta nominantur, & ideo non cedit in ignominiam, & derisionem Christi, & sanctorū. Nec sensus iuramēti per hęc membra est execratorius, seu simplex, sicut quando iuratur per Deum, per sacrosanctum sacramentum, per Euangelia, per sanctos. Et ita tenēt *Caietanus, Armilla Nauar. Alcozer, Ludouicus Lopez, nu. sequentis allegandi, D. Antoninus 2. p. tit. 10. c. 4. in*

initio

initio. Syluest. verb. Iuramentum 2. in fi. Tabiena, verb. iurare, q. 5. n. 6. Toledo l. 4. summa, c. 13. nu. 6. Petr. de Ledes. 2. to. sum. tract. 1. c. 9. post 5. conclusionē corollario 2. Manuel 1. to. sum in 2. edit. c. 34. n. 2. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. pūcto 3. col. 4. vers. si vero aliquis iuret. Immo si hoc iuramentū reuerenter emittatur, nec erit culpa venialis; sicut nec alia iuramēta emittere. Vt bene tradūt *D. Anton. Syluester, Tabiena, Valētia proxime allegati.* Nec frequēs cōsuetudo hæc iuramenta emittendi confert aliquid, vt blasphemia cēseantur, aut peccatū mortale. Sicut nec alia iuramenta ex hac sola praua consuetudine redduntur mortalia. In eo tamen casu erūt blasphemia hæc iuramenta, vel etiam si absque iuramento ea mēbra honesta Christi, vel sanctorū nominarentur, quando iniuriosè, & per modum vituperij, ac contemptus cuiusdam nominarentur. Quia cum non sint in Christo, vel sanctis, vt quid cōtemptu dignum, esset falsitas in actu exercito. Sicut de inhonestis membris diximus n. præcedenti, & de veris Dei attributis diximus nu. 21. Et ita docet *Toledo eod. c. 13. in n. 6.* Et fortè in hoc casu intelligitur lex regia citata condemnans hæc iuramenta, vt blasphemia. Et in hoc casu censet etiam esse blasphemiam *Suarez to. 1. de religione, tract. 3. l. 1. c. 6. nu. 11.* & sic intelligitur *cap. si quis 22. q. 1.* vbi significatur esse blasphemiam.

30 Immo, nec erunt blasphemia hæc verba, quibus mēbra honesta Christi nominantur, quando id fit cum indignitate quadam, & ira. Vt contingit, quando aliquis indignabūdè in iurgio ait, *Cuerpo de Dios con vos.* Quia etsi irreuerenter dicantur, nō tamen dicuntur per modum contumeliæ, & iniuriæ Deo irrogatæ; nec aliquid falsum Deo tribuitur. Atque ita docet *Caietan. summa, verb. Blasphemia, & ibi Armilla nu. 1. Nau. summa c. 12. nu. 85. Alcozer summa c. 15. pag. 3. vers. La quinta dotrina Ludou. Lop. 1. p. instruct. c. 282. vers. postquam de malitia.* Atque bene dicunt *Caiet. Armilla, Alcozer, et Lud. Lop.* esse peccatum veniale graue. Hoc autem intelligitur, quando indignatio illa, & ira erga illum est, cum quo cōtenditur. Nā si indignatio, & ira sit aduersus Deum, blasphema erunt illa verba. Quoniam in actu exercito falsè significant Deum mereri indignationem. Ita *Valentia 2. 2. disp. 1. q. 13. punēto 1. vers. sed tamen illud.* Et in hoc sensu ait esse blasphemiam *Sotus de iuramentorum abusu c. 6.* quasi temperās id quod docuerat c. 4. vbi dixerat hæc verba proxime ad blasphemiam accedere; & simile ait de illis verbis, ô fides Dei cū tali homine; ad modum, quo Gentiles implorātes Deorum fidem aiebāt di vestram fidem. Sed nec hæc verba existimo esse blasphema, nisi quando ira in Deū concipitur. Quāuis *Suarez eo. c. 6. nu. 11.* dicat hæc verba, *Cuerpo de Dios con vos,* esse semper in rigore blasphemiam, etsi sit indignatio in solum hominem. At plus placet quod dixi.

31 De illis etiam verbis, quibus æquatur veritas humana diuinæ, nō modica est difficultas. Vt dum quis dicit, sicut Deus est veritas sicut natus est ex Virgine, hoc ita est. Quæ verba tanquā blasphema condemnāt *Couarr. de pactis 1. p. §. 7. nu. 9. vers. 11. & Suarez eod. c. 6. nu. 12. & Sotus de iuram. abusu c. 6.* quamuis mitius loquutus fuerit *li. 8. de iust. q. 2. ar. 3. col. 7.* vbi dixit, proxime ad blasphemiam accedere. At sic distinguendū est. Si animus proferentis sit, tātam esse certitudinem in eo dicto, quanta est in ea fidei veritate, sunt blasphema. Secus autē est, quando sensus est, similitudinē quandam significare, nimirū, hoc suo modo est verum sicut ea fidei veritas. Atque ita docent *Medina lib. 1. summæ c. 14. §. 2. folio 76. pag. 2. Alcozer summa c. 15. pag. 3. vers. La quarta dotrina. Azor to. 1. l. 11. instit. moral. c. 3. q. 2. in fine. Petrus de Ledes. 2. to. summæ tractatu 1. c. 9. post 5. conclusionem, dub. 2. Manuel 1. to. summa in 2. editione, c. 34. n. 2. Azebedo l. 8. recopil. tit. 4. l. 6. n. 38. & 39. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 282. vers. Tertio de isto modo.* Idem dicendum est de his verbis, quando quispiam aliquid tanquam verissimū asseuerare vult, dicit, hoc est Euangelium, credi potest tanquam Euangelium. Quia eadem est ratio. Sic *Azebedo ead. l. 6. n. 40. Ludou. Lop. ibidem. Azor ea. q. 2.* Qui etiam bene ait idem dicendū de his verbis quando suam innocentiam quis ostendere volens sic ait, sum innocens sicut Diuus Franciscus. Sed adhuc superest, an omnia hæc verba sint absolute iudicanda blasphema, & talia ex se præsumantur, vbi non constat de sana proferentis intentione. Id enim affirmat *Azebedo eo. n. 40.* At dicendum est cōtrarium. Quia ex communiter accidētibus nō præsumitur animus adæquandi omnino, nec hic est communiter animus ea verba proferentis; sed est hyperbolica quędā loquutio, quia exaggeratur illius dicti veritas, ac personæ innocētia, assimilando illa veritati diuinæ, & innocentiæ cuiusdam sancti. Et ita *Alcozer & Ludou. Lop.* sentiunt, dum aiunt hanc esse communiter intentionē. Atque ille bene ait, nec esse hæc verba culpam lethalem, vbi non constaret de blasphemo omnino æquiparandi animo.

32 Iuramentum autem per intemeratā Deiparæ virginitatem, quidam videntur sentire esse blasphemiā, & appellant id iuramētum nefandum. Ita *Sotus l. 8. de iust. q. 2. ar. 3. col. 7. Couar. de pactis 1. p. §. 7. nu. 9. versic. 10. Azebedo l. 8. recopil. tit. 4. lib. 5. nu. 13.* Atque esse blasphemiam ait *Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria 4. casu 375. n. 15.* Et refert *Couar.* pragmatica quadam regia cautū esse hoc iuramentum puniri tanquam blasphemū. Et reddit rationem, quod sensum execratorum faciat. Sicut n. 29. retulimus ex ipso facere sensum execratorium, iurare per caput Christi. Aliam rationem innuit *Sotus,* quod videatur ignominiosè mentio fieri mēbri pudēdi diuæ Virginis. Sed verè neutrum sensum id iuramētum efficit; sed in testem adducitur ea veritas diuina Virginitas Deiparæ; sicut quādo iuratur per Deum. Vnde nec id iuramentum est blasphemum, nec nefandum, nec est culpa aliqua id reuerenter iurare. Sicut & in ceteris iuramentis contingit. Si autem fit aliqua irreuerētia, erit culpa venialis.

33 Ex dictis posset quispiam inferre, omne periuriū blasphemiam esse. Quod peierans Deum adducat vt testē falsitatis. Quod ipsi conuenire nequit. At contrarū dicendum est cum *D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3. ad 2.* Quippe peierans non dicit aliquid falsum de Deo; sed Deū adhibet in testem falsitatis, non quasi æstimans Deū posse falsitatis testem esse, aut id attribuere ei volens sed tāquam sperans fore, vt Deus super hoc non testificetur per aliquod euidens signum.

34 Insuper est aperta blasphemia, quando creaturæ tribuitur aliquid quod est propriū Dei. Vt si quis diabolum esse omnipotentem; aut Fatum regere omnia dicat. Et ita docet *D. Thomas ab omnibus receptus 2. 2. q. 13. art. 1. ad 3.* vbi eam rationem reddit, quia eo ipso attribuimus aliquid Deo, quod ipsi non conuenit. Cū enim vniuersa Dei attributa sint ipse Deus, tribuens creaturæ id attributum dicit creaturam esse idem cum Deo. Vel potest reddi ratio cum *Valentia 2. 2. disput. 1. q. 13. puncto 1.* Quia tribuens id attributum creaturæ dicit eo ipso non esse Dei proprium, sed commune cum creatura. Atque proinde blasphemus est, vtpote qui de Deo negat quod ei propriū est. Et (vt optime aduertit *Azor to. 1. lib. 9. institutionum moralium, capite 28. q. 3.* crimen hoc solent admittere lasciui feminarū amatores, quas ita ardenter amant, & immodicè laudant, vt blasphemantes nominibus Dei proprijs eas appellent.

35 Hinc forsan inferetur, blasphemum esse, quod in infortunijs contingentibus solet ab aliquibus dici; sic tādem futurū erat. Videtur enim significari fato regente id euenire atque (vt Gentiles putabant) fatum rebus inesse, aut fato necessitatem horum casuum contingētium inesse; aut ordinationē diuinam imponere necessitatem absolutam hominibus. At dicendum est cum *Corduba summa, q. 62. & Lud. Lop. 1. par. instruct. c. 282. versic.*

vers. Septimo, & de ista esse propositionem male sonantem, ob rationem dictam; atque ideo ea vientes corrigendos esse. At in hoc sensu vera est, si intelligatur non de necessitate absoluta tollenti rerũ contingentes euentus, ac libertatem humanam; sed de necessitate conditionali, ac ex suppositione, quam Theologi vocant necessitatem consequentiæ qua omnia ordinata, ac præuisa à Deo necesse est euenire.

36 Secunda conclusio Blasphemiæ quędã sunt hæreticales; quædam autem non hæreticales. Illæ sunt, quæ significant, & continent errorem cõtra fidem. Hæ autem sunt, quę etsi ex dicendi modo, & in actu exercito significent errorem contra fidem (vt n.6. explicuimus) non tamen secundum se affirmant aliquid contra fidem. Ita *Eymericus in directorio Inquisit. 2.p.q.41.n.1. & 2. et ibi Peña commẽto 66. Bañes 2.2.q.13.ar.1. in fi. Vgolinus de casibus Papæ reseruatis 2.p.c.1.§.3.num.1. Petr. de Ledes. 2.to summa, tractat.1.c.9.concl.6.* Et clarius tunc est blasphemia hæreticalis, quando per verbũ aliquod indicatiui modi asseritur aliquid fidei contrariũ. Quãdo autem id non asseritur per huiusmodi verbum, sed optãdo, aut imprecando, non est hæreticalis. Exemplũ hæreticalium sit, Deus est iniustus, acceptor personarũ, non est omnipotens. Quę exempla manifesta sunt. Insuper sunt hę blasphemię hęreticales, nõ credo in Deũ, *descreo de Dios*, renego Deum, fidem crucem, chrisma, puritatem Deiparæ. Ratio est; nam hæc verba per modum indicatiui important fidei abnegationem, & infidelitatem. Et ita docent *Rojas de hæret. 2.p. assertione 12.n.170. & 171. Salcedo in practica Bernardi Diaz c.110. vers. & quia sæpissime Suarez to.1. de religione, tractatu 3. lib.1.c.5.n.7. & 8. & Azebedo lib.8. recopil. tit.4.l.1 nu.3. Manuel 1.to. summe in 2. editione, c.34.n.1.* Quando autem de sanctis renegatur, nil inueni apud Doctores an sint blasphemię hęreticales huiusmodi renegationis verba, vt renego D. Petrum. Sed existimo non esse, nec de illis cognoscunt Inquisitores. Vt ab ipsinet accepi. Quia non negatur aliqua veritas de illis pertinens ad fidem. Sed tantum est verbum quoddam contumeliosum in sanctos; & ideo blasphemum. Exempla autem blasphemiarum nõ hæreticalium sunt hæc. Quæcumque Dei maledictiones, vt *mal grado aya Dios*, maledictus sit Deus. Ita *Eymericus et Peña, Rojas, Salzedo, Suarez proxime allegati.* Item non est hæreticalis, tædeat Deum, idest, *pesete Dios.* Ita *Bañes, Petrus de Ledesma, Rojas, Salzedo, Suarez, Manuel ibid.* Nec *a despecho de Dios, Rojas, Suarez num.8. Salzedo ibid.* Nec per Dei vitam. *Rojas, Suarez n.8. Salzedo. Manuel ibidem.* Et ratio est quia re vera per has blasphemias, cum indicatiui modi non sint, nil falsum dicitur de Deo, vt possint hæresim committere, sed tantum prauus affectus blasphemantis ostenditur erga Deum, volentis ex modo dicẽdi, quasi earum ignominiarum reddere Deum capacem. At essent hæreticales si per modum indicatiuum efferceret blasphemans Deum esse illarum capacẽ. Aduertit etiam optime *Suarez eod. num.7.* esse hæreticales, falsa Deo tributa, licet non affirmẽtur. Vt si quis dicat, ò Deum iniustum. Et similiter dicit esse tales attribuere creaturæ, quod est solius Dei, vel de his, aut conuenientibus Deo, dubitationem ostendere.

37 Tertia conclusio De solis blasphemijs hæreticalibus cognoscunt Inquisitores. Ita *Eymericus nu. præced. allegatus, & Peña ibidem citatus*, vbi & alios allegat. *Simãcas de cathol. instit. tit.8 nu.6. & habetur in 5. instructione Hispalens. c.4.* Et de his cognoscunt priuatiuè, nimirũ, inhibendo quemcumque alium iudicẽ Ecclesiasticũ, aut sæcularẽ, ne de illis cognoscat. Quare minus bene *Castro lib.1. de iusta hæret. punit. c.12. in fine, & Corduba in q. lib.1.q.17.§.15. notabili 4. vers. in cuius examinatione*, dicunt Inquisitores ex potestate delegata aut saltẽ ex huius regni cõsuetudine cognoscere de blasphemijs non hæreticalibus cumulatiuè cum iudice Ecclesiastico, & sæculari, ita vt inter ipsos detur præuentioni locus. Nam (vt diximus) de solis hęreticalib. cognoscunt. Aliæ autem blasphemiæ sunt mixti fori, atque ita datur locus præuentioni ad cognoscendũ de illis, inter iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem. Vt per c.2. *de maledicis*, docent *Abbas ibi nu.9. Couar. de pactis 1.p.§.7.nu. 12. vers. Crimen autem. Simancas dict. tit.8 nu 9. Rojas de hæret. 2.p. assertione 12.n.171. & 172. Azor to.1.l.9. instit. moral. c.28.q.5.*

38 Quarta conclusio Quocumque modo ex dictis blasphemiæ proferantur siue in Deum, siue in sanctos, siue enunciatiuè, siue optatiuè, siue imperatiuè, siue per modum maledictionis siue contumeliæ siue irrisionis, siue detractionis, vniuersæ sunt eiusdem speciei. Quia vniuersæ illæ in hac ratione specifica conueniunt, quæ est tribuere Deo, quod ipsi non cõuenit, vel negare, qđ conuenit. Et quãuis aliqui (vt refert *Azor statim allegadus*) censeant blasphemiam in Deum differre specie à blasphemia in sanctos. At verius est non differre. Quia vtraque blasphemia est contraria virtuti religionis. At vnius speciei est religio tribuens cultum Deo, & sanctis propter Deum. Ergo vnius speciei est blasphemia, qua Deus in se vel in sanctis suis blasphematur. Sicut vnius speciei est iuramentum, quo iuratur per Deum in se ipso, vel vt in sanctis relucet. Et ideo hanc conclusionem tenent *Caiet. summa, verb. Blasphemia & 2.2.q.13. artic.1. vers. quoad secundum, & vers. in responsione ad 2. & ibi Aragon, in fi. Bañes ibi. not. ab. vlt. Valentia 2.2. disput.1.q.13 puncto 1. vers. quecumque igitur. Petrus de Ledesma 2.to. summe, tractatu 1.c.9. conclus.5. Azor to 1.li. 9. institutionum moral. c.28.q.10.* Qui bene addit nõ negari ab his Doctoribus posse blasphemias aliunde specie differre Nam ea, quę continet hæresim, manifestè differt specie ab illa quæ non continet; non in ratione blasphemiæ, sed ratione hæresis adiunctæ. Quod ego intelligo, etiam si deficiat assensus internus hæreticus. Nam illa hæresis externa opponitur directè, & propriè confessioni externę fidei; at blasphemia directè & propriè religioni. (Vt diximus nu.7.) Erunt ergo duo peccata specifica diuersis specie virtutibus opposita. Quod etiam docet *Suarez to.1. de religione tractatu 3. lib.1.c.6. numero 8. &* 18. Similiter est distincta species, vbi blasphemia ex odio Dei formali procederet. Quia vltra speciem blasphemię est ibi formale Dei odiũ charitati oppositum. At vbi non ex hoc odio procederet, sed ex ira, & tædio, & si blasphemans haberet animum derogandi diuinę maiestati, ac ipsi conuitia illa inferendi, non esset distincta blasphemiæ species, sed nęc esset multo grauior blasphemia. Quia (vt diximus numero 2.) hęc iniqua voluntas, siue formalis, siue virtualis, & implicita, est de ratione blasphemię. Quare diuersam speciem minime constituit.

39 Hinc est, vt quoad confessionem attinet, non teneatur confessor diuersitatem blasphemiarum inquirere, nec pœnitens eam explicare pro diuersitate illarum specifica. Cũ omnes sint eiusdem speciei. Ita *Caietanus 2. 2.quæst.13.art.1. in fine* Excipe tamen duplicem casum numero præcedẽti notatum, in quo diximus blasphemias differre specie. Quare amplectendo sententiam dicentem solas circumstantias speciem mutantes esse necessario fatendas, non esset necessario blasphemiæ qualitas exprimenda in confessione, extra duos illos casus, & tertium, quem proxime ponam. Sed satis fateretur dicens se toties in blasphemias non hęreticales, nec ex formali Dei odio prorupisse. Quia extra hos casus blasphemię non differunt specie. At retenta opinione verissima dicenti circumstantias notabiliter aggrauantes fatẽdas esse, non satis est confusè explicare blasphemias. Quod satis aperte indicat *Caiet. eo. ar.1. in fine*, vbi ait confessorem nõ debere blasphemiarum grauitatem, ac diuersitatem inquirere, pro specifica earum diuersitate, sed pro maiori solum grauitate iudicanda.

Et

Et hac ratione necessario explicãdas esse blasphemias tradunt *Bañes, Aragon, Petr. de Ledes. n. praeced. alleg.* ... *Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 282. vers. deinde plurima alia.* Sed non distinctè exprimũt, quid explicandum sit in cõfessione circa has blasphemias. Et ideo, vt distinctè id explicem, duo possunt dubitari, alterum est, an necessarium sit exprimere contra quem sit blasphemia, nempe, an cõtra Deum, an contra sanctos, & contra quem sanctum. Alterum autem, an specialiter explicanda sit qualitas blasphemiæ, vt an fuerit, pœniteat Deum, vel per Dei vitã; vulgo *pesete, o por vida, &c.* Et quãtum ad primum, videtur id non esse necessarium. Quia non videtur ita notabiliter grauior blasphemia in Deũ, quam in sanctos, vt ea sit explicanda. Sicut iuramentum falsum iurando per Deum est grauius, quam iurando per creaturas. At nullus dicit qualitatem iuramenti esse fatendam in periurio. Quia vtroque modo Deus in testẽ falsitatis adducitur, vel in se, vel vt in suis sanctis relucet. Si ergo idem erit in blasphemia. Nam vtroq; modo blasphemia dicta est cõtra Deum, siue in se, siue in suis sanctis. At primo dico, expressum, & formalem affectũ derogãdi, ac conuitiũ inferendi, siue Deo, siue sanctis, explicandum esse in confessione. Quia etsi non mutet speciem (vt n. præced. diximus) aggrauat notabilissime. Et ita videtur tenere *Aragon prox. me alleg.* Non enim satis explicat peruersæ voluntatis nomine, quam explicandam docet, an intelligat solam detestationem formalem, siue odium. Secundo dico, multo verius mihi esse, explicandum necessario esse, an blasphemia sit cõtra Deum directè, & immediatè, vt *pese a Dios, o por vida de Dios, maldito sea Dios;* an mediatè, & remotè, qualis est in sanctos. Vt *pese a San Iuan, por vida de tal santo o maldito sea.* Ratio est, quia etsi in periurio non reputetur ea grauitas multo notabilior, vtpote quod nõ est directa Dei cõtumelia, nec ex intentione expressa, aut tacita peierantis in id tendit. At blasphemia non est, vt periurium, sed directè tendit ad dehonorandum eum, in quem iactatur, & est vera, ac directa eius contumelia. Nemo autem negabit multo grauius esse, Deum in se ipso contumeliis afficere, quàm repræsentatũ in sanctis. Et ita videtur expresse tenere *Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1. in fine,* vbi cum dixisset blasphemiã in Deum; & in sanctos non differre specie; immediate subdidit confessarium non debere inquirere diuersitatem harum blasphemiarum pro diuersitate specifica, sed pro maiori grauitate. Sed melius id docet *Suarez to. c. 6. in fin.* quia (inquit) in blasphemia contra sanctũ, præter speciem blasphemiæ, est alia specifica contra cultum duliæ debitum sanctis secundum se. Vidẽtur etiam tenere *Bañes, Petr. de Ledesm. & Ludouicus Lop. proxime allegati,* dũ dicũt qualitatem blasphemiæ esse explicandam. Et tenet *Aragon eo. ar. ... in fine.* Tertio dico, esse quoque explicandum, an blasphemia fuerit contra beatam Virginem, an contra alios sanctos. Quia in communi, ac verissima æstimatione, est multo grauior in beatã Virginem, quam cõtra reliquos sanctos. Et ita tenet *Aragon ibi.* Quarto dico; inter alios sanctos non esse explicandum necessario contra quem sanctum blasphemia fuerit. Quia etsi aliqua maior grauitas contra aliquos, non est ita notabiliter maior, vt diuersum iudicium faciat. Quinto dico, non satis esse blasphemias in genere explicare, etiam explicando, an sint contra Deum, vel beatã Virginem, aut reliquos sanctos; sed oportet modum blasphemiæ explicare. Vt si fuit per vitam Dei, vel pœniteat Deũ, vel per membra pudenda; & si fuit blasphemia hæreticalis, debet explicari, quæ fuerit. Ratio est quia diuersitas iudicij notabilis cõsurgit ex qualitate blasphemiæ. Cum quædam notabiliter maiorẽ contumelia contineant, quã aliæ. Sicut contingit in verbis cõtumeliosis aduersus homines prolatis. Et ita expresse docent *Petr. de Ledes. & Lud. Lop. allegati.* Et satis id indicant *Bañes & Aragon proxime alleg.* Et cõfert ad hoc id quod cum *Valentia* diximus c. 7. n. 17. in fi. nẽpe, teneri hæreticorum explicare in confessione qualitatem erroris.

40 Quinta conclusio Blasphemia in Deum, vel sanctos, non excusatur à mortali ratione prauitatis materiæ sed ex solo plenæ deliberationis defectu. Sicut in periurio non datur paruitas materiæ, sed ex solo deliberationis defectu põt esse veniale. Quia qualiscunque contumelia in Deũ, vel in sanctos prolata, est grauissima. Et ita satis clare significat *D. Thom. 2. 2. q. 13. ar. 2 ad 3.* vbi solum excusat blasphemiam à mortali, ob deliberationis defectum. Et docent expresse *Caiet. in summa, verb. Blasphemia Valentia. 2. 2. disp. 1. quæst. 13. puncto 1. notabili 3. Bañes 2. 2. q. 13. à 2. & ibi Aragon. Petrus de Ledesm. 2. to. summa, tract. 1. c. 9. post 7. concl. Lud. Lop. 1. p. instructorij c. 282. col. 5. Suarez. t. 1. de religione, tract. 3. l. 1. c. 6. nu. 2.*

41 Immo, etsi ioco dicantur verba blasphemiæ, erit mortale. Nec enim leuis iniuria est, nominare ioco mẽbra pudenda Christi, vel sanctorum vel dicere pœniteat illos, aut renego. Et ita docet *Nauarr. summa c. 12. n. 48.* Quod intellige, nisi iocus tollat rationẽ omnimodam irreuerentiæ, & sic blasphemiæ rationem. Sicut n. 9. diximus de iurãte per falsos deos causa ioci, & irrisionis.

42 Est tamẽ temperanda conclusio, vt intelligatur, quãdo blasphemia iactatur in sãctos, nõ directe, & formaliter, quatenus sancti sunt; sed materialiter, & per accidẽs & vt quidã homines sunt. Tũc enim rõne paruitatis materiæ esset blasphemia venialis. Quia sanctitas se habet tũc per accidẽs. Dicitur autẽ blasphemia aliquo modo & materialiter Quia propter coniunctã sanctitatem sunt sancti plus honorandi etiam in naturalibus. Exemplum huius blasphemiæ venialis est. Si quis ioco diceret sanctum Crispinum fuisse sutorem aut sanctos Ioannẽ, & Paulum fratres fuisse eunuchos. Ita docent *Bañes, Aragon Ludouicus Lopez, nu. 40. relati.*

43 Quando autẽ ex indeliberatione dicitur blasphemia, quidã limitant, vt non sit mortalis, nisi homo sit assuetus blasphemare, nec conatur prauam illã consuetudinem emendare. Tunc enim blasphemia ex subreptione procedens, erit mortalis. Quia etsi in se non sit pleno volita, est tamẽ plene volita in sua causa Sicut de peccatis ebrij antea præuisis dici solet. Secus autem est, vbi nõ est talis consuetudo, vel eã habens nititur se emendare. Ita *Toledo lib. 4. summa capitul. 13. nu. 7. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. cap. 282. versic. Octauo vide alios modos.* Et id dicit probabile *Emmanuel Sà sum. verb. Blasphemia, nu. 3.* At contradicit *Nauarrus summa c. 12. nu. 84.* vbi ait non esse mortalem blasphemiam ex subreptione dictam, etsi procedat ex praua consuetudine, & lata culpa; quando indeliberatio est causa dicẽdi, quia, nimirum, si ille pene aduertisset, non dixisset. Et refert pro se *Caietanum summa, verbo Blasphemia,* qui tamen ei nõ fauet; nam loquitur absolute de blasphemia procedendi ex indeliberatione. At in hoc casu procedit ex praua consuetudine. Refert etiam pro se *Syluestrũ verbo Blasphemia q. 3.* qui dubius manet, & potius in priorem sentẽtiam inclinat. Atque illam veriorem alij existimant, cum hac tamen limitatione, vt ille aduerterit antea prauam illam consuetudinem esse sibi causam prorumpẽdi in blasphemias absque plena deliberatione dictas, nec curet emendam. Sed in hac quæstione est idem prorsus dicendum, quod lib. seq. toto c. 5. dicemus de peierante, quoties periurium procedit ex nimia iurandi consuetudine.

44 Sexta conclusio. Iuxta decretum *Concilij Lateranensis sess. 9. §. Ad abolendã,* blasphemus non potest absolui à confessore, nisi grauissima pœnitẽtia ipsius arbitrio imposita. Sic enim expresse ibi definitur. Et ita docẽt *Nauar. summa c. 12. nu. 83. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 15. paulo post principium. Petrus de Ledesm. 2. to. summa, tract. 1. c. 9. in fi.* At id decretum non est vsu receptum; & ita hodie non obligat. Quod docẽt *Armilla verbo Blasphemia, in fine, & ibi Emmanuel Sà n. 2. Azor to. 1. lib. 9. instit. moralũ c. 28. q. 9 Suarez to. 1. de religione, tract. 3. li. 1. c. 7. n. 22.*

vbi etiam optime docet hoc peccatum nō esse reseruatum. Quod etiam docuerat *to.4.in 3.p. disput.28. sect.3. num.*10.

45 Tandem superest triplex breuis difficultas. Primo est, an habens consuetudinem blasphemandi sit absoluendus? *Metina lib.1.summæ, c.14.§.2. Petrus de Ledes. 2.to. summæ tract.1.c.9.in fine, Manuel 1.to.sum.in 2.editione, c.34.n.5. Ludouicus Lopez 1.p.instruct.c.282. versic. Sed quid si blasphemus* asserunt hunc, quando in alijs cōfessionibus emendā proposuit, nec emendatus est, non esse statim absoluendū, sed differendam ei absolutionē, donec emendetur. Quod temperat *Azor to.1.l.9.instit. moral.c.28.q.18.* nisi signa certa, & manifesta detestationis illius criminis ostendant, & in aliud tempus differri commodè absolutio nequeat. At mitius loquitur *ipse Azor tom.1. lib.11. instit. moral.c.3.q.4.* loquens de habente prauam iurandi cōsuetudinem, vbi ait hunc, si alioquin admonitus, aliquid curæ, & laboris apposuerit ad eam consuetudinem extirpandam, statim absoluendum esse; secus si sæpe admonitus nullam curam adhibuit, nisi iusta causa subsit ad cōcedendam statim absolutionem. Et ideo quamuis crimen blasphemiæ sit multo grauius applicando prædictam doctrinam ad illud; dico primo habentem prauam blasphemandi consuetudinem, qui nunquam est admonitus, vt illā deponat, vel si sæpe in alijs confessionibus admonitus est, & aliquid operæ, & studij collocauit ad eam consuetudinem euellēdam, debere statim absolui. Quia si nunquam est admonitus, non est in tanta culpa; si autem admonitus est, & aliquid studij collocauit, iam ex parte sua aliquid confert, etsi differatur absolutio, fortè cadet animus, & à cōfessione deterritus, in peius labetur. Secundo dico, quando nil curæ apposuit ad emendam, admonitusque est sæpe in alijs confessionibus, posse adhuc hunc in rigore statim absolui, si verè doleat de prȩteritis, ac in posterum emendam firmiter proponat. Quia nullam occasionem extrinsecam habet, vt vel sic necessario impediatur absolutio, sed ex fragilitate carnis, sicut & in alia vitia. Tertio dico, an sit consilium differre absolutionem, pendere ex cōfessoris prudentia. Si enim pœnitens id nō multum ægrè ferat, & speretur non ob id retrahendum à confessione sed potius id fore medicinam, erit consilium differre absolutionem maiori suauitate possibili adhibita; si autem oppositum speretur, non erit consiliū, nisi quando ille ijs blasphemijs ingens præberet scandalum; & ita confessarius iudicaret postponendum priuatum illius solatium, & ad gloriam diuinam expedire illū non absolui, donec scandalo publico satisfaciat, tutando vitæ emendam.

46 Secunda difficultas est. An audiens blasphemantem teneatur eum grauiter increpare, etiam si nulla emēdæ spes adsit, si tamē possit absque proprio periculo, sic increpare? Affirmant *Nau summa Latina, c.12.n.83. Hispana c.28.addit. ad n.83.c.12. Petrus de Ledes.2.to.sum. tract.1.c.9.in fi. Lud.Lop.1.p.instruct.c.51. paulo post princip.* Ducuntur autē quia in *Concilio Lateran.sess.9.§. ad abolendam,* id videtur præcipi. Sic enim ait: *Quicumque blasphemantem audierint, eū acriter verbis obiurgare teneantur si citra periculum suum id fieri posse continget.* Sed *Azor to.1.lib.9.inst.moral.c.28.q.7.* id negat. Tū, quia etsi Conciliū potuerit id ius nouum statuere, non spectādo blasphemantis emendā, sed potius delicti pœnā, vt illa increpatio sit quædā illius pœna; at non constat ex eius verbis id ius nouum pœnale statuere voluisse. Quare ne præcepta, & pœnæ sine vrgenti fundamēto multiplicentur, potius dicendum est, voluisse tātum in memoriā audiētis reuocare prȩceptum naturale, ac diuin correctionis fraternæ. Quod est certum minime obligare, vbi spes emendæ speratur. Tum etiam, quia etsi id ius nouum concedere voluerit, non est vsu receptum. Sicut nec quoad pœnitentiā grauem imponendam ante absolutionem in foro conscientiæ, diximus n.44. non esse vsu receptum. Sed existimo id decretum continere nouū ius; ac proinde obligare, etiam si emēda desperetur. Vt dixit prior sententia. Quid id apertè dicant ea verba Concilij: *Acriter obiurgare teneantur.* Quippe fraternè corrigere, ad quod præceptū naturale diuinum obligat est admonitio quȩdam suauis, & fraterna, obiurgatio autē acris est, aspera, & grauis reprehensio. Obiurgare enim est reprehēdere, & increpare. Quamobrem verè concilium in hac obiurgatione nō tam attēdit ad blasphemantis emēdam; quā ad quoddam eius supplicium, & ad tuendum honorē diuinum obiurgatione illa. Qui blasphemia detrimentū patitur. At credo id præceptum Concilij nō obligare, eo quod vsu receptum minime sit. Quare solum obligantur audientes ad fraternè corrigē dum præcepto naturali diuino, quando speratur emenda. An verè ex præcepto amoris Dei teneatur audiens respondere pro Deo, etsi desperetur emenda; dicemus c.35.num.9.

47 Vltima difficultas est. An teneantur audientes blasphemum illum denunciare iudici? In eo decreto Cōcilij Lateranensis, quod n.præced. allegaui, præcipitur hunc denunciari, his verbis. *Eum denique deferre, vel notificare apud iudicem Ecclesiasticum, seu sæcularem intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes cōuenerint, vt vnus pro cunctis tali officio fungatur.* Et *Iulius III. in sua constitutione Pontificia, qua incipit, In multis,* imperat vt audientes denunciet intra triduum, alioquin in easdem blasphemi pœnas incurrant. Et *c.si quis per capillum 22.q.1.* Pius I. constituerat diuina condēnatione coercendos non denunciantes. Atque Inquisitores quotannis dum edicta promulgāt, & Episcopi in suis edictis iubent sub pœna excommunicationis latæ sententiȩ blasphemos denunciari. Quare prorumpētes in blasphemias hæreticales, de quibus soli Inquisitores cognoscūt, sunt ipsis denunciandi. Blasphemiæ autem non hæreticales sunt denunciandæ iudici Ecclesiastico, aut sæculari. Quippe solum illi de his cognoscunt. Iuxta dicta n.37. Nec edicta iudicum Ecclesiasticorū præcipientia sibi denunciari, impediunt denunciationem fieri alteri iudici potenti de illis cognoscere, vtpote quæ eius iurisdictionem non minuūt; sed id solum intendunt, vt blasphemiȩ denuncientur, ne impunitæ maneant. Sunt autem denunciandȩ hæ blasphemiȩ, etsi sub conditione proferantur. Quia sūt verȩ blasphemiȩ. (Vt nu.24. diximus.) Et ita denunciādas esse tradunt *Rojas de hæret.2.p. assertione 12.n.173.* Et *citate Cantera Azebedo lib.8. recopil.tit.4. l.1. num.14.* Sunt etiam denunciandæ, etsi non expresse nominentur Deus, vel sancti; vt *pesete tal, reniego de tal,* quando ex coniecturis apertè, & absque vlla dubitatione colligitur blasphemantis animus, intelligēns nomine, de tal, Deum, vel sanctos. Iuxta dicta n.23. Maior autem difficultas est, an quando blasphemia est secreta, ac speratur fore, vt blasphemus fraternè correctus emendetur, sit permittenda correctio fraterna? *Azor lib.9. instit. moral.c.28.q.8.* dicit non prȩmittendam correctionem fraternam. Quia ea denunciatio non prȩcipitur ob criminis emendam, sed ad eius punitionem, & in pȩnam sceleris. At melius alij prȩmittendam tunc correctionem fraternam sentiunt. Quia speciale est in crimine hȩresis, vt ob magnum eius periculum, & difficillimā hæretici correctionē, sit statim nulla correctione prȩmissa denunciandum. Quod in blasphemis non contingit. Quare prȩdicta decreta, & edicta intelliguntur seruato ordine Euangelico nempe, vt si blasphemia sit publica, aut si secreta, desperetur fore, vt correctio prosit statim denūcietur. Si verò occulta sit, ac spes sub sit, vt correctio fraterna prosit, illa prȩmittatur. Atque ita docent *Metina lib.1. summa, c.14.§.2. fol.77. pag.1. Manuel 1.to. summa, in 2. editione c.34.n.6. Ludouic. Lopez 1. p.instruct. cap.282. in fine.*

CAPVT

CAPVT XXXIII.

De præcepto spei,& timoris; ac peccatis desperationis,& præsumptionis spei oppositis.

SVMMARIVM.

An de spe sit preceptum, nu. 1.
Quando obliget? Refertur quædam sententia, nu. 2.
Explicantur tempora quibus obligat, nu. 3.
An sit præceptum speciale timoris, nu. 4.
Quando peccetur per desperationem, nu. 5.
An desperatio sit semper coniuncta cum hæresi, nu. 6.
Quando peccetur, & qualiter per præsumptionem, nu. 7.
An præsumptio sit semper coniuncta cum infidelitate, nu. 8.

1 CONstat ex fide esse præceptum de spei actu aliquando eliciendo. Vt constat ex *Psal. 4. Sperate in Domino.* Et *ad Titum 2. Expectantes beatam spem.* Et ex alijs locis, quæ afferunt Doctores nu. 3. allegandi. Et ratione constat. Quippe de omni actu ad vitam æternam obtinendam necessario est præceptum. At huiusmodi est sperare peccatorum veniam, ac gloriam obtinendam à Deo. Vt constat ex *Trid. sess. 6. cap. 6.* Est igitur in præcepto.

2 Et quidem quantum ad præceptum negatiuum, nempe, non desperandi quod ad spei virtutē pertinet, constat obligare semper, ac pro semper; instar omniū præceptorum negatiuorum. De præcepto autē affirmatiuo eliciēdi actus spei est difficultas pro quo tempore obliget. Quidam, quos tacito nomine refert *Aragon 2. 2. quæst. 21. ar. 1. dub. 1.* cēsent habito semel actū spei posse probabiliter dici id præceptum non amplius obligare. At iure optimo id falsum esse censet. Idque constabit ex dicendis nu. sequenti.

3 Varia igitur tempora assignantur à Doctoribus obligationis huius præcepti. Primum tempus est, cum primum rationis vsum puer assequitur. Quia, tunc tenetur se in Deū cōuertere, omnia in ipsum referendo. Quod absque actu spei præstare nequit. Ita docent *Bañes 2. 2. quæstione 22. articulo 1. dub. 2. & ibi Aragon dubio 1. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 2. c. 4. conclusione 3.* At verius est, tunc non obligare. Quia cap. 23. dicemus ideo verius esse non extare id conuersionis præceptum. Et hanc partem sustinet *Valentia 2. 2. disp. 2. q. 4. punct. 1.* Et esto diceremus hoc præceptum tunc obligare, non obligaret per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidēs ratione alterius. Vt statim in secundo obligationis tēpore explicabo. Secundum tempus est, cum obligatio occurrit pœnitentiæ de ante acta vita, ad gratiā Dei obtinendam. Quia cum spes veniæ obtinendæ sit fundamentum pœnitentiæ: hæc absque spei actu consistere nequit. Ita docent *Azor tomo 1. lib. 9. institutio nū moralium, capit. 2. quæstione 7. Arago. , Bañes, Petrus de Ledesma conclus. 4.* Addunt hi tres idem esse dicendū, quando est præceptum de oratione. Quia id præceptū absque spei actu impleri nequit. Et idem dicit *Azor*, quādo obligat præceptum dilectionis Dei super omnia. Quia absque actu spei impleri nequit. Idē dicit *Aragō*, quoties quis tenetur aliquid aliud efficere, quod sine actu spei cōmode fieri nequit. At in omnibus his euentibus non obligat præceptum spei per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidens ratione præcepti adiūcti pœnitentiæ, aut orationis, charitatis, aut faciēdi illam aliā rem. Quare tunc omittens elicere actū spei, nō peccaret cōtra hoc præceptum, nec omissionem actuum spei tenetur fateri; sed solum peccaret contra illud præceptum adiunctum, quod impletum non est; atque adeo sola eius transgressio fatenda est. Ita docent *Bañes, & Petrus de Ledesma ibi.* Atque in simili diximus hoc 2. libro c. 1. nu. 3. Tertium tempus est, semel singulis annis. Ita *Petrus de Ledesma ibi, conclus. 6.* Sicut idem dixit de præcepto fidei. (Vt ex ipso retuli d. capit. 1. numero 5.) vbi & id reprobaui. Quare hoc non placet. Quartum tempus est, quando quis primo nouit, siue per se siue ab alium monitus, vtilitatem, ac necessitatem spei ad piè viuendum. Sic *Valentia ibidem*, dicens hoc esse probabile. At non placet hoc tempus. Quia caret solido fundamento. Vltimum tempus est, quando aliquis graui desperationis tentatione vexatus, in succumbendi periculo est, nisi actu spei contrario animum confirmet. Tunc enim per se hoc præceptum obligat. Quia eodem spei præcepto tenetur homo sperare, & non desperare. Si ergo tunc elicere actum spei est per se mediū ad non desperandum, obligabit præceptum spei ad illum eliciendum. Ita *Valentia, Bañes, Aragon, Petrus de Ledesma proxime allegati.* Addit autem optime *Valentia*, aliquando quoque esse necessarium & sub præcepto, actu spei munire animum ad vincendas tentationes in alijs materijs quando alias est periculum succūbendi. At tunc non obligabit præceptum spei, per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidens ratione præcepti superandæ illius tentationis. Quare non elicere tunc actum spei, minime erit distinctum peccatum necessario fatendum ab eo quod committitur succumbendo tentationi, aut succumbendi periculo se exponendo. Quia actus spei nō requirebatur tūc per se, sed ratione præcepti vitandi alterius peccati, ad quod tentatio impellebat.

4 Rursus de timore filiali, ac bono seruili constat, quādoque esse præceptū. Quod docet *D. Tho. 2. 2. q. 22. art. 2.* de filiali, *Deuteron. 10. Quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deū tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum &c.* De seruili, *Matth. 10. & Luc. 12. eum timete, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem, & corpus & animam perdere in gehennam.* Est autē timor filialis (vt docet *idem D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 2.*) quo quis timet offendere Deum, & ab eo per peccatū separari. Dicitur autē filialis, eo quod ex Dei amore nascatur; sicut timor quo filij vereri solēt, ne parētes suos offendant, consurgit ex filiali amore, quo illos colūntur. Timor autem seruilis est, quo quis timet pœnas à Deo peccatoribus constitutas & ideo, vt eas effugiat, inducitur ad peccata vitanda. Dicitur autem seruilis, quia nō propriè nascitur ex amore Dei sed ex sui amore quo quispiā, vt propriæ incolumitati pœnas euadens consulat, peccata vitat, instar seruorum, qui non amore Domini ducti, sed pœnæ timore, ipsi obsequuntur. At difficultas est, ad præcepta de his timoribus sint specialia, ita vt aliquando ex huiusmodi timorū defectū cōtingat committi speciale peccatum. An verò sint ipsamet charitatis, & aliarum virtutum præcepta, quæ exigunt hos timores, quatenus per illos ab eorū transgressione homo retrahitur? *Bañes 2. 2. quæstione 22. artic. 2. in solutione ad 1. & 2.* cēset esse speciale præceptum; obligareque seruilem, quando necessitas vitandi peccati occurrit, nec ducitur quis ad id vitandum, nisi pœnæ timore; filialem autem, quando quis est in periculo peccandi, & eo timore ad cauenda peccata ducitur. At concludit *in solutione ad 4.* esse probabile nō esse specialia præcepta. At multo verius est, non esse aliquod speciale præceptum horum timorum, sed idemmet aliarū virtutū; atque ita admittentem quodcumque crimen, à quo timorum horum actu retrahi posset, sufficienter fateri explicando solum id crimen admissum, aut si nō admisit, periculum illius admittendi, cui se exposuit. Quod ex praxi hominum timoratæ conscientiæ cōstat, qui nunquam de timorum horum defectu in peccatis admissis se accusant; nec confessarij de eo interrogant. Et ratio est, quia defectus ille timoris est cōditio generalis reperta in omnibus peccatis admissis; ac proinde non constituit specialem aliquam culpam. Sicut nec defectus considerationis rerum diuinarum, & aliorū mediorum, quæ à peccando auerterent, ac à peccante negliguntur, minime culpam specialem inducit.

Quod sit generalis omniũ peccatorum conditio. Adde omissionem actus spei requisiti ad non succumbẽdum tentationibus contra alias virtutes occurrentibus, non inducere specialem culpam. (Vt numero præcedenti diximus.) Quia non exigitur propter se, sed ob aliarum virtutum præcepta. Idem ergo de his motibus dicẽdum est. Et ita docet *Valentia 2.2.disp.2.q.4.puncto 2.in fine.*

5 Peccatur autem contra spem, aut non eliciendo actũ spei, quando obligat iuxta dicta num. 3. Aut per defectum excessumve: Per defectum peccatur desperãdo; nimirum, dum quis desperat fore vt ad meliorem frugem se recipiat, aut peccatorũ veniã, gloriamve comparet. Quod secundum omnes est grauissimum peccatũ mortale, nec in eo datur paruitas materiæ sed ratione solius defectus plenæ deliberationis excusari potest à mortali. Quia motus desperationis cõformis est iudicio falso de Deo quo iudicatur per eius misericordiam nõ posse aliquem obtinere salutem æternam, atque ideo in quauis materia misericordiam diuinam grauiter lædit.

6 Potest autem hic disperationis actus coniunctus esse cum hæresi, quando desperans actu habet hoc iudicium illi assentiens, Deus non potest mihi parcere; aut non parcet si me disposuero, vt decet; aut cõsequi gratiam & gloriam est mihi impossibile. Quia hæc iudicia cõtra fidem sunt. Quare erit tunc duplex malitiã specie distincta, ac cõfitenda; altera hæresis, altera verò desperationis. Potest etiam sine hæresi contingere. Quod bene explicat ex mente *D.Thomæ Valentia 2.2.disp.2.q.3.puncto* 1. quia ad eliciendum desperationis actum, non est necesse actu habere illud falsum iudicium declaratum. Sed satis est, vt per iudicium practicam quispiam æstimet sibi nunc desperandum, siue vt iucundum, & aptũ præsenti dispositioni, siue vt vtilem ad alios fines prauos; vt ad liberius peccandum. Sicut fornicans non iudicat sibi tũc fornicationem licere. Quod esset hæreticum. Sed tantum practicè illam amplectitur tãquam iucundam, aut ad alios fines vtilem. Vel secundo potest hoc explicari cum *Toledo lib.4. sum.c.7.nu.9* Quia non est opus hoc iudicio in desperante. Deus mihi non potest parcere, aut nõ parcet, si me debitè disposuero. Sed satis est hoc iudicium, nũquam me disponam, nunquã bene agam, nunquam mihi parcet Deus. Quæ iudicia cum de solo facto sint, non sunt hæretica.

7 Peccatur quoque per excessum contra spem, admittendo præsumptionis vitium. Præsumptio autem contraria spei in eo consistit, cum quis aliquid tanquã possibile de Deo sperat, quod secundum eius ordinariã legem non est possibile. Vt remissionem peccatorum, & gloriã absque meritis; vel ac solis proprijs viribus adipiscenda; vel in creaturis spem collocat tanquam in præsidio ad salutem comparãdam sufficienti. Vt optime *D. Tho. & omnes 2.2.q.21.art.1.* Nec enim in creaturis spẽ constituere interdicitur, tanquam in ijs, quæ vna cum Dei adiutorio iuuãt, & promouent ad vitam æternam adipiscendam. Vt bene *Azor tom.1.lib.9.institutionum moraliũ c.2.q.7.* Nec tamen ad fugiendum hoc crimẽ, est opus expressa diuini adiutorij mentione, quoties beatitudo autem gratia speratur, sed satis est virtute, & interpretatiuè adsit ea intentio. Vt communiter est in Christianis. Vt bene docent *Bañes ea.q.21.art.2.dub.3. & ibi Aragon.* Estque sẽper præsumptio hæc mortalis, nec paruitas materiæ excusare potest, sed solus plenæ deliberationis defectus. Vt bene docent *Bañes ibi.dub 0 2. & Valentia 2.2.disp.2.q.3.puncto 2.* Quod hic præsũptionis motus conformis sit falso iudicio de Deo, quo iudicatur posse ab eo beatitudinem comparari, absque medijs à diuina prouidentia, & iustitia statutis. Atque ita grauissimè vtrumque Dei attributum læditur. Insuper peccat præsumptionis crimine, qui spe veniæ obtinẽdæ pœnitentiam de peccatis in senectutem, aut finem vitæ differt. Sic *Metina lib.1.summæ, c.14.§.2.f.79 pag. 2. Bañes 2.2.q.21.art.2, in fine. Azor to.1 lib.9. institutionum moralium c.2.q.7.* Et dicit *Metina* esse mortale. At melius *Azor* ait non semper esse mortale, nisi tempus occurrat, quo præceptum pœnitentiæ obliget. Quare qui pœnitentia spe veniæ differt, solum peccat contra pœnitentiæ præceptum, si animum habeat eam differẽdi vltra tempus, quo id obligat. Quare non existimo hoc ad peccatum præsumptionis propriè pertinere; nec esse propriè contra spem. Cum non speretur beatitudo absque pœnitentia & Dei adiutorio.

8 Tandem potest præsumptio hæc cum hæresi, & absque illa accidere. Sicut nume.6. de desperatione diximus. Est quidem cum hæresi, & sic duplex culpa, quãdo est error intellectus quo crederet beatitudinẽ absque pœnitentia, & meritis obtinendam; vel solis proprijs operibus, absque Dei gratia. At ad præsumptionis peccatum non est necessarium id iudicium actu existere, sed sufficit, vt ita tendat quis in salutẽ æternam volũtate sua, ac si posset absque operibus obtineri; aut solis illis absque Dei gratia. Et ita docet *Valentia 2.2. disputatione 2 q.3. puncto secundo.* Quare tunc erit absque hæresi.

CAPVT XXXIV.

De peccato tentationis Dei.

SVMMARIVM.

Tentatio Dei qd, & quotuplex, et qua regula dignoscatur, n.1.
Tentare interpretatiuè, quotuplicitèr contingat, nu.2.
Tentare Deum contingit respectu tentantis, & respectu aliorum, num.3.
Cui virtuti opponatur, nu.4.
Quale peccatum sit, nu.5.
An orare absque debita præparatione sit tentare Deum, nu.6.
Quid de nitente sola oratione impetrare bona temporalia, n.7.
Quid de explorante diuinã voluntatẽ absque iusta causa, nu.8.
An liceat petere à Deo signum suæ voluntatis, vel cum adest reuelatio, ad sciendum an sit Dei, an dæmonis, nu.9.
Quid, quando dubitatur, an promissio sit absoluta, an cum cõditione: & an pro seipso liceat aliquando petere signum veritatis, potentiæ, aut scientiæ diuinæ, eodem, nu.9.
An tentet Deum petens ab ipso miraculum pro manifestanda fidei veritate, nu.10.
An tentatio expressa, & interpretatiua sint distinctæ speciei, nu.11.
An purgatio à crimine ferro candenti, aut aqua feruenti facta, sit licita, nu.12.
An liceat hæc purgatio per Eucharistiæ sumptionem, nu.13.
An liceat medicinas corporales etiam martyrij tempore nolle, num.14.
An tentet Deũ martyrio se absque necessitate offerens, vel peccet si se offerat, eo quod vitam exosam habeat, num.15.
An tentet Deum prædicans absque præuia meditatione, n.16.

1 CVm tentatio Dei opponatur religioni, quatenus ad cultum debitum Deo exhibendum inclinat (vt numero 4. dicemus) & quodammodo etiam spei; eius tractatus pertinet ad primum Decalogi præceptum iubens cultum Dei debitum; & post tractatum de virtute spei. Definitur autem sic. Tentatio Dei est irreligiositas quædam, per quam ex dubitatione de aliqua Dei perfectione, vt veritate, potentia, scientia, &c. sumitur experimentum verbis, vel factis, an Deus perfectionem illam habeat, nec ne. Ita *D.Thom.2.2.quæstione 97. art. 1. ab omnibus receptus.* Dicitur autem irreligiositas, quia vinum hoc religioni opponitur. (Vt numero quarto explicabimus.) Dicitur, ex dubitatione, &c. quia semper in tentatione Dei adest aliqua huiusmodi dubitatio. Quod ait *D.Thom. eod.artic.1.* & ex eo alij desumpsere contingere dupliciter. Primò, quãdo quis formaliter, & ex intentione tentat Deum, nimirum, quando expresse dubitando de aliqua Dei perfectione, aliquid facit animo illius experiendæ. Secundo, interpretatiuè, & implicitè, nempe, quando etsi quis expresse non dubitet de diuina perfectione, nec experimentum de

Deo

Deo sumere intēdat; id tamen petit, vel agit, quod suapte natura ad nil aliud pertinere, & referri posse videtur, quam ad diuinam perfectionem experiendā Tunc autem declarat *Diuus Thomas* hunc interpretatiuū tētandi Dei modum contingere, cum neglectis modis à diuina prouidentia cōstitutis, aliquid agitur expectato effectu à solo Deo, nulla necessitate, aut vtilitate iusta ad id cogenti. Quādo vero aliqua necessitate aut vtilitate ductus committit se quispiā diuino auxilio in suis petitionibus, vel factis, id non est tentare Deum sed licitum, iuxta id *2. Paralip. 20. cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solū habeamus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Idque declarat ibi appositissimo exēplo. Sicut quando quis absque peculiari causa equū agitat, interpretamur illam equi agitationē ad nil aliud pertinere quam ad eius velocitatem experiendam secus qn̄ adest causa peculiaris, vt fugiendi periculi. Vnde ex hac doctrina *D. Thomæ* optime colligit *Valentia 2. 2. disput. 6. quæst. 14. puncto 1. versic. Declarat*, ex fine mouenti deducendam esse regulam ad iudicandum, an Deus tentetur, nec ne: spectandus enim est finis, ob quem effectus à solo Deo speratur, & si iustus sit, non est Dei tentatio; si autem iusta causa mouens desit, erit Dei tentatio, saltem interpretatiua.

2 Hæc autem interpretatiua Dei tentatio contingit dupliciter; priori modo, cum quis media naturalia à Deo ordinata prætermittit, sperans à solo Deo effectum. Posteriori modo, cū quis sponte periculum quærit, à quo nullatenus, aut vix liberari potest, nisi à solo Deo. Sicut si quis relicta scala vellet è turri per aere descendere, quāuis non animo Dei tentandi id efficeret. Ita *Toledo lib. 4. sum. c. 19. nu. 6. in fi.* Vt tamen si est tentatio Dei, ēt interpretatiua, oportet haberi operantem respectū ad Deum, expectato medio extraordinario ab ipso; & tūc opponitur religioni, est enim Dei irreuerētia expectare imprudenter ad auxilium. Vt docet optime *Suarez to. 1. de religione tract. 3. l. 1. c. 3. nu. 4. & 5.*

3 Insuper potest homo Deum tentare, siue formaliter, siue interpretatiuè, vel vt ipse experimentū Dei capiat: vel vt alijs etiam manifestū faciat. Quippe expertus sapientiam alicuius, & de ea nil dubitans, diceretur verè ipsum tentare, si aliquid diceret, efficeretve, quo sapiētia illius esset alijs manifesta. Ita *Toledo eo. c. 19. num. 4.* Exemplum autem huius subijciam nu. 11.

4 Opponitur autem hoc tentationis Dei peccatum religioni. Vt docet *D. Th. ab omnibus receptus 2. 2. q. 97. ar. 3.* Cum .n. finis religionis sit Deo reuerentiā exhibere oīa quę directe reuerentię Dei aduersa sunt opponūtur religioni. At tentare Deum pertinet ad Dei irreuerētiam Connnet.n. quandā dubitationem de diuina excellentia. Quia nullus tentare præsumit eum de cuius excellētia certus est. Quamobrē primo Decalogi pręcepto aduersatur. Potest etiam dici eum *Azor to. 1. l. 9. instit. mor. c. 2. q. 7.* opponi aliquo modo spei. Quia tentās Deū indebito modo sperat ab ipso effectum intentū. Qualiter autem religioni opponatur, consulendus est *Suarez to. 1. de religione, tract. 3. lib. 1. c. 2. à nu. 5. ad* 8. vbi optime id explicat, soluitque contraria.

5 Ex his primo deducitur, tentationem Dei expressam, & formalem, esse ex genere suo mortalem. Quod velle ex dubitatione quadā aliquod Dei attributum experiri, magnum Dei contemptum concludit. Quod omnes fatetur. Vnde ex materiæ paruitate neq; esse venialis, sed ex solo perfectę deliberationis defectu. Quod ratio proxime adducta satis probat. Atque ita notat *Valētia 2. 2. disp. 6. q. 14. puncto* 2. Idque significat *Caiet. sum. verbo Tentatio in fine.* vbi formalem Dei tentationē ex hoc solo capite à culpa mortali excusat. Quādo autem hæc dubitatio deest, & sic est sola tentatio Dei non ita propria *Toledo lib. 4. summa ca. 19. num. 7.* dicit posse venialem, vt quādo ex sola curiositate videndi alicuius operis supernaturalis procedit. Atque *Valentia proxime relatus, & Sayro in claui regia, l. 4. cap. 7. nu.* 14. dicunt esse communiter venialem, nisi materia sit nimis grauis, vt quia tentans Deum se maximo periculo exponit. At existimo esse ex obiecto, & natura sua mortalem, nisi fortasse ex ignorantia, & simplicitate non omnino crassa id faciens excusetur. ex quadam inepta pietatis specie. Sicut optime docet *Suarez to. 1. de religione, trac. 3. l. 1. c. 2. nu.* 16. loquens de tentatione Dei, qua signum petitur à Deo suæ voluntatis, & sic nulla est dubitatio in fide. Et ratio est tum quia notabilis Dei irreuerentia est, agere cum Deo, tanquam cum ludione, & curiositatum fautore; tum etiam, quia sic tentans Deum, nō solum vult Deum fouere vanam curiositatem, sed etiā vt sua omnipotentia aliquid mirabile ad solum illum vanum finem operetur. Quod immensam Dei sapientiam, ac prudentiam valde dedecet. Quamobrem bene concludit *Suarez eo. num.* 16. vix posse hoc culpa lethali liberari. Fatendum est tamen, aliquando posse materiam & periculum esse adeo exigua, vt sit culpa venialis. Vt bene docet *Leonar. l. 2. de iust. c. 45. dub. 1. nu* 4. in fine, cuius exemplum appono, vt in leui morbo nolle medicinis vti, sperando vane salutem à Deo, non petito miraculo.

6 Secundo deducitur, cur Eccles. 18. orans sine præparatione dicatur quasi Dei tentator. Rō enim est (vt ait *Valent. 2. 2. disput. 6. q. 14. punct. 1. corol. 2.*) quia cū Deus eiusmodi orationem se exauditurum nō promiserit, ad nil aliud ordinari videtur ex modo, quo instituitur, nisi ad Dei potentiam experiendam, an minus bene oranti subuenire valeat. Dicitur autem non se præparare ante orationem, vt censeatur quasi Dei tentator, qui nō dimittit siquid aduersus aliquē habet, aut alias non se disponit ad orationem, faciendo quod in se est, vt à Deo exaudiatur. Et ita aduertit *D. Thom. 2. 2. q. 97. ar. 3. ad 2.* vbi bene aduertit *Caiet.* hunc non esse proprie Dei tentatorem; & ideo appellari quasi tentatorem.

7 Tertio deducitur, nitentem sola oratione bona temporalia à Deo impetrare, prætermissis medijs naturalibus, tentare Deum. Secus si in aliquo peculiari casu ad Dei gloriā expediret id. Ita *D. Th. d. q. 97. art. 1. ad 3. Valentia eodem punct. 1. corollario 2.*

8 Quarto deducitur, quid dicendū de exploratione diuinæ voluntatis per aliquod signum petitum à Deo. *D. Tho. 2. 2. quæst. 97. art. 1. & Caiet. in summa, verbo Tentatio*, dicunt esse tentationem Dei. Quod intelligit *Valētia 2. 2. disputat. 6. quæst. 14. punct. 1. corollario* 3. esse improprie, sed quandam irreuerentiam contra Deum. Quia propria Dei tētatio dubitationem de aliqua Dei perfectione exigit. Sed melius *Suarez tom. 1. de religione, tractat. 3. lib. 1. cap. 2. numero* 16. ait quæstionem esse de nomine, vtrouis modo appelletur; verius tamē videri esse proprie tentationem Dei. Cum expresse intendatur exploratio diuinæ volūtatis per tale medium, nec oportet vt semper procedat ex dubio de perfectione diuina. Vt ibi latius probat.

9 Quinto deducitur discrimen inter instructionem de diuinis attributis, atque de diuina voluntate Quod cū de primis dubitare nō liceat, velle illa explorare, sit semper iniqua Dei tentatio; at cum de diuina voluntate dubitare liceat non semper est tentatio Dei, petere ab eo instructionē illius per aliquod signū, dummodo debitæ circumstantiæ concurrant. Quod docent *D. Tho. 2. 2. quæst. 97. artic. 2. ad 3. & ibi Caietan Valentia 2. 2. disp. 6. q 14. punct. 1. Suarez tomo 1. de religione, tract. 3. lib. 1. c. 2. à nu. 9. vsque ad* 13. vbi optime hoc explicat, & extendit ad casus in quibus dubitare licet de aliqua fidei veritate; vt si alicui non sit satis proposita aliqua fidei veritas, & ideo nec peccat dubitando, nec suspendendo assensum; vel si certus sit de aliqua Dei reuelatione, sed petit maiorem instructionem, maioremq; publicā confirmationem, pro se, vel pro alijs. Adhibent etiam exēplum *Caiet. & Valent. ibid.* vt quando alicui fit reuelatio, & dubitat, an Dei, an dæmonis sit, potest cōcurrentibus debitis circūstantijs, petere à Deo instructionē

per

per aliquod signum. Similiter ait *Caietan.* idem licere, quando dubitatur, an promissio Dei sit absoluta, an solum iuxta secundarum causarum merita. Has autē circumstantias explicuit *D.Thom. eodem art.2.* his verbis. *Cum subsit iusta necessitas, aut pia vtilitas, & alia, quæ ad hoc concurrere debent.* Insuper adhibēdus est debitus petendi modus, quē dicit *Caiet.eo.artic.2. & Armilla verbo Tentatio num. 2.* esse vt humiliter id signum petatur. Quod optime sic explicat *Suarez proxime allegatus*, id est, ea animi submissione, vt petens non ita fidem suam alicui signo particulari petito à Deo astringat, vt nisi illud concedatur, non sit crediturus; hoc enim & temerarium est, & debitæ in Deum subordinati aduersum. Sed debet volūtati diuinę se submittere; quare (inquit) vere tentat Deum, petens ab eo signum, quod ipse petens vult, tanquam vnicum explorandæ illius rei medium, quod si aliquando sancti id fecere, id ex speciali Dei impulsu fecerunt. Debitas autem circumstantias explicat *idem Suarez ibi* tunc concurrere, quando talis veritas est necessaria ad propriam, vel aliorum salutem, vel ad voluntatem Dei implendam, vel est valde conueniens ad commune bonum, nec omittuntur media ordinaria præstituta à Deo, ad eam veritatem assequendam. Quod etiam constabit ex dicendis nu. sequenti. Similiter integrum est, Deo supplicare, vt suā voluntatem occultam nobis explicet, vt eam assecuti nunquam transgrediamur. Ita *Caietan.in summa, verbo Tentatio, Azor tomo 1.instit. moral. l.9.cap.2.q.7. Medina lib.1.summæ, cap.14.§.1.*

10 Sexto deducitur, non licere petere à Deo speciale fidei signum, pro eius veritate alijs manifestāda, nisi necessitas concurrat, vt quia non apparet via aliter manifestandæ illius veritatis; & vtilitas simul, quia speratur probabiliter vtilitas eorum, quibus manifestanda est. Quare petēs à Deo miracula ad fidem coram hæreticis confirmandam, tentaret Deum; quia deest necessitas, sufficit enim eis Ecclesiæ testimonium. Similiter qui apud infideles id peteret, quando inde non speratur eorum conuersio; deest enim vtilitas. Hæc docet *Toledo li. 4.sum ca.19.nu.8. & 9.* Atque (vt optime *ait Suarez eodem c.2.n.3.in fine*) est adeo excellens & supernaturalis hęc petitio, vt sine speciali Dei motione fieri rectè nequeat; qua ducti quidam sancti petiere.

11 Quod si petas, an formalis, & expressa Dei tētatio, qua ex intentione exploratur eius volūtas, aut attributum, petitio aliquo signo differat specie à tētatione interpretatiua, quam nu.2. explicuimus? Id discutit *Suarez to. 1.de religione tract.3.l.1.c.3.nu.6.* & ait differre vtranq; specie. Quod longe diuersa ratione vtraq; ad Dei irreuerentiā pertineat, & procedat ex causis diuersis in genere moris. Et saltem ait quoad mores spectat, clarū esse, aperiri debere necessario confessione, an tentatio fuerit expressa, an tantū interpretatiua. Quia exigitur manifestatio intentionis, qua factū est opus, quo tentari Deus dicitur. Et placet quidem; & absque dubio vtraque pars est vera, quando tentatio expressa procederet ex dubio de aliquo Dei attributo; tunc enim esset coniuncta malitia mortalis contra fidem.

12 Septimo deducitur, ad tentationē Dei pertinere purgationem à crimine obiecto alicui, olim fieri solitā ferro candenti aut aqua feruenti. Atq; ideo est merito interdicta iure canonico, *c. Mennam, et c. Monachis, & c. Consuluisti 2 q.5. & c. Ex tuarum, de purg. canonica, & c. fi. de purg. vulgari,* vbi redditur ratio, qđ Deus tētari videatur, eo quod ad bonum commune tuēdum, satis sit medijs humanis iure statutis vti, ex quibus delictū, aut innocentia delinquentis constet. Et ideo hæc purgatio est quædam interpretatiua Dei tētatio. Ita *D.Th.2.2.q. 95.art.8.ad 3.part.quæst.80.art.6.ad 3. Valentia 2.2.disp.6.q.14.puncł.1.corollar.4. Sayro in claui regia, l.4.c.7.n. 4. Leonard.l.2.de iust.c.45.dub.1.nu.3. Suarez to.1.de religione, tract.3.lib.1.c.3.n.8.* vbi bene colligit hoc non esse malum, quia prohibitū, sed prohiberi, eo quod sit ex se malum. Cum eius malitiæ rationem textus reddat, quod sit tentatio Dei, quam ex se malam constat. Nec obstat *num. 5.* mulierem de adulterio suspectam aquis amaris purgandam iuberi. Quia respondent bene *Valentia, Suarez, num. 10. & Sayro ibi,* id licuisse ex voluntate Dei expressa. Atque id præceptum tanquam cæremoniale cessauit. Vt bene docent *Valentia, & Sayro ibidem.* Nec obstat etiam similem purgationem delicti sæpe fuisse à Deo varijs miraculis confirmatam: quæ affert *Delrius libro 4. de magia cap.4. q.4.sect. 3. & sequentibus.* Respondet enim bene *Suarez eod.num. 10.* id accidisse in aliquibus casibus, in quibus id fieri licuit ex diuino instinctu; vel etsi homines peccarint, voluisse Deum fauere innocentiæ reputari delinquentis.

13 Nec similiter licet purgatio decreta in *Concilio Vvormatiensi cap.15. & refertur cap. Sæpe 2. q.5.* vbi Abbas iubebatur explorare furtum in monasterio contingēs, data monachis Eucharistia, & dicendo ita: *Corpus Domini nostri sit tibi hodie ad probationem.* Quam *D.Tho. 3.parte q.80.art.6. ad 3. & Valentia d.puncto 1.in fine & Sayro eod.num.vlt.* damnat tanquam rationem Dei: & *Valentia* ait id Concilium tanquam Prouinciale. Alij vero censent eam probationem non fuisse illicitam, factam authoritate publica iudicis Ecclesiastici. Vt videri potest apud *Delrium d.lib.4.cap.4. quæst.3.* Et *Suarez d. capitulo 3. num.vlt.* bene ait nullibi esse eam specialiter interdictam, sed generaliter, quatenus decernitur *capitulo Ex tuarum, de purgat. canon.* peregrina indicia esse vitanda; nec esse intrinsecam Dei tentationē, quia nō fiebat ad aliquam ostensionem miraculosam, sed solum quasi in testimonium, & iuramentum innocentiæ.

14 Octauo deducitur, quādo æger peccet respuens medicinas. Quod optime enodant *Caietan. 2. 2.q.97. articulo primo, & Nauarrus summa capite vndecimo, numero 41.* dicentes posse tripliciter contingere. Primo tempore martyrij, ad diuinum honorem tuendum, iudicatur enim maxima ad mortem pro Christo ferendā promptitudo. Et id est valde laudabile. Secundo, quādo deficiēti mortis periculo, quispiam medicinas respuit, ne dolores cessant, & sic magis pro Christo patiatur. Et hoc etiam est licitum. Vltimo, quando morbus est periculosus & tunc eas respuere, sperata à Deo salute, est tentare Deum. Et *Nauarrus* bene ait esse mortale, quē videtur sequi *Suarez eodem libro primo, cap.2. num. primo,* cum eum referat, nec improbet, & tenet etiam *Leonardus libro 2.de iustitia cap.45.dub.1. num.4.* Quare *D. Thom.2.2.quæst.97.articul.1.ad 3.* excusat D. Aghatam, quæ (vt in eius vita refertur,) gloriabatur se nunquam medicinis carnalib. vsam, quia ex speciali diuina prouidentia id fecit.

15 Nono deducitur esse tentationem Dei, se martyrio temere, & absque iusta causa offerre: tunc autem adest iusta causa, quādo martyrium est sub præcepto, vel sub consilio. Ita *Nauarrus* dicens esse mortale *in summa c. 11.numero 40. Ludouicus Lopez prima parte instructorij conscientiæ c.41.ad finem.* Quia est in re graui, & prouocantur infideles absque causa ad peccandū mortaliter. Vnde *D.Th.2.2.quæst.124.art.1.ad 3.* loquens de hoc, ait non præbendam infidelibus occasionem iniuste agēdi sed patienter sustinendum ipsis iniuste agentibus. Et *ibi Caietan* circa eam solutionem, ait martyres nō prouocasse tyrannos ad mortem ipsis inferendam sed exigentia iusta causa processisse ad externam fidei cōfessionem vt Euangelij prædicationem, & alios actus, vnde tyranni ex propria malitia sumebant occasionem varijs eos tormentis cruciādi. Quod si aliquando se martyrio offendebant, id erat vrgenti magna ostendendæ fidei necessitate, & diuino instinctu ducti. Atque *Sylvester in sua summa, verbo Martyrium, in numero vnico,* optime tradit nullatenus licitum esse, absq; necessitate eam occasionem infidelibus præbere. Et *in fine* bene ait esse mortale, subire martyrium, non principaliter pro

propter Christum, sed propter vitę odium. Tūc autem martyrium est in præcepto, quando est necessarium ad fidem vel salutem multorum spiritualem cōseruandā, aut blasphemias vitandas. Tunc autem est sub cōsilio, quando ex eo nil aliud quam Dei gloria, & fide exaltatio consequitur. Vt docent *D.Th.2.2.q.124.art.3.ad 1. Sylueſt.& Nauar.proxime allegati.*

16 Tandem deducitur, esse tētationem Dei, si quis sine præuia meditatione, nec coactus causa iusta prędicare cōtendat, sperans fore vt Deus sibi dicenda inspiret. Sic *Nauarr. & Ludouicus Lopeʒ na.præcedenti allegati.* Addit *Nauar.* id esse mortale. Quod verum credo, quādo animo Dei tentādi id fieret: secus si non eo animo, nec scandalum, nec aliud detrimentum notabile sequatur: tunc enim erit veniale: iuxta dicta nu 15.

CAPVT XXXV.

De præcepto charitatis Dei: & conuersionis ad Deum in primo instanti vsus rationis.

SVMMARIVM.

An sit præceptum de amore Dei, & ad quod decalogi præceptum pertineat, num.1.

An hic amor debeat esse maximus intensiue, & appretiatiue, num.2.

An Deum diligere ob beatitudinem, aut bona temporalia sequenda, liceat, num.3.

An præceptum hoc obliget ad amorem supernaturalem, & naturalem, num.4.

An impleri possit absque gratia gratum facienti, num 5.

An obliget hoc præceptum in instanti vsus rationis, teneaturque tunc puer se in Deum conuertere? Refertur quadam sententia, num.6.

Explicatur sententia Authoris, num.7.

Quibus alijs temporibus obliget hoc præceptum, & an diebus festiuis obligetur quis ad dilectionem Dei, & aliquem cultum internum? Refertur quadam sententia, n.8. vbi & alia due referuntur.

Explicantur tempora, quibus obligat hoc præceptum, nu.9.

Quibus modis peccetur contra charitatem, & qualiter Deus possit odio haberi, num.10.

An sit mortale desiderium perpetuo viuendi, num.11.

1 Circa præceptum charitatis tria videnda sunt. Primum, an id præceptū extet. Secūdum, qui modus diligendi Dei cadat sub eo præcepto. Tertium, quo tēpore obliget. Circa primum, constat extare præceptum de dilectione Dei. *Deuterono.6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matt.22.hoc est primum, & maximum mandatum &c.* Et ratio est, quia actus dilectionis Dei est ad salutem necessarius. *4. Ioā.3. Qui non diligit, manet in morte.* At de omnib. ad salutem necessarijs extat præceptum. Alias non sat esset ad salutē seruare mādata. Cōtra illud Christi *Matth.19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Non est autem hoc præceptū positum in Decalogo. (Primum enim pręceptum Decalogi non est de diligēdo Deo. Vt aduerti in procemio huius secūdi libri.) Quia per se est satis manifestum, ac *teste D.Th.2.2.q.44. art.1.ad 3.* se habet ad Decalogi pręcepta tāquam præambulum, & in omnibus virtute includitur: quatenus ex illo omnia deducuntur. Diximus autem in eodem procemio reduci hoc ad præceptum primum Decalogi.

2 Circa secundum, modus cadens sub hoc dilectionis Dei præcepto, est vt super omnia diligatur: ac proinde vt amor Dei sit maior cæterarum rerum amore. Non est autem necesse, vt sit maior intensiue, id est, vt sit feruentior, & vehementior: sed satis est, vt sit maior appretiatiue, id est, quo ad æstimationem, vt taliter homo dispositus sit, vt si perdendus sit Deus, aut omnes aliæ res, potius res omnes perdere velit, quam Deum offendere. Quæ comparatio si formaliter fiat, consistit in actu voluntatis consentientis in obiecta sic comparata: firmiterque proponentis fore vt vrgēti necessitate alterutrius eligendi, Deū cæteris præponat. Si autem virtualiter fiat, non consistit in maiori intentione, aut conatu, feruoreve voluntatis in Deū: sed in substantia, & specie actus, quæ sumitur ex motiui ad amādum excellentia (vt optime docet *Suareʒ statim allegandus.*) Sicut stat a quopiam maiori conatu, & intensione amicū diligi, quam patrem: nihilominus ex vi amoris paterni, qui excellentius diligendi motiuum habet, paratus ille sit, patre, & amico in necessitate constitutis potius patri subuenire, si vtrique nequeat. Atq; proinde amor ille amici est maior intensiue patris autem appretiatiue. Atque non exigi amorem Dei esse maiorem intensiue, inde probatur. Quia satis est seruare præceptum de charitatis ordine, eo modo qui sufficit, vt quoties oportuerit, charitas sit opere efficacior erga id obiectū, quod est maiori amore prosequēdum. Iuxta id *1. Ioan.3. Non diligamus verbo, vel lingua, sed opere, & veritate.* Ad hoc autem sufficit id obiectum magis appretiatiue diligi. Quippe eo magis appretiatiue dilecto quātumuis modica actus intensio sufficiet ad efficiendū quidquid causa eius obiecti necessarium est efficere. Et cōfirmatur, quia non est suauitati legis diuinæ consonum, vt sit præceptū de maiori intensiuē amore Dei: vtpote quod valde anxios, ac scrupulis plenos redderet homines, an id præceptum impleant. Cum nil magis eos lateat, quā gradus intensionis, qua actus internus elicitur. Debere autem esse maiorem appretiatiue constat. Quia iubemur Deum super omnia diligere: & cum hoc non sit intensiue, debet esse appretiatiue Præterea quia præceptum de aliquo virtutis actu, est etiam de intrinseco illius actus modo, *teste D.Thoma & Caiet.2.2.q.44.art.4. ad 1.* At intrinsecus dilectionis Dei modus est, vt super omnia saltem appretiatiue diligatur. Nullus enim alius amor erit Deo proportionatus: vtpote qui vltimus noster finis, supremumque nostrum bonum est. Et ideo contra *Scotum 3.dist.27.q.vnic.§. De primo dico, & Petrum de Soto de inst.sacerd. lectione 5. de iustific.* dicentes amorem Dei debere esse summum etiam intensiue, tradunt communiter *Doctores 3.d.27. Nauar.in summa cap.1.Latine num.4.Hispane num.9.Valentia 2.2.disput.3.quæst.4.puncto 2.& q.9.puncto 1.Suareʒ 4.to.in 3.part. disp.4.sect.4.num.7.Azor alios referens, tomo 1.l.9.instit. moral.cap 4.q.3.Toled.l.4.sum.c.9.n 7.*

3 Hinc deducitur teneri omnes Deū diligere propter se tanquam vltimum rerum omnium finem. Constat, quia non diligeretur super omnia appretiatiue, si amor illius ad aliquid creatum ordinaretur. Et ita docet *D. Th.2.2.q.27.art.3.ab omnibus receptus, ex mente D. August.lib.1.de doctrina Christiana c.4.* Potest tamen Deus diligi hoc modo propter se, etsi simul propter vitæ æternæ mercedem diligatur, dūmodo merces illa non sit finis ipsius Dei, sed dilectionis nostræ. Quod est dicere clarioribus terminis, licitū est nobis dilectionē Dei, & omnia opera nostra bona in æternæ beatitudinis mercedē referre, tanquā in finem minus principalē. Iuxta id *Psal.118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionē.* Et definitur in *Triden.sess.6.canone 31.* Non tamen tanquam in finem vltimum, & principalem. Quod bene docent *D.Th.2. 2.quæst.27. articul.3.ad 3. dist.26. quæst. 1. artical.4.* vbi *Doctores*, & specialiter *Durandus quæst.3.* Quare iure optimo docent aliqui esse mortale, Deū diligere ob vitę æternę mercedem, tanquā ob finem vltimū, & principalem. Hi sunt *Syluest.verbo Charitas q.7. & ibi Armilla in fine, Mayronis, quem refert ac sequitur Nauar. sum.c.11.Latine nu.20.versi.6.Hispane n.16. Toled.l.4. summa c.9.num.4.* Tunc autem ea merces est finis minus principalis, quando est causa mouens, vt facilius, expeditus, & feruentius, Deum diligamus: alioquin tamen dilecturi, etiam si nō ita prompte, & expedite. At tunc est finis principalis, quādo nisi ea præmij spes adesset, Deum non diligeremus Hic enim amor est mercenarius, instar obsequij præstiti à famulo mercede cōducto, qui seclusa mercede id nullatenus pł aret. Quare

proferentis intentione, iudicare sit blasphemia, nec ne. Et si intelligat nomine *tal*, Dei vel sanctos, esse blasphemiam secus autem non. Vt bene docent *Petr. de Ledes. 2.to. summa, tract. 1. c. 9. post 5. conclusion. dub. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 282. vers. quarto & de his modis. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 34. n. 2.* Addunt bene hi duo iudicandam esse intentionem in foro externo ex coniecturis, vt si vir effrenatæ conscientiæ, ac iracundia furens, eleuansque oculos in cęlum, hæc dicat, præsumeretur ex coniecturis illa dicere contra Deum.

24 Sed quid si sub cōditione hęc verba blasphemię proferantur. Vt non credo in Deum, vel renego Deum, vel Deus est iniustus, si res hæc non est vera: vel nisi te percussero *Salazar de vsu & consuetudine, c. 5. n. 8. ver. vnde possunt* ait huiusmodi verba non esse blasphema. Quia conditionalis nil ponit in esse. At dicendum est esse blasphema Quia fidei diuinę denegatur omnimoda firmitas. Cum significetur, quasi pendens ex conditione contingenti. Et includitur tacita affirmatiua propositio negandæ fidei, vel iustitiæ diuinæ, in eo euentu, in quo non sequatur vindicta illa percussionis, vel veritas illius rei quam hic affirmat. Atque ita docet *Couar. de pact. 1. p. §. 7 nu. 9. vers. 2. Cætera, quem refert & sequitur Azebedo lib. 8. recop. tit. 4. l. 1. nu. 14. Rojas de hæreticis 2. p. assertione 12. nu. 173. & 174. Alcozer sum. cap. 15. paulo post prin. vers. La segunda dotrina, Corduba sum. quæst. 61. Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 282. vers. sexto & de qualitate.*

25 Iurare per Dei vitam, est blasphemia. Quia non adducitur vita Dei tāquam testis, vt in hoc iuramento viuat Deus. Sed est iuramentū execratorium, cuius est sensus, amittat Deus vitam, si non est ita. Vt cum iuratur per cuiuscunque vitam. Et ita docent *Sotus de iuramenti abusu c. 6. & l. b. 8 de iusti. quæst. 2. art. 3. columna 6. Couar. de pactis 1. par. § 7. nu. 9. vers. 6. Menochius de arbitr. lib. 2. centuria 4. casu 375. nu. 12. Rojas de hæreticis 2. p. assertione 12. num. 171. Salzedo in practica Bernardi Diaz. c. 100. versic. Et quia sæpissime, Metina lib. 1. summa cap. 14. §. 2. Alcozer summa cap. 15. paulo post principium. vers. La segunda dotrina. Lud. Lopez 1. p. instruct. cap. 282. vers. postquam de malitia.* Atque *l. 6 regia tit. 4. lib. 8. recop.* numeratur inter blasphemias. Et docent *Azebedo ibi, num. 34. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 11. cap. 3. q. 2. Suarez tom. 1. de religione, tract. 3. lib. 1. cap. 5. num. 8.*

26 Eadem ratione est blasphemia, iurare per sanctorum vitam. Quia ex modo iuramenti execratorij falso tribuitur sanctis posse vitam amittere. Sic *Azebedo ea. l. 6. nu.. Alcozer, & Lud. Lop. relatis num. preced.*

27 Quæcunque etiam contumeliæ in sanctos sunt blasphemiæ, vt pœniteat D. Petrum, &c. Quod docet *Caietanus 1. 2. quæstione decima tertia, art. primo in solutione ad secundum.* Et constat ex dictis numero 13. Idque optime explicat *Suarez tomo primo, de religione, tractatu 3. libro primo. cap. 5. nu. 6.* dicens non opus esse expressa habitudine ad Deum, qui in sanctis est sanctus et virtuali & implicite contenta in vituperio sanctorum. Quia (vt optime ait *D. Thom. 2. 2. quæstione 13. art. 1. ad secundum,*) sicut Deus in sanctis suis laudatur, quatenus laudantur opera quæ Deus in sanctis facit ita contumelia in sanctos redundat in Deum qui in ipsis lucet. Et sicut vt religiose per sanctos iuretur, non opus est expressa habitudine ad Deum, sed satis est virtualis, quæ in ipsis continetur: ita dicendum est in blasphemia, quando ipsi vituperantur. Si tamen contumeliosa verba in sanctos proferens præscindat expresse habitudinem, quam ad Deum habent, solamque sanctorum excellentiam spectet, quasi quorundam hominum excellentiam, adhuc dicit *Suarez ibi* esse blasphemiam. Sed verius est non esse blasphemiam, sed peccatum contra cultum duliæ sanctis debitum. Vt alios referens probauī nu. 7. in fi. Et amplius probatur quia irreligiose iuratur per illos, seclusa hac in Deum habitudine.

28 Similiter sunt blasphemiæ verba iuramenta per pudenda Christi, aut sanctorum membra, illave inhoneste nominare. Quia etsi re vera ea mēbra habuerint, non tamen tanquam quid ignominiosum, & vituperabile, sed tanquam partes naturales corporis & ita ex modo loquēdi est falsitas. Vt diximus nu. 6. Sic docent *Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1. vers. quoad secundum Ang. verb iuramentum 3. nu. 12. Armilla verb. iuramentum n. 5. Sotus lib 8. de iusti. q. 2. art. 3. col. 7. Nauar. sum. c. 12. nu. 85. Couar. de pact. 1. p. §. 1. nu. 6. Castro l. 1. de iust. hæret. punit. c. 12. Azebedo l. 8. recopil. tit. 4. l. 6. nu. 55. Simancas de cathol. instit. 8. nu. 1. Suarez tomo 1. de religione tract. 3. lib. 1. c. 4. nu. 8. & 9. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 13 punct. 1. vers. item potest fieri. Cord. in quæst. lib. 1. q. 17. §. 15. notab. 1. Azor tom. 1. lib. 9. instit. moral. c. 28. q. 3. & lib. 11. c. 3 q. 2.* Nec contradicunt *Sylu. verb. blasphemia q. 2. & 3. & verb. iuramentum 2. in fi. & Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 34. n. 2.* vbi dicit non esse verè, & propriè blasphemiam, sed tñ quoad modum; at fatetur *Sylu.* esse peccatum mortale. Non (inquam) contradicunt. Quia tantum intendunt dicere non esse ex eis blasphemias, quæ attribuunt Deo, aut sanctis, quod non habent; sed ex ijs, quæ falsitatē continent quoad dicendi modum. Eritq; blasphemia, siue enunciatiue, siue optatiue ea pudenda in sanctorum ignominiā nominētur. (Vt de aliis blasphemiis diximus n. 6.) Et docet *Caiet. proxime alleg.* vbi optime notat non esse differentiam formalem inter ignominiose nominantem pudenda Christi, vel sanctorum, quæ re vera habent, vel quæ non habent. Vt si quis iuret per sexum femineum Christi. Quia in rōne vituperabilis verum, vel falso dicitur, quāuis in posteriori casu materiali ēt falso dicatur, & ideo ait esse peiorē blasphemiam.

29 Quando autem iuratur per membra honesta Dei, vel sanctorum, est difficultas an sit blasphemia. Et quidem si iurans intenderet iurare per membra quæ ei attribuendo Deo vt Deus est membra: manifesta esset blasphemia Cū attribuat Deo, quod ipsi non conuenit. At nūquam iuratur in hoc sensu, sed per membra illa honesta, quę verè habet Deus in quantū homo, vt per caput, & sanguinem Christi, vel sanctorū, aut alia membra honesta Et quidem *lex 6. regi. tit. 4. lib 8. recop. lat.* iurātem per quæcūque Christi membra iubet pœnis blasphemi plecti, atque ita id iuramentum censet esse blasphemiā. Et explicans eam *Couar. de pactis 1. parte. § 7 num. nono, versicul 8.* dicit eius rationem esse. Quia sensus eius iuramenti est execratorius. Sicut diximus num. 25. & 26. esse sensum execratorium quando iuratur per vitā Dei vel sanctorum, & ideo esse blasphemiam. Et ipsemet *Couar. ea. prima parte, §. primo num. sexto,* refert quandam *Glossam, Bartol. & Alexandrum,* sentientes esse blasphemiam. Quibus ipse conniuet, quando quis assuetus esset his iuramentis vti: at si non esset consuetudo, nec contemptus, dicit esse veniale. Et quoad hoc vltimum tenet idem *Angelus verbo iuramentum 3. num. 12.* ait enim esse veniale quando reuerenter, & non cum magna frequentia sic iuratur. Et *Sylu. verb. Blasphemia q. 2.* ait esse blasphemiam quoad modum quando irreuerenter iuratur. At q. 3. ait nō esse mortale, nisi irreuerētia magna esset. Et *Sotus l. 8. de iusti. q. 2. art. 3. col. 7. & de iuramentorum abusu c. 6. & Azebed. d. l. 6. nu. 60.* inter blasphemias cōputant. Atq; *Azebedo* eam rōnem reddit, quod sit irreuerentia, & quasi mēbratim Christū diuidere Et *Menoch. de arbit. lib. 2. centuria 4. casu 375. nu. 14.* censet esse blasphemiam iurare per Dei membra. At dicendum est non esse blasphemiam. Quia nil Deo, vel sanctis tribuitur, quod vere non habeant, & cum membra hæc honesta nominantur, nulla est inhonestas, & indecentia, qualis est, cum inhonesta nominantur, & ideo non cedit in ignominiam, & derisionem Christi, & sanctorū. Nec sensus iuramēti per hęc membra est execratorius, seu simplex, sicut quando iuratur per Deum, per sacrosanctum sacramentum, per Euangelia, per sanctos. Et ita tenēt *Caietanus, Armilla Nauar. Alcozer, Ludouicus Lopez, nu. sequents allegandi, D. Antoninus 2. p. tit. 10. c. 4. in*

initio.Sylueſt.verb.Iuramentum 2.in fi. Tabiena, verb.iurare.q.5.n.6.Toledo l.4.ſumma,c.13.nu.6.Petr.de Ledeſ. 2.to.ſum.tract.1.c.9. poſt 5.concluſionē corollario 2. Manuel 1.to.ſum in 2.edit.c.34.n.2.Valentia 2.2.diſp.6.q.7. puncto 3.col.4. verſ. ſi vero aliquis iuret. Immo ſi hoc iuramentū reuerenter emittatur, nec erit culpa venialis; ſicut nec alia iuramēta emittere. Vt bene tradūt *D.Anton.Syneſter,Tabiena,Valētia proxime allegati.* Nec frequēs cōſuetudo hæc iuramenta emittendi confert aliquid,vt blaſphemia cēſeantur,aut peccatū mortale.Sicut nec alia iuramenta ex hac ſola praua conſuetudine redduntur mortalia. In eo tamen caſu erūt blaſphemia hæc iuramenta, vel etiam ſi abſque iuramento ea mēbra honeſta Chriſti,vel ſanctorū nomina rentur,quando iniurioſè, & per modum vituperij, ac contemptus cuiuſdam nominarentur. Quia cum non ſint in Chriſto,vel ſanctis, vt quid cōtemptu dignum, eſſet falſitas in actu exercito. Sicut de inhoneſtis membris diximus n.præcedenti,& de veris Dei attributis diximus nu.21. Et ita docet *Toledo eod.c.13.in n.6.* Et fortè in hoc caſu intelligitur lex regia citata condemnans hæc iuramenta, vt blaſphemia. Et in hoc caſu cenſet etiam eſſe blaſphemiam *Suarez to.1. de religione,tract.3.l.1.c.6.nu.11.* & ſic intelligitur *cap. ſi quis 22 q.1.* vbi ſignificatur eſſe blaſphemiam.

30 Immo,nec erunt blaſphemia hæc verba,quibus mēbra honeſta Chriſti nominantur,quando id fit cum indignatione quadam,& ira. Vt contingit,quando aliquis indignabūdè in iurgio ait, *Cuerpo de Dios con vos.* Quia etſi irreuerenter dicantur, nō tamen diuntur per modum contumeliæ,& iniuriæ Deo irrogatæ; nec aliquid falſum Deo tribuitur. Atque ita docēt *Caietan. ſumma, verb.Blaſphemia,& ibi Armilla nu.1. Nau.ſumma c.12. nu.85. Alcozer ſumma c.15.pag.3.verſ.La quinta doctrina Ludou. Lop.1.p.inſtruct.c.282.verſ. poſtquam de militia.* Atque bene dicunt *Caiet. Armilla, Alcozer,et Lud. Lop.* eſſe peccatum veniale graue. Hoc autem intelligitur, quando indignatio illa, & ira erga illum eſt, cum quo cōtenditur. Nā ſi indignatio, & ira ſit aduerſus Deum, blaſphema erunt illa verba. Quoniam in actu exercito falsè ſignificant Deum mereri indignationem. Ita *Valentia 2.2.diſp.1.q.13.puncto 1.verſ.ſed tamen illud.* Et in hoc ſenſu ait eſſe blaſphemiam *Sotus de iuramentorum abuſu c.6.*quaſi temperās id quod docuerat c.4.vbi dixerat hæc verba proxime ad blaſphemiā accedere;& ſimile ait de illis verbis, ô fides Dei cū tali homine; ad modum, quo Gentiles implorātes Deorum fidem aiebāt dij veſtram fidem. Sed nec hæc verba exiſtimo eſſe blaſphema,niſi quando ita in Deū concipitur. Quāuis *Suarez to.c.6.nu.11.* dicat hæc verba *Cuerpo de Dios con vos,*eſſe ſemper in rigore blaſphemiam,etſi ſit indignatio in ſolum hominem. At plus placet quod dixi.

31 De illis etiam verbis,quibus æquatur veritas humana diuinæ,nō modica eſt difficultas. Vt dum quis dicit,ſicut Deus eſt veritas ſicut natus eſt ex Virgine, hoc ita eſt. Quæ verba tanquā blaſphema condemnāt *Couarr. de pactis 1.p.§.7.nu.9.verſ.11.& Suarez eod.c.6.nu.12.& Sotus de iuram.abuſu c.6.*quamuis mitius loquutus fuerit *l.8.de iuſt.q 2.ar.3.col.7.*vbi dixit pxime ad blaſphemiam accedere. At ſic diſtinguēdū eſt. Si animus proferentis ſit,tātam eſſe certitudinem in eo dicto,quanta eſt in ea fidei veritate, ſunt blaſphema. Secus autē eſt, quando ſenſus eſt, ſimilitudinē quandam ſignificare, nimirū, hoc ſuo modo eſt verum ſicut ea fidei veritas. Atque ita docent *Medina lib.1.ſummæ c.14.§.2.folio76. pag.2. Alcozer ſumma c.15.pag.3. verſ. La quarta doctrina. Azor to.1.l.11.inſtiu.moral.c.3.q.2.in fine.Petrus de Ledeſ.2.to.ſumma tractatu 1.c.9.poſt 5.concluſionem, dub.2. Manuel 1.to.ſumma in 2.editione,c.34.n.2. Azebedo l.8. recopil.tit.4.l.6.n.38.& 39.Lud. Lop.1.p. inſtruct.c.282. verſ. Tertio de iſto modo.* Idem dicendum eſt de his verbis, quando quiſpiam aliquid tanquam veriſſimū aſſeuerare vult,dicit,hoc eſt Euangelium,credi poteſt tanquam Euangelium. Quia eadem eſt ratio. Sic *Azebedo eod.l.6.n.40.Ludou. Lop.ibidem. Azor eod.q 2.* Qui etiam bene ait idem dicendū de his verbis quando ſuam innocentiam quis oſtendere volens ſic ait, ſum innocens ſicut Diuus Franciſcus. Sed adhuc ſupereſt, an omnia hæc verba ſint abſolute iudicanda blaſphema, & tali a ex ſe præſumantur,vbi non conſtat de ſana proferentis intentione. Id enim affirmat *Azebedo eo.n.40.* At dicēdum eſt cōtrarium. Quia ex communiter accidētibus nō præſumitur animus adæquandi omnino,nec hic eſt cōmuniter animus ea verba proferentis;ſed eſt hyperbolica quędā loquutio,quia exaggeratur illius dicti veritas,ac perſonæ innocētia,aſſimilando illa veritati diuinæ,& innocentiæ cuiuſdam ſancti. Et ita *Alcozer & Ludou. Lop.* ſentiunt,dum aiunt hanc eſſe communiter intentionē. Atque ille bene ait, nec eſſe hæc verba culpam lethalem,vbi non conſtaret de blaſphemo omnino æquiparandi animo.

32 Iuramentum autem per intemeratā Deiparæ virginitatem, quidam videntur ſentire eſſe blaſphemiā, & appellant id iuramētum neſandum. Ita *Sotus l.8.de iuſt.q.2.ar.3.col.7. Couar. de pactis 1.p.§.7.nu.9.verſic.12. Azebedo l.8.recopil.tit.4.lib.5.nu.13.* Atque eſſe blaſphemiam ait *Menoch.de arbitrar.lib.2 centuria 4.caſu 375. n.15.* Et refert *Couar.* pragmatica quadam regia cautū eſſe hoc iuramentum puniri tanquam blaſphemū. Et reddit rationem,quod ſenſum execratorum faciat. Sicut n.29. retulimus ex ipſo facere ſenſum execratoriū, iurare per caput Chriſti. Aliam rationem innuit *Sotus,* quod videatur ignominioſè mentio fieri mēbri pudēdi diuæ Virginis. Sed verè neutrum ſenſum id iuramētū efficit;ſed in teſtem adducitur ea veritas diuina Virginitas Deiparæ; ſicut quādo iuratur per Deum. Vnde nec id iuramentum eſt blaſphemum, nec neſandum, nec eſt culpa aliqua id reuerenter iurare. Sicut & in ceteris iuramentis contingit. Si autem ſit aliqua irreuerētia,erit culpa venialis.

33 Ex dictis poſſet quiſpiam inferre, omne periuriū blaſphemiam eſſe. Quod peierans Deum adducat vt teſtē falſitatis. Quod ipſi conuenire nequit. At contrariū dicendum eſt cum *D.Thom.2.2.q.13.art.3.ad 2.* Quippe peierans non dicit aliquid falſum de Deo;ſed Deū adhibet in teſtem falſitatis,non quaſi æſtimans Deū poſſe falſitatis teſtem eſſe,aut id attribuere ei volens ſed tāquam ſperans fore, vt Deus ſuper hoc non teſtificetur per aliquod euidens ſignum.

34 Inſuper eſt aperta blaſphemia, quando creaturæ tribuitur aliquid quod eſt propriū Dei. Vt ſi quis diabolum eſſe omnipotentem; aut Fatum regere omnia dicat. Et ita docet *D.Thomas ab omnibus receptus 2.2.q.13. art.1.ad 3.*vbi eam rationem reddit, quia eo ipſo attribuitur aliquid Deo, quod ipſi non conuenit. Cū enim vniuerſa Dei attributa ſint ipſe Deus, tribuens creaturæ id attributum dicit creaturam eſſe idem cum Deo. Vel poteſt reddi ratio cum *Valentia 2.2. diſput.1. q.13. puncto 1.* Quia tribuens id attributum creaturæ dicit eo ipſo non eſſe Dei proprium, ſed commune cum creatura. Atque proinde blaſphemus eſt, vtpote qui de Deo negat quod ei propriū eſt. Et (vt optime aduertit *Azor to.1.lib.9.inſtitutionum moralium, capite 28.q.3.*) crimen hoc ſolent admittere laſciui feminarū amatores, quas ita ardenter amant, & immodice laudant, vt blaſphemantes nominibus Dei proprijs eas appellent.

35 Hinc forſan inferetur,blaſphemum eſſe,quod in infortunijs contingentibus ſolet ab aliquibus dici; ſic tādem futurū erat. Videtur enim ſignificari fato regente id euenire atque (vt Gentiles putabant) fatum rebus ineſſe, aut fato neceſſitatem horum caſum contingētium ineſſe;aut ordinationē diuinam imponere neceſſitatem abſolutam hominibus. At dicendum eſt cum *Corduba ſumma,q.62.& Lud.Lop.1.par.inſtruct.c.282.*

verſ. Septimo,& deiſta eſſe propoſitionem male ſonantem, ob rationem dictam; atque ideo ea vtentes corrigendos eſſe. At in hoc ſenſu vera eſt, ſi intelligatur non de neceſſitate abſoluta tollenti rerũ contingentes euentus, ac libertatem humanam; ſed de neceſſitate conditionali, ac ex ſuppoſitione, quam Theologi vocant neceſſitatem conſequentiæ qua omnia ordinata, ac præuiſa à Deo neceſſe eſt euenire.

36 Secunda concluſio Blaſphemiæ quædã ſunt hæreticales; quædam autem non hæreticales. Illæ ſunt, quæ ſignificant, & continent errorem cõtra fidem. Hæ autem ſunt, quę etſi ex dicendi modo, & in actu exercito ſignificent errorem contra fidem (vt n.6. explicuimus) non tamen ſecundum ſe affirmant aliquid contra fidem. Ita *Eymericus in directorio Inquiſit. 2.p.q.41.n.1.& 2.et ibi Peña commẽto 66. Bañes 2.2.q.13.ar.1.in fi. Vgolinus de caſibus Papæ reſeruatis 2.p.c.1.§.3.num.1. Petr. de Ledeſ.2.to ſumma, tractat.1.c.9.concl.6.* Et clarius tunc eſt blaſphemia hæreticalis, quando per verbũ aliquod indicatiui modi aſſeritur aliquid fidei contrariũ. Quãdo autem id non aſſeritur per huiuſmodi verbum, ſed optãdo, aut imprecando, non eſt hæreticalis. Exemplũ hæreticalium ſit, Deus eſt iniuſtus, acceptor perſonarũ, non eſt omnipotens. Quę exempla manifeſta ſunt. Inſuper ſunt hę blaſphemię hęreticales, nõ credo in Deũ, *deſcreo de Dios*, reniego Deum, fidem crucem, chriſma, puritatem Deiparæ. Ratio eſt; nam hæc verba per modum indicatiui important fidei abnegationem, & infidelitatem. Et ita docent *Rojas de hæret.2.p. aſſertione 12.n.170.& 171. Salcedo in practica Bernard. Diaz c.110. verſ.& quia ſæpiſſime Suarez to.1.de religione, tractatu 3. lib.1.c.5.n.7.& 8.& Azebedo lib.8.recopil.tit.4.l.1 nu.3. Manuel 1.to. ſummæ in 2.editione, c.54.n.1.* Quando autem de ſanctis renegatur, nil inueni apud Doctores an ſint blaſphemię hęreticales huiuſmodi renegationis verba, vt reniego D. Petrum. Sed exiſtimo non eſſe, nec de illis cognoſcunt Inquiſitores. Vt ab ipſimet accepi. Quia non negatur aliqua veritas de illis pertinens ad fidem. Sed tantum eſt verbum quoddam contumelioſum in ſanctos; & ideo blaſphemum. Exempla autem blaſphemiarum nõ hæreticalium ſunt hæc. Quæcumque Dei maledictiones, vt *mal grado aya Dios*, maledictus ſit Deus. Ita *Eymericus et Peño, Rojas, Salzedo. Suarez proxime allegati.* Item non eſt hæreticalis, tædeat Deum, ideſt, *peſete Dios.* Ita *Bañes, Petrus de Ledeſma, Rojas, Salzedo, Suarez, Manuel ibid.* Nec *a deſpecho de Dios, Rojas, Suarez. num.8. Salzedo ibid.* Nec per Dei vitam. *Rojas, Suarez.n.8. Salzedo Manuel ibidem.* Et ratio eſt quia re vera per has blaſphemias, cum indicatiui modi non ſint, nil falſum dicitur de Deo, vt poſſint hæreſim continere, ſed tantum prauus affectus blaſphemantis oſtenditur erga Deum, volentis ex modo dicẽdi, quaſi earum ignominiarum reddere Deum capacem. At eſſent hæreticales ſi per modum indicatiuum efferceret blaſphemans Deum eſſe illarum capacẽ. Aduertit etiam optime *Suarez eod. num. 7* eſſe hæreticales, falſa Deo tributa, licet non affirmẽtur. Vt ſi quis dicat, ò Deum iniuſtum. Et ſimiliter dicit eſſe tales attribuere creaturæ, quod eſt ſolius Dei, vel de his, aut conuenientibus Deo, dubitationem oſtendere.

37 Tertia concluſio De ſolis blaſphemijs hæreticalibus cognoſcunt Inquiſitores. Ita *Eymericus nu. præced. allegatus,& Peña ibidem citatus,* vbi & alios allegat. *Simãcas de cathol. inſtit. tit.8 nu.6.& habetur in 5. inſtructione Hiſpalenſ.c.4.* Et de his cognoſcunt priuatiuè, nimirũ, inhibendo quemcumque alium iudicẽ Eccleſiaſticũ, aut ſæcularẽ, ne de illis cognoſcat. Quare minus bene *Caſtro lib.1.de iuſta hæret. punit.c.12. in fine, & Corduba in q.lib.1.q.17.§.15. notabili 4. verſ. in cuius examinatione,* dicunt Inquiſitores ex poteſtate delegata aut ſaltẽ ex huius regni cõſuetudine cognoſcere de blaſphemiis non hæreticalibus cumulatiue cum iudice Eccleſiaſtico, & ſæculari, ita vt inter ipſos detur præuentioni locus. Nam (vt diximus) de ſolis hęreticalib. cognoſcunt. Aliæ autem blaſphemię ſunt mixti fori, atque ita datur locus præuentioni ad cognoſcendũ de illis, inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem. Vt per *c.2. de maledicis*, docent *Abbas ibi nu.9. Couar. de pactis 1.p.§.7.nu. 12. verſ. Crimen autem. Simancas d.tit.8 nu 9. Rojas de hæret. 2.p aſſertione 12.n.171.& 172. Azor to.1.l.9. inſtit. moral.c.28.q.5.*

38 Quarta concluſio Quocumque modo ex dictis blaſphemiæ proferantur ſiue in Deum, ſiue in ſanctos, ſiue enunciatiuè, ſiue optatiuè, ſiue imperatiuè, ſiue per modum maledictionis ſiue contumeliæ ſiue irriſionis, ſiue detractionis, vniuerſæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Quia vniuerſæ illæ in hac ratione ſpecifica conueniunt, quæ eſt tribuere Deo, quod ipſi non cõuenit, vel negare, qđ conuenit. Et quãuis aliqui (vt refert *Azor ſtatim allegãdus*) cenſeant blaſphemiam in Deum differre ſpecie à blaſphemia in ſanctos. At verius eſt non differre. Quia vtraque blaſphemia eſt contraria virtuti religionis. At vnius ſpeciei eſt religio tribuens cultum Deo, & ſanctis propter Deum. Ergo vnius ſpeciei eſt blaſphemia, qua Deus in ſe vel in ſanctis ſuis blaſphematur. Sicut vnius ſpeciei eſt iuramentum, quo iuratur per Deum in ſe ipſo, vel vt in ſanctis relucet. Et ideo hanc concluſionem tenent *Caiet. ſumma, verb. Blaſphemia & 2.2.q.13. artic.1. verſ. quoad ſecundum,& verſ. in reſponſione ad 2. & ibi Aragon. in fi. Bañes ibi. notab. vlt. Valentia 2.2. diſpu.1.q.13 puncto 1. verſ. quecumque igitur. Petrus de Ledeſma 2 to. ſummæ, tractatu 1.c.9.concluſ.5. Azor to 1.l. 9. inſtitutionum moral. c.28.q.10.* Qui bene addit nõ negari ab his Doctoribus poſſe blaſphemias aliunde ſpecie differre Nam ea, quę continet hæreſim, manifeſtè differt ſpecie ab illa quæ non continet; non in ratione blaſphemiæ, ſed ratione hæreſis adiunctæ. Quod ego intelligo, etiam ſi deficiat aſſenſus internus hæreticus. Nam illa hæreſis externa opponitur directè, & proprie confeſſioni externę fidei; at blaſphemia directè & proprie religioni. (Vt diximus nu.7.) Erunt ergo duo peccata ſpecifica diuerſis ſpecie virtutibus oppoſita. Quod etiam docet *Suarez to.1.de religione tractatu 3.lib.1.c.6. numero 8.& 18.* Similiter eſt diſtincta ſpecies, vbi blaſphemia ex odio Dei formali procederet. Quia vltra ſpeciem blaſphemię eſt ibi formale Dei odiũ charitati oppoſitum. At vbi non ex hoc odio procederet, ſed ex ira, & tædio, et ſi blaſphemans haberet animum derogandi diuinę maieſtati, ac ipſi conuitia illa inferendi, non eſſet diſtincta blaſphemiæ ſpecies, ſed hęc eſſet multo grauior blaſphemia. Quia (vt diximus numero 2.) hęc iniqua voluntas, ſiue formalis, ſiue virtualis, & implicita, eſt de ratione blaſphemię. Quare diuerſam ſpeciem minime conſtituit.

39 Hinc eſt, vt quoad confeſſionem attinet, non teneatur confeſſor diuerſitatem blaſphemiarum inquirere, nec pœnitens eam explicare pro diuerſitate illarum ſpecifica. Cũ omnes ſint eiuſdem ſpeciei. Ita *Caietanus 2. 2.quæſt.13.art.1. in fine* Excipe tamen duplicem caſum numero præcedẽti notatum, in quo diximus blaſphemias differre ſpecie. Quare amplectendo ſententiam dicentem ſolas circumſtantias ſpeciem mutantes eſſe neceſſario fatendas, non eſſet neceſſario blaſphemiæ qualitas exprimenda in confeſſione, extra duos illos caſus, & tertium, quem proxime ponam. Sed ſatis fatetur dicens ſe toties in blaſphemias non hæreticales, nec ex formali Dei odio prorupiſſe. Quia extra hos caſus blaſphemię non differunt ſpecie. At retenta opinione veriſſima dicenti circumſtantias notabiliter aggrauantes fatẽdas eſſe, non ſatis eſt confuſè explicare blaſphemias. Quod ſatis aperte indicat *Caiet. eo. ar.1 in fin.* vbi ait confeſſorem nõ debere blaſphemiarum grauitatem, ac diuerſitatem inquirere, pro ſpecifica earum diuerſitate, ſed pro maiori ſolum grauitate iudicanda.

Et

Et hac ratione necessario explicãdas esse blasphemias tradunt *Bañes, Aragon, Petr. de Ledes. n. praeced. alleg. et Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 282. vers. deinde plurima alia.* Sed non distinctè exprimũt, quid explicandum sit in cõfessione circa has blasphemias. Et ideo, vt distinctè id explicem, duo possunt dubitari, alterum est, an necessarium sit exprimere contra quem sit blasphemia, nempe, an cõtra Deum, an contra sanctos, & contra quem sanctum. Alterum autem, an specialiter explicanda sit qualitas blasphemiæ, vt an fuerit, pœniteat Deum, vel per Dei vitã; vulgo *pesete, o por vida, &c.* Et quãtum ad primum, videtur id non esse necessarium. Quia non videtur ita notabiliter grauior blasphemia in Deũ, quam in sanctos, vt ea sit explicanda. Sicut iuramentum falsum iurando per Deum est grauius, quam iurando per creaturas. At nullus dicit qualitatem iuramenti esse fatendam in periurio. Quia vtroque modo Deus in testẽ falsitatis adducitur, vel in se, vel vt in suis sanctis relucet. Si ergo idem erit in blasphemia. Nam vtroq; modo blasphemia dicta est cõtra Deum, siue in se, siue in suis sanctis. At primo dico, expressum, & formalem affectũ derogãdi, ac conuitiũ inferendi, siue Deo, siue sanctis, explicandum esse in confessione. Quia etsi non mutet speciem (vt n. præced. diximus) aggrauat notabilissime. Et ita videtur tenere *Aragon prox. mè alleg.* Non enim satis explicat peruersæ voluntatis nomine, quam explicandam docet, an intelligat solam detestationem formalem, siue odium. Secundo dico, multo verius mihi esse, explicandum necessario esse, an blasphemia sit cõtra Deum directè, & immediatè, vt *pese a Dios, o por vida de Dios, maldito sea Dios*; an mediatè, & remotè, qualis est in sanctos. Vt *pese a San Iuan, por vida de tal santo o maldito sea.* Ratio est, quia etsi in periurio non reputetur ea grauitas multo notabilior vtpote quod nõ est directa Dei cõtumelia, nec ex intentione expressa, aut tacita peierantis in id tendit. At blasphemia non est, vt periurium, sed directè tendit ad dehonorandum eum, in quem iactatur, & est vera, ac directa eius contumelia. Nemo autem negabit multo grauius esse, Deum in se ipso contumelijs afficere, quàm repręsentatũ in sanctis. Et ita videtur expresse tenere *Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1. in fine,* vbi cum dixisset blasphemiã in Deum; & in sanctos non differre specie; immediate subdidit confessarium non debere inquirere diuersitatem harum blasphemiarum pro diuersitate specifica, sed pro maiori grauitate. Sed melius id docet *Suarez eo. c. 6. in fin.* quia (inquit) in blasphemia contra sanctũ, præter speciem blasphemię, est alia specifica contra cultum dulię debitum sanctis secundum se. Vidẽtur etiam tenere *Bañes, Petr. de Ledesm. 1. & Ludouicus Lop. proxime allegati,* dũ dicũt qualitatem blasphemiæ esse explicandam. Et tenet *Aragon eo. ar. .... in fine.* Tertio dico, esse quoque explicandum, an blasphemia fuerit contra beatam Virginem, an contra alios sanctos. Quia in communi, ac verissima æstimatione, est multo grauior in beatã Virginem, quam cõtra reliquos sanctos. Et ita tenet *Aragon ibi.* Quarto dico; inter alios sanctos non esse explicandum necessario contra quem sanctum blasphemia fuerit. Quia etsi aliqua maior grauitas contra aliquos, non est ita notabiliter maior, vt diuersum iudicium faciat. Quinto dico, non satis esse blasphemias in genere explicare, etiam explicando, an sint contra Deum vel beatã Virginem, aut reliquos sanctos; sed oportet modum blasphemiæ explicare. Vt si fuit per vitam Dei, vel pœniteat Deũ, vel per membra pudenda; & si fuit blasphemia hæreticalis, debet explicari, quæ fuerit. Ratio est quia diuersitas iudicij notabilis cõsurgit ex qualitate blasphemiæ. Cum quædam notabiliter maiorẽ contumelia contineant, quã aliæ. Sicut contingit in verbis cõtumeliosis aduersus homines prolatis. Et ita expresse docent *Petr. de Ledes. & Lud. Lop. allegati.* Et satis id indicant *Bañes & Aragon proxime alleg.* Et cõfert ad hoc id quod cum *Valentia* diximus c. 7. n. 17. in fi. nẽpe, teneri hæreticorum explicare in confessione qualitatem erroris.

40 Quinta conclusio Blasphemia in Deum, vel sanctos, non excusatur à mortali ratione prauitatis materię sed ex solo plenæ deliberationis defectu. Sicut in periurio non datur paruitas materiæ, sed ex solo deliberationis defectu põt esse veniale. Quia qualiscunque contumelia in Deũ, vel in sanctos prolata, est grauissima. Et ita satis clare significat *D. Thom. 2. 2. q. 13. ar. 2. ad 3.* vbi solum excusat blasphemiam à mortali, ob deliberationis defectum. Et docent expresse *Caiet. in summa, verb. Blasphemia Valentia. 2. 2. disp. 1. quaest. 13. puncto 1. notabili 3. Bañes 2. 2. q. 13. à 2. & ibi Aragon. Petrus de Ledesm. 2. to. summa, tract. 1. c. 9. post 7. concl. Lud. Lop. 1. p. instructorij c. 282. col. 5. Suarez. t. 1. de religione, tract. 3. l. 1. c. 6. nu. 2.*

41 Immo, etsi ioco dicantur verba blasphemię, erit mortale. Nec enim leuis iniuria est, nominare ioco mẽbra pudenda Christi, vel sanctorum vel dicere pęniteat illos, aut renego. Et ita docet *Nauarr. summa c. 12. n. 48.* Quod intellige, nisi iocus tollat rationẽ omnimodam irreuerentię, & sic blasphemiæ rationem. Sicut n. 9. diximus de iurãte per falsos deos causa ioci, & irrisionis.

42 Est tamẽ temperanda conclusio, vt intelligatur, quãdo blasphemia iactatur in sãctos, nõ directe, & formaliter, quatenus sancti sunt; sed materialiter, & per accidẽs & vt quidã homines sunt. Tũc enim rõne paruitatis materiæ esset blasphemia venialis. Quia sanctitas se habet tũc per accidẽs. Dicitur autẽ blasphemia aliquo modo & materialiter. Quia propter coniunctã sanctitatem sunt sancti plus honorandi etiam in naturalibus. Exemplum huius blasphemiæ venialis est. Si quis ioco diceret sanctum Crispinum fuisse sutorem aut sanctos Ioannẽ, & Paulum fratres fuisse eunuchos. Ita docent *Bañes, Aragon Ludouicus Lopez nu. 40. relati.*

43 Quando autẽ ex indeliberatione dicitur plasphemia, quidã limitant, vt non sit mortalis, nisi homo sit assuetus blasphemare, nec conatur prauam illã consuetudinem emendare. Tunc enim blasphemia ex subreptione procedens, erit mortalis. Quia etsi in se non sit plene volita, est tamẽ plene volita in sua causa Sicut de peccatis ebrij antea præuisis dici solet. Secus autem est, vbi nõ est talis consuetudo, vel eã habens nititur se emendare. Ita *Toledo lib. 4. summa capitul. 13. nu. 7. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. cap. 282. versic. Octauo vide alios modos.* Et id dicit probabile *Emmanuel Sà sum. verb. Blasphemia, nu. 3.* At contradicit *Nauarrus summa c. 12. nu. 84.* vbi ait non esse mortalem blasphemiam ex subreptione dictam, etsi procedat ex praua consuetudine, & lata culpa; quando indeliberatio est causa dicẽdi, quia, nimirum, si ille pene aduertisset, non dixisset. Et refert pro se *Caietanum summa, verbo Blasphemia,* qui tamen ei nũ fauet; nam loquitur absolute de blasphemia procedendi ex indeliberatione. At in hoc casu procedit ex praua consuetudine. Refert etiam pro se *Syluestrũ verbo Blasphemia q. 2.* qui dubius manet, & potius in priorem sentẽtiam inclinat. Atque illam veriorem alij existimant, cum hac tamen limitatione, vt ille aduerterit antea prauam illam consuetudinem esse sibi causam prorumpẽdi in blasphemias absque plena deliberatione dictas, nec curet emendam. Sed in hac quæstione est idem prorsus dicendum, quod lib. seq. toto c. 5. dicemus de peierante, quoties periurium procedit ex nimia iurandi consuetudine.

44 Sexta conclusio. Iuxta decretum *Concilij Lateranensis sess. 9. §. Ad abolendã,* blasphemus non potest absolui à confessore, nisi grauissima pęnitẽtia ipsius arbitrio imposita. Sic enim expresse ibi definitur. Et ita docẽt *Nauar. summa c. 12. nu. 83. Lud. Lop. 1. p. instruit. c. 15. paulo post principium. Petrus de Ledesm. 2. to. summa, tract. 1. c. 9. in fi.* At id decretum non est vsu receptum; & ita hodie non obligat. Quod docẽt *Armilla verbo Blasphemia, in fine, & ibi Emmanuel Sà n. 2. Azor to. 1. lib. 9. instit. moralĩũ c. 28. q. 9. Suarez to. 1. de religione, tract. 3. li. 1. c. 7. n. 22.*

vbi etiam optime docet hoc peccatum nõ esse reseruatum. Quod etiam docuerat *to. 4. in 3. p. disput. 28. sect. 3. num. 10.*

45 Tandem superest triplex breuis difficultas. Primo est, an habens consuetudinem blasphemandi sit absoluendus? *Metina lib. 1. summæ, c. 14. §. 2. Petrus de Ledes. 2. to. summæ tract. c. 9. in fine, Manuel 1. to. sum. in 2. editione, c. 34. n. 5. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. c. 282. versic. Sed quid si blasphemus* asserunt hunc, quando in alijs cõfessionibus emendã proposuit, nec emendatus est, non esse statim absoluendũ, sed differendam ei absolutionẽ, donec emendetur. Quod temperat *Azor to. 1. l. 9. instit. moral. c. 28. q. 18.* nisi signa certa, & manifesta detestationis illius criminis ostendant, & in aliud tempus differri commodè absolutio nequeat. At mitius loquitur *ipse Azor tom. 1. lib. 11. instit. moral. c. 3. q. 4.* loquens de habente prauam iurandi cõsuetudinem, vbi ait hunc, si alioquin admonitus, aliquid curæ, & laboris apposuerit ad eam consuetudinem extirpandam, statim absoluendum esse; secus si sæpe admonitus nullam curam adhibuit, nisi iusta causa subsit ad cõcedendam statim absolutionem. Et ideo quamuis crimen blasphemiæ sit multo grauius applicando prædictam doctrinam ad illud; dico primo habentem prauam blasphemandi consuetudinem, qui nunquam est admonitus, vt illã deponat, vel si sæpe in alijs confessionibus admonitus est, & aliquid operæ, & studij collocauit ad eam consuetudinem euellẽdam, debere statim absolui. Quia si nunquam est admonitus, non est in tanta culpa; si autem admonitus est, & aliquid studi collocauit, iam ex parte sua aliquid confert, etsi differatur absolutio, fortè cadet animus, & à cõfessione deterritus, in peius labetur. Secundo dico, quando nil curæ apposuit ad emendam, admonitusque est sæpe in alijs confessionibus, posse adhuc hunc in rigore statim absolui; si verè doleat de preteritis, ac in posterum emendam firmiter proponat. Quia nullam occasionem extrinsecam habet, vt vel sic necessario impediatur absolutio, sed ex fragilitate carnis, sicut & in alia vitia. Tertio dico, an sit consilium differre absolutionem, pendere ex cõfessoris prudentia. Si enim pœnitens id nõ multum ægrè ferat, & speretur non ob id retrahendum à confessione sed potius id fore medicinam, erit consilium differre absolutionem maiori suauitate possibili adhibita; si autem oppositum speretur, non erit consiliũ, nisi quando ille ijs blasphemijs ingens præberet scandalum; & ita confessarius iudicaret postponendum priuamen illius solatium, & ad gloriam diuinam expedire illũ non absolui, donec scandalo publico satisfaciat, intendo vitæ emendam.

46 Secunda difficultas est. An audiens blasphemantem teneatur eum grauiter increpare, etiam si nulla emẽdæ spes adsit, si tamẽ possit absque proprio periculo, sic increpare? Affirmant *Nau summa Latina, c. 12. n. 83. Hispana c. 18. addit. ad n. 83. c. 12. Petrus de Ledes. 2. to. sum. tract. 1. c. 9. in fi. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 51. paulo post princip.* Ducuntur autẽ quia in *Concilio Lateran. sess. 9. §. ad abolendam,* id videtur præcipi. Sic enim ait: *Quicumque blasphemantem audierint, eũ acriter verbis obiurgare teneantur si citra periculum suum id fieri posse contingat.* Sed *Azor to. 1. lib. 9. instit. moral. c. 28. q. 7.* id negat. Tũ, quia etsi Conciliũ potuerit id ius nouum statuere, non spectãdo blasphemantis emendã, sed potius delicti pœnã, vt illa increpatio sit quædã illius pœna; at non constat ex eius verbis id ius nouum pœnale statuere voluisse. Quare ne præcepta, & pœnæ sine vrgenti fundamẽto multiplicentur, potius dicendum est, voluisse tãtum in memoriã audiẽtis reuocare preceptum naturale, ac diuin correctionis fraternæ. Quod est certum minime obligare, vbi spes emendæ speratur. Tum etiam, quia esto id ius nouum concedere voluerit, non est vsu receptum. Sicut nec quoad pœnitentiã grauem imponendam ante absolutionem in foro conscientiæ, diximus n. 44. non esse vsu receptum. Sed existimo id decretum continere nouũ ius; ac proinde obligare, etiam si emẽda desperetur. Vt dixit prior sententia. Quid id apertè dicant ea verba Concilij: *Acriter obiurgare teneantur.* Quippe fraternè corrigere, ad quod præceptũ naturale diuinum obligat est admonitio quędam suauis, & fraterna, obiurgatio autẽ acris est, aspera, & grauis reprehensio. Obiurgare enim est reprehẽdere, & increpare. Quamobrem verè concilium in hac obiurgatione nõ tam attẽdit ad blasphemantis emẽdam; quã ad quoddem eius supplicium, & ad tuendum honorẽ diuinum obiurgatione illa. Qui blasphemia detrimentũ patitur. At credo id præceptum Concilii nõ obligare, eo quod vsu receptum minime fit. Quare solum obligantur audientes ad fraternè corrigẽ tum præcepto naturali diuino, quando speratur emenda. An verè ex præcepto amoris Dei teneatur audiens respondere pro Deo, etsi desperetur emenda; dicemus c. 35. num. 9.

47 Vltima difficultas est. An teneantur audientes blasphemum illum denunciare iudici? In eo decreto Cõcilii Lateranensis, quod n. præced. allegaui, præcipitur hunc denunciari, his verbis. *Eum denique deferre, vel notificare apud iudicem Ecclesiasticum, seu sæcularem intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes cõuenerint, vt vnus pro cunctis tali officio fungatur.* Et *Iulius III. in sua constitutione Pontificia, quæ incipit, In multis,* imperat vt audientes denunciet intra triduum, alioquin in easdem blasphemi pœnas incurrant. Et *c. si quis per capillum 22. q. 1.* Pius I. constituerat diuina condẽnatione coercendos non denunciantes. Atque Inquisitores quotannis dum edicta promulgãt, & Episcopi in suis edictis iubent sub pœna excommunicationis latæ sententię blasphemos denunciari. Quare protumpẽtes in blasphemias hæreticales, de quibus soli Inquisitores cognoscũt, sunt ipsis denunciandi Blasphemiæ autem non hæreticales sunt denunciandæ iudici Ecclesiastico, aut sæculari. Quippe solum illi de his cognoscunt. Iuxta dicta n. 37. Nec edicta iudicum Ecclesiasticorũ præcipientia sibi denunciari, impediunt denunciationem fieri alteri iudici potenti de illis cognoscere, vtpote quæ eius iurisdictionem non minuũt; sed id solum intendunt, vt blasphemię denuncientur, ne impunitæ maneant. Sunt autem denunciandę hæ blasphemię, etsi sub conditione proferantur. Quia sũt verę blasphemię (Vt nu. 24. diximus.) Et ita denunciãdas esse tradunt *Rojas de hæret. 2. p. assertione 12. n. 173.* Et *citato Cantera Azebedo lib. 8. recopil. tit. 4. l. 1. num. 14.* Sunt etiam denunciandæ, etsi non expresse nominentur Deus, vel sancti; vt *pesete tal, reniego de tal,* quando ex coniecturis aperte, & absque vlla dubitatione colligitur blasphemantis animus, intelligẽtis nomine, de tal, Deum, vel sanctos. Iuxta dicta n. 25. Maior autem difficultas est, an quando blasphemia est secreta, ac speratur fore, vt blasphemus fraternè correctus emendetur, sit permittenda correctio fraterna? *Azor lib. 9. instit. moral. c. 28. q. 8.* dicit non pręmittendam correctionem fraternam. Quia ea denunciatio non pręcipitur ob criminis emendam, sed ad eius punitionem, & in pęnam sceleris. At melius alij pręmittendam tunc correctionem fraternam sentiunt. Quia speciale est in crimine hęresis, vt ob magnum eius periculum, & difficillimã hæretici correctionẽ, sit statim nulla correctione pręmissa denunciandum. Quod in blasphemis non contingit. Quare prędicta decreta, & edicta intelliguntur seruato ordine Euangelico, nempe, vt si blasphemia sit publica, aut si secreta, desperetur, fore, vt correctio prosit statim denũcietur. Si verò occulta sit, ac spes subsit, vt correctio fraterna prosit, illa pręmittatur. Atque ita docent *Metina lib. 1. summæ, c. 14. §. 2. fol. 77. pag. 1. Manuel 1. to. summæ, in 2. editione c. 34. n. 6. Ludouic. Lopez 1. p. instruct. cap. 282. in fine.*

CAPVT

CAPVT XXXIII.

De præcepto spei, & timoris; ac peccatis desperationis, & præsumptionis spei oppositis.

SVMMARIVM.

An de spe sit præceptum, nu. 1.
Quando obliget? Refertur quædam sententia, nu. 2.
Explicantur tempora quibus obligat, nu. 3.
An sit præceptum speciale timoris, nu. 4.
Quando peccetur per desperationem, nu. 5.
An desperatio sit semper coniuncta cum hæresi, nu. 6.
Quando peccetur, & qualiter per præsumptionem, nu. 7.
An præsumptio sit semper coniuncta cum infidelitate, nu. 8.

1 COnstat ex fide esse præceptum de spei actu aliquando eliciendo. Vt consta ex *Psal. 4. Sperate in Domino*. Et *ad Titum 2. Expectantes beatam spem*. Et ex alijs locis, quæ afferunt Doctores nu. 3. allegandi. Et ratione constat. Quippe de omni actu ad vitam æternam obtinendam necessario est præceptum. At huiusmodi est sperare peccatorum veniam, ac gloriam obtinendam à Deo. Vt constat ex *Trid. sess. 6. cap. 6.* Est igitur in præcepto.

2 Et quidem quantum ad præceptum negatiuum, nempe, non desperandi quod ad spei virtutē pertinet, constat obligare semper, ac pro semper; instar omniū præceptorum negatiuorum. De præcepto autē affirmatiuo eliciēdi actus spei est difficultas pro quo tempore obliget. Quidam, quos tacito nomine refert *Aragon 2. 2. quæst. 21. ar. 1. dub. 1.* cēsent habitu semel actū spei posse probabiliter dici id præceptum non amplius obligare. At iure optimo id falsum esse censet. Idque constabit ex dicendis nu. sequenti.

3 Varia igitur tempora assignantur à Doctoribus obligationis huius præcepti. Primum tempus est, cum primum rationis vsum puer assequitur. Quia tunc tenetur se in Deū cōuertere, omnia in ipsum referendo. Quod absque actu spei præstare nequit. Ita docent *Bañes 2. 2. quæstione 21. articulo 1. dub. c. 2. & ibi Aragon dubio 1. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 2. c. 4. conclusione 3.* At verius est, tunc non obligare. Quia cap. 2., diceemus ideo verius esse non extare id conuersionis præceptum. Et hanc partem sustinet *Valentia 2. 2. disp. 2. q. 4. punct. 1.* Et esto diceremus hoc præceptum tunc obligare, non obligaret per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidēs ratione alterius. Vt statim in secundo obligationis tēpore explicabo. Secundum tempus est, cum obligatio occurrit pœnitentiæ de ante acta vita, ad gratiā Dei obtinendam. Quia cum spes veniæ obtinendæ sit fundamentum pœnitentiæ: hæc absque spei actu consistere nequit. Ita docent *Azor tomo 1. lib. 9. institutio. ū moralium, capit. 2. quæstione 7. Arago, Bañes, Petrus de Ledesma conclus. 4.* Addunt hi tres idem esse dicendū, quando est præceptum de oratione. Quia id præceptū absque spei actu impleri nequit. Et idem dicit *Azor*, quādo obligat præceptum dilectionis Dei super omnia. Quia absque actu spei impleri nequit. Idē dicit *Aragō*, quoties quis tenetur aliquid aliud efficere, quod sine actu spei cōmode fieri nequit. At in omnibus his euentibus non obligat præceptum spei per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidens ratione præcepti adiūcti pœnitentiæ, aut orationis, charitatis, aut faciēdi illam aliā rem. Quare tunc omittens elicere actū spei, nō peccaret cōtra hoc præceptum, nec omissionem actuum spei tenetur fateri; sed solum peccaret contra illud præceptum adiunctum, quod impletum non est; atque adeo sola eius transgressio fatenda est. Ita docent *Bañes, & Petrus de Ledesma ibi.* Atque in simili diximus hoc 2. libro c. 1. nu. 3. Tertium tempus est, semel singulis annis. Ita *Petrus de Ledesma ibi, conclus. 6.* Sicut idem dixit de præcepto fidei. (Vt ex ipso retuli d. capit. 1. numero 5.) vbi & id reprobaui. Quare hoc non placet. Quartum tempus est, quando quis primo nouit, siue per se siue ab alium monitus, vtilitatem, ac necessitatem spei ad piè viuendum. Sic *Valentia ibidem*, dicens hoc esse probabile. At non placet hoc tempus. Quia caret solido fundamento. Vltimum tempus est, quando aliquis graui desperationis tentatione vexatus, in succumbendi periculo est, nisi actu spei contrario animum confirmet. Tunc enim per se hoc præceptum obligat. Quia eodem spei præcepto tenetur homo sperare, & non desperare. Si ergo tunc elicere actum spei est per se mediū ad non desperandum, obligabit præceptum spei ad illum elicendum. Ita *Valentia, Bañes, Aragon, Petrus de Ledesma proxime allegati.* Addit autem optime *Valentia*, aliquando quoque esse necessarium & sub præcepto, actu spei munire animum ad vincendas tentationes in alijs materijs; quando alias est periculum succūbendi. At tunc non obligabit præceptum spei, per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidens ratione præcepti superandę illius tentationis. Quare non elicere tunc actum spei, minime erit distinctum peccatum necessario fatendum ab eo quod committitur succumbendo tentationi, aut succumbendi periculo se exponendo. Quia actus spei nō requirebatur tūc per se, sed ratione præcepti vitandi alterius peccati, ad quod tentatio impellebat.

4 Rursus de timore filiali, ac bono seruili constat, quādoque esse præceptū. Quod docet *D. Tho. 2. 2. q. 22. art. 2.* de filiali, *Deuteron. 10. Quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deū tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum &c.* De seruili, *Matth. 10 & Luc. 12. eum timete, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem, & corpus & animam perdere in gehennam.* Est autē timor filialis (vt docet *idem D. Thom. 1. 2. q. 19. art. 2.*) quo quis timet offendere Deum, & ab eo per peccatū separari. Dicitur autē filialis, eo quod ex Dei amore nascatur; sicut timor quo filij vereri solēt, ne parētes suos offendant, consurgit ex filiali amore, quo illos cōplectūtur. Timor autem seruilis est, quo quis timet pęnas à Deo peccatoribus constitutas & ideo, vt eas effugiat, inducitur ad peccata vitanda. Dicitur autem seruilis, quia nō proprie nascitur ex amore Dei sed ex sui amore quo quispiā, vt propriæ incolumitati pęnas euadens consulat, peccata vitat; instar seruorum, qui nō amore Domini ducti, sed pœnæ timore, ipsi obsequuntur. At difficultas est, ad præcepta de his timoribus sint specialia; ita vt aliquando ex huiusmodi timorū defectu cōtingat committi speciale peccatum. An verò sint ipsamet charitatis, & aliarum virtutum præcepta, quæ exigunt hos timores, quatenus per illos ab eorū transgressione homo retrahitur? *Bañes 2. 2. quæstione 22. artic. 2. in solutione ad 1. & 2.* cēset esse speciale præceptum; obligareque seruilem, quando necessitas vitandi peccati occurrit, nec ducitur quis ad id vitandum, nisi pœnæ timore; finalem autem, quando quis est in periculo peccandi, & eo timore ad cauenda peccata ducitur. At concludit *in solutione ad 4.* esse probabile nō esse specialia præcepta. At multo verius est, non esse aliquod speciale præceptum horum timorum, sed idemmet aliarū virtutū; atque ita admittentem quodcumque crimen, à quo timorum horum actu retrahi posset, sufficienter fateri explicando solum id crimen admissum, aut si nō admisit, periculum illius admittendi, cui se exposuit. Quod ex praxi hominum timoratæ conscientię cōstat, qui nunquam de timorum horum defectu in peccatis admissis se accusant; nec confessarij de eo interrogant. Et ratio est, quia defectus ille timoris est cōditio generalis reperta in omnibus peccatis admissis; ac proinde non constituit specialem aliquam culpam. Sicut nec defectus considerationis rerum diuinarum, & aliorū mediorum, quæ à peccando auerterent, ac à peccante negliguntur, minime culpam specialem inducit.

Quod fit generalis omniũ peccatorum conditio. Adde omissionem actus spei requisiti ad non succumbẽdum tentationibus contra alias virtutes occurrentibus, non inducere specialem culpam. (Vt numero præcedenti diximus.) Quia non exigitur propter se, sed ob aliarum virtutum præcepta. Idem ergo de his timoribus dicẽdum est. Et ita docet *Valentia 2.2.disp.2.q.4.puncto 2.in fine.*

5 Peccatur autem contra spem, aut non eliciendo actũ spei, quando obligat iuxta dicta num. 3. Aut per defectum excessum ve: Per defectum peccatur desperãdo; nimirum, dum quis desperat fore vt ad meliorem frugem se recipiat, aut peccatori veniã, gloriamve comparet. Quod secundum omnes est grauissimum peccatũ mortale, nec in eo datur paruitas materiæ sed ratio ne solius defectus plenæ deliberationis excusari potest à mortali. Quia motus desperationis cõformis est iudicio falso de Deo quo iudicatur per eius misericordiam nõ posse aliquem obtinere salutem æternam, atque ideo in quauis materia misericordiam diuinam grauiter lædit.

6 Potest autem hic desperationis actus coniunctus esse cum hæresi, quando desperans actu habet hoc iudicium illi assentiens, Deus non potest mihi parcere; aut non parcet si me dispofuero, vt decet; aut cõsequi gratiam & gloriam est mihi impossibile. Quia hæc iudicia cõtra fidem sunt. Quare erit tunc duplex malitia specie distincta, ac cõfitenda; altera hæresis, altera verò desperationis. Potest etiam fine hæresi contingere. Quod benè explicat ex mente *D.Thomæ Valentia 2.2.disp.2.q.3. puncto 1.* quia ad eliciendum desperationis actum, non est necesse actu habere illud falsum iudicium declaratum. Sed satis est, vt per iudicium practicum quispiam æstimet sibi nunc desperandum, siue vt iucundum, & aptũ præsenti dispositioni, siue vt vtilem ad alios fines prauos, vt ad liberius peccandum. Sicut fornicans non iudicat sibi tũc fornicationem licere. Quod esset hæreticum. Sed tantum practicè illam amplectitur tãquam iucundam, aut ad alios fines vtilem. Vel secundo potest hoc explicari cum *Toledo lib.4. sum.c.7.nu.9* Quia non est opus hoc iudicio in desperante. Deus mihi non potest parcere, aut nõ parcet, si me debitè dispofuero. Sed satis est hoc iudicium, nũquam me disponam, nunquã benè agam, nunquam mihi parcet Deus. Quæ iudicia cum de solo facto sint, non sunt hæretica.

7 Peccatur quoque per excessum contra spem, admittendo præsumptionis vitium. Præsumptio autem contraria spei in eo consistit, cum quis aliquid tanquã possibile de Deo sperat, quod secundum eius ordinariã legem non est possibile. Vt remissionem peccatorum, & gloriã absque meritis; vel ex solis propriis viribus adipiscenda; vel in creaturis spem collocat tanquam in præsidio ad salutem comparãdam sufficienti. Vt optimè *D. Tho.& omnes 2.2.q.21.art.1.* Nec enim in creaturis spẽ constituere interdicitur, tanquam in iis, quæ vna cum Dei adiutorio iuuãt, & promouent ad vitam æternam adipiscendam. Vt bene *Azor tom.1. lib.9. institu tionum moral. c.2.q.7.* Nec tamen ad fugiendum hoc crimẽ, est opus expressa diuini adiutorij mentione, quoties beatitudo autem gratia speratur, sed satis est virtute, & interpretatiuè adsit ea intentio. Vt communiter est in Christianis. Vt bene docent *Bañes ea.q.21. art.1. dub.3. & ibi Aragon.* Estque sæpe præsumptio hæc mortalis, nec paruitas materiæ excusare potest, sed solus plenæ deliberationis defectus. Vt bene docent *Bañes ibi.dub 4.& Valentia 2.2.d sp.2.q.5.puncto 2.* Quod hic præsũptionis motus conformis sit falso iudicio de Deo, quo iudicatur posse ab eo beatitudinem comparari, absque medijs à diuina prouidentia, & iustitia statutis. Atque ita grauissimè vtrumque Dei attributum læditur. Insuper peccat præsumptionis crimine, qui spe veniæ obtinẽdæ pœnitentiam de peccatis in senectutem, aut finem vitę differt. Sic *Metina lib.1.summa, c.14.§.2.f.79 pag. 2. Bañes 2.2.q.21.art.2, in fine. Azor to.1 lib.9. institutionum moralium c.2.q.7.* Et dicit *Metina* esse mortale. At melius *Azor* ait non semper esse mortale, nisi tempus occurrat, quo præceptum pœnitentię obliget. Quare qui pęnitentia spe veniæ differt, solum peccat contra pœnitentiæ præceptum, si animum habeat eam differẽdi vltra tempus, quo id obligat. Quare non existimo hoc ad peccatum præsumptionis propriè pertinere; nec esse propriè contra spem. Cum non speretur beatitudo absque pœnitentia & Dei adiutorio.

8 Tandem potest præsumptio hæc cum hęresi, & absque illa accidere. Sicut nume.6. de desperatione diximus. Est quidem cum hæresi, & sic duplex culpa, quãdo est error intellectus quo crederet beatitudinẽ absque pœnitentia, & meritis obtinendam; vel solis proprijs operibus, absque Dei gratia. At ad præsumptionis peccatum non est necessarium id iudicium actu existere, sed sufficit, vt ita tendat quis in salutẽ ęternam volũtate sua, ac si posset absque operibus obtineri; aut solis illis absque Dei gratia. Et ita docet *Valentia 2.2. disputatione 2 q.5. puncto secundo.* Quare tunc erit absque hæresi.

CAPVT XXXIV.

De peccato tentationis Dei.

SVMMARIVM.

Tentatio Dei quid, & quotuplex, et qua regula dignoscatur, n.1.
Tentare interpretatiuè, quot upliciter contingat, nu.2.
Tentare Deum contingit respectu tentantis, & respectu aliorum, num.3.
Cui virtuti opponatur, nu.4.
Quale peccatum sit, nu.5.
An orare absque debita præparatione sit tentare Deum, nu.6.
Quid de nitente sola oratione impetrare bona temporalia, n.7.
Quid de explorante diuinã voluntatẽ absque iusta causa, nu.8.
An liceat petere à Deo signum suæ voluntatis, vel cum adest reuelatio, ad sciendum an sit Dei, an dæmonis, nu.9.
Quid, quando dubitatur, an promissio sit absoluta, an cam cõditione: & an pro se ipso liceat aliquando petere signum veritatis, potentiæ, aut scientiæ diuinæ, eodem, nu.9.
An tentet Deum petens ab ipso miraculum pro manifestanda fidei veritate, nu.10.
An tentatio expressa, & interpretatiua sint distinctæ speciei, nu.11.
An purgatio à crimine ferro candẽti, aut aqua feruenti facta, sit licita, nu.12.
An liceat hæc purgatio per Eucharistiæ sumptionem, nu.13.
An liceat medicinas corporales etiam martyrij tempore nolle, num.14.
An tentet Deũ martyrio se absque necessitate offerens, vel peccet si se offerat, eo quod vitam exosam habeat, num.15.
An tentet Deum prædicans absque præuia meditatione, n.16.

1 CVm tentatio Dei opponatur religioni, quatenus ad cultum debitum Deo exhibendum inclinat (vt numero 4. dicemus) & quodammodo etiam spei; eius tractatus pertinet ad primum Decalogi præceptum iubens cultum Dei debitum; & post tractatum de virtute spei. Definitur autem sic. Tentatio Dei est irreligiositas quędam, per quam ex dubitatione de aliqua Dei perfectione, vt veritate, potentia, scientia, &c. sumitur experimentum verbis, vel factis, an Deus perfectionem illam habeat, nec ne. Ita *D.Thom.2.2.quæstione 97. art. 1.ab omnibus receptus.* Dicitur autem irreligiositas, quia vitium hoc religioni opponitur. (Vt numero quarto explicabimus.) Dicitur, ex dubitatione, &c. quia semper in tentatione Dei adest aliqua huiusmodi dubitatio. Quod ait *D.Thom. eod.artic.1.* & ex eo alij desumpsere contingere dupliciter. Primò, quãdo quis formaliter, & ex intentione tentat Deum, nimirum, quando expressè dubitando de aliqua Dei perfectione, aliquid facit animo illius experiendę. Secundò, interpretatiuè, & implicitè, nempe, quando etsi quis expressè non dubitet de diuina perfectione, nec experimentum de Deo

Deo sumere intẽdat; id tamen petit, vel agit, quod suapte natura ad nil aliud pertinere, & referri posse videtur, quam ad diuinam perfectionem experiendã. Tunc autem declarat *Diuus Thomas* hunc interpretatiuũ tẽtandi Dei modum contingere, cum neglectis modis à diuina prouidentia cõstitutis, aliquid agitur expectato effecto à solo Deo, nulla necessitate, aut vtilitate iusta ad id cogente. Quãdo vero aliqua necessitate aut vtilitate ductus committit se quispiã diuino auxilio in suis petitionibus, vel factis, id non est tentare Deum sed licitum. Iuxta id 2. *Paralip.* 20. *cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solũ habeamus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Idque declarat ibi appositissimo exẽplo. Sicut quando quis absque peculiari causa equũ agitat, interpretamur illam equi agitationẽ ad nil aliud pertinere quam ad eius velocitatem experiendam secus qñ adest causa peculiaris, vt fugiendi periculi. Vnde ex hac doctrina *D. Thomæ* optime colligit *Valentia* 2. 2. *disput.* 6. *quæst.* 14. *puncto* 1. *versic. Declarat*, ex fine mouenti deducendam esse regulam ad indicandum, an Deus tentetur, nec ne: spectandus enim est finis, ob quem effectus à solo Deo spectatur, & si iustus sit, non est Dei tentatio; si autem iusta causa mouens desit, erit Dei tentatio, saltem interpretatiua.

2 Hæc autem interpretatiua Dei tentatio contingit dupliciter; priori modo, cum quis media naturalia à Deo ordinata prætermittit, spetans à solo Deo effectum. Posteriori modo, cũ quis sponte periculum quærit, à quo nullatenus, aut vix liberari potest, nisi à solo Deo. Sicut si quis relicta scala vellet è turri per aere descendere, quãuis non animo Dei tentandi id efficeret. Ita *Toledo lib.* 4. *sum. c.* 19. *nu.* 6. *in fi.* Vt tamen si est tentatio Dei, ẽt interpretatiua, oportet haberi operantem respectũ ad Deum, expectato medio extraordinario ab ipso; & tũc opponitur religioni, est enim Dei irreuerẽtia expectare imprudenter ad auxilium. Vt docet optime *Suarez to.* 1 *de religione tract.* 3. *l.* 1. *c.* 3. *nu.* 4. *&* 5.

3 Insuper potest homo Deum tentare, siue formaliter, siue interpretatiuè, vel vt ipse experimentũ Dei capiat: vel vt alijs eoam manifestũ faciat. Quippe expertus sapientiam alicuius, & de ea nil dubitans, diceretur verè ipsum tentare, si aliquid diceret, efficeretve, quo sapiẽtia illius esset alijs manifesta. Ita *Toledo eo. c.* 19. *num.* 4. Exemplum autem huius subijciam nu. 11.

4 Opponitur autem hoc tentationis Dei peccatum religioni. Vt docet *D. Th. ab omnibus receptus* 2. 2. *q.* 97. *ar.* 3. Cum .n. finis religionis sit Deo reuerentiã exhibere oĩa quę directè reuerentię Dei aduersa sunt opponũtur religioni. At tentare Deum pertinet ad Dei irreuerẽtiam Connotet .n. quandã dubitationem de diuina excellentia. Quia nullus tentare præsumit eum de cuius excellẽtia certus est. Quamobrẽ primo Decalogi pręcepto aduersatur. Potest etiam dici cum *Azor to.* 1. *l.* 9. *instit. mor. c.* 2. *q.* 7. opponi aliquo modo spei. Quia tentãs Deũ indebito modo sperat ab ipso effectum intentũ. Qualiter autem religioni opponatur, consulendus est *Suarez to.* 2. *de religione, tract* 3. *lib.* 1. *c.* 2. *à nu.* 5. *ad* 8. vbi optime id explicat, soluitque contraria.

5 Ex his primo deducitur, tentationem Dei expressam, & formalem, esse ex genere suo mortalem. Quod velle ex dubitatione quadã aliquod Dei attributum experiri, magnum Dei contemptum concludit. Quod omnes fatetur. Vnde ex materiæ paruitate neq; esse venialis, sed ex solo perfectę deliberationis defecto. Quod ratio proxime adducta satis probat. Atque ita notat *Valẽtia* 2. 2. *disp.* 6. *q.* 14. *puncto* 2. Idque significat *Caiet. sum. verbo Tentatio in fine.* vbi formalem Dei tentationẽ ex hoc solo capite à culpa mortali excusat. Quãdo autem hæc dubitatio deest, & sic est sola tentatio Dei non ita propria *Toledo lib.* 4. *summa ca.* 19. *num.* 7. dici posse venialem, vt quãdo ex sola curiositate videndi alicuius operis supernaturalis procedit. Atque *Valentia proxime relatus, & Sayre in claui regia, l.* 4. *cap.* 7. *nu.* 14. dicunt esse communiter venialem, nisi materia sit nimis grauis, vt quia tentans Deum se maximo periculo exponit. At existimo esse ex obiecto, & natura sua mortalem, nisi fortasse ex ignorantia, & simplicitate non omnino crassa id faciens excuseiur, ex quadam inepta pietatis specie. Sicut optime docet *Suarez to.* 1. *de religione, trac.* 3. *l.* 1. *c.* 2. *nu.* 16. loquens de tentatione Dei, qua signum petitur à Deo suæ voluntatis, & sic nulla est dubitatio in fide. Et ratio est tum quia notabilis Dei irreuerentia est, agere cum Deo, tanquam cum ludione, & curiositatum fautore; tum etiam, quia sic tentans Deum, nõ solum vult Deum fouere vanam curiositatem, sed etiã vt sua omnipotentia aliquid mirabile ad solum illum vanum finem operetur. Quod immensam Dei sapientiam, ac prudentiam valde dedecet. Quamobrem bene concludit *Suarez eo. num.* 16. vix posse hoc culpa lethali liberari. Fatendum est tamen, aliquando posse materiam & periculum esse adeo exigua, vt sit culpa venialis. Vt bene docet *Leonar. l.* 2. *de iust. c.* 45. *dub.* 1. *nu.* 4. in fine, cuius exemplum appono, vt in leui morbo nolle medicinis vti, sperando tamen salutem à Deo, non petito miraculo.

6 Secundo deducitur, cur Eccles. 18. orans sine præparatione dicatur quasi Dei tentator. Rõ enim est (vt ait *Valent.* 2. 2. *disput.* 6. *q.* 14. *punct.* 5. *corol.* 2.) quia cũ Deus eiusmodi orationem se exauditurum nõ promiserit, ad nil aliud ordinari videtur ex modo, quo instituitur, nisi ad Dei potentiam experiendam, an minus bene oranti subuenire valeat. Dicitur autem non se præparare ante orationem, vt censeatur quasi Dei tentator, qui nõ dimittit si quid aduersus aliquẽ habet, aut alias non se disponit ad orationem, faciendo quod in se est, vt à Deo exaudiatur. Et ita aduertit *D. Thom.* 2. 2. *q.* 97. *ar.* 3. *ad* 2. vbi bene aduertit *Caiet.* hunc non esse proprie Dei tentatorem; & ideo appellari quasi tentatorem.

7 Tertio deducitur, nitentem sola oratione bona temporalia à Deo impetrare, prætermissis medijs naturalibus, tentare Deum. Secus si in aliquo peculiari casu ad Dei gloriã expediret id. Ita *D. Th. d. q.* 97. *art.* 1. *ad* 3. *Valentia eodem punct.* 1. *corollario* 2.

8 Quarto deducitur, quid dicendũ de exploratione diuinæ voluntatis per aliquod signum petitum à Deo. *D. Tho.* 2. 2. *quæst.* 97. *art.* 1. *& Caiet. in summa, verbo Tentatio,* dicunt esse tentationem Dei. Quod intelligit *Valẽtia* 2. 2. *disputat.* 6. *quæst.* 14. *punct.* 1. *corollario* 3. esse improprie, sed quandam irreuerentiam contra Deum. Quia propria Dei tẽtatio dubitationem de aliqua Dei perfectione exigit. Sed melius *Suarez tom.* 1. *de religione, tractat.* 3. *lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 16. ait quæstionem esse de nomine, vtrouis modo appelletur; verius tamẽ videri esse proprie tentationem Dei. Cum expresse intendatur exploratio diuinæ volũtatis per tale medium, nec oportet vt semper procedat ex dubio de perfectione diuina. Vt ibi latius probat.

9 Quinto deducitur discrimen inter instructionem de diuinis attributis, atque de diuina voluntate Quod cũ de primis dubitare nõ liceat, velle illa explorare, sit semper iniqua Dei tentatio; at cum de diuina voluntate dubitare liceat non semper est tentatio Dei, petere ab eo instructionẽ illius per aliquod signũ, dummodo debitæ circumstantiæ concurrant. Quod docent *D. Tho.* 2. 2. *quæst.* 97. *artic.* 2. *ad* 3. *& ibi Caietan Valentia* 2. 2. *disp.* 6. *q* 14. *punct.* 1. *Suarez tomo* 1. *de religione, tract.* 3. *lib.* 1. *c.* 2. *à nu.* 9. *vsque ad* 13. vbi optime hoc explicat, & extendit ad casus in quibus dubitare licet de aliqua fidei veritate; vt si alicui non sit satis proposita aliqua fidei veritas, & ideo nec peccat dubitando, nec suspendendo assensum; vel si certus sit de aliqua Dei reuelatione, sed petit maiorem instructionem, maioremq; publicã confirmationem, pro se, vel pro alijs. Adhibent etiam exẽplum *Caiet. & Valent. ibid.* vt quando alicui fit reuelatio, & dubitat, an Dei, an dæmonis sit, potest cõcurrentibus debitis circũstantijs, petere à Deo instructionẽ

per

propter Christum, sed propter vitę odium. Tūc autem martyrium est in præcepto, quando est necessarium ad fidem vel salutem multorum spiritualem cōseruandā, aut blasphemias vitandas. Tunc autem est sub cōsilio, quando ex eo nil aliud quam Dei gloria, & fide exaltatio consequitur. Vt docent *D.Th.2.2.q.124.art.3.ad 1. Syluest.& Nauar.proxime allegati.*

16 Tandem deducitur, esse tētationem Dei, si quis sine prauia meditatione, nec coactus causa iusta prędicare cōtendat, sperans fore vt Deus sibi dicenda inspiret. Sic *Nauarr. & Ludouicus Lopez nu.præcedenti allegati.* Addit *Nauar.* id esse mortale. Quod verum credo, quādo animo Dei tentādi id fieret: secus si non eo animo, nec scandalum, nec aliud detrimentum notabile sequatur: tunc enim erit veniale: iuxta dicta nu 15.

CAPVT XXXV.

De præcepto charitatis Dei: & conuersionis ad Deum in primo instanti vsus rationis.

SVMMARIVM.

An sit præceptum de amore Dei, & ad quod decalogi præceptum pertineat, num.1.

An hic amor debeat esse maximus intensiue, & appretiatiue, num.2.

An Deum diligere ob beatitudinem, aut bona temporalia assequenda, liceat, num.3.

An præceptum hoc obliget ad amorem supernaturalem, & naturalem, num.4.

An impleri possit absque gratia gratum faciente, num 5.

An obliget hoc præceptum in instanti vsus rationis, teneaturque tunc puer se ad Deum conuertere? Refertur quadam sententia, num.6.

Explicatur sententia Authoris, num.7.

Quibus alijs temporibus obliget hoc præceptum, & an diebus festiuis obligetur quis ad dilectionem Dei, & aliquem cultum internum? Refertur quadam sententia, n.8. vbi & alia narefertur.

Explicantur tempora, quibus obligat hoc præceptum, nu.9.

Quibus modis peccetur contra charitatem, & qualiter Deus possit odio haberi, num.10.

An sit mortale desiderium perpetuo videndi, num.11.

1 Circa præceptum charitatis tria videnda sunt. Primum, an id præceptū extet. Secūdum, qui modus diligendi Dei cadat sub eo præcepto. Tertium, quo tēpore obliget. Circa primum, constat extare præceptum de dilectione Dei. *Deuterono.6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matt.22.hoc est primum, & maximum mandatum &c.* Et ratio est, quia actus dilectionis Dei est ad salutem necessarius. 4. *Ioā.3. Qui non diligit, manet in morte.* At de omnib. ad salutem necessarijs extat præceptum. Alias non sat esset ad salutē seruare mādata. Cōtra illud Christi *Matth.19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Non est autem hoc præceptū positum in Decalogo. (Primum enim pręceptum Decalogi non est de diligēdo Deo. Vt aduerti in procemio huius secūdi libri.) Quia per se est satis manifestum, ac teste *D.Th.2.2.q.44. art.1.ad 3.* se habet ad Decalogi pręcepta tāquam præambulum, & in omnibus virtute includitur: quatenus ex illo omnia deducuntur. Diximus autem in eodem procemio reduci hoc ad præceptum primum Decalogi.

2 Circa secundum, modus cadens sub hoc dilectionis Dei præcepto, est vt super omnia diligatur: ac proinde vt amor Dei sit maior cæterarum rerum amore. Non est autem necesse, vt sit maior intensiue, id est, vt sit feruentior, & vehementior: sed satis est, vt sit maior appretiatiue, id est, quo ad æstimationem, vt taliter homo dispositus sit, vt si perdendus sit Deus, ant omnes aliæ res, potius res omnes perdere velit, quam Deum offendere. Quæ comparatio si formaliter fiat, consistit in actu voluntatis consentientis in obiecta sic comparata: sic vtorque proponentis fore vt vrgēti necessitate alterutrius eligendi, Deū cæteris præponat. Si autem virtualiter fiat, non consistit in maiori intentione, aut conatu, feruoreve voluntatis in Deū: sed in substantia, & specie actus, quæ sumitur ex motiui ad amādum excellentia (vt optime docet *Suarez statim allegandus.*) Sicut stat à quopiam maiori conatu, & intensione amicū diligi, quam patrem: nihilominus ex vi amoris paterni, qui excellentius diligendi motiuum habet, paratus ille sit, patre, & amico in necessitate constitutis potius patri subuenire, si vtrique nequeat. Atq; proinde amor ille amici est maior intensiue patris autem appretiatiue. Atque non exigi amorem Dei esse maiorem intensiue, inde probatur. Quia satis est seruare præceptum de charitatis ordine, eo modo qui sufficit, vt quoties oporteret, charitas sit opere efficacior erga id obiectū, quod est maiori amore prosequēdum. Iuxta id *1.Ioan. 3. Non diligamus verbo, vel lingua, sed opere, & veritate.* Ad hoc autem sufficit id obiectum magis appretiatiue diligi. Quippe eo magis appřetiatiue dilecto quātumuis modica actus intensio sufficiet ad efficiendū quidquid causa eius obiecti necessarium est officere. Et cōfirmatur, quia non est suauitati legis diuinæ consonum, vt sit præceptū de maiori intensiuè amore Dei: vtpote quod valde anxios, ac scrupulis plenos redderet homines, an id præceptum impleant. Cum nil magis eos lateat, quā gradus intensionis, qua actus interous elicitur. Debere autem esse maiorem appretiatiue constat. Quia iubemur Deum super omnia diligere: & cum hoc non sit intensiue, debet esse appretiatiue Præterea quia præceptum de aliquo virtutis actu, est etiam de intrinseco illius actus modo, *teste D.Thoma & Caiet.2.2.q.44.art.4. ad 1.* At intrinsecus dilectionis Dei modus est, vt super omnia saltem appretiatiue diligatur. Nullus enim alius amor erit Deo proportionatus: vtpote qui vltimus noster finis, supremumque nostrum bonum est. Et ideo contra *Scotum 3.dist.27.q.vnic.§. De primo dico, & Petrum de Soto de inst.sacerd. lectione 5. de iustific.* dicentes amorem Dei debere esse summum etiam intensiue, tradunt communiter *Doctores 3.d.27. Nauar.in summa cap.11.Latine num.4.Hispane num.9.Valentia 2.2.disput. 3.quæst.4.puncto 2.& q.19.puncto 1.Suarez 4.to.in 3.part. disp.4.sect.4.num.7. Azor alios referens, tomo 1.l.9.instit. moral.cap 4.q.3.Toledo l.4.sum.c.9.n 7.*

3 Hinc deducitur teneri omnes Deū diligere propter se tanquam vltimum rerum omnium finem. Constat, quia non diligeretur super omnia appretiatiue, si amor illius ad aliquid creatum ordinaretur. Et ita docet *D. Th.2.2.q.27.art.3.ab omnibus receptus, ex mente D. August.lib.1.de doctrina Christiana c.4.* Potest tamen Deus diligi hoc modo propter se, etsi simul propter vitæ æternæ mercedem diligatur, dūmodo merces illa non sit finis ipsius Dei, sed dilectionis nostræ. Quod est dicere clarioribus terminis, licitū est nobis dilectionē Dei, & omnia opera nostra bona in æternæ beatitudinis mercedē referre, tanquā in finem minus principalē. Iuxta id *Psal.118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionē.* Et definitur in *Triden.sess.6.canone 31.* Non tamen tanquam in finem vltimum, & principalem. Quod bene docent *D.Th.2. 2.quæst.27. articul.3.ad 3. dist.26. quæst.1.articul.4.* vbi Doctores, & specialiter *Durandus quæst.3.* Quare iure optimo docent aliqui esse mortale, Deū diligere ob vitæ æternę mercedem, tanquā ob finem vltimū, & principalem. Hi sunt *Syluest.verbo Charitas q.7. & ibi Armilla in fine, Mayronis, quem refert ac sequitur Nauar. sum.c.11.Latine nu.20.versi.6.Hispane n.16. Toledo l.4. summa c.9. num.4.* Tunc autem ea merces est finis minus principalis, quando est causa mouens, vt facilius, expeditius, & feruentius, Deum diligamus: alioquin tamen dilecturi, etiam si nō ita prompte, & expedite. At tunc est finis principalis, quādo nisi ea præmij spes adesset, Deum non diligeremus Hic enim amor est mercenarius, instar obsequij præstiti à famulo mercede cōducto, qui seclusa mercede id nullatenus pstaret. Qua-re

se amor hic passim à sanctis patribus reprehenditur, & specialiter à *D. Chrysost. lib. de compunctione cordis, in fi.* vbi in hoc sensu damnat eos, qui Deo ob mercedē seruiunt. Ita hoc explicant *Toledo proxime allegatus. Azor to. 1. lib. 9. instit. moral. cap. 4 q. 5. Valentia 2. 2. disp. 3 q. 5. puncto 2. Bañes 2. 2. q. 27. artic. 3. dub. vnico. Petrus de Ledesm. 2. tom. sum. tract. 3. c. 4.* Non tamen est licitum Dei dilectionem aut alias actiones pias, in res temporales assequendas dirigere, tanquam in finem. Quia contra finis rationem est vt minus bonus sit quam ea, quæ ad finem sunt, & sic est ordinis peruersitas. At possunt ordinari ad res temporales assequendas, tāquam in motiuum quoddam, & qua si dispositionem ad bona spiritualia. Et sic habet vsus Ecclesiæ offerētis passim missas & orationes, aliqua pia opera, ad salutem corporalem, pluuiam, & alia bona temporalia à Deo impetranda. Et ita docent *Durandus, Bañes, & Valentia proxime allegati.* Subdit autem bene *Bañes* non esse necessum actu referre ea tēporalia sic à Deo petita, ad bona spiritualia: sed satis esse virtute. Dicit etiā bene non esse mortale, sed solum veniale, etiam si bona temporalia petita nullatenus ad spiritualia ordinentur. Quia peruersitas finis, qui mortalis non sit, minime culpam venialem excedit. Sicut diximus lib. preced. cap. 3. num. 1. non esse mortale exercere spiritualia præter vanam gloriam.

4 Secundus modus, quo obligat hoc præceptum, est vt Deus super omnia diligatur dilectione supernaturali in aliquibus casibus vel supernaturali, aut etiam saltē naturali in alijs quos casus numero nono explicabimus. Prior pars probatur, qa dilectio charitatis debet esse ex fide non ficta *1. ad Timotheum 1.* Debet igitur Deus diligi quatenus per fidem supernaturalē cognoscitur, vt vltimus finis supernaturalis, & omnium bonorū supernaturalium author, ac proinde dilectione supernaturali. Posterior pars probatur, quia dilectio Dei super oīa in quibusdam casibus solum desideratur ad tuendum Dei honorem vitandamque Dei offensam. Ad id autē satis est si vtrauis dilectione in Deū super omnia feramur. Atque ita docent *Nauarrus summa, capit. undecimo, Hispane numt. octauo, Latine numero decimo versic. Addo secundo Bañes 2. 2. quæstione 44. artic. 1. Petrus de Ledesma 2. tom. sum. tract. 2. c. 5. in 2. conclusio. & in dub. quod circa illam mouet.* Et clarius ceteris *Valentia 2. 2. disput. 2. q. 19. puncto 1.*

5 Hinc deducitur præceptum hoc dilectionis Dei super omnia, nō posse impleri nisi à constituto in gratia. Quia quamdiu quis aliquo mortali astrictus est, obiectum illius anteponit Deo; ac proinde non diligit Deū super omnia. Quare constitutus in lethali tenetur, quādo hoc præceptum obligat, conuertere se ad Deum, in eiusque amicitiā redire. Quippe in hoc distat hoc præceptum à reliquis, quod modus ipse vtpote illi intrinsecus cadit sub eodem præcepto: *teste Diuo Thoma 1. 2. quæst. 100. artic. 10.* Quod in reliquis præceptis quibus modus hic est extrinsecus non contingit. Ita docent *D. Tho. eo. articulo decimo, ad secundum, Valen. in 2. 2. disp. 3. quæst. 19. puncto 1. Molina, & Vega, quos refert, et sequitur Manuel 1. tomo summa, in 2. editione c. 11. nu. 3. Bañes 2. 2. q. 44. articulo 1. dubio 2.* Hoc temperat *Sotus lib. 2. de iust. quæst. 3. art. 10. colum. 7. versicul. hic tamen hic adnecto & lib. 1. de natura, & gratia cap. 22. versic. redeuntur ad propositum,* vt intelligatur, quādo præceptum dilectionis Dei obligat ad eliciendum actum internum illius. Nam quando solius operis externi dilectionis Dei pręceptum occurrit ait satis esse id exequi in peccato mortali. Vt quando obligat ad tuendum honorem diuinum, increpando blasphemantē contra Deum. At merito *Bañes proxime allegatus* hanc limitationem improbat, dicens si sit opus externum ab alia virtute elicitum, & solum à charitate imperatum, posse quidē impleri manente peccato mortali. Vt in exemplo *Soti:* tūc enim tueri honorem diuinum, pertinet proprie, & immediate ad religionem, cuius est honorem Deo deferre, ac per consequēs eius honorem defendere, quoties opus fuerit. Et solum imperatur à charitate. At si opus externum sit, quod per se pertineat ad charitatem & ab illa eliciatur ait non esse veram limitationem. Tum quia non datur tale opus externum. Tum etiam, quia si daretur nunquam caderet sub præcepto, nisi vt profectum ab interno dilectionis actu: ac proinde in peccato lethali impleri non posset. Subdit autem bene *Valentia cum Nauarro summa cap. vndecimo, Hispanè numero 7. Latinè numero* 10. excusari quempiam à nouo peccato contra hoc præceptum, si bona fide existimet se in gratia illud implere. Sicut contingit in ministratione & receptione sacramentorum factis in peccato mortali quæ à culpa excusantur, quoties ministrans, vel recipiens existimat bona fide se esse in gratia. Quia incertum nobis est, an simus in gratia.

6 Circa tertium nempe, quo tempore hoc præceptum dilectionis Dei obliget, duplex est difficultas enodanda. Prior est, an id præceptum obliget statim ac puer vsum rationis assequitur. Posterior est, quibus alijs tēporibus obliget. Circa primam difficultatem, quidam censent tunc obligare hoc præceptum. Ita docent *Nauarra summa cap. vndecimo, Hispanè numero sexto. Latinè numero 8. Sotus libro secundo, de iustitia, quæstione 3. articulo decimo, columna 6. versiculo Responsio horum. Bañes 2. 2. quæst. 44. articulo primo, dubio primo, ad 3.* loquens de homine fideli. *Toledo libro quarto summæ c. 9. numero 9. Manuel 1. tomo summæ, in secunda editione c. vndecimo, numero 3.* Fundamentum huius sententiæ est celebris illa doctrina *Diui Thomæ prima, secunda, quæstione 89. articulo 6. & 2. d. dist. 42. quæstion. prima, articulo quinto, ad 7. & de verit. q. 28. articulo 3. ad 4.* quam amplectuntur *Caietanus, & Medina eod. articulo 6. Syluester, verbo Oratio quæstio. 8. Victoria relectione ad quid teneatur homo perueniens ad vsum rationis secunda parte à numero vndecimo, Nau. c. quando, capite tertio, n. 16. & 17. & multi alij:* qui asserit teneri sub mortali puerum, cum ad vsum rationis peruenit conuertere se in Deum, & in ipsum tanquam in vltimum finem sua ordinare. Adduntque *Caieta. & Nau.* teneri omnes hoc omissionis peccatum fateri in dubio, an omiserint eum actum facere nec ne. Coguntur autem *D. Tho.* & sequaces hoc præceptum statuere, ne concedant posse dari veniale peccatum cum solo originali. Quod dandum esset in puero nondum baptizato, si vbi peruenit ad vsum rationis, committeret mendacium officiosum, aut verbū otiosum. Vitatur autem id posito hoc præcepto nam si illud impleat, illū inhabitur à Deo, ac statim cōsequetur gratiam, ac proinde originale delebitur. Si autem non impleat, peccabit mortaliter. Dari autem veniale cum solo originali, absurdum putant: eo quod si puer ille tunc obiret, non reperitur locus, in quo id veniale puniatur. Non enim punitetur in inferno. Quippe illuc soli decedentes in mortali actuali adeunt. Non in purgatorio, quo soli amici Dei purgandi adeunt. Nec in limbo puerorum. Quia cum ibi nulla sensus pœna sit, non punitur ibi veniale.

7 At multo probabilius est, id præceptum se tūc ad Deū cōuertendi non esse, ac proinde nec præceptum diligēdi Dei tūc obligare. Ducor, quia suauitati legis diuinæ nō videtur consonū, vt pręceptum tam arctū sub mortali culpa obliget in tam tenera ætate, ad statim implēdū: eo vel maxime, qd vniuersi pueri inuincibili ignorātia illius præcepti laborēt. Quippe qui nec rōnem dubitandi nec inquirēdi de illo habuerint, nec habere potuerint. Cū ante illam primam quasi vigiliam rationis vsus ad nullū præceptū teneantur & statim ac illa adest, iā legantur eo conuersionis ad Deū præcepto iuxta præcedentem sntam. Et confirmatur, quia nullus puer nosse pōt moraliter tēpus, quo ex præcepto astringitur. Quis enim vnquam nouit primum rationis vsus momentum? Atque proinde non pōt id præceptū ex certa

inten

intentione adimplere. Non est ergo asserendum. Tandem quia asserto hoc præcepto, non effugitur id absurdum, quod contraria sententia effugere intendit. Nã eo stante posset ille puer primo peccare venialiter, & sic dabitur veniale cum originali solo. Quod inde cõstat, quia circa omnia præcepta tempore quo obligant, potest dari culpa venialis ex defectu plenæ deliberationis. Cur ergo is defectus non poterit in puero reperiri, vt sic detur prima eius culpa venialis? Quare prior quoque sententia tenetur locum dare, in quo id veniale puniatur, puero illo statim decedente. Potest etiam puer ille statim ac rationis vsum assequitur, aliquantulum mẽte diuagari, & ita non implere id præceptum. Ad ea diuagatio summum est venialis. Et ideo hanc sententiam tenent latius probantes, & alios referentes, *Valentia 1. 2. disput. 6. q. 19. puncto 3. Vasquez 1. 2. q. 89. art. 6. disput. 146. toto c. 2. Suarez 4. tomo in 3. p. disput. 11. sectione 2. n. 14. & 15. Azor tomo 1. lib. 4. institutionum mor. cap. 10. q. 6. & lib. 9. cap. 4. q. 1. Philiarcus de officio sacerdot. tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 5.* Et *Medina num. præced. allegatus* fatetur viros doctissimos nostræ ætatis hanc tenere sententiã. Et *Victoria ibi allegatus* ait esse probabilẽ. Et *Vega lib. 9. in Tridentinum c. 42. ad fi.* dicit vtramque partem posse defendi. Et ad argumentum cõtrariæ sententiæ omissis alijs solutionibus, q. referunt *Suarez num. 15. Azor ea. q. 6.* respondetur cu *Azor ibi, & Suarez n. 19 Vasq. loco proxime allegato, & q. 76. art. 2. disp. 120. c. 4. ad fi.* negãdo fore vt puer ille cum solo originali, & veniali decedat. Et ita Deus, quæ futura erat præuidens, destinauit loca hominibus puniendis determinata: nec vllũ pro adultis cum solo originali, aut cũ eo, & veniali decedẽtibus constituit. Sicut etiam constituit prædestinatum non moriturum in mortali. Quia tũc moriens damnaretur: quod prędestinationi repugnat. Et sicut hunc dicimus nõ posse in mortali decedere impossibilitate cõsequenti ex suppositione scientiæ Dei, quæ libertatem non aufert. Sic nec adultus potest mori cum originali, absq; alio peccato mortali, supposita Dei ordinatione qua morituris loca destinauit: inter quæ nõ est huic locus. Hæc autem est impossibilitas consequens scientiã Dei, quæ libertatem minime tollit.

8 Posterior difficultas est. Quibus alijs temporib. præceptum hoc dilectionis Dei obliget? Quidam censent obligare quolibet die festo. Quia cum præceptũ sanctificandi festa sit potissimũ, nequit dici ad mere negatiuum quid obligare, quale est a seruilibus abstinere. Sed dicendum est ad cultum aliquem Dei internũ obligare, qualis est Dei dilectio. Ita *Scotus 4. d. 27. quæst. vnic. §. quantum ad secundũ, dico. Tabiena verb. Charitas q. 20.* Et obligare tunc cõtritionis præceptũ ait *Ang. verbo feria, n. 41.* At contrarium dicendum est. Quia diuinum sanctificandi festa pręceptum solam festorum sanctificationem abstinendo à seruilibus præscribit, quæ quid affirmatiuum est, etsi modus sanctificandi sit negatiuus. Ecclesiasticum autem sacrum audiri pręcipit. Quæ fieri possunt absq; actuali Dei dilectione, & absque alio interno Dei cultu. Et ita docent omnes authores nu. seq. allegandi. Et *D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. & ibi Caietan. & in sum. verbo festorum violatio, & verbo Contritio. Sotus l. 2. de iustit. q. 4. art. 4. Conar. 4. var. cap. 19. nu. 11. & c. Alma mater 1. §. 5. nu. 3. Nauar. sum. c. 11. nu. 8. & c. 13. n. 2. & 17. & multi alij.* Alijs vero placet præceptum hoc tãtũ obligare semel in vita. Hos tacito nomine refert *Sotus lib. 1. de natura, & gratia cap. 22. versic. dicamus ergo:* eosque bene improbat. Quia esset bene superuacanea lex toto vitæ curriculo semel tantum obligãs, idque tpe incerto. Et maxime cum sit lex dilectionis Dei, quæ totius vitæ Christianæ fundamentum est. Alij quos etiam tacito nomine ibi refert, dicunt obligare in solo mortis articulo. Quod & *Sotus*, & omnes authores numero sequenti referendi improbãt. Quia cum hoc præceptum sit ad rectam vitę institutionem, per omnium actionũ relationem in Deum, tanquam in vltimũ finem, & ad conciliandam, conseruandamque amicitiam cum Deo toto vitæ spatio, rationi dissonat, vt in solo vitæ exitu obliget. Alij dicunt digne sumentem Eucharistiam semel in anno, simul adimplere hoc præceptũ. Ita *Bañes 2. 2. quæst. 44. a. dub. 1 ad 3.* At hoc non placet. Quia ad dignam Eucharistiæ sumptionem sufficit esse in gratia: ac si quod est peccatũ lethale, illius confessionem præmitti. Quare non exigitur actus dilectionis Dei. Et ita id reprobant *Azor to. 1. lib. 9. institutionum moralium, c. 4. quæst. 1. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tract. 3. cap. 5. post 6. conclusionem.* Alij dicunt obligare semel quolibet anno. Ita *Petrus de Ledesma ibi* dicens esse sententiam multorum discipulorum Diui Thomæ. Eius fundamẽtum retuli, ac improbaui hoc 2. lib. c. 1. num. 3. & c. 33. nu. 3. in præceptis fidei, & spei, quæ similiter dicit obligare semel in anno.

9 His ergo dimissis sententijs, Doctores qui proximius ad veritatẽ accedũt, varia tempora obligationis huius præcepti assignant. Primum est, cum primum rationis vsu præditus secũ perpẽdit, aut ab alio ei proponuntur rationes ducentes ad Deum super omnia diligendũ, & se, ac sua omnia ad eum referendũ. Quia tunc quasi lex hæc diuina promulgatur, ac ad sui impletionẽ inuitat. Ita *Valentia 2. 2. disputat. 3. quæst. 19. puncto 1. casu 1.* additque in fine illius casus, teneri tunc illum ad dilectionem supernaturalem, si Deum vt authorem supernaturalem consideret: ad naturalem autem, si vt authorem naturalem. Sed non placet. Sicut in simili cap. 33. num. 3. vbi retuli ipsum idem sentire de obligatione præcepti spei, id reprobaui. Secundũ tempus est, cum adultus baptizatur. Quia sicut ad suam familiam quempiã admittens, id primũ ab eo petit, vt suam illi amicitię ac fidelitatis cõseruandæ fidẽ astringat. Ita cum per baptismum adultus militię Christi ascribitur, tenetur per Dei amorem, animum suum firmare ad Deo fideliter inseruiendum. Sic *Sotus lib. 1. de natura, et gratia, capitulo 22. versiculo Dicamus ergo in casu 1. & lib. 2. de iustit. qu. 3. articul. 10. columna 6. versicul. Responsio horũ. Valentia dicto puncto 1. casu 2.* At hoc reprobant *Nauar. summa cap. 11. Hispane num. 6. in fine, & 7. Latine numero 7. 8. & 9. Azor tom. 1. lib. 6. instit. moral. cap. 4. qu. 1. Petrus de Ledesma 2. tom. summæ tractatu 3. cap 5. post 6. conclusionem.* Quia ad baptismum suscipiẽdum est sufficiens dispositio attritio cognita. Quæ non concludit amorẽ Dei, sed ex pœnæ timore proficiscitur. Sed huic obiectioni respõdet *Valentia*, attritionẽ satis esse ad baptismi dispositionẽ: ac proinde nomine dispositionis debitæ nõ exigi hunc dilectionis actũ: at exigi, vt baptizatus se rite, ac recte Ecclesiæ Christianæ militem profiteatur, cui tunc se aggregat. Quare infert satis esse eũ actũ elicere ipe baptismi, vel paulo ante, vel paulo post: vtpote qui non requiritur tãquam dispositio pręuia ad baptismum: & debere esse actum dilectionis supernaturalis. Quia debet ꝑcedere ex fide supernaturali, cuius professio fit in baptismo. Et tandẽ *Nauar. sum. Lat. c. 11. n. 9.* amplectitur hanc sententiam, vt eo tempore obliget hoc pręceptum, quoad eos qui ante baptismũ nõ habuerãt contritionẽ. Sed nõ placet tũc obligare dilectionis Dei pręceptum, etiam cũ hac limitatione. Quia nõ video sufficiens huius obligationis fundamentum. Atq; satis se militem Christi profitetur, ac futurum fidelem, qui ad baptismum accedit cum attritione peccatorũ, quæ necessario includit firmum in posterum peccata cauendi propositum. Tertium tempus est cum quis contritionẽ habere tenetur. Quia cũ contritio sit dolor supernaturalis peccatorum propter Deum super omnia dilectũ, includit necessario dilectionem Dei supernaturalẽ, ex qua proficiscitur. Ita *Nauar. summa cap. 11. Hispane nu. 6. Latine n. 8. Valent. dicto puncto 1. casu 3. Emmanuel Sà summa verb. Charitas n. 1. Toledo l. 4. sũma c. 9. n. 10. Philiarcus de officio sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 5.* At tunc non obligat præceptũ hoc per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidẽs, & ex vi præcepti cõtritionis. Vt bene docet

Azor tomo 1. lib. 9. institutionum moralium, cap. 4. quæst. 1. Quare omittens tunc dilectionē Dei, vnicæ culpæ reus esset eamq; solam fateri teneretur, nempe, transgressionis præcepti contritionis. Vt in simili loquentes de præcepto fidei, & spei. diximus cap. 1. num. 1. & c. 33. nu. 3. Quartum tēpus est, cum quis singulari beneficio à Deo afficitur. Vt si præsētaneo mortis, aut grauis damni periculo liberetur à Deo. Nā lex amicitiæ tunc exigere videtur vt homo Deū benefactorem suum redamet. Ita docet *Sotus* dicens forte ita esse *lib. 2. de iust. q. 3. art. 10. col. 6. versic. Responsio horum. Medina l. 1. summa c. 14. §. 1. fol. 79. in fin. Valentia dicto puncto 1. casu 4. Toledo d. ca. 9. nu. 10.* Adduq; *Sotus* tunc obligare præceptū charitatis etiā quoad modum nempe, ad præparandum se ad ineundam cum Deo amicitiam, si recipiens sit in lethali. Et si beneficium sit spirituale, ait *Valentia* obligare præceptum dilectionis supernaturalis: si vero naturale, naturalis, aut supernaturalis. At merito hūc casum reprobant *Nauarrus eo. capitulo 11. Latine numero 7. in fine: & Azor ea. quæst. 1.* Quia non fulcitur efficaci fundamento. Quippe si ad aliquem actum tūc temporis iure naturę obligemur, is erit, quo debitas Deo gratias agamus pro beneficio in nos collato. Quintum tempus est, quando alicui martyrium subeundum est: tunc enim actu dilectionis Dei super omnia se munire tenetur ad martyrium perferendum. Ita *Sotus proxime allegatus*, dicens forte ita esse. *& lib. 1. de natura, & gratia capitulo 22. versiculo Dicamus ergo, casu 2. Valentia dicto puncto 1. casu 5. Manuel 1. tomo Summæ, in 2. editione capitulo 11. numero 3.* Atque idem affirmant *Sotus in priori loco, & Valentia ibi ac Toledo dict. cap. 9. num. 10.* quoties aliquod aliud egregium opus, & arduū in Dei obsequiū est suscipiendum. Et addit *Sotus in priori illo loco* obligare tunc hoc pręceptum etiam quoad modum disponendo se ad gratiam. Sed nec hoc tempus placet. Quia satis est se oratione munire petendo à Deo auxilium ad id opus, martyriumve. Martyr enim esse quis potest, etiam si tunc dilectionis actum minime eliciat. Nam martyrium est actus fortitudinis, & solum à charitate imperatur. Sextum tempus est, cum quispiam blasphemantem aliquem in Deum audit, ac potest Dei honorem tueri absque proprio periculo, illū increpando. Vera enim amicitiæ lex id postulat. Ita *Sotus eod. artic. 10. col. 6. vers. Hoc tamen hic adnotato. Et dict. c. 22. vers. Dicamus ergo in casu 2. Nauarrus summa cap. 11. Hispane n. 8 Latine nu. 10. Valentia eo. puncto 1. casu 6. Manuel eo. c. 11. nu. 3.* Addit *Sotus eodem illo priori loco, & eo. c. 12 post illum 2. casum, vers. Igitur ad propositam,* tunc nō obligare præceptum hoc dilectionis Dei, quoad modū: & sic impleri posse manēte homine in peccato mortali. Quia non obligat ad internum dilectionis actū, sed ad externam illam Dei defensionem. Sed *Valētia* negat sufficere actum illū externæ dilectionis. Quia lex veræ amicitię exigit erga amicum officium externū ex interna beneuolentia profectum. Ait tamen cum *Nauarro proxime allegato*, sufficere tunc actum dilectionis Dei, vt naturaliter cognoscitur. At nu. 5. in fine *cum Bañes* diximus, in hoc euentu non teneri quempiam ex præcepto charitatis, sed ex religionis pręcepto tueri honorē diuinū, ac proinde posse in peccato mortali id exequi. Nec tamen semper ex hoc præcepto tenetur audiēs blasphemiam, tueri honorem diuinum respondēdo pro Deo: sed solum quando ob blasphemantis impudentiam in blasphemando periclitatur honos Dei: ac detrimentū patietur, nisi audiens blasphemiā partes illius defendendas assumat. Idque colligo ex *Soto dict. articulo 10. eodē versiculo. Hoc tamen hic donato,* proponit enim hūc casum his verbis, quoties nomen Dei blasphemari quis viderit, eiusque honorem pessundari, ac lacerari. Atq; in hoc euentu non spectatur, an sit spes emendæ blasphemantis, nec ne. Quia obligatio hæc non est ex vi correctionis præcepti, quod solum obligat sperata delinquentis emenda: sed ex vi præcepti religionis ad tuendum honorem diuinum: & sic obliganti hoc præcepto id solum attēditur vt honos diuinus defendatur. An verò etiam citra hunc casum quicunque blasphemum audiens teneatur illum grauiter increpare, etsi emenda desperetur, ratione præcepti Concilij Lateranensis: diximus cap. trigesimosecundo, numero penultimo. Septimum tempus est, quoties tenemur proximum ex charitate diligere. Nam cum amor hic proximi sit eiusdem generis cum amore Dei, & in illo includatur amor Dei tanquam finis: obligabit tunc amoris Dei præceptum. Ita *Nauar. summa capitulo vndecimo. Hispane numero septimo, Latine numero nono.* Sed non placet. Quia licet amor ille proximi imperetur à charitate Dei, non inde sequitur esse tunc obligationem eliciendi actus amoris Dei. Octauum tempus est, cum mortis articulus instat. Quia cum tunc tentationes dæmonis, & machinationes acerrime infestent, tenetur homo actus dilectionis Dei præsidio aduersus ea se cōmunire. Sic *Valentia eodem puncto primo, casu septimo.* Sed iure optimo id probat *Azor tomo primo, libro nono institutionum moralium, c. quarto, quæstione prima.* Quia alijs remedijs potest se aduersus eas communire. Vt oratione inuocando diuinam opem; & incumbendo in ea virtutis opera, contra quam tentationes infestant. Vltimum tempus est, cum graues odij Dei tentationes instant, & periculum illis succumbendi adest, nisi tentatus actus amoris Dei eliciat. Et in hoc euentu existimo obligare pręceptū hoc dilectionis Dei super omnia per se, & ex vi huius præcepti. Sicut capitulo primo, numero tertio, & cap. trigesimotertio, numero tertio diximus idem de præcepto fidei, & spei. Et si odium sit Dei, vt authoris supernaturalis, obligabit præceptum contrarię dilectionis, nempe, Dei, vt authoris supernaturalis: si vero sit odium Dei vt authoris naturalis, obligabit dilectio Dei, siue vt authoris supernaturalis, siue vt naturalis.

10 Ex his deducitur, peccari lethaliter triplici modo cōtra præceptum dilectionis Dei. Primo modo, omittendo actum dilectionis, quando ex præcepto eliciendus est iuxta dicta numero præcedenti. Secundo modo, quando amatur Deus, sed non debito modo Quia aut non amatur maiori amore appretiatiue, quā cętera: aut non principaliter propter se: aut non amore supernaturali, quando is obligat, iuxta dicta numero secundo, & duplici sequenti. Tertio modo, quādo odium formale Dei habetur. Quamuis enim Deus secundum se & vt est quoddam infinitum bonum, odio haberi nequeat: potest tamen inquantum alicui infestus. Quod optime explicat *Azor tomo primo, libro nono, institutionum moralium, cap. quarto, quæstione sexta.* Quia odium est actus, quo persona alicuius tanquam infesta, & odiosa nobis displicet, ac proinde ipsam non esse, aut aliud eius malum absque nostro emolumento optamus. Cum ergo possit quispiam Deum concipere tanquam sibi infestum, & odiosum, potest ipsum sine suo etiam commodo habere odio. Quia Dei persona sibi displicet. Et potest etiam optare Deum non esse. Quia etsi electio voluntatis non possit esse impossibilium, at potest esse simplex voluntas. Vt testatur *Aristotel. libro tertio Ethicorum capit. 2.*

11 Id demum obseruandum est, lethale esse desiderare deliberate perpetuo in hac vita degere. Quia deliciæ huius sæculi præponuntur vitæ æternæ & fruitioni Dei. Vacat tamen culpa longam vitā desiderare. Atque ita docent *allegato Adriano, Nauarrus summa c. vndecimo, Hispano numero decimosexto, Latine num. vigesimo, versic. octauo, Barthol. à Ledes. in sum. Sacramen. vbi de cōfessione. post dubium duodecimum, in interrogationibus circa primum præceptum, pag. 710. Manuel 1. tomo summæ, in 2. editione cap. 11. in fine.*

CAPVT XXXVI.

De Schismate, ac pœnis, censurisque ei annexis.

SVMMARIVM.

1 DVplex quæstio tractanda est. Prior de essentia schismatis, & eius peccati qualitate. Posterior de censuris ipsi annexis. Circa priorem quæstionem, schisma sic definitur à *D.Thom. 2.2. quæstione 39. articulo 1.* quem omnes sequuntur. Est disiunctio, per quam quis se ab vnitate Ecclesiæ separat: inquãtum est quoddam corpus mysticum, ex vniuersis fidelibus, & Romano Pontifice tanquam capite cõstans. Pro cuius intelligentia obseruandum est, vnitatem Ecclesiæ in eo consistere, vt vniuersi fideles eius membra apto quodam ordine inter se, & cũ Papa eius capite connectantur. Scilicet, vt in actionibus spiritualibus ad id corpus pertinentibus, vt in fidei doctrina, cultu religionis, & in spirituali regimine, caput in reliqua membra quẽdam principatum habeat; atque illa ex eo pendeant, ipsique subdita sint. Hęc igitur vnitas scinditur per schisma, dũ schismaticus non vult se gerere tanquam huius corporis membrũ in aliqua, vel aliquibus spiritualibus actionibus ad hoc Ecclesiæ corpus pertinentibus: aut renuit subijci Pontifici. Scindit autem hic Ecclesiæ vnitatem, non omnino, quasi in alijs ea non maneat, sed inquantum hæc vnitas ex ipso constabat. Vt bene explicant *Caiet. eod. articulo 1. Et valentia 2.2. disputatione 3. quæst. 15. puncto primo.*

2 Hinc deducitur duplicem esse schismatis modum. Prior est, quo quis se à capite Ecclesiæ, cęterisque membris separare vult. Posterior, quo vel à solo capite, vel à solis membris. Quod docet *D.Thom. d. art. 1. in fi. corporis*, & ab omnibus recipitur. Dicitur autem separari à capite quoties Romano Pontifici Ecclesię capiti subesse renuit, illique subijci. Ab alijs autem membris dicitur separari quando ita vult spirituales actiones exercere; vt sperare, & credere, orare, ieiunare, ministrare & recipere sacramenta, &c. non vt pars Ecclesiæ catholicæ, sed tanquam si ipsemet esset quoddam totum seorsum. Vt bene explicãt *Caiet. summa, verbo Schisma. Petrus de Ledesma 2. to. summa tractatu 3. cap. 12. conclusione 3. Valentia d. puncto 1. vers. Hoc cum ita sit.* Tacite autẽ, & virtute se à membris quoq; separat qui à solo capite se expresse separare vult: & à capite, qui à solis mẽbris vt bene explicat *Valentia eod. puncto 1. post 3. propositionẽ.* Cũ .n. mẽbra et caput sint inter se connexa et subordinata, dissidens ab alterutro, consequenter ab altero dessidet.

3 Secundo deducitur rationem schismatis non in quacunque Papæ inobedientia cõsistere, alias quodcũque Ecclesiæ præceptum transgrediẽns esset schismaticus: sed cõsistere in ea inobedientia cum rebellione quadã in Pontificem. Quod docent omnes cum *D.Thom. 2.2. quæst. 39. art. 1. ad 2.* Immo nec quæcunque rebellio ad id sufficit. Nam nolle stare iudicio Pontificis, eiusque præceptum exequi, potest tripliciter contingere. Primo ex parte rei iudicatæ, & præceptæ. Vt si in aliqua re, quã iudicat Pontifex aut præcipit, nolit quispiã obedire, illum tamen recognoscens tanquam superiorem, & caput, & volens alioquin esse illi subiectus. Secundo modo, ex parte personæ iudicantis, aut præcipientis: quod eam suspectam aut sibi infestã reputet. Tertio modo, ex parte officij ipsius Pontificis, nempe, quando quis renuit subesse Pontifici, vt eo officio fungitur Pontificio, & sic vt est Ecclesiæ caput. Rebellio ergo, & volũtas non se subijciendi Pontifici, duobus primis modis non cõstituit schisma: sed solo tertio modo contingẽs. Ita *Syluest. verbo Schisma paulo post principium. Caietan. eo. articulo 1. in fine, & ibi Bañes in fi. Valentia 2.2. disputatione 3. quæst. 15. puncto 1. propositione 3. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. par c. 1. versicul. Nec non schismaticos, §. . numero 4. Azor tomo 1. lib. 8. institutionum moralium ca. 20. quæst. 4. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 3. ca. 12. conclus. 5.* Quare non erit schismaticus qui non vult subesse Põtifici, eo quod probabiliter credat eum non esse legitimum Papam. Quippe hic non renuit subesse Pontifici sed huic personæ, quam non esse Pontificem credit. Ita *Caiet. summa, verbo Schisma in fin. Petrus de Ledesma conclusione 5. Azor ea. quæstione 4. Vgolinus eo. §. 1. numero 2 Valentia ea propositione 3.*

4 Tertio deducitur non esse schismaticum, qui cum sit incola oppidi subiecti temporali Papæ iurisdictioni, nõ vult ipsi vt temporali illius oppidi domino subijci, sed alteri principi se subdere. Quia (vt optime ait *Nauarr. de datis pro iustitia, vel gratia, notabili 17. numero 29. versicul. tertio,*) Papa vt dominus temporalis non est Papa, & caput Ecclesiæ, sed instar cuiusuis temporalis. Quare sciunctio illa, & rebellio non est formaliter erga Papã, nec cõtra eius officiũ, vt Papa est. Quod ad schismatis rationem diximus numero præcedenti exigi. Atque simili ratione sciunctio a reliquis fidelibus, non vt partes Ecclesiæ sunt, ac Papæ subdũtur, sed vt homines quidam sunt, ac rempublicam ciuilem constituunt, nõ est schisma. Quia nõ est diuisio ab Ecclesiæ vnitate formaliter: in qua schismatis rationem consistere diximus nume. primo. Atque ita docet vtramque partem *Vgolinus eo. §. 1. nu. 4.* Et hanc posteriorem partem docent quoque *Syluest. & Azor numero præcedenti allegati. Valentia eo. puncto 1. paulo post principium. Emmanuel Sà verbo Schisma, nu. primo.*

5 Nec tamen ad schisma desideratur velle se directa intentione subtrahere à Pontificis obedientia, sed satis est id velle indirecte, nimirum ipso effectu, & opere. Quod cõtingit, quando quis eligit potius ita se gerere, ac si ipsi subiectus non esset, nec Ecclesiæ pars, quam à peruerso proposito resilire. Et hac ratione schismatici sunt qui absque Pontificis authoritate cõcilium generale congregant, aut legitime iam dissolutum prose-

quuntur. Sicut verus homicida nõ solus ille est, qui directe, occidere vult sed etiam qui indirecte, non vitando ea, ex quibus occisionem sequi nouit. Atque ita docent *Caietan. in summa, verb. schisma & 2.2.q.39.art.1. versic. Ad tertium autem dubium. Et ibi Bañes dub.1. ad 3. Valentia 2.2.disp.3.q.15.puncto 1.post 3. propositionem. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. parte, c.primo, vers. Necnon schismaticos, §.1. num.1. versic.tertio. Suarez 5. tomo, in 3.part.disputatione vigesimaprima, sectione secunda, num 13. Petrus de Ledesma 2.tomo summa, tractatu 3. c.12.conclusione 3.*

6 Difficultas tamen est, an schismaticus, sit qui non à Romano Pontifice, nec ab vniuersis Ecclesiæ membris se separat, sed qui se ab Episcopo separat, renuẽs subesse authoritati Episcopali: vel à solis fidelibus mẽbris illius diœcesis? Nam *Diuus Cyprianus*, cuius sententia refertur *cap scire debes 7.q.1.& cap.t.loquitur dominus, 24. quæstione 3.* hunc schismaticũ appellat. Atque ita tenet *Valentia dicto puncto 1.post 3.propositionem.* Idq; probat, quia hic etiam tacite se separat, ac virtute à summo Põtifice, ac reliquis Ecclesiæ mẽbris quatenus Episcopus, eiusque subditi habent subordinationem, & cõnexionem cum Pontifice, & alijs Ecclesiæ membris: vt quædam pars cum suo capite, ac reliquis eiusdem corporis partibus At dicendum est illum esse schismaticũ large, & impropie. Quia verũ schisma (vt constat ex difinitione eius num.1.tradita,) dicit diuisionem ab Ecclesia vniuersali. aut eius capite. Atque ita docent *Host.c.1.n. 1.de schismaticis Abb.rubrica eod.tit.n.1.& 2.& ibi Ananias nu.1.Socinus senior nu.2. Azor to.1.l.8.instit.moral. c.20.q.4.Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2.p.c.1.versic.necnon schismaticos, in initio, nu.3.*

7 Quarto deducitur, schisma esse charitati contrariũ. Quod docet *D.Thomas ab omnib. receptus 2.2.q.39. articulo primo.* Quia charitatis est vnire, ac cõciliare amicos, pacemq; tueri. Quæ omnia per schisma tolluntur.

8 Quinto deducitur discrimen inter schisma, & hæresim: hæc enim formaliter cõsistit in doctrinæ fidei negatione. Illud autẽ in vnitatis corporis Ecclesiæ repugnantia illã scindẽdo, quare omnis hæreticus est schismaticus: non tamen è contra. Sed sub diuersis rationibus hęreticus, & schismaticus Hæreticus quidẽ, quatenus non credit Ecclesiæ. Schismaticus autem, quatenus ab eius vnitate se separat, contraria doctrinam sectando. Non tamen omnis schismaticus est hęreticus. Quia potest quispiam vniuersam Ecclesiæ doctrinã amplectens ac credẽs Pontificem esse suum superiorem, nolle ex malitia voluntatis ipsum tanquam superiorem recognoscere, ipsiq; subesse: aut cum alis Ecclesiæ membris vniri. Et ita docet *D.Thom. 2.2.q.39.artic.1.ad 3.* quem omnes sequuntur.

9 Vltimo deducitur schisma esse peccatũ mortale grauissimum, nec posse esse veniale ex materiæ paruitate, sed ex solo perfectæ deliberationis defectu. Quippe separatio ab Ecclesiæ aut capitis vnitate, in qua formaliter consistit, in nulla materia potest esse leuis. Ita *Valentia 2.2.disp 3 q.15.puncto 2.*

10 Posterior quæstio est de schismatis pœnis. Prima est amissio potestatis iurisdictionis. De qua consulẽdi sunt *D.Tomas 2.2.quæstione 39. articulo tertio, & ibi Doctores. Valentia 2.2. disputatione tertia, quæstione 15. puncto tertio, Azor tomo primo, libro 8.institutionum moralium, capite 20 quæst.9.*

11 Secunda pœna est, excommunicatio latæ sententiæ. De qua satis dubium erat, an omnes schismatici illam, stãdo in iure cõmuni incurrebant: an in solis aliquibus specialibus casibus. At hodie omnes schismatici excõmunicantur in prima bullæ cęnæ excommunicatione. Atque ideo eius excommunicationis absolutio reseruatur Pontifici.

12 Sed difficultas esse potest, an illam incurrãt qui recedunt à Pontificis obedientia, non tamẽ sunt vere schismatici. Quod contingit, quando recedunt à Papæ obedientia duobus primis modis num. 3. explicatis. Et videtur eos incurrere. Quia in illa clausula primæ excõmunicationis bullæ cęnæ, prius excommunicat Pontifex schismaticos, & deinde eos qui à Pontificis summi obedientia recedunt. At si posterior hæc pars de solis schismatice recedentib. accipienda sit, superflueret vtique. Quia illi sub schismaticis comprehensi erãt. At dicendum est solos schismatice recedentes ab obedientia Papæ, aut se separantes schismatice à reliquis Ecclesiæ membris, comprehendi in illa clausula. Quia non recedens ab obedientia Papę, vt Papa est, ac Christi vicarius, nõ dicuntur formaliter, & vere recedere à Pontificis obedientia. Atque ita docent *Caietanus in summa, verb. Excommunicatio, cap.7. Azor tomo 1.lib.8. instit. moral.c.20.q.5. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2 p. c.1. vers.necnon schismaticos, in initio, nu.9. Suarez 5.tomo.in 3.parte, disputat.21.sectione 2.nu.12. Et omnes.* Quare ea clausula dupliciter potest intelligi. Primo, vt Pontifex excõmunicarit prius omnes schismaticos, & quamuis sub illis comprehendantur recedentes à Papę obedientia: hos tamen expresserit, eo quod huiusmodi schisma sępius contingat, vt magis timeatur. Ita explicat *Vgolinus ibidem.* Vel secundo potest intelligi, vt in priori parte per schismaticos intelligantur, qui quasi per antonomasiam tales dicũtur: nempe, qui præter verum, & indubitatum Pontificem, alium exigunt, eique vt Papæ obediunt. Quod si cõtingat ex errore circa Papæ vnitatem, eo quod duos posse esse credant, erunt schismatici quatenus à capitis vnitate recedunt: hęretici autẽ, quatenus errant contra fidei doctrinam. Si vero id absq; errore contingat, ex sola voluntatis malitia, erunt solum schismatici. Ita explicat *Suarez proxime allegat.* Sed prior expositio plus mihi placet.

13 Non incurrunt autem hanc excommunicationẽ recedens ab obedientia sedis Episcopalis, aut se separantes à reliquis illius dięcesis membris. Quia quandiu nõ recedunt à summo Pontifice, aut reliquis vniuersalis Ecclesię membris, nõ sunt vere, & proprie schismatici, vt diximus nume. 6. Vnde in materia pœnali, & odiosa, non includũtur sub schismaticis. Qua ratione ducti *Hostiensis, Abbas, & Ananias ibi allegati*, sentiunt hos non incurrere excommunicationem iure communi in schismaticos latam.

14 Sufficit tamen ad hanc excommunicationem incurrendam, opere ipso solo exteriori ita se quẽpiam gerere ac si non esset Papæ subordinatus, & vnitus illi vt capiti: quamuis mente, & fide aliud retineatur. Et si in hæresi contrarium dicendum sit. Ratio differentia est. Quia peccatum hæresis non cõsummatur in solo actu externo, sed necessario errorem internum petit. At schisma satis in sua specie cõsummatur per illum externum actum. Vt diximus numero quinto. Ita *Suarez quinto tomo, in tertia parte, disputatione vigesimaprima, sectione secunda, numero decimotertio.* Vnde bene infert, Catholicos in Anglia solum exterius obedientes regi, tanquam vicario Christi in spiritualibus, qualem ipse se profitetur, esse vere schismaticos, ac proinde nõ euadere hanc excommunicationem, etsi euadant latam in hæreticos.

15 Schismatici sola mente schisma retinentes, nõ incurrunt: sed opus est, vt factis, verbis, vel alio signo externo schisma manifestent. Quia ob solum peccatum internum nunquam excommunicatio incurritur. Ita *Toledo in summa, in bulla cœnæ, in prima excommunicatione, numero 16. Sayro thesauro casuum, tomo primo, lib.3.cap. 5. in fine.*

16 Nec etiam incurrunt fautores, defensores, receptatores schismaticorum. Quia eam extensionem solum apposuit Pontifex circa hæreticos. Et dum excommunicatio alicui delicto infligitur, nõ extenditur ad adiuuantes, nisi exprimantur. (Vt probaui libro tertio de

matri-

matrimonio, disputatione quadragesimanona, numero secundo.) Item quia in Bulla cœnæ tempore Caietani edita hos exprimebat Pontifex. Vt constat ex *eius summa, verb. excommunicatio, cap.* 7. Cum ergo in præsenti Bulla cœnæ eos non exprimat, minime comprehendentur. Et ita docet *Suarez. dict. disp.* 12. *sectione secunda, num.* 14.

17 Possunt tamen absolui schismatici qui hæretici non sunt, virtute Bullæ cruciatæ, semel in vita, & semel in mortis articulo. Et similiter possunt absolui virtute Iubilæi concedentis absolutionem à casibus cœnę. Quia id solum hæresis speciale est, vt non comprehendatur sub generali casuum cœnę cōcessione. Vt probaui hoc 2. lib. c. 12. nu. 12.

18 Tertia pœna est inhabilitas ad beneficia Ecclesiastica acquirenda etiam post schismatis pœnitentiã. Constat ex *cap. quia diligentia, de electione*. Atque id tenent *Host. Anton. Imola*, quos contra *Aymonem* dicentem peracta pœnitentia tolli hanc inhabilitatem refert, ac sequitur *Azor tomo 1. lib. 8. instit. moral. cap.* 20 *q.* 8 *Peña in directorio inquisitorum 2. p. q. 48. commento 73. Suarez. 5. tomo in 3. p. disput. 43. sectione 2. nu.* 7. Atque solus Pontifex potest in ea dispensare. Vt bene tradit *Abbas eo. c. quia diligentia nu.* 7 Si tamen delictum esset occultum schismatis, posset Episcopus in hac dispensare, virtute *Tridentini sess. 24. c. 6 de reformat.* concedentis Episcopo casus occultos. Vt bene docet de quacumque inhabilitate ad beneficia ex delicto occulto consurgenti, *Henriquez libro 13. de excommunicat. capit. 56. num. 1. in commento, litera F.*

19 Quarta pœna est; priuatio ipso iure beneficiorũ ante schisma adeptorum. Hanc testantur *Rebuff. praxi benefic. titul. de modis amittendi beneficio, numero 29. Flaminius de resignat. benef. libro 3. quæstione 1. numero trigesimosexto.* Probant ex *cap. quia diligentia, de electio.* Quod tamen id non dicit, sed de sola inhabilitate ad acquirẽda loquitur. (Vt numero præcedenti vidimus.) Item ex *cap. nos cōsuetudinem, d.* 12. Quodẽt nil probat, loquitur enim de hęreticis Donatistis, & solum statuitur seruari antiquam consuetudinem, ne hi ad Episcopatũ admittantur. Idẽ probat *Rebuff.* quia nullum schisma est, hæresim adiunctã non habens. At hæreticus ipso iure amittat beneficia. At hęc ratio solũ probat de schismatico, qui simul hæreticus est, & non ratione schismatis, sed ratione hæresis. At an verum sit, hęreticum priuari ipso iure beneficijs antea adeptis, satis diximus capite vigesimosexto, numero 5. & 6. Cùm tamen numero 8. probauerimus non omnem schismaticum esse hęreticum, ea ratio nil probat de schismatico, qui hæreticus nõ est, Et ideo hæc pœna tanquam fundamẽto destituta, non est admittenda.

20 Vltima pœna est irregularitas, eam enim incurrunt schismatici. Vt testantur *Speculator tit. de dispensatione, §. iuxta, n. 17. Raimundus summa verb. Schisma in versic. vltimo. Maiolus lib. 5. de irregul. c. 46. nu. 4. Peña in directorio inquis. 2. p. quæst. 48. commento 73. versic. cognitu dignum est. Azor to. 1. lib. 5. institutionum moralium, c.* 20. *q* 8. & refert *Peña* Doctores *cap. quia diligentia, de elect.* id dicẽtes. Sed nec textus nec Doctores ibi irregularitatis meminere, sed solius inhabilitatis ad beneficia. (Vt numero decimooctauo diximus) Secũdo probant hi Doctores ex *c. 1. de schismat.* quod nullã irregularitatẽ imponit: sed solas ordinum collationes à schismaticis factas irritas reddit, quoad vsum ordinũ in recipiẽre scienter. Decernitur etiam vt recipientes beneficia à schismaticis, careãt illis. Nec tamen est irrita hæc collatio, sed irritãda. Vt bene tradit *Suarez. 5. tomo in 3. parte disput. 23. sectione 3. numero* 4. Tertio probatur ex *cap. qui contra 24. quæst. 1.* quod etiam nullam irregularitatem imponit, sed alias pœnas à iudice infligẽdas. Quod idẽ fit *cap. In nomine Domini dist.* 23. Quare hęc pœna tanquam carens fundamento non est admittenda. Sed dicendum est. hos non esse irregulares. Quod nõ obscure significant multi alij Doctores, qui & de irregularitate, & de schismatis pœnis luculentissime tractarũt, subticentes hanc irregularitatem. Et tenent expresse *Suarez. 5. tomo in 3. par. disp. 43. sect. 2. num. 7. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 7. cap. 12. num. 16. vers. Tertio iuncto versi. Primus est de hæresi.* Qui bene addit existẽte schismate notorio, hos fore irregulares irregularitate generali quæ ex quouis crimine notorio, digno depositione oritur. Quæ cessat ablata infamia per contrariam pœnitentiam.

CAPVT XXXVII.

De definitione, ac diuisione superstitionis; ac eius duplici specie, nempe, superstitione indebiti modi colendi Dei, & idololatriæ.

SVMMARIVM.

Quid sit superstitio, ac quotuplex sit, nu. 1.
Superstitio indebiti cultus quotuplex sit, nu. 2.
Superstitio falsi cultus an contingat in cultu Dei publico, & priuato, num. 3.
Superfluitas cultus diuini superstitiosi dupliciter cōtingit, n. 4.
Quando cultus est indebitus quia falsus, quale peccatũ sit, n. 5.
Quid si ea falsitas sit in cultu priuato, nu. 6.
An sit cultus falsus lethalis, in diuino officio cantare voce, aut organò turpia, aut profana, nu. 7.
Quid de dicentibus pullas, aut execrationes, quando petitur benedictio in matutinis noctis Natalis Domini, nu. 8.
Quid de proponentibus falsas reliquias adorandas, vel falsa miracula, aut offerentibus imagini figuras cera, aut alterius materia, in signum falsi miraculi, aut beneficij accepti, n. 9.
An cultus indebitus, quia superfluus sit mortalis, nu. 10.
An ieiunare die Dominica sit superstitiosum, & illicitum? Refertur duplex sententia, nu. 11.
Explicatur sententia Authoris, nu. 12. 13. 14. & 15.
Votum ieiunandi die Dominica an obliget, num. 16.
An vouens ieiunare die, qua inciderit aliquod festum, si id incidat die Dominica, an teneatur illa ieiunare, an potius possit id ieiunium in Sabbatum præcedens transferre? Refertur quædam sententia nu. 17.
Proponitur sententia Authoris, nu. 18.
An vouens ieiunare vespere alicuius sancti, si id incidat feria secunda, an teneatur ieiunare die sabbati, an Dominica, num. 19.
Vouens toto mense ieiunare, an teneatur diebus Dominicis ipsius, num. 20.
Idololatria quid sit, & in quo consistat: & quale peccatum sit, num. 21.
An possit contingere, absque errore intellectus, nu. 22. *& ibi, an tunc subditur pœnis, remissiue.*
An ficta exterior idoli adoratio sit vera idololatria, & quæ dicatur idololatria interior, & quæ exterior, nu. 23.

1 VT primo Decalogi præcepto, & sic huic secundo libro finem imponamus, superest tractare de superstitionibus, quæ proprie sunt contrariæ primo præcepto, qd est de diuino cultu. Quippe huic diuino cultui opponitur directe superstitio. Quæ sic definitur à *D. Th. ab vniuersis recepto 2. 2. q* 92. *artic.* 1. est vitium religioni oppositum secundum excessum: quia, nimirum, illa exhibetur cultus diuinus creaturę, cui nõ debetur: vel Deo cui debetur; at modo quo exhiberi non debet Dicitur autem secundum excessum, non quidem secũdum circumstantiam, quantum; nam nil potest esse secundum seminium in materia religionis: sed secundum alias circumstantias. Vt ex dicendis constabit. Est autẽ quadruplex superstitio, *teste D. Tho. ibi ex mente D. August. l. 2. de doctrina Christiana, & refertur cap. illud 26. quæst.* 2. Prima est, quando Deo exhibetur cultus modo indebito. Et hæc appellatur superstitio indebiti modi colendi Deum. Secunda est, quando cultus diuinus exhibetur creaturæ, eam loco Dei adorando. Et hæc appellatur idololatria. Tertia, quando homo petit à creatura in-

verſ. Septimo, & de iſta eſſe propoſitionem male ſonantem, ob rationem dictam; atque ideo ea vtentes corrigendos eſſe. At in hoc ſenſu vera eſt, ſi intelligatur non de neceſſitate abſoluta tollenti reru contingentes euentus, ac libertatem humanam; ſed de neceſſitate conditionali, ac ex ſuppoſitione, quam Theologi vocant neceſſitatem conſequentiæ qua omnia ordinata, ac præuiſa à Deo neceſſe eſt euenire.

36 Secunda concluſio Blaſphemiæ quædã ſunt hæreticales; quædam autem non hæreticales. Illæ ſunt, quæ ſignificant, & continent errorem cõtra fidem. Hæ autem ſunt, quę etſi ex dicendi modo, & in actu exercito ſignificent errorem contra fidem (vt n.6. explicuimus) non tamen ſecundum ſe affirmant aliquid contra fidem. Ita *Eymericus in directorio Inquiſit. 2.p.q.41.n.1. & 2. et ibi Peña comment. 66. Bañes 2.2.q.13.ar.1. in fi. Vgolinus de caſibus Papæ reſeruatis 2.p.c.1.§.3.num.1. Petr. de Ledeſ. 2.to ſumma, tractat. 1.c.9.concl.6.* Et clarius tunc eſt blaſphemia hæreticalis, quando per verbũ aliquod indicatiui modi aſſeritur aliquid fidei contrariũ. Quãdo autem id non aſſeritur per huiuſmodi verbum, ſed optãdo, aut imprecando, non eſt hæreticalis. Exemplũ hæreticalium ſit, Deus eſt iniuſtus, acceptor perſonarũ, non eſt omnipotens. Quę exempla manifeſta ſunt. Inſuper ſunt hę blaſphemię hęreticales, nõ credo in Deũ, *deſcreo de Dios*, reniego Deum, fidem crucem, chriſma, puritatem Deiparæ. Ratio eſt; nam hæc verba per modum indicatiui important fidei abnegationem, & infidelitatem. Et ita docent *Rojas de hæret. 2.p. aſſertione 12.n.170. & 171. Salcedo in practica Bernardi Diaz c.110. verſ. & quia ſæpiſſime Suarez to. 1. de religione, tractatu 3. lib. 1. c.5.n.7. & 8. & Azebedo lib. 8. recopil. tit. 4. l. 1. nu. 3. Manuel 1. to ſumma in 2. editione, c.34.n.1.* Quando autem de ſanctis renegatur, nil inueni apud Doctores an ſint blaſphemię hęreticales huiuſmodi renegationis verba, vt renego D. Petrum. Sed exiſtimo non eſſe, nec de illis cognoſcunt Inquiſitores. Vt ab ipſmet accepi. Quia non negatur aliqua veritas de illis pertinens ad fidem. Sed tantum eſt verbum quoddam contumelioſum in ſanctos; & ideo blaſphemum. Exempla autem blaſphemiarum nõ hæreticalium ſunt hæc. Quæcumque Dei maledictiones, vt *mal grado aya Dios*, maledictus ſit Deus. Ita *Eymericus et Peña, Rojas, Salzedo. Suarez proxime allegati.* Item non eſt hæreticalis, tædeat Deum, id eſt, *peſete Dios*. Ita *Bañes, Petrus de Ledeſma, Rojas, Salzedo, Suarez, Manuel ibid.* Nec *a deſpecho de Dios, Rojas, Suarez num. 8. Salzedo ibid.* Nec per Dei vitam. *Rojas, Suarez n. 8. Salzedo Manuel ibidem.* Et ratio eſt quia re vera per has blaſphemias, cum indicatiui modi non ſint, nil falſum dicitur de Deo, vt poſſint hæreſim continere, ſed tantum prauus affectus blaſphemantis oſtenditur erga Deum, volentis ex modo dicẽdi, quaſi earum ignominiarum reddere Deum capacem. At eſſent hæreticales ſi per modum indicatiuum effecteret blaſphemans Deum eſſe illarum capacẽ. Aduertit etiam optime *Suarez eod. num. 7* eſſe hæreticales, falſa Deo tributa, licet non affirmẽtur. Vt ſi quis dicat, ô Deum iniuſtum. Et ſimiliter dicit eſſe tales attribuere creaturæ, quod eſt ſolius Dei, vel de his, aut conuenientibus Deo, dubitationem oſtendere.

37 Tertia concluſio De ſolis blaſphemijs hæreticalibus cognoſcunt Inquiſitores. Ita *Eymericus nu. præced. allegatus, & Peña ibidem citatus*, vbi & alios allegat. *Simãcas de cathol. inſtit. tit. 8 nu. 6. & habetur in 5. inſtructione Hiſpalenſ. c. 4.* Et de his cognoſcunt priuatiuẽ, nimirũ, inhibendo quemcumque alium iudicẽ Eccleſiaſticũ, aut ſæcularẽ, ne de illis cognoſcat. Quare minus bene *Caſtro lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 12. in fine, & Corduba in q. lib. 1. q. 17. §. 15. notabili 4. verſ. in cuius examinatione,* dicunt Inquiſitores ex poteſtate delegata aut ſaltẽ ex huius regni cõſuetudine cognoſcere de blaſphemijs non hæreticalibus cumulatiuè cum iudice Eccleſiaſtico, & ſæculari, ita vt inter ipſos detur præuentioni locus. Nam (vt diximus) de ſolis hęreticalib. cognoſcunt. Aliæ autem blaſphemię ſunt mixti fori, atque ita datur locus præuentioni ad cognoſcendũ de illis, inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem. Vt per c.x. *de maledicis*, docent *Abbas ibi nu. 9. Couar. de pactis 1.p. §. 7. nu. 12. verſ. Crimen autem. Simancas dict. tit. 8 nu 9. Rojas de hæret. 2.p aſſertione 12.n.171. & 172. Azor to. 1. l. 9. inſtit. moral. c. 28. q. 5.*

38 Quarta concluſio Quocumque modo ex dictis blaſphemiæ proferantur ſiue in Deum, ſiue in ſanctos, ſiue enunciatiuè, ſiue optatiuè, ſiue imperatiuè, ſiue per modum maledictionis ſiue contumeliæ ſiue irriſionis, ſiue detractionis, vniuerſæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Quia vniuerſæ illæ in hac ratione ſpecifica conueniunt, quæ eſt tribuere Deo, quod ipſi non cõuenit, vel negare, qd conuenit. Et quãuis aliqui (vt refert *Azor ſtatim allegãdus*) cenſeant blaſphemiam in Deum differre ſpecie à blaſphemia in ſanctos. At verius eſt non differre. Quia vtraque blaſphemia eſt contraria virtuti religionis. At vnius ſpeciei eſt religio tribuens cultum Deo, & ſanctis propter Deum. Ergo vnius ſpeciei eſt blaſphemia, qua Deus in ſe vel in ſanctis ſuis blaſphematur. Sicut vnius ſpeciei eſt iuramentum, quo iuratur per Deum in ſe ipſo, vel vt in ſanctis relucet. Et ideo hanc concluſionem tenent *Caiet. ſumma, verb. Blaſphemia & 2.2.q.13. artic. 1. verſ. quoad ſecundum, & verſ. in reſponſione ad 2. & ibi Aragon, in fi. Bañes ibi. not. ab. vlt. Valentia 2.2. diſput. 1. q. 13 puncto 1. verſ. quecumque igitur. Petrus de Ledeſma 2 to. ſummæ, tractatu 1. c. 9. concluſ. 5. Azor to. 1. li. 9. inſtitutionum moral. c. 28. q. 10.* Qui bene addit nõ negari ab his Doctoribus poſſe blaſphemias aliunde ſpecie differre Nam ea, quę continet hæreſim, manifeſte differt ſpecie ab illa quæ non continet; non in ratione blaſphemiæ, ſed ratione hæreſis adiunctæ. Quod ego intelligo, etiam ſi deficiat aſſenſus internus hæreticus. Nam illa hæreſis externa opponitur directe, & proprie confeſſioni externę fidei; at blaſphemia directè & proprie religioni (Vt diximus nu. 7.) Erunt ergo duo peccata ſpecifica diuerſis ſpecie virtutibus oppoſita. Quod etiam docet *Suarez to. 1. de religione tractatu 3. lib. 1. c. 6. numero 8. & 18.* Similiter eſt diſtincta ſpecies, vbi blaſphemia ex odio Dei formali procederet. Quia vltra ſpeciem blaſphemię eſt ibi formale Dei odiũ charitati oppoſitum. At vbi non ex hoc odio procederet, ſed ex ira, & tædio, ẽt ſi blaſphemans haberet animum derogandi diuinę maieſtati, ac ipſi conuitia illa inferendi, non eſſet diſtincta blaſphemiæ ſpecies, ſed hęc eſſet multo grauior blaſphemia. Quia (vt diximus numero 2.) hęc iniqua voluntas, ſiue formalis, ſiue virtualis, & implicita, eſt de ratione blaſphemię. Quare diuerſam ſpeciem minime conſtituit.

39 Hinc eſt, vt quoad confeſſionem attinet, non teneatur confeſſor diuerſitatem blaſphemiarum inquirere, nec pęnitens eam explicare pro diuerſitate illarum ſpecifica. Cũ omnes ſint eiuſdem ſpeciei. Ita *Caietanus 2. 2. quæſt. 13. art. 1. in fine* Excipe tamen duplicem caſum numero præcedẽti notatum, in quo diximus blaſphemias differre ſpecie. Quare amplectendo ſententiam dicentem ſolas circumſtantias ſpeciem mutantes eſſe neceſſario fatendas, non eſſet neceſſario blaſphemiæ qualitas exprimenda in confeſſione, extra duos illos caſus, & tertium, quem proxime ponam. Sed ſatis fateretur dicens ſe toties in blaſphemias non hęreticales, nec ex formali Dei odio prorupiſſe. Quia extra hos caſus blaſphemię non differunt ſpecie. At retenta opinione veriſſima dicenti circumſtantias notabiliter aggrauantes fatẽdas eſſe, non ſatis eſt confuſè explicare blaſphemias. Quod ſatis aperte indicat *Caiet. eo. ar. 1 in fine,* vbi ait confeſſorem nõ debere blaſphemiarum grauitatem, ac diuerſitatem inquirere, pro ſpecifica earum diuerſitate, ſed pro maiori ſolum grauitate iudicanda.

Et

Et hae ratione necessario explicādas esse blasphemias tradunt *Bañes, Aragon, Petr. de Ledes. n. præced. alleg.* & *Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 282. vers. deinde plurima alia.* Sed non distinctè exprimūt, quid explicandum sit in cōfessione circa has blasphemias. Et ideo, vt distinctè id explicem, duo possunt dubitari, alterum est, an necessarium sit exprimere contra quem sit blasphemia, nempe, an cōtra Deum, an contra sanctos, & contra quem sanctum. Alterum autem, an specialiter explicanda sit qualitas blasphemiæ, vt an fuerit, pœniteat Deum, vel per Dei vitā; vulgo *pesete, o por vida, &c.* Et quātum ad primum, videtur id non esse necessarium. Quia non videtur ita notabiliter grauior blasphemia in Deū, quam in sanctos, vt ea sit explicanda. Sicut iuramentum falsum iurando per Deum est grauius, quam iurando per creaturas. At nullus dicit qualitatem iuramenti esse fatendam in periurio. Quia vtroque modo Deus in testē falsitatis adducitur, vel in se, vel vt in suis sanctis relucet. Si ergo idem erit in blasphemia. Nam vtroq; modo blasphemia dicta est cōtra Deum, siue in se, siue in suis sanctis. At primo dico, expressum, & formalem affectū derogādi, ac conuitiū inferendi, siue Deo, siue sanctis, explicandum esse in confessione. Quia etsi non mutet speciem (vt n. præced. diximus) aggrauat notabilissime. Et ita videtur tenere *Aragon prox. me alleg.* Non enim satis explicat peruersæ voluntatis nomine, quam explicandam docet, an intelligat solam detestationem formalem, siue odium. Secundo dico, multo verius mihi esse, explicandum necessario esse, an blasphemia sit cōtra Deum directè, & immediatè, vt *pese a Dios, o por vida de Dios, maldito sea Dios*; an mediatè, & remotè, qualis est in sanctos. Vt *pese a San Iuan, por vida de tal santo o maldito sea.* Ratio est, quia etsi in periurio non reputetur ea grauitas multo notabilior vtpote quod nō est directa Dei cōtumelia, nec ex intentione expressa, aut tacita peierantis in id tendit. At blasphemia non est, vt periurium, sed directè tendit ad dehonorandum eum, in quem iactatur, & est vera, ac directa eius contumelia. Nemo autem negabit multo grauius esse, Deum in se ipso contumeliis afficere, quàm repręsentatū in sanctis. Et ita videtur expresse tenere *Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1. in fine*, vbi cum dixisset blasphemiā in Deum; & in sanctos non differre specie; immediate subdidit confessarium non debere inquirere diuersitatem harum blasphemiarum pro diuersitate specifica, sed pro maiori grauitate. Sed melius id docet *Suarez to. 6. 6. in fin.* quia (inquit) in blasphemia contra sanctū, præter speciem blasphemię, est alia specifica contra cultum dulię debitum sanctis secundum se. Videtur etiam tenere *Bañes, Petr. de Ledesma, & Ludouicus Lop. proxime allegati*, dū dicūt qualitatem blasphemiæ esse explicandam. Et tenet *Aragon eo. ar. ... in fine.* Tertio dico, esse quoque explicandum, an blasphemia fuerit contra beatam Virginem, an contra alios sanctos. Quia in communi, ac verissima æstimatione, est multo grauior in beatā Virginem, quam cōtra reliquos sanctos. Et ita tenet *Aragon ibi.* Quarto dico; inter alios sanctos non esse explicandum necessario contra quem sanctum blasphemia fuerit. Quia etsi aliqua maior grauitas contra aliquos, non est ita notabiliter maior, vt diuersum iudicium faciat. Quinto dico, non satis esse blasphemias in genere explicare, etiam explicando, an sint contra Deum, vel beatā Virginem, aut reliquos sanctos; sed oportet modum blasphemiæ explicare. Vt si fuit per vitam Dei, vel pœniteat Deū, vel per membra pudenda; & si fuit blasphemia hæreticalis, debet explicari, quæ fuerit. Ratio est quia diuersitas iudicij notabilis cōsurgit ex qualitate blasphemiæ. Cum quædam notabiliter maiorē contumelia contineant, quā aliæ. Sicut contingit in verbis cōtumeliosis aduersus homines prolatis. Et ita expresse docent *Petr. de Ledes. & Lud. Lop. allegati.* Et satis id indicant *Bañes & Aragon proxime alleg.* Et cōfert ad hoc id quod cum *Valentia* diximus c. 7. n. 17. in fi. nēpe, teneri hæreticorum explicare in confessione qualitatem erroris.

40 Quinta conclusio Blasphemia in Deum, vel sanctos, non excusatur à mortali ratione paruitatis materię sed ex solo plenæ deliberationis defectu. Sicut in periurio non datur paruitas materiæ, sed ex solo deliberationis defectu pōt esse veniale. Quia qualiscunque contumelia in Deū, vel in sanctos prolata, est grauissima. Et ita satis clare significat *D. Thom. 2. 2. q. 13. ar. 2. ad 3.* vbi solum excusat blasphemiam à mortali, ob deliberationis defectum. Et docent expresse *Caiet. in summa, verb. Blasphemia Valentia. 2. 2. disp. 1. quæst. 13. puncto 1. notabili 3. Bañes 2. 2. q. 13. à 2. & ibi Aragon. Petrus de Ledesm. 2. to. summa, tract. 1. c. 9. post 7. concl. Lud. Lop. 1. p. instructorij c. 282. col. 5. Suarez. t. 1. de relig one, tract. 3. l. 1. c. 6. nu. 2.*

41 Immo, etsi ioco dicantur verba blasphemię, erit mortale. Nec enim leuis iniuria est, nominare ioco mēbra pudenda Christi, vel sanctorum vel dicere pęniteat illos, aut renego. Et ita docet *Nauarr. summa c. 12. n. 48.* Quod intellige, nisi iocus tollat rationē omnimodam irreuerentię, & sic blasphemiæ rationem. Sicut n. 9. diximus de iurāte per falsos deos causa ioci, & irrisionis.

42 Est tamē temperanda conclusio, vt intelligatur, quādo blasphemia iactatur in sāctos, nō directè, & formaliter, quatenus sancti sunt; sed materialiter, & per accidēs & vt quidā homines sunt. Tūc enim rōne paruitatis materiæ esset blasphemia venialis. Quia sanctitas se habet tūc per accidēs. Dicitur autē blasphemia aliquo modo & materialiter Quia propter coniunctā sanctitatem sunt sancti plus honorandi etiam in naturalibus. Exemplum huius blasphemiæ venialis est. Si quis ioco diceret sanctum Crispinum fuisse sutorem aut sanctos Ioannē, & Paulum fratres fuisse eunuchos. Ita docent *Bañes, Aragon Ludouicus Lopez nu. 40. relati.*

43 Quando autē ex indeliberatione dicitur blasphemia, quidā limitant, vt non sit mortalis, nisi homo sit assuetus blasphemare, nec conatur prauam illā consuetudinem emendare. Tunc enim blasphemia ex subreptione procedens, erit mortalis. Quia etsi in se non sit plene volita, est tamē plene volita in sua causa Sicut de peccatis ebrij antea præuisis dici solet. Secus autem est, vbi nō est talis consuetudo, vel eā habens nititur se emendare. Ita *Toledo lib. 4. summæ capitul. 13. nu. 7. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. cap. 282. versic. Octauo vide alios modos.* Et id dicit probabile *Emmanuel Sà sum. verb. Blasphemia, nu. 3.* At contradicit *Nauarrus summa c. 12. nu. 84.* vbi ait non esse mortalem blasphemiam ex subreptione dictam, etsi procedat ex praua consuetudine, & lata culpa; quando indeliberatio est causa dicēdi, quia, nimirum, si ille pene aduertisset, non dixisset. Et refert pro se *Caietanum summa, verbo Blasphemia*, qui tamen ei nō fauet; nam loquitur absolute de blasphemia procedendi ex indeliberatione. At in hoc casu procedit ex praua consuetudine. Refert etiam pro se *Syluestrū verbo Blasphemia q. 3.* qui dubius manet, & potius in priorem sentētiam inclinat. Atque illam veriorem alij existimant, cum hac tamen limitatione, vt ille aduerterit antea prauam illam consuetudinem esse sibi causam prorumpēdi in blasphemias absque plena deliberatione dictas, nec curet emendam. Sed in hac quæstione est idem prorsus dicendum, quod lib. seq. toto c. 5. dicemus de peierante, quoties periurium procedit ex nimia iurandi consuetudine.

44 Sexta conclusio. Iuxta decretum *Concilij Lateranensis sess. 9. §. Ad abolendā*, blasphemus non potest absolui à confessore, nisi grauissima pęnitētia ipsius arbitrio imposita. Sic enim expresse ibi definitur. Et ita docēt *Nauar. summa c. 12. nu. 83. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 15. paulo post principium. Petrus de Ledesm. 2. to. summa, tract. 1. c. 9. in fi.* At id decretum non est vsu receptum; & ita hodie non obligat. Quod docēt *Armilla verbo Blasphemia, in fine, & ibi Emmanuel Sà n. 2. Azor to. 1. lib. 9. instit. moralium c. 28. q. 9 Suarez to. 1. de religione, tract. 3. li. 1. c. 7. n. 22.*

vbi etiam optime docet hoc peccatum nō esse reseruatum. Quod etiam docuerat *to.4.in 3.p. disput.28. sect.3. num.10.*

45 Tandem superest triplex breuis difficultas. Primo est, an habens consuetudinem blasphemandi sit absoluendus? *Metina lib.1.summæ,c.14.§.2.Petrus de Ledes. 2.to. summæ tract.1.c.9.in fine, Manuel 1.to.sum.in 2.editione, c.34.n.5.Ludou c. Lopez 1.p.instruct.c 282. versic. Sed quid si blasphemus* asserunt hunc, quando in alijs cōfessionibus emendā proposuit, nec emendatus est, non esse statim absoluendū, sed differendam ei absolutionē, donec emendetur. Quod temperat *Azor to.1.l.9.instit. moral.c.28.q.18.* nisi signa certa, & manifesta detestationis illius criminis ostendant, & in aliud tempus differri commodè absolutio nequeat. At mitius loquitur *ipse Azor tom.1. lib.11. inst.t. moral.c.3.q.4.* loquens de habente prauam iurandi cōsuetudinem, vbi ait hunc, si alioquin admonitus, aliquid curæ, & laboris apposuerit ad eam consuetudinem extirpandam, statim absoluendum esse; secus si sæpe admonitus nullam curam adhibuit, nisi iusta causa subsit ad cōcedendam statim absolutionem. Et ideo quamuis crimen blasphemiæ sit multo grauius applicando prædictam doctrinam ad illud; dico primo habentem prauam blasphemandi consuetudinem, qui nunquam est admonitus, vt illā deponat, vel si sæpe in alijs confessionibus admonitus est, & aliquid operæ, & studij collocauit ad eam consuetudinem euellēdam, debere statim absolui. Quia si nunquam est admonitus, nun est in tanta culpa; si autem admonitus est, & aliquid studi collocauit, iam ex parte sua aliquid confert, etsi differatur absolutio, fortè cadet animus, & à cōfessione deterritus, in peius labetur. Secundo dico, quando nil curæ apposuit ad emendam, admonitusque est sæpe in alijs confessionibus, posse adhuc hūnc in rigore statim absolui; si verè doleat de prçteritis, ac in posterum emendam firmiter proponat. Quia nullam occasionem extrinsecam habet, vt vel sic necessario impediatur absolutio, sed ex fragilitate carnis, sicut & in alia vitia. Tertio dico, an sit consilium differre absolutionem, pendere ex cōfessoris prudentia. Si enim pœnitens id nō multum ægrè ferat, & speretur non ob id retrahendum à confessione sed potius id fore medicinam, erit consilium differre absolutionem maiori suauitate possibili adhibita; si autem oppositum speretur, non erit consiliū, nisi quando ille ijs blasphemijs ingens præberet scandalum; & ita confessarius iudicaret postponendum priuatum illius solatium, & ad gloriam diuinam expedire illū non absolui, donec scandalo publico satisfaciat, tutendo vitæ emendam.

46 Secunda difficultas est. An audiens blasphemantem teneatur eum grauiter increpare, etiam si nulla emēdæ spes adsit, si tamē possit absque proprio periculo, sic increpare? Affirmant *Nau summa Latina,c.12.n.83. Hispana c.28.addit. ad n.83.c.12. Petrus de Ledes.2.to.sum. tract.1.c.9.in fi. Lud. Lop.1.p.instruct.c.51.paulo post princip.* Ducuntur autē quia in *Concilio Lateran.sess.9.§. ad abolendam,* id videtur præcipi. Sic enim ait: *Quicumque blasphemantem audierint, eū acriter verbis obiurgare teneantur si citra periculum suum id fieri posse continget.* Sed *Azor to.1.lib.9.inst.t.moral.c.28.q.7.* id negat. Tū, quia etsi Conciliū potuerit id ius nouum statuere, non spectādo blasphemantis emendā, sed potius delicti pœnā, vt illa increpatio sit quædā illius pœna; at non constat ex eius verbis id ius nouum pœnale statuere voluisse. Quare ne præcepta, & pœnæ sine vrgenti fundamēto multiplicentur, potius dicendum est, voluisse tātum in memoriā audiēus reuocare preceptum naturale, ac diuini correctionis fraternæ. Quod est certum minime obligare, vbi spes emendæ speratur. Tum etiam, quia esto id ius nouum concedere voluerit, non est vsu receptum. Sicut nec quoad pœnitentiā grauem imponendam ante absolutionem in foro conscientiæ, diximus n.44. non esse vsu receptum. Sed existimo id decretum continere nouū ius; ac proinde obligare, etiam si emēda desperetur. Vt dixit prior sententia. Quad id apertè dicant ea verba Concilij: *Acriter obiurgare teneantur.* Quippe fraternè corrigere, ad quod præceptū naturale diuinum obligat est admonitio quędam suauis, & fraterna, obiurgatio autē acris est, aspera, & grauis reprehensio. Obiurgare enim est reprehēdere, & increpare. Quamobrem verè concilium in hac obiurgatione nō tam attēdit ad blasphemantis emēdam; quā ad quoddam eius supplicium, & ad tuendum honorē diuinum obiurgatione illa. Qui blasphemia detrimentū patitur. At credo id præceptum Concilii nō obligare, eo quod vsu receptum minime sit. Quare solum obligantur audientes ad fraternè corrigē ium præcepto naturali diuino, quando speratur emenda. An verè ex præcepto amoris Dei teneantur audiens respondere pro Deo, etsi desperetur emenda; dicemus c.35.num.9.

47 Vltima difficultas est. An teneantur audientes blasphemum illum denunciare iudici? In eo decreto Cōcilii Lateranensis, quod n. præced. allegaui, præcipitur hunc denunciari, his verbis. *Eum denique deferre, vel notificare apud iudicem Ecclesiasticum, seu secularem intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes cōuenerint, vt vnus pro cunctis tali officio fungatur.* Et *Iulius III. in sua constitutione Pontificia, quæ incipit, In multis,* imperat vt audientes denunciet intra triduum, alioquin in easdem blasphemi pœnas incurrant. Et *c. si quis per capillum 22.q.1.* Pius I. constituerat diuina condēnatione coercendos non denunciantes. Atque Inquisitores quotannis dum edicta promulgāt, & Episcopi in suis edictis iubent sub pœna excommunicationis latæ sententię blasphemos denunciari. Quare prorumpēres in blasphemias hæreticales, de quibus soli Inquisitores cognoscūt, sunt ipsis denunciandi Blasphemiæ autem non hæreticales sunt denunciandæ iudici Ecclesiastico, aut sæculari. Quippe solum illi de his cognoscunt. Iuxta dicta n.37. Nec edicta iudicum Ecclesiasticorū præcipientia sibi denunciari, impediunt denunciationem fieri alteri iudici potenti de illis cognoscere, vtpote quæ eius iurisdictionem non minuūt; sed id solum intendunt, vt blasphemię denuncientur, ne impunitæ maneant. Sunt autem denunciandæ hæ blasphemię, etsi sub conditione proferantur. Quia sūt verę blasphemię (Vt nu.24. diximus.) Et ita denunciādas esse tradunt *Rojas de haret. 2. p. assertione 12.n.173.* Et *citato Cantera Azebedo lib.8. recopil.tit.4. l.1.num.14.* Sunt etiam denunciandæ, etsi non expresse nominentur Deus, vel sancti; vt *peseto tal, reniego de tal,* quando ex coniecturis aperte, & absque vlla dubitatione colligitur blasphemantis animus, intelligēris nomine, de tal, Deum, vel sanctos. Iuxta dicta n.23. Maior autem difficultas est, an quando blasphemia est secreta, ac speratur fore, vt blasphemus fraternè correctus emendetur, sit permittenda correctio fraterna? *Azor lib.9. instit. moral.c.28.q 8.* dicit non prçmittendam correctionem fraternam. Quia ea denunciatio non prçcipitur ob criminis emendam, sed ad eius punitionem, & in pęnam sceleris. At melius alij prçmittendam tunc correctionem fraternam sentiunt. Quia speciale est in crimine hęresis, vt ob magnum eius periculum, & difficillimā hæretici correctionē, sit statim nulla correctione prçmissa denunciandum. Quod in blasphemis non contingit. Quare prędicta decreta, & edicta intelliguntur seruato ordine Euangelico. nempe, vt si blasphemia sit publica, aut si secreta, desperetur, fore, vt correctio prosit, statim denūcietur. Si verò occulta sit, ac spes sub sit, vt correctio fraterna prosit, illa prçmittatur. Atque ita docent *Metina lib.1.summæ,c.14.§.2.fol.77.pag.1.Manuel 1.to.summæ, in 2.editione c.34.n.6. Ludouic. Lopez 1. p.instruct.cap.282.in fine.*

CAPVT

CAPVT XXXIII.

De præcepto spei,& timoris; ac peccatis desperationis,& præsumptionis spei oppositis.

SVMMARIVM.

An de spe sit præceptum, nu. 1.
Quando obliget? Refertur quædam sententia, nu. 2.
Explicantur tempora quibus obligat, nu. 3.
An sit præceptum speciale timoris, nu. 4.
Quando peccetur per desperationem, nu. 5.
An desperatio sit semper coniuncta cum hæresi, nu. 6.
Quando peccetur,& qualiter per præsumptionem, nu. 7.
An præsumptio sit semper coniuncta cum infidelitate, nu. 8.

1 Constat ex fide esse præceptum de spei actu aliquando eliciendo. Vt constat ex *Psal. 4. Sperate in Domino.* Et *ad Titum 2. Expectantes beatam spem.* Et ex alijs locis, quæ afferunt Doctores nu. 3. allegandi. Et ratione constat. Quippe de omni actu ad vitam æternam obtinendam necessario est præceptum. At huiusmodi est sperare peccatorum veniam, ac gloriam obtinendam à Deo. Vt constat ex *Trid. sess. 6. cap. 6.* Est igitur in præcepto.

2 Et quidem quantum ad præceptum negatiuum, nempe, non desperandi quod ad spei virtutē pertinet, constat obligare semper, ac pro semper; instar omniū præceptorum negatiuorum. De præcepto autē affirmatiuo eliciēdi actus spei est difficultas pro quo tempore obliget. Quidam, quos tacito nomine refert *Aragon 2. 2. quæst. 21. ar. 1. dub. 1.* cēsent habito semel actū spei posse probabiliter dici id præceptum non amplius obligare. At iure optimo id falsum esse censet. Idque constabit ex dicendis nu. sequenti.

3 Varia igitur tempora assignantur à Doctoribus obligationis huius præcepti. Primum tempus est, cum primum rationis vsum puer assequitur. Quia tunc tenetur se in Deū cōuertere, omnia in ipsum referendo. Quod absque actu spei præstare nequit. Ita docent *Bañes 2. 2. quæstione 21. articulo 1. dub. 2. & ibi Aragon dubio 1. Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tractatu 2. c. 4. conclusione 3.* At verius est, tunc non obligare. Quia cap. 23. dicemus ideo verius esse non extare id conuersionis præceptum. Et hanc partem sustinet *Valentia 2. 2. disp. 2. q. 4. puncto 1.* Et esto diceremus hoc præceptum tunc obligare, non obligaret per se,& ex vi huius præcepti, sed per accidēs ratione alterius. Vt statim in secundo obligationis tēpore explicabo. Secundum tempus est, cum obligatio occurrit pœnitentiæ de ante acta vita, ad gratiā Dei obtinendam. Quia cum spes veniæ obtinendæ sit fundamentum pœnitentiæ: hæc absque spei actu consistere nequit. Ita docent *Azor tomo 1. lib. 9. institutio. ū moralium, capit. 2. quæstione 7. Arago. Bañes, Petrus de Ledesma conclus. 4.* Addunt hi tres idem esse dicendū, quando est præceptum de oratione. Quia id præceptū absque spei actu impleri nequit. Et idem dicit *Azor,* quādo obligat præceptum dilectionis Dei super omnia. Quia absque actu spei impleri nequit. Idē dicit *Aragō,* quoties quis tenetur aliquid aliud efficere, quod sine actu spei cōmode fieri nequit. At in omnibus his euentibus non obligat præceptum spei per se,& ex vi huius præcepti, sed per accidens ratione præcepti adiūcti pœnitentiæ, aut orationis, charitatis, aut faciēdi illam aliā rem. Quare tunc omittens elicere actū spei, nō peccaret cōtra hoc præceptum, nec omissione actuum spei teneretur fateri; sed solum peccaret contra illud præceptum adiunctum, quod impletum non est; atque adeo sola eius transgressio fatenda est. Ita docent *Bañes, & Petrus de Ledesma ibi.* Atque in simili diximus hoc 2. libro c. 1. nu. 3. Tertium tempus est, cum est in fingulis aonis. Ita *Petrus de Ledesma ibi, conclus. 6.* Sicut idem dixit de præcepto fidei. (Vt ex ipso retuli d. capit. 1. numero 3.) vbi & id reprobaui. Quare hoc non placet. Quartum tempus est, quando quis primo oonit, siue per se siue ab alium monitus, vtilitatem, ac necessitatem spei ad piè viuendum. Sic *Valentia ibidem,* dicens hoc esse probabile. At non placet hoc tempus. Quia caret solido fundamento. Vltimum tempus est, quando aliquis graui desperationis tentatione vexatus, in succumbendi periculo est, nisi actu spei contrario animum confirmet. Tunc enim per se hoc præceptum obligat. Quia eodem spei præcepto teoetur homo sperare,& non desperare. Si ergo tunc elicere actum spei est per se mediū ad non desperandum, obligabit præceptum spei ad illum eliciendum. Ita *Valentia, Bañes, Aragon, Petrus de Ledesma proxime allegati.* Addit autem optime *Valentia,* aliquando quoque esse necessarium & sub præcepto, actu spei munire animum ad vincendas tentationes in alijs materijs; quando alias est periculum succūbendi. At tunc non obligabit præceptum spei, per se,& ex vi huius præcepti, sed per accideos ratione præcepti superandæ illius tentationis. Quare non elicere tunc actum spei, minime erit distinctum peccatum necessario fatendum ab eo quod committitur succumbendo tentationi, aut succumbendi periculo se exponendo. Quia actus spei nō requirebatur tūc per se, sed ratione præcepti vitandi alterius peccati, ad quod tentatio impellebat.

4 Rursus de timore filiali, ac bono seruili constat, quāoque esse præceptū. Quod docet *D. Tho. 2. 2. q. 22. art. 2.* de filiali, *Deuteron. 10. Quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deū tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum &c.* De seruili, *Matth. 10 & Luc. 12. eum timete, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem, & corpus & animam perdere in gehennam.* Est autē timor filialis (vt docet *idem D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 2.*) quo quis timet offendere Deum, & ab eo per peccatū separari. Dicitur autē filialis, eo quod ex Dei amore nascatur; sicut timor quo filij vereri solēt, ne parētes suos offendant, consurgit ex filiali amore, quo illos cōplectūtur. Timor autem seruilis est, quo quis timet pœnas à Deo peccatoribus constitutas & ideo, vt eas effugiat, inducitur ad peccata vitanda. Dicitur autem seruilis, quia nō propriè nascitur ex amore Dei sed ex sui amore quo quispiā, vt propriæ incolumitati pœnas euadens consulat, peccata vitat; instar seruorum, qui non amore Domini ducti, sed pœnæ timore, ipsi obsequuntur. At difficultas est, ad præcepta de his timoribus sint specialia; ita vt aliquando ex huiusmodi timorū defectu cōtingat committi speciale peccatum. An verò sint ipsamet charitatis,& aliarum virtutum præcepta, quæ exiguot hos timores, quatenus per illos ab eorū transgressione homo retrahitur? *Bañes 2. 2. quæstione 22. artic. 2. in solutione ad 1. & 2.* cēset esse speciale præceptum, obligareque seruilem, quando necessitas vitandi peccati occurrit, nec ducitur quis ad id vitandum, nisi pœnæ timore; finalem autem, quando quis est in periculo peccandi,& eo timore ad cauenda peccata ducitur. At concludit *in solutione ad 4.* esse probabile nō esse specialia præcepta. At multo verius est, non esse aliquod speciale præceptum horum timorum, sed idemmet aliarū virtutum; atque ita admittentem quodcumque crimen, à quo timorum horum actu retrahi posset, sufficienter fateri explicando solum id crimen admissum, aut si nō admisit, periculum illius admittendi, cui se exposuit. Quod ex praxi hominum timoratæ conscientię cōstat, qui nunquam de timorum horum defectu in peccatis admissis se accusaut; nec confessarij de eo interrogant. Et ratio est, quia defectus ille timoris est cōditio generalis reperta in omnibus peccatis admissis; ac proinde non constituit specialem aliquam culpam. Sicut nec defectus considerationis rerum diuinarum, & aliorū mediorum, quæ à peccando auerterent, ac à peccante negliguntur, minime culpam specialem inducit.

Quod sit generalis omniũ peccatorum conditio. Adde omissionem actus spei requisiti ad non succumbẽdum tentationibus contra alias virtutes occurrentibus, non inducere specialem culpam. (Vt numero præcedenti diximus.) Quia non exigitur propter se, sed ob aliarum virtutum præcepta. Idem ergo de his timoribus dicẽdum est. Et ita docet *Valentia 2.2.disp.2.q.4.puncto 2. in fine.*

5 Peccatur autem contra spem, aut non eliciendo actũ spei, quando obligat. Iuxta dicta num.3. Aut per defectum excessumve: Per defectum peccatur desperãdo; nimirum, dum quis desperat fore vt ad meliorem frugem se recipiat, aut peccatori veniã, gloriamve comparet. Quod secundum omnes est grauissimum peccatũ mortale, nec in eo datur paruitas materiæ sed ratione solius defectus plenæ deliberationis excusari potest à mortali. Quia motus desperationis cõformis est iudicio falso de Deo quo iudicatur per eius misericordiam nõ posse aliquem obtinere salutem æternam, atque ideo in quauis materia misericordiam diuinam grauiter lædit.

6 Potest autem hic desperationis actus coniunctus esse cum hæresi, quando desperans actu habet hoc iudicium illi assentiens, Deus non potest mihi parcere; aut non parcet si me disposuero, vt decet; aut cõsequi gratiam & gloriam est mihi impossibile. Quia hæc iudicia cõtra fidem sunt. Quare erit tunc duplex malitiã specie distincta, ac cõfitenda; altera hæresis, altera verò desperationis. Potest etiam sine hæresi contingere. Quod bene explicat ex mente *D.Thoma Valentia 2.2.disp.2.q.3. puncto 1.* quia ad eliciendum desperationis actum, non est necesse actu habere illud falsum iudicium declaratum. Sed satis est, vt per iudicium practicam quispiam æstimet sibi tunc desperandum, siue vt iucundum, & aptũ præsenti dispositioni, siue vt vtilem ad alios fines prauos; vt ad liberius peccandum. Sicut fornicans non iudicat sibi tũc fornicationem licere. Quod esset hæreticum. Sed tantum practicè illam amplectitur tãquam iucundam, aut ad alios fines vtilem. Vel secundo potest hoc explicari cum *Toledo lib.4. sum.c.7.nu.9* Quia non est opus hoc iudicio in desperante. Deus mihi non potest parcere, aut nõ parcet, si me debitè disposuero. Sed satis est hoc iudicium, nũquam me disponam, nunquã bene agam, nunquam mihi parcet Deus. Quæ iudicia cum de solo facto sint, non sunt hæretica.

7 Peccatur quoque per excessum contra spem, admittendo præsumptionis vitium. Præsumptio autem contraria spei in eo consistit, cum quis aliquid tanquã possibile de Deo sperat, quod secundum eius ordinariã legem non est possibile. Vt remissionem peccatorum, & gloriã absque meritis; vel ac solis proprijs viribus adipiscenda; vel in creaturis spem collocat tanquam in præsidio ad salutem comparãdam sufficienti. Vt optime *D. Tho. & omnes 2.2.q.21.art.1.* Nec enim in creaturis spẽ constituere interdicitur, tanquam in ijs, quæ vna cum Dei adiutorio iuuãt, & promouent ad vitam ęternam adipiscendam. Vt bene *Azor tom.1. lib.9. institutionum moraliũ c.2.q.7.* Nec tamen ad fugiendum hoc crimẽ, est opus expressa diuini adiutorij mentione, quoties beatitudo autem gratia speratur, sed satis est virtute, & interpretatiuè adsit ea intentio. Vt communiter est in Christianis. Vt bene docent *Bañes ea.q.21. art.2. dub.3. & ibi Aragon.* Est que sẽper præsumptio hęc mortalis, nec paruitas materiæ excusare potest, sed solus plenæ deliberationis defectus. Vt bene docent *Bañes ibi.dub 0 2. & Valentia 2.2.disp.2.q.3.puncto 2.* Quod hic præsũptionis motus conformis sit falso iudicio de Deo, quo iudicatur posse ab eo beatitudinem comparari, absque medijs à diuina prouidentia, & iustitia statutis. Atque ita grauissimè vtrumque Dei attributum læditur. Insuper peccat pręsumptionis crimine, q spe veniæ obtinẽdæ pœnitentiam de peccatis in senectutem, aut finem vitę differt. Sic *Metina lib.1.summæ, c.14.§.2.f.79 pag. 2. Bañes 2.2.q.21.art.2. in fine. Azor to.1 lib.9. institutionum moralium c.2.q.7.* Et dicit *Metina* esse mortale. At melius *Azor* ait non semper esse mortale, nisi tempus occurrat, quo præceptum pœnitentię obliget. Quare qui pęnitentia spe veniæ differt, solum peccat contra pœnitentiæ præceptum, si animum habeat eam differẽdi vltra tempus, quo id obligat. Quare non existimo hoc ad peccatum pręsumptionis propriè pertinere; nec esse propriè contra spem. Cum non speretur beatitudo absque pœnitentia & Dei adiutorio.

8 Tandem potest præsumptio hæc cum hęresi, & absque illa accidere. Sicut nume.6. de desperatione diximus. Est quidem cum hæresi, & sic duplex culpa, quãdo est error intellectus quo crederet beatitudinẽ absque pœnitentia, & meritis obtinendam; vel solis proprijs operibus, absque Dei gratia. At ad præsumptionis peccatum non est necessarium id iudicium actu existere, sed sufficit, vt ita tendat quis in salutẽ ęternam volũtate sua, ac si posset absque operibus obtineri; aut solis illis absque Dei gratia. Et ita docet *Valentia 2.2. disputatione 2 q.3. puncto secundo.* Quare tunc erit absque hæresi.

CAPVT XXXIV.

De peccato tentationis Dei.

SVMMARIVM.

Tentatio Dei qd, & quotup ex, et qua regula dignoscatur, n.1.
Tentare interpretatiuè, quotuplicìter contingat, nu.2.
Tentare Deum contingit respectu tentantis, & respectu aliorum, num.3.
Cui virtuti opponatur, nu.4.
Quale peccatum sit, nu.5.
An orare absque debita preparatione sit tentare Deum, nu.6.
Quid de nitente sola oratione impetrare bona temporalia, n.7.
Quid de explorante diuinã voluntatẽ absque iusta causa, nu.8.
An liceat petere à Deo signum suæ voluntatis, vel cum adest reuelatio, ad sciendum an sit Dei, an dæmonis, nu.9.
Quid, quando dubitatur, an promissio sit absoluta, an cum cõditione: & an pro seipso liceat aliquando petere signum veritatis, potentiæ, aut scientiæ diuinæ, eodem, nu.9.
An tentet Deum petens ab ipso miraculum pro manifestanda fidei veritate, nu.10.
An tentatio expressa, & interpretatiua sint distincta speciei. nu.11.
An purgatio à crimine ferro candẽti, aut aqua feruenti facta, sit licita, nu.12.
An liceat hæc purgatio per Eucharistiæ sumptionem, nu.13.
An liceat medicinas corporales etiam martyrij tempore nolle, num.14.
An tentet Deũ martyrio se absque necessitate offerens, vel peccet si se offerat, eo quod vitam exosam habeat, num.15.
An tentet Deum prædicans absque praiua meditatione, n.16.

1 CVm tentatio Dei opponatur religioni, quatenus ad cultum debitum Deo exhibendum inclinat (vt numero 4. dicemus) & quodammodo etiam spei; eius tractatus pertinet ad primum Decalogi præceptum iubens cultum Dei debitum; & post tractatum de virtute spei. Definitur autem sic. Tentatio Dei est irreligiositas quędam, per quam ex dubitatione de aliqua Dei perfectione, vt veritate, potentia, scientia, &c. sumitur experimentum verbis, vel factis, an Deus perfectionem illam habeat, nec ne. Ita *D.Thom.2.2.quæstione 97. art. 1. ab omnibus receptus.* Dicitur autem irreligiositas, quia vitium hoc religioni opponitur. (Vt numero quarto explicabimus.) Dicitur, ex dubitatione, &c. quia semper in tentatione Dei adest aliqua huiusmodi dubitatio. Quod ait *D.Thom. eod.artic.1.* & ex eo alij desumpsere contingere dupliciter. Primo, quãdo quis formaliter, & ex intentione tentat Deum, nimirum, quando expresse dubitando de aliqua Dei perfectione, aliquid facit animo illius experiendę. Secundo, interpretatiuè, & implicitè, nempe, quando etsi quis expresse non dubitet de diuina perfectione, nec experimentum de

Deo

Deo sumere intẽdat; id tamen petit, vel agit, quod suapte natura ad nil aliud pertinere, & referri posse videtur, quam ad diuinam perfectionem experiendã Tunc autem declarat *Diuus Thomas* hunc interpretatiuũ tẽtandi Dei modum contingere, cum neglectis modis à diuina prouidentia cõstitutis, aliquid agitur expectato effectu à solo Deo, nulla necessitate, aut vtilitate iusta ad id cogenti. Quãdo vero aliqua necessitate aut vtilitate ductus committit se quispiã diuino auxilio in suis petitionibus, vel factis, id non est tentare Deum sed licitum. Iuxta id *2. Paralip. 20. cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solũ habeamus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Idque declarat ibi appositissimo exẽplo. Sicut quando quis absque peculiari causa equũ agitat, interpretamur illam equi agitationẽ ad nil aliud pertinere quam ad eius velocitatem experiendam secus qñ adest causa peculiaris, vt fugiendi periculi. Vnde ex hac doctrina *D. Thomæ* optime colligit *Valentia 2. 2. disput. 6. quæst. 14. puncto 1. versic. Declarat*, ex fine mouenti deducendam esse regulam ad iudicandum, an Deus tentetur, nec ne: spectandus enim est finis, ob quem effectus à solo Deo speratur, & si iustus sit, non est Dei tentatio; si autem iusta causa mouens desit, erit Dei tentatio, saltem interpretatiua.

2 Hæc autem interpretatiua Dei tentatio contingit dupliciter; priori modo, cum quis media naturalia à Deo ordinata prætermittit, sperans à solo Deo effectum. Posteriori modo, cũ quis sponte periculum quærit, à quo nullatenus, aut vix liberari potest, nisi à solo Deo. Sicut si quis relicta scala vellet è turri per aere descendere, quãuis non animo Dei tentandi id efficeret. Ita *Toledo lib. 4. sum. c. 19. nu. 6. in fi.* Vt tamen si est tentatio Dei, et interpretatiua, oportet haberi operantem respectũ ad Deum, expectato medio extraordinario ab ipso; & tũc opponitur religioni, est enim Dei irreuerẽtia expectare imprudenter ad auxilium. Vt docet optime *Suarez. to. 1 de religione tract. 3. l. 1. c. 3. nu. 4. & 5.*

3 Insuper potest homo Deum tentare, siue formaliter, siue interpretatiuè, vel vt ipse experimentũ Dei capiat: vel vt alijs etiam manifestũ faciat. Quippe expertus sapientiam alicuius, & de ea nil dubitans, diceretur verè ipsum tentare, si aliquid diceret, efficeretve, quo sapiẽtia illius esset alijs manifesta. Ita *Toledo eo. c. 19. num. 4.* Exemplum autem huius subijciam nu. 11.

4 Opponitur autem hoc tentationis Dei peccatum religioni. Vt docet *D. Th. ab omnibus receptus 2. 2. q. 97. ar. 3.* Cum .n. finis religionis sit Deo reuerentiã exhibere oĩa quę directe reuerentię Dei aduersa sunt opponũtur religioni. At tentare Deum pertinet ad Dei irreuerẽtiam Continet .n. quandã dubitationem de diuina excellentia. Quia nullus tentare præsumit eum de cuius excellẽtia certus est. Quamobrẽ primo Decalogi pręcepto aduersatur. Potest etiam dici cum *Azor to. 1. l. 9. instit. mor. c. 2. q. 7.* opponi aliquo modo spei. Quia tentãs Deũ indebito modo sperat ab ipso effectum intentũ. Qualiter autem religioni opponatur, consulendus est *Suarez to. 1. de religione, tract. 3. lib. 1. c. 2. à nu. 5. ad* 8. vbi optime id explicat, soluitque contraria.

5 Ex his primo deducitur, tentationem Dei expressam, & formalem, esse ex genere suo mortalem. Quod velle ex dubitatione quadã aliquod Dei attributum experiri, magnum Dei contemptum concludit. Quod omnes fatetur. Vnde ex materiæ paruitate neq; esse venialis, sed ex solo perfectę deliberationis defectu. Quod ratio proxime adducta satis probat. Atque ita notat *Valẽtia 2. 2. disp. 6. q. 14. puncto* 2. Idque significat *Caiet. sum. verbo Tentatio in fine.* vbi formalem Dei tentationẽ ex hoc solo capite à culpa mortali excusat. Quãdo autem hæc dubitatio deest, & sic est sola tentatio Dei non ita propria *Toledo lib. 4. summa ca. 19. num. 7.* dicit posse venialem, vt quãdo ex sola curiositate videndi alicuius operis supernaturalis procedit. Atque *Valentia proxime relatus, & Sayro in claui regia, l. 4. cap. 7. nu. 14.* dicunt esse communiter venialem, nisi materia sit nimis grauis, vt quia tentans Deum se maximo periculo exponit. At existimo esse ex obiecto, & natura sua mortalem, nisi fortasse ex ignorantia, & simplicitate non omnino crassa id faciens excusetur, ex quadam inepta pietatis specie. Sicut optime docet *Suarez to. 1. de religione, trac. 3. l. 1. c. 2. nu.* 16. loquens de tentatione Dei, qua signum petitur à Deo suæ voluntatis, & sic nulla est dubitatio in fide. Et ratio est tum quia notabilis Dei irreuerentia est, agere cum Deo, tanquam cum ludione, & curiositatum fautore; tum etiam, quia sic tentans Deum, nõ solum vult Deum fouere vanam curiositatem, sed etiã vt sua omnipotentia aliquid mirabile ad solum illum vanum finem operetur. Quod immensam Dei sapientiam, ac prudentiam valde dedecet. Quamobrem bene concludit *Suarez eo. num.* 16. vix posse hoc culpa lethali liberari. Fatendum est tamen, aliquando posse materiam & periculum esse adeo exigua, vt sit culpa venialis. Vt bene docet *Leonar. l. 2. de iust. c. 45. dub. 1. nu* 4. in fine, cuius exemplum appono, vt in leui morbo nolle medicinis vti, sperando vane salutem à Deo, non petito miraculo.

6 Secundo deducitur, cur Eccles. 18. orans sine præparatione dicatur quasi Dei tentator. Rõ enim est (vt ait *Valent. 2. 2. disput. 6. q. 14. punct. 1. corol. 2.*) quia cũ Deus eiusmodi orationem se exauditurum nõ promiserit, ad nil aliud ordinari videtur ex modo, quo instituitur, nisi ad Dei potentiam experiendam, an minus bene oranti subuenire valeat. Dicitur autem non se præparare ante orationem, vt censeatur quasi Dei tentator, qui nõ dimittit siquid aduersus aliquẽ habet, aut alias non se disponit ad orationem, faciendo quod in se est, vt à Deo exaudiatur. Et ita aduertit *D. Thom. 2. 2. q. 97. ar. 3. ad* 2. vbi bene aduertit *Caiet.* hunc non esse proprie Dei tentatorem; & ideo appellari quasi tentatorem.

7 Tertio deducitur, nitentem sola oratione bona temporalia à Deo impetrare, prætermissis medijs naturalibus, tentare Deum. Secus si in aliquo peculiari casu ad Dei gloriã expediret id. Ita *D. Th. d. q. 97. art. 1. ad 3. Valentia eodem punct. 1. corollario* 2.

8 Quarto deducitur, quid dicendũ de exploratione diuinæ voluntatis per aliquod signum petitum à Deo. *D. Tho. 2. 2. quæst. 97. art. 1. & Caiet. in summa, verbo Tentatio,* dicunt esse tentationem Dei. Quod intelligit *Valẽtia 2. 2. disputat. 6. quæst. 14. punct. 1. corollario 3.* esse improprie, sed quandam irreuerentiam contra Deum. Quia propria Dei tẽtatio dubitationem de aliqua Dei perfectione exigit. Sed melius *Suarez tom. 1. de religione, tractat. 3. lib. 1. cap. 2. numero* 16. ait quæstionem esse de nomine, vtrouis modo appelletur; verius tamẽ videri esse proprie tentationem Dei. Cum expresse intendatur exploratio diuinæ volũtatis per tale medium, nec oportet vt semper procedat ex dubio de perfectione diuina. Vt ibi latius probat.

9 Quinto deducitur discrimen inter instructionem de diuinis attributis, atque de diuina voluntate Quod cũ de primis dubitare nõ liceat, velle illa explorare, sit semper iniqua Dei tentatio; at cum de diuina voluntate dubitare liceat non semper est tentatio Dei, petere ab eo instructionẽ illius per aliquod signũ, dummodo debitæ circumstantiæ concurrant. Quod docent *D. Tho. 2. 2. quæst. 97. artic. 2. ad 3. & ibi Caietan Valentia 2. 2. disp. 6. q 14. punct. 1. Suarez tomo 1. de religione, tract. 3. lib. 1. c. 2. à nu. 9. vsque ad* 13. vbi optime hoc explicat, & extendit ad casus in quibus dubitare licet de aliqua fidei veritate; vt si alicui non sit satis proposita aliqua fidei veritas, & ideo nec peccat dubitando, nec suspendendo assensum; vel si certus sit de aliqua Dei reuelatione, sed petit maiorem instructionem, maioremq; publicã confirmationem, pro se, vel pro alijs. Adhibent etiam exẽplum *Caiet. & Valent. ibid.* vt quando alicui fit reuelatio, & dubitat, an Dei, an dæmonis sit, potest cõcurrentibus debitis circũstantijs, petere à Deo instructionẽ

per

propter Christum, sed propter vitę odium. Tūc autem martyrium est in præcepto, quando est necessarium ad fidem vel salutem multorum spiritualem cōseruandā, aut blasphemias vitandas. Tunc autem est sub cōsilio, quando ex eo nil aliud quam Dei gloria, & fide exaltatio consequitur. Vt docent *D.Th.2.2.q.124.art.3.ad 1. Syluest.& Nauar.proxime allegati.*

16 Tandem deducitur, esse tētationem Dei, si quis sine præuia meditatione, nec coactus causa iusta pędicare cōtendat, sperans fore vt Deus sibi dicenda inspiret. Sic *Nauarr. & Ludouicus Lopez nu.praecedenti allegati.* Addit *Nauar.* id esse mortale. Quod verum credo, quādo animo Dei tentādi id fieret: secus si non eo animo, nec scandalum, nec aliud detrimentum notabile sequatur; tunc enim erit veniale: iuxta dicta nu 15.

CAPVT XXXV.

De præcepto charitatis Dei: & conuersionis ad Deum in primo instanti vsus rationis.

SVMMARIVM.

An sit praceptum de amore Dei, & ad quod decalogi praceptum pertineat, num.1.

An hic amor debeat esse maximus intensiue, & appretiatiue, num.2.

An Deum diligere ob beatitudinem, aut bona temporalia assequenda, liceat, num.3.

An praceptum hoc obliget ad amorem supernaturalem, & naturalem, num.4.

An impleri possit absque gratia gratum facienti, num 5.

An obliget hoc praceptum in instanti vsus rationis, teneaturque tunc puer se in Deum conuertere? Refertur quadam sententia, num.6.

Explicatur sententia Authoris, num.7.

Quibus alijs temporibus obliget hoc praceptum, & an diebus festiuis obligetur quis ad dilectionem Dei, & aliquem cultum internum? Refertur quadam sententia, n.8. vbi & alia dua refertur.

Explicantur tempora, quibus obligat hęc praceptum, nu.9.

Quibus modis peccetur contra charitatem, & qualiter Deus possit odio haberi, num.10.

An sit mortale desiderium perpetuo videndi, num.11.

1 Circa præceptum charitatis tria videnda sunt. Primum, an id præceptū extet. Secūdum, qui modus diligendi Dei cadat sub eo præcepto. Tertium, quo tēpore obliget. Circa primum, constat extare præceptum de dilectione Dei. *Deuterono.6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matt.22. hoc est primum, & maximum mandatum &c.* Et ratio est, quia actus dilectionis Dei est ad salutem necessarius. 4. *Ioā.3. Qui non diligit, manet in morte.* At de omnib. ad salutem necessarijs extat præceptum. Alias non sat esset ad salutē seruare mādata. Cōtra illud Christi *Matth.19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Non est autem hoc præceptū positum in Decalogo. (Primum enim pręceptum Decalogi non est de diligēdo Deo. Vt aduerti in procemio huius secūdi libri.) Quia per se est satis manifestum, ac *teste D.Th.2.2.q.44. art.1. ad 3.* se habet ad Decalogi pręcepta tāquam præambulum, & in omnibus virtute includitur: quatenus ex illo omnia deducuntur. Diximus autem in eodem procemio reduci hoc ad præceptum primum Decalogi.

2 Circa secundum, modus eadens sub hoc dilectionis Dei præcepto, est vt super omnia diligatur: ac proinde vt amor Dei sit maior cæterarum rerum amore. Non est autem necesse, vt sit maior intensiue, id est, vt sit feruentior, & vehementior: sed satis est, vt sit maior appretiatiue, id est, quo ad æstimationem, vt taliter homo dispositus sit, vt si perdendus sit Deus, aut omnes alię res, potius res omnes perdere velit, quam Deum offendere. Quæ comparatio si formaliter fiat, consistit in actu voluntatis consentientis in obiecta sic comparata: firmiterque proponentis fore vt vrgēn necessitate alterutrius eligendi, Deū cæteris præponat. Si autem virtualiter fiat, non consistit in maiori intentione, aut conatu, feruoreve voluntatis in Deū: sed in substantia, & specie actus, quæ sumitur ex motiui ad amādum excellentia (vt optime docet *Suarez statim allegandus.*) Sicut stat à quopiam maiori conatu, & intensione amicū diligi, quam patrem: nihilominus ex vi amoris paterni, qui excellentius diligendi motiuum habet, paratus ille sit, patre, & amico in necessitate constitutis potius patri subuenire, si vtrique nequeat. Atq; proinde amor ille amici est maior intensiue patris autem appretiatiue. Atque non exigi amorem Dei esse maiorem intensiue, inde probatur. Quia satis est seruare præceptum de charitatis ordine, eo modo qui sufficit, vt quoties oportuerit, charitas sit opere efficacior erga id obiectū, quod est maiori amore prosequēdum. Iuxta id 1. *Ioan.3. Non diligamus verbo, vel lingua, sed opere, & veritate.* Ad hoc autem sufficit id obiectum magis appretiatiue diligi. Quippe eo magis appretiatiue dilecto quātumuis modica actus intensio sufficiet ad efficiendū quidquid causa eius obiecti necessarium est efficere. Et cōfirmatur, quia non est suauitati legis diuinæ consonum, vt sit præceptū de maiori intensiuè amore Dei: vtpote quod valde anxios, ac scrupulis plenos redderet homines, an id præceptum impleant. Cum nil magis eos lateat, quā gradus intensionis, qua actus internus elicitur. Debere autem esse maiorem appretiatiue constat. Quia iubemur Deum super omnia diligere: & cum hoc non sit intensiue, debet esse appretiatiue Præterea quia præceptum de aliquo virtutis actu, est etiam de intrinseco illius actus modo, *teste D.Thoma & Caiet.2.2.q.44.art.4. ad 1.* At intrinsecus dilectionis Dei modus est, vt super omnia saltem appretiatiue diligatur. Nullus enim alius amor erit Deo proportionatus: vtpote qui vltimus noster finis, supremumque nostrum bonum est. Et ideo contra *Scotum 3.dist.27.q.vnic.§. De primo dico, & Petrum de Soto de iust.sacerd. lectione 5. de iustific.* dicentes amorem Dei debere esse summum etiam intensiue, tradunt communiter *Doctores 3.d.27. Nauar in summa cap.1. Latine num.4. Hispane num.9. Valentia 2.2. disput.3.quaest.4.puncto 2. & q.19.puncto 1. Suarez 4.to.in 3.part. disp.4.sect.4.num.7. Azor alios referens, tomo 1.l.9. instit. moral.cap 4.q.3. Toledo l.4.sum.c.9.n.7.*

3 Hinc deducitur teneri omnes Deū diligere propter se tanquam vltimum rerum omnium finem. Constat, quia non diligeretur super omnia appretiatiue, si amor illius ad aliquid creatum ordinaretur. Et ita docet *D.Th.2.2.q.27.art.3. ab omnibus receptus,* ex mente *D. August.lib.1. de doctrina Christiana c.4.* Potest tamen Deus diligi hoc modo propter se, etsi simul propter vitæ æternæ mercedem diligatur, dūmodo merces illa non sit finis ipsius Dei, sed dilectionis nostræ. Quod est dicere clarioribus terminis, licitū est nobis dilectionē Dei, & omnia opera nostra bona in æternæ beatitudinis mercedē referre, tanquā in finem minus principalē. Iuxta id *Psal.118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionē.* Et diffinitur in *Triden.sess.6.canone 31.* Non tamen tanquam in finem vltimum, & principalem. Quod bene docent *D.Th.2.2.quaest.27.articul.3.ad 3. dist.26. quaest.1.articul.4.* vbi Doctores, & specialiter *Durandus quaest.3.* Quare iure optimo docent aliqui esse mortale, Deū diligere ob vitę æternę mercedem, tanquā ob finem vltimū, & principalem. Hi sunt *Syluest.verbo Charitas q.7. & ibi Armilla in fine, Mayronis, quem refert ac sequitur Nauar. sum.c.11. Latine nu.20.versi.6. Hispane n.16. Toledo l.4. summa c.9. num.4.* Tunc autem ea merces est finis minus principalis, quando est causa mouens, vt facilius, expeditus, & feruentius, Deum diligamus: alioquin tamen dilecturi, etiam si nō ita prompte, & expedite. At tunc est finis principalis, quādo nisi ea præmij spes adesset, Deum non diligeremus Hic enim amor est mercenarius, instar obsequij præstiti à famulo mercede cōducto, qui seclusa mercede id nullatenus pstaret. Quare

re amor hic passim à sanctis patribus reprehenditur, & specialiter à *D. Chrysost. lib. de compunctione cordis, in fi.* vbi in hoc sensu damnat eos, qui Deo ob mercedē seruiunt. Ita hoc explicant *Toledo proxime allegatus. Azor to. 1. lib. 9. instit. moral. cap. 4 q. 5. Valentia 2.2. disp. 3 q. 5. puncto 2. Bañes 2.2. q. 27. artic. 3. dub. vnico. Petrus de Ledesm. 2. tom. sum. tract. 3. c. 4.* Non tamen est licitum Dei dilectionem aut alias actiones pias, in res temporales assequendas dirigere, tanquam in finem. Quia contra finis rationem est vt minus bonus sit quam ea, quæ ad finem sunt, & sic est ordinis peruersitas. At possunt ordinari ad res temporales assequendas, tāquam in motiuum quoddam, & quasi dispositionem ad bona spiritualia. Et sic habet vsus Ecclesiæ offerētis passim missas & orationes, aliqua pia opera, ad salutem corporalem, pluuiam, & alia bona temporalia à Deo impetranda. Et ita docent *Durandus, Bañes, & Valentia proxime allegati.* Subdit autem bene *Bañes* non esse necessum actu referre ea tēporalia sic à Deo petita, ad bona spiritualia: sed satis esse virtute. Dicit etiā bene non esse mortale, sed solum veniale, etiam si bona temporalia petita nullatenus ad spiritualia ordinentur. Quia peruersitas finis, qui mortalis non sit, minime culpam venialem excedit. Sicut diximus lib. præced. cap. 3. num. 1. non esse mortale exercere spiritualia præter vanam gloriam.

4 Secundus modus, quo obligat hoc præceptum, est vt Deus super omnia diligatur dilectione supernaturali in aliquibus casibus vel supernaturali, aut etiam saltē naturali in alijs quos casus numero nono, explicabimus. Prior pars probatur, quia dilectio charitatis debet esse ex fide non ficta 1. *ad Timotheum* 1. Debet igitur Deus diligi quatenus per fidem supernaturalē cognoscitur, vt vltimus finis supernaturalis, & omnium bonorū supernaturalium author, ac proinde dilectione supernaturali. Posterior pars probatur, quia dilectio Dei super oīa in quibusdam casibus solum desideratur ad tuendum Dei honorem vitandamque Dei offensam. Ad id autē satis est si vtrauis dilectione in Deū super omnia feramur. Atque ita docent *Nauarrus summ. c. capit. vndecimo, Hispane nume. actauo, Latine numero decimo versic. Addo secundo Bañes 2.2. quæstione 44. artic. 1. Petrus de Ledesma 2. tom. sum. tract. 2. c. 5. in 2. conclusio. & in dub. quod circa illam mouet.* Et clarius ceteris *Valentia 2.2. disput. 3. q. 19. puncto 1.*

5 Hinc deducitur præceptum hoc dilectionis Dei super omnia, nō posse impleri nisi à constituto in gratia. Quia quamdiu quis aliquo mortali astrictus est, obiectum illius anteponit Deo: ac proinde non diligit Deū super omnia. Quare constitutus in lethali tenetur, quādo hoc præceptum obligat, conuertere se ad Deum, in eiusque amicitiā redire. Quippe in hoc distat hoc præceptum à reliquis, quod modus ipse vtpote illi intrinsecus cadit sub eodem præcepto: *teste Diuo Thoma 1. 2. quæst. 100. artic. 10.* Quod in reliquis præceptis quibus modus hic est extrinsecus non contingit. Ita docent *D. Tho. eo articulo decimo, ad secundum, Valentia 2.2. disp 3. quæst 19. puncto 1. Medina, & Vega, quos refert, et sequitur Manuel 1. tomo summæ, in 2. editione c. 11. nu. 3. Bañes 2. 2. q. 44. articulo 1. dubio 2.* Hoc temperat *Sotus lib. 2. de iust. quæst. 3. art. 10. colum. 7. versicul. hic tamen hic adnotato & lib. 1 de natura, & gratia cap. 22. versic. redeatur ad propositum,* vt intelligatur, quādo præceptum dilectionis Dei obligat ad eliciendum actum internum illius. Nam quando solius operis externi dilectionis Dei præceptum occurrit ait satis esse id exequi in peccato mortali. Vt quando obligat ad tuendum honorem diuinum, increpando blasphemantē contra Deum. At merito *Bañes proxime allegatus* hanc limitationem improbat, dicens si sit opus externum ab alia virtute elicitum, & solum à charitate imperatum, posse quidē impleri manente peccato mortali. Vt in exemplo *Soti*: tūc enim tueri honorem diuinum, pertinet proprie, & immediate ad religionem, cuius est honorem Deo deferre, ac per consequēs eius honorem defendere, quoties opus fuerit. Et solum imperatur à charitate. At si opus externum sit, quod per se pertineat ad charitatem & ab illa eliciatur ait non esse veram limitationem. Tum quia non datur tale opus externum. Tum etiam, quia si daretur nunquam caderet sub præcepto, nisi vt profectum ab interno dilectionis actu: ac proinde in peccato lethali impleri non posset. Subdit autem bene *Valentia cum Nauarro summa cap. vndecimo, Hispanè numero 7. Latinè numero 10.* excusari quempiam à nouo peccato contra hoc præceptum, si bona fide existimet se in gratia illud implere. Sicut contingit in ministratione & receptione sacramentorum factis in peccato mortali quæ à culpa excusantur, quoties ministrans, vel recipiens existimat bona fide se esse in gratia. Quia incertum nobis est an simus in gratia.

6 Circa tertium nempe, quo tempore hoc præceptum dilectionis Dei obliget, duplex est difficultas enodanda. Prior est, an id præceptum obliget statim ac puer vsum rationis assequitur. Posterior est, quibus alijs tēporibus obliget. Circa primam difficultatem, quidam censent tunc obligare hoc præceptum. Ita docent *Nauarra summa cap. vndecimo, Hispane numero sexto. Latine numero 8. Sotus libro secundo, de iustitia, quæstione 3. articulo decimo, columna 6. versiculo Responsio horum. Bañes 2. 2. quæst. 44. articulo primo, dubio primo, ad 3.* loquens de homine fideli. *Toledo libro quarto summæ c. 9. numero 9. Manuel 1. tomo summæ, in secunda editione c. vndecimo, numero 3.* Fundamentum huius sententiæ est celebris illa doctrina *Diui Thomæ prima, secunda, quæstione 89. articulo 6. & 2 d. dist. 42. quæstion. prima, articulo quinto, ad 7. & de verit. q. 28. articulo 3. ad 4.* quam amplectuntur *Caietanus, & Medina eod. articulo 6. Syluester, verbo Oratio quæstio. 8. Victoria relectione ad quod teneatur homo perueniens ad vsum rationis secunda parte à numero vndecimo, Nau. c. quando, capite tertio, n. 16. & 17. & multi alij*: qui asserit teneri sub mortali puerum, cum ad vsum rationis peruenit conuertere se in Deum, & in ipsum tanquam in vltimum finem sua ordinare. Adduntque *Caieta. & Nau.* teneri omnes hoc omissionis peccatum fateri in dubio, an omiserint eum actum facere nec ne. Coguntur autem *D. Tho.* & sequaces hoc præceptum statuere, ne concedant posse dari veniale peccatum cum solo originali. Quod dandum esset in puero nondum baptizato, si vbi peruenit ad vsum rationis, committeret mendacium officiosum, aut verbū otiosum. Vitatur autem id posito hoc præcepto nam si illud impleat, illū in habitur à Deo, ac statim cōsequetur gratiam, ac proinde originale delebitur. Si autem non impleat, peccabit mortaliter. Dari autem veniale cum solo originali, absurdum putant: eo quod si puer ille tunc obiret, non reperitur locus, in quo id veniale puniatur. Non enim puniretur in inferno Quippe illuc soli decedentes in mortali actuali adeunt. Non in purgatorio, quo soli amici Dei purgandi adeunt. Nec in limbo puerorum. Quia cum ibi nulla sensus pœna sit, non punitur ibi veniale.

7 At multo probabilius est, id præceptum se tūc ad Deū cōuertendi non esse, ac proinde nec præceptum diligēdi Dei tūc obligare. Ducor, quia suauitati legis diuinæ nō videtur consonū, vt præceptum tam arctū sub mortali culpa obliget in tam tenera ætate, ad statim implēdū: eo vel maxime, quod vniuersi pueri inuincibili ignorātia illius præcepti laborēt. Quippe qui nec rōnem dubitandi nec inquirēdi de illo habuerint, nec habere potuerint. Cū ante illam primam quasi vigiliam rationis vsus ad nullū præceptū teneantur & statim ac illa adest, tā legantur eo conuersionis ad Deū præcepto: iuxta præcedentem sniam. Et confirmatur, quia nullus puer nosse pōt moraliter tēpus, quo ex præcepto astringitur. Quis enim vnquam nouit primum rationis vsus momentum? Atque proinde non pōt id præceptū ex certa

inten

intentione adimplere. Non est ergo asserendum. Tandem quia assertio hoc præcepto, non effugiunt id absurdum, quod contraria senteñtia effugere intendit. Nã eo stante posset ille puer primo peccare venialiter, & sic dabitur veniale cum originali solo. Quod inde cõstat, quia circa omnia præcepta tempore quo obligant, potest dari culpa venialis per defectũ plenæ deliberationis. Cur ergo is defectus non poterit in puero reperiri, vt sic detur prima eius culpa venialis? Quare prior quoque sententia tenetur locum dare, in quo id veniale puniatur, pueru illo statim decedente. Potest etiam puer ille statim ac rationis vsum assequitur, aliquantulum mẽte diuagari, & ita non implere id præceptum. Ad ea diuagatio summum est venialis. Et ideo hanc sententiam tenent latius probantes, & alios referentes, *Valentia t. 2. disput. 6. q. 19. puncto 3. Vasquez. t. 2. q. 89. art. 6. disput. 146. toto c. 2. Suarez. 4. tomo in 3. p. disput. 1. sectione 2. n. 14. & 15. Azor tomo 1. lib. 4. institutionum mor. cap 10. q. 6. & lib. 9. cap. 4. q. 1. Philiarcus de officio sacerdot. tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 5.* Et *Medina num. præced. allegatus* fatetur viros doctissimos nostræ ætatis hanc tenere sententiã. Et *Victoria ibi allegatus* ait esse probabile. Et *Vega lib. 9. in Tridentinum c. 42. ad fi.* dicit vtramque partem posse defendi. Et ad argumentum cõtrariæ sententiæ omissis alijs solutionibus, quas referunt *Suarez num. 15. Azor ea. q. 6.* respondetur cu *Azor ibi, & Suarez n. 19 Vasq. loco proxime allegato, & q. 76. art. 2. disp. 1 20. c. 4. ad fi.* negãdo fore vt puer ille cum solo originali, & veniali decedat. Et ita Deus, quæ futura erat præuidens, destinauit loca hominibus puniendis determinata: nec vllũ pro adultus cum solo originali, aut cũ eo, & veniali decedẽtibus constituit. Sicut etiam constituit prædestinatum non moriturum in mortali. Quia tũc moriens damnaretur: quod prædestinationi repugnat. Et sicut hunc dicimus nõ posse in mortali decedere impossibilitate cõsequenti ex suppositione scientiæ Dei, quæ libertatem non aufert. Sic nec adultus potest mori cum originali, absq; alio peccato mortali, supposita Dei ordinatione qua morituris loca destinauit: inter quæ nõ est huiclocus. Hæc autem est impossibilitas consequens scientiã Dei, quæ libertatem minime tollit.

8 Posterior difficultas est. Quibus alijs temporib. præceptum hoc dilectionis Dei obliget? Quidam censent obligare quolibet die festo. Quia cum præceptũ sanctificandi festa sit potissimũ, nequit dici ad mere negatiuum quid obligare, quale est a seruilibus abstinere. Sed dicendum est ad cultum aliquem Dei internũ obligare, qualis est Dei dilectio. Ita *Scotus 4. d. 17. quæst. vnic. §. quantum ad secundũ, dico. Tabiena verb Charitas q. 20.* Et obligare tunc cõtritionis præceptũ ait *Ang. verbo feria, n. 41.* At contrarium dicendum est. Quia diuinum sanctificandi festa præceptum solam festorum sanctificationem abstinendo à seruilibus præscribit, quæ quid affirmatiuum est, etsi modus sanctificandi sit negatiuus Ecclesiasticum autem sacrum audiri præcipit. Quæ fieri possunt absq; actuali Dei dilectione, & absque alio interno Dei cultu. Et ita docent omnes authores nu. seq. allegandi. Et *D. Thom. 2. 2. q. 1 22. art. 4. & ibi Caietan. & in sum. verbo festorum violato, & verbo Contritio. Sotus l. 2. de iustit. q. 4. art. 4. Conar. 4. var. cap. 19. nu. 1 1. & c. Alma mater 1. §. 5. nu. 3. Nauar. sum. c. 1 1. nu. 8. & c. 1 3. n. 2. & 17. & multi alij.* Alijs vero placet præceptum hoc tãtũ obligare semel in vita Hos tacito nomine refert *Sotus lib. 1. de natura, & gratia cap. 22. versic. dicamus ergo:* eosque bene improbat. Quia esset bene superuacanea lex toto vitæ curriculo semel tantum obligãs, idque tpe incerto Et maxime cum sit lex dilectionis Dei, quæ totius vitæ Christianæ fundamentum est. Alij quos etiam tacito nomine ibi refert, dicunt obligare in solo mortis articulo. Quod & *Sotus*, & omnes authores numero sequenti referendi improbãt. Quia cum hoc præceptum sit ad rectam vitę institutionem, per omnium actionũ relationem in Deum, tanquam in vltimũ finem, & ad conciliandam, conseruandamque amicitiam cum Deo toto vitæ spatio, rationi dissonat, vt in solo vitæ exitu obliget. Alij dicunt digne sumentem Eucharistiam semel in anno, simul ad implere hoc præceptũ. Ita *Bañes 2. 2. quæst. 44. a. dub. 1. ad 3.* At hoc non placet. Quia ad dignam Eucharistiæ sumptionem sufficit esse in gratia: ac si quod est peccatũ lethale, illius confessionem præmitti. Quare non exigitur actus dilectionis Dei. Et ita id reprobant *Azor to. 1. lib. 9. institutionum moralium, c. 4. quæst. 1. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tract. 3. cap. 5. post 6. conclusionem.* Alij dicunt obligare semel quolibet anno. Ita *Petrus de Ledesma ibi* dicens esse sententiam multorum discipulorum Diui Thomæ Eius fundamẽtum retuli, ac improbaui hoc 2. lib. c. 1. num 3. & c. 13. nu. 3. in præceptis fidei, & spei, quæ similiter dicit obligare semel in anno.

9 His ergo dimissis sententijs, Doctores qui proximius ad veritatẽ accedũt, varia tempora obligationis huius præcepti assignant. Primum est, cum primum rationis vsu præditus secũ perpẽdit, aut ab alio ei proponuntur rationes ducentes ad Deum super omnia diligendũ, & se, ac sua omnia ad eum referendũ. Quia tunc quasi lex hæc diuina promulgatur, ac ad sui impletionẽ inuitat. *Ita Valentia 2. 2. disputat. 3. quæst. 19. puncto 1. casu 1.* additque in fine illius casus, teneri tunc illum ad dilectionem supernaturalem, si Deum vt authorem supernaturalem consideret: ad naturalem autem, si vt authorem naturalem. Sed non placet. Sicut in simili cap. 33. num. 3. vbi retuli ipsum idem sentire de obligatione præcepti spei, id reprobaui. Secundũ tempus est, cum adultus baptizatur. Quia sicut ad suam familiam quempiã admittens, id primũ ab eo petit, vt suam illi amicitię ac fidelitatis cõseruandæ fidẽ astringat. Ita cum per baptismum adultus militię Christi ascribitur, tenetur per Dei amorem, animum suum firmare ad Deo fideliter inseruiendum. Sic *Sotus lib. 1. de natura, et gratia, capitulo 22. versiculo Dicamus ergo in casu 1. & lib. 2. de iustit. qu. 3. articul. 10. columna 6. versicul. Responsio horũ. Valentia dicto puncto 1. casu 2.* At hoc reprobant *Nauar, summa cap. 1 1. Hispane num. 6. in fine, & 7. Latine numero 7. 8. & 9. Azor tom. 1. lib. 6. instit. moral. cap. 4. qu. 1. Petrus de Ledesma 2. tom. summa tractatu 3. cap 5. post 6. conclusionem.* Quia ad baptismum suscipiẽdum est sufficiens dispositio attritio cognita. Quæ non concludit amorẽ Dei, sed ex pœnæ timore proficiscitur. Sed huic obiectioni respõdet *Valentia*, attritionẽ satis esse ad baptismi dispositionẽ: ac proinde nomine dispositionis debitæ nõ exigi hunc dilectionis actũ; at exigi, vt baptizatus se rite, ac recte Ecclesiæ Christianæ militem profiteatur, cui tunc se aggregat. Quare inferi satis esse eũ actũ elicere tpe baptismi, vel paulo ante, vel paulo post: vipote qui non requiritur tãquam dispositio prævia ad baptismum: & debere esse actum dilectionis supernaturalis. Quia debet pcedere ex fide supernaturali, cuius professio fit in baptismo. Et tandẽ *Nauar. sum. Lat. c. 1 1. n. 9.* amplectitur hanc sententiam, vt eo tempore obliget hoc præceptum, quoad eos qui ante baptismũ nõ habuerãt contritionẽ. Sed nõ placet tũc obligare dilectionis Dei pręceptum, etiam cũ hac limitatione. Quia nõ video sufficiens huius obligationis fundamentum. Atq; satis se militem Christi profitetur, ac futurum fidelem, qui ad baptismum accedit cum attritione peccatorũ, quæ necessario includit firmum in posterum peccata cauendi propositum. Tertium tempus est cum quis contritionẽ habere tenetur. Quia cũ contritio sit dolor supernaturalis peccatorum propter Deum super omnia dilectũ, includit necessario dilectionem Dei supernaturalẽ, ex qua proficiscitur. *Ita Nauar. summa cap. 1 1. Hispane nu. 6. Latine n. 8. Valent. dicto puncto 1. casu 3. Emmanuel Sà summa verb. Charitas n. 1. Toledo l. 4. sũma c. 9. n. 10. Philiarcus de officio sacerd. to. 1. p. 2. l. b. 3. c. 5.* At tunc non obligat præceptũ hoc per se, & ex vi huius præcepti, sed per accidẽs, & ex vi præcepti cõtritionis. Vt bene docet

Azor tomo 1. lib. 9. institutionum moralium, cap. 4. quæst. 1. Quare omittens tunc dilectionē Dei, vnicæ culpæ reus esset eamq; solam fateri teneretur, nempe, transgressionis præcepti contritionis. Vt in simili loquentes de præcepto fidei, & spei, diximus cap. 1. num. 3. & c. 33. nu. 3. Quartum tēpus est, cum quis singulari beneficio à Deo afficitur. Vt si præsētaneo mortis, aut grauis damni periculo liberetur à Deo. Nā lex amicitiæ tunc exigere videtur vt homo Deū benefactorem suum redamet. Ita docet *Sotus* dicens forte ita esse *lib. 2. de iust. q. 3. art. 10. col. 6. versic. Responsio horum. Metina l. 1. summa c. 14. §. 1. fol. 79. in fin. Valentia dicto puncto 1. casu 4. Toledo d. ca. 9. nu. 10.* Additq; *Sotus* tunc obligare præceptū charitatis etiā quoad modum nempe, ad præparandum se ad ineundam cum Deo amicitiam, si recipiens sit in lethali. Et si beneficium sit spirituale, ait *Valentia* obligare præceptum dilectionis supernaturalis: si vero naturale, naturalis, aut supernaturalis. At merito hūc casum reprobant *Nauarrus eo. capitulo 11. Latine numero 7. in fine: & Azor ea. quæst. 1.* Quia non fulcitur efficaci fundamento. Quippe si ad aliquem actum tūc temporis iure naturę obligemur, is erit, quo debitas Deo gratias agamus pro beneficio in nos collato. Quintum tempus est, quando alicui martyrium subeundum est: tunc enim actu dilectionis Dei super omnia se munire tenetur ad martyrium perferendum. Ita *Sotus proxime allegatus*, dicens forte ita esse & *lib. 1. de natura, & gratia capitulo 22. versiculo Dicamus ergo, casu 2. Valentia dicto puncto 1. casu 5. Manuel 1. tomo Summa, in 2. editione capitulo 11. numero 3.* Atque idem affirmant *Sotus in priori loco, & Valentia ibi ac Toledo dict. cap. 9. num. 10.* quoties aliquod aliud egregium opus, & arduū in Dei obsequiū est suscipiendum. Et addit *Sotus in priori illo loco* obligare tunc hoc preceptum etiam quoad modum disponendo se ad gratiam. Sed nec hoc tempus placet. Quia satis est se oratione munire petendo à Deo auxilium ad id opus, martyriumve. Martyr enim esse quis potest, etiam si tunc dilectionis actum minime eliciat. Nam martyrium est actus fortitudinis, & solum à charitate imperatur. Sextum tempus est, cum quispiam blasphemantem aliquem in Deum audit, ac potest Dei honorem tueri absque proprio periculo, illū increpando. Vera enim amicitiæ lex id postulat. Ita *Sotus eod. artic. 10. col. 6. vers. Hoc tamen hic adnotato.* Et *dict. c. 22. vers. Dicamus ergo in casu 2. Nauarrus summa cap. 11. Hispane n. 8. Latine nu. 10. Valentia eo. puncto 1. casu 6. Manuel eo. c. 11. nu. 3.* Addit *Sotus eodem illo priori loco, & eo. c. 22. post illum 2. casum, vers. Igitur ad propositam,* tunc nō obligare præceptum hoc dilectionis Dei, quoad modū: & sic impleri posse manēte homine in peccato mortali. Quia non obligat ad internum dilectionis actū, sed ad externam illam Dei defensionem. Sed *Valētia* negat sufficere actum illū externæ dilectionis. Quia lex veræ amicitię exigit erga amicum officium externū ea interna beneuolentia profectum. Ait tamen cum *Nauarro proxime allegato,* sufficere tunc actum dilectionis Dei, vt naturaliter cognoscitur. At nu. 5. in fine *cum Bañes* diximus, in hoc euentu non teneri quempiam ex præcepto charitatis, sed ex religionis pręcepto tueri honorē diuinū, ac proinde posse in peccato mortali id exequi. Nec tamen semper ex hoc præcepto tenetur audiēs blasphemiam, tueri honorem diuinum respondēdo pro Deo: sed solum quando ob blasphemantis impudentiam in blasphemando periclitatur honos Dei: ac detrimentū patietur, nisi audiens blasphemiā partes illius defendendas assumat. Idque colligo ex *Soto dict. articulo 10. eodē versiculo. Hoc tamen hic donato,* proponit enim hūc casum his verbis, quoties nomen Dei blasphemari quis viderit, eiusque honorem pessundari, ac lacerari. Atq; in hoc euentu non spectatur, an sit spes emendæ blasphemantis, necne. Quia obligatio hæc non est ex vi correctionis præcepti, quod solum obligat sperata delinquentis emenda: sed ea vi præcepti religionis ad tuendum honorem diuinum: & sic obliganti hoc præcepto id solum attēditur vt honos diuinus defendatur. An verò etiam citra hunc casum quicunque blasphemum audiens teneatur illum grauiter increpare, etsi emenda desperetur, ratione præcepti Concilij Lateranensis: diximus cap. trigesimosecundo, numero penultimo. Septimum tempus est, quoties tenemur proximum ex charitate diligere. Nam cum amor hic proximi sit eiusdem generis cum amore Dei, & in illo includatur amor Dei tanquam finis: obligabit tunc amoris Dei præceptum. Ita *Nauar. summa capitulo vndecimo. Hispane numero septimo, Latine numero nono.* Sed non placet. Quia licet amor ille proximi imperetur à charitate Dei, non inde sequitur esse tunc obligationem eliciendi actus amoris Dei. Octauum tempus est, cum mortis articulus instat. Quia cum tunc tentationes dæmonis, & machinationes acerrime infestent, tenetur homo actus dilectionis Dei præsidio aduersus ea se cōmunire. *Sic Valentia eodem puncto primo, casu septimo.* Sed iure optimo id probat *Azor tomo primo, libro nono institutionum moralium, c. quarto, quæstione prima.* Quia alijs remedijs potest se aduersus eas communire. Vt oratione inuocando diuinam opem; & incumbendo in ea virtutis opera, contra quam tentationes infestant. Vltimum tempus est, cum graues odij Dei tentationes instant, & periculum illis succumbendi adest, nisi tentatus actus amoris Dei eliciat. Et in hoc euentu existimo obligare pręceptū hoc dilectionis Dei super omnia per se, & ex vi huius præcepti. Sicut capitulo primo, numero tertio, & cap. trigesimotertio, numero tertio diximus idem de præcepto fidei, & spei. Et si odium sit Dei, vt authoris supernaturalis, obligabit præceptum contrarię dilectionis, nempe, Dei, vt authores supernaturalis: si vero sit odium Dei vt authoris naturalis, obligabit dilectio Dei, siue vt authoris supernaturalis, siue vt naturalis.

10 Ex his deducitur, peccari lethaliter triplici modo cōtra præceptum dilectionis Dei. Primo modo, omittendo actum dilectionis, quando ea præcepto eliciendus est iuxta dicta numero præcedenti. Secundo modo, quando amatur Deus, sed non debito modo Quia aut non amatur maiori amore appretiatiue, quā cętera: aut non principaliter propter se: aut non amore supernaturali, quando is obligat, iuxta dicta numero secundo, & duplici sequenti. Tertio modo, quādo odium formale Dei habetur. Quamuis enim Deus secundum se & vt est quoddam infinitum bonum, odio haberi nequeat: potest tamen inquantum alicui infestus. Quod optime explicat *Azor tomo primo, libro nono, institutionum moralium, cap. quarto, quæstione sexta.* Quia odium est actus, quo persona alicuius tanquam infesta, & odiosa nobis displicet, ac proinde ipsam non esse, aut aliud eius malum absque nostro emolumento optamus. Cum ergo possit quispiam Deum concipere tanquam sibi infestum, & odiosum, potest ipsum sine suo etiam commodo habere odio. Quia Dei persona sibi displicet. Et potest etiam optare Deum non esse. Quia etsi electio voluntatis non possit esse impossibilium, at potest esse simplex voluntas. Vt testatur *Aristotel. libro tertio Ethicorum capit. 2.*

11 Id demum obseruandum est, lethale esse desiderare deliberate perpetuo in hac vita degere. Quia deliciæ huius sæculi præponuntur vitæ æternæ & fruitioni Dei. Vacat tamen culpa longam vitā desiderare. Atque ita docent *allegato Adriano, Nauarrus summa c. vndecimo, Hispane numero decimosexto, Latine num. vigesimo, versic. octauo, Barthol. à Ledes. in sum. Sacramen. vbi de cōfessione. post dubium duodecimum, in interrogationibus circa primum præceptum, pag. 710. Manuel 1. tomo summa, in 2. editione cap. 11. in fine.*

C A-

CAPVT XXXVI.

De Schismate, ac pœnis, censurisque ei annexis.

SVMMARIVM.

1 DVplex quæstio tractanda est. Prior de essentia schismatis, & eius peccati qualitate. Posterior de censuris ipsi annexis. Circa priorem quæstionem, schisma sic definitur à *D. Thom. 2. 2. quæstione 39. articulo 1.* quem omnes sequuntur. Est disiunctio, per quam quis se ab vnitate Ecclesiæ separat: inquãtum est quoddam corpus mysticum, ex vniuersis fidelibus, & Romano Pontifice tanquam capite cõstans. Pro cuius intelligentia obseruandum est, vnitatem Ecclesiæ in eo consistere, vt vniuersi fideles eius membra apto quodam ordine inter se, & cũ Papa eius capite connectantur. Scilicet, vt in actionibus spiritualibus ad id corpus pertinentibus, vt in fidei doctrina, cultu religionis, & in spirituali regimine, caput in reliqua membra quẽdam principatum habeat, atque illa ex eo pendeant, ipsique subdita sint. Hæc igitur vnitas scinditur per schisma, dũ schismaticus non vult se gerere tanquam huius corporis membrũ in aliqua, vel aliquibus spiritualibus actionibus ad hoc Ecclesiæ corpus pertinentibus: aut renuit subijci Pontifici. Scindit autem hic Ecclesiæ vnitatem, non omnino, quasi in alijs ea non maneat, sed inquantum hæc vnitas ex ipso constabat. Vt bene explicant *Caiet. eod. articulo 1. Et Valentia 2. 2. disputatione 3. quæst. 15. puncto primo.*

2 Hinc deducitur duplicem esse schismatis modum. Prior est, quo quis se à capite Ecclesiæ, cæterisque membris separare vult. Posterior, quo vel à solo capite, vel à solis membris. Quod docet *D. Thom. d. art. 1. in fi. corporis*, & ab omnibus recipitur. Dicitur autem separari à capite quoties Romano Pontifici Ecclesiæ capiti subesse renuit, illique subijci. Ab alijs autem membris dicitur separari quando ita vult spirituales actiones exercere, vt sperare, & credere, orare, ieiunare, ministrare & recipere sacramenta, &c. non vt pars Ecclesiæ catholicæ, sed tanquam si ipsemet esset quoddam totum seorsum. Vt bene explicãt *Caiet. summa, verbo Schisma. Petrus de Ledesma 2. to. summa tractatu 3. cap. 12. conclusione 3. Valentia d. puncto 1. vers. Hoc cum ita sit.* Tacite autẽ, & virtute se à membris quoq; separat qui à solo capite se expresse separare vult: & à capite, qui à solis mẽbris vt bene explicat *Valentia eod. puncto 1. post 3. propositionẽ.* Cũ .n. mẽbra et caput sint inter se connexa et subordinata, dissidens ab alterutro, consequenter ab altero dessidet.

3 Secundo deducitur rationem schismatis non in quacunque Papæ inobedientia cõsistere, alias quodcũque Ecclesiæ præceptum transgrediens esset schismaticus: sed cõsistere in ea inobedientia cum rebellione quadã in Pontificem. Quod docent omnes cum *D. Thom. 2. 2. quæst. 39. art. 1. ad 2.* Immo nec quæcunque rebellio ad id sufficit. Nam nolle stare iudicio Pontificis, eiusque præceptum exequi, potest tripliciter contingere. Primo ex parte rei iudicatæ, & præceptæ. Vt si in aliqua re, quã iudicat Pontifex aut præcipit, nolit quispiã obedire, illum tamen recognoscens tanquam superiorem, & caput, & volens alioquin esse illi subiectus. Secundo modo, ex parte personæ iudicantis, aut præcipientis: quod eam suspectam aut sibi infestã reputet. Tertio modo, ex parte officij ipsius Pontificis, nempe, quando quis renuit subesse Pontifici, vt eo officio fungitur Pontificio, & sic vt est Ecclesiæ caput. Rebellio ergo, & volũtas non se subijciendi Pontifici, duobus primis modis non cõstituit schisma: sed solo tertio modo contingẽs. Ita *Syluest. verbo Schisma paulo post principium. Caietan. eo. articulo 1. in fine, & ibi Bañes in fi. Valentia 2. 2. disputatione 3. quæst. 15. puncto 1. propositione 3. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. par. c. 1. versicul. Nec non schismaticos, §. 1. numero 4. Azor tomo 1. lib. 8. institutionum moralium ca. 20. quæst. 4. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 3. ca. 12. conclus. 5.* Quare non erit schismaticus qui non vult subesse Põtifici, eo quod probabiliter credat eum non esse legitimum Papam. Quippe hic non renuit subesse Pontifici sed huic personæ, quam non esse Pontificem credit. Ita *Caiet. summa, verbo Schisma in fin. Petrus de Ledesma conclusione 5. Azor ea. quæstione 4. Vgolinus eo. §. 1. numero 2. Valentia ea propositione 3.*

4 Tertio deducitur non esse schismaticum, qui cum sit incola oppidi subiecti temporali Papæ iurisdictioni, nõ vult ipsi vt temporali illius oppidi domino subijci, sed alteri principi se subdere. Quia (vt optime ait *Nauarr.* de datis pro iustitia, vel gratia, *notabili 17. numero 29. versicul. tertio,*) Papa vt dominus temporalis non est Papa, & caput Ecclesiæ, sed instar cuiusuis temporalis. Quare seiunctio illa, & rebellio non est formaliter erga Papa, nec cõtra eius officiũ, vt Papa est. Quod ad schismatis rationem diximus numero præcedenti exigi. Atque simili ratione seiunctio à reliquis fidelibus, non vt partes Ecclesiæ sunt, ac Papæ subdũtur, sed vt homines quidam sunt, ac rempublicam ciuilem constituunt, nõ est schisma. Quia nõ est diuisio ab Ecclesiæ vnitate formaliter: in qua schismatis rationem consistere diximus nume. primo. Atque ita docet vtramque partem *Vgolinus eo. §. 1. nu. 4.* Et hanc posteriorem partem docent quoque *Syluest. & Azor numero præcedenti allegati. Valentia eo. puncto 1. paulo post principium. Emmanuel Sà verbo Schisma, nu. primo.*

5 Nec tamen ad schisma desideratur velle se directa intentione subtrahere à Pontificis obedientia, sed satis est id velle indirectè, nimirum ipso effectu, & opere. Quod cũtingit, quando quis eligit potius ita se gerere, ac si ipsi subiectus non esset, nec Ecclesiæ pars, quam à peruerso proposito resilire. Et hac ratione schismatici sunt qui absque Pontificis authoritate cõcilium generale congregant, aut legitime iam dissolutum prose-

quuntur. Sicut verus homicida nõ solus ille est, qui directe, occidere vult sed etiam qui indirecte, non vitando ea, ex quibus occisionem sequi nouit. Atque ita docent *Caietan. in summa, verb. schisma & 2.2.q.39.art. 1. versic. Ad tertium autem dubium. Et ibi Bañes dub. 1. ad 3. Valentia 2.2. disp. 3.q.15. puncto 1. post 3. propositionem. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. parte, c. primo, vers. Necnon schismaticos, §. 1. num. 1. versic. tertio, Suarez 5. tomo, in 3. part. disputatione vigesimaprima, sectione secunda, num 13. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 3. c. 12. conclusione 3.*

6 Difficultas tamen est, an schismaticus, sit qui non à Romano Pontifice, nec ab vniuersis Ecclesiæ membris se separat, sed qui se ab Episcopo separat, renuẽs subesse authoritati Episcopali: vel à solis fidelibus mẽbris illius diœcesis? Nam *Diuus Cyprianus*, cuius sententia refertur *cap. scire debes 7.q.1. & cap. 1. loquitur dominus, 24. quæstione 3.* hunc schismaticũ appellat. Atque ita tenet *Valentia dicto puncto 1. post 3. propositionem.* Idq; probat, quia hic etiam tacite se separat, ac virtute à summo Põtifice, ac reliquis Ecclesiæ mẽbris quatenus Episcopus, eiusque subditi habent subordinationem, & cõnexionem cum Pontifice, & alijs Ecclesiæ membris: vt quædam pars cum suo capite, ac reliquis eiusdem corporis partibus. At dicendum est illum esse schismaticũ large, & improprie. Quia verũ schisma (vt constat ex difinitione eius num. 1. tradita,) dicit diuisionem ab Ecclesia vniuersali, aut eius capite. Atque ita docent *Host. c. 1. n. 1. de schismaticis Abb. rubrica eod. tit. n. 1. & 2. & ibi Ananias nu. 2. Secinus senior nu. 2. Azor to. 1. l. 8. instit. moral. c. 20. q. 4. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. p. c. 1. versic. necnon schismaticos, in initio, nu. 3.*

7 Quarto deducitur, schisma esse charitati contrariũ. Quod docet *D. Thomas ab omnib. receptus 2.2.q.39. articulo primo.* Quia charitatis est vnire, ac cõciliare amicos, pacemq; tueri. Quæ omnia per schisma tolluntur.

8 Quinto deducitur discrimen inter schisma, & hæresim: hæc enim formaliter cõsistit in doctrinæ fidei negatione. Illud autẽ in vnitatis corporis Ecclesiæ repugnantia illã scindẽdo, quare omnis hæreticus est schismaticus: non tamen è contra. Sed sub diuersis rationibus hęreticus, & schismaticus. Hæreticus quidẽ, quatenus non credit Ecclesiæ. Schismaticus autem, quatenus ab eius vnitate se separat, contraria doctrinam sectando. Non tamen omnis schismaticus est hęreticus. Quia potest quispiam vniuersam Ecclesiæ doctrinã amplectens ac credẽs Pontificem esse suum superiorem, nolle ex malitia voluntatis ipsum tanquam superiorem recognoscere, ipsiq; subesse: aut cum alijs Ecclesiæ membris vniri. Et ita docet *D. Thom. 2.2.q.39. artic. 1. ad 3.* quem omnes sequuntur.

9 Vltimo deducitur schisma esse peccatũ mortale grauissimum, nec posse esse veniale ex materiæ paruitate, sed ex solo perfectæ deliberationis defectu. Quippe separatio ab Ecclesiæ aut capitis vnitate, in qua formaliter consistit, in nulla materia potest esse leuis. Ita *Valentia 2.2. disp. 3 q. 15. puncto 2.*

10 Posterior quæstio est de schismatis pœnis. Prima est amissio potestatis iurisdictionis. De qua consulẽdi sunt *D. Tomas 2.2. quæstione 39. articulo tertio, & ibi Doctores. Valentia 2.2. disputatione tertia, quæstione 15. puncto tertio, Azor tomo primo, libro 8. institutionum moralium, capite 20 quæst. 9.*

11 Secunda pœna est, excommunicatio latæ sententiæ. De qua satis dubium erat, an omnes schismatici illam, stãdo in iure cõmuni incurrebant: an in solis aliquibus specialibus casibus. At hodie omnes schismatici excõmunicantur in prima bullæ cęnæ excommunicatione. Atque ideo eius excommunicationis absolutio reseruatur Pontifici.

12 Sed difficultas esse potest, an illam incurrãt qui recedunt à Pontificis obedientia, non tamẽ sunt vere schismatici. Quod contingit, quando recedunt à Papæ obedientia duobus primis modis num. 3. explicatis. Et videtur eos incurrere. Quia in illa clausula primæ excõmunicationis bullæ cęnæ, prius excommunicat Pontifex schismaticos, & deinde eos qui à Pontificis summi obedientia recedunt. At si posterior hæc pars de solis schismatice recedentib. accipienda sit, superflueret vtique. Quia illi sub schismaticis comprehensi erãt. At dicendum est solos schismatice recedentes ab obedientia Papæ, aut se separantes schismatice à reliquis Ecclesiæ membris, comprehendi in illa clausula. Quia non recedens ab obedientia Papę, vt Papa est, ac Christi vicarius, nõ dicuntur formaliter, & vere recedere à Pontificis obedientia. Atque ita docent *Caietanus in summa, verb. Excommunicatio, cap. 7. Azor tomo 1. lib. 8. instit. moral. c. 20. q. 5. Vgolinus de censuris Papæ reseruatis 2. p. c. 1. versic. necnon schismaticos, in initio, nu. 9. Suarez 5. tomo in 3. parte, disputat. 21. sectione 2. nu. 12. Et omnes.* Quare ea clausula dupliciter potest intelligi. Primo, vt Pontifex excõmunicarit prius omnes schismaticos, & quamuis sub illis comprehendantur recedentes à Papę obedientia: hos tamen expresserit, eo quod huiusmodi schisma sępius contingat, vt magis timeatur. Ita explicat *Vgolinus ibidem.* Vel secundo potest intelligi, vt in priori parte per schismaticos intelligantur, qui quasi per antonomasiam tales dicũtur: nempe, qui præter verum, & indubitatum Pontificem, alium exigunt, eique vt Papæ obediunt. Quod si cõtingat ex errore circa Papæ vnitatem, eo quod duos posse esse credant, erunt schismatici quatenus à capitis vnitate recedunt: hęretici autẽ, quatenus erant contra fidei doctrinam. Si vero id absq; errore contingat, ex sola voluntatis malitia, erunt solum schismatici. Ita explicat *Suarez proxime allegat.* Sed prior expositio plus mihi placet.

13 Non incurrunt autem hanc excommunicationẽ recedens ab obedientia sedis Episcopalis, aut se separantes à reliquis illius dięcesis membris. Quia quandiu nõ recedunt à summo Pontifice, aut reliquis vniuersalis Ecclesię membris, nõ sunt vere, & proprie schismatici, vt diximus nume. 6. Vnde in materia pœnali, & odiosa, non includũtur sub schismaticis. Qua ratione ducti *Hostiensis, Abbas, & Ananias ibi allegati*, sentiunt hos non incurrere excommunicationem iure communi in schismaticos latam.

14 Sufficit tamen ad hanc excommunicationem incurrendam, opere ipso solo exteriori ita se quẽpiam gerere ac si non esset Papæ subordinatus, & vnitus illi vt capiti: quamuis mente, & fide aliud retineatur. Et si in hæresi contrarium dicendum sit. Ratio differentia est. Quia peccatum hæresis non cõsummatur in solo actu externo, sed necessario errorem internum petit. At schisma satis in sua specie cõsummatur per illum externum actum. Vt diximus numero quinto. Ita *Suarez quinto tomo, in tertia parte, disputatione vigesimaprima, sectione secunda, numero decimotertio.* Vnde bene infert, Catholicos in Anglia solum exterius obedientes regi, tanquam vicario Christi in spiritualibus, qualem ipse se profitetur, esse vere schismaticos, ac proinde nõ euadere hanc excommunicationem, etsi euadant latam in hæreticos.

15 Schismatici sola mente schisma retinentes, nõ incurrunt: sed opus est, vt factis, verbis, vel alio signo externo schisma manifestent. Quia ob solum peccatum internum nunquam excommunicatio incurritur. Ita *Toledo in summa, in bulla cœnæ, in prima excommunicatione, numero 16. Sayre thesauro casuum, tomo primo, lib. 3. cap. 5. in fine.*

16 Nec etiam incurrunt fautores, defensores, receptatores schismaticorum. Quia eam extensionem solum apposuit Pontifex circa hæreticos. Et dum excommunicatio alicui delicto infligitur, nõ extenditur ad adiuuantes, nisi exprimantur. (Vt probaui libro tertio de matri-

matrimonio, disputatione quadragesima nona, numero secundo.) Item quia in Bulla cœnæ tempore Caietani edita hos exprimebat Pontifex. Vt constat ex *eius summa, verb. excommunicatio, cap.7.* Cum ergo in præsenti Bulla cœnæ eos non exprimat, minime comprehendentur. Et ita docet *Suarez dict. disp. 12. sectione secunda, num. 14.*

17 Possunt tamen absolui schismatici qui hæretici non sunt, virtute Bullæ cruciatæ, semel in vita, & semel in mortis articulo. Et similiter possunt absolui virtute Iubilæi concedentis absolutionem à casibus cœnę. Quia id solum hæresis speciale est, vt non comprehendatur sub generali casuum cœnę cōcessione. Vt probaui hoc 2. lib. c. 12. nu. 12.

18 Tertia pœna est inhabilitas ad beneficia Ecclesiastica acquirenda etiam post schismatis pœnitentiā. Constat ex *cap. quia diligentia, de electione.* Atque id tenent *Host. Anton. Imola*, quos contra *Aymonem* dicentem peracta pœnitentia tolli hanc inhabilitatem refert, ac sequitur *Azor tomo 1. lib. 8. instit. moral. cap. 20 q. 8 Peña in directorio inquisitorum 2. p. q. 48. commento 73. Suarez 5. tomo in 3. p. disput. 43. sectione 2. nu. 7.* Atque solus Pontifex potest in ea dispensare. Vt bene tradit *Abbas in c. quia diligentia nu. 7* Si tamen delictum esset occultum schismatis, posset Episcopus in hac dispensare, virtute *Tridentini sess. 24. c. 6 de reformat.* concedentis Episcopo casus occultos. Vt bene docet de quacumque inhabilitate ad beneficia ex delicto occulto consurgenti, *Henriquez libro 13. de excommunicat. capit. 56. num. 1. in commento, litera F.*

19 Quarta pœna est; priuatio ipso iure beneficiorū ante schisma adeptorum. Hanc testantur *Rebuff. praxi benefic. titul. de modis amittendi beneficio, numero 19. Flamminus de resignat. benef. libro 3. quæstione 1. numero trigesimosexto.* Probant ex *cap. quia diligentia, de electio.* Quod tamen id non dicit, sed de sola inhabilitate ad acquirēda loquitur. (Vt numero præcedenti vidimus.) Item ex *cap. nos cōsuetudinem, d. 12.* Quod ēt nil probat, loquitur enim de hæreticis Donatistis, & solum statuitur seruari antiquam consuetudinem, ne hi ad Episcopatū admittantur. Idē probat *Rebuff.* quia nullum schisma est, hære sim adiunctā non habens. At hæreticus ipso iure amittat beneficia. At hęc ratio solū probat de schismatico, qui simul hæreticus est, & non ratione schismatis, sed ratione hæresis. At an verum sit, hęreticum priuari ipso iure beneficijs antea adeptus, satis diximus capite vigesimosexto, numero 5. & 6. Cūm tamen numero 8. probauerimus non omnem schismaticum esse hęreticum, ea ratio nil probāt de schismatico, qui hæreticus nō est, Et ideo hæc pœna tanquam fundamēto destituta, non est admittenda.

20 Vltima pœna est irregularitas, eam enim incurrunt schismatici. Vt testantur *Speculator tit. de dispensatione, §. iuxta, n. 17. Raimundus summa verb. Schisma in versic. vltimo. Maiolus lib. 5. de irregul. c. 46. nu. 4. Peña in directorio inquis. 2. p. qu. 48. commento 73. versic. cognitu dignum est. Azor to. 1. l. 8. institutionum moralium, c. 20. q. 8.* & refert *Peña* Doctores *cap. quia diligentia, de elect.* id dicētes. Sed nec textus nec Doctores ibi irregularitatis meminere, sed solius inhabilitatis ad beneficia. (Vt numero decimooctauo diximus) Secūdo probant hi Doctores ex *c. 1. de schismat.* quod nullā irregularitatē imponit: sed solas ordinum collationes à schismaticis factas irritas reddit, quoad vsum ordinū in recipiēte scienter. Decernitur etiam vt recipientes beneficia à schismaticis, careāt illis. Nec tamen est irrita hæc collatio, sed irritāda. Vt bene tradit *Suarez 5. tomo in 3. parte disput. 23. sectione 3. numero 4.* Tertio probatur ex *cap. qui contra 24. quæst. 1.* quod etiam nullam irregularitatem imponit, sed alias pœnas à iudice infligēdas. Quod idē fit *cap. In nomine Domini d. ß. 23.* Quare hęc pœna tanquam carens fundamento non est admittenda. Sed di-

cendum est, hos non esse irregulares. Quod nō obscure significant multi alij Doctores, qui & de irregularitate, & de schismatis pœnis luculentissime tractarūt, subticentes hanc irregularitatem. Et tenent expresse *Suarez 5. tomo in 3. par. disp. 43. sect. 2. num. 7. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 7. cap. 12. num. 16. vers. Tertio tunc to versi. Primus est de hæresi.* Qui bene addit existēte schismate notorio, hos fore irregulares irregularitate generali quæ ex quouis crimine notorio, digno depositione oritur. Quæ cessat ablata infamia per contrariam pœnitentiam.

CAPVT XXXVII.

De definitione, ac diuisione superstitionis; ac eius duplici specie, nempe, superstitione indebiti modi colendi Dei, & idololatriæ.

SVMMARIVM.

Quid sit superstitio, ac quotuplex sit, nu. 1.
Superstitio indebiti cultus quotuplex sit, nu. 2.
Superstitio falsi cultus an contingat in cultu Dei publico, & priuato, num. 3.
Superfluitas cultus diuini superstitiosi dupliciter cōtingit, n. 4.
Quando cultus est indebitus quia falsus, quale peccatū sit, n. 5.
Quid si ea falsitas sit in cultu priuato, nu. 6.
An sit cultus falsus lethalis, in diuino officio cantare voce, aut organo turpia, aut profana, nu. 7.
Quid de dicentibus pullas, aut exetrationes, quando petitur benedictio in matutinis nocti is Natalis Domini, nu. 8.
Quid de proponentibus falsas reliquias adorandas, vel falsa miracula, aut offerentibus imagines figuras ceræ, aut alterius materiæ, in signum falsi miraculi, aut beneficij accepti, n. 9.
An cultus indebitus, quia superfluus sit mortalis, nu. 10.
An ieiunare die Dominica sit superstitiosum, & illicitum? Refertur duplex sententia, nu. 11.
Explicatur sententia Authoris, nu. 12. 13. 14. & 15.
Votum ieiunandi die Dominica an obliget, num. 16.
An vouens ieiunare die, qua inciderit aliquod festum, si id incidat die Dominica, an teneatur illa ieiunare an potius possit id ieiunium in Sabbatum præcedens transferre? Refertur quadam sententia nu. 17.
Proponitur sententia Authoris, nu. 18.
An vouens ieiunare vespere alicuius sancti, si id incidat feria secunda, an teneatur ieiunare die sabbati, an Dominica, num. 19.
Vouens toto mense ieiunare, an teneatur diebus Dominicis ipsius, num. 20.
Idololatria quid sit, & in quo consistat: & quale peccatum sit, num. 21.
An possit contingere, absque errore intellectus, nu. 22. & ibi, an tunc subdatur pœnis, remissiue.
An ficta exterior idoli adoratio sit vera idololatria, & qua dicatur idololatria interior, & qua exterior, nu. 23.

1 VT primo Decalogi præcepto, & sic huic secundo libro finem imponamus, superest tractare de superstitionibus, quæ proprie sunt contrariæ primo præcepto, qd est de diuino cultu. Quippe huic diuino cultui opponitur directe superstitio. Quæ sic definitur à *D. Th. ab vniuersis recepto 2. 2. q. 92. artic. 1.* est vitium religioni oppositum secundum excessum: quia, nimirum, illa exhibetur cultus diuinus creaturę, cui nō debetur: vel Deo cui debetur; at modo quo exhiberi non debet. Dicitur autem secundum excessum, non quidem secūdum circumstantiam, quantum; nam nil potest esse secundum se nimium in materia religionis: sed secundum alias circumstantias. Vt ex dicendis constabit. Est autē quadruplex superstitio, *teste D. Tho. ibi ex mente D. August. l. 2. de doctrina Christiana, & refertur cap. illud 26. quæst. 2.* Prima est, quando Deo exhibetur cultus modo indebito. Et hæc appellatur superstitio indebiti modi colendi Deum. Secunda est, quando cultus diuinus exhibetur creaturę, eam loco Dei adorando. Et hæc appellatur idololatria. Tertia, quando homo petit à creatura in-

structionem, quæ à solo Deo potest haberi: atque ita hunc diuinum cultum creaturæ tribuit, volens per ipsa instrui de futuris, aut de præteritis, aut præsentibus occultis. Et hæc appellatur diuinatio. Vltima est, quando homo in suis actib. omittit dirigi à Deo, vt petit cultus diuinus, hūc tribuens creaturæ petendo directionē ab ipsa. Et hæc appellatur superstitio vanæ obseruationis. In hoc capite agemus de duab. primis superstitionibus.

2 Superstitio autē indebiti modi cultus diuini est duplex. Altera est, qñ cultus est falsus, ac proinde perniciosus. Altera vera, qñ est superfluus. Cultum autem falsum ait *D. Tho. 2. 2. q. 93. art. 1.* contingere dupliciter. Primo qñ cultus est falsus ratione rei significatæ. Vt si quis cæremonijs Iudaicis modo coleret Deū, quæ falsum significant, nempe, fidei contrarium, scilicet nondum incarnatum filium Dei. Secundo qñ est falsus ex parte colentis, & præcipue in cultu publico, per ministrum Ecclesiæ nomine eius exhibito. Quod accidit quando quis nomine Ecclesię adhibet aliquid ad colendum Deum, cōtra ipsius institutum. Sicut enim falsitatis vitium incurrit proponēs ex parte cuiuspiam aliqua ab ipso minime sibi commissa: ita idē vitium incurrit, qui in persona Ecclesiæ contra eius mentem aliquo cultu Deum afficit. Cuius exempla adhibebimus nu. 7. & 8. Cultus autem superfluus est, (vt ait *ibi D. Thomas*) qui eis cęremoniis exhibetur, quæ iudicio proborum, sapientium, nec ad Dei gloriam, nec ad excitandum spiritū, aut illecebras carnis domandas, quicquam conferunt. Quod nu. 4. explicabitur. Deformitas autem vtriusque modi indebiti cultus in eo consistit. Quia in externo diuini cultus actu & veritas, & commēsuratio, seu proportio ad spiritum desideratur. Deum enim in spiritu, & veritate adorari oportet *Ioann. 4.* At veritati falsitas, proportioni ad spiritum superfluitas aduersatur.

3 Cultum falsum ex parte colentis, innuit *D. Tho. eod. art. 2.* non in solo cultu ministri exercentis nomine Ecclesię, sed in priuato etiam dari, cum dicat pręcipue inueniri in publico. Et docent *Caietanus 2. 2. quæstione 93. articulo primo. Valentia 2. 2. disputatione 6. quæstione 10. puncto 2. ad finem. Sayre in claui regia, lib. 4. c. 4. num. 4. Leonardus lib. 2. de instit. cap. 43. dub. 1. nu. 3.* Exemplum ponunt *Caiet. & Valentia*, si orationem Dominicā institutam à Christo ad orandū pro omnibus, vt patet ex eius forma, *dimitte nobis, &c.* vellet qs singulariter pro se offerre, excludēdo alios. Insuper ait *Caiet.* id euenire in ieiunio diei Dominicæ. Et *Leonardus* ait euenire in proponente falsas reliquias, vt veras. Sed melius *Suarez to. 1. de religione, lib. 2. de superstitione c. 2. num. 15. 16. & 17.* ait in solo cōmuni cultu inueniri. Quia in priuato vnus non colit Deū nomine alterius, vt in hoc possit esse falsitas, sed quisq; in sola sua persona colit. Ergo nequit esse falsitas ex parte colentis, sed ex parte solius rei significatæ, vtendo falso signo, significando quod nō est ita, & constat in exemplo orationis Dominicæ, ea enim potest nomine priuato dici, nec est instituta vt solo noīe Ecclesiæ. (Quia omnibus, & singulis Christus dixit *Matth. 5. Vos autem sic orabitis*) sed instituta est vt pro tota Ecclesia fiat. Et ideo eā pro se solo recitans, nil falsum ex parte orantis proferret: cū in sua sola persona oret nec erit superstitio, sed contra charitatem excludendo alios ab eo fructu. Immo bene addit *Suarez nu. 16* si sacerdos eam in missa dicens intenderet alios excludere ab eo fructu, nō esse eum mendacē in cultu: quia oratio totius Ecclesiæ potest pro vno priuato offerri, sed cum fore prauum in sua intentione, & contra charitatem communem, & contra fidelitatem sui muneris. Similiter ait in superstitioso diei Dominicæ ieiunio esse mendaciū ex parte rei significatæ: quia significatur resurrectionē Christi non esse colendā: at ex parte colentis nullam esse falsitatē. Quia nomine proprio vere ieiunat: nec simulat se nomine Ecclesiæ ieiunare. Similiter ait proponētem falsas reliquias eas proponere nomine proprio, & ideo nullam ex parte proponētis esse falsitatem; vtpote qui non fingit se nomine Ecclesiæ eas proponere, sed esse falsitatem ex parte rei significatæ.

4 Insuper cultus superfluus bifariam cōtingit: (vt bene docent *Caiet. summa, verb. superstitio, c. 1. Sayro eod. l. 4. c. 4. nu. 1.*) aut est secundum se superfluus. Quod dicunt contingere, quādo cultus exterior ad sola exteriora est vtilis, nec spiritui deseruit, vt cum quis præter Ecclesiæ vsum & proborū apud quos viuit, singulariter aliquid facit diuini cultus. Secundo modo pōt esse superfluus, iuxta Ecclesiæ statuta. Huius exempla subijciunt *Caiet. ibi & Armilla verb. superstitio, nu. 2. Sayro ibid. Leonardus lib. 2. de inst. c. 43. dub. 1. nu. 5. Nau. summa, c. 11. Hispane, nu. 20 Latine nu. 24.* vt si quis præter rubricas Breuiarij, & Missalis, aliquid dicat in Missa, aut officio diuino. Vt bis alleluia, qñ semel dicēdum est: aut Credo, aut Gloria, quando dicenda non sunt. Vel (vt ait *Caietan.*) si fiat in missa signum Crucis, vbi non mādatur fieri. Vel (vt aiunt *Caiet. & Armil.*) plures acolythi solitis iuxta Ecclesiæ morem adhibentur. Exemplū autem prioris cultus superflui est, (vt ait *Nau. ibi*) cęremonia orandi ante solis ortum, vel audiendæ missæ Sacerdotis, qui tali nomine appelletur, v.g. Ioannes Nec (vt ait optime *Caiet. 2. 2. q. 93. art. 2. in initio*) superfluitas hæc vitabitur, etsi nouorum ille præter Ecclesiæ morē adinuentor ad interiorem deuotionem ea ordinare intēderet. Quia cum exterior Dei cultus ad interiorem ordinetur: omnis ille qui ad interiorem non ordinatur, superfluus est: qualiscumque illum adhibentis sit intētio. At interiorem autem Dei cultum non recte ordinatur quod præter communem Ecclesiæ, & proborum consuetudinem singulariter fit causa diuini cultus. Nam peccatur ab ea consuetudine declinando.

5 His præmissis, prima cōclusio sit. Si cultus sit indebitus quia falsus, siue rōne rei per illum significatæ, siue falsus ex parte colentis, est peccatum mortale. Quia falsitas in materia religionis est res grauissima, & maxime perniciosa: *teste D. August. lib. de mendacio cap. 4.* Ita docent *Caiet. 2. 2. q. 93. art. 1. vers. ad hoc dicitur, ad finē, & summa, verb. interrogatio confessorum, in interrogationibus circa primū præceptum. Et verb. Superstitio cap. 1. & ibi Armilla nu. 2. Nau. summa, c. 11. Hispane nu. 21. Latine n. 24. vers. 5. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 10. puncto 2. vers. si autē quæratur, Suarez to. 1. de religione, lib. 2. de superstitione, c. 2. nu. 18. Leonardus lib. 2 de iustit. ca. 43. dub. 1. nu. 4. Sayro claui regia lib. 4. c. 4. nu. 4.*

6 Hoc autem bene temperat *ibi Valentia* quando cultus, in quo est falsitas ex parte colentis, est communis, & publicus: secus si est particularis, tūc enim erit venialis. Vt in exemplo orationis Dominicæ, quando num. 3. adhibuimus. Atq; in hoc exemplo solam esse venialem culpam testatur *Nauar. nu. præcedenti allegatus*: quamuis eum cultum non inter falsos, sed inter superfluos annumeret. Eodem modo limitat *Sayro eod. nu. 4.*

7 Hinc deducitur quale peccatum sit inter diuina officia, voce aut organo turpia cātare, turpesve sonos proferre: aut quando ea sunt vana, & profana. Quod *Tridentinum sess. 22. de seruandis, & vitandis in celebratione missæ* pręcipit Episcopis, vt interdicāt. Idemque improbant *Diuus Hieronymus in cap. 5. ad Ephesios & refertur cap. 1. distinctione 92.* Vt intelligatur autem qualitas huius culpę, obseruādum est tripliciter posse admisceri diuinis officijs turpia, siue vana, & profana, siue voce, siue organis cātentur. Primo, formaliter, & ex intētione. Quod euenit quoties quis ea admiscet tanquam diuini officij partem: vt verbi gratia loco antiphonæ: & tunc vltra deformitatem qua talis actus suapte natura afficitur, quatenus vanus est aut ad malū prouocat, est peccatum mortale superstitionis indebiti cultus. Tum quia fini diuini cultus aduersatur, qui est non ad vana, & mundana sed ad cælestia mentes excitare. Tum etiam quia est falsus cultus ex parte colentis, vtpote qui nomine Ecclesię tanquam partem diuini cultus inserit, quod Eccle-

Ecclesia inferi minime vult. Secūdo modo, materialiter tantum, id est, non intendendo admiscere tāquam partem diuini officij, sed applicādo solum materialiter illam consonantiam ad diuina verba, quæ sunt dicēda. Et id quamuis ex se sit indifferēs, nam sonus siue vocis, siue organi ex sua natura indifferens est ad significāda sacra, siue profana. At potest esse peccatum ratione cōditionis, aut naturæ soni, si talis sit, vt ad malū prouocet, vel communiter audiētes ad malum excitētur. Atque erit mortale, vel veniale pro rōne prouocationis. Addit *Valentia statim allegandus* posse etiā esse mortale ratione scandali. Vt si audientes intelligant consonāntiam, & putent musicum ex intentione inserere diuino cultui hæc profana. Tertio modo potest contingere, vt quispiam velit organis profana significare, nolit tamen illa tāquam diuini cultus partem inserere, sed solius delectationis causa, tanquā quid impertinens ad diuinū cultum. Et tūc si illa profana sint turpia, & lasciua, præter mortalem malitiā, quam ex se habent ratione prouocationis ad malum, habet aliam mortalem ob iniuriam cultus diuini. Et cū ipsa res præ se manifeste ferat suam turpitudinem: non potest dari ignorantia excusans. Si vero nō sint turpia sed vana tantum, & sæcularia, est veniale. Quia nō est grauis iniuria. Et præsertim si quis non grauiter inde lædi officium diuinum putet. Hæc docent *Caiet. 2.2.q. 91. art. 1. vers. inter hæc*: iunctis his quæ dicit in *summa, verb. Organorum vsus. Armilla summa, verb. Cantus nu. 4 & verb. Organum, nu. vnico. Valentia 2.2. disp. 6. q. 9 punct. vnic. Nauar. summa ca. 12. Hispane, nu. 86. & 87. Latine, n. 87. Suarez to. 2. de religione, vbi de oratione, l. 4. c. 13. nu. 16. & 17.* Quamuis enim *Armilla, Nauar. & Suarez*, non adhibeant hæc omnia distinctionis mēbra, & referuntur, & sequuntur *Caietanum*, qui illa affert. Atque *Suarez* bene addit sonum lasciuum, vel valde sæcularem posse esse venialem ratione minimæ materiæ, vel bonæ intētionis, vel inaduertentiæ, quando non est impurus, sed vanus, admiscetur non ad delectationem impuram, seu vanā. Similiter etiam bene ait esse imprudentiā venialem, quando est intentio prouocandi ad deuotionem illo sono, nisi tantus sit vsus, & accommodatio illius soni ad lasciua, vt moraliter nequeat id excusari, aut à pulsantibus organa ignorari, aut à præcipientibus.

8 Secundo deducitur peccare mortaliter, nisi simplicitas, & ignorantia excuset eos, qui in nocte Natalis Dominicis turpes rhytmos, vel scōmata & execrationes, vulgo, pullas, ó maldiciones, sibi inuicem dicunt, tēpore quo dicturi lectiones benedictionem petūt. Quia id valde dedecet officium diuinum. Ita *Nauarr. summa, Latina, & Hispana c. 12. n. 87. & c. quando, c. 16. nu. 92.* At hoc intelligo iuxta dicta num. præcedenti, quando hæc interseerent vt partem diuini officij, vel cum scādalo, vel essent turpia ad malum prouocantia.

9 Tertio deducitur, esse lethale falsas sanctorum reliquias adorandas proponere: vel figuras ceræ, aut cuiusuis materiæ imagini offerre in signū falsi miraculi, aut falsi beneficij ab imagine accepti. Quod magna religioni irrogetur iniuria. Hæc n. faciens, quantumuis nil contra diuinum cultū machinari intendat, sed alios ad deuotionem excitare vt ei imagini offerant. At ex natura actus agitur contra diuinum cultum, & fides Christi veritate euacuatur. Et ita docēt *Caiet. summa verbo Superstitio, c. 1. & ibi Armilla nu. 2. Nauar. summa c. 11. Hispane nu. 26. Latine, nu. 27. vers. 6.* & de falsis reliquijs, & miraculis, docet *Sayro eod. c. 4. n. 4.* Eadem ratione nō excusantur à mortali miracula falsa prædicātes, aut scriptis mandātes. Quia est cultus falsus, & perniciosus, veram miraculorum fidem eneruās. Quare nulla pia intentione excusari hoc potest. Ita *Caietan. 2.2. quæst. 93. art. 1. in fine.*

10 Secunda conclusio. Si cultus sit indebitus, qui est tantum superfluus, nec ad sit contemptus Ecclesiasticæ disciplinæ, erit veniale peccatum. Tum quia non est ibi perfecta superstitionis ratio. Tum etiā quia bonis animus, ex quo eiusmodi superfluitas proficisci solet, eius deformitatem minuit. Ita *Caiet. 2.2. q. 93. art. 1. vers. in sequēti vero, & a. 2. et sum. verb. superstit. c. 1. vbi Armilla n. 2. Nau. sum. c. 11. Hispane, n. 21. Lat. n. 24. Alensis l. 1. summæ c. 14. §. 2. Valentia 2.2. disp. 6. qu. 10. punct. 2. in fi. Suarez eo. l. 2. de superstitione c. 2. n. 21. Leonard. eodem c. 43. dubio 1. nu. 5. Sayro eodem cap. 2. num. 4.* Sed intellige, nisi sit contra præceptū aliquod grauiter obligans. Vt bene *Caietan. eo. art. 1. Nauar. & Suarez ibidem.* Posset etiam tāta esse peruersio in ceremonijs Missæ, vt esset culpa lethalis. Vt bene ait *Leonardus ibidem.*

11 Hinc deducitur quid dicendū sit de ieiunio diei Dominicæ. Quippe illud inter cultū superstitiosum falsū enumerat *Caietanus secunda secundæ quæstione nonagesima tertia, articulo primo, versicul. In sequenti vero.* Et inter superstitiosum superfluū enumerāt *Nauarrus summa cap. 11. Hispane num. vigesimo primo, Latine num. 41. vers. 5. & Sayro eodem capite quarto, n. secundo*, ac proinde illud damnant. Et similiter illud damnat *D. Th. 2.2. quæstione 147. articulo 5. ad 3. & 4. dicto 15. quæst. 3. art. 3. quæstiunc. 2. corpore, & ad 1.* Idque constare videtur ex vsu Ecclesiæ. Excipiētis dies Dominicos à ieiunio Quadragesimali, & vigiliam quamcunq; die Dominica incidentem transferentis in Sabbatum præcedens. Idque ieiunium interdicitur *c. Si quis tāquam, et c. Si quis presbyter dicto 30. & cap. Sacerdos 26. quæst. 6. & ca. Ne quis ieiunet, de consecrat. d. 3.* Alij vero distinguūt duplex ieiuniū. Alterum est afflictionis, & luctus: quod, nempe, sumitur ad satisfaciendum pro præteritis delictis, & ad futura cauēda. Alterum vero, exultationis: quod scilicet, assumitur vt mens promptior sit ad gaudium, & vt eleuetur in Deum. Dicunt ergo ieiunium afflictionis nō licere die Dominica, secus de ieiunio exultationis. Ita *Sylu. verbo Ieiunium, quæstione 1.* Quod idem tenere videntur Doctores, quos num. decimo septimo referam, cum dicant ieiunium exultationis promissum die, qua festum aliquod inciderit, non posse transferri in sabbatum præcedens, quando id festum die Dominico inciderit.

12 Cæterum dicendum est, ieiunium die Dominica interdictum olim esse ob Manichæorum hæresim dicentium id ieiunium necessarium esse in contemptū resurrectionis Christi Domini nostri: & hoc ieiunium condemnant textus allegati, & *D. Thomas.* Atque propter hunc errorem qui tunc vigebat, subtraxit Ecclesia dies Dominicos à Quadragesimæ ieiunio *c. Quadragesima, de consec. d. 5.* At cū iam modo hæc causa cessaret, licitū est die Dñica ieiunare, siue ieiunio exultationis, siue afflictionis, si id non fiat cū scandalo, aut ex errore aliquo, aut contumacia, quasi improbādo Ecclesiæ cōsuetudinem; sed propter aliquem bonū finem, vt peculiarem deuotionem, profectum spiritualem, donationē carnis, &c. Quod probatur ex *D. Aug. epist. 86 ad Casulan.* postquam dixit scandalū esse magnū ieiunare die Dominica, subiunxit modum, quo id ieiunium nō est illicitum. Item ex *D. Hieronymo epist. 28. ad Lucinium, et refertur c. Vtinam, d. 76.* vbi hoc ieiuniū approbat: & dicit Apostolos illud seruasse. Et ita sustinent *Hugo dicto cap. Vtinam. Metina C. de ieiunio quæstione, Quādo necesse est ieiunare. Nauarr. summa c. 21. n. 27. Ledesma 2. p. 4. q. 17. a. 4. Palacios 4. dist. 15. disp. 8. fol. 125. Angles Floribus 1. p. vbi de ieiunio, q. 4. diffic. 3 Valentia 2. 2. disputat. 9. quæstione secunda, puncto quarto, dubio secūdo, Azor to. primo lib. septimo, institutionum moralium cap. 26. q. vltima. Leonardus lib. 4. de iustitia, c. 2. dubio 9 nu. 68.*

13 Quod si quispiam quodam singularitatis studio die Dominica ieiunaret, esset peccatum superstitionis. Quia est cultus indebitus superfluus. Ita *Valent. num. praced. allegatus.* At sola esset venialis culpa, cessante scandalo, & alio malo mortaliter, in fine. Iuxta dicta num. 10.

14 Ex quo deducitur, esse peccatum ieiunare die Dominica

minica sola, & non alijs diebus. Ita *Ledesm. n. 12. relatus.* Quia id ad quandam singularitatem, & cultum superfluum pertinet. Sed (vt dixi nu. præcedenti,) est veniale cessantibus scandalo, & alio mortali fine.

15 Similiter ieiunare ordinariè diebus Dominicis, esset illicitum. Vt bene ait *Valentia allegatus num. 12.* Quia aduersatur Ecclesiæ consuetudini. quam in hac parte vim legis habere testatur *D. August. Epistola 86. ad Casulanum.* At solum est veniale, cessantibus alijs.

16 Hinc deducitur, votum ieiunandi ordinariè diebus Dominicis esse irritum: siue ieiunium sit afflictionis, siue exultationis: Quare si quis id voueat, ad nil tenetur, nec id ieiunium in alteram diem transferre. Quia est votum de re illicita, (vt numero præcedenti diximus.) Et docet *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib. 3. c. 6. num. 21. in fine,* loquens indistinctè. At secus de voto ieiunandi aliquibus diebus dominicis, ob bonum aliquem finem, secluso scandalo ac vano singularitatis studio. Quippe id cum sit de re licita, iuxta dicta nu. 12. obligabit. An vero possit propria authoritate id ieiunium transferri in aliam diem, constabit ex dicendis num. sequenti, & nu. 18.

17 Secundo deducitur, quid in ea quæstione sentiendum sit, an vouens ieiunare die in qua incidit festum aliquod, vt annunciationis, si id incidat in dominica, teneatur die dominica ieiunare, vel possit id ieiunium ad Sabbatum præcedens transferre? Quidam sic distinguunt; si ieiunium fuit afflictionis, debet ieiunare in Sabbato præcedenti. Quia ieiunium afflictionis, ad quod hic se obligare intendit, est intelligendum iuxta idem ieiunium, ad quod obligat Ecclesia vniuersalis. Hæc autem id ieiunium transfert in Sabbatum præcedens, quando incidit in dominica. Si ieiunium fuit exultationis, est implendum ipsa die dominica. Quia est votum de re licita. Si vouens neutrius ieiunij meminit, debet ieiunare die dominica. Quia cum non voueri ieiunare vespere festi, sed ipsomet die, probabilius est, ac magis præsumendum tacitam vouentis intentionem fuisse, vouere ieiunium exultationis. Tandem si vtriusque meminit, debet ieiunare Sabbato præcedenti. Quia ceteris paribus debet se vniuersali Ecclesiæ consuetudini conformare. Ita docent *Ioannes de Neapoli quodlibeto 8. q. 35. D. Antonin. 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 10. Syluest. verb. votum 2. q. 16. Tabiena verb. votum 3. q. 7. Armilla verb. votum, nu. 17.*

18 At existimo in nullo horum euentuum teneri hunc ieiunare diē præcedenti, sed satisfacere obligationi voti, ieiunãdo ipsa die dominica. Quia est votũ de aliqua re intelligatur instar eiusdem rei cadentis sub præcepto Ecclesiastico; at Ecclesia ieiunium vigiliæ festi transfert in diem præcedētem si id in dominica incideret. At ad nullum ieiunium obligat in die aliquo festo, ratione ipsius festi, sed vigilia festi obligat. Atque proinde non est aliquod præceptum Ecclesiasticũ de simili ieiunio, qd eius voti regula sit. Deinde, quia specialis deuotio vouentis fuit ieiunare toto anno, die illa, qua id festum incidit, & non fuit ieiunare illius vigilias: & ita ieiuniũ ipsius diei vouit. Et siue fit ieiunium afflictionis, siue exultationis, est licitum ieiunare die dominica. (Vt numero duodecimo dixi.) Ergo satisfaciet suę obligationi ieiunando die dominica, qualecumq; ieiunium sit. Secundo, dico posse in omnibus his euentibus hunc propria authoritate transferre ieiuniumũ illud in Sabbatũ præcedens. Quia ex omnium sententia quilibet potest votum suum in manifeste melius commutare propria authoritate. At manifeste melius est se cōformare vniuersali Ecclesię consuetudini transferentis ieiunium in dominica incidēs, in Sabbatum præcedens. Hinc tamē exciperem Sabbata illa, quibus ille vouens tenetur alio præcepto ieiunare, vt si habeat ætatē obligantem ad ieiunium, non poterit commutare ieiunium illius dominicæ in Sabbatum quadragesimæ, vel quatuor temporum, vel quo alia vigilia incidit. Quia non est æquē acceptum Deo ieiunium illud aliũde obligans; & votum intelligitur de actu alias non obliganti, nisi aliud exprimatur.

19 Si tamen quis promisit ieiunare vespere alicuius sancti, & illud incidat feria secunda, tenetur Sabbato præcedenti ieiunare, nisi expressam habuerit intentionem ieiunandi die dominica. Quia id ieiunium intelligendum est instar indicti ab Ecclesia in vigilia, cuiuscumque sancti, quod ea incidenti in dominica transfertur in Sabbatum præcedens. Et constabit ex dicendis numero sequenti.

20 Atque eadem ratione, qui vouit ieiunare integro aliquo mense, v. g. Aprilis, aut Maij, non tenetur ieiunare diebus dominicis illius, nisi id ad intenderit expresse se obligare. Quia intelligitur hoc ieiunium ad modum instituti ab Ecclesia, à quo dies dominici semper excipiũtur. Ita docent *Tabiena verb. votum 3. q. 7. Armilla verbo votum, nu. 25.*

21 Hactenus de prima superstitionis specie egimus. Iā de secunda, quæ est idolatria, agendum est. Quæ sic definitur à *D. Thom. 2. 2 quæstione 94. art. 1.* Ex qua tribuitur honor creaturæ, sicut Deo. Quare duo pent; alterum est, vt honos, vel cultus creaturæ tribuatus, soli Deo debitus sit. Alterum est, vt is vere impendatur creaturæ, sicut Deo impendi oportebat. Quare (vt optime ait *Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 11. punct. 3. colum. 1. versic. Hoc posito, & sequenti*) is diuinum cultum creaturæ exhibet, tāquam Deo, qui eam diuino cultu sic prosequitur vt eo cultu, quantum in se est, velit opinionem talem creaturæ conciliare, qualis re vera soli Deo competit; siue id expressa, atque præsenti intentione tunc velit, siue ex vi solius prioris intentionis, qua quis antea sic creaturam colere statuisset; siue tandem implicite, & virtute hoc velit; nimirum, quando quis verum Deum agnoscens, & falsitatem idololatriæ, aliorum tamen consuetudine, aut metu, aliave ratione ductus, & obcæcatus, intendit id ipsum creaturam venerando efficere, quod intendũt ij, qui creaturæ re vera diuinos honores exhibere volunt. Quod multis Philosophis contigit. Qualiscumque autem sit idololatria, etiam ficta, & sola exterior, constat eam esse peccatum mortale grauissimum; atque nullo metu excusari posse.

22 Hinc deducitur, idololatriam siue interiorem, siue exteriorem, posse contingere absque mentis errore, ac proinde absque hæresi, & cum illa. Contingit eum hæresi, quando idololatra putat creaturam à se adoratam esse Deum. Absque hæresi autem, quoties non credit eam esse Deum, vult tamen vere illi honorem diuinum deferre. Ita clare significat *D. Thom. 2. 2. quæst. 94. art. 3. ad 1.* Et docet *Valentia 2. 2. disputatione 6. quæst. 11. puncto 2. columna 1. versf. Ex diuersa autem, & puncto 3. col. 3. versicul. Neque obstat.* Quãdo autem idololatra est absque heresi, sed sola exterior, nulla censura incurritur. Vt bene docet *Suarez to. 1. de religione lib. 2. de superstitione, cap 6. num. 20. & duplici sequenti.* Et nos diximus hoc secundo libro capite 7. numero 10. & tenet etiam *Leonardus libro 2. de iustit. cap. 43. dubio 2. numero 11. Sayro in claui regia, libro 4. cap. 4. numero 11.*

23 Secundo deducitur, deficienti voluntate interna, siue expressa, siue tacita conciliandi creaturæ existimationem soli Deo debitam, per cultum diuinum exterius illi exhibitum, non esse veram idololatriam, sed fictam, quamuis sit grauissimum peccatum. Sicut enim hæresis ad suam rationem veræ hæresis petit omnino errorem intellectus; ita vera idololatria eam voluntatem peruersam petit, siue sit error in intellectu, siue non. Quare dum communiter Doctores veram idololatriam diuidunt in interiorem, & exteriorem; nomine exterioris non intelligunt hanc externam fictam adorationem. Sed nomine interioris intelligunt eam, quæ vel ab intellectus errore procedit, quo creatura putatur Deus; aut ab expressa, & directa voluntate conciliandi creaturę diuinã æstimationem. Nomine autem exteriœ

næ eam intelligunt, quæ ex tacita ea voluntate, absque errore interno procedit; ptout duplici numero præcedenti explicimus. Ita *Valentia secunda secunda, disputatio ne 6. quæstione vndecima, puncto secundo, columna prima, versi. Ex diuersa autem, & puncto tertio, columna tertia vers. Apparet itaque, & versic. neque obstat.*

CAPVT XXXVIII.

De tertia superstitionis specie, quæ diuinatio dicitur.

SVMMARIVM.

Quid sit diuinatio, & in quo à prophetia, & naturali cōiectione secernatur, nu. 1.

In quo malitia huius diuinationis consistat, nu. 2.

An semper fiat ex pacto expresso, vel tacito cum dæmone? Et quando expressum ac quando tacitum dicatur, nu. 3.

An hoc pactum contingat præter diuinantis intentionem, & eo ignoranter vtentis rebus per quas diuinat, nu. 4.

An hoc pactum tacitum exigat dæmonem cum aliquo expressum iniisse concurrendi cum illis rebus vanis, nu. 5.

In quo cōsistat malitia pacti exp̄ssi, vel taciti cū dæmone, nu. 6.

An dæmon futura contingētia, præterita omnia, ac hominum cogitationes norit, nu. 7.

Qualiter hæc doceat diuinatores, nu. 8.

Quando cognitio medijs vanis procurata nō excedit scientiam dæmonis, an sit superstitiosa, nu. 9.

Diuinatio superstitiosa ex quibus cognoscetur et quid in dubio, n. 10. Vbi & an quando nō serio, sed ioci causa sit superstitio.

An reddatur nō suspecta ex successus diuinatio experiētia, n. 11.

Quotuplex sit diuinatio, nu. 12. & 13.

An diuinationes hæ distinguantur specie in genere moris, an sint in confessione explicanda, nu. 14.

Diuinatio an sit omni iure vetita, nu. 15.

An iure humano interdicatur licita Astrologia per astra, & chiromātia per manuū lineas, et somniorū obseruatio, n. 16.

Diuinatio in qua est pactum explicitum cum dæmone qualis culpa sit, & an ignorantia excusetur, nu. 17.

Qualis culpa sit quæcumque diuinatio, in qua non est explicitum cum dæmone pactum, & quando culpa excusetur, à nu. 18. vsque ad num. 22.

Post num. 22. sequentur alia summaria.

1 DVplex est rerum cognitio occultarum. Quædam ex diuina reuelatione, quæ prophetia dicitur: quędam autem ex diabolica quæ diuinatio appellatur. Est autem diuinatio hæc, *teste D. Thom. secunda, secunda, quæstione 95. articulo primo*, prænunciatio futurorū euentuum indebitis modis minimeque à diuina prouidentia constitutis. Dicitur prænunciatio, quod non sola mētis cognitione perficiatur, sed verbis quoque, aut signis vtitur, ad differentiam scientię per vanas obseruantias acquisitæ, quæ in sola cognitione consistit. Dicitur, futurorum euentuum. Quia pręcipue circa futura versatur instar prophetiæ. At sicut hæc versatur quoq; circa præterita & pręsentia, quę procul ab humana cognitione sunt, ita etiam diuinatio. Quippe vtraque in materia conuenit. Dicitur, modis indebitis, vt à prophetia, & naturali cōiectatione secernatur, quę debitis modis, occultorū cognitionē adipiscūtur; illa ex diuina reuelatione hæc autē ex disciplina, & obseruatione humana.

2 Malitia autem huius obseruationis superstitiosæ in eo sita est, quod creaturæ tribuatur quodammodo cultus Deo debitus; dum occultorum cognitio solius Dei propria, ab ipsoque exspectanda, per varias inuentiones ex creaturis procuratur. Præterea, quia innititur pacto expresso, vel tacito cum dæmone. Vt numero sequenti explicabimus.

3 Prius autem, quam ad singulas diuinationis species explicandas descendamus, oportet aliquot fundamenta præmittere. Primum est, hęc vana occultorū inquisitio per diuinationem innititur semper auxilio dæmonis eiusque pacto, siue expresse, siue tacite implorati. Vt cum *D. August. libro secundo, de doctrina Christiana, c. vigesimosecundo, in fin. & c. 23. in initio*, tradit *ab omnibus receptus D. Thom. secunda, secunda, quæstione 95. articulo 2. & 3. & opusc. 25. cap. 3.* Hoc autem pactum cum dęmone, siue eius inuocatio est duplex. Aut etiam contingit explicite, aut implicite. Explicite quidem, quando expressis verbis inuocatur dęmon; cum eove pactum initur; aut quando ipsomet facto hæc fiunt. Si, videlicet, quis sciens dæmonem per aliquod signum occulta docere, illud ea docendus vsurpet. Tacite autem, & implicite, quando quis cognitionem soli Deo reseruatam, medijs vanis; & indebitis procurat. Nam quamuis pręter eius intentionem sit dæmonem inuocare: eo ipso quod quis hæc media vana intentat, quibus libentissime dæmon se permiscet, vult à dæmone vanorum inuentore edoceri. Atque ita docent *Caietanus 2. 2. quæst. 95. art. 2. initio, & art. 3. initio, Nauar. summa cap. 11. Hispane nu. vigesimo 2. Latine, nu. vigesimoquinto, Valentia 2. 2. disputat. 6. quæst. 12. puncto 2. initio, & puncto quarto, Sayro claui regia, lib. 4. cap. 5. nu. 14. Martinus del Rio, lib. quarto disquisitionum magicarum cap. 2. quæst. 5. Suarez, tom. 1. de religione, lib. 2. de superstitione cap. 9. à nu. nono, vsque in finem*, qui optime id sic explicat. Quippe intendens vanis medijs scire superantia humanam cognitionem; id non curat via inuentionis, eo quod inepta ei inuentioni media sint; quærit ergo via disciplinę. At magister illius non est Deus, per se, vel per bonus Angelos, vtpote qui his vanis non intendit; nec pręsumitur reuelatio diuina. Nec etiam est alius homo, cum humanam cognitionem superet ijs medijs improportionatis eam scientiam habere. Ergo magister est dęmon. Quod si doctrina illa per modum alicuius artis inuenitur tradita in aliquibus libris, est tradita à dęmone per aliquem eius ministrum, & subinde à dęmone discitur; & ideo interuenit pactum tacitum cum illo.

4 Hinc deducitur dęmonem his vanis se immiscere, etiam ignoranti exercente illa, & proinde pręter eius expressam intentionem, vt fallat, suadeatque in his vanis fiduciam collocandam. Vt tradunt D. *Augustinus 2. super Genesim ad literam, D. Tho. 2. 2. quæstione 95. art. 5. ad 2. Caietan. nu. praced. relatus, & in summa, verbo Incantatio. initio. Victoria in electione de magia, quæst. 6. nu. 28. Simancas de catholicis instit. tit. 63. num. 13. Suarez eodem c. 9. nu. 13. & 17.* Et docet *Sextus Quintus in motu proprio, quē edidit contra Astrologos.* Nec obstat hos diuinatores non intendere opem dęmonis implorare, aut in ea sperare. Quia satis est ad hanc tacitā inuocationem, his vanis vti ad ea cognoscenda, quæ vim humanā sụperant. Cum enim ea vana secūdum solam secretam dęmonis opem ad id conferant, eo ipso quod quis his vacat, ad eam cognitionem parandam affectat tacite, & virtute, velle se eam dæmonis opem. Quod bene docent *Caiet. 2. 2. quæstione 95. art. 2. versiculo. Ad euidentiam huius. Simancas eodem nu. 13. Suarez eodem c. 9. nu. 13.* Qui optime *nu. 17.* addit interdum per crassam ignorantiam, vel inaduertentiam velle hominem contraria, vnum in se, & formaliter aliud in alio, & virtute: & sic ait contingere in hoc casu. Quamuis enim vtens his vanis, dicat explicite se nolle pactum cum dæmone, vult tamen illud implicite: & quāuis nolit expressum pactum, vult de facto tacitū. Quia vult vti illis medijs ex se inutilibus, & vanis ad eam rem, quasi illa vtilia sint, cum tamen vtilitatem habere nequeant, nisi dęmonis interuentu. Nec refert (inquit) si illa vtilia credat propter experientiam. Nam hoc ipsum similiter est credere ex cacodæmonis interuentu, & auxilio, habere vtilitatem. Cum (sicut trademus numero vndecimo,) dæmon eas experientias procuret, vt eis homines decepti credant ea esse vtilia, & eis vtantur ad similes effectus comparandos.

5 Secundo deducitur, vt dicatur pactum tacitum cum dæmone, seu tacita eius inuocatio, non exigi dęmonem cum aliquo pactum inijsse sese immiscendi cum ijs vanis à quocunque adhibitis, verbisque à quoquis dictis, ac concurrendi ad effectū intentum. Sed satis est quempiam vanis vti ad effectum adipiscendum. Quippe eo

ipso

ipso (vt ex *D. August. & alijs numero præcedēti* diximus) dæmon vanitatibus illis se immiscet. Atque ita *Victoria* *sibi allegatus* hanc immissionem appellat pactum tacitum cum dæmone: & *Caetan. ibi relatus* tacitam dęmonis inuocationem.

6 Secundum fundamentum sit, malitia pacti expressi, aut taciti cum dæmone, seu qualiscunque eius inuocationis, in eo sita est. Quippe ab ipso mundi exordio *Genes. 3.* [illegible] eus inter homines, & dæmones inimicitias indixit: easque in baptismo spondent vniuersi, renunciantes dæmoni ac eius operibus. Quare pactū expressum, aut tacitum cum dæmone ineuntes, fœdus cum Dei inimico, & iurato hoste ineunt: quam ob rem pertinet hoc ad proditionem quandam, & apostasiam: instar militum ad contrariam hostium factionem declinantiū. Et quamuis inter homines inimicos distingui possit duplex voluntarij genus, alterum ad inimicitias pertinens: alterum vero minime: at in dæmone omnia voluntaria sunt hostilia, atque io omnib. illis peccat propter obstinatam in malo voluntatem: ac proinde nulla societas cum ipso potest esse licita. Vt optime explicat *Caiet. 2. 2. q. 90. art. 1.* Atque id explicat *D. Paulus 1. ad Corinth. 10.* ibi: *Nolo vos socios fieri dæmoniorum.* Quare semper dæmones, vt summi hostes Dei, & hominum tractandi sunt.

7 Tertium fundamentum est, quo pacto dæmon hæc occulta norit. Et quidem si futura cōtingētia sint quādiu non habent causam certam & determinatam, nequit ea certo prædicere: vt gubernationes, ac regnorū mutationes, & ea q̃ à libero arbitrio pendent. At potest multa probabilissime coniectans prędicere. Cum enim ingenio angelico, & tā exacta omnium naturalium cognitione, ac tā longa experientia præditus sit sagacissimus est ad præsentiēda ex his futura. Præterea, cū omnium hominū temperamenta affectusque optime norit, & quid ex ipsis oriri soleat: potest ex his pendentia a libero arbitrio probabilissime coniectare: atque contingit, vt sæpe vera annunciet. Ita multis allegatis *Delrius libro quarto, disquisit. magicarum capit. secundo, quæst. 2. Pereira lib. 3. de magia cap. 5. num. 35.* Potest etiam dæmon ex clandestinis cōsilijs, verbis, scriptis, deliberationes hominis futuras solertissimè conijcere: Vt fore, vt cras talis homo talem necet, vel vt talis regno deponatur. Sic *Delrius, & Pereira ibidem.* Potest etiam dæmon certo futura nosse, quę diuinatores edocet, ex reuelatione Dei per Angelū sibi facta. Sæpe.n. Deus ad malum pœnæ inferendum vti solet dęmonis ministerio: atque ita id damnum, ac durationis tempus ei reuelat. Quare potest tunc dæmon initium, & finem eius mali certo prędicere. Ita *Delrius, & Pereira ibid.* Præterea si morb. sit ex maleficio, qui ex pacto cessaturus est sublato signo poterit certū morbi finem prædicere. Sic *Delrius ibidē.* Quo attinet ad præterita potest ea omnia, quæ aliquādo aliena relatione accepit, vel coram ipso gesta sunt, certo annunciare. Quippe ea omnia memoria retinet. Sic *Delrius ibid.* Circa præsentia, si illa in actu externo consistant, possunt certissimè dęmoni nota esse. Vt occultissima furta res perditæ, thesauri olim defossi. Sic *Delrius ibidem. Valētia secunda secunda disp. 6. quæst. 12. puncto 3. columna 1.* At cogitationes hominum, ac deliberationes, q̃ à libero arbitrio pendent, quamuis certo assequi nequeat, potest probabilissime coniectare, ex ijs, quę in corpore tam interius, quā exterius apparent, & ex verbis scriptis & alijs clandestinis consilijs. Ita multis citatis *Delrius, Pereira, Valentia ibid.* Potest etiam cogitationes hominum fere certo coniectare, ita vehementer hominem perturbando phantasmate immisso, vt vix possit tunc aliud cogitare, quam id quod à dæmone suggestum fuit. Ita *Delrius ibid.* Tandem solet ob incomparabilem sui motus celeritatem, celerrime denunciare in remotissimis gesta. Atque ita diuinatores à dęmone ea accipientes denunciāt multo antequam humano modo scire valeāt. Ita *Delrius, & Pereira ibid.*

8 Docentur autem diuinatores à dæmone hæc occulta vel aspectabilem se eis offerendo, ac verbis manifestando; vel absque vllo aspectu formatis in aere verbis, vel immisso scripto aliquo vel in somnis, aut vigilia, afficiendo, & commouendo phantasiam, effingendoque phantasmata idonea ad futura repræsentanda atque incitando diuinatores, vt repræsentata per phātasmata prædicant. Ita explicat *Pereira lib. de magia c. 5. num. 35.*

9 Quartum fundamentū. Quidam dicunt esse illicitū, sed nō superstitiosum, quādo medijs vanis procuratur cognitio non excedens scientiam dæmonis. Vt si procuretur certa cognitio præteritorum, aut præsentium in actu externo consistentium: aut sola coniecturalis futurorū contingentiū, & pendentium à libero arbitrio, & cogitationū. Quia non procuratur à dęmone cognitio propter Dei; & proinde nulla excellentia Dei ei tribuitur. Et quāuis sit aliquis honor ei se docendum subijcere, & sit fateri aliquam in eo excellentiam, qua nos superat; verè ea perfectio, & excellentia naturalis qua nos superat, est in eo. Sic tradit *Valentia secūda secunda, disputatione 6. quæstione 12. puncto 3. §. verum in principio.* Idē tradit, licet non ita clare, *Leonardus lib. 2. de iustit. cap 43. dubio 5. num. 28.* Sed iure optimo *Suarez tomo 1. de religione, lib. secundo, de superstitione cap. 8 nu. 16.* tenet esse superstitionem. Et satis id indicant *D. Thomas secunda secunda quæstione 95. articulo 2. & ibi Caiet. in fine.* quatenus, absolute docent ad superstitionem pertinere vti ope dęmonis ad aliquid faciendum, vel cognoscendum. Et reddit rationem *Caiet.* ratione excellentiæ diuinę affectatę à dæmone. Quę ratio sic magis explicatur. Quia quamuis nō confugiatur ad dęmonem, gratia obtinendę altioris rerum occultarum cognitionis, quam ipse possit consequi, & virtute sua naturali communicare, quia tamen per hanc ipsam societatem affectat dęmon vsurpare aliquid excellentię diuinę; & de honore illi debito ab homine nempe, vt homo relicto Deo ad ipsum confugiat, & in eo contra Dei voluntatem confidat cooperatur dæmoni cōfugiens ad ipsum, huic vsurpatione diuini honoris: & ideo contra religionem Deo debitam agit superstitiose.

10 Quintū fundamētum est ex quibus diuinatio superstitiosa, & illicita, in qua est tacitum cum dęmone pactum cognoscatur ac à licita secerni valeat. Nā quādo est pactum expressum, ipsa præ se suam malitiam fert. Dignoscitur autem ex tribus. Primū est, proportio rei cognoscēdæ ad medium per quod eius cognitio procuratur. Secūdum est, natura siue modus ipsius cognitionis. Tertium est, intentio eam cognitionem quærentis. Proportio inter rem cognoscendam & medium in eo consistit, ne mala diuinatio, sed coniectatio licita sit: vt vnū ex alio sufficienter cognosci possit. Contingit autē tripliciter vnum ex alio posse sufficienter cognosci. Primo, vt ex sua causa, sicut eçlipsis ex motu cœli tanquam ex sua causa cognoscitur. Secundo, vt ex suo effectu vt ex fumo ignis. Tertio, vt ex effectu suę causę, à qua vterque effectus procedit. Sicut ex arcu cœlesti serenitas cognoscitur; eo quod eadem arcus illius, & serenitatis causa est. Quare quoties sapiētium indicio apparet aliquo ex tribus his modis vnum ex alio cognosci posse, est licita coniectatio: quando autē nullo ex his modis, erit vana, & superstitiosa diuinatio, in qua inest tacita dæmonis inuocatio. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 5. & ibi Caietanus versic. in eodem artic. 5. Delrius lib. 4. disquis. magicarum cap. secundo, quæstione 3. Valentia 2. 2 disput. 6. quæstione 12. puncto 3. columna 3. Suarez tom. 1. de religione, lib. 2. de superstitione cap. 9. à numero 2. vsque ad 7.* Modus cognoscendi seu natura cognitionis in eo consistit, quādo procuratur cognitio omnino certa, aut saltē certior, quam haberi possit, considerata libertate arbitrij, & defectu causarum concurrentium possibili, est superstitiosa, & mala. Secus si nō cognitio certa quæratur, sed coniecturalis sola, qualis deduci potest ex medio

dio ad eam assumpto. Ita *D. Thomas eo. art. 5. ad fi. in corporis. Et ibi Caietan. paulo post princ. Delrius, Suarez, Valentia proxime allegati.* Tandem intentio quærentis cognitionem spectanda quoque est. Si enim serio per media illa vana cognitionem occultorum indaget est mala, & est in ea pactum tacitum cum dæmone: secus autem, quando ioci solius & vanitatis causa, sciens ea media vana esse, & inutilia. Quia vbi seria cognitio non quæritur ex re vana, non affectatur propria Dei cognitio. Iocosa enim, & simulata nõ est Dei propria. Ita *Caietanus secunda secundæ, quæstione 95. articul. secundo, versic. Ad euidentiam huius. Delrius eo. capite secundo, quæstione tertia, Valentia eo. puncto tertio, columna prima,* & constabit ex dicendis num. vigesimo. Quid autem in dubio, an cognitio licite ex eo medio procuretur, sentiendum sit, constabit ex dicendis capite quadragesimo, numero quadragesimoquarto.

11 Sextum fundamentum sit, non reddit licitam hanc diuinationem, & à superstitionis suspicione liberam, experientia successus prosperi, vel aduersi, ex occursu illarum rerum vanarum, & quæ ad diuinandum improportionatæ sunt. Vt si experientia comperiat diuinans, aliqua tempora, vel loca, vel verba audita, vel occursus hominis, aut alterius rei, aliquod boni, vel mali venturi sibi præsagium habere. Quia à principio id casu contigit: at cum postmodum homines his vanis obseruantijs animum suum implicare incipiunt, multa secũdum has obseruationes eueniunt ex dæmonis deceptione vt in his obseruantijs attendẽdis curiosiores effecti, implicentur multis perniciosi erroris laqueis. Ita cum *D. August. lib. secundo, de doctrina Christiana, capite 20.* tradunt *D. Thom. 2. secunda quæstione 96. articulo tertio, ad 2. D. Antoninus 2. par. tit. 12. capite 1. §. 11. Angelus verbo Superstitio, nu. 12. vbi Sylu. quæstione 10. dicto 3. in fi. Suarez, tomo primo, de religione, libro secundo, de superstitione cap. 9. num. 17.*

12 Septimum fundamentum est quotuplex sit diuinatio. De qua re late videndus est *Delrius lib. 4. disquisit. magic. capit. 2. tota quæstione 6. & 7.* vbi eruditissime varios harum diuinationum modos describit. Sed breuiter, diuinatio est duplex: quędam, in qua est pactum expressum cum dæmone, quædam vero, in qua solum tacitum. Atque vtriusque variæ sunt species, iuxta signorum diuersitatem quibus dæmon diuinatores docere solet. Atque prioris, in qua est pactum expressum, quæ generali nomine appellatur Necromantia, sunt nouem species. Prima est, pręstigium, cum, nempe dęmon varijs apparitionibus superstitiosorum oculos præstringit, se illorum aspectibus obijciens, occultaque docens. Secunda, dicitur diuinatio per somnia. Cum instructio dæmonis per somnia speratur. Tertia, dicitur Necromentia. Cum adhibitis sanguine, & certis carminibus videntur mortui resurgere loqui, & docere. Quarta, dicitur diuinatio per Phythones, cum dæmon per homines arreptitios docet. Quinta, Geomantia. Cum docet per signa in corporibus terrestrib apparentia, vt in ligno, metallo, lapide. Sexta, Hydromãtia. Cum per signa in aqua apparentia. Septima, Aeromãtia. Cum per signa in aere apparentia. Octaua, Pyromantia. Cum per signa apparentia in igne. Vltima, Aruspicinm. Cum per signa apparentia in extis animalium sacrificatorum dęmoni docet.

13 Rursus diuinatio, in qua est sola tacita dæmonis inuocatio, est duplex. Prior est, cum cognitio occultorum vane procuratur ex consideratione alicuius dispositionis altas existentis in quibuscumque rebus. Posterior est, cum quæritur ex dispositione eorum, quę homines consulto faciunt. causa eius cognitionis adipiscendæ. Priorem diuinandi modũ diuidit *D. Thomas secunda secundæ, quæstione 95. articulo tertio,* in nouem species. Prima est. Genethlia. Cum ex syderũ motu, aut situ cognitio quæritur. Secunda, Augurium. Cum ex animalium vocibus: aut ex hominum sternutatione. Tertia, Auspicium. Cum ex auium volatu, aut quorumuis animalium motu. Quarta, Omen. Cum ex hominum vocibus præter intentionem dictis. Quinta, Onirocritica Cum ex somnijs. Sexta, Physiognomia. Cum ex totius corporis humani signis. Septima, Spatulamãtia Cum ex spatulæ signis. Octaua, Metoposcopia. Cum ex fronte. Nona, Chiromantia. Cum ex manuum lineis. Rursus posterioris modi diuinãdi narrat duas species *Diuus Tho. ibi:* Prima est, Geomantia. Cum ex punctorum protractione cognitio quæritur. Secũda, dicitur diuinatio per sortes. Cum aliquis ex signis resultantibus in plumbo liquefacto. proiectoque in aquam; vel ex consideratione festucæ electæ ex duabus oblatis, schedulæve scriptæ, aut albæ; vel ex taxillorum proiectione, vel ex consideratione eius, quod aperienti librum occurrit, cognitionem quærit.

14 Sed dubitatur an dicti diuinationis modi constituãt diuersas in genere moris specie necessario fatendas? Vt an diuinatio sit per aerem, vel per aquam. *Valent. 2. 2. disputatione 6. quæst. 12. puncto 2. in fine,* ait, quamuis in genere entis, seu naturę numerentur omnes dictæ species; at in genere moris, triplicem esse speciem. Prima est, in qua est expressa dæmonis inuocatio. Quæ generali nomine appellatur Necromantia. Secunda est, in qua est tacita inuocatio, qua per solam considerationem dispositionis, vel motus alicuius rei, cognitio occultorum quæritur. Quę generali nomine Augurium dicitur. Vltima, dum aliquid consulto fit ad eam cognitionem comparandam. Quę generali nomine potest dici diuinatio per sortes. Idque colligitur ex *D. Thoma secunda secunda quæstione 94. art. 3. in fine corporis,* vbi omnes diuinationis species late à se enumeratas ad has tres reducit. Alij vero dicunt has diuinãdi species non esse in genere moris distinctas; ac ideo non esse opus in confessione explicare, per quas res diuinatio fiat. Quod hi diuinandi modi non habeant specialem cõtra rectam rationem deformitatem, sed omnes eandem. Ita *Caietanus in opus. tomo primo, tractatu quinto de confessione, quæstione 3. versiculo Et quoniam Victoria summa vbi de confessione, num. 176. in fine. Sotus 1. dist. 18. quæstione 2. articulo 4. conclusione 6. in fine. Azor tomo 1. libro 9. institut. moralium cap. 12. quæstione 3. Suarez tomo primo de religione libro 2. de superstitione, cap. 9. num. 5. & cap. 10. num. 2. & 3. Manuel 1. tomo summa, in 2 editione cap. 53. num. 5.* & ita placet. Id tamen fatendum est, quando adest pactum expressum cum dęmone, esse id necessario exprimendum in confessione. Quod bene ait *Suarez eo. c. 10. n. primo,* esse certissimum quamuis dicamus diuinationem, in qua est pactum expressum, esse eiusdem speciei moralis cum ea, in qua est pactum implicitum, & solum differre sicut completum, & incompletum, perfectum, & imperfectum intra eandem speciem. Quod dicit *Suarez ib.* esse probabile; sicut possessio expressa, & tacita sunt eiusdem speciei. Et ratio est, quia longe diuersum iudicium est faciẽdum in confessione de pacto expresso, quam de tacito. Quare optime *D. Thomas 2. 2. quæst. 95. art. 3. ad 1.* hæc ait: *Multo grauius est dæmones inuocare, quam aliqua facere, quibus dignum sit, vt se homines ingerãt.* Quam ob rem nullatenus approbo quod ait *Victoria proxime allegatus,* nempe. sufficere fateri dicendo se fuisse reum superstitionis mortalis. Hoc (inquam) non approbo, quia non satis explicatur malitia specifica, & grauitas; potest enim superstitio illa contingere cum pacto implicito, aut cum pacto explicito cum dęmone.

15 His pręmissis prima conclusio sit. Diuinatio hæc superstitiosa est omni iure interdicta, nẽpe, diuino *Deuteronom. decimo octauo, Num. vigesimo quinto, Esaiæ 8. Ecclesiast. 34.* & iure canonico per *multa capita 26 quæst. 5.* Et a Sixto Quinto, in motu proprio contra Astrologos. Et iure ciuili, *l. Nemo, Codic. de malefic.*

16 Quamuis autem moneat Ecclesia in prædictis capitibus, fideles abstinere à licitę Astrologię, somniorum,

&

post leg. sextum disquisitionum magicarum, in anacephalaosi, monitione 10. vbi bene aduertit non faciẽdum, quod fieri præscribit: sed si alias id obliget, faciendum esse ratione præcepti obligantis: si vero sit sub concilio, licere exequi, nõ quia dæmon dixit, sed quia est in se bonum. At tutius esse ait, aliquando id consilium prętermittere, aut in aliud commutare, ne quid fraudis eo cõsilio dæmon moliatur. Quare bene ait *Thyraus de apparitionibus spirituum c.* 15. *nu.* 20. dæmonibus, nec bona consulẽtibus audiendum esse; eo quod omnia bona, quæ consulunt, tendant ad nostram perniciem.

25 Hinc fit non esse temere imitandum quod olim à nonnullis factum legimus, mutuo paciscentibus, vt præmoriens superstiti appareret, certiorem eum de suo statu facturus. Quamuis enim secundum se consideratum culpa careat (vt docent. *Friburgo in summa confessorum, libro primo, titulo vndecimo, quæstione vigesimatertia, Martinus del Rio statim allegandus*) at est subiectum periculo illusionis dæmoniacæ. Et ideo id reprehẽdunt *Ciruelo de superstitionibus, parte tertia, capite vndecimo, Martinus del Rio lib.* 2. *disquisitionum magicarum, quæstione* 26. *sectione septima*, qui addit vix fieri posse, vt pactum hoc culpa curiositatis vacet.

26 Demum quando superstitio habet adiunctum pactum expressum cum dæmone, solent multæ malitiæ specificæ adiungi, quas confessor examinare debet, & optime eas explicat *Suarez tomo primo, de religione, libro secundo, de superstitione capite octauo, à numero vigesimosecundo, vsque ad finem.* Quandoque enim adoratur dęmon cultu solius Dei, & cæremonijs ad ipsum solum ordinatis, & tunc est idololatria. Quandoque vero solo sanctorum cultu, propter excellentiam suæ naturæ, & scientiæ, ad habendum eum propitium; & tũc erit idolodulia, contraria virtuti duliæ, qua colũtur sancti. Aliquando adiungitur promissio renunciandi baptismo, & Christo, & perpetuæ obedientiæ dęmoni, &c. & tũc talis erit malitia noua adiuncta, quale pactum. Quandoque creditur dæmoni aliqua dicenti, & tunc si tanquam veritati infallibili, aut res dicta sit contra fidem, erit hæresis crimen. Tandem si ex hoc diuinatio sequatur, & inductio aliorum ad credenda diuinata, & iuxta illa operandum erit peccatum diuinationis, & scandali inductionis aliorum. Si intentio sit ad conciliandam opinionẽ sancti, aut Prophetæ, erit sacrilega hypocrisis. Vt bene ait *Leonardus libro secundo, de iustitia, capite quadragesimotertio, dubio quinto, numero vigesimooctauo.* Quod si nil horum coniungatur, sed animus sit sciendi res illas diuinandas hoc iniquo medio, erit curiositas non addens nouam malitiam mortalem, superstitiosæ illi, & mortali diuinationi, pactoque cum dæmone. Vt bene docet *Leonardus ibid.*

De diuinatione per astra, absque expresso pacto cum dæmone.

SVMMARIVM.

Quotuplex sit Astrologia naturalis, & iudiciaria, num. 27.

An naturalis coniectans de affectibus naturalibus, & de inclinatione hominum, liceat, nu. 28.

Quanta incertitudo sit in his, & qualis culpa prædicere hæc cum maiori certitudine, nu. 29.

Iudiciaria coniectans de casibus fortuitis, & pendentibus ex libero arbitrio, an liceat, num. 30.

Quotupliciter in hoc peccetur, nu. 31.

Quid si hæc nõ pronuncientur vt certa? Refertur opinio, n. 32.

Explicatur sententia Authoris, & explicatur motus proprius Sixti V. num. 33. *&* 34.

Quid de Astrologia prædicenti totius anni successum, & quid homini contingat, & versanti circa electiones, nu. 35.

An liceat consulere Astrologos, ad furtum, & thesaurum inueniendum, num. 36.

Zahories dicentes se videre in terra, aut corpore humano latentia, aut sint mali, num. 37.

Post num. 37. *inuenies alia summaria.*

27 DVplex est Astrologia, quædam est naturalis, quæ medicinæ, agriculturæ, & nauigationi plurimum conducit. Ea autem est, quæ ex situ, cursu, motuque astrorum, ea quæ naturaliter contingunt, coniectat, vt eclipsim, pluuias, grandines, ventos &c. Altera est iudiciaria, quæ ex astris coniectat futuros euentus fortuitos ac ex libero arbitrio pendentes, præterita etiam, & præsentia prorsus occulta. Et huius sunt tres partes. (Vt bene notat *Martinus del Rio libro quarto disquisitionum magicarum, capite tertio, quæstione, prima paulo post principium.*) Prima dicitur reuolutionum, quæ prædicit totius anni, bello, paceque vicissitudines, aeris salubritatem, annonas, morbos animalium. Secunda dicitur magisterii natiuitatum, quæ sigillatim omnia homini tota vita euentura prędicit; vt certo morbo, certo tempore, mense aut die, aut certo loco hominem periturum; vxorem diuitem, aut pauperem, pulchram, aut deformem ducturum; fore gratum tali principi, ad certam dignitatem promouẽdum. Tertia dicitur electionum; quæ docet quid in singulis rebus, consulto & vtiliter faciendum, quid omittendum, quando egrediendum domo, quandove manendum, denique quãdo, & quibus in locis singula facienda, vt feliciter cedant.

28 Prima conclusio sit. Astrologia naturalis coniectans, quę naturaliter contingunt ex astrorum aspectu, est licita. De qua re nemo dubitat. Et similiter non est illicita, quatenus coniectat ex astrorum aspectu, considerãdo natiuitatis punctum, temperamenta, & propensiones hominis. Quod scientia hæc ad id se extendere possit. Et docent *Abbas cap.* 2. *num.* 7. *de sortilegijs. Caietan.* 2. 2. *quæstione* 95. *articulo* 5. *in fine. Suarez to.* 1. *de religione, lib.* 2. *de superstitione cap.* 11. *à num.* 8. *vsque ad* 12. *Salas* 1. 2. *quæst.* 9. *articulo* 5. *tractatu* 5. *disputat.* 2. *sectione* 8. *nu.* 79. *Manuel* 1. *tomo summa capitul.* 7. *num.* 3. Nec hoc iudicium damnatur in motu proprio Sixti Quinti contra Astrologos, sed tantũ quando casus fortuiti aut pendẽtes à libero arbitrio prędicuntur. Vt bene *Suarez nu.* 12.

29 Monuerim tamen effectus hos, demptis necessariis, vt eclipsi, esse valde incertos, eo quod à multis aliis causis pendeant, possintq; multipliciter impediri. At potissimum est adeo incerta coniectatio temperamenti, & inclinationum, quæ ex astrorum aspectu, spectato natiuitatis puncto desumitur, vt *Caiet. nu. præced. relatus*, dixerit vix coniecturam eam dici posse; & *Suarez eo. c.* 11. *nu.* 9. dicat vix esse suspicionem. Quia aspectus astrorũ, ex quibus hęc coniectatio fit cognoscuntur imperfectissime, & difficillime: & vix potest sine vllo errore notari situs astrorum tempore natiuitatis existens, in illo momento, prout Astrologi exactissime punctum illud spectandum docent ad hoc iudicium ferendum. Quia rapidissimus cœli motus efficit, vt cõstellatio prius prętereat, quam ab Astrologis annotari valeat. Per singula enim momenta variantur cęli facies, & astrorum situs; & quia sæpe stellarum aspectus nubilis, & crassis vaporib. interpositis perturbatur, & infuscatur. Deinde quia potius punctum animationis fœtus in vtero materno spectandum esset ad hoc Si enim vis astrorum profunda terræ penetrat, nedum vterum maternũ penetrabit, & cum tunc tenerrimus sit fętus. potius in illum influet tunc; hoc autem punctum est scitu impossibile Quarę si hæc omnia prædicantur ab Astrologis maiori certitudine, quam sciri possunt erit peccatum temeritatis, & imprudentiæ, seu mendacii, non excedens culpam venialem, nisi cederet in alterius præiudicium, tunc enim esset mortale. Quod bene docet *Suarez eod. cap.* 11. *nu.* 5. *& nu.* 12. Quia cum coniectent ea ad quę astrorum aspectus se extendit, nulla interuenit superstitio, sed erit error temeritatis, & mendacii; sicut si erraretur in conclusione physica, asserendo eam certiorem, quam sit.

30 Secunda conclusio Astrologia iudiciaria prædicens pendentia ex libero arbitrio, aut casus fortuitos, est superstitiosa, & omni iure prohibita, ac tacito cum dęmone pacto, ea diuinat; ac proinde vsus illius est mortalis.

Vt

Vt cum prædicit conditionem vitæ, matrimonium, aut alium statum, liberos, diuitias, inimicitias, mortem, &c. Et ideo est prohibita omni iure. Vt c. *Igitur, 26. q. 3. cap. non liceat 26. q. 5. c. illud & cap. Sed & illud 26. q. 2.* & nouissime in motu quodam proprio Sixti V. cõtra Astrologos. Et iure ciuili etiam damnatur, *l. 2. 5. & 7. C. de maleficis, & mathematicis, & l. Mathematicos. C. de Episcopali audientia.* Et docent vniuersi cum *D. Tho. 2. 2. q. 95. art. 5.* Sed potissimum illã probant latissime multis Scripturæ, sanctorum, & Philosophorum testimonijs, & rationibus, *Pereira de magia toto lib. 3. & præcipue c. 2. & 3. Nauar. de rest. lib. 2. c. 2. in priori p. in noua editione, à dub. 2. per multa sequentia, à nu. 100. Salas 1. 2. q. 9. art. 5. tract. 5. disp. 2. à sectione 3. à nu. 26. Suarez eodem cap. 11. à num. 23. vsque in fi.* Et breuiter ratio huius est. Quia vel coniectatio hęc fundatur in astris tanquam in causis actuũ liberorum, & tunc tollitur libertas: cum enim stellę naturaliter influant, & necessario, in quantum possunt, si possent tanquam causæ nostras volũtates ad vnum determinare imponerent vtique necessitatem, & sic tolleretur libertas, ac omnia fato contingerent. Vt dicebant Gentiles. Aut fundatur in astris tanquam in signis: & tunc nequeunt esse signa naturalia, cum nec sint causæ actuum liberorũ, nec effectus eorum, nec habeant cum illis communem causam, in cuius influxu connectantur. Ergo sunt signa significantia ex alicuius institutione: atque ex illis quæritur instructio non via inuentionis, quia cum non sint signa naturalia, nõ sunt apta ad id, sed via disciplinæ, quæ non est à Deo, per se aut per bonos Angelos. Ergo est à dæmone. Et sic interuenit pactum tacitum cum illo, iuxta dicta numero tertio. Insuper probatur idem in effectibus casualibus, quia illi, vt tales non habent causa n per se; vt testatur *Arist. 6. metaphy.* & proinde ex astrorum obseruatione talis cognitio haberi nequit. Ergo inde quærere est superstitiosum: & disciplina dæmonis tacite quæritur.

31 Tertia conclusio, Tripliciter in hoc solet peccari. Primo, si Astrologi velint hæc futura contingentia posse certo ex astris cognosci. Quippe tollitur libertas, vt dixi numero præcedenti. Secundo, quando Christianæ fidei mysteria ex astrorum influxu, & situ deducuntur. Quippe Christiana religio est superior stellis, & eius mysteria ex solo Dei decreto pendent. Vltimo, quando actiones humanæ, & electiones ita astris subijciuntur vt certæ cuidam regulę, ac legis decreto ita vt quispiam hanc vitę actionibusque suis regulam pręscribat. Quippe hoc dignitati diuinæ gratiæ derogat, & est multis illusionum periculis expositum. Et ita docent *Caiet. summa verb. Astrorum obseruatio. Toledo lib. 4. summa, c. 15. nu. 6. Martinus del Rio lib. 4. disquisitionum magicarum c. 4. q. 1. Salas 1. 2. q. 9. art. 5. tractatu 5. disput. 2. sectione 8. n. 81.* Secus ait bene *Toledo*, quãdo semel, vel iterum astra aspiceret in suis actionibus, indicando rem esse incertam, tunc enim esset culpa venialis.

32 Sed difficultas est, an sit illicitũ hæc pędicit ab Astrologis, quando non vt certo euentura pędicuntur. Quidam dicunt id non esse illicitum. Quod coniecturalis cognitio pendentium ex libero arbitrio possit haberi ex astris. Ita videntur sentire *D. Thomas 2. 2. q. 95. art. 5. in fi. in corporis. Abbas c. 1. num. 7. de sortilegijs. Authores indicis librorum prohibitorum iussu Tridentinæ Synodi, Sayro in claui reg. libro 4. cap. 7. nu. 4. Manuel primo to. summæ cap. 7. num. 3.* dicunt enim hoc esse superstitiosum, & malum, quando Astrologi hęc tanquam certa pręnunciant. Et expresse tradunt *Caietan. eodem art. 5. paulo post principium, versic. in articulo eodem repete, & in fine. Valentia 2. 2. disputatione 6. quæstione 12. puncto 3. columna 2. versiculo iam vero ex conditione Toledo relatus nu. præcedenti Martinus del Rio lib. 4. disquisitionum magicarum c. 3. q. 1. conclusione 2.*

33 Sed dicendum est primo, quando hæc prænuncientur absolute, aut maiori firmitate, quam ex astris haberi potest, vt dicendo esse probabile, esse superstitionem. Ratio est, quia ex solis astris hoc iudicium absolutum, aut probabilem comparari nequit: si. n. inclinationum humanarum id iudiciũ haberi nequit ex astris, sed coniectura valde tenuis (vt n. 29. probauimus) nedum actuum libere procedẽtium, pręcedenti tali inclinatione certo cognita. Ergo qui absolute, aut maiori firmitate prædicit illa, vel ea intentione illam cognitionem inuestigat, vtitur tacite disciplina dæmonis, vel vult ab eo hæc edoceri. Et ita docent *Suarez to. 1. de religione, lib. 2. de superstitione c. 11. nu. 31. Valentia eodem puncto 3. col. 4. vers. si autem huiusmodi Leonardus lib. 2. de iusti. c. 43. dub. 6. nu. 42. Martinus del Rio eod. lib. 4. c. 2. q. 3.* Nec Doctores numero præcedenti relati sentiunt oppositum, sed tantum quod num. seq. dicemus. Secus autem esset, quãdo non ex astris solis, sed ex alijs circumstantijs, & causis particularibus, sumeretur hæc coniectura probabilis: vt ex temperamento personæ, & ex alijs eius actibus, & similibus circumstantijs. Quia talis obseruatio non est diuinatio, sed prouidentia: nec cum alijs circumstantijs considerare astra, tanquam aliquid conducentia, pertinet ad Astrologiam naturalem. Atq; ita docet *Suarez ibidem, & Leonardus* docet idem etsi non ita distinctè *eod. nu. 42.*

34 Secũdo dico esse superstitionem, nec iure aliquo antiquo damnatum, quando hæc prædicuntur sola illa tenuissima coniectura, & certitudine, qua sciri possunt per astra, & ita habet in mente prædicens; vel si absolute prædicat, ita tamen intendens & non maiori certitudine. Atque hoc probat ratio tradita num. 32. & hoc volunt authores ibi relati. Sed superest dubium, an id interdicatur motu proprio Sixti V. contra Astrologos. Videtur enim interdici in illis verbis: *Statuimus, vt contra facientes iudicia, & natiuitates hominum quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certo affirmare asserant, aut protestentur, & cap. inquirant, & procedant, & in eos seuerius canonicis pœnis, & alijs, eorum arbitrio animaduertant. Suarez eod. cap. 11. num. 30.* videtur hoc ad solum forum externum referre: atque ita ait præsumi in foro externo hos diuinatores, & verba addita proferre ad occultandam malitiam diuinationis. Et idẽ videntur dicere *Valentia 2. 2 disp. 6. q. 12 puncto 3. columna 3. versi. si autem. Martinus del Rio lib. 4. disquisitionum magicarum cap. 2. quæst. 3.* Additque *Suarez* in tali prædictione non deesse grauem culpam, saltem ratione scandali, & speciei mali cum præsumptione iuris, & de iure. Sed verius existimo id in vtroque foro interdici per illum motum propium. Quia cum in eo permisisset iudicium de agricultura, nauigatione medicina, & alijs rebus naturalibus. Sixtus Quintus, de quibus constat certum iudicium ferri non posse, sed valde dubium; & deinceps absolute interdicat illud circa casus fortuitos, & pendentia ex libero arbitrio, etiam cum eo dubio, videtur in hoc posteriori prohibitionis casu loqui in vtroque foro, sicut in priori permissionis loquitur in vtroque. Et ratio prohibitionis est, quia etiã hic modus prænunciandi futura est valde reipublicæ perniciosus, expositus multis superstitionum periculis, & calumnijs diuinatorum fingentium id dubium. Et ita optime *Salas 1. 2. q. 9. art. 5. tractatu 5. disput. 2. sectione 3. nu. 36.* ait id interdici hoc motu proprio; & *sectione 8. nu. 80.* dicit esse probabile esse hoc culpam lethalem, ob grauem prohibitionem in eo motu proprio.

35 Hic deducitur, quo pacto intelligẽdum sit, quod docet *Delrius libro quarto, cap. 3. quæstione prima*, nempe, nõ esse superstitiosam Astrologiam iudiciariam, versantem circa reuolutiones, prædicentemque totius anni, bello paceque, vicissitudines, aeris salubritatem, annonam, morbos animalium: nec Astrologiam natiuitatum docentẽ quid sigillatim toto vitæ tempore homini continget: nec Astrologiam electionum, prædicentem, quid in singulis rebus faciendum, & omittendum, quo

felici-

ſeliciter cedant; ſi prænunciet ea omnia non tanquam certa, ſed valde dubia & intentio conſonet verbis Hoc enim in rebus naturalibus prænunciatis, non erit ſuperſtitio, etiam ſi firmiter aſſeratur. Vt diximus num. 29. At in fortuitis caſibus, & in ijs, quę pendent ex libero arbitrio, etſi non ſit ſuperſtitio ea dicere cum ſola tenuiſſima certitudine, quam habent; eſt tamen interdictum in Motu proprio Sixti V. Vt nume. præcedenti dixi.

36 Vltima concluſio. Aſtrologia res occultas, ſiue præteritas, ſiue præſentes vt furtum occultum, theſaurũ virginitatem, &c. inueſtigans, eſt ſuperſtitioſa, & omni iure interdicta. Quia hæc per aſtra ſciri nequeunt. Et vltra Doctores allegandos, docet *Suarez eodem c. 11. num. 17.* Quare mortale eſt inquirere occulta furta, aliave delicta occulta, per quamuis diuinationem. Hæc enim abſque dæmonis auxilio ſciri nequeunt. Atque ideo in *c. 2. de ſortilegijs*, quidam, qui per aſtrolabium conatus eſt occultum furem noſſe, abſque intentione dæmonis innocandi, damnatus eſt tanquam grauiſſimè peccãs, ac ſuſpenſus eſt ab altaris miniſterio per annum. Atque ita *Gerſonem allegans* docet *Manuel tomo 1. ſummæ, cap. 7. num. 4.* Idem etiam docent *Salas 1. 2. quæſtione nona, artic. quinto, tractatu quinto, diſputatione ſecunda, ſectione octaua, num. 79. in fine. Sotus lib. 8. de iuſtitia, quæſtione 3. art. 2. circa ſolutionem ad 3. verſ. in his autem Aſtrologis. Nau. ſumma Latina, & Hiſpana, c. 11. nu. 30. Delrius lib. 4. diſquiſit. magicarum c. 2. q. 7. ſectione 4.* Immo, quãuis certum eſſet, poſſe occultum delictũ per Aſtrologiã cognoſci, culpa foret mortalis id efficere contra iuſtitiam. Quia iniuſte crimen occultum panderetur. Vt bene ait *Sotus ibidem.* Similiter ait *Nau. eod. c. 11. Hiſpane nu. 27 Latine nu. 28.* eſſe mortale conſulere magos vt aperiant vbi eſt theſaurus. Quia ipſi ſolum cõſulto dæmone id ſcire poſſunt. Addo ergo idem eſſe, ſi conſulantur Aſtrologi ad hoc ſciendum. Quia ſimiliter ſola dæmonis ope id aſſequi poſſunt. Vt etiam dicam num. ſequenti.

37 Tandem dubitatur, quid ſentiendum de ijs, quos zahories vocant; qui dicunt ſe videre venas aquarum, & metallorũ, theſauros, cadaueraque in terræ viſceribus abdita, atque apoſtemata, & alia humorũ genera intra humanum corpus latentia, non impediente corpore, nec veſtitu. *Cælius Rhodiginus lib. 16. antiq. lect. ca. 2. Varenus lib. 2. de faſcino cap. 4.* dicunt hæc poſſe naturaliter fieri Atque nonnulli humori melancholico, & conſurgentium inde ſpirituũ vehementię vim hanc tribuunt. Sed hæc ratio (vt optime ait *Delrius ſtatim allegandus*) ſolum probat illos imaginari ſe videre, quæ re vera nõ vidẽt. Et *Veracruz lib. 2. de anima, ſpeculatione 1. ad finẽ,* fatetur ſe nõ capere poſſe, qualiter hæc abſque dæmonis illuſione contingant; at ſubiungit ſe non audere dãnare. Quia nouit viros alias probos affirmantes ſe hæc videre. At dicẽdum eſt, venas aquæ eos poſſe agnoſcere ex vaporibus mane, & veſpere illic exſpiratis; & metalla in terræ viſceribus abſcondita, ex quodam herbæ genere ibi naſci ſolito; impoſſibile autẽ eſſe videre reliqua, quæ ſe videre aſſerunt pręſertim quia dicunt quæ, & qualia ſunt. Quare ea manifeſtant dæmone ea illos docente Quia impoſſibile eſt viſus aciem corpus tam denſum, & opacum penetrare. Præterea, quia hi vim hanc certis diebus alligant, nempe, ferię tertię, & ſextę. Quod vanæ ſuperſtitionis, & latẽtis cum dæmone pacti manifeſtum indicium eſt. Cum hi dies nil præ ceteris habeant ad aciem viſus acuẽdam. Ita docet *Delrius latius probans lib. 1. diſquiſ. magicarum c. 3. quæſt. 4. litera C, verſ. Adijciam his, & in commentarijs ad Medeã, verſiculo 231.* Ex quo deducitur reos eſſe culpæ mortalis, conſulentes hos circa ea, quæ ſola dæmonis ope hac prædicunt.

De diuinatione ex cantu, vocibus, motibus animalium, & ex motu hominis, eiuſque voce.

SVMMARIVM.

38 PRima cõcluſio. Quando ex quibuſdam auium, piſcium, & aliorum animalium frequentibus cantibus, volatibus, & motibus prænunciãtur aliqua futura euenientia, quorũ illa ſigna ſunt, vt pluuia, tempeſtas, ſerenitas, nulla eſt ſuperſtitio. Quia re vera horũ ſigna ſunt. Ita *D. Thomas 2. 2. q. 95. art. 7. Azor tomo 1. libro 9. inſtit. moral. c. 15. in fine. Leonardus lib. 2. de iuſt. c. 43. dubio 7. nu. 45.*

39 Secunda concluſio. Ex his poſſunt etiam nonnulla ad homines pertinẽtia probabiliter conijci. Quia vna, eademque cęleſtis cauſa, eademque cõſtellatio mouet animalia, & inclinat homines ad effectum aliquẽ. Vt conſtellatio inclinans hominẽ ad rixam, & irã, imprimit ſimilem affectũ animalibus, quem vocibus, mugitibus, & garritibus oſtentãt. Quare ex his poſſunt probabiliter coniectari rixæ, & bella inter homines. Sic *Caietanus 2. 2. q. 95. art. 7. Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 12. puncto 3. colum. 2. verſ. ſimiliter poſſunt.* Sed *col. 4. verſic. eadem ratione*, bene ait hanc coniecturam eſſe tenuiſſimã. Quia hi effectus non neceſſario ab eadem communi cauſa procedunt.

40 Hinc deducitur, ſuperſtitioſam eſſe diuinationem, quæ extenditur ad prædicendum ex his plus quàm illa indicent. Vt bene docet *D. Tho. 2. 2. q. 95. art. 7. ab omnibus receptus.* Similiter erit ſuperſtitioſa, ſi aliquid circa actus humanos per illa coniectet certius, quam illa ſignificant; ſecus ſi cum dubio, & formidine. Vt in ſimili de Aſtrologis diximus numero 33. & 34. Quando verò ſit mortalis, & quando venialis, diximus à numero 18. ad 22.

41 Tertia concluſio. Ex motibus humani corporis multo debilior coniectura ſumi poteſt, quàm ex ceterorum animalium motibus. Tum, quia ſępe nõ ab impreſſione cœleſti, ſed à libera voluntate proficiſcuntur. Tum etiã, quia cum reliqua animalia quietiorem phãtaſiam habeant, certiora impreſſionũ cœleſtium ſigna edunt. Ita *Valentia eod. puncto 3. col. 4. verſ. Et idem etiam.*

42 Quarta concluſio. Superſtitioſum eſt, & vanum, ex quibuſdam fortuito homini contingentibus, cõiectare aliquid feliciter, aut infeliciter illi euenturũ. Vt ex certorũ animalium, aut funeris occurſu, ex ſternutatione, ex ruptione corrigiæ calcei, & alijs huiuſmodi contingentibus. Hæc enim omnia fortuito accidunt; quare nil boni, vel mali ex illis conijci valet. Ita *Azor varijs exemplis ornãs, tom. 1. lib. 9. inſtitut. moralium, c. 22. quæſtione vnica.*

43 Vltima concluſio. Ex hominum vocibus, quatenus ſignificant, nulla ſumi poteſt coniectura effectuum cõtingentium. Quia cum ſignificent ad placitum, non ex cœli cõſtellatione, ſed ex ratione proueniũt. Quare diuinatio per illas eſt ſemper ſuperſtitioſa, niſi cognitio tunc expectetur à Deo. Ita *Valentia eod. puncto 3. col. 4. verſ. quod autem attinet. Azor to. 1. lib. 9. inſtit. moralium, c. 18. in fine.* Fas eſt tamen, quandoque cognitionẽ expectare à Deo per aliquam vocem humanam præter intentionem dictam; nec tunc erit omen ſuperſtitio-

ſum. Ita *D. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 7. ad 3. & ibi Caiet. in fi. Valentia eo. puncto 3. col. 2. verſ. per hæc etiam.* Addit tamen bene *Caietanus* oportere diuinum percipere lumē, aut præceptum ad hæc, & non ex ſola hac facili credulitate, & fiducia moueri ad opus.

De diuinatione ex hominis partibus, aut lineis manuum.

S V M M A R I V M.

Quando ex corporis diſpoſitione diuinatio liceat, nu. 44.
Quando ſuperſtitioſa ſit, & quando mortalis, nu. 45.
An liceat per ea diuinare factum & vitam hominis, nu. 46.
An ſit idem dicendum de iudicio per manuum lineas, n. 47.
An interrogare Aegyptianam de bona, vel mala fortuna liceat, nu. 48.
Poſt nu. 48. inuenies alia ſummaria.

44 PRima concluſio ſit. Phyſiognomia Philoſophiæ naturalis pars, quatenus ex corporis diſpoſitione, & membrorū habitudine, & proportione, probabiliter coniectat animi affectus, ingenium, corporis tēperiem, bonam, aut malam valetudinem, eſt licita. Quia ex his poſſunt hæc probabiliter cognoſci. Secus ſi certo hæc prædicantur. Nam nō poſſunt ita certo ſciri. Ita *Delrius late probans lib. 4. diſquiſ. magic. c. 3. q. 4. Azor to. 1. lib. 9. inſtitut. moral. c. 16. ad finem. Leonardus lib. 2. de iuſt. c. 43. dubio 7. nu. 45.*

45 Secunda concluſio. Phyſiognomia Aſtrologica eſt ſuperſtitioſa, & omni iure dānata. Quippe multa vana cōtinet: prædicit enim aſpectis humani corporis partibus, proſperos, & aduerſos hominis euentus; & multa alia, quæ inde ſciri nequeunt. Sic *Azor ibidem*. Qualis autem culpa hæc ſit, diximus à nu. 18. vſque ad 21.

46 Hinc deducitur, non licere Phyſiognomo iudicare de facto, ſiue actuali vita hominis; ſcilicet hunc eſſe talē, ſed de pronitate, & inclinatione, nec de donis diuinis, & gratuitis, nec de extrinſecis hominis, vt de honoribus, opibus, & reliquis fortunæ bonis, maliſve, nec de nuptijs, ſtatu vitæ, & alijs negocijs quorum electio eſt voluntaria. Quod nil horum ex corpus habitu, & diſpoſitione pendeat. Ita *Delrius ead. q. 4. ad finem.*

47 Vltima concluſio. Idem prorſus eſt dicendū de Chiromantia, vtpote quæ eſt quędam phyſiognomiæ pars. Quare naturalis chiromātia eſt licita. Quia per lineas, & partes manuū cōſiderat probabiliter corporis temperiē; & ex hac probabiliter indagat animæ propenſiones. Aſtrologica autē eſt prorſus vana, & ſuperſtitioſa. Quia multa vana, & falſa permiſcet. Et ideo illam dānat Sixtus V in Motu proprio contra Aſtrologos. Et in catalogo Romano librorum prohibitorum interdicūtur omnes libri hāc docentes. Ita *Delrius* latiſſime probans *eo lib. 4. c. 3. q. 5.* Quare per manuum lineas, bonā, vel malam fortunā indicare, & reliqua, quæ n. præced. diximus, non poſſe per phyſiognomiam cognoſci, eſt ſuperſtitioſum, atque omni iure damnatum. Et ita dānatur etiam *l. regia 2. tit. 23. p. 7.* Et docent *Nauar. ſum. Latina, & Hiſpana c. 11. nu. 31. Ciruelo de ſuperſtit. 2. p. c. 4. Simancas de cathol. inſtit. tit. 21. n. 18. Alcozer ſumm. 1. c. 14. fol 46. Nau. lib. 2. de reſtitut. ca. 2. p. 1. dub. 7. in noua editione, à n. 159. vſque ad 161. Ludou. Lop. 1. p. inſtruct. c. 41.* Non tamen eſt audiendus *Nau. eod nu. 161.* negans cognoſci poſſe per manuum lineas, complexionē, humores, & aptitudinem naturalem. Cuius contrarium bene probat *Ciruelo d. c. 4.*

48 Hinc deducitur, nō licere interrogare Aegyptianam de bona, vel mala fortuna. Eſſetq; mortale in duplici caſu. Primus eſt, quādo interrogaretur animo firmiter credendi dictis eius; ſecus quādo ob curioſitatē & animo ridendi, vt communiter fit; nec enim eſſet veniais vanitas. Ita *Nau. Alcozer, Lud. Lop. nu. præcedenti allegati.* Poſterior eſt quando interrogans ob curioſitatem & animo ridendi talis eſſet, vt videntibus graue ſcandalum generaret. Ita *Nau. & Lud. Lop. ibidem.*

De diuinatione per ſomnia.

S V M M A R I V M.

Somnia obſeruare quando liceat, nu. 49. 50. & 51.
Diuina ſomnia à diabolicis ex quibus ſignis diſcernantur: & quid in dubio iudicandum ſit, nu. 52.
Obſeruare ſomnia, quando ſit ſuperſtitioſum, & mortale, nu. 53. Et ibi quid quando ſeruatur peculiaris modus dormiēdi, ad reuelationem ſomniorum.
An ſomnijs habenda ſit fides quando eorum veritas ipſo euētu comprobetur, nu. 54.
An in ſomnijs poſſit eſſe vſus rationis etiam ſufficiens ad culpam contrahendam, nu. 55.
Poſt nu. 55. inuenies alia ſummaria.

49 PRima cōcluſio ſit. Somnia obſeruare, quatenus bonam, vel malā corporis affectionem, & morbos indicant, eſt licitum. Quia ſomnia habent virtutem naturalem ad indicandum humorem prædominantem; & ita medici ſomnia infirmorum percontantur. Ita *Ciruelo de ſuperſtitionibus 2. p. c. 6. Nauar. ſumma Latina, & Hiſpana c. 11. nu. 33. Pereira lib. 1. in Danielem, q. 6. & de magia, lib. 2. q. 7. Azor to. 1. lib. 9. inſtitut. moral. c. 17. col. 2. verſic. Eſt igitur. Leonardus lib. 2. de iuſtit. cap. 43. dub. 8. n. 55. & 56. Suarez to. 1. de religione, lib. 2. de ſuperſtitione c. 13. nu. 6.*

50 Secunda concluſio. Somnia prauam aliquam animi affectionem indicātia obſeruare licet. V. g. ſomnia, quę nos crebro infeſtāt, territant, conturbāt, licitū eſt animaduertere, quibus ex cauſis accidant, vt rationē aliquā ineamus eam moleſtiam à nobis depellendi. Conſtat quia apud *Caſſianum collatione* 22. legitur veteres illos monachorum magiſtros in perquirendis aliquorū ſomniorum cauſis, diligenter eſſe verſatos. Ita *Pereira vtroque loco citato, n. præced. Delrius lib. 4. diſquiſ. magic. c. 3. q. 6. concluſ. 4. Suarez nu. præcedenti relatus.*

51 Tertia concluſio. Obſeruare ſomnia, quatenus in illis innoteſcit nobis veritas aliqua pertinens ad ſcientias ſpeculatiuas, vel ad res gerendas conferens, eſt licitum. Vt cōſiderare ſomnia nos ſępe ad flagitia incitātia, an ſint à dæmone; & cōtra, quibus ad bona inſtigamur, vt ad religionē, &c. an ſint a Deo. Ita *Pereira vtroque loco.*

52 Quarta concluſio. Diſcernere diuina ſomnia à diabolicis, eſt prudentis confeſſoris; & eo modo, atque eiſdē regulis diſcernenda ſunt, quibus diuinæ reuelationes à falſis diſcernūtur. Vt bene ait *Delrius lib. 4. diſquiſit. magic. c. 3. q. 6. concluſ. 5.* Qui videndus eſt *eod. lib. 4. c. 1. q. 3.* vbi quinque ſectionibus late explicat, quibus indicijs diuina reuelatio à diabolica ſecernatur. De hac quoque re videndus eſt *Pereira d. lib. 1. in Danielem, q. 3. & libro 2. de magia, quæſt. 3 & Suarez eodem c. 13. à n. 21.* Breuiter autem duo ſigna, ex quibus id coniectari poſſit, tradit *Valentia 2. 2. diſput. 6. q. 12. puncto 3. in fine.* Primum eſt, conſiderare ad quid ſomnium impellat. Si enim ad aliquid malum, vel indiſcretum, eſt à dæmone; ſi autē ad bonum, poſset aliquis non temere ſuſpicari eſse à Deo; quamuis hoc humiliter, & cum timore eſt faciendū. Quippe ſolet dæmon ſe in lucis Angelum transfigurare, vt poſtmodū vana, & falſa ex ſomnijs ſuadeat. Secundum eſt, ſi poſt ſomnium animus maneat cōfuſus, & ad opera bona tardior, eſt indicium eſſe à dęmone; at ſi promptior, & alacrior maneat, eſt indiciū eſse à Deo. Quādo autem dubitatur, an ſit à Deo, vel à dæmone, tutiſſimū eſt, vt à diabolo immiſsom, id cōtemni. Vt optime docet *Delrius lib. 4. c. 3. q. 6. poſt 5. concluſ.* Iuxta id *Eccleſiaſt. 34. Niſi ab altiſſimo fuerit miſſa viſitatio ne des in ſomnijs cor tuum.* Itē, quia curioſa ſomniorū obſeruatio ad hoc diſcrimen agnoſcendum eſt ſuperuacua. Quia Deus ſolet ſomnium mittens, reddere ſimul hominem certum à quo immittatur. Satis autē eſt probabile indicium arbitrio prudentis, vt credatur ſomnium eſse à Deo. Vt bene docent *Suarez eo. c. 13. n. 24. Leonardus eo. dubio 8. nu. 52.*

Quinta

53 Quinta conclusio. Somnia obseruare, tunc est superstitiosum, quando extendunt se ad ea, quæ per ipsa cognosci nequeunt. Vt sunt valde per ea cognoscere futura cótingentia, vel quæ ex arbitrij libertate pédent, certius quàm ex somnijs cognosci valet. Et ita id interdicitur *Leuit. c. 19. Deuteron.* 18. & in iure canonico *c. nõ obseruetis 26. quæ.* 1.7. & ita docent *D. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 6. et ibi Caiet. in fine, ab vniuersis recepti.* Et rationem reddũt *ibi Caietanus, & Valentia 2. 2. disput. 6. q. 2 a. puncto 3. col. 5. versic.* 5. quoad somnia. Quia ex somnijs nequit haberi de futuris contingentibus, nisi leuissima coniectura suspicionis limites non prætergrediens. Cum. n. somnium per se ipsum nõ producat effectus illos contingentes, nequit ex ipso aliquid conijci, nisi causa eius cognita. Quæ tamẽ est cognitu difficillima; eo quod nullum somnium ita ab vna causa proficiscatur, quin ab alijs multis proficisci quoque possit. Quando autem in effectibus naturalibus, qui ex somno conijci possunt, exceditur eos certiores, quàm par est, prædicendo, nõ est superstitio, sed peccatũ temeritatis. Vt in simili diximus n. 29. & docet *Suarez eod. c.* 13. *n.* 14. Qui optime *nu.* 20. *& Leonard. eo. dub.* 8. *n.* 54. dicunt pessimam superstitionem esse, quando quis vtitur instar Gentiliũ certo modo aut situ se cõponendo ad somnum, vt sibi per somnia reuelentur occulta. Est enim dæmonis instructionem expectare. Quæ culpa sit per somnia diuinare, dixi à nn. 18. ad 22.

54 Quare merito *Caiet. eo. art.* 6. testatur se nunquã somnijs varijs sibi contingentibus fidem aliquã habere ausum, quamuis interdum eorum veritas effectu sit comprobata. Quod vel casu res postea fit accidat, vel id procurare dæmone, vt facilius ad fidem somnijs habendã homines attrahat. Vnde optime *Valentia ead. quæst.* 12. *puncto 3. ad finem, in versicul. Cum igitur*, ait tunc vel maxime cauendum esse, ne somnijs assentiamur, cũ euentu comprobari videntur. Propter rationem à *Caietano* traditam.

55 Id demum obseruandum est. In somnijs sæpe vsum rationis liberum, & expeditum esse. Quod experientia compertum fit sæpe tunc rationem res simplices plenè cognoscere, easque vel componere inuicem, vel diiudigere, ratiocinari, iudicare, mirari, noua quędã inuenire, reflectere ad suas actiones considerandas, & diiudicãdas; atque hominẽ tunc dubitare, secúque disceptare, dormiat, necne. At nõ est perfectus rationis vsus ad peccandum, merendumve. Quia id perfectã hominis libertatem desiderat, id est, solutionem omniũ sẽsuum, & potentiarũ, ita vt sit ipse homo, qui tunc agat, & nõ aliunde agatur, sitque homo suarũ actionũ dominus, & in eius potestate sit agere hoc, vel illo modo, aut nihil agere. Quod in somnus minime cõtingit. Ita *Pererra in lib. 1. in Danielem q. 7. & lib. 2. de magia q. 9.*

De diuinatione per sortes.

SVMMARIVM.

Quotuplices sint sortes, & diuisoria, quando liceant, etiam in electionibus sæcularibus, nu. 56. 57. & 58.

An liceant tempore pestis, aut persecutionis, ad discernẽdum, qui ministri, aut medici, mansuri sint, aut qui pauperi sit subueniendum, aut qui mittendi ad Indos, nu. 59.

An liceat sortiri, quis ex reis damnandus sit, etiam si non constet de reo, nn. 60. & 61.

An liceat tempore tempestatis sortiri, quis in mare proijciendus sit, nu. 62.

An liceat sortes in iudicijs, siue dubiũ sit iuris, siue facti, n. 63.

Explicatur ex quibus circumstantijs sortes diuisoriæ possint viciari, à nu. 64. vsque ad 70.

An liceant sortes in electionibus Ecclesiasticis, nu. 71.

Quid in compromissarijs ad eligendum, nu. 72.

Et quid circa tractatus ad electionem, nu. 73.

An cum duo æquali numero sint electi, vel plures maiori parte, liceat sortiri, nn. 74. & 75.

An liceat sortibus terminare lites temporales, aut Ecclesiasticas, à n. 67. vsque ad 79.

Quid in discordia inter duos quis sit Pontifex, nu. 80.

An sortes in Ecclesiasticis sint iure naturali interdictæ, num. 81. & 82.

An in ijs sit irrita electio per sortes, nu. 83. & 84.

Sortes consultoriæ an liceant, nu. 85. 86. & 87.

Quid de diuinatorijs, num. 88. & 89.

Post nu. 89. inuenies summaria quæ desiderantur.

56 PRæmittendũ est ex *D. Tho. ab omnibus recepto 2. 2. q. 95. art.* 8. sortes, propriè esse, cum aliquid fit vt eius euẽtu cõsiderato aliquid fiat, aut innotescat: & eas esse triplices quædã sunt diuisoriæ, vt sciant sortientes quid cuique tribuendum, in electionibus controuersis, &c. Aliæ sunt consultoriæ, quibus diuina voluntas exquiritur, vt sciatur quid in aliquo negotio faciendũm, cauendũue sit. Aliæ diuinatoriæ, quibus aliqui vtũtur ad occulta cognoscenda. Vt si sic, vel aliter, taxilli chartę, &c. decidãt, coniectuatur prosper, vel aduersus casus. Vel cũ diuersa nomina collocãtur in vrna, vt coniectetur furtũ esse apud eũ cuius nomen educitur. Item si librũ aperiẽti occurrat scriptum læta, aut tristia continens, inde coniectetur prosper, vel aduersus successus.

57 Prima conclusio sit. Standoin solo iure naturæ sortes diuisoriæ sunt licitæ, ac proinde sunt licitæ in casibus, in quibus ius humanum eas non interdicit. Constat, quia nil aliud includunt, quam quemdã humanũ contractum, quo ex communi consensu paciscentium ius ad aliquã rem habentium, ea inter ipsos sorte diuiditur, vt illius sit, cui sors contigerit. Hic autem contractus nil superstitionis, aut mali ex se habet: cum ad nullam incertam rem cognoscẽdam ordinetur, sed ad quędam fortunę contractum, in quo æqualis est vtriusque contrahentis cõdiuo. Ergo hæ sortes nullam ex se malitiã inuoluunt, ac proinde sunt licitæ in casibus in quibus iure humano peculiariter non interdicuntur. Itẽ probatur ex *D. Augustino in Psalmum* 30. *concione* 2. *& refertur 26. q. 2. c. 1. ibi: Sors non aliquid mali est.* Tandem quia iure ciuili approbantur sortes diuisoriæ multis in casibus, vt ad dirimendas controuersias inter hęredes, & legatarios, & alios. Vt *l. Si cum vnibo. ff. de manus, l. Si duobus C. communia. de legatis, l. Si qui tunt. ff. familiæ erciscundæ.* Atque huius sententiæ sunt Doctores omnes, quos numero sequenti referemus, qui in solis vetitis iure Ecclesiastico negant sortes licere, & ideo eas admittunt in electionibus, ad munia ciuilia, eo quod in illis non interdicuntur. Et Doctores referendi num. 82. quatenus aiunt solo iure Ecclesiastico interdici sortes has in electionibus Ecclesiasticis. Et in proprijs terminis docent *Glossa capit. finali, in fine, de sortilegijs, & capit. 1. verbo Mala 26 q. 2. Felinus cap. Licet causam, ad finem, de probat. & c. Capitulum, nu 2 1. versic. Et pro doctrina, de rescript. Suarez to. 1. de religione lib. 2. de superstitione cap. 12. à num.* 3. Quare minus bene *Baldus lib. 2. nu. 3. C. quando & quibus quarta pars debeatur lib.* 10. ait sortes non licere nisi in casibus iure permissis. Quippe potius debebat dicere semper licere, nisi in casibus iure exceptis.

58 Hinc deducitur primo, licere sortes has diuisorias in electionibus ad officia sæcularia. Quia nullibi id reperitur interdictum quamuis enim textus *cap. finali, in fine, de sortilegijs*, videatur indistinctè eas in electionibus vetare, ibi: *Sortis vsum in electionibus, perpetua prohibitione damnantes.* At ea verba intelligenda sunt iuxta subiectam materiam, de qua textus ille tractabat, nempe, in electionibus Ecclesiasticis. Atque ita docet *D. Thomas 2. 2. quæst. 95. artic. 8. & ibi Caietan. dubio 1. Archid. 26. quæst. 2. cap. 1. numero 1. & ibi Bellamera numero 3. Hostiensis eo. capit. finali, nu. 2. & ibi Antoninus in fine, Cara. quæst. 2. Abbas nume. 3. Anchar. num. 3. Ananias num. 3. Bellamera nu. 26. Marsanus Socinus iunior nu. 27. Turrecrem. 26. quæst. 2. in summa num. ro 2. & 6. D. Antoninus 2. p. tit.*

3. part. tit. 12. cap. 1. §. 9. Caietanus summa, verbo Sors, Rosella verbo Sortilegiũ, ante numerũ 1. in fi. Ang. verb. Sors numero 2. & ibi Tabiena q. 5. nu. 6. Armilla num. 1. & in fine. Syluest. verb. superstitio, quæst. 9. Sayro in claui regia, lib. 4. cap. 5. numero 20. & 21. Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 9. cap. 21. quæstione vnica, vers. At vero in electionibus, Toledo lib. 4. summa, cap. 15. numero vltimo, Emmanuel Sà summa, verb. fortes. numero 1. Martinus del Rio, lib. 4. disquisitionum magicarum, cap. 4. q. 1. Suarez eodem cap. 12. num. 15. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 43. dubio 9, numero 58. limitationem huius statuemus numero 67.

59 Secundo deducitur, licere tempore pestis, aut persequutionis Ecclesiæ quãdo disceptatio fuerit, qui parochi, aut clerici, aut religiosi, manere debeant in loco persequutionis, aut peste infecto, vt reliquis subueniãt, nec aliter commodè his hæc componi valet, fortibus diuisorijs eligere. Ita *D. Augustin. epistola* 180. *ad Honoratum, D. Thom. & reliqui citati n. præced. Nauarro summa, cap. 11. Hispane nu. 39. Latine nu.* 28. Atque idem est dicendum de medicis, & alijs ministris necessarijs ad temporales ægrorum necessitates. Similiter id licet fortibus decidere inter ministros mittendos ad Indos. Quia est eadem ratio. Ita *Suarez eodem cap. duodecimo, numero decimo septimo.* Similiter licent hæ fortes inter æquè pauperes quorum alteri eleemosyna eroganda est. Vt docent *D. Augustin. libro 1. de doctrina Christiana c. 28. Syluester verbo superstitio, quæst. 9. Suarez eodem numero 17.*

60 Tertio deducitur quando sunt plures rei, nec oportet omnes punire, licere quod in militia est praxi receptũ, vt forte excipiatur quis necandus sit. Quia alia ratione hoc dirimi nequit. Sic *Turrecr. 26. q. 2. in summa, nu. 1. Leonardus lib. 2. de iustitia, cap. 43. dubio 9. nu. 58. Martinus del Rio lib. 4. disquisitionum magicarum c. 4. q. 1.* Qui bene hoc limitat intelligendum, quando par est sortientium culpa. Quia alias iniqua esset sortitio quoad minus nocentes.

61 Quando tamen non constat de persona, quæ delictũ commisit, nullatenus licet fortibus eã indagare. Quia præter diuinationem ibi admixtã, est periculum puniẽdi innocentis, si sors in ipsum cadat, aut rei, non legitime probato eius delicto. Quippe probatio fortium nõ est legitima, sed casualis; & si expectetur per illas instructio dæmonis est etiam iniustitia: tum quia dæmon est pater mendacij, tũ etiam quia procliuior est ad puniẽdos innocentes, quàm reos. Quare quando id in veteri testamento factum legitur, aut fuit iussu Dei, vt *Iosue* 7. aut speciali eius instinctu. Et ita docent *Abulensis 1. Regum c. 14. q. 37. & 38. Suarez eod. c. 12. num. 16. & numero penultimo.*

62 Quarto deducitur, licere tempore tempestatis quando gratia alleuiandæ nauis, ne omnes pereãt, est necesse aliquos homines in mare proijcere, sortiri ex omniũ consensu quis proijciendus sit. Ita *Martinus del Rio citatus nume.* 60. Idemque credo illis inuitis potest enim dux nauis ob commune omnium bonum eligere id medium.

63 An vero in iudicijs, vbi est dubium facti, aut iuris, liceat fortibus iudicem vti, consulendi sunt *glossa c. licet causam, verbo Vti possidetis, ad finem, de probat. & c. in nostra, verb. aduersa, de testibus, & attestat. Felinus eo. c. licet causam, ad finem, & c. Capitulum, nu. 21. de rescript. Imola d. c. In nu. 4. glossa l. eg. vnica, verb. prohibebitur, in fine, C. vti possidetis. Abbas c. finali nu. 6. de sortilegijs, & ibi Marianus Socinus senior n. 30. Ananias nu. 12. Imola eod. c. licet causam, nu.* 28.

64 Secunda conclusio. Quamuis fortes ex diuisoriæ sint ex se licitæ, possunt vitiari ex aliquibus extrinsecis circumstantijs adiũctis, sicut & reliqui actus humani. Primo vitiantur ratione falsæ existimationis, aut malæ intentionis. Vt si quis ab astrorum influxu expectaret fortem sibi feliciter casuram. Cum enim astra in hoc nil prorsus operentur esset superstitio. Et ita docẽt *D. Thomas 2. 2. q. 95. artic. 8. Syluest. verb. superstitio, q. 9. Suarez to. 1. de religione, lib. 2. de superstitione c. 12. nu. 16. Martinus del Rio. lib. 4. disquisitionum magicarum ca. 4. q. 1.* qui bene subdit fore mortale, si id expectaretur certo fore ab astris euenturum.

65 Secundo possunt vitiari eo quod expectetur euentus a fortuna: & tunc aiunt *D. Thom. Archid. Bellamera, D. Anton. Syluest. relati nu.* 58. non inesse vitium nisi forte vanitatis. Quod tamen intelligendum est, nisi more Gentilico sortientes se committant fortunæ, quasi Dei prouidentiam nõ agnoscentes, tunc enim esset mortalis superstitio. Vt bene tradunt *Suarez & Martinus del Rio citati nu. præcedenti.* Sed tunc est ea vanitas, quando quis ita se fortunæ committit, vt non excludat diuinam prouidentiam fortes dirigentem, aut permittentem. Appellatur autem vanitas, (vt bene ait *Suarez ibidem*,) quia est actus otiosus, si absque necessitate, vel vtilitate fiat. Vel (vt ait *Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 12. puncto 3. columna 2.*) quia cum homo ex electione, & consilio operari debeat, dissonat rationi, vt fortunæ se committat. Ex quo deducitur, solam esse culpam venialem, etiam in re graui. Quod non obscurè indicant Doctores citati, appellantes culpam hanc vanitatem quandam. Et tradit *Martinus del Rio citatus numero præcedenti.* Immo addit, in re leui vix esse peccatum. Quod intelligo concurrenti causa leui. Quare bene ait *Suarez* nullam esse culpam, si ex iusta causa fiat, nec esse semper malũ, si ludi, aut lucri causa fiat. Quia hi fines sunt ex se indifferentes, ac possunt alijs bonis finibus honestari.

66 Tertio possunt vitiari, si expectetur dæmonis mouẽtis manus extrahentium fortes, auxilium, vel si fortes eo inuocato mittantur, aut præuia aliqua eius promissione, aut prædictione. Quod esse nefandissimam superstitionem ex se constat. Sed (vt bene ait *Suarez ibidem*) hæc malitia non spectat ad diuinationem per fortes, sed ad magiam. Quippe nil occultum a dæmone reuelari speratur. Atque ego addo teneri hunc magum restituere, quod fortibus illis acquisiuit, quando arte magica auxilio dæmonis fecit fortes sibi feliciter cadere. Quia decepit alterum sortientem, cuius dispar fuit conditio.

67 Quarto possunt vitiari, si in alijs peccetur contra iustitiã distributiuam. Vt si in electionibus ad officia mittantur fortes inter dignos & indignos; poterit enim fors cadere indigno, cõtra bonũ commune & rectam reipublicæ administrationem: & ideo vt liceant hæ fortes, debẽt mitti inter solas personas eo munere dignas. Sic *Caietan. 2. 2. quæstione 95. art. 8. dubio 1. Tabiena verbo sors quæst. 5. numero 6. & Caietan. in summa, verb. sors, & ibi Armilla numero 1. Nauar. summa Hispana capite 11. numero 39. Turrecrem. 26. quæst. 2. in summa, numero 1. Azor tomo 1. institutionum moralium lib. 9. c. 21. quæst. vnica, versic. At vero in electionibus. Leonardus lib. 2. de iustitia, cap. 43. dubio 9. numero 58. Sayro in claui regia, libro 4. cap. 5. numero 21. Toledo lib. 4. summæ cap. 15. num. vltimo. Martinus del Rio libro 4. disquisitionum magicarum cap. 4. quæst. 1. Suarez eodem capitul. 12. numero 15.* Esset autem mortale, si inter dignos & indignos mitterentur fortes, Vt bene ait *Nauarrus ibidem.* Si vero inter solos dignos, & aliqui essent digniores, esset talis culpa, qualis esset eligere ad id munus personã dignã, omissa digniori. Quia ei periculo exponũtur mittentes fortes. An verò sit mortalis, an sola venialis, nequit circa regula præscribi, sed id ex qualitate muneris, ad quod est electio, determinandum est: nec enim est mortale, ad munera non magni momenti eligere dignum omisso digniori. Quare vt liceant omnino hæ fortes, debent mitti inter æquè, aut ferè æquè idoneos. Vt bene docent *Leonardus, & Suarez ibidem.* In his autem euentibus nulla est culpa superstitionis in fortibus missis inter dignos, & digniores, aut indignos;

sed

ſed erit ſola temerariæ electionis culpa, cõtra iuſtitiam diſtributiuam in electionibus ſeruandam. Vt bene docent *Caietanus eod. artic. 8. dubio 1. Tabiena, Sayro, Suarez ibidem.*

68 Quinto poſſunt vitari, ſi alia ratione violetur iuſtitia commutatiua. Vt ſi res in ſortem expoſita non ſit ſortientium, ſed aliena, nec adſit domini conſenſus. Quod ex ſe patet: & docet *Suarez eo. c. 12. nu. 16.* Similiter eſſet iniuſtitia, miſſis ſortibus inter eos, qui non habent par ius ad rem illam, vel ſi excluderentur aliqui habentes par. Quia in priori caſu, æqua ſtatueretur cõditio habẽtium ius impar: in poſteriori autem defraudarẽtur potientes æquali iure. Et ita docent *Toledo lib. 4. ſummæ c. 15. nu. vlt. Sayro in claui regia, lib. 4. c. 5. n. 20.* Immo eſſet iniuſtitia inter habentes ęquale ius ſortiri, inuitis habẽtibus inæquale, non ſatisfaciendo illorum iuri, aut niſi prius determinetur, id ius nullius eſſe momẽti. Quia illis fieret iniuſtitia, niſi relinquatur illis ius petendæ ſatisfactionis pro iure illo, ab eo cui ſors ceciderit. Vitiãtur etiam, ſi aliæ fraudens interueniant. Sicut in alijs ludis contingit.

69 Sexto poſſet contingere irreuerẽtia, ſeu irreligioſitas vtẽdo libris Euangeliorum, aut rebus ſacris, ad has ſortes mittendas. Ita *Suarez eodem cap. duodecimo. numero 16. Martinus del Rio, eodem cap. 4 quæſt. 1.* qui bene docet non eſſe mortale, niſi magna irreuerentia intercederet.

70 Tandem nõ debet expectari diuinæ voluntatis manifeſtatio extraordinario modo, aut per aliquod ſignũ. Hoc enim eſſet tentare Deum. Vt bene *Martinus del Rio ibidem.* Vel ſpectaret ad ſortes conſultorias, de quibus dicemus numero 85. Vt bene *Suarez eodem, cap. 12. numero 16.*

71 Tertia concluſio. Non licent ſortes in electionibus Eccleſiaſticis. Quia id interdicitur *c. finali in fi. de ſortilegijs*, vbi generaliter, & indefinitè ſic dicitur. *Sortis vſũ in electionibus perpetua prohibitione damnantes.* Erat autem ibi ſermo de electionibus Eccleſiaſticis. Et ita docent omnes Doctores citati numero 58. Quare non ſolum eſt id verum in electione ad beneficium, ſed etiam ad officia, vel ad miniſtros Eccleſiaſticos. Quia textus indiſtinctè loquitur: nec obſcure hoc indicant omnes prædicti Doctores, dum generaliter intelligunt eum textum de omnibus electionibus Eccleſiaſticis, inter quas hæ numerantur. Et *Hoſtienſis eod. capit. finali, ad finem. & ibi Antonius numero vltimo. Henricus capitulo primo, numero ſecundo, eod. tit.* ſignificant id clarius, dicunt enim eum textum intelligi in electionibus Eccleſiaſticis, & in alijs ſpiritualibus. Et in proprijs terminis docent *Azor tomo primo inſtitutionum moralium, libr. 9. capit. 12. quæſt. vnica, verſic. At vero in electionibus. Suarez eo. c. 12. nu. 5.* Qui bene addit intelligi etiam de electione Eccleſiaſtica, per quam vel iuriſdictio etiam ad vnum actum confertur.

72 Nec ipſi compromiſſarij ad eligendum in Eccleſiaſticis, poſſunt ſortibus eligi, nec ſortibus conferri debet iuriſdictio ad has electiones. Quod conſtat ex *eod. cap. finali* quod reprobat electionem horum compromiſſariorũ per ſortes. Quia mediatè dicetur electio illa ad beneficium, facta ſortibus. Et ita docent *Innocent. eod. c. finali, ſtatim in principio, & ibi Hoſtienſis numero tertio, Cardin. quæſtione penultima, Ananias numero 11. Angelus in ſumma, verb. ſors, numero Secundo, Suarez eodem c. 12. numero 5.*

73 Immo etiam in tractatibus electionis ſunt interdictę ſortes. Quod probat generalitas illius prohibitionis *eo. cap. finali*, & ratio tradita numero præcedenti. Et docẽt *Ananias eod. cap. finali, num. 2. in fine. Angelus verb. ſors numero 2.*

74 Hinc deducitur ſolutio eius quæſtionis, an cum duo ęquali electorum numero ad beneficium electi ſunt, liceat electionem alterutrius ſortibus terminare. Affirmant *gloſſa 26. q. 2. in ſumma verb. Sortes.* Et *ibi Laurentius*, vt eum refert *Archidiaconus ibi, in fi.* Quia iam electio legitime facta erat, & ſortes eo ſolum mittuntur, vt alteruter præferatur. At id eſt omnino negãdum. Quia textus *d. cap. finali*, loquitur indiſtinctè. Præterea, quia vere electio hæc ſortibus fit: cum neuter maiorẽ ſuffragiorum partem habeat, quã electio canonica exigit. Et ita ſupponere videtur *gloſſa communiter ibi recepta, cap. penultimo, verb. Teneãtur, de reſcript. in 6.* vbi in hac diſcordia tradit ſuperiorem adeundum, vt terminũ electoribus præſcribat, & eo tranſacto electionem ad eũ deuolui. Et in proprijs terminis docent *Archid. ibidem Antonius eod. capitulo finali, numero vlt. & ibi Hoſtienſis, numero 3. Ioannes Andreas numero 12. Cardin. quæſtione penultima. Marianus Socinus ſenior numero 26. Ananias numero 11. idem Cardin. capitulo licet cauſam, ad finem, de probat. Felinus capitulo Capitulum. numero 21. verſ. Sed ſaluando, ad finem, de reſcript. Suarez eod. cap. 12. num. 7.*

75 Immo etſi plures eligantur à maiori parte, nõ vt omnes eo munere fungantur, ſed vt ſortes mittãtur poſtea inter illos, id non licet. Quia generalis eſt prohibitio *d. cap. finalis*, & verè abſoluta electio terminatur ſortibus. Quod ſi in aliqua congregatione is vſus ſit, aut erit virtute alicuius conſtitutionis à ſede Apoſtolica approbatæ, aut erit in officijs non habentibus iuriſdictionem, aut adminiſtrationem Eccleſiaſticã. Et ita docent *Suarez eod. cap. 12. num. 8.*

76 Secundo deducitur ſolutio eius quæſtionis. An liceat vti ſortibus ad terminandas lites, inter clericos? Et quidem ſi ſint circa res temporales, conſtat id licere. Quod nullo iure id interdictum reperiatur: textus enim *c. finali*, de ſortilegijs, loquitur de ſolis Eccleſiaſticis electionibus. Et ita docent *Hoſtienſis ibi. nu. 2. Anton. in fine, Abbas num. 3. Anchar. nu. 3. Ananias nu. 3. Henricus c. 1. num. 3. eodem tit. Azor tomo 1. inſtitut. moralium, lib. 9. cap. 21. q. vnica, verſ. At vero in electionibus. Suarez eo. cap. 12. nu. 11.*

77 Quando verò electio eſt Eccleſiaſtica, vt ad beneficium, vel aliud officium Eccleſiaſticum: quidã negant licere. Ducuntur ex *d. cap. finali.* Ita *Hoſtienſis cap. vnico, numero 6 de eo qui mittitur in poſſeſſionem. in 6. & ibi Ioãnes Andreas nu. 4. Anchar. ad finem, Dominicus num. 13. Francus n. 9. Card. c. licet cauſam, ad finem, de probat. Felinus c. Capitulum, nu. 21. verſ. Sed ſaluando de reſcript.* Et ratio eſt, quia verè completur electio alterius ex litigãtibus, per illas ſortes.

78 Alij dicunt ſorte litem illam eſſe dirimendam. Quia textus *d. cap. finali*, non loquitur in hoc caſu, ſed in ſolis electionibus. At componentes ſortibus litem non eligunt, cum is, cui ſors cedit non recipiat beneficiũ ex vi ſortis, & ſed ex vi iuris quod prętẽdebat, & per illas ſortes tantum auſertur impedimẽtum. Et ita tenent *gloſſa cap. licet cauſam, verb. Vti poſſidetis ad finem, de probat. & ibi Hoſtienſis numero 20. caſu 1.* dicens ita vſu receptum. *Abbas numero 37.* addens exigi quoque conſenſum vtriuſque litigantis, ne alteri diſcordanti iniuria irrogetur, & *ibi Decius in noua editione, à nu. 206. vſque ad 210. Et alij, quos refere Felinus eodem c. Capitulum, num. 21.* & forſan ita eſſe docet *Leonardus lib. 2. de iuſtitia, c. 43. dubio 9. num. 58.*

79 Sed optime rem hanc enodat *Suarez tomo 1. de religione, libro 2. de ſuperſtitione, capite 12. num. 12. & duplici ſequenti*, dicens litem hanc ſortibus dirimi, non eſſe contra deciſionem textus *dicto cap. finali*, quod probat ratio tradita numero præcedenti: & quoad hoc eſſe veram ſententiam ibi relatam. Alia tamen ratione id non eſſe licitum ait propria authoritate fieri, bene tamen authoritate iudicis Eccleſiaſtici: & quoad hoc veram eſſe priorem ſententiam relatam, numero 77. Et ratio eſt, quia in litibus beneficialibus cauẽdum eſt omnino periculum vitioſi ingreſſus in beneficiũ, qualis eſt abſque legitimo illius titulo. Quod habetur *capitulo vnico, de eo qui mittitur in poſſeſſionem, in 6.* At quã-

do authoritate propria componitur lis hęc, id periculũ subest. Cum enim neuter litigãs possit alteri sua authoritate, suoque pacto, legitimum beneficij titulum conferre, nec constet vter litigantium habeat titulum legitimum, est periculum, si forte alter litigans titulo iusto carebat, vt possideat beneficium absque illo. Præterea, quia omne pactum initum propria authoritate circa beneficium Ecclesiasticum litigiosum, est simoniacum *cap. final. de pactis, & cap. quam pio 1. q. 1.* At vtrumque vitium cessat authoritate iudicis interuenienti. Quia si vterque pactum id in manu iudicis ineat, vt iuxta illud sententiam ferat, cessat simonia: cessat etiam vitiosus ingressus. Cum authoritate iudicis vtrumque fiat. Ex quo ego colligo iudicem hunc necessario futurum, eum cuius est conferre titulum eius beneficij, quod est litigiosum. Quia si alius sit non cauetur periculum vitiosi ingressus. Et constabit ex dicendis numero sequenti.

80 Quare in electione Pontificis, quando inter duos discordia esset, vter verè electus sit, poterit discordia hæc sortibus componi. Quia nõ astringit illos ius Ecclesiasticũ sortes interdicens. Et ita docent *Cardinalis, & Petrus de Monte quos refert, & sequitur Felinus c. Capitulũ, num. 21. vers. Sed saluando de rescrip.* qui bene addit id necessario faciendum de consensu Cardinalium, quorum est electio. Quod probat ratio, quam tradidi num. præcedenti, in fine.

81 Demum circa sortes diuisorias in his electionib. Ecclesiasticis, restat duplex difficultas. Prior est, an iure naturali interdicantur. Id .n. videtur suaderi ex *eodem cap. finali de sortileg.* ibi: *Licet nota non careat, quinimmo multa reprehensione sit dignum quod sors in talibus interueniat.* Et deinde Pontifex concludit interdicendo sortium vsum in electionibus Ecclesiasticis. At si antea id non esset iure naturali interdictum & re vera non erat jus humanum interdicens non esset reprehensione dignum. Et confirmatur, quia *Diuus Thomas 2. 2 quæstione 95. articulo 8. ab omnib. receptus* eam huius prohibitionis rationem reddit, quod electiones Ecclesiasticæ sint potius inspiratione diuina, quàm sortibus faciẽdæ. Quæ ratio cum naturalis sit, probat id esse iure naturali interdictum.

82 At dicendum est solo iure Ecclesiastico interdici. Quod docent *Caiet. in summa, verb. Sors ad finem. Valẽtia 2. 2. disp. 6 q. 12. puncto 3, col. 2. versic. Ex eodem capite. Azor to. 1. institut. moral. li. 9. c. 21. q. vnica, vers. At vero in electionibus.* Et eiusdem sententiæ sunt Doctores, quos nu. 57. retulimus dicentes, sortes diuisorias nunquam esse illicitas, nisi quando iure Ecclesiastico interdicuntur. Quod probat ratio ibi tradita. Nec obstant contraria adducta numero præcedenti. Nam ad prius respondetur, ideo Pontificem dicere id esse reprehensione dignum, quia textu antiquiori, nempe in *c. 1. quia propter, de elect.* præscripta erat triplex harum electionum forma, & nulla erat per sortes. Eum autem textum esse antiquiorem, inde constat Quia Innocentius III. qui author illius fuit, pręcessit Honorium III qui author fuit textus *dict. cap finalis.* Ad posterius dico eam rationem non concludere id esse iure naturali interdictum; sed est sola congruentia probans conueniens esse sortes in illis electionibus interdici.

83 Posterior est, an electio ad Ecclesiastica officia per sortes diuisorias, sit ipso iure irrita. *Abbas c. finali, nu. 5. de sortilegijs,* affirmat eam esse irritam Diciturque, eo quod sit cõtra prohibitionem illius textus. Et præterea quia est cõtra formam electionum traditam *cap. Quia propter de electione.* Sed melius *Suarez to. 1. de religione, libro 2. de superstitione, c. 12. nu. 9. &* 10. ait ex vi textus *dicto c. finali,* non esse electionem ipso iure irritam. Quia etsi textus ille interdicat huiusmodi electionem: nullũ tamen verbum irritans addit. Et ideo an electionẽ Episcopi factã à compromissarijs per sortes electis, fuisse validam: de qua loquitur textus *dicto cap. finali.* Quod satis indicat *Glossa ibi, verbo Ad gratiam,* vbi ait eã electionem esse irritandam. Nec obstat textus *dicto c. quia propter,* etsi enim dicat non valere electionem factam non seruata forma ibi pręscripta, ac proinde talem electionẽ ipso facto irritet. At in hoc casu seruata est forma ibi præscripta: quidam enim ex tribus modis ibi cõtentis est, vt electio fiat per compromissarios, qui in hac electione seruatus est, solusque in eligendi eos per sortes modo, fuit error: de quo modo nil in eo textu dicebatur.

84 Ex quo deducitur solam electionem Ecclesiasticam, de qua est sermo *dicto cap. quia propter,* fore irritam, si sortibus fiat. Vt bene ait *Suarez eod. c. 12. nu. 10.* & constat ex dictis numero præcedenti. Quia ibi irritatur electio facta vltra triplicem modum ibi contentum: ex quibus nullus est per sortes At textus *eod. c. quia propter* non loquitur de omni Ecclesiastica electione, sed de solá Episcoporum & aliorum prælatorum Ecclesiasticorum, sęcularium, vel regularium, habentium iurisdictionem ad cognoscendum de causis criminalibus, & ciuilibus. Quod constat ex illis verbis textus, *Magna pericula imminent Ecclesijs viduatis.* At Ecclesia non dicitur viduata morte alicuius Canonici, aut alterius dignitatis, sed solius prælati sponsi eius morte. Et ita sustinent *Glo. ibi verb. Ecclesijs. innocent. ibi, statim in principio Anton. num. 19. Abbas numero 7. & 8. Cardin. q. 1. Anchar. num. 1. q. 1. Baldus num. 9. Imola numero 3. Ananias paulo post principium. Bellamera numero 3. Henricus in principio num 1. 2. & 3. Rosella verbo Electio 1. nu. 26. Angel. verb. Electio nu. 29. Syluest. verbo Electio 2. qu. 1. numero 2.* Et solus *Hostiensis eod. cap. quia propter, paulo post principium, verbo Viduatis,* dixit eum textum procedere quoque in electione quorumcumque ministrorum Ecclesiæ.

85 Quarta conclusio. Sortes consultorię raro sunt licitæ. Quia Deus non vult suam volũtatem sortibus indagari sed Ecclesiæ & sanctorũ doctrina, ac petito à viris prudentibus consilio. Et ideo sub anathemate interdicuntur *c. Sortes 26. quæst. 5.* At possunt esse licitæ quatuor conditionibus concurrentibus. Prima est, necessitas; alias enim esset Dei tentatio. Hãc autem necessitatem explicant *Syluest. & Margarita confessorum statim allegãdi.* vt sit necessitas spiritualis, aut temporalis, personę, vel etiam rerum, ad magnum damnum vitandũ. Secunda est, vt debita reuerentia ad Deum mittantur sortes. Tertia est, vt seruetur modus proportionatus, ne scilicet sanctorũ reliquiæ, aut diuina oracula conuertãtur ad sæcularia: id est, (vt explicãt *Syluest. & Margarita confessorum,*) ad tẽporalia lucra, secus ad damnũ vitandũ. Vltima est, vt sit circa debitam materiã, nempe, vt nõ sit circa electiones Ecclesiasticas. Quia est id specialiter interdictum. Vt diximus. Ita docent *D. Th. 2. 2. q. 95. art. 8. Syluest. verb. Superstitio 4. q. Armilla verbo Sors, num. 2. & ibi Tabiena qu. 5. nu. 6. Margarita confessorum in primo præcepto, fol. 85. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 9. c. 21 in fine.*

86 Monuerim tamen sortes consultorias non seruatis prædictis conditionibus, non continere superstitionem diuinatoriam, sed aut tentationem Dei, sicut si fiat sine necessitate, & prætermissis ordinarijs diuinę prouidẽtię medijs. Si verò secunda, & tertia conditio non seruentur, erit aliquod sacrilegij genus. Et ita docent *Suarez eod. c. 12. n. 25* Similiter erit sacrilegium iure humano inductũ, si mittantur circa electiones Ecclesiasticas. Cum ob reuerentiam rei spiritualis sint sortes in illis interdictæ.

87 Secundo monuerim, hanc Dei consultationem posse dupliciter fieri: priori modo, intendendo, & expressè, aut tacitè petẽdo à Deo signum aliquod extraordinarium, quo rem petitam manifestet. Et vt hoc liceat, non satis est necessitas, sed exigitur instinctus Dei valde specialis, & extraordinarius: alias nõ vitabitur tẽtatiu Dei. Posteriori modo, quãdo solum intenditur im-

netrari

petrari à Deo occultam sortiũ directionem per specialem prouidentiam, quæ etsi miraculum non cõtineat, pertinet tamen ad specialem gratiam, & beneficentiã Dei: atque ea tãta fiducia petitur vt petens specum statuat id quod sors tulerit, amplecti tanquã diuinum beneplacitum, & non tanquam ex sola Dei permissione profectum. Atque hic modus vt licitus sit, non petit extraordinarium Spiritus sancti instinctum, sed satis est prudẽs ratio sumpta ex necessitate & honestate causæ, & vt aptior modus non appareat ad id dubium vincẽdũ, & dummodo cum debita reuerentia fiat, præmissa oratione, & reiecta intentione, & dummodo ex sortiũ successu non sit periculum iniustitiæ, aut alterius mali. Sic docet optime *Suarez eod. cap. duodecimo, nu. 26.*

88 Vltima conclusio. Diuinatoriæ sortes sunt illicitæ, & superstitiosæ. Quia cũ ei nõ deseruiant rei cognoscendæ, sed sint medium improportionatum, & vanũ, admiscetur in eis tacita dæmonis inuocatio. Quare ius quoque Canonicum eas interdicit, *c. si quis Episcopus, & c. sequenti 26. q. 5.* Et in motu proprio Sixti V. contra astrologos. Atque ita docet *D. Thomas ab omnibus receptus 2. 2. q. 95. artic. 8. in corpore.*

89 Ad cognoscendam autem harum sortium malitiam, oportet aduertere, quandoque eas esse speculatiuas, qa scilicet, ad solam cognitionem alicuius rei occultæ ordinantur, vt ad diuinandũ, quis sit parturus victoriam aut cathedrã obtenturus. Et tunc solam superstitionis malitiam participant. Aliquando vero sunt practicę, vt quia ordinantur ad aliquid agẽdum, vt ad cognoscendũ delinquentem occultum, & illum puniendum, &c. Et tunc vltra superstitionis malitiam continent aliam iniustitiæ, infamationis proximi, & iniustæ punitionis, delicto non probato. Vt supra explicuimus, & docet *Suarez eodem c. duodecimo, nu. 29.*

De pœnis, & libris diuinatorum, & de obligatione, restituendi accepta ob diuinationem, & maleficia.

SVMMARIVM.

An sit iure lata excommunicatio in quoscumque diuinatores, vel alligantes dæmonem, eumve inuocantes aut adorantes, nu. 90. & 91.

Anathema, aut excommunicatus sit, an claudat excommunicationem, nu. 91.

An inquisitores soli puniant diuinatores, & alios superstitionibus vtentes, nu. 92.

Qualiter libri omnes huius artis interdicti sint, ac integrum sit inquisitoribus punire tenentes, nu. 93.

Qualiter diuinantes, et malefici teneantur pretium diuinationis, & maleficij restituere, nu. 94. 95. & 96.

90 TAndem agendum est de pœnis iure statutis aduersus diuinatores, & alios maleficos. Et quia sola excommunicatio pertinet ad forum conscientiæ (constat enim eos nullam suspẽsionem, aut irregularitatem incurrere,) ideo de sola illa agam. Et quidem aliqui censent latam esse excommunicationẽ aduersus clericos sortibus diuinatorijs vtentes. Ita *Martinus del Rio libro 4. disquisitionum magicarum, ca. 2. q. 7. sectione 4.* Probat ex *c. si quis Episcopus, & c. aliquantis 26. q. 1.* At in priori textu nil dicitur de excommunicatione: in posteriori autem sic dicitur: *Ab Ecclesia habeatur extraneus.* Idem dicit non esse improbabile *Suarez tomo primo, de religione, libro secundo, de superstitione c. 19. n. 5.* Ducitur ex *c. 1. 26. quæst 5* ibi: *Si quis ariolos, aruspices, aut incantatores obseruauerit, aut phylacterijs vsus fuerit, anathema sit.* Nam hæc verba anathema sit, aut excommunicatus sit, continent excommunicationem latam & non solum ferendam: vt docent multi, quos retuli libro septimo, de matrimonio, disputatione 12. n. secundo. Et vltra illos docet *Suarez ea. c. 19. n. 3. & 4. & to. 5. in 3. p. disp. 3. sectione 3. n. 4.* Refertur insuper pro hac sententia quædam extrauagans Ioãnis XXII. quæ incipit, Super illius. Quæ quidem inter extrauagantes eius in corpore iuris insertas, non habetur. Sed eam esse refert *Tabiena verbo Excommunicatio 5. casu 4. nu 1.* Atque eam refert *directorium inquisitorum 2. parte, quæst. 43.* in qua solum fit mentio de inuocantibus dæmonem, vel alligãtibus illum in re aliqua, vel eum adorantibus, vel cum eo pactum ineuntibus, vel ipsi immolantibus, & tunc tantum quando quidquam horum facere præsumpserint.

91 Sed verius est, nullam esse excommunicationem in hos latam, sed tantum ferendam. Quia textus *capit. Si quis Episcopus*, nil de excommunicatione tractat: & *capitulo Aliquantis*, cum vtatur verbo futuri, *habeatur*, cõtinet sententiam ferendam. Atque ea verba contenta in *capit. 1. 26. quæstione 5. Anathema sit*, est probabilius non cõtinere sententiam latam, sed ferendam. (Vt aliquibus citatis probaui libro 7. de matrimonio, disputatione 12. nume. 2.) & vltra ibi allegatos tenet loquens de his verbis excommunicatus sit, *Nau. summa Latina capit. 27. numero 12.* quamuis in *Hispana eodem numero 12.* contrarium tenuerat. Idque probat, quia verbum sit, est futuri temporis aut saltem ambiguum, an sit futuri, optatiui modi; aut præsentis subiũctiui: & ideo in hoc dubio iuris est in mitiorem partem inclinandum. Quæ ratio militat omnino in his verbis, anathema sit: immo clariora sunt illa, excommunicatus sit. Quamuis fatear hæc verba, anathema sit, posita in Decretis Conciliorum determinantibus pertinentia ad fidem, importare hæreticum esse sentire contra eam determinationem. Præterea esto dicamus importare excõmunicationem latam, intelligendum est, nisi proferantur in materia, in qua constat ex alijs textibus non imponi excommunicationem latam, sed ferendam. Quod ex multis probaui ea. disputatione 12. numero 2. & vltra ibi citatos, tenent *Nauarrus eodem capitulo 27. num. 12. Suarez eodem capitulo 19. numero 4.* Quod in hoc casu contingit. Sunt enim multa alia iura declarantia hanc sententiam esse ferendam. Vt *capit. 2. & 3. & ca. Non oportet 26. quæstione 5.* Et quamuis *Suarez eo. cap 19. nu. 5.* dicat hanc solutionem non sibi satisfacere, quia hi textus sunt antiquiores: at hoc non obstat: nec enim absurdũ est decreta posteriora dubia explicari per priora. Vt probaui libro 2. de matrimonio disputatione 24. numero 6. Extrauagans Ioannis XXII. non est sufficiẽter promulgata, vt eum effectum operetur. Vt bene ait *Suarez eo. cap. 19. numero 6.* Et ideo pro hac sententia sunt *Alensis 2. per. quæstione 164. membro 5. & Syluester verbo Superstitio, quæstione vltima*, vbi dicunt hos excommunicandos esse. Et expresse tenent *Suarez eod. c. 19. nu. 5. & 6. Azor to. 1. institutionum moralium lib. 9. c. 26. q. 3. Leonardus libro 2. de iustitia capitulo 43. dubio 5. numero 29.*

92 Atque attento iure veteri inquisitores cognoscebant aduersus solos diuinatores miscentes aliquid hæresis. Constat ex *capitulo Accusatus, §. Licet, de hæreticis, in 6.* At hodie attento motu proprio Sixti V. contra astrologos, possunt & ordinarij, & inquisitores inquirere, & animaduertere in omnes superstitiosam quamuis diuinandi artem exercentes, profitentes, dicentes, docẽtes, & diuinationibus vanis vtentes, aut in eis se quomodolibet ingerentes. Vt constat ex eius tenore. Et docent *Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 9. cap. 26. quæstione 4. Suarez eodem capit. 19. numero 11.* Cognitio vero aliarum superstitionum, in quibus est suspicio hæresis ob expressum cũ dæmone pactum, vel ob alias circumstantias, pertinet ad Inquisitores: quando vero nulla est hæresis suspicio, est mixti fori, nempe, iudicis Ecclesiastici, & laici, & datur præuentio. Vt cum *Abbate, & alijs*, tenent *Iulius Clarus libro 5. receptarum. §. Hæresis, num. 25. Suarez eodem num. 11.*

Insuper

93 Insuper libros omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Oenomantiæ, & in quibus cõtinentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicę, interdicuntur in indice librorũ prohibitorum edito iussu. Tridentini regula 9. Et Sixtus V. in eo motu proprio iubet eos tradi Ordinarijs, aut Inquisitoribus, & vt possint Inquisitores punire tenentes, vel legentes eos.

94 Demum dubitatur, an hi astrologi, & diuinatores, teneantur pretiũ pro diuinatione acceptum restituere? Primo dico, eos ab omni restituendi obligatione, liberos esse, quoties ea naturalia prædicunt, ad quæ sciẽtia se extendit. Vt si eclipsim, pluuias, &c. prænuncient etsi postea effectus non sequatur. Quia bona fide id, ad qđ eorum scientia se extendit, prænunciarunt. Sicut medicus non tenetur curationis stipendium restituere, eo quod æger obeat. Ita *Nauarra lib. 2. de restit. c. 2. par. 1. dub. 7. in noua editione nu. 161. & 162.*

95 Secundo dico, si de re in particulari iudicent, quæ per suam artem sciri nequit, vt quis furtum fecerit, vel aliũ actum liberum prænuncient, teneri aliquid spirituale restituere, nempe, dedocere superstitiosam doctrinã: (intelligo ego,) si alius credidit sciri posse id per artem, aut iam alias non est eo errore liberatus, & quando hi astrologi ea falsa doctrina eũ imbuunt. Tenetur insuper damna subsequuta ex suo iudicio restituere. Vt si alius spe illius diuinationis fretus, expensas fecit, aut damnum aliud passus est. Quia hi iniusta illorum causa fuere. Sicut medicus profitens se liberaturum ægrum morbo, quem immedicabilem nouit, tenetur expensas resarcire. Ita *Nauarra ibi. num. 162. & 163.* Intellige cum limitatione, quam numero sequenti in fine apponam.

96 Quod si loquamur de pretio accepto pro hoc iudicio ferendo. *Gratianus capit. Qui habetis 14. quæstion. 5.* docet pauperibus restituendum, tanquam turpe lucrum. Sed distinguendum est sic. Si nullam operam apposui, vi arte diaboli id sciret astrologus ille, quod nullo alio pacto sciri potuit; siue effectus euenerit, siue non, tenetur pretium restituere danti. Quia nullam diligentiam adhibuit, sed casu effectus euenit, aut non euenit. At pecunia datur propter operam ab illo impensã, & quidem vtilem ad effectum consequendum. Sicut si medicinæ prorsus ignarus, aut inutilia ægro applicaret, teneretur pretium curationis ægro restituere, quamuis casu liber à morbo euaserit. Et quamuis cõsulens, astrologũ in ea re deliquerit, offerens pretium pro re turpi, verior sententia habet restituendum ipsi, donec per sententiam cõdemnetur, vt id pretium amittat. Si vero astrologus ille, vel diuinator operam suam apposuit; & arte diaboli res ita euenit, non tenetur pretium restituere. Quia ipse suam operam etsi turpem apposuit; & acceptum pro opere turpi, non est obnoxium restitutioni: iuxta veriorem sententiam. Atque hæc omnia docent *Nauarra ibidem, numero 163. & 164. & Manuel 1. summæ 2. editione capitulo 7. numero 4. Salas 1. 2. quæstione 9. articulo 5. tractatu 5. disputatione 2 sectione 8. numero 79. in fine.* Adduntque indistincte teneri pretium restituere, quando res non ita euenit. Sed id non credo, quãdo ipse diligentiam adhibuit arte diaboli ad eum effectũ necessariam. Sicut medicus quando iuxta artis præcepta medicatus est, non tenetur pretium restituere, ægro pereunti. Quia ea diligentia à mago illo apposita est pretio æstimabilis. Nec in hoc casu tenetur damna, & expensas consulenti restituere: sed tantum quãdo nullam operam impendit; aut eius diabolicæ artis ignarus erat. Et ita limitandum est quod numero præcedenti diximus. Quia quando operam suam impendit, non decepit.

CAPVT XXXIX.

De diuinatione per duellum. Et quando duellum licitum sit: & quibus pœnis illicitum subdatur.

SVMMARIVM.

Duellum quid sit: & quotupliciter sumatur, nu. 1.

An sit ita ex genere malum, vt nunquam liceat. nu. 2.

An duellũ ad eruendam veritatem sit semper illicitum, nu. 3.

An innocenti damnato ad mortem, nisi duellum acceperit, liceat acceptare, nu. 4.

An oblatum duellum ad eruẽdam veritatem, quando offerens vult alias prouocatum interficere, liceat acceptare, n. 5.

An ScÃ terminãdæ lites criminalis, siue ciuilis ad liceat, n. 6.

An liceat duellum, atque actorem ipsum præuenire illum necando, quãdo iniuste coram iudice auferre molitur vitam, res familiares, aut honorem innocentis, nu. 7.

An ad defendendam propriam vitam liceat duellum oblatũ acceptare, nu. 8.

An liceat ad tuẽdum honorem, qui amittitur respuendo duellum oblatum, nu. 9.

Quid tunc liceat prouocato ad duellum respondere, nu. 10.

An vocato ab homine irato liceat exire, quãdo suspicatur vocari se ad duellum, nu. 11.

Quando sit licitum duellum inter milites vtriusque factionis in bello, nu. 12. 13. 14.

An liceat duellum vindicatiuum, aut defensiuum, publica authoritate indictum, nu. 15.

An liceat aliquando bellum resoluere in duellum, nu. 16.

An in casibus, in quibus licet duellum, fas sit acceptare eam conditionem vt nullius ex circumstantibus opem ferat alicui ex pugnantibus, num. 17.

Post nu. 17. inuenies alia summaria, quæ desiderantur.

1 DVo in hoc capite tractanda sunt. Prius est. Quando duellum liceat. Posterius est, de pęnis duelli illiciti. Duellum, quod Gręce Monomachia dicitur, est singulare duorum certamen initum ad eruendam alicuius rei veritatem, vel ad purgationem inducendam. Quotiescumque enim criminis, seu cuiuscumque alterius iuris probatio obscura erat, vel actor reũ prouocabat, vel reus ipse offerebat se aut suo loco aliũ ad duellum, hoc modo, vt qui se sic probaturum, purgaturumve aliquid obtulerit; si vicerit, ꝓbasse, vel purgatus esse credatur. Sin autẽ succubuerit, defecisse in probatione, vel obiecti criminis cõuictus esse putetur. Quare duellum proprie non est quodlibet duorum certamen, sed quãdo suscipitur ad veritatis indaginem, & vt victoria testetur victorem esse innocentem, vel habere ius in lite intenta. Vt docent *Nicolaus de Lyra primo Regum, capite decimoseptimo, in ea verba, Audita sunt autem verba quæ loquutus est Dauid. Henricus quodlibet. nono, quæstione vigesimatertia Caietan. secunda secundæ, quæstione 95. articulo octauo, circa solutionem ad tertium, vers. Ad euidentiam huius, Syluest. verbo Duellum, in initio. Delrius li. quarto, disquisit. magic. cap. quarto quæstio. quarta, sectione quarta.* Vnde aiunt *Henricus, & Syluest. citato Rainerio,* duellum ab aliquibus appellari iudicium, eo quod ibi iudiciũ Dei expectetur. At largè, & generaliter ait *Syl.* sumi duellum pro quouis duorum certamine ab vtraque parte sponte inito.

2 Duellum autem ita generaliter sumptum non est ita ex genere suo malum, quin in aliquibus casibus ob iustas causas licitum sit. Quare ex ipsius duelli causa est perpendendũ an liceat, necne. Vt optime docet *Caiet. numero præcedenti allegatus.*

3 Sex ergo sunt causæ, ad quas duellum ordinari potest ex quarum animaduersione eius honestas deducẽda est. De quibus sigillatim agendum est. Prima est, vt per victoriæ euentũ eruatur veritas, & iustitia alterius partis. Et tale certamen vocatur proprie duellum. (Vt dixi numero primo,) & computatur inter purgationes vulgares & damnatur ab Ecclesia *capit. Monomachiam 2. quæstion. 5. & capit. 1. & 2. de purgat. vulgari.* Et tanquam

quam superstitiosum damnat *D. Thom. ab omnibus receptus 2.2. quæst. 95. art. 8. ad 3. vbi & Caiet. & Henricus quodlib. 9. quæstione 31.* optime aiunt huiusmodi duellū indicere, vel acceptare, esse ex genere suo malum instar mendacij. Quia in propria ratione repugnantiam cū recta ratione includit. Quippe in testimonium proprij iuris, aut innocentiæ, assumitur id, quod non est mendacium aptum ad eum finem. Cum quādoque iustam causam tuentes, succumbere in duello accidat. Vt dicitur *cap. 1. de purg. vulg.*

4 Hinc deducitur resolutio eius quæstionis, si quis innocens ab iniquo iudice damnaretur, vt vel in duello pugnaret, quo se ab obiecto crimine purget, vel mortē subeat, an liceat ei acceptare duellū? Et nō licere affirmant *Host. Goffr. Supplementū, Rosella, quos refert & sequitur Sylu. verb. Dellum q. 2. Henricus quodlibet. 5. q. 32. Abulensis 1. Reg. c. 17. q. vlt. D. Ant. 3. p. tit. 4. c. vlt. §. vlt. Tabiena verbo Duellum, q. 3. nu 4. & ibi Armilla nu. 5* & potest probari. Quia duellum causa eruendæ veritatis, est intrinsecè malum. Vt diximus numero præcedenti. Deinde quia innocens ille iniuriam minime patitur ab eo, cum quo pugnaturus est: sed à iudice. Non ergo ei licet acceptare duellum cum eo tertio vere innocenti, ac eius vitam periculo exponere. Alij vero id esse licitū affirmant. Ita *Angelus verbo Duellum, numero 2. Toledo lib. 5. summa cap. 6. nume. 3. Nauarra lib. secundo, de restitut. cap. 3. in 2. p. dubio 13. in noua editione, numere 295.* Et videtur approbare *Caietan. 2. 2. quæstione 95. artic. 8. circa solutionē ad 3. statim in principio.* refert enim quosdam sentire id licere, & non improbat. Et *Valentia* dicit non esse improbabile *2. 2. disputatione 3. quæstione 17. pūcto 1. columna 3. versic. ponunt etiam.* Et reddit rationem, quia est innocens non patiatur iniuriam ab illo tertio, cum quo ei offertur duellū, sed à iudice. At videtur habere runctus, vt aduersus iudicis iniuriam nitatur p incertum duelli periculū, euadere certam alioquin mortem, etiam cum tertij detrimento. Quandoquidē plus se ipsum, quam illum in eo casu diligere potest; eo vel maxime quod iniquus iudex tertio illo tanquā instrumento vtatur ad exequendam iniquā sententiam, quo ad vnam eius partem. Et hanc partem probabiliorem sentio, non acceptanti innocenti duellū ea praua intētione, qua offert iudex, sed solum intentione se defendendi, & vt mortem certam acceptato periculoso duello euadat. Quare ea potius est defēsio. Vt dicemus numero sexto. Quippe illud acceptare intētione veritatis eruendę est intrinsece malum, instar mendacij: ac proinde nunquam licet.

5 Secundo deducitur, si quis suspicans quendam adulterinum commisisse cum sua vxore, aut alia iniuria ipsum affecisse, eum ad duellum prouocaret causa veritatis indagādæ, minime licere huic prouocato illud acceptare. Quia est intrinsece malum, & quia sponte acceptat. Si tamen pronocās inuaderet ipsum, vel alias eum necare vellet: liceret huic prouocato pugnare se defendendo. Quia non pugnaret quasi conditionem oblatam acceptans, sed se ab iniquo inuasore defendens. Vt optime ait *Abulensis 1. Reg. capitulo 17. quæstione vltima.*

6 Secunda causa acceptandi duelli est ad terminādam litem criminalem, aut ciuilem. Et tunc licere ob tuendam v tā, vel res defendendas asserit *Nicolaus de Lyra nu. 1. allegatus.* Verum ob hanc causam non licere asserunt omnes Doctores numero sequen. referendi, & ita tenendum est. Quia duellum non est medium aptum ad terminandam litem.

7 Dubium autem est, an liceat innocenti id duellum acceptare, siue offerre, quādo certum est fore, vt actor per fraudem in iudicio ipsum opprimat, & eius iniustam condemnationem impetret? Quidam neutrum licere aiunt. Quod sui defensor ille solius dicatur, qui inuitus ad pugnam ab aggressore cogitur. At hic etiam ad duellum prouocatus, id sponte acceptat. Quamobrem non tanquam sui defensor excusandus est, sed tanquam inuasor condemnandus. Ita docent *Abulensis 1. Regum cap. 17. quæst. vltima, Salon 2. 2. quæst. 64. artic. 3. controuers. 3.* Alijs placet licere, quando certum est innocentem damnandum ad mortem, mutilationemve secus in alijs casibus. Prius probant, quid id est subire minus malum, nempe, dubiæ mortis, aut mutilationis periculum, ad euertendum ea damna certo ob aduersarij iniuriam subeunda. Nec hoc est duellum vere, sed defensio contra inuadentem. Non enim re ipsa differt velle occidere proprio gladio, aut alieno. Posterius probat *Caietan. statim allegandus.* Quod defensio armis non liceat nisi contra inuadentem armis. Ita sustinent *Caiet. 2. 2. quæst. 95. ar. 8. circa solutionem ad 3. in 4. causa, & in summa, verbo Duellum. Nauar. summa Latina, & Hispana cap. 11. nu. 39. & cap. 15. numero 9. Valentia 2. 2. disput. 3. quæst. 17. puncto 1. col. 2. versi. Est autem assertio, & vers. Talis autem casus: & in quarta causa acceptandi duelli.* Et *Caiet.* de sola duelli ab actore oblati acceptatione loquitur: de prouocatione autem facta per innocentem ad illud, nil dicit. At *Valētia* de vtroque loquitur, & dicit vtrumque innocenti illi licere. Quia (vt ait *ipsemet eod. puncto 1. col. 5. vers. Nec secundo,*) eiusdem rationis sunt ad duellum prouocare, et illud acceptare, quoties causa necessariæ defensionis vtrumque fit. Atque limitat *solus Caietan.* dūmodo duellum illud de cōsensu principis ineatur. Sed melius alij dicūt licere huic innocenti duellum, ad vitam, honorem, & res familiares in notabili quantitate tuenda, qn constat omnino, iniuste & per calumniam actorem procedere: & certū omnino est fore vt innocens hæc amittat: nec aliud sibi euadendi remedium suppetat. Quia si hoc duellum nomen defēsionis cum moderamine inculpatæ tutelæ induit, (vt Doctores secūdę sententię fateatur,) ea defensio cōtra inuasorem est licita & pro vita, & pro honore, & pro rebus etiā tuendis. Et ita hanc sententiam tenent *Bañes 2. 2. quæst. 64. artic. 7 dub. 4. corpore, et in solutione ad 2. Manuel 1. tomo summa in 1. editione ca. 73. numero 1. Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 3. in 2. part. dub. 13. in noua editione numero 289 & 290.* vbi merito reijcit limitationem *Caietani* petentis consensum principis. Nā defensio iure ipso naturali absque alicuius licentia conceditur. Atque optime *Bañes* ait licere innocenti in his casibus acceptare, & offerre duellum: ob rationem traditam: immo & non prouocando ad duellum, interficere occulte actorem illum calumniosum. Cum hæc occisio sit vera defensio. Immo bene *Nauarra eo. num. 290.* ait teneri innocētem non acceptare duellum, nec indicere; si post occulte illum occidendo, id vitæ, honoris, rerum familiarium periculum euadere. Quippe sic proprium vitæ periculum in duello imminens vitabit, & peccatum actoris offerrentis, aut acceptantis duellum.

8 Tertia causa est, defensio vitæ proprię. Et ob hāc causam non licet spōte duellum acceptare. Quia etsi liceat vim vi repellere, se ab inuasore defendēdo, etiam eum necando, quando aliter vita defendi nequit: at hoc nō est duellum: sed quando ex condictō sponte indicitur, aut acceptatur certamen Quod nō est vitā defendere, sed eam periculo exponere. Ita *Caietan. eodem art. 8. ad finem; Valentia dicto puncto 1. ad finem.*

9 Quarta causa est, defensio proprij honoris. Quia si vir nobilis, aut miles prouocatus ad duellum, id respuat, non modicam honoris iacturam facit. Atq; ideo prouocans videtur inuasor ad honorem prouocati auferēdum. At quando honori aliter consuli nequit, nisi inuasorem occidendo, licet vtique occidere, nedū acceptare duellum, in quo neutrius mors certa est. Et confirmatur, nā inuaso fas est inuasorem perimere vt honorem tueatur, quando fuga sibi ignominiosa posset tueri vitam. At maior ignominia est duellum oblatum respuere. Atque ita tenent aliqui id licere, (vt refert *Bañes 2. 2. quæstione 64. articulo 7. dubio 3.* At dicendum est,

est, hanc non esse iustam acceptandi duelli causam, sed esse culpam mortalem acceptare. Ducor, quia etsi apud vulgares, & improbos, id ignominiæ tribuatur: tamen apud sapientes & probos, id honori ascribitur quando gratia diuinæ legis seruandæ duellum oblatum respuitur. Quod falsæ vulgi opinioni præponderat. Quare non est simile de fuga, dum aliquis inuadit: ea enim militiam profitēti reputatur ignominiosa, etiam apud probos, & sapientes. Præterea quia si ob defendendum honorem liceret acceptare duellum id quoque ob eandem rationem indicere liceret: quando ad tuendum honorem asser t vt contingit quādo quispiam iniuriam passus est. Quippe vtrumque est eiusdem rationis: (vt num. 7. diximus.) At nullus fas esse indicere admittet. Tādem quia etiam apud mundanos fatis consulet suo honori prouocatus hic respondendo eo modo, quem numero sequenti explicabimus. Atque ita docent *Caietan. 2. 2. question. 95. art. 8. circa solutionem ad 3. in casu 3. & in summa, verba Duellum, vbi Armilla, numero 1. Sotus libro 5. de iustit. quæst. 1. art. 8. ad finem in corporis, versic. quod si hinc quispiam. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 8. lib. 10. numero 18. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. in 2. parte dubio 13. in noua editione numero 286. Bañes 2. 2. quæst. 40. art. 1. in fine, & quæst. 94. art. 7. dubio 3. in solutione ad 3. Valentia 2. 2. disp. 3. quæst. 17. puncto 1. in 2. causa Petrus de Ledesma 2. tomo summæ, tracta. 8. cap. 18. post 9. conclusionem, difficult. 4. Manuel 1. tomo summæ, in 2. editione cap. 73. numero 1. Abulensis 1. Reg. cap. 17. quæstione vltima. Salon 2. 2. quæstione 64. artic. 3. controuersia 3.* Et clare sentit *Nau. summa Latina, & Hispana c. 11. nu. 39.* dicit enim in solis duobus casibus licitum esse duellum: at neuter est hic.

10 Licebit tamen prouocato ad duellum, sic respondere prouocanti. Paratus sum ad me defendendū, quandocunque me inuaseris nolo tamē duellum acceptare, eo, quod legi diuinæ aduersetur. Quia paratum esse ad defendendum, vacat culpa. Ita *Bañes vtroque loco. Valentia num. præced. allegati.*

11 Sed nunquid, si quis iratus quempiam vocat dicens se velle illum paucis seorsum conuenire, liceat huic exire? Sic distinguendū est, si vocatus sit moraliter certus; se ad duellum vocari, non licet: at non tenebitur domi ita manere, vt negetur egredi quoties opportunū sibi fuerit ad sua negotia pertractanda. At egredi licebit, si credat fore vt iratus blandis verbis placetur. Ita *Bañes illo art. 7. dub. 3. in solutione ad 3.*

12 Quinta causa duelli acceptandi est, inter milites vtriusque factionis in bello, quando ex consensu ducum, spectaculi, & voluptatis causa, vel ad robur militum ostendendum, illud initur. Et hæc non est iusta. Quia nefas est mediū tam periculosum, & atrox, ob tam vanū finē suscipere. Et sicut pro his solis causis belli suscipere non licet, sic nec duellum. Ita docent *Caietan. 2. 2. q. 95. artic. 8. circa solutionem ad 3. in 2. causa, & in summa, verbo duellum, vbi Armilla numero 1. Nauar. summa Latina cap. 15. in fine. Delrius lib. 4. disquisit. magicæ. cap. 4. q. 4. sectione 2. ad finem. Valentia dicto puncto 1. in casu 5. & 6. Manuel 1. tomo summæ, in 2. editione cap. 73. nu. 2. Nauar. lib. 2. de restitutione c. 3. in 2. par. dubio 13. in noua editione, num. 296.*

13 Negandum tamen non est, licere in bello iusto hæc priuata duella inter singulos, aut paucos milites ex vtraque parte, quando opportune instituerentur ad debilitandas hostium vires, eorumque animos frangendos, experiendo militū contrariæ factionis robur. Quod nō, exiguus victoriæ comparandæ fructus inde speretur. Quod satis significat *Caietan. in summa, verbo Duellum,* reddit enim rationem, cur in casu præcedenti id duellū non liceat: quod non ad hostium robur minuendū ordinetur, sed ad vanam ostentationem. Atque ita docēt *Minchaca in controuersijs illustribus, lib. 1. c. 48. num. 18. Azebedo l. b. 8. recopil. tit. 8. l. 10. numero 6. Valentia num. præcedenti allegatus.*

14 Quare liceret huiusmodi certamina ab hostibus oblata acceptare, non principaliter ob vanam fortitudinis ostentationem, sed principaliter gratia conseruādæ bonæ existimationis exercitus apud hostes. Quia ea non parum momēti ad victoriam habet. Et si non acceptarentur, redderentur animosiores hostes existimādo nostros præ timore id certamen effugere. Ita docent *Nauarrus, Valentia, Manuel, Nauarra alleg. ati numero duodecimo.* Quos intelligo, etsi hostes causa solius spectaculi, & voluptatis, id certamen offerrent: liceret eni id acceptare non principaliter ob eum finem, sed propter finem dictum.

15 Vltima causa est, quādo authoritate publica indicitur duellum vindicatiuum ad illatam patriæ iniuriam vindicandam, aut defensiuum patriæ. Sed quamuis ex his causis dicendum sit bellum licere: duellum tamen est illicitum. Ratio est, quia vindicatiuum non licet, eo quod qui authoritate publica iniuriam vindicat, debet esse velut agens respectu puniendi. Quare instar agentis naturalis debet esse multo fortior, ita vt quasi certa sit victoria. Quod in singulari certamine non reperitur: quia vel par est vtriusq; conditio, vel multa possunt, ac solent accidere, vt is etiam, qui valentior videtur, succumbat. Non etiam licet defēsiuum. Quippe etiam in defensiuo, imitari oportet agentia naturalia in quātum fieri potest, quæ meliori, & efficaciori modo possibili contrarijs resistunt. At est inefficax, & debilis resistendi per vnum modus, quem facillime contingit vinci. Quare iniquè communis defensio vni commissa ei periculo exponeretur Ita *Caiet. d. articulo 8. circa solutionem ad 3. in causa 3. Valentia d. puncto primo causa prima.*

16 Quamuis tamen hoc regulariter illicitum sit, aliquādo licebit bellum resoluere in duellum, inito pacto inter vtramque factionem, vt causa per prælium decidēda, paucis vtrimque pugnaturis, aut duobus decidenda committatur, ita vt eius partis sit victoria, cuius milites vicerint. Quod quidē eo casu licebit, quo princeps bellum iustum gerens videt se viribus destitutum ad bellum commune, & fore vt eo indicto succumbat: & si duello rem terminandam committat, est victoriæ spes. Tunc enim prudenter agit trāsferens ruinam fere certam in victoriæ spem. Atque in duellum loco belli inti succedit. Ita *Caietanus dict. articul. 8. circa solutionem ad tertium, in quinta causa, & summa, verbo duellū. vbi Armilla numero primo, Emmanuel Sà numero primo, Nauar. summa Latina, & Hispana capit. 1. numero 19. & cap. 15. nu. 9. Minchaca in controuers. illustribus, lib. 1. ca. 48. numero 19. Azebedo numero 13. allegatus. Delrius, & Nauarra numero 294. allegati numero 13. Valentia d. puncto 1. colum. 3. versic. Talis autem casus.* Addunt bene *Caietan. c. 5. causa, & Valentia ibidem* non solum in hoc casu licere acceptare duellū oblatum, sed & illud offerre. Quia id nō est aduersarios iniustē pugnaturos inducere ad malum, sed eos à maiori malo auertere, quale est bellum commune.

17 Tādem dubitatur, an in ijs casibus in quibus duella licent, fas sit eam conditionem apponere, vt nullus ex circumstantibus opem alicui ferat? Videtur n. esse contra charitatem succumbenti non subuenire: vtpote qui in extremo vitæ periculo est, nisi illi succurratur. Sed bene *Nauarra libro 2. de restitu. cap. 13. in part. dubio decimotertio, in noua editione numero vltimo,* sic quæstionem hanc resoluit. Si duellum sit ob defensionem vitæ, vel rerum innocentis, & adhuc volens iniuste vexare nolit desistere licitum est eam cōditionem acceptare. Et circumstantes tenentur illi succumbenti non opem ferre. Quod ex parte illius bellum iniustum sit, estque peccato iniustitiæ cooperari. Quod si innocens succumbat, tenentur ibi subuenire. Quia ex parte illius est iniusta conditio. Quando vero duellum est illicitum, illicita quoque est cōditio. Cum ponus impedire vtramque partem oporteat. Hactenus *Nauarra.* Sed nil dixit

de

de hac conditione apposita, quando bellum commune resoluitur in duellum, ex pacto, iuxta dicta nu. præcedent. At tunc credo etiam ea conditione non expressa, semper.n. in eo pacto tacite includitur, neutrius factionis militi succumbenti teneri succurrere circũstantes imò teneri non succurrere. Quia etsi ex parte iniuste bellantium ea cõditio iniqua sit: ad bonum commune, quod in omnibus præferendum est, postulat fidem hostibus seruari: & maxime in rebus ad bellum attinentibus.

De pœnis duelli illiciti.

SVMMARIVM.

An clericus ad duellum prouocans, vel acceptans, sit suspensus, numero 18.

Referuntur pœnę in Tridentino, & in motu proprio Pij IV. cõtenta aduersus duella, nu. 19.

Contenta in motu proprio Gregorij XIII. nu. 20.

Contenta in motu proprio Clementis VIII. nu. 21.

An solum duellum solemne subdatur his pęnis, nu. 22.

An solum indictum causa eruenda veritatis? Refertur quadã sententia, num. 23.

Sententia Authoris, num 24.

An excommunicatio sit lata in Tridentino contra omnes personas in eo decreto contentas? Refertur quadam sententia, num. 25. Opinio Authoris, num. 26.

An hac excommunicatio sit reseruata, nu. 27.

An incurrant has pęnas qui dicunt, Veni ad talem locum, vel ibi te expecto: aut alio modo se ad pugnam prouocant, n. 28.

An incurrant principes concedentes duella inter infideles, vel inter fidelem, & infidelem, nu. 29.

Quid si inter Christianos permittant duellum ad vitandum maius malum, num. 30.

Qui spectatores duelli, & qui socij incurrant, num. 31.

An inhabilitas ad beneficia, & alia pœna contenta in Tridentino, et alijs motibus proprijs incurrantur ante sñiam, n. 32.

18 EGimus de duello quãdo sit illicitum: iã de eius pœnis agendum est. Et quidem iure communi antiquo clericus prouocans ad duellum illudve acceptans, est suspensus, iuxta aliquorum sententiam. Et probant ex *cap. primo, de clericis pugnantibus in duello.* Quamuis enim textus dicat hunc meritò deponi debere, ac proinde non videatur suspensio lata, sed ferenda. At statim subiungit posse Episcopum dispensare, nisi mors, aut mutilatio subsequuta sint: in quibus verbis suspẽsio lata importatur: alias non esset in quo Episcopus dispensaret. Ita sentiunt *Angelus verbo suspensio 1. n. 12. Syluest. verbo Suspensio, quæst. 6. casu 11. & ibi Tabiena quæstione 6. num. 7. casu* 10. At verius est eum non esse suspensum, sed suspendendum. Quod docent *Nauar. summa capit. 27. num. 156. Henriquez libro 13. de excom. cap. 39. num. 23. Salzedo in practicam Bernardi Diaz cap.* 100. *in initio, Suarez 5. tomo in 3. par. disput. 31. sectione 4. num. 48. Manuel i como summa 2. editione cap. 73. in fi.* Quia textus dicit merito eũ clericum deponi debere, id est suspẽdi. Vt intelligunt omnes authores citati, & specialiter *Suarez.* Quod denotant verba sequentia concedendo Episcopo dispensationem. Cum vix Pontifex cum deposito dispenset. Nec ea verba arguunt suspensionem esse latam. Quia sensus est, concedi Episcopo dispensationem, postquam clericus ille per sententiam suspensus fuerit. Aduertit etiam bene *Suarez ibi,* non satis esse prouocationem ad duellum illiusve acceptationẽ, vt clericus hic suspendẽdus sit, nisi pugna sequatur. Id enim supponit textus in illis verbis, *Siue victor victus fuerit,* intelligitur etiam quando clericus sponte acceptat duellum. Vt docent *Abbas eo. ca. 1. statim in principio, notabili 2. Bernardus Diaz eo. cap. 100. in fi.* At melius *Salzedo ibi, in fine, & Petrus Foller. per ipsum allegatus & Manuel dicto cap. 73. in fi.* dicunt adhuc esse suspendendum. Quia cum duellum statum clerici dedeceat, nulla necessitate ad id acceptandum cogi potest: nisi quando alter ipsum necandum inuaderet. Et tunc non est duellum, sed defensio.

19 Iure autem nouo variæ sunt statutę pœnæ contra acceptantes duella. Nam *Tridentinum sessione 25. de reform. capitulo* 19. excommunicat Imperatores, Reges, ac quoscunque temporales dominos, qui locũ ad duellum seu monomachiam in suis terris inter Christianos concesserint, ac ipsos in duello pugnantes, & pugnantium spectatores, ac patrinos, & consilium dantes tam in iure, quam in facto in causa duelli, aut alia quacunque ratione ad id suadentes. Insuper Imperatores, aliosve dominos locum ad duellum concedentes, priuat dominio, ac iurisdictione territorij in quo duellum concedunt, si illum obtinetur ab Ecclesia: & domino directo, si sit feudum. Et ita si loca sint Ecclesiæ, redeunt ad ipsam: si vero feudalia, ad dominos. Insuper pugnantes, & patrinos punit etiam bonorum proscriptione, ac perpetua infamia. Et morientes in eo cõflictu priuat Ecclesiastica sepultura. Postea autem Pius IV. in motu proprio edito anno 1560. excommunicauit omnes Principes, & domicellos permittentes in suis locis duellum, aut singularia certamina fieri: aut diffidationes facientes, ac ad id inuitantes, procurantes auxilium, consilium, vel fauorem dantes, illiusque astantes, & interessentes, & chartas subscribentes, & publicantes, seu de illis se intromittentes. Et omnes hos, si laici fuerint. Imperatore, & Rege inferiores excommunicat; & clericos vltra excommunicationem punit, vt priuationem omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatemque ad illa & ad alia in posterum obtinenda, eo ipso incurrant: & omnes prædicti à solo Papa absolui possint.

20 Postea Gregorius XIII. in quodam motu proprio, anno 1582. incipienti, Ad tollendam, extẽdit idem decretum ad duella priuata, statuitque vt omnes qui ex condicto, statuto tempore, & in loco conuento monomachiam, seu duellum commiserint, etiam si absque patrinis, & etiam si nullæ prouocatoriæ litteræ missæ sint, & absque alijs visitatis cæremonijs id efficiant, eadem excommunicatione, & pœnis in Tridentino contentis ligentur. Et similiter statuit eidem excommunicationi, & pœnis subiacere dominos locorum hæc priuata duella permittentes, aut quantum in se fuerit, non prohibentes, & omnes mandantes, instigantes, auxilium, cõsilium ve dantes, equũ, arma, pecuniam, comitatum, & alia subsidia scienter subministrantes, & ex proposito spectatores, aut socios se præbentes, etiam si illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserint, impediti, pugnam non commiserint, si per ipsos nũ steterit, quominus illa committatur.

21 Tandem Clemens VIII. anno 1592. edidit alium motum proprium incipientem, Illius vices, cuius summam refert *Sayro in thesauro casuum, to. 1. lib. 3. c. 31. nu. 21. & triplici sequenti,* vbi confirmat Tridentini decretum, & motus proprios Pij IV. & Gregor. XIII. contra duella, & deinde explicat in particulari personas, quæ illas pœnas incurrunt, & actiones ob quas incurruntur. Vt potest ibi late videri. Et tandem excõmunicat omnes singulares personas horum delictorum reas, & si in ipso conflictu obierint, priuat Ecclesiastica sepultura. Ciuitates vero, terras, oppida, vel castra, & loca, in quorum territorijs id facinus sceltibus, & tacite, vel expresse permittentibus, aut tolerãtibus dominis, aut magistratibus, vel senatu, aut populo, admissũ fuerit, interdicto Ecclesiastico supponit. & reseruat relaxationem interdicti, & absolutionem excommunicationis Papę, ita vt nullus alius relaxare valeat, vel absoluere prætextu quarumuis facultatũ, & indultorum quibusuis, tam Ecclesiasticis cuiuscunq; ordinis, ac militiæ, status, gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis etiã Imperiali. regali, vel alia mundana præeminentia insignitis per sedem Apostolicam in genere, vel specie concessorum.

22 Ex his constat decretum Tridentini de solo duello

solemni

solemni, quod authoritate publica, & patrinis inibatur, loquutum fuisse. Vt ex tenore ipsius decreti cōstat. Atque ita illud videtur intellexisse Gregorius XIII. vt cōstat ex verbo, quo vtitur, id extēdēs ad duella priuata, nempe, *statuimus*. Quod est signum nouæ legis, iuxta *Glossam communiter receptam Clem. finali, verbo Statuimus, de rescript.* Et ita docent *Nauarr. lib. 5. consi. in vtraque editione, tit. de purg. vulgari, consi. 2. ad finem Suarez 5. to. in 3. par. dispu. 23. sectione vltima, num. 11.* Quamuis *Enriquez lib. 13. de excommun. cap. 29. nu. 3. in commento, litera Y.* dicat etiam de priuato duello loquutum, & ita explicuisse Cardinales. At iam Greg. XIII. & Clemens VIII. id ad priuata duella extenderunt: vt vidimus duplici num. præcedenti.

23 Sed difficultas est, an decretum Tridētini. & motus proprij relati intelligantur de solo duello propriè sumpto quod initur causa veritatis alicuius eruendæ, (vt diximus numero 1.) an etiam de inito ad vindictam sumendam, vel ob quamuis aliam causam? Et videntur de solo priori duello loqui. Quia vtūtur solis dictionibus, duellum, monomachia: quæ proprie solum certamen causa veritatis eruendæ important. (vt numero primo diximus.) Et cum decreta sint pœnalia, & rigidissima, non videntur vltra propriam vocum significationem extendenda. Huic sententiæ fans fauet *Nicolaus de Lyra in lib. 1 Regum 17. Audita sunt autem verba*, vbi ait omnia iura prohibentia duellum loqui de duello proprie sumpto, quod ad inuestigandam veritatem per diuinum iudicium initur. Et quamuis ante prædicta decreta Tridētini Greg. XIII & Clem. VIII. loquutus sit. At hæc decreta eisdem terminis duelli, & monomachiæ quibus & ius antiquum, vtuntur. Fauet etiam *Mascardus de probat. in proœmio quæst. 4. numero 7.* vbi referens probationem per duellum, ait hodie reprobatam esse per Tridentinum, & Pontifices. Atque ita videtur ea decreta intelligere de duello, quod ad veritatis probationem assumitur. Et hanc partem tenent *Emmanuel Sà in summa, verbo Excommunicatio vbi de excommunicationibus nulli reseruatis nu. 14.*

24 Cæterum dicēdum est, loqui omnia prædicta decreta de duello quouis ex condicto inito designato certo loco, & tempore, siue ad eruendam veritatem, siue ad vindictam sumendam, siue ad aliam quamuis causam, quæ ipsum nō reddat licitum. Et quamuis decretū Tridentini de solo solemni egerit; iam Gregorius XIII. & Clemens VIII. id decretum ad duella priuata extenderunt. Vt diximus num. 22. Ducor ad hoc ratione tradita in initio illius decreti Tridentini, quæ causam finalē importat, ibi: *Detestabilis duellorum vsus fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, &c.* Et Greg. XIII. ac Clem. VIII. extendentes ad priuata duella eā reddunt rationem, quod ex illis nō minora damna, & homicidia sequantur. Quare clare denotāt sermonem esse de duellis, quæ in vsu frequēti sunt, & gratia damna afferuntur. At duella ad eruendam veritatem nullatenus sunt in vsu & nunquam, aut rarissime contingūt, ac proinde ea damna non afferunt. Atque mirum esset Tridentinum, & tot Pontificis tam grauibus pœnis, & tam acriter rem insolitam interdixisse. Cum ea sit legis natura, vt ea quæ frequenter accidunt spectet. *l. Nā & ad ea, ff. de legib.* Et idē constat ex motu proprio Pij IV. relato num. 19. vbi sic ait: *Duellū, aut singularia certamina.* Et ex motu proprio Clementis Octaui relato num. a . vbi sic ait: *Milites, qui in bello publico, & forsan iusto indicto contra alterum aduersarij exercitus ob priuatas inimicitias ex condicto ad singulare certamen descendunt.* Vbi vterque Pontifex clare loquitur non de solo duello proprie, sed etiam de singulari certamine. Et Clemēs VIII. expressit etiam quando ob priuatas inimicitias initur. Pro hac sententia est *Syluest. verbo Duellum q. 1.* vbi ait quoties ex causa nō rationabili initur duellum, prohiberi iure naturali, & positiuo aliquas superaddēti pœnas, quamuis ex se non sit illicitum, sed defectu causæ iustæ. Sentit ergo ius positiuum non solum duellum causa eruendæ veritatis, quod de se est semper illicitum, pœnis afficere, sed etiam alia certamina singularia, quando ex causæ iustæ defectu illicita sunt. Et, *Valentia 2. 2 disput. 3. quæstione 17. puncto 1. in fine*, nam postquam de omnibus duellis ex quauis causa illicitis toto illo puncto egerat, concludit huiusmodi duellis graues pęnas in Tridentino indictas esse. Et *Toledo libro 5. summę capitulo 6. numero 32.* nam propositis casibus, in quibus duella licent, concludit reliqua esse illicita, ijsque pęnas statuisse Tridentinum. Et *Salon 2. 2. quæst. 64. art. 3. controuersia 3. post secundam conclusionem, in 1. ratione primę opinionis*, vbi ait in vniuersum prohiberi duellum in Tridentino, & in initio illius controuersiæ tres modos proprij duelli retulerat, & primus solus erat, quando ad indagandam veritatem initur. Et *Nauarra lib. 2. de restit. capitulo 3. in 3. par. dub. 13. in noua editione, numero 283.* propositis casibus omnibus in quibus duellum est illicitum, concludit Tridentinum in omnibus ijs casibus duello pœnas imponere.

25 Secunda difficultas est, an excommunicatio in Tridentino contēta sit lata aduersus omnes personas in eo decreto comprehensas. Quidam enim sentiunt solū esse latam aduersus dominos concedentes locū ad duellum: & aduersus alias personas ibi contentas, esse ferēdam. Quia ibi agitur de excommunicatione dominorum, ponitur dictio, Eo ipso, quæ excommunicationem ipso facto incurri denotat. Vbi autem agitur de pugnantibus, et patrinis, solum sic dicitur. *Excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis pęnā, incurrant.* De consulentibus autem, & spectantib. duellum sic dicitur. *Excommunicationis, & perpetuæ maledictionis vinculo teneātur.* Quare cū non addatur dictio, Eo ipso, sicut in priorib. verbis; & verba, Incurrant, & Teneātur, sint imperatiui modi, nō videtur importare sniam latā, sed ferendā. Ita docent *Nauar. lib. 2. de restit. c. 3 in 2. p. dub. 13. in noua edit. n. 293. Manuel 1. to. sūme, in 2. editione c. 73. n. 3.* Qui etiā post motū propriū Greg. XIII. loquitur, dicēs solos dominos excommunicationē incurrere. Quippe is motus proprius nil aliud fecit, quam pœnas in Tridētino statutas contra duella solēnia extendere ad priuata.

26 At *Suarez 5. tomo in 3. par. disput. 23. sectione vltima, nu. 11.* iure optimo dicit certum esse in has omnes personas contineri excommunicationem latam. Tū, quia Gregor. XIII. in eo motu ꝓprio, in principio ait Tridētinū in eas omnes excōmunicationem decreuisse: vbi cum æquè loquatur de excommunicatione indicta cōtra omnes eas personas, clare sentit esse latā in omnes. Secundo, quia verba illa Incurrant, & Teneantur, etsi futuri sint, non tamen diriguntur ad iudicem, nec eius actionem exigunt sed ad ipsum reū, qui per efficax imperium ligatur. Nam verbum, Incurrant, iuxta cōmuniorem ac veriorem sententiā est latæ sententiæ. Vt potest videri in *Tiraquello l. si vnquam, verbo reuertatur, n. 145. & duplici sequenti, versic. quadragesimoseptimo, C. de reuocan. donat.* Et ita hanc excommunicationē tāquam latam in omnes eas personas referūt *Nauar. sūma Latina, cap. 27. numero 150. Delrius lib. 4. disquisit. mag. c. 6. 4. quæstione 4. sectione 2. Toledo lib. 5. summa cap. 6. nu. 32. Emmanuel Sa summa, verbo excommunicatio, vbi de excommunicationibus nulli reseruatis num. 14. Graff. 1. p. decisionum, lib. 4. c. 23. nu. vlt.*

27 Tertia difficultas est An hęc excommunicatio reseruata sit. *Delrius, Graffius, & Emmanuel Sà numero præcedenti allegati*, dicunt non esse reseruatā; & scripsere post motum proprium Gregorius XIII. Quia nec Tridētinum, nec Gregorius XIII. eam reseruāt. At *Nauar. li. 5. consi. in vtraque editione, tit. de purgat. vulgari, cōsi. 2. in fi. & Manuel 1. tomo summa, in 2. editione, cap. 73. nu. 3. Salcedo in addit. ad practicā Bernardi Diaz, in nouissima editione cap. 100. ad finem.* dicunt esse reseruatā. Quia Pius IV. in motu proprio relato num. 19. loquens de duello

solemni

solemni eam excommunicationem reseruauit. Et Gregor. XIII. in quibusdam verbis sui Motus proprij, quæ *Nauarr. ib.* refert, extendēs ad duella priuata, decreuit ea subiacere pœnis, & excommunicationi impositis à Pio IV Cum ergo ab illo sit reseruata in duellis solemnibus, & eadem excommunicatio extēdatur ad priuata, erit quoq; in priuatis reseruata. At in solemni duello clarum est esse reseruatā per illum Motum propriū Pij IV. quamuis virtute Tridentini non erat reseruata. At in priuatis nō inuenio ea verba à *Nauarro* relata in Motu proprio Greg. XIII. sed solas Tridentini pœnas cōfirmat: & ideo virtute illius nō est reseruata in duellis priuatis. Sed iam (vt vidimus nu 21.) Clement. VIII. in suo Motu proprio reseruauit etiam in duellis priuatis; & decreuit virtute nullius priuilegij concessi, quibusuis personis cuiuscunque status posse huius excommunicationis absolutionem cōcedi. Quare nullus religiosus potest virtute suorum priuilegiorum concedentiū omnes casus Papæ ab illa absoluere. Si tamen delictum occultum sit, nec deductum ad forum cōtentiosum, poterit Episcopus toties, quoties incursa fuerit, absoluere, virtute *Tridentini sess. 24. c. 6. de reform.* Quippe ss Motus proprius non abrogat hoc decretum; cū nullam illius mentionem faciat. Poterit etiam cōfessarius electus per bullam cruciatæ absoluere semel in vita, & semel in mortis articulo ab ea excōmunicatione. Quia cum bulla quotannis publicetur, & ab eodemmet Pōtifice concedatur, non est verisimile eius intentionis esse, priuilegium bullæ tollere concedens semel in vita, & semel in mortis articulo absolutionem ab omnibus casibus Papæ reseruatis. Sæpe etiam ob excommunicationis huius ignorātiam excusabuntur ab illa ineuntes duella priuata.

28 Ex dictis deducitur incurrere hāc excommunicationem, nisi eius ignorantia excusentur, qui causa pugnādi dicunt, veni ad talem locum, te ibi expecto. Nam hi certum tempus constituunt, nempe, illud ipsum præsens, sicut si crastinum constituerent, Certum quoque locum constituunt; & est duellum ex condicto, id est, ex pacto inuicem inito. (Condictum enim id significat.) Quæ sunt conditiones peōtę in Motibus proprijs relatis numero 20. & 21. Et ita tenet *Delrius numero 25. allegat.* Intellige tamen, qn̄ duellū sequutum est. Quia Gregor. XIII. solos socios excommunicat, etiā si duellum non sequatur. (Vt nume. 31. dicemus.) At de prouocantibus ad duellum dicit: *Qui monomachiam commiserint.* Non dicitur autem commisisse prouocans, quando effectus pugnæ non est subsecutus. Similiter incurreret, qui ab aliquo iniuria affectus, videns illum ense carere, ei sic diceret, abi, afferensem, hic te expecto, vel in tali loco. Quia iam destinantur tempus, & locus. Quare sequuto duello vterque incurreret. At non incurreret dicens offendenti, distringe ensem vt pugnemus. Quia id nō est proprie designare locum. Id enim importat, quādo ex consilio, idest, *acuerdo* destinatur locus. Similiter non incurret offensus, qui videns inimicum esse in Ecclesia, aut in loco sibi periculoso, eo quod alter habeat ibi adiuuātes amicos, aut cōiunctos, aut famulos, diceret, exi inde, non destinans locum, nec ad liberius purgandum, sed fugiens loci sacri irreuerētiam, aut suum periculum. Quia id nō est proprie destinare locum pugnæ, nec ea prouocantis intentio est; sed tantum intendit irreuerentiam, aut periculū cauere. At quando inimicus esset in loco publico, vt in platea, & ob id peteret alter inde ad pugnā exiri; quia in eo loco non possunt libere pugnare, ob circūstantes, qui statim ipsos in mutuam gratiam reuocabunt, incurreret vtiq; vterque, si exiret ad pugnam, eaque sequuta esset. Quia id est vere designare locum, nempe, extra plateā illam, causa liberius pugnādi. Exigitur autem, vt non in rixa, sed præmeditate inuitatio ad pugnā fiat. Quia hoc est ex condicto inuitare ad pugnam. Ita docent *Farinac. cons. 9. in fine, vol. 1.* dicens se ita sæpe obtinuisse.

29 Nec incurreret Princeps Christianus, qui duobus infidelibus concederet in suo regno locum ad duellum. Quia Tridentinum expresse dicit inter Christianos. Ita *Delrius nu. 26. alleg.* Secus crederem, si Christiano pugnaturo cum infideli iam cōcedit locum duello Christiani. Quod clarius constat ex motu proprio Clem. VIII. relato num. 21. qui inter personas sub ea excommunicatione comprehensas numerat militem Christianum ob priuatas inimicitias duellum cum contrariæ factionis milite ineuntem.

30 Nec etiā incurrit princeps hæc duella inter Christianos permittens, qn̄ permittere in casu extraordinario opus esset ad vitanda maiora mala, & scandala. Quia licet princeps semper peccet assensū his duellis præbēdo, siue ea cōcedendo. At immunis esset culpæ ea permittēdo in eo casu extraordinario Sicut ob similē causam licet permittere lupanaria. Vt bene docēt dicentes in eo casu licite permitti duellū *Caiet. 2. 2. q. 95. a. 8. in fi. et in sum. verb. Duellū, in fin. & ibi Armil. n. 1. Emmanuel Sa nu. 1. Lyra 1. Reg. c. 17. Nau, sum. Lat. & Hisp. c. 11. n.* 39. Atque ita tūc nō esse locum his pœnis tradit *Valentia 2. 2. disp. 3. q. 17. punct. 1. in fi.* Quamuis contrariū minus bene doceat *Salon. 2. 2. q. 64. a. 3. cōtrouers. 3. cōcl. vlt.* dicens post Tridentinū iam non licere permittere; eo quod id prohibuerit At Tridentinū nil de permissione dixit, sed de concessione loci ad pugnam, & licētia ad pugnandū. Et quamuis Gregor. XIII. in suo motu proprio (vt vidimus nu. 20.) extenderit ad dominos duella permittentes, aut nō prohibentes, eam excommunicationem; at clare intelligitur quando illicite permittunt. Nam permissio licita, ac iuri naturali regulisq; prudētis gubernationis consona ad prospiciendū bono communi, nec interdicitur, nec pęna, sed pręmio digna est.

31 Neque duelli spectatores incidunt, qui illac transeūtes aspicerent obiter duellum. Quia non dicunt proprie spectatores; atque ita Greg. XIII. in motu proprio (vt vidimus n. 20.) addidit, *Ex proposito spectatores.* Nec etiam incurrerent, si subsisterent ad dirimendum duellum. Quia id opus virtutis est, immo sub præcepto si dirimere commode possunt. Qua rōne non incurrerent, qui ex instituto comitarentur duellum aggrediēs, causa illius impediendi. At incurrerent hi socij, si causa iuuandi comitaretur, quamuis non sit vētum ad pugnā, quando conati sunt afficere vt pugnetur; vel saltem si poterant, nō impediuerūt ipsi, sed maluissent pugnam conseri. Quia expresse Gregor. XIII. in eodē motu proprio hos excommunicauit, etiam si ad pugnam vētum non sit quando per ipsos non stetit, quo minus veniretur. Hæc omnia docet *Delrius nu. 26. allegatus.*

32 Tandem dubitatur, an cæteræ pęnæ præter excommunicationem indictæ in Tridentino, & in dictis proprijs motibus, cōtra cōmittentes duella, permittentes, concedentes locum, socios, & patrinos, indigeant iudicis sententia vt incurrantur? Et quidem de interdicto, cui supponitur locus, in quo exercētur ex dominorum licentia, per motū proprium Clem. VIII. non est dubiū, quin absque sentētia incurratur. Quia est latæ sententiæ, atq; hæc est natura excōmunicationis, suspēsionis, & interdicti, quando sunt latæ sententiæ, vt nulla alia sententia indigeant. Vt fatentur omnes. Similiter infamia, proscriptio bonorū, amissio loci, in quo duellum exercetur, clare petunt iudicis sententiā, vtpote quę sunt pœnæ proprio iure acquisito priuantes, nec solitæ incurri ante sentētiam. Principalis autem difficultas est de inhabilitate ad beneficia obtēta, & in posterum acquirenda, quæ in motu Pij IV. statuitur. (Vt nu. 19. vidimus.) Nam de priuatione beneficiorum obtētorum, quam ibi quoque statuit, multo certius est, eam non incurri ante sententiā, ob rōnem proxime dictam. De inhabilitate autem est ratio dubitandi, eo quod sit pœna priuatiua nullo iure quæsito priuās, sed solum ius quęrendum impediens; ac proinde nullam iudicis executionem desiderans; instar excōmunicationis, suspēsionis,

nis,& interdicti. Item, quia Motus proprius dicit, eo ipso incurrant inhabilitatis pœnā. Atque ita nullam desiderari sententiam ad inhabilitatem incurrendam, tradunt *Sotus l.1. de iust.q.6.art.6. post 4. concl. vers. ex hac autem Corduba in sua quæst.l.1.q.36.paulo post princip.& in solut.ad 7.vers.Secundum etiam dictum. & vers. ideo ad 7. Mexia taxa panis,concl.6.n.108. Medina 1.2.q.96.art. 4.ad 4. Manuel 1.to.sum.in 2.edit.c.195.nu.2. Aragon 2. 2.q.11.art.3.fol.350.col.2.vers.ad aliud de statutis. Salon 2.2.q.63.art.4.in fine.* At satis probabile est exigi sententiam iudicis declarantis crimen. Quia ea particula, eo ipso, id tantum importat vt non exigatur sententia cōdemnatus. (Vt diximus hoc 2.lib.cap.22.n.26. Deinde, quia non omnes sentētiæ priuatiuæ nullam iudicis executionem petentes incurruntur absque vlla sententia; sed id peculiare est in excommunicatione, suspensione, & interdicto. (Vt probaui lib.9.de matr.disp.50.nu.1.) Tandem, quia est pęna valde acerba; & ita per epikeiam excipienda est à regula pęnarum priuatiuarum. Et quamuis irregularitas sit rigidior, vsu tamen receptum est, vt nullam iudicis sententiam requirat. Quod non ita receptum reperitur in pœna inhabilitatis ad officia, & beneficia. Atque ideo ita tenent *Nauar.de datis pro iustitia, vel gratia, nu.44. Molina to.1.de iustit.disp. 96.pag.590.* Atque in simili de inhabilitate incursa ob aliquod delictum à scholasticis ad suffragium præstandum tradunt *Sotus l.4.de iustitia,q.6.art.3.ad finem. Ledes.2.p.4.q.18.art.1. dubio vltimo.*

CAPVT XL.

De vltima superstitionis specie, quæ vanæ obseruantiæ dicitur.

SVMMARIVM.

Quid sit superstitio vanæ obseruantiæ, nu.1.
In quo eius malitia consistat, nu.2.
An in consecutione effectus per vanas obseruātias, interueniat semper pactum cum dæmone: & quotupliciter hoc sit expressum: & an contingat homine ignoranti, & præter eius intentionem, ac nullo pacto inito cum aliquo mago, nu.3.
Qualiter dæmon concurrat ad effectus magorum, nu.4.
An possit dæmon vera miracula facere, nu.5.
Qualiter ministerio dæmonis striges deferantur de loco in locum, nu.6.
An possint ope dæmonis corpus penetrare, aut in duobus locis esse? Et remissiue, quæ possit, aut an possit dæmon, nu.7.
Quando effectus speratus non superat potestatem dæmonis an sit superstitio? Et quid si non superat vim causæ adhibitæ, sed modus est vanus, num.8.
Ex quibus dignoscatur hæc superstitio, num.9.
An reddatur implicitam experientia successus subsequuti, n.10.
Quotuplex sit superstitio vanæ obseruantiæ, nu.11.
Quale peccatum sit, nu.12. & 13.
Post num.13. inuenies alia summaria.

1 Superstitio vanæ obseruantiæ dicitur (vt colligitur ex *D. Thom.2.2 q.96.art.1. & 2. ab omnibus recepto*) cum medijs inutilibus, & à diuina prouidentia minimè constitutis, procuratur aliquis effectus. Vt consequi aliquod bonum, vel vitare aliquod malum, aut inferre aliquod damnum. Dicitur autem vana obseruantia, quia vel non consequitur effectum intentum; vel si consequatur, plus noxæ, quam commodi affert. Commodum enim est in rebus corporeis, & temporalibus, detrimentum vero est animæ. Quare differt à diuinatione, quod diuinatio ordinetur ad solam occultorum cognitionem indebito modo comparādam; vana autem obseruantia ad effectum externum tendat, vt ad aliquid obtinendum, aut vitandum.

2 Huius autem superstitionis malitia in eo consistit, quod creaturæ quodāmodo diuinus honos tribuatur, expectando ab ea medijs inutilibus, & inefficacibus, nec à Deo cōstitutis, effectus à Deo expectādos per media quæ ipse constituit. Itē, quia innititur pactū ex presso, vel tacito cū dęmone. (Vt n.sequenti dicemus.) Atque in eo malitiā diuinationis sitam esse diximus c.38. n.1.

3 Ante tamen quam ad huius superstitionis species explicandas descendamus, oportet aliquot fundamenta præmittere. Primum est, consecutio horum effectuum per vanas obseruantias, auxilio dæmonis, siue expresse, siue tacite inuocati semper innititur; ac proinde pacto expresso, vel tacito cum ipso. Vt dixi in simili de diuinatione, cap.38.nu.3.vbi. & rationem reddidi. Atque ita docent *D. Aug.l.21.de ciuit.Dei,c.6. D.Tho.2.2.q.96.art. 2.& opusc.15.* Contingit autem pactum expressum dupliciter, primo, dum verbis inuocatur dęmon. Secūdo, facto ipso, quando, nimirum, quispiam sciens dæmonem per id medium vanum operari, illud vsurpat. Ita docet *Valentia 2.2.disp.6.q.13.punct.3.in fine.* Et diximus alios referendo idem de diuinatione c.38.nu.3. Et sicut diximus ibi nu.4. & 5. contingit pactum tacitum cum dæmone, seu eius tacita inuocatio, & auxilium, etiam homine ignoranti, & præter eius intentionem; atque nullo expresso pacto inito cum aliquo mago.

4 Secundum fundamentum est, quatuor modis concurrere solet dæmon ad effectus magorum, qui nobis mirabiles apparent. Quos recensent inter alios *Caiet.2. 2.q.95.art.3. Valentia 2.2.disput.6.q.12.punct.2. Pereira de magia l.1.c.17.* Sed latius quam alij, & exemplis, & varijs testimonijs illustrans *Delrius lib.2. disquisit. magic. quæst.8.* Primo modo, obijciente dæmone sensibus vera corpora, siue aliunde occulte, & celeriter asportata, siue per occulta actiuorum & passiuorum applicationem à se conflata. Cum enim Angeli tanta sit in mouendis corporibus virtus, vt cœlos celerrime moueat, nullum adeo vastum erit corpus, quin id dæmon quadam impulsus impressione, loco velocissime mouere valeat. Quare potest rem aliquam oculis subtrahere, & aliam tam propere substituere, vt animos, oculosq; intuentium fallat, atque prioris in hanc posteriorem, cōuersionem integram persuadeat. Quare mirabilia sæpe dæmon efficit, quorum naturales sunt causæ. Quippe naturalium omnium vim, & proprietates singulares perspectas habet; commoda que applicandi tēpora nouit. Atque ita sæpe fiūt multa, quæ naturæ solius operatio nunquā fecisset, nisi artificiosa dæmonis applicatione adiuuante. Et tūc dęmon agētia naturalia vt instrumenta fouet. Instrumenti autem ea est cōditio, vt præstantiore, aut minus pręstātem effectum producat, iuxta præstantiorem, aut minus præstantē illud mouentis artem. Vt securis ex se duntaxat vi secādi gaudet; at vero vt peritissimi fabri instrumētum mira construit. Sic causę naturales à dæmone applicatæ, & vt illius instrumenta producunt admirāda quoad substantiam, modum, & celeritatē; quæ secundum suum modum nunquam produxissent. At hæc opera non sunt supra earum causarum naturam. Quia vis naturalis hæc producendi inest his causis naturalibus sic applicatis. Nec dæmon eas applicando aliquid virtutis illis confert, sed solo artificioso & peculiari modo applicat. Quod est condino sine qua nō ij effectus producerentur. Vt optime explicat *D.Tho.1.p.q.110.art.a.ad 3. & lib.3. contra gentes c. 103.* Atque ita iuxta *D. Aug.lib.3 de Trinit.c.7. & 8. & multos alios quos refert & sequitur Delrius dict. lib. 2. q. 6.* magi Pharaonis *Exodi 7.* ope dæmonis veros serpentes apparere fecerūt; vel auferēte dæmone clam magorum virgas, & aliunde asportante serpentes ita celeriter, & occulte, vt videntes crederent virgas in serpentes conuersas. Vel potuit dæmon breuissime efficere, vt virgæ illæ putrescerent, & ex illis putrefactis serpentes illi producerentur; vtpote qui ex putrefactione generantur. Nam quod solis calor multis diebus efficere potuit, id dæmon exiguo tempore potest, applicando actiua, quæ ad hoc efficaciora nouit. Secundo modo, obijciente dæmone occulte phantasticas corporum similitudines, quæ vera corpora apparent. Sicut iuxta alios illi serpentes non erant veri, sed apparentes. Tertio modo, nec vera corpora, nec corporum similitudines obijcienti

cienti dæmone sensibus externis, sed illis illudendo, ita vt homo se videre exterius credat, quod nec videt, nec extat. Quod dæmon operatur commouens humores, qualiter id humorum commotio in phreneticis, & somniantibus operatur. Vel potest id fieri, si dæmon virtute alicuius rei naturalis occulta spectantium oculos ita inficiat, aut perturbet, vt videatur illis esse, quod non est, vel non esse quod est. Sicut æger ob palati corruptione dulces cibos iudicat amaros. Quarto modo solet contingere dæmone sensibus interioribus illudẽte, absque alienatione à sensibus externis, ordinãte dæmone variè phantasmata interiora, & commouente spiritus. Vel cum alienatione à sensibus exterioribus, per quandam corporis alterationem, & vnctionem. Quod strygibus, siue lamijs contingere solet. Quæ aliquando alienatæ omnino manent à sensibus, atque instar defunctarum in terram corruunt, ita vt admotum ignem non sentiant; & sola animi cogitatione, & diabolica illusione in alia loca feruntur. Vt de quadam stryge narrat *Abulens. c. 13. Genesis quæst. 354.* An tamen ita in strygibus contingat, vel aliquando vere corporaliter ferantur, dicemus nu. 6.

5 Hinc deducitur magos non posse facere vera miracula arte dæmonis, & eius virtute; etsi mira quædam efficiant, quę in admirationem spectantes inducunt, eo quod causa illorum occulta eos lateat. At vera miracula nequaquam sunt, cum agentium naturalium virtutem non excedant. Quod optime docent *Victoria de magia, quæstione 13. num. 18. Delrius lib. 2. disquis. magic. q. 7. Salmeron to. 6. suorum operum, tractatu primo, versic. Neque obstat.*

6 Quamuis tamen nonnulli, quos refert *Delrius lib. 2. disquisit. magicarum q. 16.* teneant nocturnos strygum conuentus esse imaginarios, nec alia in loca ipsas vere transuehi, sed sola cogitatione, & diabolica illusione, illis conuentibus interesse, illucque transferri. Atque probant ex *Concilio Ancyrano relato cap. Episcopi 26. q. 5.* vbi tanquam hæretici condemnantur credentes stryges vere transferri de loco in locum. Et proinde *Nau. summa Latina, c. 11. nu. 38. vers. 32. & Manuel t. 10. summæ 2. editione, c. 7. nu. 9.* aiunt peccare mortaliter id credentes. Quod etiam suadetur, quia conuentus illi subito pronũciato nomine Iesu interdũ euanescunt. Quod fieri non posset, si vera essent corpora. Sed quamuis sępe accidat sola imaginatione deferri; (vt nu. 4. explicuimus) non tamen negandum est, nonnunquã vere transferri à dęmone de loco in locum. Quod docent *Caiet. et Valentia, nu. 4. allegati. Syluest. Castro, Peña, & alij quos referunt & sequuntur Suarez, to. 1. de religione, lib. 2. de superstitione, c. 16. à num. 24. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 44. dubio 3. nu. 15. & 16. Delrius ead. q. 16. Azor to. 1. lib. 9. instit. moral. cap. 25. quæstione 2.* Explicat autem *Delrius* lamias has de loco ad locum vehi, in dæmone in forma hirci, vel alterius animalis, vel in arundine vera, aut vero scoparum baculo equitantes, quæ dæmone aguntur, & subleuantur; atque adeo tunc conuentibus nefarijs vere corporaliter interesse. Et ad textum in cõtrarium adductum respondent bene *Delrius, & Azor, Suarez, Leonardus*, eum intelligi de credentibus cum illis modis in eo textu narratis; nempe, vt huiusmodi lamiæ conuiuentur cum dea Diana, & cum dea Herodiade, &c. Ad alteram etiam rationem respondet bene *Delrius*, lamias non subito tunc euanescere, sed præstrictis intuentium oculis à dæmone celerrime asportari; & sic dici euanescere, idest, desinere videri.

7 Non possunt tamen opę dæmonis corpus penetrare, nec esse in duobus locis. Vt bene probat *Delrius ead. lib. 2. quæstione 17.* qui toto eo libro videndus est, vbi latissime disputat quid possint, aut non possint magi virtute dæmonis efficere. Quare dũ intrãt domos referatas lamiæ ad pueros necandos, id non est penetrãdo ianuas, sed dæmone eas aperienti, & obstacula remouenti. Vt bene docet *Toledo l. 4. summæ, cap. 16. in fine.* Vel potest dici eas à dæmone vectas per aerem, per domata ingredi domos.

8 Tertium fundamentũ est, quando effectus speratus per media illa vana superat dæmonis potestatem, vt mortui resurrectio, sanatio veræ cæcitatis, & quodcũque verum miraculum, est vere, & proprie superstitio vanæ obseruantiæ. Quod tunc effectus solius Dei proprius expectetur à dæmone; ac proinde honos soli Deo debitus ad dæmonem transferatur. At quãdo vim dæmonis non excedit, vtpote qui potest ab ipso applicante actiua passiuis produci, est grauissimum peccatum, propter commercium cum dæmone; non tamen erit vere, & proprie superstitio. Quia tunc nil Dei proprium tribuitur dæmoni. Atque ita docet *Sayro in claui regia, lib. 4. cap. 6. num. 1. Valentia 2. 2. disputat. 9. quæst. 13. puncto 1.* Sed contrarium est dicendum. Sicut de diuinatione diximus c. 38. nu. 9. Insuper, quando causa adhibita est sufficiens ad effectum; at modus est vanus, non est proprie superstitio, sed tacitum cum dæmone pactũ. Vt docet *Valentia ea. quæst. 13. puncto 2. columna 5. versi. Primo igitur.* Sed cõtrarium magis placet. Quia id probaui c. 38. num. 3. & 9. Quare tunc (vt bene ait *Delrius lib. 3. disquisit. magicarum par. 2. q. 4. sect. 1. in fine,*) non erit vana obseruantia ex parte effectus sperati; sed erit vana ratione alicuius vitiosæ circumstantiæ. Vt ciliciũ, flagellatio, ieiunium, eo quod corpus affligunt, vim habent ad eius concupiscentias coercendas; sed si addantur circumstantiæ ad id non conducentes, vt certa hora, definitus numerus, ita vt nec excedere, nec minuere liceat, vel vt fiat hac, aut illa manu, vel flagro serico & alijs huiusmodi, erit vana obseruantia ex parte circumstantiæ.

9 Quartum fundamentum est, superstitio vanæ obseruationis duplici ex capite cognosci potest; nimirũ, aut ex insufficientiæ causæ adhibitæ ad effectum intẽtum, vel ex circumstantia inutili, & vana adiuncta. Quare quoties causa adhibita ad bonum aliquod consequendum, aut malum fugiendum, nõ habet ad id virtutem naturalem, nec de supernaturali legitime constat, censendum erit opus superstitiosum, & ex tacito cum dæmone pacto effectum intentum cõparari. Et idem erit, quãdo licet causa sufficiens sit, adhibetur tamen vana aliqua circumstantia tanquam necessaria. (Vt diximus numero præcedenti.) Et ita ex mente *D. Thom. 2. 2. quæstione 96. art. 2. 3. & 4.* breuiter & optime docuit *Nauar. summa cap. 11. Hispane, numero 22. & Latine, numero 25. Ciruelo de superstit. p. 1. c. 2.* Et constabit amplius ex dicendis num. 44.

10 Quintum fundamentum est, non reddit licitam hãc superstitionem experientia successus effectus per illam intenti. Vt de diuinatione probaui capite 38. numero vndecimo.

11 Vltimum fundamentum est, superstitio vanæ obseruationis est duplex. Quædam in qua est pactum expressum cum dæmone. Altera vero, in qua implicitum, & tacitum. Illa est (vt bene ait *Valentia 2. 2. disputatione sexta, quæstione 13. puncto primo,*) quando quis à dæmone expresse inuocato, aut in commercium adducto, aliqua incognita media addiscit, quæ naturales causæ sunt ad effectus producendos; vel quibus applicatis dæmon occulte effectum operatur. Et iam numero 5. explicuimus dupliciter contingere hoc pactum. Hæc autem contingit, quando prædicta inuocatio non est; at adhibet quis ad effectum comparandum media, quæ ad id inutilia, & vana sunt. Atque posterior est triplex. (Vt bene colligit *Valentia eodem puncto primo ex D. Thoma secunda secundæ, tota quæst. 96.*) Prima est, quando alicuius calamitatis, vel prosperitatis præcognitio, et vanam diuinationem procuratur, vt ea cognitione homo edoctus, aliquid faciat, vel vitet. Secũda est, quando adhibentur preces, vel voce, vel scripto, vel appensæ collo, concurrentibus vanis aliquibus circumstantijs, ex quibus appareat illas preces minime ad Deum referri,

vt vel sic ab illo expectetur effectus. Tertia est, quando vane adhibentur aliqua media, tanquam efficaces alicuius effectus causæ siue sint naturalia, vt herbæ, siue artificialia, vt characteres, figuræ, quæ inefficaces causæ sunt ad eum effectum producendum.

12 His præmissis, prima conclusio sit. Superstitio vanæ obseruantiæ, in qua est expressum pactum cum dæmone, siue effectus speratus excedat naturalem dæmonis potestatem, siue illam non excedat, est semper grauissimum peccatum mortale. Atque eius malitiam satis explicuimus cap. 38. num. 6. & ibidem num 17. idem diximus de diuinatione. Et tenet *Valentia 2.2. disp. 6. q. 13. punct. 1. ad fin.* Et quando est hoc pactum, non oportet vt effectus, & modus, excedat vim naturalem vt sit magia superstitiosa. Vt bene *Suarez tom. 1. de relig. l. 2. de superst. cap. 15. num. 1.*

13 Secunda conclusio. Si solum sit pactum tacitum cum dæmone, quamuis ex suo genere sit peccatum mortale superstitio hæc. Quia est contraria religioni, ac cultui debito Deo. At potest esse venialis, primo propter ignorantiam vincibilē quidem, sed non crassam, aut affectatā. Vt de diuinatione diximus c. 38. n. 19. Et docet *Valentia ead. q. 13 punct. 3.* Secundo, ex parte intentionis, vt si quispiā superstitiones has exerceat, non quasi efficaces, sed tanquā vanas ex leuitate quadam. Ita *Valentia ibid.* Atque idē diximus de diuinatione c. 38. n. 20. Tertio ex paruitate materiæ videtur non posse esse venialis. Quia deformitas huius peccati cōsistit in auferendo cultum Deo debitum, tribuēdo creaturæ effectum à Deo sperādum. Atq; interuenit pactum saltem tacitum cum dæmone. At vtraq; deformitas videtur ex se grauis, abstrahendo à quauis materia. At *Valentia ibid.* ait posse probabiliter dici, posse dari paruitatem materiæ; quando non est pactum expressum cum dæmone. Vt si semel facere anulum moueri super filum. Quia ex solo eo commercio tacito cum dæmone non magnum salutis spiritualis periculum homini imminet. Quippe facillimo negocio illam vanam in materia leui occupationem deseret. Atque ita non facile inde ad maiora à dæmone allicietur. At non placet dari paruitatem materię. Quia in diuinatione eam negauimus cap. 38. nu. 18. Cum tamen sit ratio. Præterea, quia *Caiet. sum. verb. incantatio, in fine & ibi Armilla in fin. Sylu. verb. superstitio, q. 10. in fi. Nauar. sum. cap. 11. Hispan. n. 21. Lat. n. 24. Alcozer sum. cap. 14. fol. 45. Metinal lib. 1. sum. cap. 14. §. 2. fol. 78. regul. 7.* ex sola ignorantia excusant à mortali hanc vanæ obseruantiæ superstitionem serio, & tāquam efficacem exercitam. At bene faterer quando non serio, sed ioco, ad experiendum effectum causa curiositatis, quis semel vteretur ea superstitione, mouendo anulum, esse veniale. Iuxta dicenda nu. 25. Et ita non dari paruitatem materię docet *Leonardus l. 2. de iust. cap. 43. dub. 4. nu. 26.*

De superstitione vanæ obseruantiæ ad aliquid præcognoscendum.

SVMMARIVM.

Quid sit hæc superstitio, & in quo differt à diuinatione, nu. 14.
Obseruatio dierum, quādo sit superstitiosa, & quale peccatum, num. 15. & 16.
Quando sit licita, nu. 17. & 18.
Deducere ex quibusdam orationibus dictis in die sancti Ioannis eum quo ineundum sit matrimonium, an sit superstitiosum, nu. 19.
An sit superstitiosum recitare orationes promittentes, fore vt recitans talem mortem euadat aut sit fortunatus, &c. n. 20.
Variatio locorum inter ludentes, vel consulere Astrologos, vel anulo vti ad lucrandum, an sit superstitiosum, nu. 21.
Post nu. 21. inuenies alia summaria.

14 DE hac superstitione vanæ obseruātiæ, qua præcognitio rei prosperæ, aut aduersæ, per vanam diuinationem procuratur, nil dicēdum est. Quippe est eiusdē prorsus malitiæ, ac diuinatio superstitiosa; de qua toto cap. 38. & sicut illa est dijudicanda. Tātum enim ab ea distat quod diuinatio potissimum ad speculationem referatur. Hæc autem superstitio tota refertur ad opus eius, qui hāc cognitionem quærit. Vt optime docet *Valentia 2.2. disput. 6. q. 13. puncto 2. paulo post principium.* Huius autem superstitionis malitia in eo sita est. Quia hæc media adhibita nullam vim naturalem, aut supernaturalem habent ad ea mala, vel prospera annūcianda; ac proinde vt signa vana huius præcognitionis obseruantur. cooperante dæmone, ac animos hominum huiusmodi vanitatibus implicare conāti. Vt optime *D. Thomas 2.2. q. 96. art. 3.* qui varia eius exempla ponit ex mente *D. Augustini* in argumento, sed contra. Vt cum ad egrediendum domo, vel non egrediendum, aut ad aliud faciendum, omittendum vel obseruatur si membrum aliquod salierit, aut iunctim ambulātibus aliquis lapis, aut canis, aut puer medius interuenit, limē calcare; si quis cum se calceat, sternutauerit, &c.

15 Ad hāc superstitionem pertinet obseruatio dierum, quasi dies quidam sint fausti, quidam vero infausti; & nolle opus incipere die Martis, quasi is dies infaustus sit. Atque ita interdicitur tanquam vanum, & superstitiosum *c. non obseruetis, & sequenti 26. quæst. 7.* Atque docet *D. Thomas ab omnibus receptus 2.2. q. 96 art. 3. in corpore.* Atque id esse mortale dicūt *Nauar. summa, cap. 11. Hispane, nu. 37. Latine, num. 38. Alcozer summa cap. 14. ad finem, Ciruelo de superstitionibus 3. p. cap. 6.* Sed hoc intelligendum est, quando hoc efficaciter & certo creditur, nec excusat ignorantia. Secus quando ex solo quodam timore obseruantur dies, & non audet quis die Martis opus incipere. Tunc enim est veniale. Et ita cōmuniter contingit. Sicut de augurijs, & somnijs diximus cap. 38. num. 21.

16 Atque huius superstitionis diariæ rei sunt, certis diebus olera scopis tangentes, ne à cinip hibus, erucis, aut alijs infestis lędantur. Item nolentes die veneris vngues præscindere, vel die Sabbati nere, in honorem beatæ Virginis; cum tamen alia seruilia tunc exerceant. Item maiorem vim tribuentes aquæ, quæ dominicis post quatuor tempora benedicitur, quam benedictæ alijs dominicis, ad quosdam effectus. Item seruantes oua, quę in die Parasceue gallinę pariunt, eo quod in ignem iniecta vim illius extinguendi habere credant. Quia hæc omnia ea virtute destituta esse constat. Atque hæc docet *Delrius libro 3. disquisit. magicarum, par. 2. q. 4. sectione 6. in fine.*

17 Vacat autem superstitione obseruare menses, dies, & annos, quibus conuenientior sit cœli dispositio ad negocia aggredienda. Sicut & in naturalibus licet obseruare tempora colligendis herbis aptiora, & secandis lignis, & purgandis corporibus. Quippe certis temporibus vis herbarum efficacior est; ligna quoque minus sunt corruptioni obnoxia; & sunt ad vsum aptiora; & purgatio prodest, cum alijs temporibus noceat. Quia etiam sunt stellæ maleficæ, sunt etiam aliæ fauorabiles. Et ideo hæc obseruatio proderit ad mala vitanda, vel minuenda; & ad bonum consequendū. Ita docet *Delrius ead. sectione 6. in initio. Nauar. alios referens contra Picum Mirandulanum lib. 2. de restit. c. 2. in par. posteriori, dubio 7. in noua editione, nu. 133. & 134.* vbi refert se nosse quēdam Astrologum, nec infimum Theologum, qui cum impressiones cholerę, aut alterius inordinati motus ex cœli dispositione metuebat, solitus erat se occasionibus vitatis, aut oratione pręparare. At esset superstitio, si obseruaretur certus vnus hebdomadę, aut mensis dies, vel certa diei hora quatenus talis dies, vel hora est, vel adderētur circumstantiæ inutiles, aut orationes non approbatæ. Quia hæc nullam ad effectum intentum vim habent. Ita *Delrius ibidem.*

18 Similiter pium est, & ab omni superstitione liberum, eligere diem sancti, erga quem est quis specialiter affectus ad aliquid inchoandum. V.g. ad faciendum primum sacrum, &c. Quia id fit, vt sanctus ille opem ferat. Ita *Syluest. verb. superstit. q. 10. in fine.*

19 Ad hanc superstitionem vanæ obseruātiæ ad aliquid prædicendū pertinet, qd quædā mulierculę nuptiarū auidæ solēt efficere nēpe, recitare nocte D Ioannis Baptistæ, vt eis manifestetur, cui nupturæ sint, applicareq; simul auditū solēt, credēles nomē, qd audierint, fore earū viri nomē. Et similiter, qd eædē efficiunt, recitant. n. aiæ desertæ dirigētes preces in auroræ primo aspectu diei S. Ioānis Baptistæ, vt virū, cui matrimonio iungēdæ sunt, reuelet. Quia hæc vana sunt, nec ad id vim habentia.

20 Similiter eiusdē superstitionis vitio laborant orationes promittētes recitantibus eas, non decessuros morte subita, vel tale periculum euasuros, vel futuros bene fortunatos. Quia tales orationes non habent eam vim. Ita docent *D. Anton. 2. par. tit. 12. c. 1. §. 13. Sylu. verb. superstitio, q. 10. in fi. Tabiena verb. sors, q. 7. n. 8. Armilla verb. sortilegiũ, n. 3. Nauar. sum. c. 11. Hispane, & Latine, n. 34. & c. quando, de consecr. d. 1. c. 19. num. 160. Sayro in claui regia, l. 4. c. 6. n. 8. Ciruelo de superstitione p. 3. c. 4. Philiarcus de officio sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 10. Manuel t. to. sum. c. 7. n. 8. Leonard l. 2. de iustit. c. 43. dub. 10. n. 63. Suarez to. 1. de religione, lib. 2. de superstitione, c. 15. nu. 9. & 10.* Qui optime addit secus esse, quando hęc portans, aut orationes aliquas recitans non expectat hos effectus tanquam certos euenturos, sed cōfidit sanctorum illorum meritis, & precibus, fore vt præseruetur ab his malis.

21 Hæc quoq; superstitio cōtingit inter lusores, dū loca mutāt, vel tātisper surgūt (vt ipsi dicūt) ad malam fortunā abijciendā. Vel qñ Astrologos consulunt docendi, quibus tēporibus, ac horæ diebus lusuri sint, vt bene eis ludus cedat; vel ad id anulis quibusdam vtuntur. Quia hęc nullam ad id virtutē habent; nec scientia Astrologiæ hunc potius, qnā alium lucraturum sciri potest. Ita *Alcozer lib. de ludo c. 2. paulo post principiũ* Qui bene ait, illam locorū mutationem esse cōmuniter venialē: Quia lusores non firmiter id credunt. At consulere Astrologos, atq; ijs anulis vti, esse mortale. Quia est res grauis.

De superstitione vanæ obseruātiæ, qua vanæ preces verbo, aut scripto adhibentur, aut collo gestātur.

SVMMARIVM.

22 Hæc superstitio pōt colligi ex aliquib. circūstantijs. Prima est, cū conditio aliqua vana, & inutilis ita, quā necessaria adhibetur ita vt vis, & efficacia precū in ea cōstituatur. Vt si efficacia verborū sacrorū in eo constituatur, qd tali hora, tali charta, vel tali figura, talibus characteribus scribatur. Secūda est, qñ adhibentur nomina ignota, aut obscurę significationis, aut characteres ignoti, vel absolute, vel ad qd pertineāt. Quod eo ipso ad dæmonē ea intelligentē referantur, aut saltem debeant nobis esse suspecta, vt pote quę erroris, aut impietatis periculū afferant. Tertia est, qñ effectus est vanus. Vt si dictis verbis sacris moueatur anulus. Quia virtus diuina nō operatur inutilia; & ideo putandū est ea verba ad dæmonē referri, qui maxime optat verbis sacris honorari. Quarta est, qñ incerta, falsa, aut apocrypha inseruntur. Vt Christum habuisse febrim &c Quia dæmon vt mendacij pater his gaudet. Nec credēdum est ea incerta virtutē aliquā habere, qua certa carent. Qd si illam habuissent, potius credendū est fore (vt optime aiunt *Caietan. Armilla, Nauar. Medina statim allegandi*) vt Deus illam sanctis reuelaret, quam vetulis vanis. Atque ita docent *D. Tho. & alij Doctores, quos n. 26. referā:* ob id enim, quod aliquid horū reperiatur in ligaturis, quas nominas vocant, eas condemnant. Et in proprijs terminis has circumstantias ponunt *Caiet. summa, verbo Incantatio, & ibi Armilla n. 2. Nauar. sum. Hispana c. 11. num. 22. Latina num. 25. Medina lib. 1. summa, c. 14. §. 2. fol. 78. Toledo lib. 4. summa cap. 14. nu. 11. Delrius l. 3. disquis. magic. p. 2. quæst. 4. sectione 2. initio, & lib. 2. q. 5. litera B. Valentia 2. 2. disput. 6. quæst. 13. puncto 2. colum. 1. & 2. Azor tomo 1. lib. 9. instit. moral. c. 26. q. 6.*

23 Sed circa primā conditionem obseruandum est, merito in ea dici pertinere ad superstitionem, qñ ex circumstantię tanquā necessarię adhibentur, in ijsque vis precum constituitur. Quippe si inutilis ea circumstātia se habeat tñ concomitanter in precibus, eo quod eam adhibens cognoscit non esse per se vtilem, aut efficacē, sed tantum vanę vtitur illo modo, non erit superstitio, sed cuiusdam vanitatis culpa. Vt de diuinatione diximus c. 38. nu. 10. Et ita docet *Valent. eo. puncto 2. col. 2.*

24 Secundo obseruandum est circa 3. conditionē, aliqñ vtentem illis verbis sacris, non illis mediantibus, effcēre illum vanum efficere, vt motum anuli, sed ea manuum celeritate, aut arte alia, vt non percipiatur ab astantibus, & ad id solum verba illa proferre, vt astantibus illudat iocandi causa. Atque tunc non erit superstitio, sed vanitas potius, aut quædam licita recreatio, deficienti tamen astantium scandalo. Ita *Valentia eo. puncto 2. col. 3. versic. Sed dispiciendum est.*

25 Non licet tñ ea verba, vt habentia vim ad eū vanum effectū, etiam ioco, & gratia experiendi effectus proferre. Et ita *Caiet. sum. m. verb. Incātatio* testatur se experiētia probasse. Nam dicēti quędā verba sacra, quidā anulus super filū pnsitus mouebatur; ipseq; nō causa experiendi effectus, sed vanitaē, pactūq; diabolicum conuincēdi, protestatusq; se ea verba minime dicere, vt instituta à diabolo ad mouendū anulum, sed ea ad Deum eorum authorē dirigendo, protulit ea verba; atq; anulus permāsit immotus. Indeq; colligit eum effectū non sequi, nisi qñ falsē tacite ea verba ad dæmonē referuntur. Subditq; eam tacitā intentionē adesse cuicunq; ēt ioco dicēti ea verba, vt habētia vim ad mouendū anulum. Atque idem iudicium ait esse de similibus. Qm eā vim nō habent, nisi ex pacto olim cum dæmone ab aliquo inito. Credo tamē nō esse mortale ex leuitate quadā, & curiositate id semel experiri. Iuxta dicenda c. 42. nu. 25. ex mente *Caiet.* Nec licet vti his vanis rebus protestatione præmissa, quod si effectus est à dæmone, non est animus eis vtendi, nec eis consequēdi effectū. Quia quando dubium esset, an sint superstitiosę, id vtiq; lice-

ret; secus quando constat. Est enim re ipsa, & facto vti superstitione. Quod bene docet *Philiarcus de officio sacerd.to.1.p.2.l.3.c.11.vers.quarta conclusio.*

26 Hinc deducitur, vt ligaturę colli gestatę, quas nóminas vulgo vocant, licitæ sint, ac à superstitione liberæ, oportere nullam vanam circumstantiam adesse. V.g. vt sic. vel sic sint scripta verba sacra in eis contenta, vel in vase talis figuræ, vel talis materiæ, tribuẽdo vim formæ, vel materiæ, vel scripta in pergamena charta virginea, vel tali tempore, vt oriente sole, vel alligata sint à tali persona, vt virgine; vel tali modo vt tot filis vel tabulis. Item oportet vt nulla adsit figura præter signum crucis, nullaque imago prætetquam Christi, aut sancti alicuius noti. Item vt nulla barbara, & incognita Dei vel Angelorum nomina scripta sint; nec aliud vanum, vel mendax. Ita *D.Th.2.2.q.96.art 4 D.Anton.2.p.tit.12.c.1.§.13. Ang.verb.superstitio nu.7.& ibi Syln.q.10.dict.4.Armil.verbo sortileg.nu.3.Tabiena verb.sors,q.7.nu.8.Nau.sum.c.11.Hispane nu.34.Lat.num.35.Ciruelo de superst.p.3.c.4. Delrius l.4. disquis.mag.c.p.2.q.4.sect.3.Suarez to.1.de religione,lib.2 de superstit.c.15.num.11. Sayro in claui regia,l.4.c.6.nu.6.*

27 Sed de reliquijs sanctorũ est specialis difficultas, an liceat eas collo suspensas gestare. Id enim licere negant *Ang.verb.Reliquia nu.4.& Ciruelo,n.præcedenti allegati.* Ducũtur ex *c.corpora,de consecr.d.1.* vbi præcipitur reliquias de loco ad locum nõ transferri absque Episcopi licentia. Idemq; suaderi potest ex *Concilio Bracharensi 3.c.5.* vbi reprehenduntur Episcopi, qui in martyrũ solemnitatibus ad Ecclesiam progressuri, reliquias collo suspẽsas gestabant. At omnino dicendum est, id esse licitũ, & pium, dummodo nulla vana circumstantia ex ijs, quas nu. præcedenti diximus, addatur. Quod vsus Ecclesiæ, & sancti, quos refert *Delrius n.præced.allegat.* testantur. Et rõ est quia hoc non est per se malũ, atque ita non est prohibitũ iure naturali, cũ ex pia affectione in sanctorum honorem fiat, nec vllam indecentiam, aut malitiam per se cõiunctam habeat. Nec etiam iure Ecclesiastico interdicitur. Quia in *c.corpora in contrariũ allegato*, de sola translatione corporũ sanctorum est sermo, quorũ est proprie sepultura. Et Conciliũ Bracharense nõ reprehendit Episcopos, eo quod reliquias collo suspẽsas gestarent, sed quia ob inanem gloriá, & vanam hominũ ostentationem id faciebant, vt super leuitarũ humeros in sellulis portarentur. Atque ita docẽt *D.Tho.2.2.q.96.art.4 ad 3.Rosella verb.Reliquiæ, in fine. Et ibi Syln.nu.4. Armil.nu.4. Tabiena, in fine. Nau.sum. Latina,c.11.nu.35.D.Anton.& Delrius num.præcedenti allegati, Suarez t.10. in 3.p.q.25.art.6.disp.55.in fine. Vasquez de adoratione imaginũ, l.3. disp.3.c.8.nu.115. Azor to.1.l.9.inst.moral.c 8.q.6.ibidẽ Suarez to.1.de religione, l.2.de superst.c.15.n.16.Sayro in claui regia, l 4 c.5.nu 8.*

28 Sed dubiũ est, an peccatum admissum gestando reliquias in collo, aut quamuis aliá imaginem, si id peccatum non sit directe contra cultum eis debitũ, quale esset turpiter, & obscœnè ea pertractare, habeat specialẽ malitiá necessario fatendam? Id enim affirmare videtur *Philiarcus de officio sacerd.to.1.p.2.l.3.c.9.ad fin.in versic.quarto peccat*, ibi.n.inter peccata abusus reliquiarũ numerat, si eas gestans viuant licentiose. *Azor* autẽ *to.1.l 9.instit.moral c.8.q.6.* ait non grauius peccare eas gestantẽ quod peieret furetur, detrahat alteri, maledicat, aut simile peccatũ committat. Et quámuis in fornicatione exemplũ non apponat, credo eũ idem sensisse. Nam quæstionẽ generaliter mouit. & illa peccata gratia exempli retulit, quod regulam non arctat. Atque ab ea solum vsum turpẽ eas obscœnè contrectando excepit. Et ita sentio, quamuis sit aliqualis irreuerentia, non tamẽ cõtinere notabilem deformitatem necessario cõfitendá, fornicari gestando in collo reliquias, & quamuis aliam imaginem, suspensa. Cuius non mediocre signũ est, Doctores tractantes de sexto præcepto, eiusque circumstantijs confitendis, hanc prætermisisse. Et ratio est, quia nullo iure specialiter id prohibetur, nec directe cultui reliquijs ac imagini debito opponitur. Cum non sit turpis earum contrectatio.

29 Alias autem ligaturas in collo gestare, eisve vti quas vel vsus Ecclesiæ, vel probatorum medicorum ars non commendat, est superstitiosum, & omnino prohibitũ. Constat ex *c.1.26.q.5.* vbi phylacterijs vtentes anathemate puniuntur. Et *c.4.* clerici eis vtẽtes eijci ab Ecclesia iubentur. Et *cap.vltimo* explicatur, quid per phylacteria intelligatur, vbi *D.Isidorus* cuius est ille textus, ait ad hæc pertinere ligaturas execrabilium remediorum, quæ ars medica non commẽdat. Idem reprehendit *D. August.tract.7.in Ioannem, & lib.2.de doctrina Christiana, cap.20.& refertur ca.illud 26.q.2.* Atque ita docent *Simancas de inst.1.cathol.tit.65.n.29. D.Anton. & Delrius, nu.27. relati.*

30 Secundo deducitur, vsum artis Notoriæ esse superstitiosum. Quia vtitur quibusdam orationibus, & ieiunijs ad acquirendam scientiam procuratam per illam artẽ, innitendo quibusdam circumstãtijs vanis, & inefficacibus. Vt sunt inspectiones quarundá figurarum, quas constat Deum minime attendere ad infundẽdam sciẽtiam. Ita *D.Tho.ab omnibus receptus 2.2.q.96.art.1.* Et de hac arte consulendus est *Delrius lib.3.disquisit. magic.q.4 sect.2.à vers.4.*

31 Tertio deducitur, quid dicendum sit de quorumdá locorum vsu, in quibus est diuturnus, à maioribusq; acceptus vsus immiscẽdi aliqua in quibusdá deprecationibus, quæ superstitionem sapiunt. Vt solet quibusdam in locis iumentis die certi sancti vena aperiri. Et circa templũ .. Antonii nouies circũducuntur iumẽta. Item Itali (vt refert *Caiet. 2.2.q.96.art.4.*) ex prima pecunia oblata crucifixo in die Parasceue soliti sunt annulũ ad morbũ contractionis membrũ sanandum efficere. Et quidem *Caiet.eo.art.4.* hæc excusat propter effectũ deuotionis ex simplicitate quadá. Et *in sum. verit. superstitio obseruationum. in fine* ait se non audere cõdemnare, sed tolerabile sibi videri, quádo ex mera deuotione, & non nisi expectando à Deo sanitatem hæc efficerẽ, putãtes Deũ illa alicui sancto inspirasse. Sed bene *Delrius l.3.disquisit.magic.p.2.q.4.sect.2.paulo post princip.* ait doctrinã hãc *Caiet. in sum.* deseruire solum posse ad excusandos eos, qui ijs rebus bona fide vsi sunt. At petẽtibus consilium respondendum esse id nõ licere sibi persuadere. Quia cum lege ordinaria non sit solitus Deus huiusmodi conditione, in quibus aliquid vanitatis apparet, sãctis inspirare, temerariũ est sibi quid huiusmodi persuadere; & saltẽ res est suspecta. Quare alia ratione possunt excusari aliquando. Quippe in his, & similibus euentibus intẽtio his vtentium, & scandalum spectanda sunt, ad ea condemnanda, approbádave. Si.n. animus sit adhibendi eas circumstantias tanquam per se efficaces ad sanitatem, & rerum suarũ incolumitatẽ obtinẽdá à Deo est superstitio mortalis, nisi ignorãtia, & simplicitas excuset. At si non tãquam efficaces adhibeant, sed vt deprecantes se ad intentius præsidium excitent, propter pręsentiam rerum suarum circa templũ sancti, vel propter crucifixi memoriá, aut propter diem sancto dedicatum, nõ erit superstitio, & potest excusari, cessante aliorum scandalo, qui existimare possent ea tanquá superstitiosa adhiberi. Quod scandali periculũ timere nequit vbi omnes simplici animo ijs circũstantijs vtuntur Ita docent *Valentia 2.2. disput.6. quæst. 13. punct.2.colum.2. & Sayro eo.cap.6.nu.7.* Idemque sentit *Delrius l.3.disquis.magic.p.2.q.4 sect.6.paulo post principiũ,* vbi ait colligentes herbas in die sancti Ioannis Baptistę, vel minuentes bestiarum sanguinem causa sanitatis certo die festo, causam solam naturalem attẽdentes, vane hæc instituere. si vero directe hæc sanctorum meritis abscriberent, atque Deo vt sanctos illos honoranti tribuerent effectum, ait se non audere condemnare. Quibus addo, si commode hæc extirpari valeant, extirpanda prorsus esse, tanquam vaná superstitionem sapien-

sapientia, & ex se scandalū afferentia: atque quantūuis dirigatur intentio atq; ob id à superstitione excusentur sunt vltra vsitatū honorandi sanctos modum in Ecclesia receptum. At si commode extirpari nequeant, non sunt condemnanda, sed docendi simplices rectam intentionem, quo superstitiosa obseruantia liberentur.

32 Quarto deducitur, qualiter intelligendus sit *Nauarr. dū sum. Latina, & Hispana c. 11. n. 36.* damnat tanquam culpæ lethalis reos nisi ignorantia excusentur, colligētes in die sancti Io. Baptistę herbas, aut eo die ante solis occasū, credēdo tali die, aut tali tempore collectas maiori virtute prǽditas esse, aut scindēres venas in die alicui Sācto dicata suorum iumentorum. Hęc quippe intelligenda sunt iuxta dicta nu. præced. quando priori illo modo hęc fiunt; secus quando posteriori. Et docent *Valentia, & Delrius ibi relati, & Sayro eo. c. 6. nu 7.*

33 Quinto deducitur, non esse illicitum in floribus, herbis fructibus colligendis, aut animantibus custodiēdis vti certis verbis sacris, aut certas preces adhibere ad eā rem impositas, & accōmodatas, quo ab eis morbi, vitia, & quicquid aduersi, aut mali habēt, auferantur dūmodo spes non collocetur in aliqua vanitate, vt in literis, syllabis, aut nudis ipsis nominib. sed in Deo. Quod videntur docere *D. August. relatus c. non obseruetis 26. q. 7. & D. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4. in fi. in corpore*, vbi dicunt in herbarum collectione nullas vanas obseruantias adhibēdas sed orationem Dominicam, & symbolum recitanda. Et docet *Azor to 1. l. 9. insti. moral. c. 26. q 7.*

34 Sexto deducitur vanas & superstitiosas esse publicas supplicationes, in quib. imago alicuius sancti in flumē proijcitur, aut in eius ora reponitur, donec pluat. Quod hæc nec virtute naturali nec institutione diuina, aut Ecclesiastica habeant eum effectum: nec hæc vana, & contraria recepto Ecclesiæ vsui, sanctis placeant, vt à Deo pluuiam impetrent. Ita *Nauar cap. quando, c. 6. nu. 46 de consecrat. dist. 1.*

35 Septimo deducitur, vanas quoq; & superstitiosas esse orationes, quib. sagę circulis virgineis benedicūt pro parturientibus, vt morbo laborātibus, immixtis verbis, quæ nec ipsæ intelligunt, addūtque superstitiosis cæremonijs habitus, suffitus, oscitationis. Constat ex eadem ratione. Et docet *Nauar. eo. c. 6. num. 49.*

36 Octauo deducitur, sano modo intelligendū, quod docet *Cassiodorus Ps. 115.* multis suisse in varijs morbis efficax remedium, trinam recitationē huius vers. *Dirupisti Domine vincula mea tibi sacrifie abo host. ā laudis.* Intelligitur. n. ita vt nō ipsi ternæ repetitioni, sed deuotioni ter repetētis in honorē sanctæ Trinitatis id Deus deferat. Ita *Delrius lib. 3. disquisit. magic. p. 2. q. 4. sect. 3. in fi.*

37 Nono deducitur, qualiter à superstitione liberæ sint deuotiones, quas nouenarias vulgo appellant, quæ eis circūstantijs fiunt, vt credāt simplices valore suo destitui, si ea deuotionis, v. g. sacra, inuisere aliquod templū, orationes aliquas recitare, minus ad plus quam nouies fiant. Et similiter si offeratur candella eiusdē longitudinis cuius est offerens, credendo maiorem nō prodesse. Atque idem iudicium est de similibus innumeris. Non enim hæ obseruantiæ condemnandæ sunt, nec extirpādæ sed docēdi sunt fideles piam esse illam deuotionem in memoriam alicuius mysterij, vt nouem mensiū, quibus Christus in vtero Virginis fuit, vel in sancti honorem: at non ita illi innitendū, quin ex preces in minori numero vel maiori non prosint, nec candela maioris, aut minoris longitudinis, sed ea quoq; prodesse in minori numero, aut minoris longitudinis, & plus prodesse aucto numero, aut longitudine. Quia plus offertur. Ita docet *Gerson 2. p. tractatu de absolutione sacramentali, alphabeto 33. litera L.*

38 De aliis autem vanis obseruantiis, variisque orationum formulis superstitiosis, consulendus est late tractans *Delrius lib. 3. disquis. magicarum par. 2. q. 4. sect. 7. & 8. & l. 6. c. 2. sect. 1. tota q. 1.*

39 Decimo deducitur, quid dicendum sit de ijs fœminis, quas barbare carminatrices appellāt, vulgo *ensalmadoras, o santiguadoras.* De quibus primo dico, eas nō esse superstitiosas, si solis orationibus licitis, et adiurationibus licitis, absque vana aliqua circumstantia vtātur. vt per passionē Christi, & c. illis supplicātes Deo vt prosint medicinę naturales, quas morbo applicāt. Quia in hoc nil mali reperitur; atque piū est eū effectum orationib. pijs à Deo petere. Et ita docēt *D. Ant. 2. p. tit. 12. c. 1. §. 1. Ang. verbo Superstitio, n. 9. & ibi Syl. q. 10. dict. 4. Nauar. sum. Hispana, & Latina, c. 11. nu. 36. Margarita confessorū in 1. precepto fol. 60. Manuel 1. to. sum. n 2. edit. c 7. n. 6. Lud. Lopez. 1 p. instruct. ca. 41. col. penult. vers. Mulieres orationibus. Ciruela de superstit. 3. c. 5.* Secundo dico, si ea verba adhibent, vel signa, vel adiurationes nullam applicantes medicinam naturalem efficacē ad illius morbi sanitatem, sed credentes illis solis verbis salutem morbi obtinēdam, eas esse superstitiosas. Quia ea verba vel signa, constat virtu naturalem ad eū effectum nō habere. Nec virtus supernaturalis præsumitur, nisi ostendatur. (Vt n. 44. dicemus.) Ita docet *Ciruelo ibidem* Et satis clare id sentit *Victoria de arte magica nu. 28.* vbi hæc ait: *Sape fœmina stulta vtuntur bona fide rebus aliquib. & verbis ad remedia infirmitatū; & sine dubio dæmones assistāt illis operationib.* Tertio dico, eas frequētissime superstitiosa, & vana permiscere, & ideo nullatenus esse permittenda, nisi siot personę honestę, & prudentes, & de quarū vita habeatur in oppido bona existimatio, nec tūc si timeatur fore vt earum exēplo aliæ personæ non ita probatæ vitę similibus vtantur. Ita *D. Antonius, Angel. Syl. Nauar. Margarita, Lud. Lopez ibid.* Immò strictius loquuntur *D. Antonin. & Syl. ibi citato Gulelmo*, dicūt. n. hunc vsum quibuscunque interdicendum, nisi forte sacerdotibus, aut religiosis, aut etiā laici excellentis vitæ, & tunc cessante dicto periculo. Atq; aiunt prędictum vsum esse lethalem, si Ecclesiasticus iudex eum interdixerit. Ex quibus omnibus colligo nūquam hoc permittendum esse. Quia his rarissime vtūtur nisi personæ viles, atq; aut malę, aut ignotę vitę, & quando essent vitę probatissimæ, malo exemplo alijs non ea sanctitate, ac prudentia præditis essent, ac illis occasio similibus superstitiose vtendi tribueretur.

40 Vndecimo deducitur, esse vanum & superstitiosum, vti vanis, & ad cultum diuinū cæremonijs non pertinētibus, in missę sacrificio; vt tanquā necessarijs vti certū missarum numero diebus cōtinuis celebrādarū, & talibus horis, & certo cādelarum numero, & talis coloris, ita vt his circumstātijs innitatur illis vtens, quasi efficacia cesset ijs deficientibus. Vt si non diebus continuis, aut plures missæ, aut cum pluribus candelis, &c. celebrētur. Quia etsi maior candelarū numerus solito adhibitus ad facti solemnitatē pius sit; ac certus earūm numerus, aut missarū, in alicuius mysterij memoriam, pius quoq; sit. At vanum est ei numer. ita inniti, vt creda:ur eo minuto, aut aucto preces frustrari effectu. (Vt in fi. nisi diximus n. 37.) Atq; ita decretū *Trid. sess. 22.* in decreto de obseruandis & vitādis in missæ celebratione, sic ait. *Quarundā missarum, & candelarū certum numerū qui magis à superstitioso cultu quā à vere religioso inuētus est, omnino ab Ecclesia Episc remoueāt.* Ita *Alcozer sum. c. 14. f. 45. Ciruelo de superstitione 3. p. 3. c. 11.* Nun tamen damnatur certus missarum, aut candelarum numer. in memoriā alicuius mysterij; vt duodecim in honorem duodecim Apostolorum, vndecim in honorē vndecim millium virginum, &c. dummodo nō illi numeru certo ita fidatur, vt nec augere, nec minuere licitū, & vtile futurum existimetur; sed is numerus in eius mysterii honorem ac memoriam adhibeatur.

41 Tandem deducitur, quid dicendū sit de missis, quas *de san Amador* appellant, cum certis cæremoniis, nēpe, vt inchoari, & terminari debeant certis destinatis diebus, & absque interpolatione, & certo cādelarum numero. Dicendū. n. est eas esse superstitiosas. Atq; id constat ex dictis n. præced. Et ita eas damnāt *Ciruelo de super-*

per-

perstitione 3.p.c.11. D. *Christophorus de Rojas prasul. Ouetensis in sua synodo anni 1553.l.5.tit.de celebra. Missarũ const.9. et D. Didacus Ramirez Episcopus Cõquensis in sua synodo anni 1531.tit.de offic.diuino, vbi de abusib. in Missis. Et D. Didacus de Alaba Episcopus Abulẽsis in sua synodo anni 1549.tit.2.de cler.c.14. & D. Martinus de Aiala in Cõcilio Prouinciali. Valentino, anno 1566.sess.3 c.6.* Quare minus bene *D. Ildefonsus de Sanz Episcopus Itenẽsis in sua synodo anni 1511.tit 2.de vita & honest. cler. ca.24.* Approbat Missas quas appellant *del treintanario renciado*, quæ eas ceremonias cõtinent: vt soli duo clerici, & quidem inclusi, intersint Missę; nec egredi inde possint, nisi ad sacramenta ministrãda aut iussu prælati: nec possint pedẽ Ecclesia extrahere, dum eæ triginta Missę celebrantur. Sed melius, immo verissime eas improbant tanquã superstitiosas *D. Dicacus Ramirez. & D. Martinus de Aiala, & Ciruelo locis proxime alleg. &* has alio nomine vocat *Missas del Conde.* Et *Caiet. 2.2.q. 96.ar.4* dicit hunc triginta missarum numerum ortum habuisse ex eo, quod D. Gregorius fecerit triginta dieb. orari pro defunctis. Quia constat eas cæremonias vanas esse, & superstitiosas. At si triginta illę Missę in memoriam eius facti D. Gregorii, aut Missæ sancti Amatoris nudentur omni vana circumstantia, nec certo illi numero ita innitantur, quasi eo aut diminuto, aut aucto, valor amittatur, licitæ erunt. Vt constat ex dictis nu. præced. Et sic sunt hodie in vsu Missæ sancti Amatoris. Quamuis ad hanc superstitionem vitandam, & suspicionem, eas non consulerem.

De superstitione vanæ obseruantiæ, qua media naturalia inefficacia ad effectum adhibentur.

SVMMARIVM.

An sit magia naturalis, & ex quibus non satis diiudicetur effectum non posse à causa naturali prouenire sed à dæmone, & an mali mores operantis hoc concludant, nu.42.

Ex quibus cognoscatur a dæmone prouenire, et esse superstitiosum, num. 43.

Quid censendum in dubio, an effectus sit à causa naturali, aut à bonis Angelis aut à dæmone, nu. 44.

An saluatores damnandi sint tanquam superstitiosi? Refertur duplex sententia nu.45. & 46.

Proponitur sententia Authoris, n.47. Vbi explicatur, an possint interficere homines rabie oppressos, ne alijs noceant.

An sit virtus naturalis, qua sanãt, an potius gratia gratis data? Refertur opinio, nu.48.

Et sententia Authoris, nu.49.

An sit superstitiosus vsus imaginum, & numerorũ, & figurarum Astrologiæ artificialium ad quosdam effectus, n.50.

An sit superstitiosus alchimiæ vsus ad vera aurum & argentum ex metallis inferioribus conficienda, nu. 51.

An sit superstitio in ludis quos vocant, de passa, passa, *nu. 52.*

An sit dissoluendum pactum cum dæmone, & rumpendum scriptum, si ei est datum, nu. 53.

42 Superstitio hæc difficillima cognitu est; est.n.difficile valde iudicare, an causa naturalis est sufficiens ad effectum, ad quẽ producẽdum adhibetur. Nec .n. omnes effectus, qui nobis miri videntur, & qualiter effici possint, nos latet, sũt magię superstitiosæ tribuẽdi. Quia est quædã magia naturalis, & artificiosa, quæ occulta quadam cognitione, & applicatione quarundã singularium virtutũ rerum naturaliũ, mira & inusitata perficit, & licita est. Vt late probant *Victoria de arte magica q.3.nu.7. Delrius l.1. disquisit. magic. c.2. & 3. Pereira l. 1. de magia c.3.* Ac proinde facillimum est errare effectus naturales causarũ nos latentium, tribuẽdo superstitioso vsui. Quare adhibitionem causæ ad extraordinariũ effectum esse superstitiosam, non potest primo sufficienter colligi, ex eo quod etiam sapientes latet, posse eum effectum à causa naturali produci. Quippe sapientes multos rerum naturalium effectus minime assequũtur. Nec secundo ex effectus ipsius præstantia, aut quod videatur non habere sufficientem proportionem causæ adhibita cũ eo effectu. Quia multi præstantissimi effectus à causis naturalib. producũtur. Nec tertio ex praua operãtis vita. Quia grauas et gratis datas in peccatoribus reperiri posse cõstat ex illo *Matth.7. Nõne in nomine tuo prophetauimus? &c.* Nec tãde ex prano operãtis in fine. Quippe nil obstat posse hoĩem gratia gratis data abuti. Atq; ita ex his oĩuus hoc nõ colligi docet optime *Val.2.2.d sp.6.q.13.punct.2.col.4. & 5.* Quãuis negãdũ minime sit bonã, aut malã vitam operantis, etsi non efficax oĩno argumentũ sit, an virtus faciẽdi hęc mirabilia, sit à Deo, an à dæmone, esse tñ magnũ indiciũ. Vnde q hæc operantur, si sint hoĩes prorsus improbatę vitæ credendi sunt potius malefici, quã gratiarũ possessores. Quod optime docet *Victoria de magia q.4. nu. 16.*

43 Colligetur autem id sufficienter ex his circũstantijs. Prima est, si circũstantia aliqua vana, & inutilis ad eũ effectũ adhibeatur, tanquã necessaria. Vt si dicatur certos ritus, & obseruantias ad effectũ inutilia, adhibenda esse. Sicut debere fieri certis dieb. certis horis ad certũ, stellarum situm, sub certo numero crucium, vel cãdelarum, certa corporis positura, &c. Vel etiam adhibeãtur verba ignota, aut obscuræ significationis, aut ẽ characteres ignoti. Sicut diximus in simili reddentes rationẽ num.9. Ita *Valentia nu. præced. allegat. Delrius l.2. disquisit. magicarum q.5. litera B.* qui idẽ esse ait, si ignota Dei nomina, aut Angelorũ afferantur. Secũda est, ex modo operandi. Vt si quis causam applicet in loco ita distanti à passo, vt iuxta veram philosophiã impossibile sit causam in tam distans obiectũ operari. Ita *Valentia, & Delrius ibid. litera A.* qui bene addit secus esse vbi est opinionum diuersitas, an possit, nec ne. Tertia est, ex conditione effectus sperati, quem cõstat ex causa naturali procedere nõ posse, sed à solo bono, vel malo spiritu: & cõcurrat aliqua vana circumstantia, eum à bono spiritu expectari non posse suadens. Vt si quis motũ localem, aut responsum statuæ promitteret. Atq; circumstantia vana esset, si qui molitur hæc mineiur impossibilia, & absurda, nisi effectus sequatur. Verbi gratia, fore vt conterat cęlũ, vel turbet sidera. Ita *Valẽtia ibi. Delrius ea.quæst.5.ad finem.* Vbi bene addit, quando huiusmodi effectus miri à quocumq; & quotiescumq; causa naturali applicetur, cõsequuntur sine alijs cæremonijs, vel obseruationibus, merito iudicari posse effectũ esse naturalem. Et concludit artificialia minimo negotio posse discerni, si fiat viro prudenti, & docto artis demonstratio; vel iudici pro foro externo. Triplicem aliã optimam regulam discernendi effectus magiæ dæmoniacę ab effectib. magię naturalis, tradit *Delrius* exemplis exornans *lib. 2. disquisitionum magicarum, quæst. 8. vers. porro præstigiatorij effectus.* Prima est, si effectus non oritur à motu locali. Vt si quis repente flumen, aut aliquid aliud apparere faciat. Secũda est, si constet effectum actiuitatẽ causarum naturalium applicatarũ superare. Vt sunt suscitatio mortui, aut veræ cæcitatis sanatio. Vltima est, quando id quod apparet, statim euanescit, nec permanet.

44 At specialis difficultas, est an quando ex dictis circũstantijs deprehendi nequit, an effectus ex bono, an ex malo Angelo, an ex causa naturali procedat, quid in hoc dubio iudicandũ sit? Videtur. n. in operis fauorẽ iudicandũ esse, vt id superstitiosum nõ credatur, & à dæmone. Quod dubia in meliorẽ partẽ interpretãda sint. Vt docet optime *D.Th.2.2.q.60.ar.4.* Ceterũ sic distinguẽdum existimo. Si dubium sit, an effectus à causa naturali proueniat, eo quod non cõstet an vires causæ naturalis excedat nec ne, cẽsendum est potius eum à causa naturali prouenire. Quia cũ innumeræ agẽtium naturalium vires nos latent, non est cur, eo quod virtus illa nobis dubia sit, effectum illum causę naturali negemus. Nec absque necessitate cõfugiendum est ad miraculum, vel ad occultam boni, aut mali Angeli operationem. Tãdem, quia *D. Aug. l.14. de ciuitate Dei, c.24.* mira-

mirabilia à quibusdã hoībus naturaliter facta refert, & inter illa fuisse quendam, qui pro libito ita à sensib. alienabatur, similimusque mortuo iacebat, vt nõ solos vellicantes & pungentes minime sentiret, sed aliquando et igne vreretur admoto, sine vllo doloris sensu, nec in eo vllus anhellitus inueniebatur. Atq; alium refert sudare solitũ, quoties volebat: atque alios aures mouētes, vel singulas, vel ambas simul. Quos effectus ignari causarũ naturalium facile dæmoni tribuentur. Si autē constet effectum illum vires causæ naturalis excedere existimo nisi maxima operantis sanctitas, vel alia vrgētissima indicia suadeant effectum eum à Deo, vel à bono Angelo prouenire, cen credendum esse in dubio superstitiosum, & à dæmone prouenire etiã si verba adhibita sint sacra. Ducor, quia *D. Th. 2.2. q.96. art.2. in corpore, Ang. verb. Superstit. n.2. & ibi Sylu. q.10. Armilla, n.4. Tabiena n. vl. Simãcas de cath. instit. tit.63. n.33. Suarez to.1. de relig. gl.2. de superstit. ca.15. n.13. & 14. Leonard. l.2. de iustit. c.43. n.62 63. & ca.44. nu... Sayro claui reg. l.4. c.6. n.4. Toledo l.4. sum. c. 4. nu. 10.* in fi. tradunt hancregulã generalem. Quotiescunq; causa adhibita nequit effectu naturaliter producere, est superstitio, & ad tacitũ cum dæmone pactũ pertinet. Hacq; reddit *D. Th.* rōnem, quod talis causa non adhibeatur tanquam causa, vtpote quæ naturaliter eũ effectũ producere non valet, & proinde necessariũ est eam adhiberi vt signum, & non d unum, quia non est sacramētum, nec sacramētale. Ergo vt signum pacti cu dæmone. Quæ ratio non militaret si præsertim dubio præsumi eum effectum à Deo, vel à bono Angelo prouenire. Secũdo, quia hoc expresse docet optime *Gerson 2. p. tract. de absolutione sacramētali, ad h.b. 3. litera L. vers. Vlterius ad illud*, vbi quærit, an versiculi illi, *Dirupisti vincula mea, &c.* habeat efficaciã ad sanitatem, qualem quidam ponunt. Et rũdet hæc: *Respõdeo pro regula circa talia, quæ sunt innumerabilia, quod nunquã attribuenda est aliqua virtus super naturalis talib. reb. quibuscũq. nisi hoc trahi possit ex scriptura sacra, vel reuelatione diuina. Et oppositum credere esse spẽm superstitionis.* Tertio quia *Caiet. in sum. verb. incãtatio, vers.4. & ibi Armilla n.1.* dñt colligi superstitionem ex effectus sperati excellētia: qñ cõstar eũ excedere virtutem naturalium agentiũ. Vt nosse secreta cordium sanari statim hoīem, aut equũ. Et *Delrius l.2. disquisit. magic q.5. litera A.* dicit ad dæmoniacã magiam pertinere, si positiue concludatur rem adhibitam non habere vim naturalē ad eũ effectũ nec ēt rõnabilem cām suppetere, cur Deo, vel Angelis bonis is effectus ascribatur. Et *l.3. q.2. sect. in int. o* ait si constet effectũ superare naturę vires nec ex sacra scriptura, aut Ecclesiastica traditione constet effectũ esse diuinũ, tribuendum esse pacto cũ dæmone. Et *ea. q.4. sect. 8. litera L. vers.* t 1. agens de verbis sacris, quib. morbus aliquis sanatur, cum ex vim naturalem sanandi non habeant: & respõdens argumento cujusdam id defendentis, eo quod fortassis alicui viro sancto reuelata sit illorũ verborum vis: ait quamdiu de illa reuelatione nõ est legitima probatio tutiorē partē esse necessario amplectendam, & abstinendũ, & veniti incumbere probare reuelationem. Quod inde constat, quia eam inesse virtutē ijs verbis est quid facti & proinde non præsumitur, & cum ad defensionem vtētis illius pertineat, ipsi incumbit probare eam virtutem. Atq; proinde dum legitime non constiterit, sed res dubia fuerit, nõ est ea virtus pręsumenda eo vel maxime, quod hodie nõ fit ea miracolorũ necessitas. Præterea, quia (vt optime ait *Leonard. l. 2. de iustit. c.43. dub. 10. n.62. & 63.*) si virtus hæc esset supernaturalis, esset reuelata Ecclesię, aut illi legitime cõstaret. Tandem optime *Suarez to.1. de relig. l.2. de superstit. c.15. n.26. & 27.* ait non esse absolue dos vtentes remedijs externis ad morbos, quæ euidens est non posse esse cãs naturalis sanitatis, quamuis publice tolleretur. Quia illi non habent probabilem rõnem ad præsumēdam diuinam virtutem esse infallibiliter assistētem illis verbis & actionibus Quia hoc est proprium verborum sacramentalium; et aliquid simile introducere sine Ecclesiæ authoritate, ait esse superstitiosũ, & in fide periculosum. Nec credendũ esse ait eam virtutem reuelasse Deũ alicui sancto. Quia non est cõforme diuinæ prouidentiæ, vt ea vis ijs verbis insit à quocumq; proferātur. Esset. n. ansa excusandi multas magorum fraudes. Addit tamē forte licere vti pijs illis verbis non sperando certã salutem sed per modũ impetrationis à Deo.

45 Hinc posset aliquis colligere munus salutatorum dãnandum esse. Atque ita tanquã superstitiosos eos damnat *Ciruelo de superstit. 3. p. c.7.* atque eos peccare mortaliter medēdo, & eos quoque, qui ipsos vocant. Et *Victoria de arte magica, q.4. n.16. solut. ad 2.* ait se multũ timere hos nullam vim habere ad sanandum contra rabiem ex canis morsu, & si quam habent, eam esse à dæmune. Quia communiter sunt reprobæ vitæ & vtūtur aliquibus obseruationibus non adeo superstitiosis, sed nec multum religiosis. Et subdit se hoc dicere non definiēdo. Quia gratia hæc gratis data potest dari impiis ob bonum commune, vel potest (inquit dici) illi inesse hãc vim naturalem. Sicut Psyllis scribũt authores probati inesse vim naturalem cõtra serpentium virus. Probat autem *Ciruelo* hãc sententiam. Quia eorum saliua nõ habet vim naturalem, nec supernaturalem ad medendum. Non naturalem. Quippe medicina naturalis non omnibus eadem prodest, sed variatur iuxta varias ægrorum complexiones. At horum saliua omnib. prodest. Non supernaturalem. Quia sæpe sunt hi homines flagitiosi. Et quãuis hoc non concludat non tamē mediocre indicium est, (vt diximus numero 42.) Deinde quia cum de ea nõ legitime constet, minime est præsumenda: iuxta dicta numero præcedenti.

46 Alij vero absolute id munus approbant. Ita *Nauarr. sum. Latina, & Hispana, ca. 11. nu.36. Margarita confessorum, q. moral. fol. 185. Castañegal de superstit. c.12. Palacios sum. verb. Incantationes.* Et clare quoque approbat *Azor to.1. l.8. instit. moral. c.23. q.2.*

47 At dicendum est, nec hos in vniuersum damnandos esse, nec in vniuersum approbandos Prior pars probatur, quia Doctores graues illos approbant, (vt n. præc. vidimus) & videmus eos in Ecclesia permitti. Quare absq; rõne conuincenti damnandi non sunt in vniuersum. At non est ratio conuincens eorum officiũ superstitiosum esse. Tum quia potest fieri vt habeant gratiã gratis datam sanitatis salutatores hi, (vt nu. 49. videbimus.) Et (vt optime dicit *Azor nu. præcedenti alleg.*) nil repugnat eam virtutē sanãdi cõcedi gratuito Dei munere quibusdam hominibus, immo etiã certis familiarum viris, quæ suos præstet effectus operanti Deo taliũ hominum interueniētē sermone, tactu, aspectu, odore, sudore, halitu Tum etiã quia graues Doctores (vt numero sequenti videbimus,) dicunt eam posse esse vim naturalem. Posterior autē probatur. Quia multi ex illis superstitionib. vtuntur, immo (vt ait *Delrius statim allegandus,*) raro licite eo ministerio vtuntur. Nec credēdum est tot hominib. pessimis eam vim à Deo tributã esse. Et ideo hanc sententiam sustinent *Veracruz l.2. de anima, speculatione 2. Suarez eod. c.15. nu.25. Delrius l.1. disquisit. magic. ca.3. q.4. lit. F. versic. Dico 3.* qui optime concludit hos salutatores diligenter examinandos esse ab ordinarijs, prius quam munus hoc obire permittãtur: vt videat an naturalibus remedijs, an per gratiã gratis datam, an per pactum cum dæmone operetur. Quæ ait ex circumstantijs colligenda esse. Et ait sibi certum esse hanc gratiam solis catholicis concedi à Deo. Multa autem suspicione plena, ac periculo reperiuntur in hac salutatorum curatione. Primum est, quia dicunt se nimio vini potu ad huius virtutis vsũ indigere. Quod reprobat *Delrius ea. q. 3. lit. G.* Quia id fieri nequit ad cõtrarium morborũ curationem. Nam si prosit frigidis, ob erit calidis. Sed *Veracruz nuper allegat.* hoc defēdit, Quia nõ repugnat salutatorum virtutem esse à celi cõstella-

ſtellatione,& complexione naturali:atq; adeo maiorē eſse poſt vini potũ. Quippe ſi à calore proueniat, maiores ex vini potu vires accipiat. Sed verius mihi eſt id eſſe fabuloſũ. Quia,(vt n.49 dicemus,) eſt verius hĩc eſſe gratiam gratis à Deo datã. Et Deus gratiam ſuam nimio vini potui,ac ebrietatis periculo nõ alligat. At quia probabile eſt,(vt ibi quoque dicemus,)eſſe hanc virtutem naturalẽ, & ſic poteſt fieri vt tanquã à calore proueniens confortetur nimio vino potato,non auderem condemnare ſalutatorem hoc dicẽtem. At vt nimium res ſuſpecta redderetur an id à dęmone proueniat,qui ebrietate gaudet. Secũdum eſt,ſolent panem à ſe morſum porrigere morſis à cane rabido. Quod damnat *Delrius ibidem.* Sed nõ video cur id damnetur. Nam ſi dicamus eam ſanandi virtutem eſſe naturalem, nil repugnat eam vim ineſſe tactui dentium,& ori ſalutatorum,ſicut tactui manuum, & halitui. Si autẽ dicamus eſſe vim ſupernaturalem , & gratiam à Deo datã, ſicut optime dicit *Azor proxime allegat.* eam concedi medio halitu aut odore, aut alijs actibus ſalutatorum,cur nõ dicemus tactui dentium mordendo illum panẽ ineſse eam vim à Deo conceſſam vt proſit contra rabidi canis morſum ? Tertium eſt,dicunt in præſentia alterius ſalutatoris præditi maiori vi ad ſanandum , ſe ſanare nequire. Quod merito tanquã mendax damnant *Delrius,& Veracruz ibid.* Quod ex ſe conſtet vnius ſalutatoris virtuti nil obſtare alterius pręſentiã ſiue dicamus illam virtutẽ eſſe naturalem,ſiue gratiam gratis datam. Quartum eſt, panem ſalutant dicentes eum prodeſſe contra eius rabiei venenum. At *Veracruz* hoc damnat. Quia ea virtus nequit eſſe in pane ſalutatio à naturali complexione, aut conſtellatione. Sed non video cur id damnetur. Quod verũ ſit eam vim non inde ſalutatoribus ineſſe, ſed ex gratia gratis data Nec repugnat cõcedi eis medio pane ſic ſalutato:ſicut dixi de morſu panis. Quintum eſt, dicũt naturaliter unum ſalutatorem ab alijs ſalutatoribus cognoſci , etſi nunquam eum niderint. Quod merito damnãt *Delrius & Veracruz ibid.* tanquam mendax. *Delriuſque* addit aut eſse ſignũ alicuius notæ illis à dæmone impreſsæ. Sextum eſt, dicũt hanc vim ineſse ſeptimo cuiq; ſalutatorum filio,ſi maſculinum ordinem fœmineus partus,non interruperit. Quod eſse ridiculum , tanquam fundamento prorſus carens,dicit *Delrius ibid.* Septimum eſt dicunt poſse ſe abſq; ullo damno in ardentem rogum ingredi. Quod bene damnat *Delrius ibi*, vtpote quod naturaliter fieri nequit, nec eſt ſimilis miraculi inter fideles neceſſitas. Octauum eſt ſpectari debet,an certis uerbis,vel ſignis utantur,quibus putant ineſse uirtutem, ut à quinis dicta,uel appoſita eumdem habeant effectum. Quia tũc non eſt gratia gratis data hæc enim non hæret verbis, aut ſignis,ſed communicatur perſonæ: nec in eius poteſtate eſt, eam alijs communicare, ſed gratis dat illam Deus cui vult. Nec etiam poteſt eſse uirtus naturalis. Quia quando talis eſt,eſt quaſi indiuidualis,ex tali cõplexione,& temperamento:& ideo non hæret uerbis, à quibus proferantur: nec eſt in unius poteſtate transfundere in alium eã complexionem. Hæc docet optime *Suarez eod.capit.15.numero 25.* Vbi optime concludit hos ſuſpectos eſse quia dicunt hanc uirtutẽ ſe hoc modo habere. At ſi uirtus ſit perſonalis, nec malũ initium habuit,ſed ſalutator uel caſu, uel bona fide cępit ſic operari,& poſtea expertus eſt effectum & à Deo illũ ſperat ait *Suarez ibid.* hunc non uideri damnãdum: præſertim quando ille honeſte uiuit, & illa gratia honeſte nititur, aliuquin tanquam ſuſpectum habendum eſse. Quia licet Deus interdum conferat gratiam aliquam gratis datam peccatori,non tamẽ habitualiter, & permanenter, & quaſi ad eis arbitrium, ſed ad aliquem actum,propter aliquam fidei utilitatẽ. Vt ex *D. Th.* probat *Victoria de magia n.14.* Tandem ſolent ſalutatores ſuo flatu,ac ſaliua interimere rabie uexatos, ac moribundos,ne diu crucientur,alijsve noceant. Quod nulla ratione poteſt eſſe licitum: cum intrinſece malum ſit accellerare mortem innocentis. Nec ea gratia poteſt eſſe gratis data, cum illã non conferat Deus ad peccandum : nec video qualiter poſſit eſſe virtus naturalis, & ideo maxima ſuſpicio eſt concurſus dęmonis ad eum effectum.

48 Rurſus ſupereſt difficultas an ea virtus ſalutatorũ licite id munus obeuntiũ ſit naturalis , an gratia gratis à Deo data. Quidam dicunt eã eſſe naturalem ſiue à naturali complexione, ſiue à conſtellatione. Et probant, quia multa ſunt *Plinij*, & aliorũ teſtimonia(vt ea refert *Azor n. præced. alleg.*) teſtãtia ineſſe aliquibus hominibus virtutẽ, tactu,ſermone, aſpectu, odore, vel halitu, medendi quibuſdam morbis. Secũdo, quia ex naturali complexione , vel conſtellatione quidam grauiter nocent. Vt de faſcinatione conſtat experiẽtia, quædam enim perſonæ eius complexionis ſunt, vt ſolo aſpectu, vel laudatione noceãt hominibus,& præcipue infantibus,et belluis. Quod qualiter fiat tradunt *multis citatis Veracruz n.præced.alleg & Azor l.9.inſti.moral.c.25.q.1.* Cur ergo virtus medendi non poterit ex eiſdem cauſis ſalutatorib. competere? Tertio quia lapidib. herbis, & quibuſdam alijs animalib. eam ſanãdi vim à natura competere cõſtat. Ergo & homini poteſt cõpetere. Et ideo hanc partem tenent *Caſtañega,nu.46.alleg. Veracruz n.præced.relatus.* Et dicunt eſſe probabile *Victoria nu.45.alleg. Author Margarita confeſſorum relat.nu.46.*

49 Sed quãuis hoc probabile ſit, verius eſt, eam virtutẽ eſſe gratiam gratis datam. Quia *Delrius lib.1.diſquiſit. magic.c.3.tota q.4.* latiſſime probat reſpõdens ad omnia,quæ in contrariũ obiiciuntur , vim ſanãdi naturalem non poſſe cõpetere voci, aut viſioni, aut contactui oſculo,halitui alicuius hominis. Nec obſtant in cõtrariũ adducta. Nõ primum,quia vel illi homines ex gratia gratis data,aut ex occulto dæmonis clam applicãtis medicinas pacto ſanabãt. Non ſecundũ, quia *Authore Ariſtot.in problem.ſect.7.* plura ad ſanitatem, quam ad morbum deſiderantur. Cũ bonũ ex integra cauſa, malũ autem ex ſingulari defectu accidat. Nõ vltimũ quia ea vim obtinenit ex temperamẽto certo,& definito totius ſpeciei. At non omnes homines eam ſalutatorum virtutem obtinent. Et ideo eſſe gratiam gratis datã ſuſtinent *Nauar. Palacios, Margarita confeſſorum, Azor relati,numero 46. Delrius allegat. nu. 47.* Sed dicens hãc gratiam non cõſtare legitime , ac proinde minime eſſe præſumendam:iuxta dicta n.44. At dico cogi nos eam aſtruere,ex eo quod videamus eam quibuſdã hominibus ineſſe , & approbari, permittique vbique , & ratio naturalis probet eam virtutem non poſſe eſſe naturalem : ſitque neceſſaria virtus aliqua ad medendum illi rabioſo morbo , quare iure optimo pręſumi poteſt eam Deum conceſſiſſe illis ſalutatoribus , eo modo quem ex mente *Azor* explicui nu.47.

50 Ex dictis deducitur , quid dicendũ ſit de artificialib. quæ quatenus artificialia ſunt , applicantur ad aliquos effectus extraordinarios. Qualia sũt imagines,quas vocant aſtrologicas,& characteres: ut annulus ſub tali cõſtellatione cõfectus , vel imago in lapide impreſsa ſub tali ſigno,quę ad ſanitatẽ,& alios extraordinarios effectus applicantur. Hæc nituntur defendere *Caietan.2.2.q.96.ar.2.& Pomponiacus l.4.de incãtationibus.* Sed iure optimo tanquam ſuperſtitioſa hæc damnant *D.Th.ea.q.96.ar.2.ad 2. & l.4. contra Gentes c.104.& 105. vbi et Ferrara. Ang.ver. ſuperſtitio, n.2.& ibi Syl.q.10.dict.2. Tabiena q.vlt. Armilla n.vlt. Simãcas de cath. inſtit. tit. 63.n.22. Vuierus, l. 4. de præſtigijs dæmonũ. Martinus de Arles, Pet.de Loyher, Vairus,* quos refert,& ſequitur late probãs & ſoluẽs contraria *Delrius l.1.diſquiſ.mag.c. 3. q.1.& cap.4.q.1. Valen.2.2.diſp.6.q.13.punc.2.col.6.* Atque idem probat late *Delrius ca.4.quæſt.2.* de numeris Arithmeticis Idem *Suarez d.c.15.a num.18. Sayro clauis reg.l.4.c.6.nu.4. Leonard.l. 2. de iuſti.cap. 43.dub.10.nu. 63. & cap. 44.dub. 2.numero 12.* Et ratio eſt, quoniam huiuſ-

huiusmodi artificialia non possunt esse secundum se principiũ alicuius alterationis corporũ. Quippe hoc principiũ est naturalis quædã potẽtia agẽtis alteraturi corpora. At figura artificialis nõ est naturalis potentia: mutatur.n.ad artificis libitũ, substantia rei, & naturalib. eius qualitatib. immutatis. Nec ẽt possunt eius alterationis principium esse ob aliquã virtutem cęlestẽ eis impressam. Nã opus artificiale vt sic, est voluntarium: ad opus autem voluntarium, vt voluntarium est, cęlum non cõcurrit; sicut nec ad voluntatem, à qua illud procedit.

51 Secundo deducitur, quid dicẽdum sit de arte Alchymica, per quam metalla viliora in argẽtum, & aurum transmutantur, an sit superstitiosa? Et breuiter quidam putant hanc trãsmutationem esse fictitiam, & impossibilem naturaliter veram transmutationem. Alij vero eam naturaliter esse possibilem aiunt. Doctores vtriusque partis, & rõnes referunt late *Pereira l.1. de magia c.12. Valentia 2.2. disp.6.q.13 puncto 2. diffic. vlt.* & latius *Martinus del Rio lib.1. disquisitionum magicarum, c.5.q.1. sect.2. & 3.* in qua tanquam lõge probabilius defendit verã esse transmutationẽ. Sed vtrauis sententia eligatur, dicendũ est, quo attinet ad mores, esse certissimũ artẽ alchymicã, etsi ea forte sit vtilis in distillationibus, & alijs rebus: at esse illicitã quoad confectionẽ auri, & argenti, ex his metallis, & reipublicæ perniciosã. Quia illud est adeo difficile, etsi possibile esse daremus, vt iure optimo supra humanã facultatẽ, & moraliter impossibile iudicari debeat. Præterea qa id expositũ est multis defraudãdi periculis, & vt diabolus se ei operationi ingerat. Tandẽ quia grauissimis verbis Interdicitur, & grauissima pœna inducta, in extrauag. Spondent, Ioãnis XXII. de crimine falsi. Atque ita concludũt *Valentia, & Pereira ibid.* Etsi *Delrius eo. c.5.q.4. alijs citatis* cõtendat eius vsum esse licitum.

52 Tertio infertur, non esse damnandos ludos quos vocant, *de passa, passa*, nec dicendũ omnes his vtentes niti ope dæmonis. Quia possunt manuum agilitate res fictas, ac veras ostendere: alias nõ ita cõmuniter permitterentur. Et docent *Sotus l.8. de iust. q.3. art.1. col.3. paulo ante vers. secundo modo. Alcozer de ludo c.15.*

53 Tandem id obseruandũ est, quando magi chirographo dato dæmoni, quo se profitẽtur baptismo & fidei renũciare, ac se totos dæmonis obsequio dicate, ad pœnitentiã redeunt, tenentur id pactũ cũ dęmone initum dissoluere, & à priorib. magijs oĩnino recedere. Nec opus est vt dæmõ chirographũ reddere cogatur. Prius enim pactũ omniuo dissoluitur pœnitentia crimina illius. Et ita bene docet *Suarez to.1. de relig. l. 2. de superstit. c.17. n.4* Si tamen ipse magus apud se chirographũ retineat, illiusve transumptum, cogẽdus est rũpere, aut cõburere. Quia etsi retinere non gratia seruandæ fidelitatis dæmoni, sed ad sui confusionẽ, & memoriã enormitatis illius peccati, nil mali ex se contineat, at potest esse causa scãdali, si forte amittatur. aut inter alias eius papiros inueniatur, siue in vita, siue post mortẽ: potest enim aut subito mori, aut demens fieri, aut illius immemor, non rumpere ante obitum.

CAPVT XLI.

De maleficij ablatione per aliud maleficiũ, aut signi destructionẽ, & retẽtione acquisitorũ per magiã.

SVMMARIVM.

An liceat vsus cognita rei, aut medio dæmone acquisita, n.1.
An liceat vti bonis fortuna, aut alijs à dæmone collatis, nu.2.
An ob bonũ finẽ liceat aliquãdo maleficorũ operibus vti, n.3.
An peccet iudex petens, vt maleficus opus maleficij aliquod coram se faciat, nu.4.
An liceat à malefico parato petere, vt maleficium maleficio soluat, n.5.
An quando potest licite, & illicite dissoluere, at nescit licite, possit peti vt soluat, nu.6.
An dubio admodum licitum norit, & qualiter scietur, an norit, nu.7.
An ab alio malefico liceat [illegible] medelam petere, nu.8.
An liceat iudicis cogere maleficum, vt maleficium maleficio tollat, nu.9.
An peccet iudex cũ cogens, vt benedictionẽ quadã tollat, n.10.
An liceat malefici torquendi corpus lauare aut pilos totius corporis radere, num.11.
An quando maleficus nouit licite, & illicite soluere, liceat absoluto petere vt soluat, nu.12. & 13.
Quid si nolit nisi alio maleficio soluere, nu.14.
An liceat petere, si maleficus velit aliquam medicinam vanã applicare, n.15.
An liceat indifferenter petere, quando petendo modo licito, eo soluet, n.16.
An liceat à dæmone petere vt soluat, vel à dæmone superiore, vt illum cogat, nu.17.
Qualiter malefici signo posito noceant, & quotupliciter id pactum cum dæmone ineant, nu.18.
An liceat id signum destruere animo obtinendæ salutis, n.19.
An possit ille, vel alter maleficus interrogari in quo maleficiũ consistat, quamuis id à dæmone didicerit, nu.20.
An liceat id maleficij signum destruere, et si inde damnum in ipsum maleficum, vel in alium redundare debeat, ex pacto dæmonis cum ipso malefico, nu.21.
An teneatur maleficus, vel alius sciens in quo maleficiũ consistat, destruere signum, nu.22.
An malefici teneantur damna illata resarcire, nu.23.
An iudex possit cogere maleficũ ad destruendũ id signũ, n.24.
An liceat ponere aliud signum, quo oposito dæmon nocere cessabit, nu.25.

1 PRæmittendũ est primo, cognitionẽ aliquã, aut bonũ naturale, vt sanitatẽ, à dęmone acquisita, posse licite retineri, & illorũ vsũ esse licitũ, dũmodo cõseruatio iã à dæmone non pendeat. Vt probabo c. seq. n.20.

2 Secũdo præmittendũ est, circa bona externo, vt diuitias à dæmone acquisita, spectandum maxime esse, an vera sint an potius elusoria, solẽt.n. sæpe elusoria esse, ac postea in carbones cõuerti, aut oĩno euanescere. Quare nisi satis probata, & euidens sit illorũ veritas, nequaquam licebit illorũ vsus. Solet ẽt dæmon daturus veras maleficis pecunias, surripere alijs quare si id cõstet, tenẽtur accipiẽtes restituere eas veris dæmonis. Quia etsi Deus permiserit dęmoni rapinã illã, non ob id permittit, auferẽdo verũ dominiũ alterius: sicut nec illud aufert, qñ permittit homini furtũ. Vix tñ hoc ad praxim reduci valet: quia vix põt sciri dęmonẽ alicui surripuisse: potuit ex maris pfundo, aut ex aliquo thesauro sub nullius dominio existẽti, pecunias illas auferre. Quare retineri valent, dũ de furto non cõstiterit. Hæc optime docet *Suarez to.1. de relig. lib.2. de superst. c.17. n.3.*

3 Tertio præmittendũ est, nunquã ob quemcũque bonũ finẽ licere vti maleficio. Quod sit intrinsece malũ, inuocare dæmonis auxilium per maleficia. Quod late probaui lib.7. de matrim. dispu.95. n.1. Vbi textus in *l. Eorum 4. C. de maleficis, & in l. regia finali tit.23. p.7* dicẽtes maleficos exercẽtes bono fine maleficia, ne fructus terræ vi ventorũ ac grãdinis absumãtur, excusari, explicui cũ *Bartolo, Salyceto, Gregor. Lopez. Azebedo*, vt intelligantur excusari à pœna fori externi, nõ autem à culpa. Et ita etiam eos textus explicat *Suarez eo. lib.2. c. 24. n.14.* Alias errorem intollerabilem continent.

4 Hinc deducitur peccare mortaliter iudices, qui causa curiositatis, aut verificandi delicti, aut ob quemcũque alium bonum finem efficiunt, vt corã illis malefici exerceant aliquod maleficij opus, vt facere subito apparere ibi ranas, vel stryges ferri vnctione quadã limitas per aera, &c. Quia est intrinsece malum.

5 His præmissis, duplex difficultas est. Prior est, an liceat à malefico parato ad soluenda malefici s maleficia, id petere. Posterior, an liceat maleficij signum destruere. Circa priorem difficultatem quidam cẽsent id licere. Quia id non est ad malum inducere, sed vti malitia parati ad illud perpetrandum, cogente obtinẽdæ

salutis

a lutis necessitate. Sicut licet petere mutuum ab vsurario parato, & iuramẽtum ab infideli parato per falsos deos iurare, qn̄ ad vtrumq; necessitas cogit. Sic *Aureolus 4.d. 14.q.2. Ang in sum. ver. superstit. n. 14.* At hæc sẽtẽtia est omnino falsa, & erronea. Quia id solũ licet à parato petere, quod ipse licite pōt præstare, & sua malitia eligit modum illicitum, & ex alia parte petẽtis interesse vt suæ necessitati consulat: tunc.n. est petere peccatum, nec ad illud cooperari, sed petere rem licitam, quam alter sua malitia illicite præstat. Vt contingit in petente mutuum ab vsurario parato, & iuramentũ ab infideli parato ad iurandum per falsos deos. At maleficus ob nullũ bonum finem potest maleficium maleficio soluere: vt probaui num. 3. Et ratio diuersitas inter vtrũq; est: quia petens ab aliquo opus aliquod, est causa moralis illius operis, quamuis alter sit paratissimus quare petens mutuũ ab vsurario parato nõ excusatur, eo quod nõ sit causa moralis illius mutui, sed quia mutuum de se est bonum, & ex sola mutuantis culpa male fit. Qn̄ ergo opus a parato nequit licite præstari, illud petens est causa malitiæ inseparabilis ab eo opere ac proinde peccat. Ita latius probans, & multos authores referens tenui li. 7. de matrim. disp. 95. n. 7. Et vltra authores ibi relatos, docent *Suarez tomo 1. de relig. l. 2. de superstit. c. 18. à num. 3. Sayro in claui reg. lib. 4. cap. 6. nu. 26. & 27. Leonard. l. 2. de iustit. c. 44. dub. 6. nu 35.*

6 Nec licet etiam petere à malefico, vt soluat maleficiũ, quod modo licito constat solui posse, quando constat eum modũ licitum ab eo ignorari. Quia nil refert modum licitum esse possibilem, si huic malefico est ignotus, eo enim ipso est illi impossibilis, & ideo petẽdo ab illo vt destruat maleficium petitur virtute vt alio maleficio destruat: non enim petitur, vt modo sibi incognito, ac subinde impossibili destruat. Ita colligitur ex omnibus Doctoribus citatis pro doctrina nu præced. tradita. Et docet *Suarez to. 1. de relig. l. 3. de iuramẽto, in c. 13. nu. 5.* Et constabit ex dicendis nu. seq

7 Immo nec id licet, quando est dubium an maleficus norit aliquod medium licitum. Tum quia cum cõlter sola media superstitiosa norit, est præsumptio contra illum. Tum etiam quia tunc perinde est ac dubitare, an solutio illa maleficij possit licite fieri: quo dubio perseueranti non est licitum operari. Sic tenui ead. disp. 95. num. 13. Et docent *Suarez to. 1 de relig. l. 2. de superstit. cap. 18. num. 8. in fi. Leonard. eo. ca. 44. dub. 6. num. 46. Martin. del Rio l. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 1. q. 2. p. 19. pen.* Qui optime consulit ibi gratia vincẽdi huius dubij, esse interrogandum maleficum quæ media norit; & si renuat explicare, ait esse vehementem suspicionem cõtra illum; si autem explicet, tunc videndum est, an sint licita, iuxta dicenda à nu. 18.

8 Hinc deducitur non licere petere ab alio mago, qui author illius maleficij non fuit, vt id destruat quando nil de illo, aut de loco vbi sunt eius signa, nouit. Quia ea petitio est tacita, vt alio maleficio id à dæmone norit, & soluat. Sic *Suarez ead. c. 18. n. 8.* Quare cum *Martino del Rio ea. q. 2.* dixi eadem disp. 95. nu. 14. rarissime licere eam dissolutionẽ ab alio malefico petere, nisi de loco, & modo maleficij, ab ipso authore, vel ab alio sit factus certior. Quia talis moraliter nescit mederi absq; alio maleficio, & noua dæmonis, cooperatione.

9 Temperant quidam, vt non liceat petere à malefico, vt maleficiũ maleficio soluat, rogando illum: at cogendo illum minis dicunt licere. Authorẽ huius sententiæ & eius fundamentum retuli eadem disp. 95. n. 9. Et eam tanquam falsam reieci ibi, *alleg. Martino del Rio*, & eã quoque improbat *Suarez eo. c. 18. num. 7.* Quia cum ille maleficus, quantumcũq; minis coactus peccet maleficium maleficio dissoluens, vtpote quod est intrinsece malum, eadem culpa cogens ad id ligabitur.

10 Quare nulla ratione possũt culpa liberari iudices cogentes maleficum benedictione quadam maleficium auferre. Quippe ea malefici benedictio nil aliud est, quam quædam formula, & cæremonia, qua adhibita iniit pactum dæmon se cessaturum. Atque ita *Allegato Martino del Rio* probaui eadem disp. 95. nu. 10.

11 At licebit iudicib. volentib. maleficum torquere, efficere, vt eius corpus ablatur, & vt capilli totius corporeis eius abradãtur. Quia id non fit gratia alicui superstitionis sed dũtaxat ne maleficium lateat foraminib. insertum, vel crinib. insupersũ aut aliqua vnctio subsit, quib. maleficus non sentiat dolorẽ tormentorũ. Et ita docẽt *Leonard. l. 2. de iust. c. 44. dub. 6. n. 44. et Martinus del Rio l. 5. disquis. mag. sect. 9. dub. 2. in 3. cautela* vbi bene addit id fore superstitiosum, si tõsio illa fiat credẽdo amitti vires per illam, instar Samsonis. Quia cũ ad eum effectum sit vana, & inutilis ea tonsio, esset superstitio.

12 Vrgentior autem est difficultas quãdo maleficus nouit medium licitum, & illicitũ soluẽdi maleficij, an integrum sit petere absolute ab eo maleficiis dissolutionẽ. Et quidem quando petens credit probabiliter fore vt maleficus modo licito soluat, aut dubius est vtro illorũ soluet, licitum est petere absolute dissolutionem. Quia petitio est ex se indifferens, & persona à qua petitur, potest licite id exequi & ideo cessat moralem periculum. Et hoc magis constabit ex dicendis nu. seq. Et docet *Suarez to. 1. de relig. l. 2. de superstit. c. 18 nu. 8.*

13 Quando autẽ petens est certus fore, vt medio illicito maleficus soluat, quidã damnant eam petitionẽ. Quod malefici vt sic opus petatur, petita absolute ea maleficii dissolutione. Hos retuli eadẽ dispu. 95. nu. 11. Verum id licere probaui ibi. n. 12. & authores retuli. Et præter ibi citatos, tenet idẽ *Suarez to. 1. 18. n. 9.* Et expresse est eiusdem sententiæ *Leonard. l. 2. de iustit. c. 44. dubio 6. nu. 46.* nam ait idem in hoc casu dicẽdum, quod dixerat *eo. l. 2. c. 41. dub.* 10. de petẽte iuramentũ absolute ab infideli, quem scit per idola iuratũ, vbi id licere vrgenti causa iusta illius petẽdi affirmat Et ratio est, quia fere omnes fatentur licitum esse ex causa iusta petere mutuum ab vsurario, & iuramentũ ab infideli, quamuis petenti constet fore vt ille peccet exigẽdo mutui vsuras, & hic iurando per falsos deos. Atque eã huius rationem tradunt, quia tũc petit quispiam rem, quã alius licite præstare põt atq; necessitatem petendi habet: & ideo non censetur inducere ad malum, nec moralem peccandi occasionem præbere: & alter sua sola malitia peccat. Quæ ratio omnino eodem modo procedit in præsenti casu, cũ similiter possit res illa à malefico licite præstari, nec petatur modus illicitus: & vrgeat necessitas obtinẽdæ salutis, ad eam maleficij dissolutionem petendã.

14 Immo sicut petens mutuũ ab vsurario nolenti dare nisi sub vsuris, potest acceptare mutuum acceptata cõditione dandi sub vsuris, iuxta cõmunem sententiam; quod id non sit cooperari peccato alterius, vtpote, qui sola sua malitia peccat, potens licite mutuũ dare, & ideo solus est peccati, alterius vsus ad propriæ necessitati consulendũ. Ita si maleficus noller soluere mõ licito sibi cognito maleficiũ, potest acceptari vt alio maleficio soluat. Quia eadem prorsus rõ militat. Quod defendi eadẽ dispu. 95. n. 11. Et quãuis prima facie videatur aduersari *Suarez to. 2. de relig. l. 3. de iuramento, c. 13. n. 11.* non aduersatur re vera, sed optime dicit nõ esse æquiparationẽ vtriusq; casus regulariter admittendam rõne scandali. Quippe in casu vsurarii est per se notũ nolle acceptãtẽ approbare vsuras, sed inuitũ permittere: at in nostro casu apparet exterius quædã approbatio posterioris maleficii, cõtraria externæ professioni fidei: at tandem id admittit, quando necessitas vrgens ostẽdit non esse mentem acceptantis approbare cõditionem, sed illã solũ permittere, eo quod aliud obtinere nequit.

15 Duo tamen monuerim. Prius est, si nolit maleficus mederi absque aliqua cooperatione petentis, aut maleficiati, ad maleficium illud, vt si velit mederi aliqua medicina vana, & superstitiosa: nullatenus licet id admittere. Quia est vti medicina vana, ac superstitiosa, nullam vim medendi habenti, nisi ex dæmonis pacto.

pacto. Nec potest id dici solius peccati alterius vsus: quia consentiens medicinam illam sibi applicari, re vera vtitur ea, ac proinde cooperatur medio vano, & superstitioso. Et ita defendi eadem disp.95. numer.12. & tenet *Suarez to.1. de relig. l.2. de superstit. cap.18. in fine.*

16 Posterius est quādo spes esset fore vt petitio deterret minatione modo licito, aut monito malefico, non vteretur modo illicito, teneretur petens lege charitatis ad id: sicut tenetur ad vitandum quodcumque proximi peccatum. At cessanti ea spe, non tenetur. Et ita probaui eodem num.12. & docet *Suar. num. præced. relatus.*

17 Tandem nullatenus licet petere à dæmone vt cesset maleficio illo vexare. Quia licet cessatio illa possit in se esse bona; at illā à dæmone postulare est intrinsece malum. Quod inuoluat pactū, & societatem cum ipso, & quemdam eius cultum: non enim minus est quidā eius cultus, rogare illū vt aliquid faciat, quam rogare vt nō faciat. Nec imperio erga dæmonem est alicui integrū vti, nisi Dei nomine per exorcismos. Vt latius dicemus c. seqnēti, vbi vt agemus an id liceat inuocato dæmone superiori, vt inferiorem cogat. Et ita contra quemdam authorem defendi eadem disp.95. nu. vltimo, & vltra Doctores ibi allegatos, tenet *Suar. eod. c.18. num.5. & 8.* qui optime *eo. nu.5.* aduertit caute intelligendū *Leonar. l.2. de iust. c.14. dub.6. num.45. ad fin.* vbi ait licitum esse verbo petere à dæmone vt desinat nocere, dummodo id non petatur deprecando; sed bene ait *Suarez* id intelligendum sano modo: nam petere, & deprecari, parum differunt, vnde petere per modum supplicationis, non licet, sed per solum obiurgationis, & contemptus modum: vt dicendo, ab hinc, cessa male facere.

18 Posterior difficultas est. An liceat maleficij signum destruere, ad obtinendā eius sanitatem. Præmittendum est solere à maleficis pactū cum dæmone iniri, vt quādiu ligatura aliqua fuerit, vel dum res aliqua in tali loco de fossa permāserit, aut quid simile, duret maleficiū, & ijs ablatis cesset. Potest autem id pactum dupliciter iniri: priori modo, intercedenti duplici pacto: vt cum conuenitur fore vt dæmō vexet adhibito tali signo, eoque remoto cesset. Tunc enim est duplex pactum, alterum nocendi posito eo signo, alterum desistendi eo ablato. Posteriori modo, quando vnicum adfuit pactum, vt nocendi posito tali signo. Quippe hoc pacto tantum obligatur dæmon nocere posito eo signo, manetque illi libertas nocendi, aut cessandi; eo signo ablato.

19 Dubitatur ergo, an liceat id signū maleficij, quo posito dæmon nocet, destruere. Quidam licere negant. Quod id sit confirmare pactū à dæmone initū, & nulla alia rōne ablato signo dæmon nocere desinat, nisi virtute pacti. Has & alias eorum rōnes retuli lib.7. de matrim. disp.96. nu.2. Verum dicendum est licere ipsi malefico, vel cuicūque alij, id signum amouere, non quidem animo vt priori malefico pactum à dæmone seruetur, sed destruendi pacti cū illo initi, & obtinendæ salutis. Quod multis rōnibus, & Doctoribus citatis, probaui eadem disp.96. nu.3. & contrarijs satisfeci num.6. & vltra Doctores ibi allegatos, idē tenent *Henric. de Gandauo quodlib.5. q.33. Binsfeldius in tit. de maleficis, & mathematicis, q.5. Suarez to.1. de relig. l.2. de superstit. c.17. à nu.9. vsque in fi. Leonard. l.2. de iustit. c.44. dub.6. à nu.36. vsq; ad 44. Sayro in claui regia l.4. c.6. in fi.* Quod quidē verū est, siue vnicum, siue duplex pactum cum dæmone initum fuerit, modo quē nu. præced. explicui. Vt bene tradunt *Suarez ibi. n.15. Leonar. ibi. nu.39. Martinus del Rio l.6. disquis. magic. c.2. sect.1 q.3.* Et ratio potissima est, quod auferendo signum intentione prædicta, nec pactum, nec amicitia cum dæmone confirmentur, nec illi honos exhibeatur, immo potiùs pactum soluatur, ac dæmone contempto ab eius amicitia recedatur: ob idque signum fœderis aufertur, aut comburitur.

20 Adde posse interrogari alium maleficum, an norit in quo tale maleficium cōsistat, vt signū destruatur: quod si ille ignoret, minime induci potest ad id per suā artē inuestigandum. Quia id esset inducere ad maleficium, quo mediante id à dæmone addiscēdum esset. At si forte is maleficus per maleficia id à dæmone didicerit, licebit ea scientia ad destruendum maleficij signum vti. Quia nu.1. probauimus peccatum esse notitiam alicuius rei à dæmone procurare; at ea semel habita licere vti. Et ita docet *Ouandus 4. d.34. disp. vnic. pag. penult.*

21 Immo quamuis sublato maleficij signo debeat in ipsum maleficum redundare aliquod damnū, quod ita dæmon cum ipso pactus sit, nulla est culpa illud auferre. Quoniā auferēs nulla ratione concurrit ad malefici damnum, sed solum sibi consulit auferens signum: quare damnum malefico sequutum, est præter eius intētionem, nec ex illa signi remotione sequitur, sed ex dæmonis pacto, cui auferens nullatenus cooperatur. Quæ ratio concludit idem dicendum, etsi damnum illud in quendam tertium redundaret, malefico ita paciscente cum dæmone. Nam auferēs nil ad damnum id cooperatur, sed se tuetur ablato sibi nocēte; nec tenetur damnum alterius cum suo damno vitare. Quod si præter signi ablationē esset aliqua actio positiua necessaria dānificans maleficum, vt maleficiatus incolumis euadat, nō licebit authoritate priuata illam exercere; at licebit authoritate publica, si nullum dæmonis pactum in illa actione sit. Huius enim est innocentes eruere, etiā cum nocentium damno. Hæc latius probaui *citato Ouando* eadem disp.96. nu.5.

22 Nec tantum licet id signum destruere, sed tenetur maleficus, vel quicumque alius id efficere; ille quidem tanquam damnificator lege iustitiæ, hic autē lege charitatis, si commode potest: nisi sit minister iustitię, tunc enim tenebitur etiam lege iustitiæ. Quæ ex se patēt. Et docet *Suarez eod. l.2. c.17. nu.13.*

23 Quod si damnum aliquod ex maleficio sequutū sit, tenetur maleficus integre restituere. Quia etsi dæmō id fecerit damnum, fuit tamē maleficus causa, ipsum solicitans. Et ita docet *Suarez eod. c.17. nu.13. & c.14. nu.12.*

24 Quare potest magus ille à iudice cogi ad id signum destruendum. Vt bene docet *Suarez eod. l.2. c.18. nu.7. & 8.* Immo tenetur ex iustitia illum cogere. Cum ex officio teneatur cogere ad damna resarcienda.

25 Tandem licet etiam signum positiuum contrarium apponere, dūmodo sit ex se licitum, aut indifferens, ad pactum illud cum dæmone initum rescindēdum, v. g. si dæmon esset pactus cum malefico se nociturum, nisi maleficiatus postea se signet Cruce, aut lauet corpus: licebit huic se signāre, aut lauare, non intentione sanādi positiue eo medio, aut opera dæmonis, sed solo animo tollendi signi, & pacti nocendi dissoluēdi. Quippe intētio illa est bona, & medium est licitū, aut de se indifferens, ac supposita dæmonis malitia est bonū: est enim solum incētiuum mali auferre, & parum refert ablationem signi fieri per actionem positiuā alterius rationis, siue non. Et ita docent *Suarez eod. c.17. nu.16. Leonard. l.2. de iustit. c.44. dub 6. n.45.* Quod idem docent, etsi nō ita clare, *Syluest. verb. malefic. q. vlt. et Delrius l.6. disquis. magic. c.2. sect.1. q.2. vers. Alij itaque,* vbi relata sentētia dicenti licere vana vanis reijcere, quam tenent *Host. c. fin. nu.6. de sortileg. dis, & ibi Ioan. Andr. n.16.* & sequuntur alij, quos retuli lib.7. de matrim. disp.95. n.1. intelligendo, licere vanis, id est, indifferentibus. Quod impugnāt illi quos ibi num.3. retuli. Declarant *Syluest. & Delrius ibi* id licere, quādo quis ea indifferentia faceret, experiri volens, aut credens maleficium solui, non dæmonis operatione, sed eius cessatione ab operādo, quod sciret dæmonem pactum esse cum malefico tunc cessaturum. Addit *Leonard. nu.46.* si dubium sit an id signum sit superstitiosum, non licere nisi forte præmissa contrariæ voluntatis protestatione. Sed nec hoc modo audeo id approbare.

CAPVT XLII.

De adiuratione, & superstitionibus in ipsa repertis.

SVMMARIVM.

Adiuratio quid, & quotuplex sit, & in quo differat à iuramento, & oratione. nu. 1.
Quis possit adiurare, & adiurari, & per quem possit adiuratio fieri. num. 2.
An adiuratio sit actus religionis, distinctusque ab alijs. nu. 3.
An sit sub præcepto. num. 4.
An adiuratio reddatur illicita defectu veritatis, iustitiæ, aut iudicij. nu. 5.
Quæ exigantur, vt quis dæmonem habeat, & qualiter hic sit in corpore humano, numero 6.
Quam potestatem in eo habeat, & an semper assistant dum adest, molestet semper: & in qua parte sit, per quam partem intret, & exeat. num. 7.
An aliquando sint multi in eodem corpore, & vno exeunte exeant omnes. num. 8.
Vnde dignoscatur dæmonem esse in aliquo corpore, aut ex illo [illegible] nu. 9.
An res corporeæ vis sint dæmones affligere, aut expellere. nu. 10.
Qualiter magus liceat dæmonem illum in aliquem remouere, ludent. nu. 11.
Adiuratio deprecatiua erga quos liceat, & an obliget hominem adiuratum. num. 12.
Imperatiua erga quos homines liceat. nu. 13.
Qualiter hæc sit licitum. nu. 14.
Adiuratio imperatiua dæmonis qualiter liceat. nu. 15.
An exorcismi infallibiliter, & ex opere operato dæmones pellant. nu. 16.
An eamdem vim habeant in malis [illegible], & alia damna à dæmone illata. nu. 17.
Quibus competat potestas expellendi dæmones, & an maiorem habeant sacerdotes. numero 18.
An liceat dæmones adiurare deprecatiue vt recedant: aut imperatiue petendo obsequium. nu. 19.
An liceat cogitatione à dæmone habita vti. nu. 20.
An liceat adiurando præcipere dæmoni superiori expulsionem inferioris. nu. 21.
An liceat adiurare vt dæmon superior præcipiat inferiori, vt recedat à dæmoniaco. nu. 22.
An liceat adiurantem interrogare nomen à dæmone sacro, & causam ingressus. numero 23.
An liceat interrogare aliquid ad Dei gloriam, & aliorum vtilitatem. nu. 24.
Qualis culpa sit aliquid curiosum rogare, vel facere, vt dæmon curiosa efficiat. numero 25.
Exorcistis cauendum cum dæmone nugari, & curiosa quærere, & an dæmoni sit credendum. nu. 26.
An possint dæmonem in infernum, aut in aliquem locum mittere. nu. 27.
An liceat à dæmone signum proprium exitus petere. nu. 28.
An liceat obsessum [illegible] alapis, & flagellis. nu. 29.
An liceat spiritu, & fumo malo olenti obsessum affligere. nu. 30.
An possit exorcista aliquas medicinas obsesso applicare. num. 31.
An liceat dæmoni sub pœna excommunicationis præcipere. nu. 32.
An liceat dæmonis nomen scribere, & dæmoniaci capillos, aut pilos radere. nu. 33.
An liceat terminum iudicij vti, iusso dæmone vt tunc recedat, & tali die se iudicio sistat. nu. 34.
Vnde cognoscatur exorcistas esse superstitiosos. nu. 35.
An possint hi committere petitionibus dæmonis respondere. nu. 36.
Adiurare creaturas non rationales qualiter liceat. nu. 37.
Quid Ecclesia ad has adiurationem dirigens intendat. nu. 38.
An liceat eas excommunicare, & cum ipsis litem mouere, & pugnare. nu. 39.
An tolerandi sint dicentes se posse fugare nubes, & terra motus. nu. 40.

1 ADiuratio *teste D. Th. 2. 2. quæst. 90. ar. 1.* est, aliquam personam imperando, aut obsecrando inducere ad aliquid faciendum, omittendumve, inuocatione alicuius rei sacræ. *Vt D. Paulus ad Rom. 12.* fecit. *Obsecro vos per misericordiam Dei.* Quare est duplex, quædã deprecatiua, quæ fit deprecando: altera imperãdo, quæ est imperatiua. Cõuenit autem adiuratio cũ iuramento. Quia sicut hoc adhibetur ad veritatis affirmatæ cõfirmationem, aut maiorẽ promissionis factę firmitatẽ: ita adiuratio fit vt postulatio, aut iussio, sint efficaciora. Differt autem ab illo, quod in iuramẽto adducatur Deus ac testis veritatis, aut quasi fideiussor promissionis: in adiuratione aũt vt obiectũ amoris, vel timoris, cuiusque adiuramus vt inde eius timore, vel amore ducatur ad rẽ petitã concedẽdam. Nec placet quod dicit *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2. q. 1. in fin.* vbi ait in omni iuramẽto promissorio inueniri adiurationẽ. Cuius cõtratiũ bene docet *Suarez t. 2. de relig. l. 4. de adiuratione, c. 1. n. 10.* Quippe põt peti simpliciter, & non interposito diuino nomine à petens iuramẽtum promissorium: vt in cõtractib. contingit. Differt etiam adiuratio ab oratione: quia per orationem aliquid à Deo petitur: at per adiurationem, vt sic, nõ petitur aliquid à Deo, sed propter Deum, & ita potest id peti à Deo, & tunc coniunguntur adiuratio, & oratio, aut ab hominibus, & tunc non est oratio aliqua, & aliquando nil petitur, sed imperatur.

2 Hinc fit in adiuratione tria concurrere, nempe, adiurantem, adiuratũ, & id per quod adiuratio fit. Adiurans debet esse necessario res intellectualis, cuius solius est rogare, aut iubere. Potest autem adiurare Deus ipse, vt ob nomen suum aliquid præcipiendo. Possunt etiam angeli, & dæmones, vt *Marci 5.* dæmon Christũ adiurauit, *Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Res adiurata debet quoque necessario esse intellectualis. Vt constabit ex dicendis nu. 37. Possunt autem, Deus, Angeli, & sancti, & dęmones, & quicunq; homines adiurari. Quando autem deprecatiue, & quando imperatiue, constabit ex dicendis à num. 12. Res per quam fit adiuratio, sunt Deus, Angeli, & sancti, & homines iusti viatores, non autẽ per creaturas inferiores in natura, aut in statu gratiæ, fit adiuratio. Vt optime docet latius probans *Suarez eo. l. 4. de adiuratione c. 3. per totum.* Prior pars patet, quia cum plurimũ valeant apud Deũ Angeli, & sancti & iusti potest per ipsos Deus adiurari, vt aliquod beneficium concedat. Posterior probatur, quia aliæ creaturę inferiores in natura, aut in statu gratię nil valent apud Deum. At potest Deus adiurari per commemorationem alicuius effectus creati, quatenus in eo clauditur Deus, vt eius author, & vt ex misericordia in vno opere suo inducatur ad aliud faciẽdum. Atque per iustos, siue beatos, siue viatores, potest Deus adiurari, non tãtum quatenus in illis Deus lucet, sed etiã præcise spectando merita talis sancti. Quia tũc non tribuitur illi sancto aliquid Dei proprium, sed honoratur iuxta sua merita. Hinc tamen adiuratio dæmonum excipitur, quę per solum Deum, aut per sanctos, vt in eis Deus relucet, potest fieri. Quia cum ea sola coactiua liceat, potest per solum Deum, aut per sanctos, vt in eis Deus lucet, fieri: solus enim Deus, aut sancti eius virtute potest eos cogere. Habet etiam locum inter ipsos homines adiuratio quædam impropria, & moralis, & humana. Vt cum vnus postulat ab alio per vitam patris, & filiorum, &c. quæ ex se nil vitij continet. Hæc omnia docet *Suarez toto eod. c. 3.*

3 Est autem adiuratio actus religionis, quando fit per Deum, siue expresse, siue tacite. Quia in hoc adiurans tribuit Deo honorem, quod eius authoritatem tanquã plurimum apud omnes valentem interponat ad aliquid obtinendum. Ita *Sot. l. 8. de iust. q. 3. art. 1. col. 3.* & latius *Suarez eo. l. 4. c. 1. à n. 4. vsq; ad 7.* vbi & bene probat esse specialem actum religionis, distinctum à ceteris. Quia si cum aliquo coincidere deberet, essent iuramentum, & oratio: at ab illis differt, vt nu. 1. diximus. Quando autem adiuratio fit per sanctos absque tacito ad Deum respectu, nõ est actus religionis, sed eius cultus qui sancto illi debetur, vt hyperdulię, si fiat per beatam Virginem; duliæ autem, si per alios sanctos. Et si fiat per aliam rationem creatam, vt per vitam tuam, vel patris, non est proprie adiuratio, sed quædam moralis & humana. Et ita notat *Suarez eod. l. 4. c. 3. n. 6.*

4 Et quamuis adiurationis non sit pręceptum aliquod naturale, & diuinum: quia quidquid per adiurationẽ petitur, potest simplici oratione obtineri: at cadit quãdoque sub pręcepto Ecclesiastico. Quia publicę orationes Ecclesię horarum canonicarum, & missæ, cõtinent adiurationes per Dominum nostrũ Iesum Christum, & per sanctos: & in solemni sacramentorum administratione etiam sunt exorcismi, & quędam alię adiurationes. Quare pręceptum hoc non est peculiare, sed coincidit cum pręcepto horarum Canonicarum, & rite sacramenta, & missam administrandi. Potest etiam aliquando cadere sub officii obligatione, nempe, supposita hominis obsessi necessitate. Quippe tenentur ministri Ecclesiæ ex officio subuenire necessitatibus suorum fidelium per remedia conuenientia, & iuxta ritum ab Ecclesia institutum: vnum autem est adiuratio per exorcismos. Hęc bene docet *Suarez eod. l. 4. cap. 4. num. 2. 3. & 4.*

5 Cum autem adiuratio quamdam iuramenti speciem habeat, exigit ad sui honestatem eosdem tres comi-

tes,

tes, quos iuramentum, nempe veritatem, iustitiam, & iudicium. Veritas nō exigitur eodem modo quo in iuramento. Quia in adiuratione nil affirmatur, aut negatur, sed solum petitur aliquid ob diuini nominis reuerentiam, in se, aut in sanctis suis. Quare in ea potest defectus veritatis tripliciter inueniri. Primo modo, quando adiuratio fit per falsum Deum, vt per Iocum, & tūc est mortale idololatriæ crimen. Sic *Suarez eo.ca.4. nu.6.* Secundo modo quando est fictio ex parte petendæ rei, nempe, quando in adiuratione interposita petēdo aliquid per Dei nomen, deest animus illius rei impetrandæ. Et hæc falsitas est venialis. Quia non est grauis irreuerentia Dei, cum Deus non adducatur vt testis. Et ita bene docet *Suarez eo.c.4.n.7.* Vltimo modo potest esse fictio ex parte causæ inducentis ad obtinendam rem petitam. Vt si quis ficta paupertate petat ob Deū eleemosynas. Et tunc ait *Suarez eo.n.7.* esse probabile solam culpam venialem contra adiurationis religione reperiri, vltra iniustitiæ mortalem. Sed mihi non tantum id probabile videtur, sed fere certū. Quia cum actus ille eleemosynæ, vt ab operante procedit, sit optimus, non est grauis irreuerētia contra Deum, inducere ad illum ob Dei amorem: quamuis aliunde ex parte petentis sit iniquitas. Iustitia in eo consistit vt res petita sit licita: si enim res mala petatur, est grauis Dei irreuerentia, cum Deus interponatur vt intercessor illius peccati. Et ideo de hac adiuratione dicendum est, sicut de iuramēto, & voto rei malæ, dicunt cōiter Doctores. Et ita bene docet *Suarez eo.c.4.nu.8.* Quare sicut iuramentū, & votum rei venialis, sunt venialia, & rei mortalis mortalia: ita quādo per adiurationem petitur res venialis est veniale, & quādo res mortalis, est mortale. Et intelligo esse hâc malitiam specialem contra adiurationis religionē, vltra peccatum inductionis proximi ad malum. Qđ probat ratio facta. Si vero adiuratio fiat per vitā alicuius hominis, vel aliam rem huiusmodi, nō augetur culpa prauæ inductionis ad malum. Vt bene ait *Suarez eo. n.8.* Quia hæc adiuratio nec est propria, nec spectat ad religionem. Si fiat ob sanctos quatenus in ipsis splēdet Deus, perinde est ac si per Deum fieret, & ideo idem de vtraque dicendum est. Si vero respiciendo solam sancti dignitatē quoad sua merita, existimo etiā esse specialē mortalē culpam, etsi non tam grauem quando petitur res mortalis. Quia grauis est sācti iniuria, eum ac culpæ illius patronum interponere. Ad iudiciū autem pertinet vt cum necessitate, & debita reuerentia fiat adiuratio, & non temere in quauis occasione: sicut idem indicium petitur in iuramento. Quippe in vtroque nomē Dei assumitur. Et ita docēt *D. Anton.2.p.ti.10.c.8.Sylu. verb.adiuratio in fi.Sot.l.8. de iust.q.3.art.1.ad fi.corpor. Valent.2.2.disp.6.q.8.punct.2.q.1. Margarita confess.in 1. præcept.fol.65.Suarez eo.c.4.nu.9.* At sicut in iuramento hic defectus est venialis. *Sylu. Margarita confess.Suar. Valent.ib.d.* Quare rectè ait *Sot.* exigi adiurationes proportionem cum re petita habere, & religioni dissonare interponere adiurationem diuini nominis pro re leui.

6 Quia tamen plurimæ difficultates adiurationis versantur circa factam cū dæmoniacis, placuit aliqua curiosa desūpta ex Patre Thyræo Societatis Iesu, breuissime præmittere, circa dæmonē in aliquo existēte, quæ latius in locis ipsius videri possunt. Primum est, vt quis dæmonium habere dicatur, duo exiguntur, prius est, vt in homine ipso dæmon sit. Dum enim exterius tantum à dæmone affligitur, sicut Iob, & D. Antonius, nō dicitur habere dæmonium. Posterius est, vt quandam vexandi potestatem in eo, in quo est, acceperit. Quod bene docet *Thyræus l.de dæmoniacis, toto c.2.* Atque est in eo corpore dæmon, vt motor in corpore moto. Vt bene tradunt *Abul.c.8.Matthæi q.113.ad 2.& Thyræus eo. c.2.* Qui bene addit non ita esse in eo corpore, vt qualitatem aliquā illi imprimatur, aut nouū esse illi tribuat, nec propriè vnum quid cum ipso homine constituit.

Secundum suppositum est. Hæc dæmonis potestas in dæmoniacum, est potissimum in corpus, & ea certo limite præscribitur. Quippe hac potestate non limitata à Deo nullus dæmoniacus mortem euaderet: cum ingentissimum dæmonis in hominem odium sit. Atque in animum minus potestati habet, quamuis ex corporis cruciatu, & afflictione, valde retardetur, ne ita libere, & feruide spiritualibus vacet. Præterea motus quosdam prauos in corpore excitat, ac praua sensibus externis, & internis obijcit, quibus quodam quasi pondere voluntatem ad malum pertrahit, etsi cogere nequeat. Hæc docet *Thyræus eo.l. de dæmoniacis, toto c.4.& 5.* Qui bene *toto c.8.* probat non semper dæmonem in aliquo existentem molestiis ipsum afficere, nec semper in ipso esse: sed ad tempus cessare torquere, & ad tēpus ipsum deserere, ac postea redire, Deo misericorditer ita permittente. Tertiū suppositum est. Dæmon cū spiritus sit, per quamcunque corporis partem potest in ipsum ingredi, et si quandoque per os intret: potest etiā per quācumque egredi, at cōmuniter per os egreditur, & quandoque per ventris fluxum. Prius docet *Thyræus eod.lib. toto c.9.* Posterius autē *c.54.n.5.& 6.* Qui *toto c. 8.* optime probat dæmonem in quauis corporis parte esse posse, & totum in toto hac totum in qualibet parte instar animæ rationalis, & nunc in vna, nūc vero in alia esse, & plerumque dæmonis sedem in corde esse.

8 Quartum suppositū est. Sicut non est necesse, vt multi dæmones vnum hominem obsideant, sed quandoque vnus, quandoque vero multi obsident: ita fieri potest, vno per exorcismos expulso, alios nō eijci. Et ratio est, quoniam cum non vniuersi dæmones eamdem potestatem in ipsum dæmoniaci corpus habeant, sed quidā ex ipsis maiorē, alij autem minorem, fieri optime potest, vt soli ei dæmones qui minori potestate potiūtur, exire cogantur, reliquis in eodem corpore manentibus. Quamuis autem hoc ita fieri valeat, in plurimū tamen egrediuntur vniuersi dæmones simul è corpore. Tum quod experiētia id doceat: nunquam enim legitur, vno dæmone expulso socios eius in corpore manere. Tum etiam quia cum ea, quibus dæmon expellitur, sint omnibus illis æque exosa, verisimile est, vt sicut vnus eis fugatur, ita quoq; cæteri fugētur. Hæc *Thyræus* latius probans *eo.l.de dæmoniacis, toto cap. 15.*

9 Quintum suppositum est, nō semper est habenda fides exorcistis, nec dicētibus se dæmonium habere, nisi aliquod signum efficax sit. Quia sæpe vtrique decipiuntur, vel impostores sunt. Inter alia autē est signū efficacissimū, si energumenus loquatur lingua antea sibi ignota, & peregrina: vel ad eo immobilis existat, vt multis hominū viribus dimoueri loco nequeat. Ita *Sotus li.8. de iust.q.3.ar.2.circa solutionē ad 2.vers. Primo argumento subnotatur. Ciruelo de superstit.3.par.c.8.* De quibus, & de alijs signis consulendi sunt *Delrius lib. 6.disquis. magic.c.2.quæst.3.sectione 2.Thyræus de dæmoniacis, a c. 22. vsque ad 27.qui cap.24.à n.13.vsque in finem*, bene ait ad idiomatis peregrini signum referri scientiā legēdi, aut scribendi, aut cantādi, aut rerum naturalium nullo studio comparatam. De signis autem recessus dæmonis ab obsesso, consulendus est *Thyræus ibi, toto cap. 52.*

10 Sextum fundamentum est, nulla res corporalis vim habet ad dæmones expellēdos, ipsosve affligendos. Sic contra aliquos optime probāt *Suarez* dicēs esse ridiculū oppositū *3.to.in 3.p.q.65.ar.4.disp.15.sect.4 col.6.vers. Sed explicandum superest. Ang. verbo Superstitio, n.6.* latissime *Abul.1.Reg.16. à q.40 vsq; ad 46.Nau.sum.Lat. & Hisp.c.11.n.38.Thyræus de dæmoniacis, toto c.48.Azor to.1 l.9.inst.mor. c.26 q.2. Delrius l.1.disq.mag.q.30.sect. 1.& l.6.cap.2.q.3 sect.2.* Et ratio est, quia cum dæmon spiritualis sit, pati nequit à re aliqua corporali. Et ita cōcludit bene *Angel.*, si herba aliqua, vel res aliqua corporalis aliquid possit in spiritū, id esse ex superstitione. Fatentur tamen omnes hi Doctores, posse applicatis aliquibus naturalibus medicamentis energumeno, vexationem dæmonis sedari, atque ita etsi directè, & proxi-

me res corporales nisi in dæmonē operentur, at operantur indirecte, & mediate, iuuādo, vt eius vexationes placentur. Quippe impediunt ea medicamēta, vel auferūt dispositiones illas corporis, quib. dæmon vtitur ad vexandū. Et hoc modo explicant id 1. Reg. 16. vbi narratur Saulem à dæmone obsessum, eo liberarum Dauide psallenti citharam Scotus enim est, tunc nō ita Saulem à dæmone vexatum: eo quod eo pulsu refocillabatur, sicq; dæmonis molestias minus sentiebat. Et ita quoq; intelligitur c. si. 26. q. 7. ibi: *Dæmonium sustinenti licet petras vel herbas habere sine incantatione*. Quia ea applicātur non quasi vim habeant contra dæmonem: sed ad minuendum, vel auferendum prauum corporis humorem, quo dæmon vexat.

11 Vltimum fundamentum est, hominibus nulla vis inest alligandi dæmonem alicui rei, illumq. in illam includendi, vt in anulum, in vas, &c. Quare dum aliqui sic dæmonē quem familiarē vocant, alligatum, aut inclusum dicuntur habere: dupliciter intelligitur. Primo, vt ipse dæmon sponte sua se alliget, aut illud includat, pacto, cū homine inito expresse vel occulte, vt id dæmō faciat cum primū certa quædā verba, & carmina, aut veneficia, aut incantamenta intellexerit. Sic *Abul. c. 19. Matth. q. 90. Victoria de magia. n. 26. Sanctas de inst. cathol. tit. 63. nu. 30. & 31. Toledo lib. 4. sum. c. 14. nu. 7. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 13. punct. 2. col. 5. vers. Tertio neque. Del rius l. 2. di, quæst. m. 29. q. 30. sect. 3 Azor to. 1. l. 9. initio. moral. c. 26. q. 2.* Quare (vt bene notāt *Abul. Toledo, & Delrius ibi*) fingunt dæmones se homini subdi, ab ipsoq; alligari, & cogi, vt vel sic magis ad veneficia afficiatur. Quippe si dæmones possent ab homine cogi, nō docerent eum modos. Quia ob nullum lucrum hominibus subdi, eisque esse inferiores eligerent. Secūdo modo id fit, vt superioris dæmonis coactus inferior includitur in eum locum, illicq; alligatur, per pactum à mago cum superiori dæmone initum, vt inferiorē includat, & alliget. Ita docēt *D. Aug. l. 21. de ciuitat. Dei D. Tho. 4. contra Gentes c 9). Victoria nu. 27. & 30. Toledo. Valent. Delrius; Azor proxime allegat.* Atque ait bene *Victoria ibi. nu. 31.* dæmonem superiorē non posse physica coactione alligare inferiorem, ita vt eo absente inferior discedere nō valeat: sed sola morali coactione, id est, imperio Sicut subditus dicitur cogi imperio superioris ad aliquid faciēdum. Atq; addit non esse verisimile dæmonem ita alligari illi rei, vt nūquā inde recedat: sed dici alligatū, q̄a vocatus à possessore illius rei, statim venit, nec indiget longa temporis mora ad redeundum vbicumq; sit, sed breuissime redit, & tēpore fere, imperceptibili, atque in quauis distantia potest cognoscere quid geratur apud illum in cuius potestate res illa existit.

12 His præmissis, prima cōclusio sit. Licita est cuius adiuratio deprecatiua erga Deum, & sanctos, & quēlibet hominem. Conclusio est *D. Th. 2. 2. q. 90. ar. 1. ab omnib. recept.* Et cōnstat ex Ecclesiæ vsu in omnibus orationibus Deum deprecantis per Dominum nostrum Iesum Christum. Item quia honestum est ad quoscumque iodocendos ad aliquod bonum vti reuerentia diuini nominis. Nec hæc aliquam obligationē imponit homini adiurato propter Deum, quando est deprecatiua. Vt bene *Suarez to. 2. de relig. lib. 4 de adiuratione c. 4. nu. 2.*

13 Secunda conclusio. Adiuratio imperatiua seu coactiua, solis superioribus licet erga subditos in ijs, in quib. illi subduntur, & causa iusta sic adiurandi existenti. Ita *D. Th. eo. art. 1. ab omnib. recept.* Quia soli illi erga subditos potestate eis imperandi, eosq; cogendi gaudet. Postquoq; prædicta potestate vti, vt diuini nominis reuerētia per adiurationē interposita impellantur magis subditi ad præceptum exequēdum. Nec est simile de iuramēto, quod potest inferior à superiori petere. Quia (vt optime ait *Sotus l. 8. de instit. q. 3. art. 1. col. 3. ver. Tertia ratio*) cum iuramentum alicuius recipitur recipiens minime illū obligat, vt vel sic superior iurātis esse debeat, Sed ipse iurans proprio suo iuramēto se astringit, quod actus ipsius met est. Adiurans autē imperatiue adiuratū obligat ea adiuratione, quę nō adiurati, sed adiurantis actus est: & ideo debet adiurans superior adiurati esse. Immo vti adiuratione imperatiua nō subditū, dicunt esse mortale. *D. Anto 2. p. tit. 10 c. 8. Ang. verb. adiuratio, n. 2. Armilla ibi n. 6. Tabiena n. 6. concl. 5. Suarez. eo c. 4. n. 12* Et idem esse aiunt *Tabiena, & Armil.* si fiat in subditū in ijs, in quib. nō subditur. Quod in vtroq; casu adiurans vsurpet potestatē qua caret, & sic peccet cōtra iustitiā, lædatq; ius cōmune. Sed merito id limitant *Sylvest. verb. adiuratio, q. vlt. & Margarita cōfess. in primo præcepto, fol. 65.* quādo res est notabilis. *Idem Suarez eo. n. 12.* bene addens esse specialem malitiā in religionē. Quia vsurpatur nomen Dei ad vim iniustam inferendam.

14 Subditus vero contrauenens superioris præcepto sibi per adiurationem imposito non periurus, sed solum transgressor præcepti superioris est. Ita *Sotus n. prec. relatus. Suarez eo. c. 4. n. 16.* Quare non approbo quod dicunt *D. Ant. 2. p. tit. 10 c. 8. Armilla verb. adiuratio, n. 5.* nempe, teneri tunc subditum ex præcepto, & iuramento. Quod etiam indicant *Iansenius, Toledo & Maldonado. quos ibi refert*, & pōderat *Suarez n. 15.* Ex quo sequitur (vt bene infert *Suarez ibi n. 16.*) ex sola illa, adiuratione non induci aliquam religionis obligationem, sed solā esse malitiā transgressionis præcepti superioris. Sicut testis iuridice rogatus negans veritatem absq; iuramento peccat cōtra superioris præceptum, at non cōtra religionem, vtpote qui non iurauit. Quia seclusio iuramēto nequit superior sua adiuratione nouam necessitatē religionis imponere subdito, sed eam solā imponere potest quam vis sui præcepti imponit. Quare erit mortale contra præceptum, tunc nō obedire. Vt bene ait *Tabiena verb. adiuratio, n. 6. concl. 4.* Quod intellige cum *Suarez eod c. 4. n. 14.* Quando præceptum est de re graui, & verba superioris satis significant voluntatem imponendi præcepti. Quare quod ait *Sotus eo. ar. 1. ad sic ponens*, nimirum, esse grauius peccatum trāsgredi id præceptū cum adiuratione impositum, quam si adiuratio nō esset, intelligendū est non de maiori grauitate ex virtute religionis, sed vt quodammodo sit grauior intra eamdem obligationis præcepti speciem, eo quod ea adiuratione magis excitetur subditus ad considerādam negocij grauitatem, & potestatem qua iubetur. Vt bene ait *Suarez eo. c. 4. in fine.*

15 Tertia conclusio. Adiuratio imperatiua, seu coactiua dæmonum, licita est per imperium arcēdo illos tanquā hostes, ne hominibus spiritualiter, aut corporaliter noceant. Quippe Ecclesia habet specialē potestatē à Christo datam in dæmones, ad imperandū illis, eosq; coercendos, seo expellendos. Quod constat ex *Luca 10. Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.* Et *Marci vlt. In nomine meo dæmonia eijcient.* Et constat ex exorcismis ad hoc ab Ecclesia institutis. Quorum vim eos ab hereticorum calumnijs defendentes probant ex multis *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2. Bellarminus to. 2. de sacr. lib. 1. c. 25. in 6. cæremonia. Suarez. 3. to. in 3. p. q. 65. art. 4. disput. 15. sect. 4.* Et latius *Thyreus de dæmoniacis, toto c. 33.* Quamuis autem dæmone non petatur vt exeat, vel nocere desinat, in gloriam Dei, & ob eius nominis reuerentiam: quod adiurationis ratio petit, (vt nu. 1. diximus,) frustra enim id ab eis peteretur, vt pote qui ea voluntate peruersitate obstinati sunt, vt quidquid agunt, ex Dei odio agant. Dicuntur tamen per exorcismos adiurari, propter similitudinem, & analogiam quandam in hoc consistentem: vt sicut dum homines adiuramus, inducimus eos vt propter Dei nomē aliquid efficiant, vel caueant: ita dæmones in virtute, & potestate nominis diuini recedere cōpellūtur. Quāuis non contēditur vt ipsi propter Dei honorē aliquid faciant. Quod bene notat *Valentia proxime allegatus.*

16 Potestas autem hęc non innititur sanctitati ministri,

etsi

etsi ea non parum iuuet, sed inuocationi nominis diuini, fidei, & sanctitati Ecclesiæ, in cuius persona exorcismi ab eius ministris dicũtur. Sicut nec sacramentorum efficacia à ministri sanctitate pendet. Ita *D. Tho. & alijs alleg.* docet *Suarez nu. præced. relat.* Et latius *Thyraus de dæmoniacis, toto c. 39.* Quare exorcismi nõ ex opere operantis solo, sed ex opere operato habent eã vim dæmonis expellendi. Sicut & sacramenta conferendæ gratiæ. Vt colligitur ex *D. Th. 3. p. q. 71. art. 3.* & docet *Sotus 4. d. 6. q. 2. art. 3.* Christus enim facultatẽ tribuit Ecclesię hos exorcismos instituẽdi, quibus tanquã instrumentis ministri Ecclesiæ virtute Christi dæmones expellunt. Et quãuis aliqui credãt exorcismos habere hãc efficaciam infallibiliter, secundũ ordinariam Dei legem, dęmonũ expellendorum: impediri tamen quandoq; ob modicã ministri fidem: sicut & gratia est infallibilis sacramẽtorũ effectus, nisi recipientis obex obstet. Quod dicit esse valde probabile *Valẽtia 2. 2. disput. 6. q. 8. punct. 2. q. 2.* At verius est nõ esse infallibilẽ hunc effectum, sed ex congruitate quadam. Atq; ita verba Christi, *Marci vlt. In nomine meo dæmonia eijcient*, non iam significãt absoluta ea de re promissionẽ, quã id plerumq. esse futurum, qñ expediret. Non enim ob solã ministri, aut dæmoniaci culpam, quandoque dæmones non expelluntur, sed etiam ex occulto Dei iudicio propter maiorem animæ vtilitatem, vel in aliorum exemplum aut propter aliud Ecclesiæ commodum: *teste D. Aug. li. 83. quæstionum, q. 79.* Atque ita docent *Victoria de magia q. 6. n. 24. Sot. Valent. Suarez proxime allegat. Thyraus de dęmoniacis c. 47. nu. 6. Delrius l. 6. disqu. magic. c. 2. q. 2. sect. 3. remedio 4.*

17 Nec solent exorcismis omnes molestiæ repelli, quas dæmones hominibus inferunt: sed eæ solæ, ad quas repellẽdas ab Ecclesia ordinãtur. Vt sunt molestiæ, quas inferunt manendo in corporibus, & illa vexando: siue dum interius manẽt, siue dum exterius obsident; & illas regulariter sanant. At maleficia, & alia damna, quæ nobis inferũt, contra quæ nõ ordinantur directe exorcismi, non tolluntur per eos, nisi raro. Ita docet *allegat. Abulensi Delrius nu. præced. relatus.*

18 Quarta conclusio. Hæc arcendi dæmones potestas, eosque expellẽdi non est omnibus tradita, sed solis ministris rite ordinatis in Ecclesia, nẽpe, exorcistis. Quod colligitur ex *Act. nu. 19:* vbi filijs Scęnæ eam potestatem vsurpantibus obiecit dæmon. *Iesum scio, & Paulum noui: vos autem qui estis?* Ita *Sylu. verb. Exorcist. 1. nu. vnic. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2. col. penul. vers. tẽ ad primum. Delrius l. disquis. magic. post 6. librum, in Anacephalæosi, monitione 10.* Qui bene addit non minus potestatẽ huius concessam esse exorcistis, quam etiam Episcopis, sed ex sola honestate, ac recto Ecclesiæ vsu, non debere clericũ inferioris ordinis id facere præsente clerico superioris ordinis ipso inuito. Hoc autem intelligit *Sylu. ibi.* de potestate competenti ex officio, nam potestate (inquit) generali omnibus tradita possũt omnes exorcizare. Quod etiam clare significat *Victoria de magia nu. 23.* vbi ait maiorẽ potestatem habere exorcistas ad expellendos dæmones, quam nõ promotos ad eum ordinem: & ita clare sentit hos quoque posse id efficere. At hoc bene explicat *Suarez, to. 2. de relig. l. 4. de adiuratione c. 2. nu. 10. & 11.* sic distinguens. Si adiuratio sit solẽnis, & publica, secundum formam ab Ecclesia institutã, solis eius ministris promotis ad exorcistatum ordinem competit. Si autem sit priuata, possunt alij ea vti. Et quidem si modus est visibilis, vt quando dæmon corporaliter obsidet hominem, si expulsio sit efficax, & extraordinario modo, pertinet ad miraculorum potestatem, & ideo tentari non potest absque speciali spiritus sancti instinctu. Si vero sit priuatus & occultus, vel inuisibilis, competit cuicumque. Sicut quando quis à dæmone tentatur, potest ipsum adiurare in nomine Domini, vt recedat.

19 Quinta cõclusio. Nulla rõne est licitum alicui dæmones adiurare adiuratione deprecatiua, id est, ipsum dæmonẽ precando, vt ob Dei nomen exeat è corpore obsessi: nec etiã imperatiue, aut deprecatiue præcipiendo, aut rogãdo, vt nobis dæmones aliquod obsequiũ, qualiscumque generis sit illud, aut qualecũque beneficium præstent. Qd docent *D. Th. 2. 2. q. 90. art. 2. & ibi Caiet. ar. 1. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 8. Syluest. verb. adiuratio, q. 7. & ibi Ang. n. 2. & 4. Tabiena n. 6. Sotus lib. 8. de iust. q. 3. art. 2. Suarez to. 2. de relig. lib. 4. de adiuratione c. 2. n. 8. & 9. Leonard. l. 2. de iust. c. 42. dub. 13. nu. 70. & 71.* & Latissime probans ex multis Scripturę, Sanctorum testimonijs, & rationibus, soluensque contrarias, & dicens esse de fide, *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. puncto 2. q. 2.* Et contrarium facere est culpa mortalis grauissima. Vt bene docent *Caiet. ibid. Syluest. ea. q. 7. & q. 5. Tabiena eod. num. 6. concl. 8. Armilla verb. adiuratio, in fin. Nauar. summa, c. 11. Hispane n. 27. Latine, nu. 28.* Et ratio est, cur non imperatiue, quia Christus non reliquit potestatem Ecclesię aduersus dæmones, nisi ad eos arcendos, vel repellendos tanquam hostes, ne nobis noceãt. Quod est ab eorum societate recedere. At velle vti eorum ministerio, & obsequio, pertinet ad quoddam pactum, & societatem cum ipsis. Cur autem non etiã deprecatiue liceat petere etiam vt exeant à corpore, ex se constat. Quia tunc beneficium ab eis liberaliter conferendum expectatur. Quod est quædam pacti, & societatis cum ipsis inchoatio. Item quia quidquid dæmon sua sponte in nos confert, id omne ab hostili eius animo in nos, & in ipsummet Deũ proficiscitur. Semper enim eo spectat, vt Dei gloria obscuretur, & nos ipsum offendentes æternam damnationem incurramus.

20 At si scientia quæcumque naturalis, aut virtus quæcumque rei naturalis, semel cognita est ipso dæmone monstrante, nil obstat quominus postea quis possit licite illa vti, dummodo effectus naturalis sit nec præsentem dæmonis concursum requirat. Quia illa scientia naturalis est, & quamuis male parta sit, iam id malæ acquisitionis peccatum transijt, nec inde aliquod vitiũ scientia naturalis, aut virtus naturalis, cognita contraxit. Ita docent *Victoria de magia, q. 4. nu. 15. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 13. punct. 2. col. 5. vers. quarto neque. Delrius lib. 2. disquis. magic. q. 4. litera F. vers. Pactum tacitum, vt si quis. Suarez. to. 1. de religione lib. 2. de superstitione c. 15. n. 24. in fine, & c. 17. nu. 1. & 2.* vbi bene limitat dummodo conseruatio eius boni, iam non pendeat à dæmonis ope. De conseruatione diuitiarum dixi cap. præcedenti numero 2.

21 Hinc deducitur non esse approbandum quod ait *Syluest. verb. adiuratio, q. 5.* nempe, licere adiuratori præcipere dæmoni superiori, vt inferiorem è corpore pellat. Id enim non licere optime ait *Sotus lib. 8. de iust. q. 3. ar. 2. immediate ante vers. Huius autem.* Quia hoc est aliquod beneficium à dæmone recipere, Item constabit ex dicendis nu. sequenti. Idem docent *Suarez, tom. 1. de relig. libro 2. de superstit. cap. 18. nu. 8. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 44. dub. 6. nu. 46.*

22 Secundo deducitur, non licere adiurando inuocare dęmonem vt auxilium pręstet contra tempestates, & alia frugibus nocentia. Sic *D. Thom. 2. 2. q. 90. artic. 3. in fine. Sotus lib. 8. de iustit. q. 3. art. 3. & omnes.* Redditque *Sotus* hanc rationem, quia etsi posset dęmon superior inferiorem arcere, vt ab eo damno inferẽdo cesset, minime tamẽ licet id ab eo petere, ne beneficium ab ipso recipiatur.

23 Sexta conclusio. Adiuranti integrum est, dæmonem ex corpore pellendum interrogare, ea quæ expulsioni cõducunt. Quia hoc non est velle societatem inire cum ipso, sed ab ea recedere. Item quia sicut licet adiuratori imperare illi vt exeat, ita licet compellere ipsum ad cõducentia exitui. Et ita docent *Leonardus in lib. 2. de iustitia in capite 42. dubio 13. in nu. 71. Syluest. verb. Adiuratio, q. 5. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 8. puncto 2. col. vltima, vers. Ad secundum respondeo. Thyraus de dæmoniacis c. 46. nu. 23.* Vnde licet interrogare nomen. Quia confert

perstitione 3. p. c. 11. *D. Christophorus de Rojas præsul. Oueten̄sis in sua synodo anni 1553. l. 5. tit. de celebra. Missarū const. 9. et D. D. dacus Ramirez Episcopus Cōquensis in sua synodo anni 1531. tit. de offic. diuino, vbi de abusib. in Missis. Et D. Didacus de Alaba Episcopus Abulēsis in sua synodo anni 1549. tit. 2. de cler. c. 14. & D. Martinus de Aiala in Cōcilio Prouinciali. Valentino, anno 1566. sess. 3 c. 6.* Quare minus bene *D. Ildefonsus de Sauz Episcopus Iennēsis in sua synodo anni 1511. tit. 2. de vita & honest. cler. ca. 24.* Approbat Missas quas appellant *del treintanario reuelado*, quæ eas cæremonias cōtinent: vt soli duo clerici, & quidem inclusi, intersint Missę; nec egredi inde possint, nisi ad sacramenta ministrāda aut iussu prælati: nec possint pedē Ecclesia extrahere, dum eæ triginta Missę celebrantur. Sed melius, immo verissime eas improbant tanquā superstitiosas *D. Dicacus Ramirez. & D. Martinus de Aiala, & Ciruelo locis proxime alleg. &* has alio nomine vocat *Missas del Conde.* Et *Caiet. 2. 2. q. 96. ar. 4* dicit hunc triginta missarum numerum ortum habuisse ex eo, quod D. Gregorius fecerit triginta dieb. orari pro defunctis. Quia constat eās cæremonias vanas esse, & superstitiosas. At si triginia illę Missę in memoriam eius facti D. Gregorii, aut Missæ sancti Amatoris nudentur omni vana circumstantia, nec certo illi numero ita innitantur, quasi eo aut diminuto, aut aucto, valor amittatur, licitæ erunt. Vt constat ex dictis nu. præced. Et sic sunt hodie in vsu Missæ sancti Amatoris. Quamuis ad hanc superstitionem vitandam, & suspicionem, eas non consulerem.

De superstitione vanæ obseruantiæ, qua media naturalia inefficacia ad effectum adhibentur.

SVMMARIVM.

An sit magia naturalis, & ex quibus non satis diudicetur effectum non posse à causa naturali prouenire sed à dæmone, & an mali mores operantis hoc concludant, nu. 42.

Ex quibus cognoscatur à dæmone prouenire, et esse superstitiosum, num. 43.

Quid censendum in dubio, an effectus sit à causa naturali, aut à bonis Angelis aut à dæmone, nu. 44.

An saluatores damnandi sint tanquam superstitiosi? Refertur duplex sententia nu. 45. & 46.

Proponitur sentētia Authoris, n. 47. Vbi explicatur, an possint interficere homines rabie oppressos, ne alijs noceant.

An sit virtus naturalis, qua sanāt, an potius gratia gratis data? Refertur opinio, nu. 48.

Et sententia Authoris, nu. 49.

An sit superstitiosus vsus imaginum, & numerorū, & figurarum Astrologiæ artificialium ad quosdam effectus, n. 50.

An sit superstitiosus alchimiæ vsus ad vera aurum & argentum ex metallis inferioribus conficienda, nu. 51.

An sit superstitio in ludis quos vocant, de passa, passa, nu. 52.

An sit dissoluendum pactum cum dæmone, & rumpendum scriptum, si ei est datum, nu. 53.

42 SVperstitio hæc difficillima cognitu est; est. n. difficile valde iudicare, quā causa naturalis est sufficiens ad effectum, ad quē producēdum adhibetur. Nec. n. omnes effectus, qui nobis miri videntur, & qualiter effici possint, nos latet, sūt magię superstitiosæ tribuēdi. Quia est quædā magia naturalis, & artificiosa, quæ occulta quadam cognitione, & applicatione quarundā singularium virtutū rerum naturaliū, mira & inusitata perficit, & licita est. Vt late probant *Victoria de arte magica q. 3. nu. 7. Delrius l. 1. disquisit. magic. c. 2. & 3. Pereira l. 1. de magia c. 3.* Ac proinde facillimum est errare effectus naturales causarū nos latentium, tribuēdo superstitioso vsui. Quare adhibitionem causæ ad extraordinariū effectum esse superstitiosam, non potest primo sufficiēter colligi, ex eo quod etiam sapientes lateat, posse eum effectum à causa naturali produci. Quippe sapientes multos rerum naturalium effectus minime assequūtur. Nec secundo ex effectus ipsius præstantia, aut quod videatur non habere sufficientem proportionem causæ adhibita cū eo effectu. Quia multi præstantissimi effectus à causis naturalib. producūtur. Nec tertio ex praua operātis vita. Quia gratias ēt gratis datas in peccatoribus reperiri posse cōstat ex illo *Matth. 7. Nōne in nomine tuo prophetauimus? &c.* Nec tāde ex prauo operātis in fine. Quippe nil obstat posse hoiem gratia gratis data abuti. Atq; ita ex his oīuus hoc nō colligi docet optime *Val. 2. 2. disp. 6. q. 13. punct. 2. col. 4. & 5.* Quāuis negādū minime sit bonā, aut malā vitam operantis, etsi non efficax oīno argumentū sit, an virtus faciēdi hęc mirabilia, sit à Deo, an à dæmone, esse tñ magnū indiciū. Vnde q hæc operantur, si sint hoies prorsus improbatę vitæ credendi sunt potius malefici, quā gratiarū possessores. Quod optime docet *Victoria de magia q. 4. nu. 16.*

43 Colligetur autem id sufficienter ex his circūstantijs. Prima est, si circūstantia aliqua vana, & inutilis ad eū effectū adhibeatur, tanquā necessaria. Vt si dicatur certos ritus, & obseruantias ad effectū inutilia, adhibenda esse. Sicut debere fieri certis dieb. certis horis ad certū, stellarum situm, sub certo numero crucium, vel cādelarum, certa corporis positura, &c. Vel etiam adhibeātur verba ignota, aut obscuræ significationis, aut ēt characteres ignoti. Sicut diximus in simili reddentes rationē num. 9. Ita *Valentia nu. praced. allegat. Delrius l. 2. disquisit. magicarum q. 5. litera B.* qui idē esse ait, si ignota Dei nomina, aut Angelorū afferantur. Secūda est, ex modo operandi. Vt si quis causam applicet in loco in distanti à passo, vt iuxta veram philosophiā impossibile sit causam in tam distans obiectū operari. Ita *Valentia, & Delrius ibid. litera A.* qui bene addit secus esse vbi est opinionum diuersitas, an possit, nec ne. Tertia est, ex conditione effectus sperati, quem cōstat ex causa naturali procedere nō posse, sed à solo bono, vel malo spiritu: & cōcurrat aliqua vana circumstantia, eum à bono spiritu expectari non posse suadens. Vt si quis motū localem, aut responsum statuæ promitteret. Atq; circumstantia vana esset, si qui molitur hæc minetur impossibilia, & absurda, nisi effectus sequatur. Verbi gratia, fore vt conterat cęlū, vel turbet sidera. Ita *Valēsia ibi. Delrius ea. quæst. 5. ad finem.* Vbi bene addit, quando huiusmodi effectus miri à quocumq; & quonescumq; causa naturali applicetur, cōsequuntur sine alijs cæremonijs, vel obseruationibus, merito iudicari posse effectū esse naturalem. Et concludit artificialia minimo negotio posse discerni, si fiat viro prudenti, & docto artis demonstratio; vel iudici pro foro externo. Triplicem aliā optimam regulam discernendi effectus magiæ dæmoniacę ab effectib. magię naturalis, tradit *Delrius* exemplis exornans *lib. 2. disquisitionum magicarum, quæst. 8. vers. porro præstigiatory effectus.* Prima est, si effectus non oritur à motu locali. Vt si quis repente flumen, aut aliquid aliud apparere faciat. Secūda est, si constet effectum actiuitatē causarum naturalium applicatarū superare. Vt sunt suscitatio mortui, aut veræ cæcitatis sanatio. Vltima est, quando id quod apparet, statim euanescit, nec permanet.

44 At specialis difficultas, est an quando ex dictis circūstantijs deprehendi nequit, an effectus ex bono, an ex malo Angelo, an ex causa naturali procedat, quid in hoc dubio iudicandū sit? Videtur. n. in operis fauorē iudicandū esse, vt id superstitiosum nō credatur, & à dæmone. Quod dubia in meliorē partē interpretāda sint. Vt docet optime *D. Th. 2. 2. q. 60. ar. 4.* Ceterū sic distinguēdum existimo. Si dubium sit, an effectus à causa naturali proueniat, eo quod non cōstet an vires causæ naturalis excedat nec ne, cēsendum est potius eum à causa naturali prouenire. Quia cū innumeræ agētium naturalium vires nos lateant, non est cur, eo quod virtus illa nobis dubia sit, effectum illum causę naturali negemus. Nec absque necessitate cōfugiendum est ad miraculum, vel ad occultam boni, aut mali Angeli operationem. Tādem, quia *D. Aug. l. 14. de ciuitate Dei, c. 24.* mira-

mirabilia à quibusdā hominibus naturaliter facta refert, & inter illa fuisse quendam, qui pro libito ita à sensib. alienabatur, simillimusque mortuo iacebat, vt nō solos vellicantes & pungentes minime sentiret, sed aliquando etiā igne vreretur admoto, sine vllo doloris sensu, nec in eo vllus anhelitus inueniebatur. Atq; alium refert sudare solitū, quoties volebat: atque alios aures mouētes, vel singulas, vel ambas simul. Quos effectus ignari causarū naturalium facile dæmoni tribuentur. Si autē constet effectum illum vires causæ naturalis excedere existimo nisi maxima operantis sanctitas, vel alia vrgētissima indicia suadeant effectum eum à Deo, vel à bono Angelo prouenire, cen endum esse in dubio superstitiosum, & à dæmone prouenire etiā si verba adhibita sint sacra. Ducor, quia *D. Th. 2.2. q. 96. art. 2. in corpore, Ang. verb. Superstit. n. 2. & ibi Sylu. q. 10. Armil la, n. 4. Tabiena n. vl., Simācas de cath. instit. tit. 63. n. 33. Suarez to. 1. de relig. gl. 2. de superstit. ca. 15. n. 1. 13. & 14. Leonard. l. 2. de iustit. c. 43. n. 62 63. & ca. 44. n. ... Sayro claui reg. l. 4. c. 6. n. 4. Toledo l. 4. sum. c. 4. nu. 10* an fi. tradunt hanc regulā generalem. Quotiescunq; causa adhibita nequit effectu naturaliter producere, est superstitio, & ad tacitū cum dæmone pactu pertinet. Hácq; reddit *D. Th.* rōnem, quod talis causa non adhibeatur tanquam causa, vipote quæ naturaliter eū effectū producere non valet, & proinde necesariū est eam adhiberi vt signum, & non diuinum, quia non est sacramētum, nec sacramētale. Ergo vt signum pacti cū dæmone. Quæ ratio non militaret si posset in dubio præsumi eum effectum à Deo, vel à bono Angelo prouenire. Secūdo, quia hoc expresse docet optime *Gerson 2. p. tract. de absolutione sacramētali, al. lib. 3. litera L. vers. Vlterius ad illud*, vbi quærit, an versiculi illi, *Dirupisti vincula mea, &c.* habeāt efficaciā ad sanitatem, qualem quidam ponunt. Et rñdet hæc: *Respōdeo pro regula circa talia, quæ sunt innumerabilia, quod nunquā attribuenda est aliqua virtus supernaturalis talib. reb. quibuscūq. nisi hoc trahi possit ex scriptura sacra, vel reuelatione diuina. Et opposi tum credere hic spem superstitionis.* Tertio quia *Caiet. in sum. verb. incātatio, vers. 4. & ibi Armilla n. 2.* dicit colligi superstitionem ex effectus sperati excellētia: qn̄ cōstat eū excedere virtutem naturalium agentiū. Vt nosse secreta cordium sanari statim hoīem, aut equū. Et *Delrius l. 2. disquisit. magic q. 5. litera A.* dicit ad dæmoniacā magiam pertinere, si possitue concludatur rem adhibitam non habere vim naturalē ad eū effectū nec ē rōnabilem cām suppetere, cur Deo, vel Angel s bonis is effectus ascribatur. Et *l. 3. q. 2. sect. 1. in init.* o ait si constet effectū superare naturæ vires nec ex sacra scriptura, aut Ecclesiastica traditione constet effectū esse diuinū, tribuendum esse pacto cū dæmone. Et *ea. q. 4. sect. 8. litera L. vers. 1 1.* agens de verbis sacris, quib. morbus aliquis sanatur, cum eæ vim naturalem sanandi non habeant: & respōdens argumento cuiusdam id defendentis, eo quod fortassis alicui viro sancto reuelata sit illorū verborum vis: ait quamdiu de illa reuelatione nō est legitima probatio tutiorē partē esse necessario amplectendam, & abstinendū, & ei qui incumbere probare reuelationem. Quod inde constat, quia eam inesse virtutē ijs verbis est quid facti & proinde non præsumitur, & cum ad defensionem vētis illis pertineat, ipsi incumbit probare eam virtutem. Atq; proinde dum legitime non constiterit, sed res dubia fuerit, nō est ea virtus præsumenda eo vel maxime, quod hodie nō sit ea miraculorū necessitas. Præterea, quia (vt optime ait *Leonard. l. 2. de iustit. c. 43. dub. 10. n. 62. & 63.*) si virtus hæc esset supernaturalis, esset reuelata Ecclesiæ, aut illi legitime cōstaret. Tandem optime *Suarez to. 1. de relig. gl. 2. de superstit. c. 15. n. 26. & 27.* ait non esse absolute ab vtentes remedijs externis ad morbos, quæ euidens est non posse effic cās naturalis sanitatis, quamuis publice tollerētur. Quia illi non habent probabilem rōnem ad præsumē dam diuinam virtutem esse infallibiliter assistētem illis verbis & actionibus Quia hoc est proprium verborum sacramentalium; & aliquid simile introducere sine Ecclesiæ authoritate, ait esse superstitiosū, & in fide periculosum. Nec credendū esse ait eam virtutem tenelasse Deū alicui sancto. Quia non est cōforme diuinæ prouidentiæ, vt ea vis ijs verbis insit à quocumq; proferatur. Esser. n. ansa excusandi multas magorum fraudes. Addit tamē forte licere vti pijs illis verbis non sperando certā salutem sed per modū impetrationis à Deo.

45 Hinc posset aliquis colligere munus salutatorum dānandum esse. Atque ita tanquā superstitiosos eos damnat *Ciruelo de superstit. 3. p. c. 7.* atque eos peccare mortaliter medēdo, & eos quoque, qui ipsos vocant. Et *Victoria de arte magica, q. 4. n. 16. solut. ad 2.* ait se multū timere hos nullam vim habere ad sanandum contra rabiem ex canis morsu, & si quam habent, eam esse à dæmone. Quia communiter sunt reprobæ vitæ & vtūtur aliquibus obseruationibus non adeo superstitiosis, sed nec multum religiosis. Et subdit se hoc dicere non definiēdo. Quia gratia hæc gratis data potest dari impiis ob bonum commune, vel potest (loquit dici) illi inesse hāc vim naturalem. Sicut Psyllis scribūt authores probati inesse vim naturalem cōtra serpentium virus. Probat autem *Ciruelo* hāc sententiam. Quia eorum saliua nō habet vim naturalem, nec supernaturalem ad medendum. Non naturalem. Quippe medicina naturalis non omnibus eadem prodest, sed variatur iuxta varias ægrorum complexiones. At horum saliua omnib. prodest. Non supernaturalem. Quia sæpe sunt hi homines flagitiosi. Et quāuis hoc non concludat non tamē mediocre indicium est, (vt diximus numero 42.) Deinde quia cum de ea nō legitime constet, minime est præsumenda: iuxta dicta numero præcedenti.

46 Alij vero absolute id munus approbant. Ita *Nauarr. sum. Latina, & Hispana, ca. 11. nu. 36. Margarita confessorum, q. moral. fol. 185. Castañegal de superstit. c. 12. Palacios sum. verb. Incantationes.* Et clare quoque approbat *Azor to. 1. l. 8. instit. moral. c. 23. q. 2.*

47 At dicendum est, nec hos in vniuersum damnandos esse, nec in vniuersum approbandos Prior pars probatur, quia Doctores graues illos approbant, (vt n. præc. vidimus) & videmus eos in Ecclesia permitti. Quare absq; rōne conuincenti damnandi non sunt in vniuersum. At non est ratio conuincens eorum officiū superstitiosum esse. Tum quia potest fieri vt habeant gratiā gratis datam sanitatis salutatores hi. (vt nu. 49. videbimus.) Et (vt optime dicit *Azor nu. præcedenti alleg.*) nil repugnat eam virtutē sanādi cōcedi gratuito Dei munere quibusdam hominibus, immo etiā certis familiarum viris, quæ suos præstet effectus operanti Deo taliū hominum interueniēti sermone, tactu, aspectu, odore, sudore, halitu. Tum etiā quia graues Doctores (vt numero sequenti videbimus,) dicunt eam posse esse vim naturalem. Posterior autē probatur. Quia multi ex illis superstitionib. vtuntur, īmmo (vt ait *Delrius statim allegandus,*) raro licite eo ministerio vtuntur. Nec credēdum est tot hominib. pessimis eam vim à Deo tributā esse. Et ideo hanc sententiam sustinent *Veracruz, l. 2. de anima, speculatione 2. Suarez, eod. c. 15. nu. 25. Delrius l. 1. disquisit. magic. ca. 3. q. 4. lit. F. versic. Dico 3.* qui optime concludit hos salutatores diligenter examinandos esse ab ordinarijs, prius quam munus hoc obire permittātur: vt videat an naturalibus remedijs, an per gratiā gratis datam, an per pactum cum dæmone operētur. Quæ ait ex circumstantiis colligenda esse. Et ait sibi certum esse hanc gratiam solis catholicis concedi à Deo. Multa autem suspicione plena, ac periculo reperiuntur in hac salutatorum curatione. Primum est, quia dicunt se nimio vini potu ad huius virtutis vsū indigere. Quod reprobat *Delrius ea. q. 4. lit. G.* Quia id fieri nequit ad cō trarium morborū curationem. Nam si prosit frigidis, ob erit calidis. Sed *Veracruz nuper allegat.* hoc dicit... Quia nō repugnat salutatorum virtutem esse à celi cō stella-

huiusmodi artificialia non possunt esse secundum se principium alicuius alterationis corporum. Quippe hoc principium est naturalis quædam potentia agentis alterativa corporea. At figura artificialis non est naturalis potentia: mutatur enim ad artificis libitum, substantia rei, & naturalib. eius qualitatib. immutatis. Nec etiam possunt eius alterationis principium esse ob aliquam virtutem cœlestem eis impressam. Nam opus artificiale vt sic, est voluntarium: ad opus autem voluntarium, vt voluntarium est, cœlum non concurrit: sicut nec ad voluntatem, à qua illud procedit.

51 Secundo deducitur, quid dicendum sit de arte Alchymica, per quam metalla viliora in argentum, & aurum transmutantur, an sit superstitiosa? Et breuiter quidam putant hanc transmutationem esse fictitiam, & impossibilem naturaliter veram transmutationem. Alij vero eam naturaliter esse possibilem aiunt. Doctores vtriusque partis, & rones referunt late *Pereira l. 1. de magia c. 11. Valentia 2.2. disp. 6. q. 13 puncto 2. diffic. vlt.* & latius *Martinus del Rio lib. 1. disquisitionum magicarum, c. 5. q. 1. sect. 2. & 3.* in qua tanquam longe probabilius defendit veram esse transmutationem. Sed vtrauis sententia eligatur, dicendum est, quo attinet ad mores, esse certissimum artem alchymicam, etsi ea forte sit vtilis in distillationibus, & alijs rebus: at esse illicitam quoad confectionem auri, & argenti, ex his metallis, & reipublicæ perniciosam. Quia illud est adeo difficile, etsi possibile esse daremus, vt iure optimo supra humanam facultatem, & moraliter impossibile iudicari debeat. Præterea quia id expositum est multis defraudandi periculis, & vt diabolus se ei operationi ingerat. Tandem quia grauissimis verbis interdicitur, & grauissima pœna inducta, in extrauag. Spondent, Ioannis XXII. de crimine falsi. Atque ita concludunt *Valentia, & Pereira ibid.* Etsi *Delrius eo c. 5. q. 4. alijs citatis* contendat eius vsum esse licitum.

52 Tertio infertur, non esse damnandos ludos quos vocant, *de passa, passa*, nec dicendum omnes his vtentes niti ope dæmonis. Quia possunt manuum agilitate res fictas, ac veras ostendere: alias non ita communiter permitterentur. Et docent *Sotus l. 8. de iust. q. 3. art. 2. col. 3. paulo ante vers. secundo modo. Alcozer de ludo c. 15.*

53 Tandem id obseruandum est, quando magi chirographo dato dæmoni, quo se profitentur baptismo & fidei renunciare, ac se totos dæmonis obsequio dicare, ad pœnitentiam redeunt, tenentur id pactum cum dæmone initum dissoluere, & à prioribus magijs omnino recedere. Nec opus est vt dæmon chirographum reddere cogatur. Prius enim pactum omnino dissoluitur pœnitentia crimina illius. Et ita bene docet *Suarez to. 1. de relig. lib. 2. de superstit. c. 17. n. 4.* Si tamen ipse magus apud se chirographum retineat, illiusue transumptum, cogendus est rumpere, aut comburere. Quia etsi retinere non gratia seruandæ fidelitatis dæmoni, sed ad sui confusionem, & memoriam enormitatis illius peccati, nil mali ex se contineat, at potest esse causa scandali, si forte amittatur, aut inter alias eius papiros inueniatur, siue in vita, siue post mortem: potest enim aut subito mori, aut demens fieri, aut illius immemor, non rumpere ante obitum.

CAPVT XLI.

De maleficij ablatione per aliud maleficium, aut signi destructionem, & retentione acquisitorum per magiam.

SVMMARIVM.

A[n] liceat vsus cognita rei, aut medio dæmone acquisita, n. 1.
[An] liceat vti bonis fortunæ, aut alijs à dæmone collatis. nu. 2.
[An] ob bonum finem liceat aliquando maleficorum operibus vti, n. 3.
[An] peccet iudex petens, vt maleficus opus maleficij aliquod [coram] se faciat, nu. 4.
An liceat à malefico parato petere, vt maleficium maleficio [sol]uat, n. 5.
An quando potest licite, & illicite dissoluere, at nescit licite, [li]ceat petere vt soluat, nu. 6.
[Quid si] dubio admodum licitum norit, & qualiter scietur, an norit, nu. 7.
An ab alio malefico liceat [...] medelam petere, nu. 8.
An liceat minis cogere maleficum, vt maleficium maleficio tollat, nu. 9.
An peccet iudex cum cogens, vt benedictionem quandam tollat, n. 10.
An liceat malefici torquendi corpus lauare aut pilos totius corporis radere, num. 11.
An quando maleficus nouit licite, & illicite soluere, liceat absolute petere vt soluat, nu. 12. & 13.
Quid si nolit nisi alio maleficio soluere, nu. 14.
An liceat petere, si maleficus velit aliquam medicinam vanam applicare, n. 15.
An liceat indifferenter petere, quando petendo modo licito, eo soluet, n. 16.
An liceat à dæmone petere vt soluat, vel à dæmone superiore, vt illum cogat, nu. 17.
Qualiter malefici signo posito noceant, & quotupliciter id pactum cum dæmone ineant, nu. 18.
An liceat id signum destruere animo obtinendæ salutis, n. 19.
An possit ille, vel alter maleficus interrogari in quo maleficium consistat, quamuis id à dæmone didicerit, nu. 20.
An liceat id maleficij signum destruere, et si damnum in ipsum maleficum, vel in alium redundare debeat, ex pacto dæmonis cum ipso malefico, nu. 21.
An teneatur maleficus, vel alius sciens in quo maleficium consistat, destruere signum, nu. 22.
An malefici teneantur damna illata resarcire, nu. 23.
An iudex possit cogere maleficum ad destruendum id signum, n. 24.
An liceat ponere aliud signum, quo oposito dæmon nocere cessabit, nu. 25.

1 PRæmittendum est primo, cognitionem aliquam, aut bonum naturale, vt sanitatem, à dæmone acquisita, posse licite retineri, & illorum vsum esse licitum, dummodo conseruatio illa à dæmone non pendeat. Vt probabo c. seq. n. 10.

2 Secundo præmittendum est, circa bona externa, vt diuitias à dæmone acquisita, spectandum maxime esse, an vera sint an potius elusoria, solent. n. sæpe elusoria esse, ac postea in carbones conuerti, aut omnino euanescere. Quare nisi satis probata, & euidens sit illorum veritas, nequaquam licebit illorum vsus. Solet etiam dæmon daturus veras maleficis pecunias, surripere alijs: quare si id constet, tenentur accipientes restituere eas veris dæmonis. Quia etsi Deus permiserit dæmoni rapinam illam, non ob id permittit, auferendo verum dominium alterius: sicut nec illud aufert, quando permittit homini furtum. Vix tamen hoc ad praxim reduci valet: quia vix pot sciri dæmonem alicui surripuisse: potuit ex maris profundo, aut ex aliquo thesauro sub nullius dominio existenti, pecunias illas auferre. Quare retineri valent, dum de furto non constiterit. Hæc optime docet *Suarez to. 1. de relig. lib. 2. de superst. c. 17. n. 3.*

3 Tertio præmittendum est, nunquam ob quemcunque bonum finem licere vti maleficio. Quod sit intrinsece malum, inuocare dæmonis auxilium per maleficia. Quod late probaui lib. 7. de matrim. dispu. 95. n. 1. Vbi textus in *l. Eorum 4. C. de maleficis, & in l. regia finali tit. 23. p. 7* dicentes maleficos exercentes bono fine maleficia, ne fructus terræ vi ventorum ac grandinis absumantur, excusari, explicui cum *Bartolo, Salyceto, Gregor. Lopez, Azebedo*, vt intelligantur excusari à pœna fori externi, non autem à culpa. Et ita etiam eos textus explicat *Suarez to. lib. 2. c. 24. n. 14.* Alias errorem intollerabilem continent.

4 Hinc deducitur peccare mortaliter iudices, qui causa curiositatis, aut verificandi delicti, aut ob quemcunque alium bonum finem efficiunt, vt coram illis malefici exerceant aliquod maleficij opus, vt facere subito apparere ibi ranas, vel stryges ferri vnctione quadam limitas per aera, &c. Quia est intrinsece malum.

5 His præmissis, duplex difficultas est. Prior est, an liceat à malefico parato ad soluendum maleficia s maleficia, id petere. Posterior, an liceat maleficij signum destruere. Circa priorem difficultatem quidam censent id licere. Quia id non est ad malum inducere, sed ad malitia parati ad illud perpetrandum, cogente obtinendæ salutis

a lutis necessitate. Sicut licet petere mutuum ab vsurasio parato, & iuramētum ab infideli parato per falsos deos iurare, qñ ad vtrumq; necessitas cogit. Sic *Aureolus 4.d.34.q.2. Ang in sum. ver. superstit. n.13.* At hæc sētētia est omnino falsa, & erronea. Quia id solū licet à parato petere, quod ipse licite pōt præstare, & sua malitia eligit modum illicitum, & ex alia parte petētis interesse vt suæ necessitati consulat: tunc.n.est petere peccatum, nec ad illud cooperari, sed petere rem licitam, quam alter sua malitia illicite præstat. Vt contingit in petente mutuum ab vsurario parato, & iuramentū ab infideli parato ad iurandum per falsos deos. At maleficus ob nullū bonum finem potest maleficium maleficio soluere: vt probaui num. 3. Et ratio diuersitas inter vtrūq; est: quia petens ab aliquo opus aliquod, est causa moralis illius operis, quamuis alter sit paratissimus quare petens mutuū ab vsurario parato nō excusatur, eo quod nō sit causa moralis illius mutui, sed quia mutuum de se est bonum, & ex sola mutuantis culpa male fit. Qñ ergo opus aparato nequit licite præstari, illud petens est causa malitiæ inseparabilis ab eo opere ac proinde peccat. Ita latius probans, & multos authores referens tenui li.7.de matrim.disp.95.n.7. Et vltra authores ibi relatos, docent *Suarez tomo 1. de relig. l.2. de superstit. c.18. à num. 3. Sayro in claui reg. lib. 4. cap. 6. nu. 26. & 27. Leonard. l.2. de iustit. c.44. dub. 6. nu 35.*

6 Nec licet etiam petere à malefico, vt soluat maleficiū, quod modo licito constat solui posse, quando constat eum modū licitum ab eo ignorari. Quia nil refert modum licitum esse possibilem, si huic malefico est ignotus, eo enim ipso est illi impossibilis, & ideo petēdo ab illo vt destruat maleficium petitur virtute vt alio maleficio destruat: non enim petitur, vt modo sibi incognito, ac subinde impossibili destruat. Ita colligitur ex omnibus Doctoribus citatis pro doctrina nu præced. tradita. Et docet *Suarez to. 1. de relig. l. 3. de iuramēto, in c. 13. nu. 5.* Et constabit ex dicendis nu. seq

7 Immo nec id licet, quando est dubium an maleficus norit aliquod medium licitum. Tum quia cum cōiter sola media superstitiosa norit, est præsumptio contra illum. Tum etiam quia tunc perinde est ac dubitare, an solutio illa maleficij possit licite fieri: quo dubio perseueranti non est licitum operari. Sic tenui ead. disp. 95. num. 13. Et docent *Suarez to. 1. de relig. l. 2. de superstit. cap. 18. num. 8. in fi. Leonard. eo. ca. 44. dub. 6. num. 46. Martin. del Rio l. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 1. q. 2. pag. pen.* Qui optime consulit ibi gratia vincēdi huius dubij, esse interrogandum maleficum quæ media norit; & si renuat explicare, ait esse vehementem suspicionem cōtra illum; si autem explicet, tunc videndum est, an sint licita, iuxta dicenda à nu. 18.

8 Hinc deducitur non licere petere ab alio mago, qui author illius maleficij non fuit, vt id destruat quando nil de illo, aut de loco vbi sunt eius signa, nouit. Quia ea petitio est tacita, vt alio maleficio id à dæmone norit, & soluat. Sic *Suarez ead. c. 18. n. 8.* Quare cum *Martino del Rio ea. q. 2.* dixi eadem disp. 95. nu. 14. rarissime licere eam dissolutionē ab alio malefico petere, nisi de loco, & modo maleficij, ab ipso authore, vel ab alio sit factus certior. Quia talis moraliter nescit mederi absq; alio maleficio, & noua dæmonis, cooperatione.

9 Temperant quidam, vt non liceat petere à malefico, vt maleficiū maleficio soluat, rogando illum: at cogendo illum minis dicunt licere. Authorē huius sententiæ & eius fundamentum retuli eadem disp. 95. n. 9. Et ea tanquam falsam reieci ibi, *alleg. Martino del Rio*, & eā quoque improbat *Suarez eo. c. 18. num. 7.* Quia cum ille maleficus, quantumcūq; minis coactus peccet maleficium maleficio dissoluens, vtpote quod est intrinsece malum, eadem culpa cogens ad id ligabitur.

10 Quare nulla ratione possūt culpa liberari iudices cogentes maleficum benedictione quadam maleficium auferre. Quippe ea malefici benedictio nil aliud est, quam quædam formula, & cæremonia, qua adhibita inijt pactum dæmon se cessaturum. Atque ita *Allegato Martino del Rio* probaui eadem disp. 95. nu. 10.

11 At licebit iudicib. volentib. maleficum torquere, efficere, vt eius corpus abradatur, & vt capilli totius corporis eius abradātur. Quia id non fit gratia alicui superstitionis sed dūtaxat ne maleficium lateat foraminib. insertum, vel crinib. inspersū. aut aliqua vnctio subsit, quib. maleficus non sentiat dolorē tormentorū. Et ita docēt *Leonard. l. 2. de iust. c. 44. dub. 6. n. 44. et Martinus del Rio l. 5. disquis. mag. sect. 9. dub. 2. in 3. cautela* vbi bene addit id fore superstitiosum, si tōsio illa fiat credēdo amitti vires per illam, instar Samsonis. Quia cū ad eum effectum sit vana, & inutilis ea tonsio, esset superstitio.

12 Vrgentior autem est difficultas quādo maleficus nouit medium licitum, & illicitū soluēdi maleficij, an integrum sit petere absolute ab eo maleficiis dissolutionē: Et quidem quando petens credit probabiliter fore vt maleficus modo licito soluat, aut dubius est vtro illorū soluet, licitum est petere absolute dissolutionem. Quia petitio est ex se indifferens, & persona à qua petitur, potest licite id exequi & ideo cessat moralem periculum. Et hoc magis constabit ex dicendis nu. seq. Et docet *Suarez to. 1. de relig. l. 2. de superstit. c. 18 nu. 8.*

13 Quando autē petens est certus fore, vt medio illicito maleficus soluat, quidā damnant eam petitionē. Quod malefici vt sic opus petatur, petita absolute ea maleficii dissolutione. Hos retuli eadē dispu. 95. nu. 11. Verum id licere probaui ibi. n. 12. & authores retuli. Et præter ibi citatos, tenet idē *Suarez eo. c. 18. n. 9.* Et expresse est eiusdem sententiæ *Leonard. l. 2. de iustit. c. 44. dubio 6. nu. 46.* nam ait idem in hoc casu dicēdum, quod dixerat *eo. l. 2. c. 41. dub. 10.* de petēte iuramentū absolute ab infideli, quem scit per idola iuratū, vbi id licere vrgenti causa iusta illius petēdi affirmat. Et ratio est, quia fere omnes fatentur licitum esse ex causa iusta petere mutuum ab vsurario, & iuramentū ab infideli, quamuis petenti constet fore vt ille peccet exigēdo mutui vsuras, & hic iurando per falsos deos. Atque eā huius rationem tradunt, quia tūc petit quispiam rem, quā alius licite præstare pōt atq; necessitatem petendi habet: & ideo non censetur inducere ad malum, nec moralem peccandi occasionem præbere: & alter sua sola malitia peccat. Quæ ratio omnino eodem modo procedit in præsenti casu, cū similiter possit res illa à malefico licite præstari, nec petatur modus illicitus: & vrgeat necessitas obtinēdæ salutis, ad eam maleficij dissolutionem petendā.

14 Immo sicut petens mutuū ab vsurario nolenti dare nisi sub vsuris, potest acceptare mutuum acceptata cōditione dandi sub vsuris, iuxta cōmunem sententiam; quod id non sit cooperari peccato alterius, vtpote, qui sola sua malitia peccat, potens licite mutuū dare, & ideo solus est peccati, alterius vsus ad propriæ necessitati consulendū. Ita si maleficus nollet soluere mō licito sibi cognito maleficiū, potest acceptari vt alio maleficio soluat. Quia eadem prorsus rō militat. Quod defendi eadē dispu. 95. n. 11. Et quāuis prima facie videatur aduersari *Suarez to. 2. de relig. l. 3. de iuramento, c. 13. n. 11.* non aduersatur re vera, sed optime dicit nō esse æquiparationē vtriusq; casus regulariter admittendam rōne scandali. Quippe in casu vsurarii est per se notū nolle acceptātē approbare vsuras, sed inuitū permittere: at in nostro casu apparet exterius quædā approbatio posterioris maleficii, cōtraria externæ professioni fidei: at tandem id admittit, quando necessitas vrgens ostēdit non esse mentem acceptantis approbare cōditionem, sed illā solū permittere, eo quod aliud obtinere nequit.

15 Duo tamen monuerim. Prius est, si nolit maleficus mederi absque aliqua cooperatione petentis, aut maleficiati, ad maleficium illud, vt si velit mederi aliqua medicina vana, & superstitiosa: nullatenus licet id admittere. Quia est vt medicina vana, ac superstitiosa, nullam vim medendi habenti, nisi ex dæmonis pacto.

pacto. Nec potest id dici solus peccati alterius vsus: qa consentiẽs medicinam illam sibi applicari, re vera vtitur ea, ac proinde cooperatur medio vano, & superstitioso. Et ita defendi eadem disp. 95. numer. 12. & tenet *Suarez tc. 1. de relig. l. 2. de superstit. cap. 18. in fine.*

16 Posterius est quãdo spes esset fore vt petitio determinate modo licito, aut monitio malefico, non vteretur modo illicito, teneretur petens lege charitatis ad id: sicut tenetur ad vitandum quodcumque proximi peccatum. At cessanti ea spe, non tenetur. Et ita probaui eodem num. 12. & docet *Suar. num. præced. relatus.*

17 Tandem nullatenus licet petere à dæmone vt cesset maleficio illo vexare. Quia licet cessatio illa possit in se esse bona; at illã à dæmone postulare est intrinsece malum. Quod inuoluat pactũ, & societatem cum ipso, & quemdam eius cultum: non enim minus est quidã eius cultus, rogare illũ vt aliquid faciat, quam rogare vt nõ faciat. Nec imperio erga dæmonem est alicui integrũ vti, nisi Dei nomine per exorcismos. Vt latius dicemus c. seqnẽti, vbi vt agemus an id liceat inuocato dæmone superiori, vt inferiorem cogat. Et ita contra quemdam authorem defendi eadem disp. 95. nu. vltimo, & vltra Doctores ibi allegatos, tenet *Suar. eod. c. 18. num. 5. & 8.* qui optime *eo. nu. 5.* aduertit caute intelligendũ *Leonar. l. 2. de iust. c. 14. dub. 6. num. 45. ad fin.* vbi ait licitum esse verbo petere à dæmone vt desinat nocere, dummodo id non petatur deprecando; sed bene ait *Suarez* id intelligendum sano modo: nam petere, & deprecari, parum differunt, vnde petere per modum supplicationis, non licet, sed per solum obiurgationis, & contemptus modum: vt dicendo, ab hinc, cessa male facere.

18 Posterior difficultas est. An liceat maleficij signum destruere, ad obtinendã eius sanitatem. Prœmittendum est solere à maleficis pactũ cum dæmone iniri, vt quãdiu ligatura aliqua fuerit, vel dum res aliqua in tali loco de fossa permãserit, aut quid simile, duret maleficiũ, & ijs ablatis cesset. Potest autem id pactum dupliciter iniri: priori modo, intercedenti duplici pacto: vt cum conuenitur fore vt dæmõ vexet adhibito tali signo, eoque remoto cesset. Tunc enim est duplex pactum, alterum nocendi posito eo signo, alterum desistendi eo ablato. Posteriori modo, quando vnicum adfuit pactum, vt nocendi posito tali signo. Quippe hoc pacto tantum obligatur dæmon nocere posito eo signo, manetque illi libertas nocendi, aut cessandi; eo signo ablato.

19 Dubitatur ergo, an liceat id signũ maleficij, quo posito dæmon nocet, destruere. Quidam licere negant. Quod id sit confirmare pactũ à dæmone initũ, & nulla alia rõne ablato signo dæmon nocere desinat, nisi virtute pacti. Has & alias eorum rõnes retuli lib. 7. de matrim. disp. 96. nu. 2. Verum dicendum est licere ipsi malefico, vel cuicũque alij, id signum amouere, non quidem animo vt priori malefico pactum à dęmone seruetur, sed destruendi pacti cũ illo initi, & obtinendæ salutis. Quod multis rõnibus, & Doctoribus citatis, probaui eadem disp. 96. nu. 3. & contrarijs satisfeci num. 6. & vltra Doctores ibi allegatos, idẽ tenent *Henric. de Gandauo quodlib. 5. q. 33. Binsfeldius in tit. de maleficis, & mathematicis, q. 5. Suarez tc. 1. de relig. l. 2. de superstit. c. 17. à nu. 9. vsque in fi. Leonard. l. 2. de iustit. c. 44. dub. 6. à nu. 36. vsq; ad 44. Sayro in claui regia l. 4. c. 6. in fi.* Quod quidẽ verũ est, siue vnicum, siue duplex pactum cum dæmone initum fuerit, modo quẽ nu. præced. explicui. Vt bene tradunt *Suarez ibi, n. 15. Leonar. ibi. nu. 39. Martinus del Rio l. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 1 q. 3.* Et ratio potissima est, quod auferendo signum intentione prædicta, nec pactum, nec amicitia cum dæmone confirmentur, nec illi honos exhibeatur, immo potiùs pactum soluatur, ac dæmone contempto ab eius amicitia recedatur: ob idque signum fęderis aufertur, aut comburitur.

20 Adde posse interrogari alium maleficum, an norit in quo tale maleficium cõsistat, vt signũ destruatur: quod si ille ignoret, minime induci potest ad id per suã artẽ inuestigandum. Quia id esset inducere ad maleficium, quo mediante id à dęmone ad discẽdum esset. At si forte is maleficus per maleficia id à dæmone didicerit, licebit ea scientia ad destruendum maleficij signum vti. Quia nu. 1. probauimus peccatum esse notitiam alicuius rei à dæmone procurare; at ea semel habita licere vti. Et ita docet *Ouandus 4. d. 34. disp. vnic. pag. penult.*

21 Immo quamuis sublato maleficij signo debeat in ipsum maleficum redundare aliquod damnũ, quod ita dæmon cum ipso pactus sit, nulla est culpa illud auferre. Quoniã auferẽs nulla ratione concurrit ad malefici damnum, sed solum sibi consulit auferens signum: quare damnum malefico sequuturum, est præter eius intẽtionem, nec ex illa signi remotione sequitur, sed ex dæmonis pacto, cui auferens nullatenus cooperatur. Quæ ratio concludit idem dicendum, etsi damnum illud in quendam tertium redundaret, malefico ita paciscente cum dęmone. Nam auferẽs nil ad damnum id cooperatur, sed se tuetur ablato sibi nocẽte; nec tenetur damnum alterius cum suo damno vitare. Quod si præter signi ablationẽ esset aliqua actio positiua necessaria dãnificans maleficum, vt maleficiatus incolumis euadat, nõ licebit authoritate priuata illam exercere; at licebit authoritate publica, si nullum dęmonis pactum in illa actione sit. Huius enim est innocentes eruere, etiã cum noccentium damno. Hæc latius probaui *citato Ouando* eadem disp. 96. nu. 5.

22 Nec tantum licet id signum destruere, sed tenetur maleficus, vel quicumque alius id efficere; ille quidem tanquam damnificator lege iustitiæ, hic autẽ lege charitatis, si commode potest: nisi sit minister iustitię, tunc enim tenebitur etiam lege iustitiæ. Quæ ex se patẽt. Et docet *Suarez eod. l. 2. c. 17. nu. 13.*

23 Quod si damnum aliquod ex maleficio sequutũ sit, tenetur maleficus integre restituere. Quia etsi dæmõ id fecerit damnum, fuit tamẽ maleficus causa, ipsum solicitans. Et ita docet *Suarez eod. c. 17. nu. 13. & c. 14. nu. 12.*

24 Quare potest magus ille à iudice cogi ad id signum destruendum. Vt bene docet *Suarez eo. l. 2. c. 18. nu. 7. &* 8. Immo tenetur ex iustitia illum cogere. Cum ex officio teneatur cogere ad damna resarcienda.

25 Tandem licet etiam signum positiuum contrarium apponere, dũmodo sit ex se licitum, aut indifferens, ad pactum illud cum dęmone initum rescindẽdum, v. g. si dæmon esset pactus cum malefico se nociturum, nisi maleficiatus postea se signet Cruce, aut lauet corpus: licebit huic se signãre, aut lauare, non intentione sanãdi positiue eo medio, aut opera dęmonis, sed solo animo tollendi signi, & pacti nocendi dissoluẽdi. Quippe intẽtio illa est bona, & medium est licitũ, aut de se indifferens, ac supposita dæmonis malitia est bonũ: est enim solum incẽtiuum mali auferre, & parum refert ablationem signi fieri per actionem positiuã alterius rationis, siue non. Et ita docent *Suarez eod. c. 17. nu. 16. Leonard. l. 2. de iustit. c. 44. dub 6. n. 45.* Quod idem docent, etsi nõ ita clare, *Syluest. verb. malefic. q. vlt. et Delrius l. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 1. q. 2. vers. Alij itaque*, vbi relata sententia dicenti licere vana vanis reijcere, quam tenent *Host. c. fin. nu. 6. de fregidis, & ibi Ioan. Andr. n. 16.* & sequuntur alij, quos retuli lib. 7. de matrim. disp. 95. n. 1. intelligendo, licere vanis, id est, indifferentibus. Quod impugnãt alij quos ibi num. 3. retuli. Declarant *Syluest. & Delrius ibi* id licere, quãdo quis ea indifferentia faceret, experiri volens, aut credens maleficium solui, non dæmonis operatione, sed eius cessatione ab operãdo, quod sciret dęmonem pactum esse cum malefico tunc cessaturum. Addit *Leonard. nu. 46.* si dubium sit an id signum sit superstitiosum, non licere nisi forte præmissa contrariæ voluntatis protestatione. Sed nec hoc modo audeo id approbare.

CAPVT XLII.

De adiuratione, & superstitionibus in ipsa repertis.

SVMMARIVM.

Adiuratio quid, & quotuplex sit, & in quo differt à iuramento, & oratione. nu.1.
Quis possit adiurare, & adiurari, & per quem possit adiuratio fieri. num.2.
An adiuratio sit actus religionis, distinctusque ab aliis. nu.3.
An sit sub praecepto. num.4.
An adiuratio reddatur illicita defectu veritatis, iustitiae, aut iudicii. nu.5.
Qui exagitantur, vt qui daemonem habeat, & qualiter ibi sit in corpore humano, numero 6.
Quam potestatem in eo habeat, & an semper assistant dum adest, molestet semper: & in qua parte sit, per quam partem intret, & exeat. num.7.
An aliquando sint multi in eodem corpore, & vno eiecto exeant omnes. num.8.
Vnde dignoscatur daemonem esse in aliquo corpore, aut eo [illegible]. nu.9.
An res corporeas, quas daemones afficiunt, expellere. nu.10.
Qualiter magus liceat daemonem illum in aliquam rem includat. nu.11.
Adiuratio deprecatiua erga quos liceat, & an obliget hominem adiuratum. nume.12.
Imperatiua erga quos homines liceat. nu.13.
Qualiter haec subditum liceat. nu.14.
Adiuratio imperatiua daemonis qualiter liceat. nu.15.
An exorcismi infallibiliter, & ex opere operato daemones pellant. nu.16.
An eamdem vim habeant in maleficiis, & aliis damnis à daemone illatis. nu.17.
Quibus competat potestas expellendi daemones, & an maiorem habeant sacerdotes. numero 18.
An liceat daemones adiurare deprecatiue vt recedant: aut imperatiue petendo obsequium. nu.19.
An liceat cognitione à daemone habita vti. nu.20.
An liceat adiurando praecipere daemoni superiori expulsionem inferioris. nu.21.
An liceat adiurare, vt daemon superior praecipiat inferiori, vt cesset à damno. nu.22.
An liceat adiuranti interrogare nomen à daemone socios, & causam ingressus. numero 23.
An liceat interrogare aliquid ad Dei gloriam, & aliorum vtilitatem. nu.24.
Quibus culpa sit aliquid curiosum rogare, vel facere, vt daemon curiosa efficiat. numero 25.
Exorcistis cauendum cum daemone nugari, & curiosa quaerere, & an daemoni sit credendum. nu.26.
An possint daemonem in infernum, aut in aliquem locum detrudere. nu.27.
An liceat à daemone signum proprium exitus petere. nu.28.
An liceat obsessum percutere alapis & flagellis. nu.29.
An liceat sputo, & fumo mali odoris obsessum affligere. nu.30.
An possit exorcista aliquas medicinas obsesso applicare. num.31.
An liceat daemoni sub poena excommunicationis praecipere. nu.32.
An liceat daemonis nomen scribere, & daemoniaci capillos, aut pilos radere. nu.33.
An liceat terminum indicare, vel iusso daemone vt tunc recedat, & tali die si iudicia sistat. nu.34.
Vnde cognoscatur exorcistas esse superstitiosos. nu.35.
An possint hi committere petitionibus daemonis egressuri. nu.36.
Adiurare creaturas non rationales qualiter liceat. nu.37.
Quid Ecclesia ad has adiurationes dicens intendat. nu.38.
An liceat eas excommunicare, & cum ipsis litem mouere, & pugnare. nu.39.
An tolerandi sint dicentes se posse fugare nubes, & terrae nocentia. nu.40.

1 ADiuratio teste *D.Th.2.2.quaest.90.ar.1.* est, aliquam personam imperando, aut obsecrando inducere ad aliquid faciendum, omittendumve, inuocatione alicuius rei sacrae. Vt *D. Paulus ad Rom.12.* fecit. *Obsecro vos per misericordiam Dei.* Quare est duplex, quaedā deprecatiua, quae fit deprecando alteri, alteva impetādo, quae est imperatiua. Cōuenit autem adiuratio cū iuramento. Quia sicut hoc adhibetur ad veritatis effimatae cōfirmationem, aut maiorē promissionis factae firmitatē: ita adiuratio fit vt postulatio, aut iussio, sint efficacora. Differt autem ab illo, quod in iuramēto adducatur Deus ac testis veritatis, aut quasi fideiussor promissionis: in adiuratione aūt vt obiectū amoris, vel timoris, eiusque adiuramus vt inde eius timore, vel amore ducatur ad rē petitā concedēdam. Nec placet quod dicit *Valentia 2.2.disp.6.q.8.punct.2.q.1.in fin.* vbi ait in omni iuramēto promissorio inueniri adiurationē. Cuius cōtrariū bene docet *Suarez t.2.de relig.l.4.de adiuratione, c.1.n 10.* Quippe pōt peti simpliciter, & non interposito diuino nomine à petente iuramēum promissorium: vt in cōtractib. contingit. Differt etiam adiuratio ab oratione: quia per orationem aliquid à Deo petitur: at per adiurationem, vt sic, nō petitur aliquid à Deo, sed propter Deum, & ita potest id peti à Deo, & tunc coniunguntur adiuratio, & oratio, aut ab hominibus, & tunc non est oratio aliqua, & aliquando nil petitur, sed imperatur.

2 Hinc fit in adiuratione tria concurrere, nempe, adiurantem, adiuratū, & id per quod adiuratio fit. Adiurans debet esse necessario res intellectualis, cuius solius est rogare. aut iubere. Potest autem adiurare Deus ipse, vt ob nomen suum aliquid precipiendo. Possunt etiam angeli, & daemones, vt *Marci 5.* daemon Christū adiurauit, *Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Res adiurata debet quoque necessario esse intellectualis. Vt constabit ex dicendis nu.37. Possunt autem, Deus, Angeli, & sancti, & daemones, & quicunque homines adiorari. Quando autem deprecatiue, & quando imperatiue, constabit ex dicendis à num.12. Res per quam fit adiuratio, sunt Deus, Angeli, & sancti, & homines iusti viatores, non autē per creaturas inferiores in natura, aut in statu gratiae, fit adiuratio. Vt optime docet latius probans *Suarez eo.l.4.de adiuratione c.3. per totum.* Prior pars patet, quia cum plurimū valeant apud Deū Angeli, & sancti & iusti potest per ipsos Deus adiurari, vt aliquod beneficium concedat. Posterior probatur, quia aliae creaturae inferiores in natura, aut in statu gratiae nil valent apud Deum. At potest Deus adiurari per commemorationem alicuius effectus creati, quatenus in eo clauditur Deus, vt eius author, & vt ex misericordia in vno opere suo inducatur ad aliud faciēdum. Atque per iustos, siue beatos, siue viatores, potest Deus adiurari, non tātum quatenus in illis Deus lucet, sed etiā praecise spectando merita talis sancti. Quia tūc non tribuitur illi sancto aliquid Dei proprium, sed honoratur iuxta sua merita. Hinc tamen adiuratio daemonum excipitur, quae per solum Deum, aut per sanctos, vt in eis Deus relucet, potest fieri. Quia cum ea sola coactiua liceat. potest per solum Deum, aut per sanctos, vt in eis Deus lucet, fieri: solus enim Deus, aut sancti eius virtute potest eos cogere. Habet etiam locum inter ipsos homines adiuratio quaedam impropria, & moralis, & humana. Vt cum vnus postulat ab alio per vitam patris, & filiorum, &c. quae ex se nil vim continet. Haec omnia docet *Suarez toto eod.c.3.*

3 Est autem adiuratio actus religionis, quando fit per Deum, siue expresse, siue tacite. Quia in hoc adiurans tribuit Deo honorem, quod eius authoritatem tanquā plurimum apud omnes valentem interponat ad aliquid obtinendum. Ita *Sot.l.8.de iust.q.3.art.1.col.3.* & latius *Suarez eo.l.4.c.1.à n.4.vsq; ad 7.* vbi & bene probat esse specialem actum religionis, distinctum à ceteris. Quia si cum aliquo coincidere deberet, essent iuramentum, & oratio: at ab illis differt, vt nu.1. diximus. Quando autem adiuratio fit per sanctos absque tacito ad Deum respectu, nō est actus religionis, sed eius cultus qui sancto illi debetur, vt hyperduliae, si fiat per beatam Virginem; duliae autem, si per alios sanctos. Et si fiat per aliam rationem creatam, vt per vitam tuam, vel patris, non est proprie adiuratio, sed quaedam moralis & humana. Et ita notat *Suarez eod.l.4.c.3.n.6.*

4 Et quamuis adiurationis non sit praeceptum aliquod naturale, & diuinum: quia quidquid per adiurationē petitur, potest simplici oratione obtineri: at cadit quandoque sub precepto Ecclesiastico. Quia publicae orationes Ecclesiae horarum canonicarum, & multae, cōtinent adiurationes per Dominum nostrū Iesum Christum, & per sanctos: & in solemni sacramentorum administratione etiam sunt exorcismi, & quaedam aliae adiurationes. Quare praeceptum hoc non est peculiare, sed coincidit cum precepto horarum Canonicarum, & rite sacramenta, & missam administrandi. Potest etiam aliquando cadere sub officii obligatione, nempe, supposita hominis obsessi necessitate. Quippe tenentur ministri Ecclesiae ex officio subuenire necessitatibus suorum fidelium per remedia conuenientia, & iuxta ritum ab Ecclesia institutum: vnum autem est adiuratio per exorcismos. Haec bene docet *Suarez eod.l.4.cap.4.num.2.3.& 4.*

5 Cum autem adiuratio quamdam iuramenti speciem habeat, exigit ad sui honestatem eosdem tres comites,

tes, quos iuramentum, nempe veritatem, iustitiam, & iudicium. Veritas nõ exigitur eodem modo quo in iuramento. Quia in adiuratione nil affirmatur, aut negatur, sed solum petitur aliquid ob diuini nominis reuerentiam, in se aut in sanctis suis. Quare in ea potest defectus veritatis tripliciter inueniri. Primo modo, quando adiuratio fit per falsum Deum, vt per locum, & tũc est mortale idololatriæ crimen. Sic *Suarez eo.c.4. nu.6.* Secundo modo quando est fictio ex parte petendę rei, nempe, quando in adiuratione interposita petẽdo aliquid per Dei nomen, deest animus illius rei impetrandæ. Et hæc falsitas est venialis Quia non est grauis irreuerentia Dei, cum Deus non adducatur vt testis. Et ita bene docet *Suarez eo.c.4.n.7.* Vltimo modo potest esse fictio ex parte causæ inducentis ad obtinendam rem petitam. Vt si quis ficta paupertate petat ob Deũ eleemosynas. Et tunc ait *Suarez eo.n.7.* esse probabile solam culpam venialem contra adiurationis religione reperiri, vltra iniustitiæ mortalem. Sed mihi non tantum id probabile videtur, sed fere certũ. Quia cum actus ille eleemosynæ, vt ab operante procedit, sit optimus, non est grauis irreuerẽtia contra Deum, inducere ad illum ob Dei amorem: quamuis aliunde ex parte petentis sit iniquitas. Iustitia in eo consistit vt res petita sit licita: si enim res mala petatur, est grauis Dei irreuerentia, cum Deus interponatur vt intercessor illius peccati. Et ideo de hac adiuratione dicendum est, sicut de iuramẽto, & voto rei malæ, dicunt cõiter Doctores. Et ita bene docet *Suarez eo.c.4.nu.8.* Quare sicut iuramentũ, & votum rei venialis, sunt venialia, & rei mortalis mortalia: ita quãdo per adiurationem petitur res venialis est veniale, & quãdo res mortalis, est mortale. Et intelligo esse hãc malitiam specialem contra adiurationis religionẽ, vltra peccatum inductionis proximi ad malum. Qđ probat ratio facta. Si vero adiuratio fiat per vitã alicuius hominis, vel aliam rem huiusmodi, nõ augetur culpa prauæ inductionis ad malum. Vt bene ait *Suarez eo. n.8.* Quia hæc adiuratio nec est propria, nec spectat ad religionem. Si fiat ob sanctos quatenus in ipsis splẽdet Deus, perinde est ac si per Deum fieret, & ideo idem de vtraq; dicendum est. Si vero respiciendo solam sancti dignitatẽ quoad sua merita, existimo etiã esse specialẽ mortalẽ culpam, etsi non tam grauem quando petitur res mortalis. Quia grauis est sãcti iniuria, eum ad culpæ illius patronum interponere. Ad iudiciũ autem pertinet vt cum necessitate, & debita reuerentia fiat adiuratio, & non temere in quauis occasione: sicut idem iudicium petitur in iuramento. Quippe in vtroque nomẽ Dei assumitur. Et ita docẽt *D. Anton.2.p.ti.10.c.8. Sylu. verb. adiuratio.in fi. Sot.l.8. de iust.q.3.art.1.ad fi.corpor. Valent.2.2.disp.6.q.8.punct.2.q.1. Margarita confess.in 1. præcept.fol.65. Suarez eo.c.4.nu.9.* At sicut in iuramento hic defectus est venalis. *Sylu. Margarita confess. Suar. Valent. ibid.* Quare rectè ait *Sot.* exigi adiurationes proportionem cum re petita habere. & religioni dissonare interponere adiurationem diuini nominis pro re leui.

6 Quia tamen possimæ difficultates adiurationis versantur circa factam cũ dæmoniacis, placuit aliqua curiosa desũpta ex Patre Thyræo Societatis Iesu breuissime præmittere, circa dæmonẽ in aliquo existẽtẽ, quæ latius in locis ipsius videri possunt. Primum est, vt quis dæmonium habere dicatur, duo exiguntur, prius est, vt in homine ipso dæmon sit. Dum enim externus tantum à dæmone affligitur, sicut Iob, & D. Antonius, nõ dicitur habere dæmonium. Posterius est, vt quandam vexandi potestatem in eo, in quo est, acceperit. Quod bene docet *Thyraus l.de damoniacis, toto c.2.* Atque est in eo corpore dæmon, vt motor in corpore moto. Vt bene tradunt *Abul.c.8. Matthæi q.113. ad 2.& Thyraus eo. c.2.* Qui bene addit non ita esse in eo corpore, vt qualitatem aliquã illi imprimatur, aut nouũ esse illi tribuat, nec propter vnum quid cum ipso homine constituit.

7 Secundum suppositum est. Hæc dæmonis potestas in dæmoniacum, est potissimum in corpus, & ea certo limite præscribitur. Quippe hac potestate non limitata à Deo nullus dæmoniacus mortem euaderet: cum ingentissimum dæmonis in hominem odium sit. Atque in animum minus potestati habet, quamuis ex corporis cruciatu, & afflictione, valde retardetur, ne ita libere, & feruide spiritualibus vacet. Præterea motus quosdam prauos in corpore excitat, ac praua sensibus externis, & internis obijcit, quibus quodam quasi pondere voluntatem ad malum pertrahit, etsi cogere nequeat. Hæc docet *Thyraus eo.l. de damoniacis, toto c.4.& 5.* Qui bene *toto c.8.* probat non semper dæmonem in aliquo existentem molestiis ipsum afficere, nec semper in ipso esse, sed ad tempus cessare torquere, & ad tẽpus ipsum deserere, ac postea redire, Deo misericorditer ita permittente. Tertiũ suppositum est. Dæmon cũ spiritus sit, per quamcunque corporis partem po. it in ipsum ingredi, etsi quandoque per os intret: potest etiã per quãcumque egredi, at cõmuniter per os egreditur, & quandoque per ventris fluxum. Prius docet *Thyraus eod. lib. toto c.9.* Posterius antẽ *c.54.n.5.& 6.* Qui *toto c 8.* optime probat dæmonem in quauis corporis parte esse posse, & totum in toto hac totum in qualibet parte instar animę rationalis, & nunc in vna, nũc vero in alia esse, & plerumque dæmonis sedem in corde esse.

8 Quartum suppositũ est. Sicut non est necesse, vt multi dæmones vnum hominem obsideant, sed quandoque vnus, quandoque vero multi obsideut: ita fieri potest, vno per exorcismos expulsũ, alios nõ eijci. Et ratio est, quoniam cum non vniuersi dæmones eamdem potestatem in ipsum dæmoniaci corpus habeant, sed quidã ex ipsis maiorẽ, alij autem minorem, fieri optime potest, vt soli ei dæmones qui minori potestate potiũtur, exire cogantur, reliquis in eodem corpore manentibus. Quamuis autem hoc ita fieri valeat, in plurimũ tamen egrediuntur vniuersi dæmones simul è corpore. Tum quod experiẽtia id doceat: nunqnam enim legitur, vno dæmone expulso socios eius in corpore manere. Tum etiam quia cum ea, quibus dæmon expellitur, sint omnibus illis æque exosa, verisimile est, vt sicut vnus eis fugatur, ita quoq; cæteri fugẽtur. Hæc *Thyraus* latius probans *eo.l.de damoniacis, toto cap.15.*

9 Quintum suppositum est, nõ semper est habenda fides exorcistis, nec dicẽtibus se dæmonium habere, nisi aliquod signum efficax sit Quia sæpe vtrique decipiuntur, vel impostores sunt. Inter alia autẽ est signũ efficacissimũ, si energumenus loquatur lingua antea sibi ignota, & peregrina: vel ad eo immobilis existat, vt multis hominũ viribus dimoueri loco nequeat. Ita *Sotus li.8. de iust.q.3.art.2. circa solutionẽ ad 2.vers. Primo argumento subnotatur. Ciruelo de superstit.3.par.c.8.* De quibus, & de alijs signis consulendi sunt *Delrius lib.6.disquis. magic.c.2.quæst.3.sectione 2. Thyraus de damoniacis, à c.22. vsque ad 27. qui cap.24.à n.13. vsque in finem,* bene ait ad idiomatis peregrini signum referri scientiã legẽdi, aut scribendi, aut cantãdi, aut rerum naturalium nullo studio comparatam. De signis autem recessus dęmonis ab obsesso, consulendus est *Thyraus ibi, toto cap.52.*

10 Sextum fundamentum est, nulla res corporalis vim habet ad dæmones expellẽdos, ipsosve affligendos. Sic contra aliquos optime probãt *Suarez* dicẽs esse ridiculũ oppositũ *3.to.in 3.p.q.65.ar.4.disp.15.sect.4 col.6.vers. Sed explicandum superest. Ang. verbo Superstitio, n.6.* latissime *Abul.1.Reg.16.à q 40.vsq; ad 46. Nau. sum. Lat. & Hisp.c.11.n.38. Thyraus de damoniacis, toto c.48. Azor to.1.l.9.inst.mor.c.26 q.2. Delrius l.1.disq.mag.q.30.sect.3.& l.6.cap.2.q.3 sect.2.* Et ratio est, quia cum dæmon spiritualis sit, pati nequit à re aliqua corporali. Et ita cõcludit bene *Ang.ibi,* si herba aliqua, vel res aliqua corporalis aliquid possit in spiritũ, id esse ex superstitione. Fatentur tamen omnes hi Doctores, posse applicatis aliquibus naturalibus medicamentis energumeno, vexationem dæmonis sedari, atque ita etsi directe, & proxi-

me res corporales nil in dæmonē operentur, at operantur indirecte, & mediate, iuuādo, vt eius vexationes placentur. Quippe impediunt ea medicamēta, vel auferūt dispositiones illas corporis, quib. dæmon vtitur ad vexandū. Et hoc modo explicant id 1. *Reg. 16.* vbi narratur Saulem à dæmone obsessum, eo liberatum Dauide pulsanti citharam. Sensus enim est, tunc nō ita Saulem à dæmone vexatum: eo quod eo pulsu refocillabatur, sicq; dæmonis molestias minus sentiebat. Et ita quoq; intelligitur *c. si. 26. q. 7.* ibi: *Dæmonium sustinenti licet petras vel herbas habere sine incantatione.* Quia ea applicātur non quasi vim habeant contra dæmonem: sed ad minuendum, vel auferendum prauum corporis humorem, quo dæmon vexat.

11 Vltimum fundamētum est, hominibus nulla vis inest alligandi dæmonem alicui rei, illumq; in illam includendi, vt in anulum, in vas, &c. Quare dum aliqui sic dæmonē quem familiarē vocant, alligatum, aut inclusum dicuntur habere: dupliciter intelligitur. Primo, vt ipse dæmon sponte sua se alliget, aut illud includat, pacto, cū homine inito expresse vel occulte, vt id dæmō faciat cum primū certa quædā verba, & carmina, aut veneficia, aut incantamenta intellexerit. Sic *Abul. c. 19 Matth. q. 90. Victoria de magia. n. 26. Simātas de inst. cathol. tit. 63. nu. 30. & 31. Toledo lib. 4. sum. c. 14. nu. 7. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 13. punct. 2. col. 5. vers. Tertio neque. Delrius l. 2. disquis. m. sig. q. 30. sect. 3 Azor to. 1. l. 9. instit. moral. c. 26. q. 2.* Quare (vt bene notāt *Abul. Toledo, & Delrius ibi*) fingunt dæmones se homini subdi, ab ipsoq; alligari, & cogi, vt vel sic magis ad veneficia afficiatur. Quippe si dęmones possent ab homine cogi, nō docerent eum modos. Quia ob nullum lucrum hominibus subdi, eisque esse inferiores eligerent. Secūdo modo id fit, vt superioris dęmonis coactus inferior includitur in eum locum, illicq; alligatur, per pactum à mago cum superiori dæmone initum, vt inferiorē includat, & alliget. Ita docēt *D. Aug. l. 21. de ciuitat. Dei D. Tho. 4. contra Gentes c. 93. Victoria nu. 27. & 30. Toledo, Valent. Delrius, Azor proxime allegat.* Atque ait bene *Victoria ibi. nu. 31.* dęmonem superiorē non posse physica coactione alligare inferiorem, ita vt eo absenti inferior discedere nō valeat: sed sola morali coactione, id est, imperio. Sicut subditus dicitur cogi imperio soperioris ad aliquid faciēdum. Atq; addit oon esse verisimile dæmonem ita alligari illi rei, vt nūquā inde recedat: sed dici alligatū, q̄a vocatus à possessore illius rei, semper venit, nec indiget longa temporis mora ad redeundum vbicumq; sit, sed breuissime redit, & tēpore fere, imperceptibili, atque in quauis distantia potest cognoscere quid geratur apud illum in cuius potestate res illa existit.

12 His præmissis, prima cōclusio sit. Licita est cuius adiuratio deprecatiua erga Deum, & sanctos, & quēlibet hominem. Conclusio est *D. Th. 2. 2. q. 90. ar. 1. ab omnib. recept.* Et constat ex Ecclesiæ vsu in omnibus orationibus Deum deprecantis per Dominum nostrum Iesum Christum. Item quia hooestum est ad quoscumque inducendos ad aliquod bonum vti reuerentia diuini nominis. Nec hæc aliquam obligationē imponit homini adiurato propter Deum, quando est deprecatiua. Vt bene *Suarez. to. 2. de relig. lib. 4 de adiuratione c. 4. nu. 13.*

13 Secunda conclusio. Adiuratio imperatiua seu coactiua, solis superioribus licet erga subditos in ijs, in quib. illi subduntur, & causa iusta sic adiurandi existenti. Ita *D. Th. eo. art. 1. ab omnib. recept.* Quia soli illi erga subditos potestate eis imperandi, eosq; cogendi gaudet. Possuntq; prædicta potestate vti, vt diuini nominis reuerētia per adiurationē interposita impellantur magis subditi ad præceptum exequēdum. Nec est simile de iuramēto, quod potest ioferior à superiori petere. Quia (vt optime ait *Sot. l. 8. de instit. q. 3. art. 1. col. 3. ver. Tertia tamen*) cum iuramentum alicuius recipitur recipiens minime illū obligat, vt vel sic superior iurātus esse debeat. Sed ipse iurans proprio suo iuramēto se astringit, quod actus ipsiusmet est. Adiurans autē imperatiue adiuratū obligat ea adiuratione, quę nō adiurati, sed adiurantis actus est: & ideo debet adiurans superior adiurati esse. Immo vti adiuratione imperatiua nō subditū, dicunt esse mortale. *D. Anto 2. p. tit. 10. c. 8. Ang. verb. adiuratio, n. 2. Armilla ibi n. 6. Tabiena n. 6. concl. 5. Suarez eo. c. 4. n. 12.* Et idem esse aiunt *Tabiena, & Armil.* si fiat in subditū in ijs, in quib. nō subditur. Quod in vtroq; casu adiurans vsurpet potestatē qua caret, & sic peccet cōtra iustitiā, lædatq; ius cōmune. Sed merito id limitant *Syluest. verb. adiuratio, q. vlt. & Margarita cōfess. in primo præcepto, fol. 65.* quādo res est ootabilis. *Idem Suarez eo. n. 11.* bene addens esse specialem malitiā in religionē. Quia vsurpatur nomen Dei ad vim iniustam inferendam.

14 Subditus vero contrauenïens superioris præcepto sibi per adiurationem imposito non periurus, sed solum transgressor præcepti superioris est. Ita *Sotus n. prat. relatus. Suarez eo. c. 4. n. 16.* Quare non approbo quod dicunt *D. Ant. 2. p. tit. 10 c. 8. Armilla verb. adiuratio, n. 5.* nempe, teneri tunc subditum ex præcepto, & iuramēto. Quod etiam indicant *Iansenius, Toledo & Maldonado, quos ibi refert,* & pōderat *Suarez n. 15.* Ex quo sequitur (vt bene infert *Suarez ibi n. 16.*) ex sola illa adiuratione non induci aliquam religionis obligationem, sed solā esse malitiā transgressionis præcepti superioris. Sicut testis iuridice rogatus negans veritatem absq; iuramento peccat cōtra superioris præceptum, at non cōtra religionem, vtpote qui non iurauit. Quia secluso iuramēto nequit superior sua adiuratione oouam necessitatē religionis imponere subdito, sed eam solā imponere potest quam vis sui præcepti imponit. Quare erit mortale contra præceptum, tunc nō obedire. Vt bene ait *Tabiena verb. adiuratio, n. 6. concl. 4.* Quod intellige cum *Suarez eod. c. 4. n. 14.* Quando præceptum est de re graui, & verba superioris satis significant voluntatem imponendi præcepti. Quare quod ait *Sotus eo. ar. 1. ad fi. corporis,* nimirum, esse grauius peccatum trāsgredi id præceptū cum adiuratione impositum, quam si adiuratio nō esset, intelligendū est non de maiori grauitate ex virtute religionis, sed vt quodammodo sit grauior intra eamdem obligationis pręcepti speciem, eo quod ea adiuratione magis excitetur subditus ad considerādam negocij grauitatem. & potestatem qua iubetur. Vt bene ait *Suarez eo. c. 4. in fine.*

15 Tertia conclusio. Adiuratio imperatiua, seu coactiua dæmonum, licita est per imperium arcēdo illos tanquā hostes, ne hominibus spiritualiter, aut corporaliter noceant. Quippe Ecclesia habet spetialē potestatē à Christo datam in dæmooes, ad imperandū illis, eosq; coercendos, seu expellendos. Quod constat ex *eo. Luca 10. Domine etiam dæmonia subijciūtur nobis in nomine tuo.* Et *Marci vlt. In nomine meo dæmonia ejicient.* Et constat ex exorcismis ad hoc ab Ecclesia institutis. Quorum vim eos ab hęreticorum calumnijs defeodentes probant ex multis *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2. Bellarminus to. 2. de sacr. lib. 1. c. 25. in 6. cæremonia. Suarez 3. to. in 3. p. q. 65. art. 4. disput. 15. sect. 4.* Et latius *Thyræus de dæmoniacis toto c. 33.* Quamuis autem dæmone non petatur vt exeat, vel nocere desinat, in gloriam Dei, & ob eius nominis reuerentiam: quod adiurationis ratio petit, (vt nu. 1. diximus,) frustra enim id ab eis peteretur, vtpote qui ea voluntatis peruersitate obstinati sunt, vt quidquid agunt, ex Dei odio agant. Dicuntur tamen per exorcismos adiurari, propter similitudinem, & analogiam quandam in hoc consistentem: vt sicut dum homines adiuramus, inducimus eos vt propter Dei nomē aliquid efficiant, vel caueant: ita dæmones in virtute, & potestate nominis diuini recedere cōpellūtur. Quāuis non contēditur vt ipsi propter Dei hoorē aliquid faciant. Quod bene notat *Valentia proxime allegatus.*

16 Potestas autem hęc non innititur sanctitati ministri,

etsi

etsi ea non parum iuuet, sed inuocationi nominis diuini, fidei,& sanctitati Ecclesiæ, in cuius persona exorcismi ab eius ministris dicũtur. Sicut nec sacramentorum efficacia à ministri sanctitate pendet. Ita *D. Tho. & alijs alleg.* docet *Suarez nu. praced. relat.* Et latius *Thyraus de dæmoniacis, toto c. 39.* Quare exorcismi nõ ex opere operantis solo, sed ex opere operato habent eã vim dæmonis expellendi. Sicut & sacramenta conferendæ gratiæ. Vt colligitur ex *D. Th. 3. p. q. 71. art. 3.* & docet *Sotus 4. d. 6. q. 2. art. 3.* Christus enim facultatẽ tribuit Ecclesię hos exorcismos instituẽdi, quibus tanquã instrumentis ministri Ecclesiæ virtute Christi dæmones expellunt. Et quàuis aliqui credãt exorcismos habere hãc efficaciam infallibiliter, secundũ ordinariam Dei legem, dęmonũ expellendorum: impediri tamen quandoq; ob modicã ministri fidem: sicut & gratia est infallibilis sacramẽtorũ effectus, nisi recipientis obex obstet. Quod dicit esse valde probabile *Valẽtia 2. 2. disput. 6. q. 8. punct. 2. q. 2.* At verius est nõ esse infallibilẽ hunc effectum, sed ex congruitate quadam. Atq; ita verba Christi, *Marci vlt. In nomine meo dæmonia eijcient*, non tam significãt absoluta ea de re promissionẽ, quã id plerumq. esse futurum, qñ expeditet. Non enim ob solã ministri, aut dæmoniaci culpam, quandoque dæmones non expelluntur, sed etiam ex occulto Dei iudicio propter maiorem animæ vtilitatem, vel in aliorum exemplum aut propter aliud Ecclesiæ commodum: *teste D. Aug li. 83. quæstionum, q. 79.* Atque ita docent *Victoria de magia q. 6. n. 24. Sot. Valent. Suarez proxime alleg. Thyraus de dęmoniacis c. 47. nu. 6. Delrius l. 6. disquis. magic. c. 2. q. 3. sect. 3. remedio 4.*

17 Nec solent exorcismis omnes molestiæ repelli, quas dæmones hominibus inferunt: sed eæ solæ, ad quas repellẽdas ab Ecclesia ordinãtur. Vt sunt molestiæ, quas inferunt manendo in corporibus, & illa vexando: siue dum interius manẽt, siue dum exterius obsident; & illas regulariter sanant. At maleficia, & alia damna, quæ nobis inferũt, contra quæ nõ ordinantur directè exorcismi, non tolluntur per eos, nisi raro. Ita docet *allegat. Abulensis Delrius nu. praced. relatus.*

18 Quarta conclusio. Hæc arcendi dæmones potestas, eosque expellẽdi non est omnibus tradita, sed solis ministris rite ordinatis in Ecclesia, nẽpe, exorcistis. Quod colligitur ex *co. Actuum 19.* vbi filijs Scęnæ eam potestatem vsurpantibus obiecit dæmon, *Iesum scio, & Paulum noui: vos autem qui estis?* Ita *Sylu. verb. Exorcista nu. vnic. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2. col. penul. vers. sed ad primum. Delrius l. 6. disquis. magic. post 6. librum, in Anacephalæosi, monitione 10.* Qui bene addit non minus potestatẽ huius concessam esse exorcistis, quam etiam Episcopis, sed ex sola honestate, ac recto Ecclesiæ vsu, non debere clericũ inferioris ordinis id facere præsente clerico superioris ordinis ipso inuito. Hoc autem intelligit *Sylu. ibid.* de potestate competenti ex officio, nam potestate (inquit) generali omnibus tradita possũt omnes exorcizare. Quod etiam clare significat *Victoria de magia nu. 23.* vbi ait maiorẽ potestatem habere exorcistas ad expellendos dæmones, quam nõ promotos ad eum ordinem: & ita clare sentit hos quoque posse id efficere. At hoc bene explicat *Suarez to. 2. de relig. l. 4. de adiuratione c. 2. nu. 10. & 11.* sic distinguens. Si adiuratio sit solẽnis, & publica, secundum formam ab Ecclesia institutá, solis eius ministris promotis ad exorcistarum ordinem competit. Si autem sit priuata, possunt alij ea vti. Et quidem si modus est visibilis, vt quando dæmon corporaliter obsidet hominem, si expulsio sit efficax, & extraordinario modo, pertinet ad miraculorum potestatem, & ideo tentari non potest absque speciali spiritus sancti instinctu. Si vero sit priuatus & occultus, vel inuisibilis, competit cuicumque. Sicut quando quis à dæmone tentatur, potest ipsum adiurare in nomine Domini, vt recedat.

Quinta cóclusio. Nulla rõne est licitum alicui dæmones adiurare adiuratione deprecatiua, idest, ipsum dæmonẽ precando, vt ob Dei nomen exeat è corpore obsessi: nec etiã imperatiue, aut deprecatiue præcipiendo, aut rogãdo, vt nobis dæmones aliquod obsequiũ, qualiscumque generis sit illud, aut qualecũque beneficium præstent. Qd docent *D. Th. 2. 2. q. 90. art. 2. & ibi Caiet. ar. 1. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 8. Syluest. verb. adiuratio, q. 7. & ibi Ang. n. 2. & 4. Tabiena n. 6. Sotus lib. 8. de iust. q. 3. art. 2. Suarez to. 2. de relig. lib. 4. de adiuratione c. 2. n. 8. & 9. Leonard. l. 2. de iust. c. 42. dub. 13. nu. 70. & 71.* & Latissime probans ex multis Scripturę, Sanctorum testimonijs, & rationibus, soluensque contrarias, & dicens esse de fide, *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. puncto 2. q. 2.* Et contrarium facere est culpa mortalis grauissima. Vt bene docent *Caiet. ibid. Syluest. ea. q. 7. & q. 5. Tabiena eod. num. 6. concl. 8. Armilla verb. adiuratio, in fin. Nauar. summa, c. 11. Hispane n. 27. Latine, nu. 28.* Et ratio est, cur non imperatiue, quia Christus non reliquit potestatem Ecclesię aduersus dæmones, nisi ad eos arcendos, vel repellendos tanquam hostes, ne nobis noceãt. Quod est ab eorum societate recedere. At velle vti eorum ministerio, & obsequio, pertinet ad quoddam pactum, & societatem cum ipsis. Cur autem non etiã deprecatiue liceat petere etiam vt exeant à corpore, ex se constat. Quia tunc beneficium ab eis liberaliter conferendum expectatur. Quod est quædam pacti, & societatis cum ipsis inchoatio. Item quia quidquid dæmon sua sponte in nos confert, id omne ab hostili eius animo in nos, & in ipsummet Deũ proficiscitur. Semper enim eo spectat, vt Dei gloria obscuretur, & nos ipsum offendentes æternam damnationem incurramus.

20 At si scientia quæcumque naturalis, aut virtus quæcumque rei naturalis, semel cognita est ipso dæmone monstrante, nil obstat quominus postea quis possit licite illa vti, dummodo effectus naturalis sit nec pręsentem dæmonis concursum requirat. Quia illa scientia naturalis est, & quamuis male parta sit, iam id malæ acquisitionis peccatum transijt, nec inde aliquod vitiũ scientia naturalis, aut virtus naturalis, cognita contraxit. Ita docent *Victoria de magia, q. 4. nu. 15. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 13. punct. 2. col. 5. vers. quarto neque. Delrius lib. 2. disquis. magic. q. 4. litera F. vers. Pactum tacitum, vt si quis. Suarez to. 1. de religione lib. 2. de superstitione c. 15. n. 24. in fine, & c. 17. nu. 1. & 2.* vbi bene limitat dummodo conseruatio eius boni, iam non pendeat à dæmonis ope. De conseruatione diuitiarum dixi cap. præcedenti numero 2.

21 Hinc deducitur non esse approbandum quod ait *Syluest. verb. adiuratio, q. 5.* nempe, licere adiuratori præcipere dæmoni superiori, vt inferiorem è corpore pellat. Id enim non licere optime ait *Sotus lib. 8. de iust. q. 3. ar. 2. immediate ante vers. Huius autem.* Quia hoc est aliquod beneficium à dæmone recipere. Item constabit ex dicendis nu. sequenti. Idem docent *Suarez tom. 1. de relig. libro 2. de superstit. cap. 18. nu. 8. Leonard. lib. 2. de iustitia c. 44. dub. 6. nu. 46.*

22 Secundo deducitur, non licere adiurando inuocare dęmonem vt auxilium pręstet contra tempestates, & alia frugibus nocentia. Sic *D. Thom. 2. 2. q. 90. artic. 3. in fine. Sotus lib. 8. de iust. q. 3. art. 3. & omnes.* Redditque *Sotus* hanc rationem, quia etsi posset dęmon superior inferiorem arcere, vt ab eo damno inferẽdo cesset, minime tamẽ licet id ab eo petere, ne beneficium ab ipso recipiatur.

23 Sexta conclusio. Adiuranti integrum est, dæmonem ex corpore pellendum interrogare, ea quæ expulsioni cõducunt. Quia hoc non est velle societatem inire cum ipso, sed ab ea recedere. Item quia sicut licet adiurando imperare illi vt exeat, ita licet compellere ipsum ad cõducentia exitui. Et ita docent *Leonardus in lib. 2. de iustitia in capite 42. dubio 13. in nu. 71. Syluest. verb. Adiuratio, q. 5. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 8. puncto 2. col. vltima, vers. Ad secundum respondeo. Thyraus de dæmoniacis c. 46. nu. 23.* Vnde licet interrogare nomen. Quia confert

vt pręcepta, quibus aduersus eum vtimur, nominatim dirigamus. Ita *Leonard. Sylu. & Thyraus ibi, Delrius l.6. disquis. magic. cap. 3. lit. B. in fi.* Item licet causam ingressus interrogare. Quippe eam nosse confert, vt ea remota, si tolli possit, minor sit dæmonis in hominem potestas. Et si sit aliquod obsessi peccatum, vt astantes à similibus caueant & eo expiato, facilius sanetur energumenus. Ita *Leonard. Syluest. Thyraus & Delrius ibi.* Itē licet interrogare, an sit vnus dæmon, an plures in eo corpore. Quippe confert vt norit exorcista, cum quot hostibus pugnet, omnesque à corpore egredi imperet. Ita *Syluest. Thyreus, Leonard. Delrius ibid.* Atque ita in sacerdotali Romano docentur exorcistæ hęc omnia interrogare. Quamuis enim dæmones sæpe mentiantur; at quando diuina virtute ea sacrorum hominum adiurationibus adiguntur, vt causas fateantur, propter quas hominibus molesti sunt, non dubitandum quin ipsis fides haberi possit. Vt bene probat *Thyraus de spirituum apparitionibus, c.15. num.20.* Atque (vt bene ait *Delrius proxime allegatus,*) exorcismis cogitur dæmon veritatem fateri.

24 Licitum quoque est interrogare nō deprecatiue, sed coactiue, aliquam veritatem ad peculiarem Dei gloriā, & astantium vtilitatē quando adiurans prudēter iudicauerit id expedire. Quia tunc hostiliter agitur cū illo, tuncque calcatur, & cogitur. Nec enim ad Dei gloriā, & spiritualem astantium vtilitatem sponte dicit. Ita *D. Th. 2.2. q.95. art.4. ad 1. Caiet. 2.2. q.90. a.1. in fi. Tabiena verb. inuocatio nu.2. q.1. & verb. adiuratio, n.6. concl.10. Sotus lib.8. de iust. q.3. art.2. circa solut. ad 2. vers. primo argum. subnotatur, & omnes.* Sed addunt *Caiet. Tabiena, & Sot.* id non faciendum, nisi à sanctis viris, immo *Sotus* dicit à sanctissimis viris, qui potestatem à Deo accepere compellendorum dæmonum ad hęc vera fatenda.

25 Ex leuitate tamen, & curiositate quadā, res vanas & inutiles interrogare dęmonē in energumeno existeoté, est veniale, pp actus imperfectionē. Ita docent *Caiet. 2.2. q.90. a.1. ad fi. Et in sum. verb. interrogatio, in interrogationibus circa primum praeceptum, vers. sextum est. Syluest. verb. adiuratio, q.5. in fi. & q.7. Armil. verb. adiuratio, n. vlt. Leonard. vbi eū retuli, n.23. Suarez to.2. de relig. l.4. de adiuratione, in c.2. n.9. Tabiena verb. inuocatio, q.1. n.2. Sotus n. praeced. relatus. Nauar. sum. c.11. Hisp. n.27. Lat. n.28. Metina l.1. sum. c.14. §.2. fol.78. Pedraza sum. in 1. praecepto, §.10 Valētia 2.2. disp.6. q.8. punct.1. col. vlt. vers. ad 5.* Hoc tn̄ limitandum est primo, qn̄ vnum, aut alterum verbum interrogatur, at longos sermones cū dęmone commiscere, ait *Sotus* periculosum esse. Et *Caiet.* excusat à mortali *eo. a.1.* quia quasi obiter fit. Vnde etsi authores nō explicent id esse mortale, credo re vera esse: Quia negari nequit, rem esse grauissimā, & maximo periculo expositam, longos vanos cū dæmone sermones miscere. Secundo, dūmodo ea interrogatio nō fiat deprecatiue, sed imperatiue. Quia deprecatiue interrogare pertinet ad amicitiā cum ipso, & ita semper est mortale. Ita *Sylu. & Armil. eisdē locis.* Tertio, dū modo intentio nō sit addiscēdi aliquid à dęmone. Tūc enim esset mortale. Quia est aliquod ab illo beneficium expectare. Ita *Armil. ibid.* Quarto, dūmodo interrogās non firmam & certam dicto dæmonis fidē habeat. Quippe id esse valde honorare dæmonē, atque interrogātū valde periculosū. Ita *Sylu. et Armil. ibi.* Vltimo, nisi credatur fore vt demō occultum alicuius peccatum detegat. Tūc enim mortale esset, ob infamiæ proximi periculū. Atque ita docet *Metina ibid.* Tandē ex imperfectione actus, esset quoque veniale efficere vt dæmon in energumeno existens aliquid vanum faciat; vt mouere lapidem. Ita *Caiet. eo. a.1. ad fi. Tabiena verb. inuocatio, n.2. q.1.* Quod intelligo iuxta 2 limitationem proxime traditam, nimirū, vt id nō petatur deprecatiue a dęmone.

26 Cauendum autē exorcistis, ne cum dęmone iocētur, nugaciaue misceāt. Quia cū sancta res sit dæmones eijcere, sācte tractāda est. Ita *Delrius l.6. disquis. magic. c.2. q.3. sect. 3. in 4. remedio;* vbi & refert quoddā graue supplicium Dei, quod exorcistæ cuidā cum dæmone nuganti cōtigit. Qui etiam *post illum l.6. in Anacephalæosi, monitione 10.* optime ait monendos quoq; exorcistas esse, vt superfluis cū dęmone colloquijs abstineant, sed statim imperēt illi vt taceat. Quia (ait) accedūt multi causa audiēdi sermones, quos vltro, citroq; dęmō, & exorcista miscent; & solet dæmon nonnullos morū, fideiq; errores docere, impetrareq; vt astātes aliquibus vanis, & superstitiosis vtantur diffamat innocentes, aut vera occulta crimina detegit; aliquos dicit se timere, vt eos impellat ad superbiā. An vero ijs, quę dicunt dęmones, sit credendum, diximus aliquid n.23. & alia c.38. n.14.

27 Integrum quoque est exorcistæ dæmonem in infernum amandare. Quia illi is locus à Deo paratus est. Ita *Thyraus de dæmoniacis c.46. nu.23. Delrius lib.6. disquis. magic. c.3. lit. B. in fi.* Additq; (& bene) licere eum in desertum quoque locum trudere, vbi hominibus nocere nequeat; & hæc loca exorcistam tantū definire sub spe diuinæ ratificationis. Quippe electionis promissionem habemus, easq; autem illius exempla quædam, non tamen promissionem.

28 Sed specialis difficultas est, de petitione signi à dęmone, quo testetur se à corpore exire & fore vt nunquā redeat. Nā *Sotus l.8. de iust. q.3. ar.2. circa solu. ad 2. versic. Primo argumento subnotatur, & Ciruelo de supersti. 3. p. c. 8.* hoc tanquā superstitiosū damnāt; immo *Sotus* ait superstitiosissimum, & nullo mō ferendū. Idque tm̄ probat, eo quod sit mēdacij pater, ac proinde nec ipsi, nec eius signis fides habēda est. At si hæc rō aliquid probaret, concluderet vtique fore superstitiosum interrogare etiā alia, quę n.23. diximus licere interrogare, vbi ꝓbauimus aliquādo posse credi dæmoni coacto adiuratione ad manifestandā veritatē conducentē ad suā expulsionem. Qualis est hęc traditionis signi, quod est, extinctio luminis, vel vitri alicuius ruptio, vel aliquid aliud. Et sicut exorcismis cogitur, vt relinquat sua domicilia, ita etiā vt discessus signum det, vt de parta à nobis victoria constet. Tandē, quia in sacerdotali Romano instruitur exorcista vt hoc signum petat. Quare dicēdum est licere id petere. Et ita tenent *Thyraus de dæmoniacis, ca. 46. n.23. et c.52. n.4. et c.53. n.4. Delrius l.6. disquis. magic. c.3. lit. B. in fi. in vers. addunt adiurationi, et c.2. q.3. sect.3. in 4. remedio.* Fateor tamen ex hac signi traditione non astrictum esse dæmonem ad nō redeundum, sed si non redeat, est quia non vult aut ex aliqua alia causa eū cogenti. Vt docet *Abulensis 1. regum 16 qu.41.* Securiores tamen nos reddit de suo discessu, & de non reditu.

29 Secūdo dubitatur de flagellis, & alapis, quibus exorcista dæmoniacum percutit, an id superstitionē sapiat? *Simancas de cathol. instit. tit.63. nu.32. allegato Bartholomeo Sibilla* ait errare, qui dęmoniacos flagellis, aut alapis cedunt, qa dæmon fingit se dolere, aut affligi, vt fatuos decipiat, & vt corpora illa torqueantur. Et *Delrius l.2. disquis. magic. q.30. sect.5.* ait sibi nō placere catholicorū quorundā credulitatem, seu superstitionem, qui dęmoniaci flagellationibus eam vim tribuunt, vt putēt ijs dęmonem male affici irritari, aut exagitari; magisq; ait augeri dęmoniaci morbū afflictione, ac dolore flagellorum; & ea ira, ac tristitia cumulari dispositiones atrabiliarias dæmoni optatas, & ꝓinde dum hi dæmoni nocere volunt, magis eum iuuant. At *Thyraus de dæmoniacis, c.46. num.51.* multis sanctorum exemplis cōprobās ait percutere flagellis, & alapis, atque alijs modis obiectos punire, non sapere superstitionem, sed licitum esse. Idque ob duplicem causam. Altera est, quod dæmon nimis confundatur, dum hæc tanquā contemptus sui argumenta assumi intelligit. Altera vero, quod ad ipsius etiam dæmonis electionem hæc valere videātur; eo quod dissoluuntur conditiones, quas ipse in humano corpore postulat, & proinde aufugit, vtpote qui aptū sibi domiciliū minime inuenit. Sed quid in hac re ... sententiam,

sentiam, explicabo num. sequenti. Quia eadem est de vtroque casu ratio.

30 Atque idem dicunt *Simancas, & Delrius nu. præced. alleg.* de fumo hypericontis, rutæ, & cornuũ, stercorisq; caprini, quo defatigari solet aliquã dæmoniacus ab exorcista. id n. damnant eodem modo, ac eadẽ rõne quibus flagellationem. Id ẽt tãquam superstitiosum damnat *Ciruelo de superstit. 3. p. c. 8.* Id quoque superstitiosũ ait *Abulensis 1. Reg. c. 16 q. 42.* at cum hac limitatione, quasi huius fumi virtute possit dęmon pelli, eum applicando. Sed dicendũ est de flagellationib. fumo, & sputo, quib. dæmoniacus ab exorcista defatigatur, si hæc adhibeantur tanquã virtutem aliquã habentia directe ad dæmones expellẽdos, aut affligẽdos, manifeste esse superstitiosa. Quia nullam rem corpoream id efficere posse probauimus num. 10. Et ita optime, & cautissime *Abulensis prox. me alleg.* cum hac limitatione hæc tanquam superstitiosa damnauit. At si non ea existimatione adhibeantur, sed quasi dæmonem confundentia, & in ipsius contemptũ, & contumeliam, vt vel sic se contemni in eo domicilio minime patiens tãquam superbissimus, illud deserat, non sunt superstitiosa, sed ex se licita. Vt optime dixit *Thyræus n. præced. alleg.* Et ita relato *Gulielmo, Philarcus, de officio sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 11.* dicit multos sanctos dæmonem expulisse exspuendo in eum. Quia dæmon (ait) se contẽni videns torquetur, & ideo aliquando recedit. Posset tamen exorcistã aliquando alia ratione peccare, si prudenter se gereret percutiẽdo grauiter, aut nimis eo fumo molestando dęmoniacum. Cum n. ea in sola dęmonis cõtumeliam, eiusque contemptum, fiant, & non quasi corporaliter affligentia, satis est, si moderata sint, ita vt corpus dæmoniaci minime torqueant, sed solam dęmonis superbiam eum contumelia illa afficiendo.

31 Nec etiam superstitiosum est, sed licitum, applicare aliquas herbas medicinales, aut alia medicamẽta dęmoniaco. (Vt diximus n. 10.) Id. n. non fit quasi ea vim contra dęmones habeant, sed ad medendũ morbo. Ex quo fit si exorcista in aliquo libro de hoc tractãn inuenerit aliquas medicinas ergo applicãdas, teneri eas medico relinquere. Quia cum ipse medicãdi artis ignarus sit, poterit facile errare. Ita *Philarc. nu. præced. alleg.*

32 At superstitiosum, & vanum est præcipere dæmoni sub pœna excõmunicationis, vt exeat. Quia dęmonem excõmunicationis incapacem esse constat. Quare dum in sacerdotali Romano instruitur exorcista vt id præcipiat, non sumitur excommunicatio proprie, sed pro execratione, & maledictione. Vt bene ait *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 5. sect. 1.* Et hoc modo id est licitum.

33 Licitum quoque est, nomẽ dæmonis in aliqua papyro scribere, & id scriptum comburere. Et ita dicitur faciẽdum in sacerdotali Romano. Quia id fit in dæmonis cõtemptum, & contumelia afficiendi ipsius gratia. Vt in simili dixi n. 30. & docet *Philarc. ibi. alleg.* At superstitiosum est, & magia manifesta, radere pilos, aut capillos dæmoniaci, ad expulsionem dæmonis. Quod bene docet *Victoria de mag. nu. 16.*

34 Vanum vero est, vti terminis iudiciarijs erga dæmonem præcipiendo ei vt nunc exeat, & iterum tali die se iudicio sistat. Quare monendi sunt exorcistę, vt bis terminis abstineant. Quia his non intentatur cũ dæmone, nec exorcista est eius iudex. Ita *Delrius l. disquis. magic. post l. 6. in Anacephalæosi, monitione* 10.

35 Ex dictis potest colligi quando exorcistę superstitiosi sint. Sed aliqua sunt, quæ ipsos valde suspectos reddũt de superstitione, ac pacto cum dæmone. Primum est, si laici, aut clerici sola prima tõsura insigniti, exorcizandi munus quasi ex officio, aut peculiari Dei priuilegio sibi vsurpent. Quia cum id priuilegium nõ ostendant, & certum sit id munus ex officio illis non competere, suspecti valde sunt. Ita *Delrius nu. præcedenti allegatus.* Secundum est, si quis clericus, aut religiosus, quasi peculiare sibi vendicet plus virtutis ad dęmones exorcismis expellẽdos sibi inesse, quam cæteris eiusdem ordinis. Quia cũ contrarium sit verum (vt diximus n. 18) hi sunt clare mẽdaces, nisi peculiare Dei priuilegiũ ostendant. Et ita docent *Delrius ibid. & Ciruelo de superst. 3. p. c. 8.* At bene cõcedendum est aliquos maiori dexteritate præditos esse ad exorcismos contra dæmones adhibendũ, meliusq; nosse, quo pacto dæmones in energumenis tractandi sint. Tertiũ est, si peculiaribus exorcizandi formulis, & ritibus diuersis à cõmunibus Ecclesiæ vtantur. Ita *Delrius, & Ciruelo ibid.* Quartũ est, si vocibus ignotis vtantur, quas solis dæmoniacis ad aures dicunt. Quia adhibere nomina ignota, & modus clam dicendi, eos merito suspectos reddat. Vt in simili diximus c. 40. n. 9. & 22.

36 Tandem circa dæmonis adiurationem dubitatur, an liceat exorcistis cõniuere petitioni dæmonis ab obsesso corpore egressuri? Breuiter dicendum est, licitum esse conniuere, quando rem iniquam nõ petit; eo quod ea nec cõtra Dei honorem, nec proximi vtilitatem sit. Vt si petat non relegari in infernum, aut nouis malis non affici. Id enim non est aliquid tanquã amico concedere, eive placere velle, sed vt facilius à corpore obsesso egredi cogatur. Et ita docet *Thyræus de dæmoniacis ca. vltimo, à n. 1. vsque ad 8.* Si tamen dæmon petat ad aliũ hominẽ transire, aut eũ vexare; regulariter, & fere semper, illicitum est conniuere. Quia est in proximi damnum. At id liceret quadruplici concurrente cõditione. Prima est, vt is quem dæmon possessurus est, sit pessimus, & eo supplicio dignus. Secunda, vt adiurans habeat ius, & imperium in eũ, quem dæmoni traditurus est, atque potestatem in ipsum dæmonẽ, summumque ius ad ipsum expellendum, quandocunq; libuerit. Tertia est, vt adsit boni maioris spes. Quia scilicet, speratur fore vt hac ratione proximus iuuetur, qui alijs rationibus iuuari posse non videbatur. Quarta est, vt absit voluntas placendi dæmoni, sed id tantum fiat ad vtẽdum ipso tanquã lictore, & carnifice. Ita docet *Thyræus eo. c. vltim. à n. 8. vsque ad* 14. Tandem etsi integrem sit, in prædictis conniuere dæmonis petitioni; at non tenetur ad id exorcista. Vt bene docet *Thyræus ibi, in fin.*

37 Septima conclusio. Adiurare creaturas non rationales fructibus nocentes, vt locustas, pulgon, nubes, &c. dirigendo sermonem ad ipsas, quasi ipsæ sese moueãt, & ex se efficiant nobis aduersa, est vanũ. Quod nec ipsæ mouere se valeãt ex intentione ad nocendũ: vt euenit in animalibus irrationalibus; aut nullo modo se moueãt, vt euenit in nubibus, & tẽpestatibus, nec omnia hæc adiurationis percipiendæ capacia sint. At integrũ est ea omnia adiurare, quatenus ab alio mouentur ad nocendũ nobis. Cũ ergo possint, & à Deo, & à dæmone ad id moueri quãdo mouentur à Deo, adiuranda sunt deprecando Deũ, vt id malum auertat; quando vero è dæmone, imperãdo illi ne moueat, sed nocere desistat. Ita *D. Th. 2. 2. q. 90. art. 3. ab omnibus receptus.* Adiurare autẽ hæc priori modo ait *Nau. lib. 5. cons. tit. de sententia excom. in 1. edit. cons. 5. n. 10. in 2. cons. 2. n. 10.* esse mortale. Quia nõ est res leuis sed est quasi ridiculos facere exorcismos Ecclesię. Et videntur fauere *Angelus verb. Adiuratio, in fi. & ita Tabiena in fine*, dicunt enim adiurationẽ illicitã esse ex se, siue ex genere suo mortalẽ. Sed re vera nõ fauẽt; quia ad hoc satis est vt intra suã speciem possit esse quandoque mortalis; & cũ hoc stat in hoc casu eam esse venialẽ, ratione leuitatis materiæ. Quod plus mihi placet, quia est sola vanitas quędã, nec animus sic adiurantis est ridiculos facere exorcismos, eosve cõtemnere. Atque ita docent *Syl. verb. Adiuratio, in fi. & ibi Tabiena n. vlt. concl. 11. Margarita confessorũ in primo præcepto, f. 63. Suarez, to. 2. de relig. l. 4. de adiurat. c. 4. n. 12. in fi.* Quia tñ nobis nõ cõstat, an à Deo, an à dæmone moueãtur, vtitur Ecclesia vtriusque exorcismis, nempe orando Deum, & imperando dæmoni.

38 Quare etsi in exorcismis, quando verba adiurationis ad ipsasmet creaturas irrationales dirigãtur, nõ est in-

tentio

tentio dirigendi, quasi ipsæ adiurationi conniuere debeant, auertendo malum; sed vere adiuratio ad morore dirigitur, ad ipsas autem aliqua modo, vtpote in quibus recipitur illa operatio seu effectus nobis aduersus, quẽ per adiuratione aduertere conatur. Ita *Val. 2. 2. disput. 6. q. 8. punct. 2. ad fi.*

39 Vltima cõclusio. Superstitiosum, & vanum est, quod quidã irrationalium horum adiuratores admiscere solent. Quãdoque enim se iudices cõstituũt ad dirimendã litem inter hæc irrationalia, & plebem cui nocent; instituuntque accusatorẽ, & aduocatũ, & irrationaliũ procuratore, & dant accusationis copiã, audiũtque procuratoris defensionẽ; ac tandem vtriusq; partis rõnibus auditis sententiã proferũt. Quippe si lis cõtra irrationalia intẽtetur, sunt litis, & sententiæ percipiendorum incapacia. Et si aduersus dæmones, à quibus mouentur, nil refert illos accusare, aut defendere. Atq; ita docent *Sotus l. 5. de iustit. q. 12. a. 2. in fi. & l. 8. q. 3. a. 3. in fi. Nau. l. 5. consil. tit. de senten. excomm. in 1. edit. toto cons. 5. in 2. toto cons. 2.* vbi latissime confutat *Chassanæum consil. 1. nu. 124. & sequent.* qui hæc defendit. *Ciruelo de superst. 3. p. c. 10. Valent. eo punct. 2. in fin. Delrius l. 3. disquisit. magic. p. 2. q. 4. sect. 8. pag. 2. & post l. 6. in Anacephalæosi, monitione 11.* Quare male *Anonymus tract. 2. de exorcismis, paulo post medium,* hæc fieri consulit, & docet. Sunt etiam superstitiosi qui dũ hæc adiurant, pugnare cõtendũt cũ nubibus, & locustis, &c. Quia eam pugnam nil conferre manifestum est. Ita *Sotus eo l. 8. q. 3. a. 3. in fine.* Superstitiosi quoque sunt hæc excommunicantes. Quia excommunicationis incapacia sunt. Ita *Sotus vtroque loco, & Nau. proxime alleg. Idem Nau. sum. c. 27. n. 13. Suarez to. 5. in 3. p. disp. 5. sect. 1. in fi. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 78. in fi. Enriq. l. 13. de excõm. c. 25. n. 1.* Nec obstat (aiũt *Nau. eo. cons. n. 12. & Manuel eo. n. 78.*) sæpe hæc sẽtentiæ obedire, ac nocere desinere; quia id nõ proficiscitur ex virtute sentẽtiæ, sed ex potestate dæmonis auferentis ea animalia nocentia; vt vel sic vana hæc & superstitiosa hominibus persuadeat.

40 Tandem superstitiosi sunt, & virtute pacti cum dæmone id efficiunt, qui iactitant se habere potestatẽ nubes, ac reliqua frugibus contraria, ex certo loco expellendi. Quia si dicant esse supernaturalem, tenẽtur eam probare (Vt diximus c. 40. nu. 44.) Si naturalem, ea vis nulli inesse potest. Nam si hæc auertere valent, cur non incendia, & alia nocentia? Cur etiam nequeunt bona adducere, vt pluuiã tempore siccitatis? Quibus, & alijs rationibus hoc optime probat *Delrius de disquis. mag. post lib. 6. in Anacephalæosi, monitione 11.*

CAPVT XLIII.

De licito reliquiarum sanctorum vsu.

SVMMARIVM.

Reliquiæ sanctorum veneranda sunt, & quo cultu. nu. 1.
Quid nomine reliquiarum intelligatur. & an conuersa in cineres & vermes, adoranda sint. nu. 2.
Cultus publicus quis sit: & an soli sancto canonizato sit exhibendus. n. 3.
Cultu priuato an possit sancto non canonizato exhiberi. nu. 4.
Explicatur quis cultus liceat. & quis non liceat sancto non canonizato deferre. à n. 5. vsque ad 8. Et quod ad se altare alicui sancto dedicare, ibi. nu. 7.
An possit Episcopus constituere festum sancti non canonizati. num. 9.
An possit Episcopus ex facultate Tridentini sancti alicuius antiqui nondum canonizati reliquias approbare, vt publice venerentur. nu. 10.
An sufficiat traditio aut communis Ecclesiæ consensus illum sanctum reputantis. n. 11.
An videat sicca multa sint cum reliquijs sancti canonizati. nu. 12.
Quid ... reliquiarum sancti canonizati desideretur, vt priuatim, & absque consitione venerentur. nu. 13.
Quales ... publice, & absque conditione venerentur & an possit Episcopus ad ... approbare. nu. 14.
An possit extra suam diœcesim id facere. eadem nu. 14.
Quam diligentiam teneatur adhibere ad hoc: & an solus ipse habeat votum decisiuum. nu. 15.
An in tanta quæstione sit opus Concilio Prouinciali: & teneatur sequi suffragia maioris partis. nu. 16.
Qualiter crux reliquiarum in altari collocetur. antequam illa sint per Episcopum approbata. nu. 17.
Reliquiæ Roma allatæ cum bulla Apostolica aut aliunde cum sufficienti testimonio an ... collocentur, approbanda ab Episcopo: & exigatur diligentia in Tridentino præscripta. nu. 18.
Quando reliquiæ sunt dubiæ, quod faciendum. nu. 19.
An liceat reliquias in collo gestare. & sit specialis malitia tunc fornicari. & qualis culpa sit falsas reliquias proponere. Remissiue. nu. 20.
An reliquiæ possint extra capsam ostendi. nu. 21.
An liceat eas venales, aut causa quæstus exponere. & quando sic exponi dicantur, nu. 22.
An liceat reliquias furtiue subtrahere. nu. 23.
An sint ibi excommunicati. nu. 24.
An si spoliata sint, liceat ea alijs transferre. nu. 25.
An liceat laico eas tangere. nu. 26. Et ibi an clericis minorum ordinum liceat eas in processionibus portare?
An liceat laicis, vel clericis minorum ordinum agnos Dei tangere. num. 27.
An liceat agnos Dei depingere. nu. 28.
An liceat eos vendere. nu. 29.

1 QVia debitus reliquiarum vsus ad Dei, & sanctorũ cultũ pertinet, ideo in hoc primo præcepto quod de Dei, & sãctorum cultu est, institui in hoc vlt. cap. de licito reliquiarum vsu aliqua tractare. Quæ breui quibusdam difficultatib. propositis explicabo. Et præmittendum est, pium esse, ac sanctum reliquias sanctorum venerari. Quod est de fide, & latissime cõtra hæreticos defendunt ex neotericis *Bellarminus l. 1. de sanctis, à c. 1. vsq. ad 4. Azor to. 1. l. 9. instit. mor. c. 8. à q. 1. vsq. ad 4. & c. 10. à q. 6. vsque ad 9. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 11. toto punc. 6. Suar. to. 1. in 3. p. q. 25. art. 6. disp. 55. Vasq. de adoratione imaginum l. 3. disp. 3. à n. 78. per plures.* Qui optime probant eundem cultum illis exhibendum, qui sanctis ipsis, quatum sunt debetur.

2 Intelligũtur autem reliquiarum nomine, ipsa sanctorum corpora, & quælibet corporum particulæ, siue ossiũ, siue carnium, capilli, vngues, dẽtes, cineres, aut pulueres, in quæ conuersa sunt, & alia, quibus tempore vitę vsi sunt, & vela, panni, & alia, quę ad eorum corpora vel ossa admouentur, vel quæ ipsa tetigere, ad ipsave pertinent: vt bene tradit *Azor l. 9. instit. moral. c. 8. q. 1.* Quod si quæras, cur cineres aut pulueres, in quę ea corpora conuertuntur, adorentur: non autem vermes, qui ex ipsis corporibus sanctorum fiunt, cũ vtrobique sola sanctorum materia prima supersit: optimam huius rationem tradunt *Vasquez de adoratione imagin. l. 3. disp. 3. c. 8. nu. 114. & Suarez t. 10. in 3. p. disp. 55. sect. 1. in fine.* quia quod in reliquijs manet, solum adoratur propter habitudinem ad personam, cuius reliquiæ fuerunt: quę est relatio rationis, seu moralis quædam dignitas, in quantum commode & decenter in illis apprehenditur ipse sanctus vt adorabilis. Quare cum ad eum statum perueniunt, vt adoratio indecens sit, nec in illis decenter apprehendatur sanctus, cessat earũ adoratio. Quod contingit, quando sunt in vermes transmutatæ. Addit tamẽ bene *Vasquez*, etsi recta intẽtione, & syncera fide possit quis in vermibus sanctum apprehendere, & venerari, at publice proponere eos vermes adorandos nõ licere.

3 Prima ergo difficultas sit. An attento iure cõi reliquię viri nondum in sanctorum numerum à Papa cooptati possint adorari? Breuiter sic distinguendũ est, si de publico & solẽni cultu loquamur, solius sancti à Papa in sanctorũ numerum relati, id est, *canonizado*, reliquię venerari possunt. Quod cõstat ex *c. 1. & c. fi. de reliq. & vener. sanct.* Et fatentur omnes. Dicitur autẽ publicus & solemnis cultus, non eo quod coram alijs exhibeatur; sed ille qui totius Ecclesię nomine, & tãquam ab ea institutus exhibetur. Vt bene ait *Bellarminus li. 1. de sanct. c. 10.* Et specialius constabit ex dicendis *à nu. 5. vsque ad 9.* Vbi explicabitur quis dicatur cultus priuatus, qui potest deferri sancto nondum canonizato.

4 Cultus aũt priuatus deferri põt nondum in sanctorũ numero à Papa ascripto, eiusq; reliquijs. Constat ex *d. c. fi.* vbi huiusmodi sanctũ publice honorari interdicitur. Quare à cõtrario sensu priuatus honos permittitur. Atque ita docent *ibi Ant. n. 6. Abb. n. 3. Card. d. notab. 4. Anch. n. 2. Inn. c. 1. eo. tit. in fi. vbi Host. in fi. Io. And. nu. 6. Gl. c. vnico, verb. Sedis, de reliq. & vener. sanct. in 6. Sylu. verb. Reliquiæ, in initio,* vbi et reliqui summistę. *Bellarm. n. præced. allegat. Azor to. 1. l. 9. instit. moral. c. 8. q. 8.*

5 Hinc deducitur, licere huiusmodi virum credere, &

vocare

vocare sanctum, ac ipsum inuocare, etiam alijs audientib. Sicut fecere *D. Greg. Nazianz. in vita D. Athanasij, & D. Basilij, et D. Hieron. in vita D. Paulæ*, antequã essent canonizati. Et constat, quia oramus viuentes quamuis eos sanctos esse nos lateat. Cur ergo non licebit defunctos orare, quos maiori ratione sanctos esse cõfidimus? At non liceret eum prædicare tanquã sanctum in sanctorum catalogo à Pontifice inscriptum. Nec liceret etiam in publicis litanijs, & sacro officio eum inuocare. Quia est cultus publicus, & nomine totius Ecclesiæ institutus. Hæc docet *Bellarm. nu. 3. alleg.* Quod intelligo non tantum, quando litaniæ publice recitatur, sed etiã quãdo priuatim. Sicut de officio canonico dicendũ est, Quia re vera is cultus est ab Ecclesia institutus tãquam publicus, & solemnis nomine ipsius delatus. Quare solis sanctis canonizatis competit.

6 Secundo deducitur, licitum quoque esse imaginem eius pingere, & venerari, non tamen in templo constituere eo modo, quo aliorũ sanctorum imagines. Ita *Bellarm. ibid.* At prius videtur etiam si cũ radijs & diademate pingatur, dummodo non in publico loco adorãda proponatur. Quia id pertinet ad cultum publicũ. Et quamuis ea pictura ex vsus accommodatione sit sancti canonizati at cum priuatim habẽda tantum pingatur: ea pictura non pertinet ad cultum publicum. At id nõ audeo affirmare Posterius autẽ videtur quando in tẽplo cõstituitur instar sancti canonizati, vt ab omnibus colatur. Quod etiã constet ex *Trident. sess. 25. in initio, decreto de inuocatione, &c. ad fin.* vbi interdicitur insolitã ponere imaginem absque Episcopi approbatione. Neque Episcopus eam licentiã concedere potest, nisi sanctus canonizatus sit. (vt dicam n. 10.) At liceret hęc ex summi Pontificis permissione id scientis, & tacẽtis. Qđ aliqñ fieri solet, cũ de alicuius sancti canonizatione tractatur. At licet simul ponere imaginẽ alicuius depictã cũ imagine sancti canonizati, in memoriam beneficij ab illo recepti: vel ad ornatum altaris simul cum alijs imaginibus. Iuxta ea, quæ nu. 17. dicam.

7 Tertio deducitur, nec in altari domus priuatæ licere eam imaginem sancti non canonizati tenere, si sola in eo sit, & cum lampade. Ita *Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 9. in fi.* Et fauet *Trid. nu. præc. citat.* prohibens vllo in loco, vel Ecclesia vllam insolitam ponere imaginem. Sed cõtrarium videtur. Quia id ad cultum priuatum pertinet. Et Tridentinum de loco publico videtur intelligendum. Nam experientia testatur in altari domus priuatæ sæpe reliquias venerandas exponi non approbatas ab Episcopo. sed nõ audeo affirmare id licere. Non tamen licet in honorem sancti non canonizati altaria dedicare. Quod bene docet *Bellarm. n. 3. relatus.* Altare autem dedicare non est in eo imaginem sancti constituere; sed tẽpore cõsecrationis altaris id illi sancto dedicare. Vt cõstat ex Pontificalibus Romanis antiquis, & hoc vltimo Clement. VIII. Vbi in litanijs consecrationis altaris ter repetitur: *Vt hoc altare ad honorem tuum, & sancti, N. consecrandum, &c.* Et quinquies Episcopus signat altare dicens: *Sanctificetur hoc altare in honorem Dei, &c. & ad memoriam, & honorem sancti. N.* Et in sepulchro eiusdem altaris ponuntur hæc verba; *Ego N. Episcopus consecraui altare hoc in honorẽ sancti. N.* Quorum verborum meminit *Abb. c. 1. num. 2. de consec. altar. Syl. verb. altare, n. 1.* Nec licet in honorem eius tẽpla, & sacrificia instituere, nec reliquias eius publice in templo venerãdas exhibere. Qui hæc sunt propria sancti canonizati. Vt bene docet *Bellarm. ibid.* qui bene addit licere eius mortui vestes vel frustulum sumere, ac manus, & pedes osculari, etiam alijs videntibus, dummodo scandalum absit. Quia licet hoc modo viuentes, quos credimus sanctos venerari. De reliquijs vero in altari priuato collocandis idem sentio, quod de imagine eius dixi.

8 Quarto deducitur, non licere ei publicum festum instituere. At licet alicui in natali eius a seruilibus se abstinere & vacare Deo in eius memoriã. Quia prius ad cultum publicũ, posterius autem ad priuatum spectat. Hocq; sancti veteres fecere. Vt constat ex *Cassian. collatione 19. c. 1.* Prius docet *Suar. to. 1. de relig. l. 2. de festis, c. 11. n. 5.* & vtrumque docet *Bellarm. eod. c. 10.* Idem intelligo de ieiunio, & voto. Publicum enim ieiunium in memoriam eius indici nequit; nec publicum votum ei offerri: quale esset, quod totus populus ei offerre vellet. Quippe hęc ad publicum cultum pertinent. At posset priuatus in memoriam eius ieiunare, aut ei votũ offerre; sicut de festo seruando diximus; & hoc etiam alijs scientibus, dummodo scandalum absit. Vt in simili diximus numero præced.

9 Quinto deducitur, quo pacto intelligantur *c. fin. de ferijs, & c. 1. de consecr. d. 3.* permittentia Episcopo diẽ festum instituere. Quamuis enim *Vincentius Doctor quidã antiquus* voluerit ea intelligi etsi sãctus nõ sit canonizatus; ac p hęc dicit corrigi *c. 1. de reliq. et venerat. sanct.* reseruãs Põtifici cultũ sancti nõ canonizati. At eũ reprehendũt iure optimo *Glossa eo. c. 1. verb. Festiuitates, et ibi Hostiens. n. 8. Ioan. And. n. 6. Glos. c. vnico, verb. Sedis, de reliq. et vener. sanct. in 6. vbi Dominic. n. 11. Frãc. n. 3. Innoc. c. in fi. n. 1. vers. Solẽniter, de ferijs, & ibi Ioan. And. nu. 8. Ant. n. 4. Abb. n. 4 Imol. n. 3. Troil. de canonizatione sãctorũ. dub. 2. n. 12. D. Ant. 2. p. ti. 9. c. 7. in princ. Syl. verb. Dominica, q. 1. dict. 1.* Quare dicũt eos textus permittentes Episcopo festũ diẽ alicuius sãcti in sua diœcesi instituere, intelligi debere de sancto ab Ecclesia in sanctorum numerũ cooptato. Aliã limitationem ponam nu. 11.

10 Secunda difficultas est. An attento decreto *Tridẽtin. session. 25. statim in principio, in decreto de inuocatione, veneratione & reliquijs sanctorũ, ad finẽ*, liceat Episcopo approbare reliquias sancti antiqui nondũ canonizati, atque eas publice venerãdas exponere? Videtur enim id posse. Quia qñ certũ erat sanctũ esse canonizatũ, licebat iure communi Episcopo eius reliquias approbare, ac publice venerãdas ꝓponere. Vt bene docent *Abb. c. finali, ad fi. de reliq. & vener. sanct. Graffis 2. p. decis. l. 2. c. 14. n. 9.* Ergo dum Tridentinũ cõcedit Episcopo priuilegiũ reliquias de nouo inuẽtas approbãdi, intelligit de reliquijs sancti nõ canonizati. Quia alias frustraneũ esset priuilegiũ, vtpote quod nil concederet. Cum tamen verba priuilegij debeãt necessario aliquid operari. *c. Si Papa, vers. Si autẽ, de priuileg. in 6.* At oĩno tenendũ est, solas reliquias sancti canonizati posse Episcopũ approbare, vt publice venerẽtur. Ducor, primo ex ratione generali, quod correctio iuris omnino in quantum fieri possit, vitanda sit, etiã si ob id verba improprientur. Vt probaui lib. 1. de matrim. disput. 17. n. 6. Quod maxime procedit in decretis Cõcilij generalis, de quibus oportet mentionẽ specificam fieri in clausula derogatoria, vt eis derogatũ censeatur. Vt probaui lib. 3. de matrim. disp. 26. n. 7. Cum ergo in prædicto Tridentini decreto nulla sit clausula derogatoria, dicendum non est per illud derogari decreto Concilij generalis Lateranensis, ex quo desumptũ est *c. finale, de reliq. & vener. sanct.* statuens, vt reliquiæ denuo repertæ nun adorentur publice absque summi Pontificis licentia. Sed vtrumque decretum ad concordiam redigendum est, vt hoc intelligatur quãdo sunt reliquię sancti non canonizati; illud autem quando sunt canonizati. Secundo, quia decreta posteriora, quando prioribus expresse nõ aduersantur, sunt per priora corrigenda determinãda, & supplẽda, quo legũ correctio vitetur. Vt expresse deciditur *l. Sed & posteriores, iuncta Glossa verb. Pertinent. ff. de legibus.* At nemo dicet ita decretũ Tridentini opponi decreto priori Concilij Lateranensis, vt iuxta illud intelligi, per illudque suppleri, & declarari nequeat, vt intelligatur de reliquijs sancti canonizati. Tandem, quia Tridentinum in eo decreto in proœmio, profitetur se velle, vt in reliquiarum veneratione stetur vsu Ecclesiæ, & Conciliorum decretis; & dũ committit Episcopis reliquiarũ approbationem, sic incipit. *Hæc vt seruentur, statuit sancta*

& a synodus, &c. Nec in fine aliquã clausulam derogatoriam apponit, vt quãdo vult derogare, solet apponere. Vt constat ex *eo. Concilio, sess. 7. c. 10. de reform. & sess. 23. c. 10. de reform. & ex multis aliis locis.* Signũ ergo est, nullius Concilij Generalis decretis velle derogari; sed potius ea integre velle custodiri. Quare decretum Tridentini nullum priuilegium episcopis concessit, sed solam formam ab eo seruandam in approbãdis reliquijs noniter inuentis tradidit, quam n. 15. & 16. explicabimus. Et sic docent *Suarez to. 1. in 3. p. q. 25. ar. 6. disp. 55. sect. 2. vers. sed quaeret aliquis Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 9. ad fin. Azor to. 1. l. 9. instit. moral. c. 8. q. 8.*

11 Sufficeret tñ, vt de sanctitate personę per traditionem aut vniuersalem Ecclesiæ consensum constaret. Quia hæc canonizationi æquipollent. Et ita docet *Suarez nu. praeced. alleg.* Et ita debet intelligi *Host. c. fi. n. 9. de relig. & ven. sanct.* vbi dicit ideo eum textum dicere solius Pontificis esse reliquias de nouo inuentas approbare. Quia si inuenireiur cum ipsis scriptura testans esse alicuius sancti antiquitus approbati, possent Pontifice incõsulto venerari. Et *idem Host. c. 1. eo. tit. nu. 8. & ibid. l c. And. n. 6.* vbi aiunt posse episcopum diem festum sancti instituere modo antiquitus sanctus ille approbatus esset. Et redditrõnem *Host.* eo q̃ antiquitus non seruabatur solẽnitas canonizationis, quæ mõ est in vsu. Sed vtrumque dictum intelligendum est iuxta doctrinã proxime traditam, quando sanctus ille antiqua ecclesiæ traditione, aut vniuersali ipsius consensu approbatus est.

12 Posset tamen hęc quispiam limitare, nisi reliquię sancti non canonizati ita essent permistæ cũ reliquiis sancti canonizati, vt discerni non valeant: tunc enim videtur posse episcopum omnes illas approbare, ac publice adorandas proponere ratione connexionis. Quia dignius trahit ad se minus dignum. Qua ratione oleum non consecratum admistũ consecrato remanet consecratum, *c. quod in dub. de cõsecrat. eccl. iun. Gl. ibi verb. consecrato,* & communi Doctorum sententia. Et potest confirmari, quia etsi excommunicati corpus in loco sacro sepultum exhumandum sit; at vbi discerni nequit à ceterorum fidelium corporibus ab exhumatione abstinendum est, *c. sacris de sepult. vbi Gl. verb. excommunicatorum,* & cum ea Doctores aiunt id prouenire causa connexionis, & impossibilis separationis, iuxta *c. denique 14. q. 5.* Sed dicendum est non posse. Quia *c. quod in dubijs,* procedit in solis liquoribus. Vt docet *Anto. c. 1. nu. 1 1. de consecr. eccles. & ibi Abb. in fine.* Et præterea desideratur, vt liquor consecratus mistus sit in maiori quantitate, iuxta communem sententiam. At in præsenti latitat nos quarum reliquiarum, quãtitas excedat. Nec *c. Sacris* probat omnes illas reliquias ob connexionem venerandas esse Sicut si constaret inter eas esse reliquias hominis peruersi, non essent, ob connexionem omnes venerandę sed adoratio ferenda esset ad eas solas, quæ sunt sancti. Quare solum probat non esse reliquias eas conculcandas, & temnẽdas, sed custodiendas separatim in loco decenti. Sicut de reliquiis dubiis dicemus nu. 19.

13 Tertia difficultas est. Qualis certitudo veritatis reliquiarum sãcti canonizati desideretur, vt venerari possint? Et quidẽ si loquamur de cultu priuato, satis est priuatũ testimonium virorum fide ignorum, vel alia ratio, & coniectura ita probabilis, vt sufficiens sit ad prudenter iudicandũ ita esse. Ita docet *Suarez, 1. to. in 3. p. q. 25. ar. 6. disp. 55. sect. 2. vers. at vero vt reliquia.* Quod idẽ tenet *Vasq. de adoratione imaginum, l. 3. disp. 3. c. 8. n. 114.* vbi ait sufficere humanas coniecturas, & quãuis addat & rões certas intelligi de certitudine morali, qualis ex ijs humanis cõiecturis habetur. Sed clarius *Azor to. 1. l. 9. instit. moral. c. 8 q. 8.* dicens satis esse ad priuatã venerationẽ, si vir pius, & fide dignus reliquias tradiderit. Atque idẽ sufficit, vt prædictæ reliquiæ, absolute, & absque aliqua conditione venerentur priuatim. Quia in rebus moralibus non est petenda maior certitudo, quã ad exercendos alios virtutis actus, & nullũ formalis erroris periculum adest. Cum ratio formalis venerationis sit ipsa sanctitas; etsi aliquãdo materialiter erretur. Atq. ita docet optime *Suarez proxime relatus.* Atq. idẽ prorsus dicendum est reliquiis sancti non canonizati. Sufficit enim vt priuatum adorentur, si prædicta moralis certitudo sanctitatis illius viri, ac veritatis eius reliquiarum habeatur. Quia ea dem est ratio.

14 Si autem de cultu publico loquamur, videtur id esse solius summi Pontificis, ita vt nullus alius possit reliquias sancti ẽt canonizati venerandas publice proponere, atq; ad id approbare. Quia *c. fi. de reliquijs & vener sanct.* generaliter & inde finite traditur reliquias de nouo inuentas venerari non posse absq; Papę auctoritate. Nec obstat in *Trid sess. 25. in princ. in decreto de inuocatione, venerat one & reliquijs sanct. rũ, ad fi.* videri id cõcedi Epis. Quia solum ibi decernitur reliquias nouas recipiendas non esse, nisi recognoscente, & approbante Epõ, vbi nil videtur concedi: cum oratio sit negatiua: & dictio, nisi, ẽt quando coniungitur negationi, non affirmat. Vt teneni multi, quos retuli l. 1. de matr. disp. 19. nu. 5. Secundo quia in fine illius decreti concluditur sic: *Ita tamen, vt nihil inconsulto sancto Romano Pontifice nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.* Et cũ sit clausula in fi. posita, refertur ad oia præcedentia. Vt cõiter obseruant Doctores *c. Secundo requiris, de app.* At absque dubio dicendum est. Episcopo competere approbare in sua dięcesi reliquias sancti ab Ecclesia canonizati, & eo approbãre tanquam veras, & ad illum sanctum pertinentes posse absolute adorari. Constat ex prædicto Triden. decreto. Nam etsi dictio, nisi, qñ negationi adiungitur nõ affirmet in promissionib, & contractib. at in reliquis aliis rebus affirmat. Vt probaui lib. 1. de matrim. disp. 19. nu. 3. & 5. Præterea, quia etiam affirmat, si aliquid post ea addatur affirmatiue, aut ex materia subiectã subintellectum. Vt bene docet *Couarruuias 4. decr. 2. p. c. 4. §. 1. n. 8.* At in prædicto decreto statim subiungitur forma, qua vti debet Episcopus in reliquiis approbandis: & subinde conceditur ei ibi potestas approbandi reliquias. Nec obstat etiã clausulam in fine positã referri ad omnia præcedẽtia. Quia id verum habet vbi in omnibus præcedentibus eadem ratio inuenitur. Vt probaui lib. 8 de matr. disp. 16. in fin. Quod hic minime contingit: nam prius cõcesserat facultatem approbandi reliquias, quas antiquitas approbarat, etsi inuentione nouæ sint. Postea vero reseruat Pontifici non probata vetustate, sed noua, & insitata, in quibus maxima errorum pericula versantur. Nec obstat etiam decisio *d. c. fin.* quia (vt dixi n. 10.) loquitur de sancto non canonizato, at decretũ Triden. loquitur de reliquiis sancti canonizati. Et ita hanc partẽ docent *Azor to. 1. l. 9. inst. mor. c. 8. q. 8. Suar. 1. to. in 3. p. q. 25. a. 6. disp. 55. sect. 2. vers. sed quaeret aliquis. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 9. ad fi.* Potestque episcopus extra suã dięcesim existẽs absque aliqua episcopi dięcesi, in qua tunc est licentia, eam approbationẽ facere, atque licentiam dare, vt in sua diœcesi publice collocentur venerandæ. Quia cũ iurisdictio hæc nõ sit inter partes mutatas exercenda, non est contentiosa, sed volũtaria: Iuxta à nobis tradita l. 3. de matr. disp. 19 n. 7. At iurisdictio, quę voluntaria est, potest vbique absque alicuius licentia exerceri. Vt ibi probaui nu. 8.

15 Tenetur autem episcopus ad hanc reliquiarũ approbationem faciendam, adhibere in consilium Theologos, & alios pios viros. Vt expresse deciditur in prædicto Tridentini decreto, at ipsorum sententia audita, solius episcopi est decisio. Quippe Tridentinum tantum petit, vt eos in consilium adhibeat. At vbi solum alicuius consiliũ petitur, non est necesse illud sequi, nec consultus habet suffragium decisiuum. Vt probaui lib. 1. de matrim. disp. 34. nu. 24.

16 Quod si grauis aliqua quæstio suboriatur, est cogendum Concilium prouinciale, eiusque sententia expectanda.

ctanda, antequam episcopus controuersiam illam dirimat. Quare tunc decisio nō erit solius episcopi, sed Cōcilij Prouincialis. Quia Tridentinū non petit consiliū Concilij Prouincialis, vt petit Theologorū; sed sententiam. Hanc autem constituet maior pars suffragiorum ex ijs qui suffragium decisiuum in Concilio prouinciali habent, Quia constitutum à maiori parte Cōcilij dicitur ab ipso Concilio constitutum, *c. Apostolica d. 56. c.cum inter canonicos, in prin. de elect. l. quod maior, ff. ad municipalem.* Nec sat esset, si metropolitanus, & oēs habentes suffragiū in Cōcilio prouinciali sententiam suā seorsum dicerent, & non congregati in forma Cōcilij. Quia Tridentinum expresse dicit sic: *Metropolitani, & comprouincialium Episcoporū in Concilio Prouinciali sententiam expectet.* Atque ita non solū voluit, vt illi sententiā suā explicarent, sed vt in Concilium Prouinciale coacti id efficerent. Item quia quoties Cōcilij; aut alicuius communitatis suffragia petuntur, oportet habētes suffragia in vnum locum publicū conuenire solemniter, nec alias sententia Concilij, & illius communitatis, sed singulorū dicetur, *l. aliud, §. refertur, ibi: Publice, ff. de regulis iur. & s Genes. de elect. vbi gl. verbo publice. Bar. l. omnes populi, n. 18. & 19. ff. de iust. & iure.*

17 Quod si dubites, qualiter soleat collocari in altari crux varijs reliquijs ornata, suisq; capsulis mito ordine, & artificio inclusis: cum tū reliquiæ illæ non sint ab epō appbatæ. Rñdeo reliquias tunc non exponi pp se, & vt adorentur, sed ad solum crucis ornatum; & ita earum non habetur ratio, vt ordinaria approbatio desideretur, qualis desideraretur, si propter se exponerentur. Quod probant ea verba *Iurisconsulti, l. Et si nō sunt 21. §. peruenimus, ff. de auro, & arg. leg. semper cum quærimus quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandæ causa adhibeatur, vt accessio cedat principali.* Vnde *Bart. ibi n. 1. & Doctore* colligūt cum vnum est propter aliud, id solum propter quod est, considerari.

18 Quando vero reliquiæ sunt legitime approbatæ bulla Apostolica, aut testimonio diœcesis episcopi à qua trāsferuntur in aliā diœcesim non est episcopi diœcesis earū veritatem examinare; quia iam legitime comprobata est. Sed examinare, an sint eæ reliquiæ, quæ in literis Apostolicis, aut testimonio episcopi continentur, vt sic det licentiā publice eas collocandi in sua diœcesi. Quare tunc non tenetur formam traditam in eo Tridētini decreto seruare, sed nemine consulto potest eos ntulos ēxaminare. Quippe Tridentini decretū non in hoc casu loquitur, sed quādo reliquiæ nouiter repertæ approbandæ sunt. Vt ex ipso contextu constat.

19 Tandem, quando debita præmissa diligentia, res manet anceps, an eæ reliquiæ sint alicuius sancti, abstinēdū est à cultu. Vt bene docēt *Arm. ll. ver. canonizatio, nu. 2. & Suar. t. 10. in 3. p. q. 25. art. 6. disp. 55. sec. 2. vers. at vero vt reliquia.* Qui bene addit eas tūc nō retinēdas esse, sed pp dubiū seruandas esse separatim in loco decenti.

20 Quarta difficultas est. An reliquias collo suspensas gestare liceat, ac sit speciale peccatum confitendū fornicari, aliudve peccatū committere eas gestando? Sed de hoc diximus c. 40. n. 27. & 28. Et qualis culpa sit falsas reliquias proponere, diximus c. 37. n. 9.

21 Quinta difficultas est. An reliquiæ possint extra capsam ostendi? Breuiter dic antiquas minime posse extra capsam ostēdi. Sic enim grauibus verbis præcipitur *c. si. de reliq. & ven. sanct.* & redditur ratio his verbis; *Ne in posterum detrahantur.* Quam latius ibi explicat *Abbas & alij in prin.* vnde alii desumpserunt. Quia cum ossa vetustate consumpta sint, carnesq; spoliata si extra capsam ostenderentur ansam detrahendi tudiores sumerent, existimandique sanctorum ossa non esse, & si illorum essent, fore, vt non ita consumerentur.

22 Sexta difficultas est. Qualiter interdicatur sanctorū reliquias venales, vel causā quæstus exponere? In *c. si. de reliq. & vener. sanct.* sic dicitur. *Nec expenantur venales.* Et *Trid. sess. 25. in prin. in decreto de inuocat. vener. & reliq. sanct.* sic dicitur: *In reliquiarū veneratione omnis turpis quæstus eliminetur.* Et quidem si sanctorum reliquiæ venderentur, apertissima esset simonia. Quia prætio æstimatur res spiritualis, & sacra. Quod omnes fatentur. Excipe tamen, nisi reliquiæ essent apud infideles. Quia tunc non sacrum quod est in reliquijs, emeretur: sed pretio dato redimeretur vexatio, qua fideles vexat retinendo iniuste reliquias illas. Ita *Philiar. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 9. ad finem. Vgolin. de simonia. tabula 1. c. 38. nu. 5.* Difficultas tamen est, an ille textus prohibeat amplius, quam venditionē hanc. Quidam censent non solam veram venditionem interdici, qua deducto pretio in pactum reliquiæ ostenduntur; sed etiā, quando nullo pacto inito exponūtur passim causa quæstus, vt largiores eleemosynæ offerātur. Quippe hoc est quędam larga venditio. Ita docent *Abbas eo. c. fin. statim in princip. notab. 1. Angel. verb. Reliquia initio, & ibi Syl. q. 1. Vgolin. d. c. 38. in fine. Azor tom. 1. l. 9. inst. moral. c. 8. q. 7. Graffis 2. p. decis. l. 2. c. 34. nu. 7.* Quod quidem limitant, quando principaliter ob maiores has eleemosynas reliquię ostenderentur; secus quando esset finis minus principalis. Ita *Armil. verb. Reliquia. n. 1. & ibi Tabiena init. Nau. sum. Lat. c. 17. nu. 169. vers. 62. Philiar. proxime alleg.* Atque idem videntur sentire *Ioan. Andr. eo. c. fi. n. 2. Anton. n. 4. Cardin. n. 2. Anchar. n. 1.* dicunt enim duplicem venditionem prohiberi, priorem est, cum vere vēdūtur; posterior, cum extra causam ostenduntur causa largiores acquirēdi eleemosynas. Sed existimo solā reliquiarum vēditionem simoniacam interdici, quæ est, quādo pretio in pactum deducto ostenduntur, aut venundātur. Quia *c. fi.* ijs solis verbis vtitur, ne exponantur venales. Et Tridētinum nil innouat, sed iubet turpem, ac interdictū quæstum eliminari. Atque ita *Glos. eo. c. fin. verb. Venales, & ibi Hostiens. initio,* reddūt rationē, eo qd pretio æstimari nequeūt absq; simonia Quare DD. qui limitant, qñ finis principalis est acquisitio eleemosynarū, innituntur ei fundamento, quod simoniacū sit exercere spiritualia propter stipendium, tanquam ob finem principalem. Quæ communis sententia est. At ego existimo nō esse simoniam, eo quod finis principalis sit lucrum temporale, sed tantū, quando id intenditur tanquam pretium rei spiritualis. Quia nō est emere, vel vendere, quando nō intenditur lucrum tanquā pretium, sed tanquam debitum sustentationis stipendiū, vel tanquam eleemosyna gratis oblata. Quod inter alios docet optime *Sotus l. 9. de iust. q. 6. ar. 2. ad fin. corpor.* Et ideo credo nō interdici ibi reliquiarū ostensionē etiam si finis principalis sit acquisitio largiorum eleemosynarum dummodo eæ non deducātur in pactum, nec intendantur tanquam eius ostensionis pretium; sed tanquam eleemosynæ gratis, & ex religione oblatæ. Quia hoc principaliter intēdere, nō est reliquias pretio æstimare, aut venales exponere. Immo, nec esset mortale, sed solum veniale sic intendere principaliter eas eleemosynas. Quia est sola prauę ordinationis ad finē culpa, quæ quando finis non est mortalis, solam culpam venialem constituit. Vt bene docet *Caiet. 2. 2. q. 148. art. 2. vers. Sed occurrit hic.* Et ideo lib. 1. c. 3. nu. 1. diximus exercere spiritualia ob vanam gloriam, non esse mortale.

23 Septima difficultas est. An liceat reliquias furtiue subtrahere, saltem vt honorabilius collocentur? Certū est id non licere, sed esse furtū sacrilegū. Quia est rei sacræ inuito domino oblatio. Et ita docet *D. Ant. 3. p. tit. 12. c. 5. in p. Syl. verb. Reliquia, q. 2. & ibi Angel. n. 2. Armil. n. 2. Tab. n. 3. Azor to. 1. l. 9. inst. moral. c. 8. q. 9. Philiarc de offi. sacer. to. 1. p. 2. l. 3. c. 9. ad fi.* Qui bene hoc limitat, nisi esset apud infideles. Quia sūt iniusti possessores. Limitat etiā *Azor,* nisi surripiantur authoritate eius præfecti Ecclesiastici, cui locus sacer, & reliquiarum custodia cōmissa sit. Et probat ex *c. Quisquis inuentus, vers. Si quis do mū 17. q. 4.* Cæterū hæc limitatio nō placet. Quia is, cuius curæ custodia reliquiarū commissa est, nullam reliquiarum

quia rum administrationem habet, sed merã custodiã; ac proinde eius licentia nõ excusabit à furto. Sicut nec licentia custodis vineæ excusabit à furto. Nec is textus oppositum probat; sed solum non incurri pœnam in eo textu statutam. Quia (vt n. sequenti dicemus) illa solos vim loco facto inferentes comprehendit; non est autem vis, cum custodis illius licẽtia habetur. Nec paruitas materiæ ad excusandum reliquiarum furtũ à mortali, spectanda est penes solam rei ablatæ quantitatem; sed earum dignitas, ac æstimatio pensanda sunt, ac earum raritas. Quia hæc aggrauant.

24 Sed dubitabis, an sit aliqua excommunicatio contra reliquiarum fures? *Azor* ait *to. 1. lib. 9. institut. moral. c. 8. quæst. 10.* hos incurrere excommunicationem minorem, & nisi prius satisfecerint negandam eis communionem; & ter admonitos, nisi satisfecerint, esse excommunicatione maiori mulctãdos. Probat ex *c. Quisquis inuentus vers. Si quis domũ 17. q. 4.* & refert *Syluest.* tacito eius loco; sed forte est *verb. Excomm. 4. notabil. 2. versicul. 2.* vbi ait excommunicationem minorem cõmittere sacrilegos; & refert prædictum textũ. Sed optime *Suarez 5. to. in 3. part. dispu. 22. section. 2. nu. 9.* ait non constare an pœna in eo textu contenta sit excommunicatio minor, an sola separatio ab Eucharistiæ vsu; subditque eam pœnam videri latam contra fractores Ecclesiarum, & raptores. Sic enim dicitur ibi: *Si quis domum Dei violauerit, &c.* At proprie dicitur violare Ecclesiam, iuxta subiectam materiam, qui fores vel muros eius infringit vt furetur. Præterea, esto excommunicatio minor in eo textu contineretur; iam nullus est casus in vsu, in quo huiusmodi excommunicatio incurratur, præter participationem cum excommunicato. Vt bene docent *Caietan. sum. verb. Excommunicatio, in fine. Sotus 4. dist. 22. q. 2. art. 3. Nau. sum. c. 27. n. 25. Enriq. l. 13. de excommun. c. 3. n. 4. Suar. 5. to. in 3. p. disput. 24. section. 3. nu. 2.*

25 Tandem si reliquiæ sanctorum sint perpetuæ sepulturæ traditæ, transferri nequeunt absque summi Pontificis licentia, vel Episcopi, vel sanctæ synodi; nisi necessitas immineat, vt incẽdij, &c. Quia tũc sat est authoritas præsidis prouinciæ. Constat ex *c. Corpora, de consecr. dist. 1. & ex lib. 1. Cod. de relig. & sumpt. fund.* At si perpetuæ sepulturæ nondum traditæ sint, bene possunt transferri sine alicuius authoritate ad alium locum religiosũ. *l. Si necdum, C. eodem titulo.* Et docent *Glossa dict. cap. Corpora, verb. Principis. Hugo, & Turrecr. ibi D. Antonin. 3. p. tit. 12. c. 8. in fine. Angel. verb. Reliquiæ, nume. 1. & ibi Syluest. q. 3. Tabiena, nu. 4. Armil. nu. 3.*

26 Octaua difficultas est. An clericis in minoribus ordinibus constitutis liceat sanctorũ reliquias tangere, cõtractareve; ac vasa sacra, in quibus eæ continentur, in processionibus portare? Circa primũ *D. Gregor. l. 3. Epistolarũ. Epistola 30.* ait intollerabile esse, ac sacrilegiũ, si sanctorũ corpora quisquam tãgere voluerit. Sed *Azor to. 1. l. 9. inst. moral. c. 9. q. 5.* ait loquutũ D. Gregoriũ de ijs temporibus, in quibus nulli etiam in sacris constituto licebat sanctorum corpora ossa, vel particulas eorũ à loco amouere, transferre, gestare; at iam vsu introductum esse vt transferantur, ac gestentur è collo pendentes. Quare ait nõ grauis criminis condemnandum clericum, vel laicum, qui eas sacrarum reliquiarum minutias quas apud se tenet, pie, & religiose tangit, aut in capsas includit. Secus si irreligiose, & per contemptum. Sed ego addo, nec priori modo tangere etiam laicũ esse culpam venialem. Quod nullibi id interdici inueniã. Circa secundum, in *Concil. o Bracharensi 1. capit. 28.* & refertur *cap. Non liceat, el 1. distinct. 23.* sic dicitur: *Non liceat lectoribus sacra altaris vasa portare. Vbi glos. verb. Portare, & Hugo, & Archid. ibi n. vnico,* explicãt in supplicationibus publicis, quas processiones vocant, & dicũt vocari vasa sacra ea, in quibus reliquiæ conduntur. Atque *Palud. quarta dist. 13. quæstione 1. num. 15. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 12. §. quarto, Syluest. verbo Eucharistia 3. quæstione 4. Tabiena verbo Communicare q. 51.* dicunt laicis non licere ea reliquiarum vasa tangere, sed solis acolythis. At melius *Turrecrem. cap. non liceat, numero vnico, & Graffius secunda parte, decision. l. secunda, cap. 14. numero octauo* dicunt nomine vasorum sacrorum intelligi calicem & patenam. Quia hæc sola dicuntur sacra altaris vasa. Item dicunt esto esset ea prohibitio, iã vsu receptũ esse, vt acolythi sacra reliquiarũ vasa portent. Immo credo nullam esse culpam, si laici reuerenter ea portent aut contingat. Quod nullam reperiam prohibitionem. Sicut cruces, & imagine[illegible] angunt, caque portant.

27 Tandem de reliquijs, quas agnos Dei appellãt, dubitatur quid circa illas liceat. Dico primo, n[illegible]cere clericis, qui subdiaconi non sunt, tangere illo[illegible] Dei agnos. Quia nõ sola oratione Pontificia sunt sac[illegible]: benedicti, sed oleo etiam sacro, & chrismate instar [illegible]licẽ consecrantur. Quare sicut hac ratione solis sub[illegible]conis fas est tangere calices, ita & agnos Dei. Ita *Az[illegible] tomo primo, l. 9. institutionum moralium, c. sexto, quæstione tertia.* Qui bene addit laicos nõ grauiter peccaturos, si absque contemptu tangant. Quod & confirmari potest, quia *Sotus 4. dist. 13. q. 2. art. 3. ad tertium,* quem multi neoterici sequuntur, dicit etiam fœminas tãgere corporalia, & calices absque contemptu, aut nullam esse culpam, aut leuissimam veniale: & canones id prohibentes intelligi de cõsilio. Quare & agnos Dei tangere à fortiori non excedet culpam venialem. Immo credo nullam esse culpam, eo quod vsus obtinuerit vt à laicis etiã fœminis tangantur.

28 Secundo dico, sub excommunicatione latæ sententiæ interdictum esse quibuscumque quacumque dignitate præditis, agnos Dei depingere, inficere, minio notare, vel aurum, vel colorem aliquem imponere, aut quidquã aliud superinducere: aut depingi, aut miniari facere, aut illos venales proponere, seu tenere sed eos albos, & mundos, decenter, ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & custodiri precipitur. Sic statuit Gregor. XIII. in quodam motu proprio incipienti, Omni certe studio. Quem refert *Azor to. primo, l. 9. institutionum moralium, cap. 9. q. 1.* Postquam tamen in excommunicationem incursum est eos depingendo, non videtur interdictum eos depictos sic tenere. Quia nõ ob id destrui debent. Et dum interdicitur in eo motu proprio eos agnos Dei tenere, id infinitiuum coniungitur cum dictione, venales: vt cunstat ex contextu. Itaq; non interdicitur illos venales proponere, aut tenere. Dum autem concludit Pontifex illos habendos, deferendos, & custodiendos albos, & mundos, tantum est dicere nõ esse depingendos, sed vt benedicuntur à Pontifice custodiendos esse. At vbi peccando depicti sunt, non interdicit eos retineri.

29 Tandem dum in eo motu proprio interdicitur agnos Dei venales exponi, intelligitur de vẽdinone simoniaca, qualis est, si ratione benedictioois vẽdantur, aut pluris ratione illius. Secus si ratione solius materiæ, ex qua cõficiuntur, & impensarum in eis conficiendis & Roma portandis vendantur. Quia nil inuenio in eo motu proprio continens specialem prohibitionem venditionis, quæ alias non erat simoniaca, sed solam vendentibus excommunicationem indicit. Quamuis *Azor to. 1. l. 9. instit. moralium, cap. 5. quæstione 4.* dicat prohiberi in eo motu proprio venditionem etiam ratione materiæ, nisi ad vsus sacros vendantur. Sed non video vbi id Pontifex prohibeat.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.